ALPHONSI TOSTATI HISPANI,

EPISCOPI ABVLENSIS,

PHILOSOPHI, THEOLOGI,
Ac Pontificij Iuris, Cæſareique conſultiſsimi, necnon linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritiſsimi,

Commentaria in Tertiam Partem MATTHÆI:
Mendis nunc ſanè quàm plurimis diligenter expurgata.
CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictiſsimum Hiſpaniarum, & Indiarum Regem.



VENETIIS, M D XCVI.
Apud Io. Baptiſtam, & Io. Bernardum Seſsam, fratres.

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS

COMMENTARIORVM In Euangelium Matthæi

PARS TERTIA.

CAP. VI.

Infra 23.

ATTENDITE ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est.

A*ttendite*. In capitulo præcedēti Matthęus descripsit ea per quæ Christus regulauit hominis operationem, hic adiungit dicta Christi, per quæ ipse regulauit hominis affectionem.

Et diuiditur in duo, quia primo regulat affectionē respectu Dei. Secundo respectu proximi sequenti cap. scilicet. *Nolite iudicare*. Prima in duas, quia primo regulat hominis affectionem excludendo ab operibus eius intentionem inanis gloriæ. Secundo desiderium auaritiæ, scilicet, solicitudinem thesaurizandi. ibi. *Nolite thesaurizare*. Prima in duas, quia primo ponit intentionem suam in generali circa omnia opera, excludendo ab eis inanem gloriam. Secundo facit hoc in speciali circa eleemosynam, ibi. *Cum facis eleemosynam*.

An ea quæ hic habentur sint continuata ad præcedentia. Qō. I.

CIRCA hoc est dubium, an ea quę habentur hic sint continuata ad præcedentia.

Dicendum, quòd sic. Nam omnia ista, quæ ha-
A bentur pręcedenti cap. & hic, & sequenti ca. sunt verba Christi doctrinalia, inter quæ nulla historia, aut narratio aliqua ponitur. Ideo non apparet aliqua causa, quare dicamus potius ea, quæ habentur hic dicta fuisse ante ea quæ habentur sequenti cap. & ante ea quæ habentur præcedenti, quam e contratio. Et ob hoc tenendum est eundem fuisse ordinem in dicendo, quem Matthæus seruauit in scribendo, quia nunquam recedendum est ab ordine literę sine causa ma-
B nifesta. Hic tamen nulla apparet: ideo sic tenendum est fuisse dictum, sicut scriptum est. Quod etiam magis patet, quia necesse est aliqua de eis, quæ habentur præcedenti cap. fuisse dicta ante ista. Quod patet, quia ista sunt verba sermonis Domini, & exordium sermonis non est hic, sed præcedenti cap. in principio. s. vidēs Iesus turbas ascendit in montem, & accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos. est ergo ordo continuatus.

C Dicendum etiam, quòd nullum tempus fuit intermedium inter ea, quæ habentur præcedenti cap. & hic, quia omnia fuerunt dicta a Christo in eodem sermone, scilicet, a principio præcedentis cap. vsque ad principium octaui, vt patet ex litera ipsorum. Eadem ergo hora totum hoc dictum est, nec fuit aliqua diuisio, nisi quòd scriptores gratia cōmoditatis describentes diuiserunt hunc sermonem in tria capitula. Circa primum dr̄. *Attendite*. Idest, diligenter ca-
D uete. s. quia vitium inanis gloriæ quod hic fugiēdum præcipitur, latenter & sub species honestatis subintrat cor. Nec putabit aliquis se inani gloria teneri, nisi diligenter aspexerit, sicut dicit Chryso. *Ne iustitiam vestram faciatis*. Idest, opera vestra iusta. Nam iustitia proprie habitus animi est, quo iusti sumus, & iusta operamur 5. Ethi. c. 1. Et ipsam iustitiā nemo operatur, sed opus iustum. Accipitur tamen iustitia pro

iusto opere, quia per iustitiam iustum operamur. Et sic dicitur nemo ex nobis facit legem Io. 7. idest, opus legis vel imperatum a lege. Nam legem nemo facit nisi princeps, vel populus, & semel tantum fit. i. conditur, vel instituitur, vt innuitur per Aug. lib. de vera relig. & dist. 4. cap. in istis. Et tunc dicitur constitui quando promulgatur eadem dist. §. leges.

Coram hominibus. Idest, præsentibus hominibus. hoc solum non est prohibitum, quia non est male facere opus iustum coram hominibus, sed potius bonum, sicut dicitur præcedenti capit. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra. sed cum sequenti, scilicet.

Vt videamini ab eis. Prohibetur hoc, quia facere coram hominibus opus bonum, vt videamur ab eis, id est, laudemur, vel honoremur pro bono opere, illicitũ est, quia perit fructus boni operis.

Alioquin mercedem non habebitis. Scilicet, si facitis ea intentione, vt honoremini nõ habebitis mercedem, quia per istud desiderium perit.

Apud patrem vestrum qui est in cælis. Idest, a patre vestro. Recte adiunctum est hoc ad exponendum præcedentia. Nam ille, qui facit opus bonum, vt videatur, aliquam mercedem accipit. Est enim merces id pro quo opus fit. Et quia iste operans non prætendit consequi ex opere suo, nisi honorem, vel laudem a circunstantibus, vel ab alijs, ad quos peruenerit fama operis, si istud consequatur non caret mercede, quia plene finem suum habet quẽ intendit, & tamen apud Deum nullam mercedem habet, quia non fecit propter Deum: ideo Deus non dabit ei mercedem, nec iustum est, quòd det. Vocatur hic Deus pater, scilicet, per creationem, & quotidianam gubernationẽ Deuter. 32. Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, fecit & creauit te? Quasi dicat. Sic. Et dicitur, qui est in cælis ad differentiam patris carnalis, vel etiam quia simplices putant Deum habitare in cælo quasi ibi sit domus eius, & sedes. Psalm. 10. Dominus in cælo sedes eius, idest. Deus est in cælo, & sedes eius est in cœlo. Et vtitur Christus sæpe isto modo loquendi præcedenti cap. & hic, & sequenti cap.

Quare Christus posuit hic doctrinam de fugienda inani gloria, cum non sufficiat bonum facere, nisi bona intuitione fiat. Et quomodo a fine accipit opus bonitatem, vel malitiam. Quæst. II.

QVAERETVR, quare Christus posuit hic istã doctrinam de fugiendo inanem gloriam.

Dicendum, quòd Christus facit hoc ad tollendum nobis occasionem errandi, quia præcedenti cap. instruxerat omnes homines in operibus suis tam prælatos quàm subditos, tam contemplatiuos quàm actiuos singulis tradens propria documenta, vt ibi ostensum est. putaret autem aliquis, quòd satis esset cuilibet facere illa opera bona competentia statui suo, & nihil vltra. Christus autem instruit hic generaliter omnes circa intentionem, & finem operis, quasi non sufficiat bonum facere quod ex genere suo bonum est, nisi etiam bona intentione fiat, quia iuxta Arist. 2. Ethi. peccare contingit infinitis modis. s. per defectum cuiuscunque circunstantiæ actus. bene agere autem non contingit nisi vno modo. i. concurrentibus omnibus circunstantijs debitis, quæ ponuntur 3. Ethi. inter quas præcipua est finis, quia ex ea opus accipit bonitatem, vel malitiam, sicut speciem accipit ab obiecto. Ideo circa illam Christus instruit nos hic, quod finis omnium operum nostrorum debet esse Deus. Et quando ponitur alius finis vltimus operis præter Deum erratur: ideo opus nunquam

F erit bonum. Et quia inanis gloriæ aut laudis, vel honoris appetitus distrahunt nos ab illo fine faciendo, vt interdum constituamus in eis finem operum nostrorum, vetat Christus hic istud, dicens attendẽdũ esse, i. solicite cauendum ne faciamus opera nostra, vt videamur ab hominibus. i. vt ab eis accipiamus laudem, vel honorem aut gloriam. Et quod dictum est corã hominibus non est per se necessarium, quia etiam siquis faciat opus suum absentibus hominibus, & faciat illud propter desiderium gloriæ iam perdidit mercedem. & si faciat coram hominibus non propter homines non est malum. Quia tamẽ ex hoc, quòd aliqs coram hominibus operatur prouenit ei occasio quærendi gloriam ab eis: dicitur ne iustitiam vestram faG ciatis coram hominibus. sic dicit Gre. 8. Moralium. Si dantes gloriã quærimus, etiam publicata nostra opera in conspectu illius occulta seruamus, si vero per hoc nostram laudem conspicimus foras ab eius conspectu iam fusa sunt, etiam si a multis ignorentur. Et Chry. super Matth. eum dicit. Qui non ideo facit, vt ab hominibus videatur, etiam si coram hominibus fecerit non tamen corã hominibus fecisse videtur. qui enim aliquid facit propter Deum neminem videt in corde suo, nisi Deum propter quem facit, sicut artifex semper illum habet præ oculis, qui sibi opus faciendũ cõmisit, hoc totum ad finem operis pertinet. De cæteris autem circunstantijs. s. vbi qualiter quãdo quo instru-
H mento, & sic de cæteris circunstantijs Christus nihil posuit hic, eo quia illæ non faciunt semper specialem rationem boni, vel mali in opere, sed sunt sæpe indifferentes. finis autem semper in opere facit bonum, vel malum, & maxime respectu Dei. Nam in virtutibus moralibus sumptis moraliter finis non facit semper differentiam operis in bono, vel malo. & tamen respectu Dei ista est maxima differentia, quia opera virtutum moralium nullo modo sunt meritoria, nisi in quantum per charitatẽ diriguntur in Deum, vt ostensum est præcedenti cap. quæst. pen. quia ergo tota merces est operis ex fine. i. si propter Deũ fiat, docuit Christus cauendam esse inanem gloriam in operibus bo-
I nis, ne per eam reddantur opera inutilia.

Aliter dicit Glo. hic, quòd postquam Christus legẽ quãtũ ad præcepta cõpleuit, incipit nũc eam adimplere quantum ad promissa, vt pro cælesti mercede præcepta Dei faciamus, & non propter terrena, quæ lex promittebat. Oĩa aũt terrena ad duo potissime reducunt, s. ad humanã gloriã, & ad terrenorũ affluentiã, vtrunque in lege promissum est. De gloria patet. Deut. 28. si custodieris mandata Domini, faciet te Dñs Deus tuus excelsiorẽ cunctis gentibus, q̃ versantur in terra. De affluentia patet eo. cap. Abundare te faciet Dñs oĩbus bonis. Et ideo hæc duo Christus ab intentione fideliũ excludit. s. gloriã, & terrenorum affluentiã, volens quod opera nostra propter solum Deum fiant.

An ambitio, & inanis gloria impediunt rectitudinem finis. Et
K *quæ sint duæ conditiones honoris. Et quomodo honor & gloria differunt. Quæst. III.*

QVAERETVR quæ sint illa, quæ impediunt rectitudinem finis.

Circa hoc considerandum, quod duo vitia sunt, quæ impediunt rectitudinem finis quem Christus ponit hic. s. ambitio, & inanis gloria, & de eis agendum est hic. Et primo sciendum in quo differunt.

Dicendum, quod ambitio est appetitus immoderatus honoris, inanis gloria est appetitus indebitus humanæ gloriationis, vel ipsa gloriatio indebita. Differunt ergo ex obiecto, quia sunt obiecta eorum honor, & gloria. Et ista differunt, quia honor est exhibitio reuerẽtiæ in testimoniũ virtutis vel excellentiæ

cuiusdam,

cuiusdam, vt innuitur primo, & quarto Ethico. gloria autem est quædam cognitio clara bonorum alicuius cum laude eius. Vnde gloria pertinet ad extēsionem nominis, & diuulgationem operum alicuius. Ea quo apparent duæ conditiones honoris. Prima est, quòd honor proprie semper est ad præsentem, quia honor est exhibitio reuerentiæ, vt dictum est. & tamen reuerentia non exhibetur, nisi ei qui præsens est, cum reuerentia sit considerata alicuius magnitudine resilire in propriam paruitatem. Hoc autem non fit, nisi præsente eo cuius magnitudo conspicitur, quia aliàs non est, quo resiliamus. Sicut cum aliquis excellens vir videtur, cæteri qui non se putant esse æquales, non audent adhærere ei, sed sicut dignitate ita, & loco distare volunt. Et ista est reuerentia. Ad non præsentem autem istud fieri non potest. Et sic honor semper est ad præsentem. Quod verum est in se, vel in aliquo suo repræsentatiuo. Et sic principes, & magnos viros honoramus, quando videmus eorum nuncios, vel ambasciatores, quia in illis ipsos mittentes quodam modo conspicimus. Cum autem res non est præsens in se, nec in aliquo suo repræsentatiuo, diligere quidem possumus illam, & tamen honorare eam est impossibile.

Secunda conditio est, quòd honor est ab vno, vel a multis, licet tanto maior est quanto a pluribus, & a melioribus præstatur. Primum patet, quia honor est exhibitio reuerentiæ. potest tamen reuerentia exhiberi alicui interdum ab vno solo, & interdum a multis: ideo honor potest esse ab vno, vel a multis. Secundum patet, quia honor est in honorante, & non in honorato, vt dicitur primo Ethic. Quanto ergo plures fuerint honorantes tanto est maior honor, quia a pluribus exhibetur reuerentia, sicut est de principatu, quia tanto est maior principatus quanto plures, & maiores fuerint subditi, vt dicitur primo Politico. & Prouerbio. decimoquarto, in multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia est principis. Ita etiam quanto fuerint maiores, & meliores qui reuerentiam exhibent, tanto honor est melior, & maior. sic dicitur octauo Ethico. quòd desiderant homines honorari a sapientibus, & a potentibus, scilicet, quia isti meliores sunt, vel reputantur alijs.

Ex hoc etiam apparent aliæ duæ conditiones quasi oppositę ipsius glorię. Prima est, quòd gloria potest esse ad præsentes, & ad absentes, sed maxime ad absentes. Patet, quia gloria est quædam cognitio clara bonorum alicuius cum laude ipsius, istud autē fieri potest inter præsentes, qui cognitionem habēt de rebus gestis, vel de probitatibus alicuius, & inter se possunt laudare illam probitatem. Potest etiam gloria esse ad absentes, vt quando res gestę alicuius, & probitates eius clarissime notę sunt apud aliquas gentes inter quas ipse non fuit, & laudant nomen eius propter probitates, ibi non requiritur aliqua præsentia eius cuius est gloria, quia ad cognoscendam aliquam rem non oportet, quòd ipsa sit præsens, nec etiam ad laudandam ipsam: immo est maior gloria ea, quæ est inter absentes quàm inter præsentes, quia quando fama alicuius peruenit ad absentes, & longinquos necesse est, quòd inter pręsentes fuerit, nisi sit aliquis falsus, & confictus rumor, qui gloriam non præstat. Si autem inter præsentes solum gloria sit, parua est, quia parum se extendit, & tamen esse gloriæ consistit in clara diuulgatione, & extensione nominis. sic patet per Boetium de consolat. lib. secundo, prosa septima. vbi ostenditur glorationem nostram humanam nullam esse, quia valde parua est, cum dicitur. Erit igitur peruagata inter suos gloria quisque contentus, & intra vnius gentis

A terminos præclara illa famæ immortalitas coarctabitur.

Secunda conditio est, quòd gloria nunquam est inter valde paucos. & in hoc multum differt ab honore, quia honor potest etiam ab vnico exhiberi. gloria autem non est, nisi inter multos, cum sit cognitio clara cum laude, si tamen apud vnicum, aut valde paucos sit cognitio non est clara, sed obscura, quia parum lucet. Sic dicit Titus Liuius, quòd gloriari ad vnum non est, idest, non contingit, quod quis habeat gloriam apud vnicum, sed apud multos erit si gloria est. Ex dictis patet quomodo honor, & gloria differant, & ꝯsequēter quō ambitio, & inanis gloria, cum ambitio sit ad honorem, inanis autem gloria
B est appetitus humanæ glorationis, vel ipsa gloriatio.

An ambitio sit peccatum. Et in quibus casibus desiderare quis potest licite honorem, qui tripliciter appetitur inordinate. Et in quo casu quis debet pugnare pro honore. Et quomodo intelligatur, quòd honor est præmium virtutis.

Quæst. IIII.

QVAERETVR nunc circa ambitionem, an sit peccatum.

Aliqui dicunt, quòd non, quia ambitio importat cupiditatem honoris, honor au-
C tem bonum quoddam est, & maximum inter exteriora bona, quarto Ethico. cap. de magnanimitate: ergo cupere illum non erit malum, sed potius laudabile, quia bonum appetere laudabile est. Et apparet, quia econtratio vituperantur illi, qui de honore nihil curant.

Item quilibet potest appetere sine peccato illud quod sibi debetur in præmium: honor tamen est præmium virtutis. 1. & 4. Ethi. ergo ambitio honoris non est peccatum.

Item illud per quod homo reuocatur a malo, & prouocatur ad bonum non est peccatum, honor au-
D tem est huiusmodi, quia propter honorem homines euitant quædam turpia, quæ aliàs non euitarent, & anhelant ad quædam bona ad quæ aliàs non aduerterent, sicut dicit Aristot. tertio Ethico. quòd fortissimi esse videntᷣ apud quos timidi sunt inhonorati, fortes autem honorati sunt. Et dicit Tullius in lib. Tusculanarum quæstionum, quòd honor alit artes, idest, fouet, & auget eas. ergo ambitio honoris nō est pctm̄.

Dicendum, quòd ambitio peccatum est, quia dicit immoderatum, vel indebitum desiderium honoris, & hoc repugnat charitati. quia prima Corint. 13. dicitur, charitas non est ambitiosa, idest, honoris desideratiua. Pro quo considerandum, quòd sicut dictum est præcedenti quæst. honor dicit quandam reuerentiam exhibitam alicui in testimonium excellentiæ eius, vel virtutis. sed melius dr̄ in testimoniū excel-
E lētiæ, quia multi honorantur nō sub ratione virtutis, vt cum honoramus diuites, vel potentes, quia sunt diuites, vel potentes. hoc enim excellentia quædam est licet non sit virtus. Circa excellentiam autem hominis duo sunt attendenda.

Primum, scilicet, quòd id, in quo homo excellit non habet a seipso, sed est quoddam diuinum donū: ideo non competit huiusmodi gloriari, vel honorari velle de excellentia sua, sicut non bene potest velle gaudere de honore vestis, qui indutus est veste aliena si notum sit illam esse alienam. sic dicitur. 1. Corint. 4. Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis?

Secundum est, quòd id, in quo homo excellit da-

tur huiusmodi a Deo non propter seipsum, sed ppter alios, quibus potest ministrari bonum illud. sic dicit 1. Cor. 14. ꝙ donorum diuisio fit ad vtilitatem Ecclesiæ, idest, multitudinis, & non vnius. & 1. Corint. 11. dicitur. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, scilicet, aliorum. Nam non potest intelligi de vtilitate propria. Nam tunc genera sanitatum, & esse pastorem, & Euangelistam, & Doctorem, & sic de alijs donis spiritus non darentur ad vtilitatem, quia non sunt ista directe ad seipsum, sed ad alterum quia nemo suiipsius pastor, Doctor, Euangelista, aut Apostolus est, sed ad alterum sunt omnia. Ob hoc ergo testimonium excellentiæ quod quis recipit in exhibitione reuerentiæ sibi factæ ab alijs, intantum debet ei placere inquantum hoc proficit ad aliorum vtilitatem. Potest autem iste honor proficere alijs, vt si per hoc, quòd iste honoratur propter virtutem cęteri videntes eum honorari propter virtutem anhelent ad virtutem, & excellentiam. Et sic licet alicui desiderare honorem pro excellentiam quam vere habet, non vt ipse fruatur honore illo, sed vt cęteri videntes anhelent ad similem excellentiam. Et hac ratione lex humana ponit honorem quendam in præmium bene operantibus, vt per hoc omnes de politia aspirent ad virtutem. Potest etiam honor desiderari, vt siquis de excellentia, quam habet, cupiat honorari non propter se, sed propter honorem Dei, scilicet, vt honoretur Deus, qui donum illud contulit de quo iste honoratur. Potest etiam alio modo appeti honor, vt siquis velit exhiberi sibi reuerentiam, vt videntes hoc agnoscant excellentiam illam, pro qua iste honoratur, & possint recurrere ad eum pro administratione, vel vsu illius virtutis, scilicet, vt ex vsu eius isti percipiant aliquam vtilitatem. Et sic alijs modis potest desiderari honor licite, quia ordinatur ad debitum finem. Contingit autem honoris appetitum tripliciter esse inordinatum.

Vno modo siquis appetat testimonium de illa excellentia, quam non habet, vt siquis vult honorari, vt virtuosus, vel sapiens, & non est, quia tunc appetit honorē præter suam proportionem, & tunc videtur peccatum graue.

Alio modo, vt siquis cupiat honorem non referendo in Deum, & patet, quia cum iste non accepit excellentiam propter quam honoratur, nisi a Deo, iustum est, quòd in illum referat honorem, quia nisi ab eo hanc recepisset excellentiam non honoraretur, & sic non debet se facere finem honoris cum ipse non fuerit causa eius, aliàs inordinate fit.

Tertio modo per hoc, quòd aliquis cupiendo honorem in seipso quiescit non referendo in vtilitatem proximi. Nam cum iste honoretur propter excellentiam quam a Deo recepit ad vtilitatem proximi debet referre ad ipsum finem alioquin inordinatum est, quia cupitur res ad aliū finē, quā Deus instituerit illam. Et sic apparet, quòd ambitio semper est peccatum cum ipsa sit appetitus immoderatus, vel inordinatus honoris. Potest autem esse alius modus inordinationis, qui reducitur ad primum, scilicet, quando quis vult maiorem sibi honorem dari pro excellentia sua, quàm illa mereatur etiam si vera sit, quia præter proportionem desiderat iste honorem.

In omnibus istis modis est ambitio, & est peccatum, sed inæqualiter. Primus enim modus deterior est, scilicet, quando quis vult honorem habere de excellentia, quam non habet. Et istud videtur semper peccatum mortale, quia iste est mendax, & iniustus. Mendax quidem, quia vult innuere se ha-

F bere excellentiam quam non habet. Iniustus autem, quia petit vltra debitum, vel rem omnino indebitā; scilicet, quia vult honorem quem nullo modo meretur, vel saltem plus quam meretur.

Alij duo modi sunt minoris culpæ, quia quæritur ibi honor pro vera excellentia, & tamen erratur in fine, scilicet, quia non refertur in Deum, ad quem referendus est, nec ad vtilitatem proximi propter quam excellentia data est. Non tamen oportet, quòd in istis duobus modis semper sit peccatum mortale: nam potest interdum esse veniale. Et idem est quando pro vera excellentia petitur plus de honore quàm debeatur.

Ad primum dicendum, quòd licet honor sit quod- G dam bonum, in desiderio tamen eius peccari potest si desiderium non reguletur ratione. Nam ista est de cibo, & potu, & venęreis, & diuitijs, & fere de omnibus, quæ desiderantur, quia omnia bona sunt, & tamen debent moderari per rationem, quia aliàs excessus, vel defectus in eis culpabilis erit, & sic culpabile est, quòd aliquis honorem appetat non secundum rationem. Quod fit tribus, vel quatuor modis suprapositis.

Cum autem dicitur, quòd vituperantur, qui non curant de honore. Dicendum, quòd aut loquimur de honore acquisito, aut de acquirendo. Si de acquisito vituperabilis valde est, qui non curat ser- H uare honorem, quem semel acquisiuit, quia honor non potest iuste acquiri, nisi per virtutem, vel per aliquam veram excellentiam, & ita non potest iuste perdi, nisi perdita illa excellentia. Peccat tamen qui negligit excellentiam quam habet: nam negligit donum Dei. Ideo pro honore iuste habito semel pugnandum est ne pereat. sic dicitur prima Corint. nono: Melius enim mihi mori est, quàm vt gloriam meam, quis euacuet. Sic etiam dixit Iudas Machabæus, primo Machabæorum nono. Absit istam rem facere, vt fugiamus ab eis: si enim appropianit tempus nostrum moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus I crimen gloriæ nostræ, idest, non perdamus honorem, quem iam a tanto tempore tenemus. Et istud est pugnare pro honore, idest, pro re, in qua consistit honor.

Si autem manente excellentia, pro qua exhibebatur honor maligni ex æmulatione, & iniquitate reuerentiæ exhibitionem subtraxerint econtrario contumeliam referentes, curandum non est, sed etiam hoc, sicut aliæ aduersitates tolerandum est, dummodo maneat nobis illęsa virtus nostra. Et tamen quantum quis poterit honeste conari, vt nunquam cadat ab illo honore, quem semel assecutus est, faciendum est. Quia etiam siquis iniuste honore priuetur, cum non perueniat ad omnes cognitio causæ perueniat tamen cognitio facti, scandalizabuntur aliqui putantes verum esse crimen obie- K ctum a malis, propter quod quis honore priuatus est, & tamen quilibet tenetur cauere scandalum proximorum quantum potest, quia nemini debemus dare vllam offensionem secunda Corint. sexto: ideo conabitur quilibet pro honore quem semel habuit conseruando, quia aliàs si eo negligente periret honor, eo quòd esset locus malignis per negligentiam istius, dato quòd vera virtus maneret, esset adhuc iste culpabilis, quia præstitit paruulis occasionem scandali in seipso propter suam negligentiam. Si autem loquamur de honore acquirendo: dicendum, quòd honor datur propter excellentiam aliquam. Potest ergo habere quis oculū ad excellētiam per quā habet̄ honor, vel ad honorē, q

habetur

habetur per excellentiam. De primo dicendum, quòd laudabile est valde desiderare honorem, idest, excellentiam per quam datur honor, & interdũ etiã est necessitatis, quia multa opera virtutum cadunt sub præcepto, & tamen pro quolibet opere virtutis meretur quis honorem, eo quòd excellentia quædam est in illo. sic ergo honor appetendus est.

De secundo dicendum, quòd non licet honorem appetere regulariter, sed licebit illum appetere inquãtum prodest ad vtilitatem proximorum, vel ad Dei laudem, vt dictum est. Absolute tamen melius est non desiderare honorem sic sumptum, quàm desiderare eum.

Ad secundum dicendum, quòd cum virtus sit desiderabilis erit pręmium virtutis adhuc desiderabili*, quia melius est finis quàm ea, quæ ad finem.

Dicendum tamen, quòd honor non est pręmium virtutis. Ad argumentum autem dicendum, quòd vocatur honor pręmiũ nõ quãtum ad virtuosum.i.ꝙ honor sit id quod virtuosus pro præmio appetit, vel appetere debet.immo si appeteret honorem, & propter illum operaretur,non esset vere virtuosus.sic dicitur 3.Ethic.cap. de fortitudine,quòd non sunt vere fortes, qui propter honorem fortia faciunt. sed dicitur pręmium quantum ad alios, quia alij cum quibus conuersatur virtuosus volunt reddere ei pręmium ꝓ virtute sua. Et quia non habent aliquid melius honore, honorem tribuunt. sic dicitur quarto Ethico. cap.nono,quòd honor est maximum omnium bonorum exteriorum. Et sic dicitur, quòd principi danda est merces honor, & gloria, scilicet, quia politia nõ habet aliud bonũ maius quod posset dare recte principantibus. Virtuosus tamen pro præmio petit beatitudinem, & non est sibi sufficiens præmium honor cum interdum contemnat honorem,virtutem autẽ nunquam, vt patet in magnanimo, qui etiam honorem contemnit interdum quarto Ethic.cap.nono.

Ad tertium dicendum, quòd licet bonum sit illud per quod homo incitatur ad bonum, potest tamen in eo esse superabundantia, & defectus, & ideo nisi secundum rationem reguletur erit interdum malũ, & ita honor si appetatur ordinate est occasio huiusmodi ad bonum, si autem inordinate appetitur potest esse occasio ad multa mala.Vt cũ quis ita intense honorem desiderat, quòd non curat, vnde vel quomodo, vel pro qua causa illum consequatur. Et sic dicit Salustius in Catilinario, quòd gloriam honorẽ, & imperium bonus, & ignauus eque sibi exoptat. Sed ille, scilicet, bonus vera via nititur, huic autem, scilicet, ignauo, quia bonę artes desunt dolis atque fallaciis contendit. Illi tamen qui propter honorem solum faciunt aliquid, etiam si per bonas artes, idest, per operationem virtuosam consequantur illum honorem non sunt vere virtuosi, sicut dicitur tertio Ethico.quod non sunt vere fortes, qui ꝑ honorem fortia faciunt. Idem est de illo, qui vitat turpia solum propter honorem, quia licet isti per bonas artes nitantur non tendunt debite,quia non ordinant rem in suum finem. Nam virtus non ordinatur naturaliter ad honorem, cum ipsa sit melior, quàm honor. etiam honor non ordinatur in debitum finem, quando quis vult frui eo quiescendo in ipso. Sed in Deo honor referendus est ad proximi vtilitatem.

Ambitio cui virtuti opponatur. Et quot vitia potest habere magnanimitas.
Quæst. V.

QVAERETVR de ambitione cum sit semper vitium, cui virtuti opponatur, quam aliqui putant opponi magnanimitati, quia est circa honorẽ 4.Ethi.Alij dicunt, ꝙ non opponitur magnanimitati, quia tunc opponeretur ei per excessum, cum ambitiosus peccet desiderando honorem, quem non debet, vel qualiter non debet. Non potest tamen vna virtus habere ex vna parte, nisi vnum extremum. Et tamen magnanimitati per excessum opponitur præsumptio, quia præsumptuosus tendit in maiora quàm sit facultas sua illis se dignificando. ergo ambitio non poterit opponi magnanimitati, vt excessus.

Item magnanimitas est circa honores, ambitio autem circa dignitates est, quia secundo Machabęo. quarto, dicitur, quòd Iason ambiebat summum sacerdotium, & illud est dignitas. Differunt tamen dignitas, & honor, quia dignitas dicit statum,honor vero dicit actum, scilicet, exhibitionem reuerentiæ, cum sit in honorante, & non in honorato primo Ethico. ergo ambitio non opponitur magnanimitati.

Item ambitio pertinere videtur ad quendam exteriorem ornatum corporis, sicut dicitur Actuum vigesimoquinto, quòd rex Agrippa, & Beronice cum magna ambitione introierunt in prętoriũ, idest,cum magno apparatu vestium. Et secundo Paralipom. decimosexto, dicitur, quòd super regem Asa combusserunt aromata, & vnguenta ambitione nimia. magnanimitas autem non est circa apparatum exteriorem, sed circa honores, qui reputantur esse maximum eorum, quæ sunt in vita quarto Ethico.capitulo nono. ergo non opponitur ambitio magnanimitati.

Dicendum, quòd ambitio importat desiderium inordinatum honoris, & declaratum est præcedenti quæstione: ideo necesse est, quòd opponatur virtuti, quæ est circa honores, quia illa bene vtitur honoribus. magnanimitas autem est circa honores, quia bene vtitur illis. ergo opponetur ambitio magnanimitati. Est tamen magnanimitas circa honores non tamen circa quoslibet, sed solum circa magnos quarto Ethicorum. Est autem alia virtus innominata, quæ circa honores mediocres est. Et aliqui vocant eam Philotimiam, vt patet ibidem. ideo etiam poterat ambitio opponi illi virtuti. Vt siquis circa paruos honores indebite se habeat illos concupiscendo. Quia tamen ambitionem non solemus vocare, nisi in rebus magnis, scilicet,quia magnus honor desideratur, vel quia valde desideratur, vel quia a desiderante magnus reputatur, licet non sit, & vt talis appetit: ideo ambitionem opponimus magnanimitati, & non illi virtuti innominatæ, quæ circa paruos honores est, quos etiam paruos reputat. Et opponitur ei per excessum, non quidem, quòd maioribus honoribus se dignificet ambitiosus quàm magnanimus, quia maximis honoribus se dignificat magnanimus. nec est aliquis tam magnus honor, quo magnanimus dignus non sit, & quo non se dignificet, vt dicitur quarto Ethico.capitulo octauo, quòd magnanimus dignificat se magnis dignus existens, & maxime maximum: ideo non potest ambitiosus excedere magnanimum secundum quantitatem honoris, sicut audax, & impauidus excedit fortem in quantitate terribilium tertio Ethicorum, quia maiora aggreditur, quàm fortis, sed excedit secundum rationem, quia magnanimus secundum rationem agit omnia, & dignificat se honoribus vere maximis, quibus nulli maiores sunt, & illis dignus est: ideo non appetit maiora se. Chaymus autem siue præsumptuosus, & ambitiosus exce-

dit respectu suiipsius, & rationis, scilicet, quia honorem cupit maiorem quàm ipse mereatur, nō tamē maiorem secundum quantitatem quàm magnanimus accipiat, quia nullus maior inuenitur quarto Ethic. cap. octauo. Ideo in hac virtute est speciale, quia in cæteris extremum superabundans vere excedit secundum quantitatem ad medium, & tamen hic non excedit secundum quantitatem, sed solum secundū rationem, scilicet, quia magnanimus accipiendo maximum honorem simpliciter accipit æqualem, quia dignus est illo. ambitiosus autem, vel præsumptuosus accipiendo eundem honorem excedit, quia dignificat se maiori honore quàm dignus sit, & ita potest esse, quod cupiendo minorem honorem secundum quantitatem quàm accipiat magnanimus excedat ambitiosus, vt si etiam illo honore minore non sit dignus. Opponitur ergo ambitio magnanimitati tāquam excessus.

Ad primum dicendum, quòd magnanimitas potest habere multa vitia sibi opposita per superabundantiam. Respicit enim duo, scilicet, finem, & materiam. Finis enim est opus quoddam excellens, & magnum, quod magnanimus attentat secundum suam facultatem, scilicet, quia magnus est, aliquis autem attentabit magnum opus supra suam facultatē, & in hoc est excessus ad magnanimitatem. Et istud est vitium præsumptionis, quia præsumptuosus non tendit in honorem dignificando se aliquo magno honore, quo non sit dignus, sed tendit in opus attentando aliquod magnum opus quod supra suam facultatem est, & sic opponitur magnanimitas præsumptioni tanquam superabundantiæ. Materia autem magnanimitatis est honor, quia magnanimus rectè honore vtitur. & circa hoc aliquis volet se dignificare maiori honore quàm dignus sit, & iste est ambitiosus. Et sic ambitio etiam opponitur magnanimitati, vt superabundantia. Vnde non est inconueniens eidem medio diuersa extrema superabundantiæ opponi secundum diuersas rationes, & tamen secundum eandem rationem esset impossibile.

Ad secundum dicendum, quòd ambitio est circa honorem directè, circa dignitatem vero inquantum consequitur eam quidam honor, quia existentibus in dignitate propter quandam excellentiam status debetur honor. Et ideo siquis dignitatem desideret inquantum inordinate honorem concupiscit, pertinet ad ambitionem. Si autem quis concupisceret dignitatem non tamquam honorem, sed inquantum habet quandam administrationem, quæ est aliquid magnum ad quam iste se reputat sufficientem licet non sit, non esset crimen ambitionis, sed præsumptionis, quia non cupit dignitatem, vt est honor maior merito suo, sed vt est ibi opus, & administratio maior facultate sua. Et quia Iason cupiebat summum sacerdotium inquantum erat summus honor gentis Iudæorum, in illo dicebatur ambire summum sacerdotium.

Ad tertium dicendum, quòd ambitio directè est ad honorem, & quia in exterioribus apparatibus honor quidam est, scilicet, quia solet habentibus apparatum honor exhiberi, dicitur apparatus exterior esse ambitio. sicut dicitur Iacobi secundo. Si introierit in conuentum vestrum vir habens anulum aureū in veste candida, introierit autem, & pauper in sordido habitu, si intendatis in eum, qui indutus est veste præclara, & dixentis ei. tu sede hic bene, pauperi autem dixeritis tu sta illic, aut sub scabello pedum meorum &c. quasi dicat, quòd homines sic solent facere honorantes alios secundum differentiam vestium, & ita ambitio per accidens pertinet ad apparatum

F tum exteriorem, per se autem ad honorem vbicunque inueniatur. Sic ergo ambitio opponitur magnanimitati, vt superabundantia.

An desiderium inanis gloriæ sit peccatum. Et quomodo sit peccatum, & quomodo non: Et gloria vana multipliciter potest accipi. Et quòd perfectio hominis est seipsum cognoscere. Et quare sit peccatum negligere famam suam. Quæst. VI.

QVAERETVR nunc circa inanem gloriam si desiderium gloriæ inanis quod Christus docuit vitandum hic, an sit peccatum.

Dicunt quidam, quòd non, quia nullus
G peccat in hoc, quòd assimilatur Deo, sed potius laudatur, quia Christus dixit. Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est præcedenti capitu. Et Leui. vndecimo, & vigesimo, dicitur. sancti estote, quoniam ego sanctus sum Deus vester. Et ad Ephes. quinto, dicitur. Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi. sed in hoc, quòd homo quærit gloriam videtur imitator Dei, qui quærit gloriam ab hominibus: Isa. quadragesimotertio. Qui inuocat nomen meū in gloriam meam creaui illum: ergo appetitus gloriæ non est peccatum.

Item non est peccatum id per quod homo ad bonum incitatur, sed per gloriæ desiderium incitantur
H homines ad bonum. vt dicit Tullius in Tusculanis quæstionibus, quòd omnes ad studia impelluntur gloria: ergo non est peccatum appetitus gloriæ.

Item illud quod promittitur in sacra Scriptura pro bonis operibus bonum est, sed gloria promittitur ad Roma. secundo, his qui sunt secundum patientiam boni operis gloriam, & honorem. idest, qui bonū operantur, & patienter malum sustinent operando bonum, habebunt gloriam, & honorem: ergo appetitus gloriæ non est malus.

Item gloria est quædam diuulgatio nominis alicuius cum laude, quando cognitis factis alicuius excellentibus laudatur nomen eius, appetere tamen bo-
I num nomen est bonum, quia præcipitur Ecclesiast. quadragesimoprimo. Curam habe de bono nomine. & ad Roma. duodecimo, dicitur. Prouidentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. ergo appetitus gloriæ non est peccatum.

Dicendum, quòd appetitus gloriæ simpliciter nō est peccatum, sed solum appetitus inanis gloriæ. Pro quo sciendum, quòd sicut dictum est, supra qō. tertia, gloria est quædam diuulgatio nominis, vel famæ alicuius cum quadam laude. Nam dicit Tullius in Rhetorica, quod gloria est frequens de aliquo fama cum laude. Et dixit frequens, idest, magna, quia etiam siquis habeat famam bonorum operum, si illa apud paucos sit, & non sit res bene cognita, etiam si illi qui cognouerint laudent gesta & vitum, non est
K gloria, sed solum fama. Dicitur etiam cum laude, qa si alicuius gesta apud multos clare cognita sint, & vulgata, si non laudatur non est gloria, sed fama, vel infamia si gesta fuerint turpia, de quibus erubescendum est. Idem dicit Ambrosius, quòd gloria est clara cum laude notitia, idest, clara notitia de gestis alicuius approbando, & laudando illa, & secundum hoc gloria dicit duo, scilicet, manifestationem, & laudem. Propter primum dicitur gloria quasi clara, & glorificari idem est quod clarificari. Secundum competit, quia gloria nunquam est, nisi de rebus honestis, & de excellentibus, vel quæ excellentes reputantur. sic dicit Augustinus super Ioannem. Importat ergo gloria manifestationem

quandam

quandam de eo quod apud homines excellens est, & decorum. siue istud sit bonum spirituale, siue corporale. Quia vero illud quod clarum est simpliciter potest conspici a multis, & etiam a remotis: ideo proprie per nomen gloriæ designatur, quod bonum alicuius deueniat in multorum notitiam, & approbationem. Nam proprie non est gloria ad vnum, vt dictum est supra quæstione tertia. Accipiendo tamen large nomen gloriæ non solum consistit in cognitione multorum, sed etiam si vnicus cognoscat bona alterius, apud illum vult ipse gloriari, & interdum in cognitione sui ipsius solius. Vt cum quis bonum suum considerans cognoscit, & approbat illud dignum laude. Est ergo gloria proprie apud multos, sed large apud vnum, vel apud seipsum in sola reputatione sua. B

Tunc autem dicendum, quòd appetitus gloriæ absolute non est peccatum, quia quòd quis gesta propria cognoscat, & iudicet illa digna laude, vel pœna sicuti sunt, non est malum, sed potius donum Dei, & tamen istud est gloria: ergo gloria hominis in se non est mala, & etiam appetere istam laudabile est immo necessarium, scilicet, vt sciat quilibet an bonus, vel malus sit, & quid ei debeatur cum Apostolus dicat. hæc est gloria nostra testimonium conscientiæ nostræ secunda Corint. primo. i. In hoc gloriandum nobis est secundum, quòd conscientia nostra testificatur nobis, scilicet, si testificatur, quòd C bonum egimus debemus in hoc gaudere. & sic dicit quòd habebit quilibet gloriam in seipso, & non in altero ad Galat. sexto, idest. Non debet quis gloriari per hoc, quòd alius dicit sibi, quod bonum egit, sed si conscientia sua testatur ei, quod bonum fecit gloriabitur in seipso, idest, propter testimonium suum, & non in altero, idest, propter testimonium alterius. Gloria ergo, quia mala non est, appetitus eius malus non est. Sed cum dicitur inanis, vel vanagloria semper est nomen vitij, quia vanum dicit aliquid vitiosum, & culpabile: ideo increpantur homines sequentes vanitatem. Psalm. quarto, vt quid diligitis vanitatem. Potest autem gloria esse vana pluribus modis. Vno modo ex parte rei, de qua quis quærit gloriam de eo quod non est, vt de virtute, vel sapientia quando non est. D Alio modo si ipsa res parua sit, de qua nullus deberet gloriari. Et istud est puerile, vt si vir gloriaretur, quòd haberet pulchros capillos. Alio modo si ipsa res sit turpis, sicut quidam adeo sunt pessimi, & insipientes, quòd de rebus turpissimis gloriantur, vt aliqui, qui cæteros excellunt in vitijs in hoc ipso se excedere gloriantur. De quibus dicitur, quòd gloriantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Alio modo ex parte eius, a quo quis gloriam quærit. Et sic omnis gloria quam homo quærit ab homine vana est, quia iudicium hominis debile, & incertum est. Alio modo ex parte ipsius, qui gloriam quærit, scilicet, si illam gloriã non referat in Deum, nec in vtilitatem proximi. E Istis quinque modis gloria dicitur inanis, vel vana quasi nulla sit, vel inutilis. & primo modo proprie dicitur vana, quia de nullo est. Secundo modo etiã quia de re fragili est, quæ quasi nihil est. Tertio modo magis potest dici turpis quàm inanis, quia illud est valde graue vitium pertinens ad eos, qui sunt in pessimo statu vitiorum. Nam peccator cum peruenerit in profundum malorum contemnit. Prouerbiorum decimooctauo. & tamen deterius est gaudere de malis, & gloriari quàm contemnere, quia qui contemnit reputat, quod nihil mali egit, qui autem gloriatur non solum reputat se non egisse malum, sed etiam reputat se egisse bonum. Ideo A non potest esse deterior status vitiorum, quàm cum quis gloriatur de illis. Et ob hoc ista non consueuit vocari inanis gloria, quia est aliquid deterius. Quia tamen gloria duplex inuenitur, scilicet, bona, & inanis, ista autem non est bona: ideo potest vocari large inanis. Quarto, & quinto modo proprie dicitur inanis gloria, quia de aliquo inani est, & quasi de nihilo. Potest tamen interdum esse ista gloria non inanis, vt cum quis quærat eam alio modo, quàm modis prædictis. Vnde sicut in seipso licite homo gloriatur, vt ostensum est, ita potest appetere gloriam ab alijs, scilicet, desiderare gesta sua bona ab alijs cognosci, & laudari, sicut dicitur præcedenti capitulo. Luceat lux vestra coram hominibus. B Licitum ergo illud est immo laudabile, & aliquando necessarium. hoc autem est si quis desideret sciri facta sua ab hominibus inquantum tendũt in laudem Dei, sicut dicitur ibi. & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Sic etiam dicitur prima Petri secundo. Vt ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in die visitationis. Vel etiam hoc est si sit ad vtilitatem proximi, scilicet, vt ille ex bonis operibus nostris cognitis moueatur ad bonum, & desistat ab iniquitate, eodem capitulo. Sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Vel ex hoc, quòd quis cognoscitur tamquam bonus apud C alios, conetur semper perseuerare in bono, & proficere in melius, & propter hoc vtile est bono viro interdum cognitam esse bonitatem eius apud cæteros. Quia licet intentio præcipua boni operis sit propter Deum, multum tamen etiam humana verecundia de stimulo apponit, vt cum quis erubescit retrocedere a bono non solum propter Deum, sed etiam propter verecundiam humanam, & timorem mali exempli, & scandali, quia quilibet tenetur hoc vitare, & præcipue illi, qui tenentur in reputatione magnæ virtutis, quia propter illos scandalizatur magis populus si peccauerint, vel si a bono retrocesserint. Est ergo eis quasi quædam necessitas bene operandi ipsa humana verecundia. sic dicit Boetius de consolatione libro quinto, prosa sexta. Magna vobis est si dissimulare non vultis necessitas indi- D cta probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. Est tamen vtile homini habere quandam necessitatem ad bonum, sicut dicit Gregorius. Fœlix necessitas, quæ ad meliora compellit. Ideo vtile est hominibus interdum gloriam habere apud alios, & consequenter desiderium istius gloriæ bonum est. Non est igitur homini peccatum appetere gloriam, appetere tamen inanem gloriam semper est peccatum. Ideo quando volumus nominare vitium, semper dicimus inanem gloriam, & non gloriam simpliciter nec appetitum gloriæ.

Ad primum autem dicendum, quòd Deum velle laudari a nobis nunquam potest esse malum, quia E non potest esse periculum. Nobis autem quia gloriari apud alios potest esse malum, erit saltem periculum. Et ideo non semper erit appetendum. sic dicit Augustinus super Ioannem decimotertio capitulo, super illo verbo. vos vocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis &c. scilicet, Periculum est sibi placere, cui cauendum est superbire. Ille autem qui super omnia est quantumcunque se laudet non excellit. Nobis namque expedit Deum nosse nõ illi, nec etiam quisque cognoscit si non se iudicet ipse, qui nouit. Et sic patet, quòd Deus non quærit gloriam suam propter se. i. non quærit cognosci a nobis propter seipsum quasi in hoc gaudeat, sed propter nos, quia aliàs omnibus se faceret notum, vt ab omnibus

glorificaretur. Et hoc modo potest homo licite glo F
riam propriam apud alios appetere inquantum est
ad vtilitatem ipsorum, vt dicitur præcedenti capitu.
Videant bona opera vestra, & glorificent patrem
vestrum.

Ad secundum dicendum, quòd licet homines per
desiderium glorię moueantur ad bonum, non sequi
tur, quòd desiderium istud semper sit bonum, quia
aliquando est sine ratione, scilicet, quandocunque vo
catur inanis gloria. Ideo licet ad veram virtutem mo
ueatur homo per solius glorię humanæ desiderium,
scilicet, vt per hoc laudetur, non est bonum desideriũ
gloriæ; immo illa, quę aliàs esset vera virtus iam non
est virtus. sic dicitur 3. Ethi. ꝙ non sunt vere fortes, q
propter honorem fortia faciunt, ita etiam erit si pro- G
pter laudem, vel gloriam, vt dicit August. 5. de ciui.
Dei.

Ad tertium dicendum, ꝙ gloria, quæ promittitur
homini a Deo, bona est, & ideo non est inanis, sed ve
ra, & appetenda. Et in hac potest homo gloriari, id
est, gaudere, & approbare opera sua inquantum sunt
digna illa gloria. Et istud est gloriari in Deo, & a Deo
gloriam accipere 2. Cor. 10. Qui gloriatur in Domino
glorietur. Non enim qui seipsum cõmendat ille pro-
batus est, sed quem Deus cõmendat. Et ita non debet
homo gloriari in bonis, quę habet, vel recepit, sed in
hoc, ꝙ aliquo modo ad Deum pertingit, a quo est ve-
ra gloria Iere. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, H
& non glorietur fortis in fortitudine sua, nec diues in
diuitijs suis, sed in hoc glorietur, qui glorietur scire, &
nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio iudicium
& iustitiam, idest, ego possum glorificare hominem
pro operibus bonis, quia sum Deus faciens iudicium,
& iustitiam: ideo nemo debet gloriari, nisi in hoc, ꝙ
nouerit me, quia ego solus glorificare possum.

Ad quartum dicendum, quòd pertinet ad homi-
nis perfectionem seipsum cognoscere, & in hoc qui-
libet operam dare debet, vt se plene cognoscat, quòd
autem ab alijs cognoscatur non pertinet ad eius per-
fectionem. Gloria tamen consistit in hoc, quòd qs
ab alijs cognoscatur. Non est ergo gloria per se appe I
tenda, potest tamen appeti inquantum potest esse vti
lis ad aliquid, scilicet, quòd Deus glorificetur, qui de-
dit homini perfectionem, de qua gloriatur, vel quòd
alij cognoscentes illam proficiant ex bono quod co-
gnoscunt in proximo, vel ipsemet cuius opera cogno
scuntur ex hoc habeat quandam occasionem, vel ne-
cessitatem ad proficiendum semper in meliora. Vel
saltem est vna causa communis propter quam om-
nes possunt appetere gloriam, scilicet, propter bo-
num exemplum proximorum, & vt non scandelizẽt
eos, quia cum quis conuersatur inter alteros necesse
est aliquid cognosci de statu, & vita illius. Si ergo
illud bonum, est ad quandam gloriam pertinet: si ve-
ro malum est, ad scandalum, quia male ædificabun-
tur proximi de hoc. Ideo licitum est, quòd quilibet
desideret bona sua cognita esse apud alios ne putent K
econtrario ipsum malum esse, de quo scandelizent.
Et hoc est quod dicitur curam habere de bono no-
mine, idest, de bona fama ne apud homines puteris
malus, immo qui negligit famam suam non curans
an recta, vel praua de eo existimentur, crudelis est, &
peccat, quia propter suam negligentiam dat proximo
occasionem scandali. Non est ergo prohibitum, nec
dissuasum, quòd velimus bona nostra cognosci a ꝓ-
ximis, sed quod velimus delectari in bonorum lau-
de, vel cognitione, quia hoc proprie est gloria ina-
nis.

Cui virtuti opponatur inanis gloria.
Quæst. VII.

QVAERETVR de inani gloria cum semper sit vitium, vt ostensum est pręcedenti quæstione cui virtuti opponatur, & an opponatur magnanimitati, vt dicitur. Dicunt quidam, ꝙ non, sed quòd opponatur alijs virtutibus, quia pertinet ad inanem gloriam, quòd glorietur, quis de eo quod non est, idest, de probitate quam non habet, & hoc pertinet ad falsitatem, quæ opponitur veritati, de qua quarto Ethic. & quòd glorietur de rebus paruis fragilibus, & terrenis, quę pertinent ad cupiditatem, & potest opponi in hoc liberalitati, vel alijs virtutibus: & ꝙ glorietur in testimonio hominum quorum iudicium non est certum, quod pertinet ad imprudentiam oppositam prudentiæ, & nihil istorũ opponitur magnanimitati: ergo inanis gloria magnanimitati non opponitur.

Item si opponeretur magnanimitati, aut per excessum, aut per defectum, sed neutro modo opponitur. De excessu patet, quia magnanimitati opponũtur ambitio, & præsumptio, vt ostensum est supra quæstione quinta. Differt tamen inanis gloria ab istis, quia præsumptio tendit in opus arduum quod est supra facultatem, ambitio autem tendit in honorem, inanis autem gloria tendit in laudem, & gloriam: ideo non sunt idem. Etiam non opponitur, vt defectus, quia hoc pertinet ad pusillanimitatem. ergo nullo modo opponitur magnanimitati.

Item patet, quia ad Philip. secundo, super illo verbo nihil per contentionem, aut inanem gloriam. dicit Glo. Erant aliqui inter eos dissentientes, inquieti, inanis gloriæ causa contendentes: sed contentio non opponitur magnanimitati. ergo nec inanis gloria.

Dicendum, quòd inanis gloria opponitur magnanimitati, quia illa est de honoribus, inanis autem gloria de laudibus. Est enim gloria quasi effectus honoris, vel laudis, quia cum gloria sit clara manifestatio bonorum alicuius cum approbatione, & laude, ortum habet ex honore, vel laude. Nam per hoc, quòd aliquis honoratur exhibita sibi reuerentia coram multis redditur clarus coram illis, quia quærunt quis ille sit, & cuius dignitatis, vel excellentię, cum honor exhibitus ei sit testimonium excellentiæ, & per hoc cognoscunt illius excellentiam. & hoc est gloria.

Idẽ de laudibus, quæ manifestius adhuc explicant excellentiam alicuius quàm honor, quia laus est sermo explicans magnitudinem. Nam per honorem cognoscitur quis esse excellens, sed nescitur cuius excellentiæ. Per laudem vero cognoscitur quis esse excellens, & etiam quam excellentiam habeat, & hęc est gloria, scilicet, diuulgata esse bona alicuius, quia ad diuulgationem sequitur approbatio, quia est diuulgatio de bonis. Et ista duo perficiunt rationem gloriæ. Erit ergo dare virtutem aliquam secundum quam quis bene se habeat circa gloriam, & laudem, sicut datur aliqua per quam bene se habet circa honorem. Nulla autem est nisi magnanimitas, quia obiecta ista sunt propinqua, cum vnũ sit effectus alterius, scilicet, gloria honoris, & laudis. ergo magnanimitas erit ad quam pertineat bene se habere circa gloriam, & laudem, quia cęteræ virtutes non habent similitudinem aliquam in obiectis suis cum gloria, & laude, & consequenter cum inanis gloria sit vitium circa gloriam opponetur magnanimitati, q̄ se habet bñ circa illã, & opponetur sibi tãquã superabũdãuã, qa inanis glorię cupidus non peccat deficiẽdo ab

do ab honore, sed desiderando illum plusquam oportet. Est autem alia virtus circa honores paruos, & mediocres, & consequenter posset ista esse circa laudes, & gloriam quando ista sunt parua, vel mediocria. Et sic opponeretur sibi inanis gloria, non tamen opponitur, quia inanis gloria ad magna tendit, quia licet interdum glorietur de eis, quæ parua sunt, tamen tamquam de magnis gloriatur, quia illa magna reputat: ideo magnanimitati opponitur, quę de magnis est, & non alteri virtuti.

Ad primum dicendum, quòd licet ista de quibus gloriatur magnanimus, videantur pertinere ad diuersas virtutes secundum diuersas rationes, tamen opponitur inanis gloria secũdum omnia illa magnanimitati, quia omnia repugnant magnitudini. Quòd enim quis reputet intantum res aliquas, quòd de eis etiam non existentibus gloriari velit repugnat magnanimitati, quia de magnanimo dicitur 4. Ethi. ꝙ non curat opinionem, sed veritatem, & tamen cupidus inanis glorię in talibus curat magis de opinione quàm de veritate. Quòd etiam aliquis tantum apprecietur res paruas, ꝙ in eis velit gloriari, repugnat magnitudini animi. Nã magnanimus omnia ista reputat, vt paruũ. s. honorem, & potentatum, & diuitias, & omnia, quæ propter honorem quæruntur, vt dicitur 4 Ethi. ca. 9. Quòd etiam aliquis quærat gloriam ab hominibus, & delectetur in eorum testimonio repugnat magnanimo, quia non est ei cura, vt laudetur 4. Ethi. Et sic istæ conditiones inanis gloriæ, & omnes aliæ repugnant magnanimitati secundum, ꝙ repugnant magnitudini. Et ita non est inconueniens ea, quæ opponuntur specialiter alijs virtutibus, oppont etiam magnanimitati inquantum aliæ virtutes habent oppositum aliqd quod magnanimitas paruum iudicat, & vitia illud pro magno habent, & sic magnanimitati repugant.

Ad secundum dicendum, quòd opponitur inanis gloria magnanimitati secundum excessum, non quidem secundum excessum ad magnanimum, sed secũdum excessum ad seipsum, & ad rationem. Nam secundum quantitatem nemo potest excedere magnanimum, quia ille se dignificat simpliciter magnis honoribus quibus nulli sunt maiores. Et in hoc ęqualiter se habet, quia nihil facit vltra suam dignitatem. Ambitiosus autem, vel præsumptuosus non excedit magnanimum in quantitate, sed seipsum. s. quia maiorem honorem cupit quàm dignus sit, & maiora opera aggreditur quàm sit facultas sua. Et sic est de inanis gloriæ cupido, quia iste secundum quantitatẽ, & veritatem deficit a magnanimo, quia gloriatur in illis, quæ magnanimus tamquam parua reputat, & despicit, sed excedit seipsum, & rationem, quia illa in quibus gloriatur reputat aliquid magnum quo ipse non est dignus, & aspirat ad illud sine ratione. s. supra dignitatem suam. Ideo per excessum opponitur magnanimo, licet non excedat eum secundum rem, immo secundum rem magnanimus excedit omnes, sed propter rationẽ ipse est in medio, & Ambitiosus, & præsumptuosus, & inanis gloriæ cupidus sunt in superabundantia.

Ad tertium dicendum, quòd inanis gloria opponitur magnanimitati secundum se, non tamen oportet, quòd omnes effectus eius opponantur magnanimitati, quia oppositio non fit per effectum, sed per formã. Et ita est de contentione, quia est filia inanis gloriæ, vt dicetur infra quæstione 10. & sequitur ex ea tamquã effectus eius, vel consequitur eam tamquam finem suum. Non tamen oportet, quod si aliquid vitium opponitur alteri, vel alicui virtuti, ꝙ oẽs filię illius vitij opponãtur illi virtuti, vel vitio. Quod manifeste apparet in filiabus irę, & luxurię de quibus diximus. s.

A quæst. 185. Nam non opponuntur illis vitijs aut virtutibus quibus ira, & luxuria opponuntur, & tamen in proposito contentio opponitur magnanimitati. Magnanimus enim nunquam contendit, quia nemo cõtendit nisi pro eo quod magnum reputat. Magnanimus autem omnia parua reputat. Vnde dicit 4. Ethi. ꝙ magnanimus non est contentiosus, quia nihil magnum existimat. Opponitur ergo inanis gloria magnanimitati, vt superabundantia.

B *An inanis gloria sit semper peccatum mortale. Et quando sit, & quando non est. Et quod dupliciter potest perire vitæ æternæ merces propter peccatum. Quæst. VIII.*

QVÆRETVR an inanis gloria sit semper peccatum mortale.

Dicunt quidam, quòd sic, quia nihil excludit hominem a mercede vitæ æternæ nisi peccatum mortale. Nam veniale non tollit vitã æternam. Inanis tamen gloria excludit ab ista mercede, vt dicitur in litera. attendite, ne iustitia vestra &c. alioquin mercedem non habebitis: ergo inanis gloria peccatum mortale est.

Item quicunque vsurpat sibi ea, quę sunt Dei mortaliter peccat. Nam in hoc peccat, qui se facit adorari
C quod soli Deo conuenit, Deus tamen pro se vult gloriam Isa. 42. Gloriam meam alteri non dabo. Et 1. ad Tim. 1. Soli Deo honor, & gloria. ergo inanis gloria mortale peccatum est, quia vsurpat Dei gloriam.

Item illud quod est maxime periculosum, & nociuum, est peccatum mortale, quia veniale non potest esse maxime nociuum, & tamen inanis gloria est huiusmodi. Nam dicit Glo. 1. Thessa. 2. & est Aug. super illo verbo. Deo qui probat corda vestra. s. Quas vires nocendi habet humanę gloriæ amor non sentit nisi, qui ei bellum indixit. Quia & si cuique facile est laudem non capere nec cupere dum negatur, difficile tamen est ea non delectari dum offertur.

Dicendum, quòd inanis gloria non est semper mortale, nec semper veniale. Nam aliquando veniale
D est cum etiam in viris bonis locum habeat, qui tamẽ mortaliter non peccant, sicut dicit Chry. super Matthæum, quòd cum cętera vitia in seruis diaboli locũ habeant, inanis gloria etiam locum habet in seruis Christi. Interdum autem mortale est, quia directe militat contra charitatem. Pro quo sciendum, quod cũ charitas ducat ad vitam ęternam, & tamen qui est in mortali non est dignus vita æterna, necesse est, quòd omne mortale opponatur charitati, quod vero charitati non opponitur, vel peccatum non est, vel veniale est. Inanis autem gloria semper est vitium, vt ostensum est supra: ideo vel erit mortale, vel veniale, ipsum tamen secundum se consideratum non repugnat charitati proximi. Nam licet per accidens propter desiderium gloriæ quis aduersetur alteri per
E te, tamen non est necesse alteri aduersari, quia quilibet in seipso potest gloriari de eo, quòd bona sua apud alios sint nota, & approbata, in quo non præiudicat alieni, potest tamen repugnare charitati Dei, scilicet, inquantum propter inanem gloriam recedit quis ab eis, quæ tenetur facere propter Deum. Et hoc est, vt siquis glorietur de eo quod repugnat diuinæ reuerentiæ, vt si glorietur de re turpi, scilicet, de peccato per quod Deum offenderat. Nam tunc grauius offendit cum gaudet se offendisse, vel etiam gloriatur de aliquo facto per quod vsurpat sibi diuinum honorem, sicut dicitur Ezechielis vigesimooctauo de rege Tyri eo, quod est ęleuatum cor tuum, & dixisti Deus ego sum, & in

In quęst. 6.

cathedra

cathedra Dei, sedi in corde maris, cum sis homo, & non Deus, & dedisti cor tuum quasi cor Dei. Sic etiã fuit de Pharaone, qui vsurpauit sibi creationem dicẽs, quòd ipse creauerat fluuium Nili Eze. vigesimonono. Ecce ego ad te Pharao rex Aegypti draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis meus est fluuius, & ego feci memetipsum. Et iste est modus grauissimus inanis gloriæ. Vel quando quis gloriatur de aliquo quod vere habet, & tamen gloriatur quasi a seipso habeat, sicut qui gloriatur in sapientia, vel robore quasi a se habuerit. Nam hoc præiudicat diuinæ reuerentiæ, cum omne bonum nostrum sit quoddam donum descendens a Deo Iaco. primo. Et ideo increpabile est, quòd glorietur quis de hoc quasi sibi proprium sit prima Corin. quarto. Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quare gloriaris quasi non acceperis? Vel etiam cum quis gloriatur de aliquo temporali bono quod præfert Deo, idest, quòd sibi reputet melius quàm bona, quæ habere potest, vel habiturus est a Deo Iere. nono. Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur scire, & nosse me. Hæc enim est Dei irreuerentia, quòd putet quis maiora esse bona, quæ habet ab hominibus quàm illa, quæ habere potest a Deo, quæ habentur per cognitionem eius, vel cum aliquis præfert testimonium hominum, in quo gloriatur, testimonio Dei, scilicet, magis voluit laudari ab hominibus quàm a Deo. Siquis enim operetur secundum legem Dei habet laudem a Deo prima Corin. quarto. Et tunc erit vnicuique laus a Deo, & ad Ro. secundo. Cuius laus non est ex hominibus, sed ex Deo. Habet autem laudem ab hominibus, qui facit aliqua, vel habet de quibus homines glorientur. Siquis ergo, vt habeat laudem humanam desinit operari secundum legem Dei, & facit ea in quibus homines laudem esse putãt, ex hoc solo, quòd talia desiderat, peccat contra Dei reuerẽtiam de quo Io. duodecimo dicitur: Qui dilexerunt magis gloriã hominum quàm Dei, scilicet, Aliqui cognouerant Christum de principibus Iudæorum, & tamen vt non eijcerentur de synagoga, & honore suo, non confitebantur Christum esse Deum. Et de istis dicitur, quòd dilexerunt magis gloriam hominum quàm Dei.

Alio modo potest esse contra charitatem inanis gloria ex parte operantis, scilicet, si operans referat intentionem suam ad gloriam tamquam ad vltimum finem ad quem ordinet opera sua, & opera virtutis, & pro quo consequendo non omittat facere etiam ea, quæ sunt contra Deum, & tunc est contra charitatem, & est peccatum mortale. De hoc Augu. quinto de ciui. Dei, dicit. Hoc vitium, scilicet, amor humanæ laudis tam inimicum est piæ fidei, si maior sit in corde cupiditas gloriæ quàm Dei timor, vel amor, vt Dominus diceret Io. quinto. Quomodo potestis credere gloriam abinuicem accipientes, & gloriam, quæ a solo Deo est non accipitis? Si autem amor inanis gloriæ non repugnet charitati nec quantum ad id, de quo est, nec quantum ad intentionem quærentis gloriam, non est peccatum mortale, sed veniale. Quòd ergo aliquis quærat laudari de operibus suis etiam si sint aliquod paruum, dum tamen non sit contra Dei reuerentiam aliquo de modis prædictis, vel non sit tam ardens desiderium gloriæ, quòd pro illa habenda non omitteret offendere Deum, non est peccatum mortale, sed veniale. Apparet ergo ex dictis inanem gloriam multis modis esse peccatum mortale. Primo modo quando cupit gloriam de malis, quæ fecit, vel de rebus turpibus.

Secundo modo quando gloriari cupit de eo quod

F pertinet ad Deum, & vult talis credi. Tertio quàdo gloriatur quis de eo quod habet, quasi a nullo habeat, sed a seipso. Quarto si glorietur quis aliquod donum a Deo habere, & tamen, quòd meritis suis illud habeat, & tamquam talis vult agnosci, quia istud pertinet ad irreuerentiam Diuinam. Multum enim de laude, & honore Dei tollit, qui dicit se meruisse ea, quæ ab illo accepit, quia principium bonitatis in se ponit. etiam quia ista est Dei solius excellentia, quòd apud ipsum nemo possit mereri primam gratiam, vel donum. Quinto cum aliquis gloriatur in aliquo quod Deo præfert. Quia licet bona, quæ homo hic a Deo accipit sint aliqualiter magna saltem respectu hominis, incomparabiliter tamen
G maiora sunt ea, quæ Deus reseruat nobis pro futuro sæculo, quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderũt, quæ præparauit Deus his, qui diligunt eum prima Corin. secundo. Sexto siquis gloriatur præferendo diuino testimonio humanum testimonium, vel laudem, vt si putet quis, se esse gloriosiorem per hoc, quòd laudatur ab hominibus quàm per hoc, quòd eius facta approbantur per sacram Scripturam quod est laudari a Deo. Et alij modi similes possunt accipi ex parte diuinæ reuerentiæ, in quibus omnibus peccatum mortale est gloriam appetere. Septimus modus est siquis gloriari velit de eo quod nõ habet, siue illud sit vsurpando aliquid diuinum, vt dictum est in secundo modo,
H vt de rege Tyri, & de Pharaone, siue non sit contra eum, vt qui gloriatur se esse Philosophum cum nõ sit. Præter hos est octauus modus quando quis gloriari ab hominibus appetit de quacunque re, & quocunque modo, dum tamen ita ardẽter appetat, quòd vt assequatur illam non omittat agere contra legem Dei: Nam tunc mortale est, quia præponit gloriam humanam diuino amori. Quandocunque tamen aliquid Deo præponimus volentes potius offendere Deum quàm perdere illud, contra charitatem agimus, per quam Deus super omnia diligendus erat.

Qui autem gloriam humanam cupit, & tamen si sciat se non posse habere illam nisi offendendo Deũ, idest, agendo contra aliquod mandatum legis omit-
I tit gloriari, non peccat mortaliter cupiendo illam gloriam, vel accipiendo illam quando euenerit. Et accidit istam gloriam dupliciter haberi. Vno modo, quòd ipsa non quæsita insurgat.

Alio modo, quòd procuret homo habere illam coram alijs. Primo modo, vt cum quis alijs videntibus egit aliquid quod ab alijs approbatur, vel ipse approbari putat, & de hoc insurgit sibi quædam cordis altitudo, est inanis gloria. Et ista est leuissima omnium ex modo suo, licet interdũ possit esse grauior, vel leuior secundum maiorem, vel minorem cordis eleuationem. Secundo modo cum quis ex industria agit aliquid, vt inde laudes humanas consequatur, & tamen ista adhuc est peccatum veniale nisi incidat
K in aliquem de modis supra positis. alias autem potest quilibet facere quæcunque opera humana bona propter gloriam inanem, & quòd non peccet mortaliter, & tamen perdit semper mercedem suam, vt Christus dixit, & semper est peccatum veniale

Vitare autem secundum modum non est facile etiam nec viris bonis, cum istud vitium insidietur operibus bonis, & subito insurgat quasi ex transuerso, vt ait Gregorius, vlt. cap. moralium. Nec est possibile ipsum euitare nisi cum diligentissima cautela.

Ad primum dicendum, quòd per inanem gloriam perit merces operis, non tamen sequitur, quòd peccet mortaliter, qui sic gloriatur. Nam peccando

non

non potest quis mereri etiam si solum venialiter peccet, quia non potest quis mereri nisi per hoc, quòd opera eius Deo placēt. Nullum tamen peccatū placet Deo, nec mortale nec veniale, quia si placeret ei iam peccatum non esset. ergo per illum eundem actum per quem quis peccat etiam venialiter, impossibile est, quòd mereatur. Bene tamen potest aliquis mereri, & peccare venialiter non tamen præcise in eodē actu. Vt siquis ex charitate desideret liberare hominem a morte, vel a peccato, & non inueniens modū quo faciat, dicit aliquod mendacium officiosum, tūc in volendo liberare hominem meruit vitam æternā, quia ex charitate voluit, mentiendo autem venialiter peccauit, & tamen ambo referuntur ad eundem finem, & vnum est propter alterum, scilicet, mentiri propter liberare hominem, & tamen in vno meret̄, & in altero peccat. Quòd autem in mentiendo hic mereretur, & peccaret venialiter erat impossibile, quia tunc idem esset simul acceptum Deo, & non acceptum, quod est contradictio, nisi forte accipiatur de merito respectu bonorum temporalium, quia istud non est inconueniens cum etiam existens in mortali possit mereri temporalia bona, & multa alia, quę sunt
In q.170. citra vitam æternam, vt ostensum est præcedenti cap. Et tamen ibi nec est operans Deo acceptus, quia est in mortali, nec etiam opus eius quod nunquam est Deo acceptum nisi propter operantem. Qui ergo agit propter inanem gloriam cum peccet venialiter non meretur vitam æternam, & sic perdit mercedē suam, non tamen oportet, quòd peccet mortaliter cum non agat ibi contra charitatem.

Cum autem dicitur, quòd non perit merces vitę æternæ nisi per mortale. dicendum, quòd dupliciter potest perire ista merces.

Vno modo, quòd non acquiratur merces, quæ aliàs acquirenda esset. Alio modo, quòd pereat illa merces, quæ iam acquisita erat, vel quòd indisponatur homo ad habendum illam quam aliàs posset habere. Primo modo potest perire merces vitæ æternæ sine peccato mortali, idest, quòd nos faciamus aliquem actum bonum ex genere, qui aliàs erat dignus vita æterna, & tamen propter aliquid accidentale non mereamur per illud vitam ęternam. Et istud facit inanis gloria, quia siquis bonum opus propter Deum faceret, meretur vitam æternam, cū vero agit propter inanem gloriam nihil meretur per istum actum, & tamen id quod meruerat per alios actus bonos non perit per istum.

Secundo modo perit merces quando quis non solum nihil meretur, sed etiam perdit id quod per alios actus meruerat. Et istud non potest fieri sine mortali, vt siquis furetur aut fornicetur per hoc non meretur, quia malum est, etiam perdit vitam æternam quam prius acquisierat per bonos actus. Dicitur etiam, vel indisponitur ad habendum illam vitam æternam quod fit propter originale. Nam antequā anima contrahat originale in illo priori non meruit vitam æternam, nec etiam meruit pęnam. Cum autem contrahit originale quod mortale est non perdit mercedem aliquam, quia ante hoc nihil meruerat. indisponitur tamen ad habendum vitam ęternam, quia non poterit illam habere quandiu manserit in ea illa macula, & antequam illam contraheret non erat indisposita ad hoc. Sic etiam est de peccato mortali quod est post alia peccata mortalia non intercidente charitate. Nam per illud non perdit quis mercedem, quia iam perierat, & tamen per illud indisponitur etiam ad vitam ęternam. Alia etiam est differentia, quia ad hoc, quòd peccatum sit mortale non sufficit, ꝙ perdat quis mercedem vitę ęternę, sed ꝙ incurrat

A obligationem mortis ęternę. Et istud fit generaliter per omne mortale etiam si millesies quis peccet non intercidente charitate, & tñ faciendo bonū ex inani gloria perdit quis mercedem, sed non incurrit reatū mortis ęternę: ideo non est peccatum mortale. maxime, quia non proprie quis perdit mercedem per talē actum, sed non acquirit eam. Vnde Christus non dixit perdetis mercedem vestram, sed dixit mercedem non habebitis. s. quam aliàs habituri eratis si propter Deum ageretis. An tamen quandocunque quis incidit in inanem gloriam perdat mercedem operis, dicetur infra quęstione 11.

Ad secundum dicendum, ꝙ vsurpare Dei gloriam semper est mortale, & grauissimum, sicut patet in
B exemplis datis supra de rege Tyri, & rege Aegypti, q se quasi Deos esse gloriabantur Eze. 28. & 29. Sic etiā de Herode, qui pmisit, ꝙ populus acclamaret ei voces Dei, & non hominis, & percussus est subito a Deo Actuum 12. Qui tamen inaniter gloriatur non vsurpat semper Dei gloriam, vel excellentiam, quę Deo competit, sed quandam aliam, quę competit homini excellenti, vt virtuoso, sapienti, potenti, diuiti, & sic de cęteris, & ideo non est semper mortale.

Ad tertium dicendum, ꝙ inanis gloria est vitium periculosum, non quidem propter grauitatem suam, quia alia sunt grauiora, sed propter dispositionem, quia est dispositio ad multa vitia inquantum per inanem gloriam redditur homo pręsumptuosus, & de seipso nimis confidens, & sic paulatim disponitur ad
C hoc, ꝙ priuetur omnibus bonis interioribus. Aliqui autem putabant semper inanem gloriam esse mortale propter verbum Christi. s. mercedem non habebitis, & tamen inconuenienter putant, quia potius ex ipso verbo colligitur, ꝙ non sit mortale, quia si mortale esset, non diceret Christus solum mercedem nō habebitis, sed diceret peribitis, vel aliquid simile, sicut dixit pręcedenti cap. Qui irascitur fratri reus erit iudicio, qui dicit racha reus est concilio, qui autem dicit fatue reus est gehennę ignis. Et Aposto. ad Ro. 1. loquens contra peccantes mortaliter dicit. Qui talia agunt digni sunt morte, & qui consentiunt facienti-
D bus. Et tamen dixit solum non habebitis mercedem. ergo non significauit, quòd erat peccatum mortale, sed ꝙ non erat actus meritorius. Nam etiam ita esset verum, quòd qui dormiunt non habebunt ex hoc mercedem, & tamen dormire peccatum non est.

Nota intellectū text⁹ Euāgelici,

An inanis gloria sit vitium capitale. Et quòd tria requiruntur ad vitium capitale. Quæst. IX.

QVAERETVR, de inani gloria an sit vitium capitale.

Aliqui dicunt, quòd non, quia capitale vitium non oritur ex altero, & tamen inanis gloria ex superbia nascitur, ergo non est capitale.

Item honor est aliquid excellentius gloria, quia
E gloria est effectus honoris, vt dictum est. s. quæst. 7. & tñ ambitio, quę est appetitus inordinatus honoris, vt ostensum est. s. q. 3. & 4. non est capitale vitium, ergo inanis gloria non erit capitale.

Item vitium dicitur capitale, quia habet aliquam principalitatem super alia, sicut caput super membra, & tamen inanis gloria nullam principalitatem habere videtur, patet quia non quidem ratione peccati, quia non est semper peccatum mortale, vt ostensum est pręcedenti quæstione, nec etiam quantum ad rationem boni appetibilis, quia gloria humana est aliquid paruum, & fragile extra hominem existens, ergo non est capitale vitium.

Dicendum, quòd circa hoc est diuersitas. Quidam enim

enim ponuntur superbiam esse vnum de septem capitalibus, & isti non ponunt inanem gloriam esse capitalem, sed potius, quòd sit quasi quædam filia superbię.

Alij autem non ponunt superbiam esse capitalem, & ponunt inanem gloriam, ita ponit Greg. 31. Moralium dicens superbiam esse reginam omnium vitiorum, & omnia vocari filias superbiæ, propter illud quod dicitur Iob. 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ: inanem autem gloriam, quæ ex superbia immediate oritur, ponit vitium capitale. Et hoc satis rationabiliter, quia superbia importat inordinatum appetitum excellentię, ex omni autem bono quod quis appetit, quandam perfectionem, & excellentiam consequitur. Et quia omnia vitia tendunt in quoddam bonum. s. quod videtur homini bonum omnia tendunt in quandam excellentiam, & sic fines omnium vitiorum ordinantur in finem superbiæ. Propter quod videtur, quòd superbia habeat quandam generalem causalitatem super omnia vitia: ideo non debet poni tamquam vnum de capitalibus, quia ad esse vitium capitale requiruntur tria. s. quod vitium habeat finem multum appetibilem, & quòd sit causa multorum, & tamen, quod nõ sit causa omniũ, vt declaratum est præcedenti cap. q. 141. Superbiæ autem licet competant duo prima, tertium non competit, quia omnia vitia ex illa quodammodo oriuntur, sicut etiam cupiditas inordinata, licet peccatum sit, nõ ponitur capitale eo, quòd est radix omnium peccatorum 1. ad Thimo. 6. Et amor sui inordinatus est caput omnium peccatorum, sicut amor simpliciter est caput omnium passionum, vt ostendit Aug. 14. de ciui. Dei. Et ob hoc non ponitur vitium capitale. ita ergo nec superbia. Inanis autem gloria potest esse capitale, quia competunt ei tres conditiones vitij capitalis. s. ipsa non est origo omnium vitiorum, sicut cupiditas, & amor, q multa sunt vitia, quæ nullo modo pertinent ad inanem gloriam, vt auaritia, gula, & luxuria. Inuidia est etiam caput aliquorum, quia filias aliquas habet. s. inobedientiam, iactantiam, contentionem, hypocrisim, pertinaciam, discordiam, nouitatum præsumptionem, vt dicetur sequenti quæst. habet etiam finem appetibilem, quia est de gloria. Nam inter bona, per quæ homo consequitur excellentiam videtur præcipue operari gloria inquantum importat manifestationem bonitatis alicuius. Nam bonum naturaliter amatur, & desideratur, & honoratur ab omnibus, & ideo sicut per gloriam quã homo habet apud Deum, cõsequitur excellentiam in rebus diuinis, ita per gloriam hominum consequitur excellentiam in rebus humanis. Et quia omnes homines naturaliter desiderant excellentiã, consequens est, quod gloria hoĩum per quam putatur haberi excellẽtia, apud eos sit multum appetibilis. Et quia id quod multum appetibile est a multis appetitur, & multum appetitur, contingit circa illud multum errare cum circa illud sit dare excessum, & sic erunt multi modi errandi circa appetitum glorię. Et hoc est, quòd facit esse multas filias inanis glorię, & consequenter erit ipsa vitiũ capitale, quia ex eo multa vitia oriuntur tamquam ex fine, vel tamquam ex efficiente. Recte ergo inanis gloria ponitur esse vitium capitale.

Ad primum dicendum, quod licet inanis gloria oriatur ex superbia, non repugnat ei esse vitium capitale. Nam vitium capitale non debet oriri ab alio capitali, quia aliàs non condistinguerentur inter se, põt tñ oriri capitale vitium ab aliquo quod non ponitur inter capitalia. Et sic omnia vitia oriuntur a cupiditate, & ab amore suipsius, quæ sunt vitia, & tñ non cõnumerantur inter capitalia, vt dictum est. Ita est de superF bia, quia iuxta Grego. non est vnum de capitalibus, sed quasi regina omnium vitiorum. Vnde non solũ inanis gloria, sed etiam capitalia omnia ab ipsa oriuntur, vt ostensum est hic, & tamen non tollit hoc eis esse capitalia, & consequenter nec inanis gloria impedietur esse capitale, quia oritur ex superbia.

Ad secundum dicendum, quòd potius inanis gloria debuit poni capitale quàm ambitio, quia gloria circa quam est inanis gloria comparatur ad honorẽ, & laudem, sicut finis ad id quod est ad finem, quia propter hoc aliquis vult honorari, vt glorietur, idest, vt bonum suum diuulgetur: idem etiam de laude, quod patet, quia magis amat quis honorem, vel lauG dem exhiberi in publico quàm in secreto, etiam si ijdem, & non plures sint exhibentes in publico, & in secreto. Et tamen quantum ad rationem honoris non differt exhiberi in publico, vel in secreto, quia honor est exhibitio reuerentiæ. Et ita potest quis exhibere alteri reuerentiam in publico, sicut in secreto, & econtrario. Etiam non differt quantum ad rationem laudis, quia laus est sermo explicans magnitudinem. Et ita potest per sermonem explicari alicuius magnitudo perfecte vni in secreto, sicut multis in publico. Ergo ita est completa ratio laudis in secreto, sicut in publico, & tamen honorem exhibitũ in secreto, & laudem secreto dictam quasi pro nihilo appreciamur. Cum vero ista fuerint publice facta H valde illa appreciamur, ergo videtur, quod propter gloriam desideramus honorem, & laudem, idest, vt cognoscatur a multis excellentia nostra cuius testimonium redditur in honore, & laude. Nam proprie ad gloriam pertinet rem fieri publice, cum gloria dicat manifestationem excellentię alicuius, & gestorum eius cum laude, & approbatione, honor autem, & laus secundum se non pertinent ad publicum potius q̃ ad secretum. ergo videtur, quod per honorem, & laudem nihil aliud desideretur q̃ gloria. Et sic ipsa est tanquam finis, & consequẽter magis appetibilis q̃ laus, & honor, & ideo habebit magis rationem vitij capitalis appetitus inanis gloriæ, qui est circa gloriam, quàm appetitus honoris siue ambitio, q̃ ad honorem pertinet. Et ita si esset aliquod vitium I quod specialiter pertineret ad laudem immoderate illam desiderando, nõ esset illud capitale, sed inanis gloria, quia finis suus non esset tam appetibilis, sicut finis inanis glorię.

Ad tertium dicendum, quòd inanis gloria habet quãdam rationem principalitatis, vt dictum est, quia finis suus est valde appetibilis. Et hoc sufficit ad rationem vitij capitalis, esse autem maius, vel minus vitium non facit ad rationem vitij capitalis, quia capitale est inquantum ex eo plura oriuntur, sicut ex capite plura membra. Esse autem magis, vel minus graue non facit oriri plura, aut pauciora vitia: ideo licet inanis gloria sit minus vitium quibusdam alijs, potest esse vitium capitale quamuis illa non sint capitalia. Et K ita inanis gloria, licet aliquando sit veniale potest poni capitale inter mortalia, inquantum ex veniali sequitur interdum mortale per dispositionem, & ita non oportet, quod omnia capitalia vitia inter mortalia sint mortalia, sed satis est, quòd sint origo quædam mortalium. Cum ergo aliquando inanis gloria sit peccatum mortale, & valde graue, vt in eis, qui gloriantur vsurpando ea, quæ conueniunt Deo, sicut patet in rege Tyri, & rege Aegypti Eze. vigesimooctauo, & vigesimonono, & dictum est præcedenti quęstione, & etiam possunt sequi alia peccata valde grauia, conuenienter erit inanis gloria vitium capitale.

Quia

Quæ sint filiæ inanis gloriæ a S. Gregorio Papa nominatæ. Quæst. X.

QVAERATVR quæ sint filiæ inanis gloriæ. nam cum sit capitale vitium, vt patet præcedenti quæstione habebit filias cum propter hoc dicatur capitale, quia ex eo multa oriuntur. Dicit Grego. 31. Moralium, quòd sunt filiæ eius septem. s. Inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentio, pertinacia, discordia, nouitatum præsumptio.

Aliqui autem dicunt, quòd non sint omnes istæ filiæ inanis gloriæ, quia iactantia ponitur inter filias, vel species superbię, vt dicit Grego. 31. Moralium, & tamen superbia non oritur ex inani gloria, sed potius econtrario, ergo non poterit iactantia poni species, vel filia inanis glorię cum sit filia superbiæ.

Item contentio, & discordia non videntur esse filiæ inanis gloriæ, sed iræ, quia ex ira proueniunt, & tamen ita est vitium capitale con distinctum contra inanem gloriam. ergo non erunt contentio, & discordia filiæ inanis gloriæ.

Item dicit Chry. super Matthæum, quòd inanis gloria est malum, & maxime in misericordia, quę tñ non est aliquid nouum, sed consuetum inter homines, ergo pręsumptio nouitatum non debet poni specialiter filia inanis glorię.

Dicendum, ꝙ omnia ista septem vitia sunt filię inanis gloriæ, vt assignat Grego. 31. Moralium. Ad hoc autem, ꝙ aliqua vitia particularia ponantur tanquam filię alicuius vitij capitalis, sufficit ꝙ pertineant ad illud tanquam ad finem, vel dependeant ab eo tanquã ab efficiente. De primo, sicut scurrilitas, turpiloquiũ, tactus impudici, & simila ponuntur filiæ luxuriæ, eo ꝙ ista ordinantur ad luxuriam, idest, ad consequendũ delectationem veneream, quæ est finis luxuriæ. cęcitas autem mentis, inconsideratio, pręcipitatio, amor pręsentis sęculi, desperatio futuri, sunt filiæ luxuriæ, quia sequuntur ex ea tanquam ex causa efficiente, vt ostensum est supra quęst. 185 ita nunc ista vitia ordinantur ad finem inanis gloriæ, idest, ad consequendũ quandam gloriam humanam, vel dependent ab ipsa tanquam a causa. s. quia ex hoc, ꝙ aliquis est cupidus inanis gloriæ, & nollet erubescere incidit in ista vitia. Pro quo sciendum, ꝙ ista magis ordinantur ad inanẽ gloriam tanquam ad finem. i. ad finem eius, quàm vt ad causam. Finis autem inanis glorię est manifestatio propriæ excellentiæ quam quis habet, vel se habere ostẽdit. Ad hoc autem potest hõ tendere dupliciter.

Vno modo directe, alio modo indirecte. Si indirecte, aut fit per verba aut per facta. Si per verba sic est iactantia, quia iactator dicit de se multa, quæ vera non sunt, vt gloriam consequatur apud homines, & opponitur veridico 4. Ethi. Aliquando tamen iactator vera dicit, quia tamen importune dicit, & non ad finem ad quem oportet dicitur iactator, quia ad vitium pertinet sic velle extollere propria bona. Non est tamen aliud vitium superabundans circa hoc nisi iactantia. Nam veridicus non solum vera dicit, sed etiam qualiter debet, & quando debet, & bene secundum omnes circunstantias, quia veritas ibi virtus moralis est. Ad iactantiam ergo pertinet talia vera dicere. Sic autem per facta, aut illa sunt vera aut non. Si vera, & habent aliquam admirationem, sic est nouitatum præsumptio, quando quis conatur inuenire aliqua noua, vt de illis specialiter glorietur. Nam inuentio nouorum maxime si sint vtilia, magnam laudem, & gloriam causat inquantum est signum magnę excellentiæ, & ingenij. Alia est præsumptio, quæ non pertinet ad nouitates, sed ad aggressionem magnorum operum,

A & sic opponitur pręsumptio magnanimitati, vt dictum est supra quęstione quinta, & illa non pertinet ad inanem gloriam. Si autem per facta falsa, idest, simulata sic est hypocrisis, vt cum quis iniquus nõ asserit se bonum in verbo, prætendit tamen bonitatem, & sanctitatem ex habitu exteriori, & ex modo vultus. Et ista facta sunt simulata, quia sunt ad significandum, quòd iste bonus sit, & istud est hypocrisis. Pertinet autem ad inanem gloriam inquantum homines propter desiderium glorię humanæ cum non habeant veram excellentiam, conantur illam falsè ostendere. Potest autem pertinere interdum hypocrisis ad auaritiam, vt siquis propter lucrum ista fingat. Magis tamen propriæ pertinet ad inanem gloriam,
B quia ex tali simulatione directe sequitur gloria humana. Lucrum autem non sequitur nisi per accidens. Et etiam quando lucrum sequitur, prius sequitur gloria, quia ille, qui talia simulat intendit per hoc bonus apparere, & quòd tanquam bono postea lucrum faciliter acquiratur. Et tamen apparere bonum ad gloriam pertinet: ideo hypocrisis directe pertinet ad inanem gloriam, postea autem potest per accidens pertinere ad alia vitia inquantum vnum vitium propinquitatem habet cum alijs. Si autem indirecte quis intendat consequi gloriam humanam contingit quadrupliciter.

Primo modo quantum ad intellectum, & sic est
C pertinacia, vt quando aliqui volentes ostendere se esse magni ingenij nolunt cedere alijs vera dicentibus contra eorum assertionem etiam si sciant eos vera dicere, vt non videantur minores illis si illis cesserint. Et istud est inanis gloria indirecte, quia directe inanis gloria vult ostendere se esse excellentem, qui autem pertinax est non vult ostendere se esse magnum, sed se non esse minorem in intellectu eo cum quo contendit, Et istud est indirecte excellentia quædam.

Secundo modo quantum ad voluntatem, & sic est discordia dum aliquis non vult a propria voluntate discedere, vt alijs concordet. Et hoc est ne minor videatur si se alteri subijciat.

Tertio quantum ad locutionem. Et sic est con-
D tentio, quę est quędam confusa loquacitas, vel pugna verborum pertinens ad aliquid inutile. Et tamẽ non vult contendens verbis cedere, sed semper loqui, ne saltem in verbis cedere videatur. Et differt contentio a pertinacia, quia pertinax contendit propter intellectum nolens mutare sententiam suam quasi non errauerit, contentio autem solum est ad verba, vt cum quis non curans de veritate rei solum ne videatur minus potens quàm alius ad iactandum verba cedere non vult prius tacendo, sed vult verbum manere in ore suo. Et hoc pertinet indirecte ad quandam gloriam inquantum se ostendit non esse minorem eo cum quo contendit.

Quarto modo quantum ad factum. Et sic est
E inobedientia, quando quis non vult exequi superioris voluntatem ne minor eo videatur. Et hoc ad quandam gloriam pertinet. Et sic istę sunt septem filiæ inanis glorię.

Ad primum dicendum, quòd iactantia pertinet ad superbiam, & ad inanem gloriam. Est enim species superbiæ quantum ad causam interiorem, quę est arrogantia. Nam arrogantia est desiderium gloriationis, de eo quod quis non habet. Et inquantum habet quis arrogantiam mouetur ad dicendum ea, quæ significent excellentiam eius. Et illud est iactare falsa dicendo, vt ostendat excellentiam.

Si autem consideretur quantum ad finem, ponitur

filia

filia inanis gloriæ. Et sic idem vitiũ potest pertinere ad diuersa capitalia, ad vnum tanquam ad finem, & ad alterum tanquam ad causam efficientem. Nam cum iactantia consistat in solis verbis propter gloriã humanam prolatis, efficiens eius est arrogantia, finis autem est inanis gloria. Ad secundũ dicendũ, ꝙ contentio, & discordia pertinent aliquo modo ad iram, & tñ non pertinent ad ipsam solam, sed cum adiunctione inanis gloriæ. Potest enim aliquis contendere in verbis cum alio dupliciter. s. vel quia per verba vindictam quandam accipit, vel quia cedere non vult alteri loquenti. Si primo modo pertinet ad iram. Nam sicut per opera vindicta recte quæritur, ita etiam per verba interdum quis quęrit vindictam. Et ideo sicut ira quietatur cum quis vindictam retribuerit, ita etiã cum ostenderit iram per verba, vt patet in prima specie iracundorum, qui vocantur acuti, vel acrocoli quarto Ethi. capitu. de mansuetudine. Et propter hoc amari tarde iram dimittunt, quia ipsam occultam habent, vt patet ibidem. Si secundo modo pertinet cõtentio ad inanem gloriam, vt dictum est, & tamen magis proprie pertinet ad inanem gloriam quàm ad iram, quia ad iram non pertinet nisi inquantum per verba sumitur vindicta. Si tamen contendat quis cũ irato ex opposito conuitia dicens, non placatur ira eius ad hoc, ꝙ sint vindicta, sed potius succenditur, vt tunc videatur recipere iniuriam. Et iõ non contendit iratus ad vindictam, sed quando iratus potest impune iniuriosa verba contra alterum dicere eo non respondere audente, aut non ex æquali respondente, est vindicta quędam, & tñ tunc non est contentio, quia in contentione conatur vterque alterum verbis superare. Non est ergo contentio proprie pertinens ad irã, sed ad inanem gloriam, inquantum vnus non vult alteri in verbis cedere ne minor eo videatur. Si autem irati interdum verbis contendant, non fit hoc propter iram, sed propter inanem gloriam inquantum vnus non vult videri minor altero. Nam contingit vitia multa simul esse.

De discordia autem eodem modo dicendum est, quia aut quis discordat a voluntate alienus eo, ꝙ odit ipsum, vel irascitur ei, & in hoc, ꝙ ab eo discordat videtur ei inferre quãdam pęnam, vt si aliàs tenebatur ei concordare, & tunc discordia pertinet ad iram, qa in modum vindictę infertur. Vel si forte discordat qs ab alio nolens redire in pacem cum eo, vt per hoc maneat sibi locus vindictę, quod non fieret si rediret in concordiam cum inimico, & tunc etiam ad iram pertinet inquantum ad vindictam ordinatur, vel discordat quis a voluntate illius quem non odit, sed non vult conformari ei, vt non videatur minor. Et tunc pertinet discordia ad inanem gloriam. Et quia discordia proprie non dicit pęnam, sed solum nolle concordare alteri, pertinet magis discordia ad inanem gloriam quàm ad iram.

Ad tertium dicendum, quòd inanis gloria reprehenditur maxime circa eleemosynam, quia eleemosyna ex se videtur actus charitatis, quia diligere, & benefacere, & orare posuit Christus præcedenti capitu. tanquam actus charitatis, vel signa. quòd autem propter inanem gloriam quis det eleemosynam est non habere aliquid de charitate. Est ista magna peruersitas, scilicet, quòd quis præferat inanem gloriam charitati, & vtilitati proximi, & ex hoc vituperatur, & non tanquam sit aliqua inuentio nouitatis, quia eleemosynam dare consuetum est.

F *An agens aliquid propter inanem gloriam semper meritum perdat. Et quòd peccatum mortale non tollit mercedem bonorum operum præteritorum Et siquis timet quòd agendo aliquod bonum opus insurget sibi inanis gloria, non propter hoc debet cessare. Quæst. XI.*

QVAERETVR an agens aliquid perdat semper mercedem operis ex inani gloria. dicunt quidam, ꝙ sic, quia Christus dicit hic alioquin mercedem non habebitis. Dicendum, ꝙ non perditur semper merces. Pro quo sciendum, ꝙ aut loquimur de mercede vitę ęternę, aut de temporali, de qua dicetur sequenti quæst. Si primo
G modo dicendum, quòd inanis gloria aut est peccatũ mortale, aut veniale. Est enim mortale illis modis quos posuimus supra quæst. 8. Et hoc modo dicendum, ꝙ semper merces perditur, quia per peccatum mortale non solum homo nihil meretur, sed etiam perdit mercedem vitę ęternę, quam prius habebat per bona opera, vt eadem quęst. ostensum est. Si autem sit veniale, aut est cum bono opere, siue de illo, vt ꝙ glorietur quis de eleemosyna, aut sine opere aliquo, vt ꝙ quis se robustum, vel sapientem glorietur. Si secundo modo non pertinet ad propositum. Nam ibi non potest perdi merces boni operis cum non sit aliquod opus, sed solum sit gloria de aliqua perfectione naturali, vel acquisita. Est tamen peccatum venia-
H le ista gloriatio. Si autem primo modo. dicendum, ꝙ aut appetitus glorię præcedit opus, aut comitatur illud, idest, insurgit quando bonum opus fit aut sequitur post opus. Si primo modo dicendum, quòd semper perit merces operis. Et istud est quando inanis gloria præcessit opus. s. quia fuit causa eius, vt quia desiderabat inanem gloriam fecit illud opus, vt per illud gloriam consequeretur. Et in isto casu loquitur semper Christus dicens. attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Et sic ponitur ibi gloria causa finalis. Et tunc dicitur alioquin mercedem non habebitis. Sic dicitur etiam infra de illis, qui orant, & dant eleemosynam, vt videatur, quòd receperunt mercedem suam. Hoc autem verum est nisi forte propter Deum pręcipue fieret
I opus, & non aliter, & tamen adhuc esset aliquis appetitus humanæ gloriæ, si iste esset ita paruus, quòd etiam propter istam gloriam humanam, vel maiorem consequendam non faceret istud opus nisi esset propter Deum, poterit esse, quòd non perdat mercedem, si tamen agat propter Deum, & propter inanẽ gloriam, ita quòd si non putaret se consecuturum aliquam gloriam, quòd non moueretur ad opus, mercedem perderet. Difficile tamen est, quòd inanis gloria præcedat tanquam causa operis principalis, vel non principalis, & quòd possit operans mercedem consequi, quia isti duo fines sunt multum diuersi, scilicet, agere propter Deum, & propter inanem gloriã, & non bene se compatiuntur. Si autem inanis gloria
K consequitur, siue comitatur, scilicet, quòd insurgit dum fit ipsum opus, & non prius, regulariter nõ perditur merces operis, quia causa operandi non fuit ibi glorię humanæ desiderium, sed Deus, insurrexit tamen postea gloriatio dum opus fieret. Vt siquis videns se aliquid agere excellenter, quòd propter Deũ fiebat, incipiat gloriari. Nam tũc ista inanis gloria poterit esse peccatum veniale, & tñ non tollet mercedẽ operis, quia iste non egit, vt videretur ab hominibus cum inanis gloria non fuerit hic causa huius operis. Posset tamen ista gloriatio humana ita ardenter occupare operantem, vt placeat sibi valde illud agere quod agit, quia istam gloriam consequitur inde. Et periret forte tunc merces. Communiter tamen non

perit

perit nisi præcesserit desiderium inanis gloriæ. Hoc videtur sentire Chry. super Matthæum dicens. Ille autem, qui plena quidem voluntate propter homines facit, ille propter homines fecisse videtur. Si autem per alicuius cor cogitatio vana ascendit desiderans hominibus apparere, anima autem intelligens contradixit illa nõ propter homines fecisse videtur, quia quòd cogitauit passio carnis est, quòd elegit iudiciũ animæ. Si vero inanis gloria sequatur post opus, vt postquam aliquis dedit eleemosynã gloriatur de illa.. dicendum, quòd nunquam perdit mercedem operis licet sit ista inanis gloria peccatum veniale, ratio est, quia opus quando factum est meritorium fuit, quia tunc nihil fuit, quòd impediret cum esset opus bonum propter bonum finem, inanis gloria postea insurgens non potest nocere operi præterito, quia etiã peccata mortalia, quæ subsequuntur non tollunt mercedem bonorum operum præteritorum, licet mortificent illa ad tempus, scilicet, quòd quãdiu manserit homo in peccato mortali non potest iuuari ex bonis operibus precedentibus, vt per illa assequatur vitam æternam. Postquam vero cessauerint mortalia incipient posse proficere bona opera, sicut a principio erant meritoria. Si ergo per mortale peccatum non perijt merces bonorum operum prçteritorum, a fortiori per veniale subsequens quale est inanis gloria non peribit merces boni operis præcedentis. Vnde Christus solum loquitur quando inanis gloria prçcessit, & ipsa fuit causa finalis operis, & etiam quando concomitatur non est dubium an mercedem tollat, nisi inquantum dum ipse insurgit restat adhuc aliqua pars operis explenda, & illius partis potest esse causa inanis gloria. si tamen nullo modo sit causa partis præteritç nec futuræ nullo modo perit merces, licet inanis gloria insurgens peccatum veniale sit, quia quãdiu ipsa non fuerit causa semper Deus est causa, & sic opus erit meritorium. si autem sit causa non potest opus esse meritorium, quia meritum apud Deum est, & tamen nihil agit propter Deum, qui agit propter inanem gloriam. Ergo apud ipsum nihil potest mereri. sic dicit Chry. super Matthæum. Quid autem a Deo recipies, qui Deo nihil dedisti? Quod propter Deum fit Deo datur, & ab eo recipitur, quod autem propter homines fit in ventos effunditur. Quæ autem est sapientia res dare, & verba vacua comparare? Ex hoc autem sequitur, quòd siquis timet, quòd in aliquo bono opere quando fecerit, insurget sibi inanis gloria non debet cessare propter hoc quin agat. Sic innuit Augu. super Ioannem. Nam talis non perdet mercedem, cum propter inanem gloriam nullo modo agat, sed patitur illam insurgentem, scilicet, si prospere in actu succedit sibi, vt in prædicante, & similibus. Præmuniat ergo se quantum potest contra inanem gloriam ne insurgat, si tamen insurrexerit non nocet. Et si putet, quòd vere insurget non cesset propter hoc a bono opere ne perdat omittendo tantum bonum quod facere posset pro leui damno inanis gloriæ, quæ nunquam periculosa est nisi quando præcedit, & causa operis est.

An agens propter inanem gloriam mereatur aliquid. Et quòd bona facta in peccato mortali valent ad temporalia acquirenda. Quæst. XII.

QVAERETVR an agens propter inanem gloriam mereatur aliquid saltem temporaliter.

Dicendum, quòd hic iam non est dubium, nisi in casu, in quo agens perdit mercedẽ apud Deum. Nam quando meretur apud Deum a fortio-

A ri merebitur temporaliter, quia minus est sic mereri quàm mereri æterna bona. Sed cũ. quis agẽs propter laudem hoĩum perdidit mercedem apud Deum, est dubium an mereatur saltem temporaliter.

Est dicendum, ꝙ non est inconueniens mereri tẽporaliter, quia agens bonum in peccato mortali meretur bona temporalia, & multa alia, quia ad quinque proficiunt opera bona facta in mortali, vt ostensum est supra in præcedenti cap. q. 170. licet mereri accipiatur ibi large. s. de congruo, & non de condigno, vt ostẽsum est ibidem. A fortiori ergo existens in veniali poterit mereri bona temporalia. Et tñ ista inanis gloria

B pp quam quis operatur est veniale, vt præsupponitur, Ergo ea existente poterit operans mereri bona temporalia. Item confirmatur, quia licet agens ex inani gloria non placeat Deo, quia non agit pp ipsum, non tollitꝰ quin mereatur temporalia, quia etiam existens in peccato mortali non placet Deo, & opus eius non potest esse acceptum, quia ipse non est acceptus, & tñ meretur temporalia. Ergo a fortiori, qui ex inani gloria agit merebitur tẽporaliter. Item patet, quia Christus solum negauit hic mercedem vitæ çternç dicẽs, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui est in cçlis, idest, non habebitis mercedem coelestem. Non ergo tollitur merces terrestris. Dici tñ potest, ꝙ agens ex inani gloria nihil mereatur etiã

C temporaliter, quia non agit pp Deum a quo est merces, siue çterna, siue temporalis. Item patet, quia ipse dicit receperunt mercedem suam infra in litera. ergo nihil eis restat recipiendum. si tamen mererentur per hoc bona temporalia non diceretur, quòd receperũt mercedem, ergo nihil eis restat recipiendum temporale nec çternum. Et non est simile de bonis factis ex inani gloria, & de bonis factis in peccato mortali, quia facta in peccato mortali possunt fieri propter Deum, vel propter bonum finem honestatis, vel vtilitatis proximi non attendendo ad inanem gloriam, quia peccatum mortale non tollit quin possit homo agere propter Deum, licet non agat ex charitate. Talia autem cum propter Deum fiant, & non possunt accipere retributionem çternam, accipiunt temporalem

D de congruo. Et idem est quando quis agit propter vtilitatem proximi, vel publicam, vel propter aliam causam honestam etiam si de Deo nihil consideret, quia omne honestum in Deum tendit. Quod autem fit propter inanem gloriam nullo modo fit propter Deum: ideo non recipiet a Deo çternam nec temporalem retributionem. Et satis est rationabile, quia cũ homo per opus istud non desiderauerit nisi inanem gloriam, scilicet, ab hominibus videri, & laudari, & istud suscipit, non est causa quare aliquid aliud suscipere debeat cum nihil aliud voluerit. Et propter hoc Christus dicit, quòd receperunt mercedem suam, idest, illam quam desiderauerunt. Istud est satis rationabile. Et tamen siquis dicere voluerit, quòd mereantur aliquid tales temporaliter, vipote si multa

E opera bona propter solam inanem gloriam egerint, non est resistendum, quia non apparet magnum inconueniens, quia rationes in contrarium procedunt de vera mercede, quç est vitç çternç. Bona autem tẽporalia non sunt directe merces, vel retributio pro bono opere.

An agens bonum propter inanem gloriam postea dolens possit mercedem recuperare. Quæst. XIII.

QVAERETVR siquis egit bona opera propter inanem gloriam solam, & postea doleat, quòd propter istum finẽ egerit an recuperauit mercedem

illorum,

illorum, vt siquis prædicator, vel doctor sacræ scripturę tota vita docuerit propter inanem gloriam, & postea doleat, & saluetur, an consequetur aureolam, quia aureola est specialis merces, idest, præmium accidentale doctorum, virginum, & martyrum.

Aliqui dicunt, quòd consequetur, quia aureola debetur doctrinæ sacræ tanquam fructus eius ad Phili. 4. Fratres mei desideratissimi gaudium meum, & corona mea, idest, vos estis corona mea. s. quòd propter fructum prædicationis quem habuerat conuertendo illos aureolam consequeretur. Potest tamen esse, quòd ex doctrina, vel prædicatione eius, qui propter inanē gloriam principaliter prædicauit tota vita, vel docuit secutus est fructus conuersionis infidelium, vel eruditio simplicium in fide, ergo si pęniteat dabitur aureola et de doctrina sua.

Item aureola debetur doctori, sicut virgini. Consistit autem virginitas pręcipue in mente quam siquis mente perdidit etiam corpore incorrupto poterit habere vitam æternam, sed non aureolam virginitatis. Vt si aliqua mulier sponsum accepit, & antequam nuptię celebrarentur in virginitate mortua est. s. carne incorrupta. ista quidem non habebit aureolam, quia iam sponsum habebat, & nuptias expectabat, & tamē vitam æternam habere potest cum potuerit mori in charitate, & idem est si sponsum nondum acceperat, sed intendebat nubere. Si tamen virgo aliqua corpore, aliquando corrumpatur mente desiderans nubere legitime, vel per stuprum cognosci, si postea de hoc doleat, & incorrupta maneat, habebit aureolam. ita ergo doctor, vel prædicator si doleat, quòd propter inanem gloriam docuerit, vel prædicauerit poterit consequi aureolam.

Dicendum, quòd si iste semper prædicauit, vel docuit propter inanem gloriam etiam si in morte pęniteat, quòd sic fecerit ex inani gloria, non obtinebit aureolam, sed solam vitam æternam, quia opera, quæ fuerunt mortua quando nata sunt, vtpote facta in peccato mortali, non reuiuiscunt postea charitate adueniente, nec correspondet sibi aliquid præmij in vita æterna. ita opus quod factum est propter inanem gloriam fuit mortuum a principio, quia quando factum est non erat meritorium vitæ æternæ. ergo postea ēt si charitas redeat, vel augeatur non poterit fieri meritorium. Pro quo dicendum, quòd aut iste agēs ex inani gloria erat tunc in peccato mortali aut non. Si erat, manifestum est, quod opus istud nō est meritorium, nec potest effici meritorium redeunte charitate, vt ostensum est supra præcedenti cap. q. 171. Si autem non erat in mortali etiam opus istud non potuit esse meritorium quando factum est, quia non fuit propter Deum: ideo nunquam postea erit meritorium etiam si doleat, quia opus nunquam redit ad hoc, quòd nūc de nouo efficiatur meritorium. Illud tamē quod opus non habet in se quando fit, nunquam potest postea habere, quia postquam semel desijt esse nihil potest acquirere. Et patet hoc a fortiori in bonis factis ex inani gloria quàm in bonis factis in peccato mortali sine inani gloria, quia quæ fiunt in mortali non sunt meritoria, quia operans non est tunc acceptus Deo, licet operatio bona sit. Cum autem redit ad charitatem incipit esse Deo acceptus, & ideo poterat cogitari aliqualiter verisimiliter, quòd inciperet tunc operatio Deo esse accepta, & meritoria, qui tamen ex inani gloria egit non existens in mortali erat Deo acceptus, quia nihil tollit homini esse acceptum Deo nisi mortale peccatum (nam venialia a Deo non separant) operatio tamen non fuit Deo accepta, quia non dirigebatur in ipsum. ergo etiam si postea doleat de peccatis suis, & sit in charitate, manifestum erit, quòd

F nihil proficiet ad hoc, quòd incipiat operatio esse meritoria, quia per pęnitentiam charitas recuperatur, & tamen charitas existens quando erat illa operatio nō potuit facere operationem esse meritoriam. ergo a fortiori charitas, quæ succedit non poterit eam facere meritoriam.

Item patet, quia aureola pręsupponit auream, sicut dicitur Exo. 25. facies super coronam auream aliam aureolam, & ideo qui non meretur auream, idest, pręmium essentiale, non meretur aureolam, idest, præmium accidentale. Et tamen, qui operatur propter inanem gloriam non meretur vitam æternam, vt hic dicitur. s. alioquin mercedem non habebitis. ergo nec

G aureolam merebitur. Pęnitentia autem restituit huiusmodi bona opera, quę aliquando habuit, & fuerūt mortificata per peccatum mortale superueniens, illa tamen opera bona, quę nunquam quis habuit non possunt restitui, & tamen opera facta ex inani gloria nunquam fuerunt bona etiam quando facta sunt, ergo pęnitentia non restituit illa, vt bona sint. Istud idē dicendum est de quibuscunque alijs operibus bonis factis ex inani gloria, quòd etiam si agens doleat postea quòd egerit ex inani gloria, non restituuntur sibi, ad hoc, quòd sint meritoria, sed ita habentur ac si nūquam fuissent facta.

Ad primum dicendum, quòd doctrinę sacrę, &

H prædicationi debetur aureola, quę est præmium accidentale supposito, quod ibi sit præmium essentiale, quia nunquam potest aliquis mereri præmium accidentale sine substantiali, cum fundetur vnum in altero, quia per essentiale meretur quis vitam æternam. per accidentale autem meretur aliquid quod est in vita æterna. Et tamen sic prædicans non merebatur vitam æternam. ergo nec aureolam, & si alijs proficiebat bene docendo, sibi tamen non proficiebat.

Ad secundum dicendum, quod virgo corrupta animo, & integra carne adhuc virgo manet, quia integritas carnis est ipsa virginitas materialiter: ideo manente illa adhuc potest sibi correspondere aureola. Vnde quando pęnituerit de intentione corruptionis est integra virginitas, cum sit ibi integritas carnis, & intentio incorruptionis, habebit ergo aureolam.

I Doctori autem debetur aureola non propter statū, sed ꝓpter actū docendi, vel prędicandi. Ille vero actus non redit postquam transiuit: ideo etiam per pęnitentiam non fit, quòd sit meritorius. Istud autem verum est quando omnes actus docendi, vel prędicandi fuerunt ex inani gloria, quia tunc non habebit aureolam etiam si pęnituerit. Si tamen aliquos actus docēdi, vel prædicandi habuit non ex inani gloria habebit aureolam propter illos, licet omnes alij fuerint ex inani gloria.

De proprietatibus inanis gloriæ. Quæst. XIIII.

K QVAERETVR de proprietatibus inanis gloriæ.

Dicendum, quòd multę sunt. communiores tamen sunt istę, quæ sequuntur. Prima, quòd differt inanis gloria a cęteris peccatis, quia alia, vt communiter ex malo oriuntur, sicut luxuria ex gula, inuidia ex superbia, & ita de cęteris. sed inanis gloria, vt communiter de solo bono nascitur, & quanto bonum maius putatur, tanto inanis gloria facilius inde nascitur, vt ait Chrysosto. super Matthæum, scilicet, vbi enim res agitur gloriosa, ibi facilius inuenitur gloriationis occasio.

Secunda est, quòd nullum vitium tantum vexat viros sanctos, quia viri sancti vitia carnalia, & ea, quæ sunt communia apud homines, a se penitus abscide-

runt,

runt. Et quia bonis operibus vacant, deſideriũ gloriæ humanę ex ipſis operibus naſcitur. Et quanto opera ipſorum meliora ſunt operibus aliorum hominum tanto facilior eſt ibi occaſio inanis gloriæ. Etiam quia diabolus cupiens deijcere viros ſanctos, & non habẽs locum ex vitijs carnalibus tentat de inani gloria, quæ eſt ſub quadam veſte honeſtatis. De hoc Chry. ſuper Matthæum dicit. Cum.n. oĩa mala ſeruos diaboli vexent, concupiſcentia vanę glorię magis vexat ſeruos Dei, quam ſeruos diaboli. Tertia eſt, quòd inanis gloria eſt valde vitium pertinax, & cum difficultate ei reſiſtitur, quia conuenit valde naturæ humanæ, quæ naturaliter ꝑꝑ intellectũ eſt excellens, & iõ gloriari cupit. Vñ oẽs, qui aliquid excellẽtię habent, vel ſe habere putant hoc vitio valde vexanĩ, niſi ſponte cõſentiãt. Sic dicit Aug. li. de ſentẽtijs Proſperi. Quas.n. vires nocendi habeat humanę glorię amor nõ ſentit, niſi qui ei bellũ indixerit, quia & ſi cuique facile eſt laudẽ nõ cupere dũ negatur, difficile tñ eſt ea non delectari cũ offertur. Quarta eſt, ꝙ inanis gloria eſt valde periculoſa. Nam omnia bona deſtruit, quia quęcunque quis fecerit mercedem non habet ſi ex inani gloria agat, vt patet in litera, etiam quia deducit hominẽ in grauia peccata. Ex ipſa.n. pręſumptio ſequiĩ, & ex pręſumptione occaſio ad omne malũ, vñ Chry. ſuper Matthęum dicit, ꝙ Chriſtus pтę omnibus vitijs carnalibꝰ iſtud vitiũ periculoſius eſſe in hoĩbus intellexit. Quinta eſt, quia ſecretius inuadit hominem iſtud vitium, quam cętera, & ideo valde cauendũ, quia putabit aliquis ſe non teneri inani gloria, & tñ tenebiĩ. Et propter hoc Chriſtus dixit. Attendite, id eſt diligenter cõſiderate, ſ. ne incidatis in hoc vitium. Et Chry. ſuper Matthæum dicit. Cor noſtrum attendere debemus, inuiſibilis enim ſerpẽs eſt quem obſeruare iubemur, & latenter ingreditur, & ſeducit. Sed in corde mundo ſi ſurreptio inimici ſurrepſerit mox homo iuſtus diſcernit, ꝙ ſpiritu alieno pulſatur, ſi autem cor fuerit iniquitatibus plenum, ſuggeſtionem diaboli non facile intelligit.

An dictum iſtud Chriſti contrarietur dicto ſuo ſuperiori, luceat lux veſtra coram hominibus, &c. Quæſt. XV.

QVAERETVR quõo dicit hic Chriſtus attendite ne iuſtitiã vr̃am faciatis corã hoĩbus: nã præcedẽti c. dixit, luceat lux veſtra coram hominibus. Dicẽdũ, ꝙ facere iuſtitiã corã hominibus non eſt malum ſecundũ ſe, ſed potius bonũ, & Chriſtus nõ vetuit hoc, ſed ſolũ, vt videamini ab eis, i. agere hac intentione, vt opera noſtra videantur ab hominibus, quia iſtud malũ eſt cum per illud pereat merces operis. Vnde etiam ſiquis non egerit coram hominibus opus ſuum: dum tamen hac intentione egerit, vt glorietur, mercedem perdidit. Sed præcedẽti c. Chriſtus dixit, ꝙ faceremus opera noſtra bona coram hominibus, non quidem, vt videremur ab eis, ſed vt glorificent patrem noſtrum qui in cęlis eſt.

Sciendum tamen, quòd Chriſtus dixit coram hominibus, quia ibi eſt occaſio ad gloriationem, quę nõ eſt, qñ in occulto fit, cum ibi non ſit a quo operãs gloriã accipiat. Chriſtus tñ præcedẽti c. abſolute dixit, ꝙ luceret lux nr̃a corã hoĩbus, hic aũt dicit, ꝙ nõ faciamus bona opera corã hoĩbꝰ, ſ. quia ibi loquebaĩ Chriſtus p̃latis, & viris ꝑfectis, q inani glĩę reſiſtũt, & ſine periculo pñt corã ꝓximis bona ſua facere, hic aũt loquiĩ Chriſtus ĩperfectis qbus difficile eſt reſiſtere inani gloriæ. Et iõ ꝯſiliũ eſt, ꝙ opera ſua faciãt in abſcõdito, ſic exponit Nicolaus, ſic ẽt dicit Grego. 8. moralium, ſcilicet valde perfectorum eſt oſtenſo opere

A actorum gloriam quærere, vt de illata laude priuata neſciat exultatione gaudere, quam infirmi, quia perfecte reſiſtendo non ſuperant, neceſſe eſt, vt bonum, quod operantur abſcondant.

An viri perfecti teneantur facere bona opera, vt videantur. Quæſt. XVI.

QVAERETVR cũ illud, quod hĩ præcedenti c. ſ. luceat lux vr̃a corã hoĩbus p̃latis dictũ fuerit, & viris perfectis, an teneantur opera ſua facere publice, vt videanĩ. Dicendũ, ꝙ ꝓprie illud de p̃latis intelligiĩ, qui ꝑfectionẽ habere debẽt: alij aũt licet perfecti ſint non hñt eaſdẽ conditiones quas p̃lati, nec tenenĩ ad oĩa ad q̃ prælati. Et iõ dicendũ, ꝙ p̃lati hñt duplicia opera. Quædã.n. faciũt, vt p̃lati, & alia,

B vt hoĩes boni. De primis dicendũ, ꝙ tenenĩ ea facere publice. Nam p̃latus ad alterũ dĩ, ſ. ad ſubditos, & iõ inq̃tũ p̃latus non habet aliquẽ actũ, niſi quãtũ ad ſubditos, ſed id quod fit ad alios manifeſtũ eſt, iõ prælati tenenĩ opera ſua manifeſte facere, & ſic eſt docere ſubditos, punire pctã eorũ, vigilare ſuꝑ eos, audire cãs ipſorũ, & controuerſias diffinire. Oĩa.n. hæc directe ad prælatũ ptinẽt. Et iõ publice teneĩ oĩa hæc facere, ẽtſi timeat ꝑꝑ hoc inanẽ gloriã inſurgere ſibi nõ debet ceſſare facere publice, quia teneĩ ad hoc, & peccaret mortaliter nõ faciẽdo, iõ timor peccati venialis nõ excuſat eũ quin debeat iſtud publice agere. Alia

C ſunt, quæ ad prælatos pertinent, licet non ita proprie, ſicut p̃cedentia, ſicut eſt eleemoſynã dare. Nã p̃cedẽtia ſolis p̃latis ꝯueniunt, dare aũt eleemoſynã licet ſit neceſſarium prælatis, tamen non pertinet ad eos ſolũ. Eſt tñ iſtud, ita neceſſarium, ꝙ ſi epiſcopus non eſt liberalis non habebit digne nomẽ Epiſcopi immo vacuum nomen habet, vt dicit Grego. & hĩ 86. di. cap. fratrem noſtrum, ſ. Non ſibi credat ſolã lectionẽ, & orationẽ ſufficere, vt remotus nihil ſtudeat de manu fructificare, ſed largam manum habeat, neceſſitatem patientibus ſuccurrat alienam inopiam ſuam credat, quia ſi hoc non habet vacuum Epiſcopi nomẽ tenet. Et eſt tam neceſſaria eleemoſyna, & liberalitas Epiſco-

D po, ꝙ ſiquis electus eſt ad Epiſcopatum, & ꝓbaĩ valde eſſe auarus repelliĩ a promotione, vt ait Grego. 86. di. cap. Florentinum. Nam quia de illo dicebatur, ꝙ tam auarus erat, vt amicus, nũquã ad charitatem in domũ eius introiſſet, iubetur, ꝙ ſi ita eſt eligatur alius idoneus ad Epiſcopatum. Et ſic de neceſſitate Epiſcopi eſt eleemoſynas liberaliter dare. Et patet, quia 1. ad Timo. 3. vbi ponit Apoſtolus omnes conditiones quas oportet habere Epiſcopum dĩ, ꝙ oportet eſſe hoſpitalem, per quod ſignificãtur largitiones eleemoſynarum. Teneĩ ergo Epiſcopus ẽt eleemoſynas facere ſcientibus ſubditis, q a qlibet teneĩ vitare ſcãdalũ ꝓximorũ, q̃ñ p̄t. Cũ tñ eleemoſynã liberaĩr dare ptineat ad officium Epiſcopi, ſi ita occulte daret, ꝙ nemo de hoc ſciret ſcandalizarentur ſubditi eius iuſte, quia pu-

E tarent, ꝙ ipſe non faciebat oĩa, q̃ pertinebant ad officium ſuum. Peccaret ergo ſi non auferret iſtam cauſam ſcandali quantum in ſe eſſet. Et ſic tenetur taliter eleemoſynam facere, quòd ad notitiam perueniat ſubditorum, ita vt non ſcandalizentur putantes eum agere contra conditionem Epiſcopi. Et etiam, vt exempla bonę vitæ ſubditis oſtendat, quia ad prælatos hoc pertinet, ſcilicet quòd ſicut ex officio tenentur docere verbo, ita etiam tenentur docere exemplo. Et hoc Chriſtus innuit præcedenti capi. ſcilicet. Vos eſtis lux mundi, i. poſiti eſtis ad illuminandũ mũdum. Et loquitur prælatis. ergo tenentur illuminare verbo, & opere eos quorũ ſunt lux. Et patet, quia dĩ, nec accẽdũt lucernã, & ponunt eã ſub modio, ſed ſuꝑ

candelabrum, vt luceat.s.ſicut lucerna non eſt ad abſcondendum, ſed ad lucendum, & qui abſconderet eam, faceret contra lucernę naturam, ita prȩlatus poſitus eſt, vt verbo, & exemplo luceat ſubditis. Quod autem velit occultare opera ſua contra naturam prælati eſt, quia ſic non lucebit. Ideo concluſit Chriſtus ibi dicens. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant bona opera veſtra, & glorificent patrẽ veſtrũ. Tenetur ergo prȩlatus opera miſericordiæ ſic facere, vt in publicum venire poſſint, & cũ ea intentione facere, vt a ſubditis ſciantur. Sed obiicietur, ꝙ non debẽt quis facere bonum, vt videatur ab hominibus. Dicendum, ꝙ non debet conſtitui prorſus finis operis boni in hoc, ꝙ opera noſtra ab hominibus videantur, quõ qui vult videri ab hominibus pp Deum, non agit, vt videatur ab hominibus, ſed vt videatur a Deo. Et ſic eſt de prȩlato qui non vult videri ab hominibus, vt ab eis gloriam accipiat, ſed vt faciat id quod pertinet ad officium ſuum, quod Deus ſibi faciendum iubet. Qđ tamen dicitur teneri ad faciendum eleemoſynam publice, non intelligitur, ꝙ teneatur omnem eleemoſynam, quam fecerit ſic dare, vt in publicũ videri poſſit, ſed ſufficit, ꝙ aliquis eleemoſynas publice det ex quibus appareat eum non eſſe auarum contra prælati officium. Si autem plures dare vult poterit dare in ſecreto. Alia opera ſunt prȩlati non inquantum prȩlati, ſed inquantum boni hominis, vt ieiunare, orare, & omnia alia opera perfectionis, quȩ ſpecialiter non pertinent ad officium prȩlati. Et dicendũ de iſtis, ꝙ non tenetur prælatus publice illa facere. Et generaliter dicendum, ꝙ illa opera, quȩ pertinent ad cõditiones prȩlati quas ponit Apoſtolus. 1. ad Timo. 3. & alia quæ iura circa hoc ſtatuerunt, & declarauerunt, tenetur prȩlatus publice facere, cętera vero poteſt facere in ſecreto.

An melius ſit, quòd prælatus faciat opera ſua bona publice, vel priuate. Et quòd bona opera fieri publice melius eſt, quam ſecrete ſi non timetur inanis gloria.

Quæſt. XVII.

QVAERETVR dato, ꝙ prælatus non teneatur facere omnia opera bona ſua publice.i.taliter, ꝙ perueniant ad cognitionem ſubditorum, an melius ſit illa facere publice, vel in ſecreto. Dicendum, quòd opus fieri in ſecreto non eſt ſecundum ſe bonum. fieri autem in publico eſt magis bonum ſecundũ ſe. Primum patet, quia fieri opus bonum in ſecreto non ꝓficit ad aliud, niſi vt euitetur inanis gloria. Et iſtud eſt ad neceſſitatem, & non propter ſe, ſicut potio amara non eſt ſecundum ſe bona, ſed ſolum inquantũ tollit ęgritudinem, non exiſtente autem ęgritudine potio amara non eſt bona, nec appetibilis. Ita eſt de opere bono facto in ſecreto, ꝙ cum timetur inanis gloria, & per hoc euitatur poteſt eſſe bonum, cum vero nõ timetur non eſt vtile opus bonum fieri in ſecreto. Secundum patet, quia opus bonum, ſecundum ſe deſiderat in publico eſſe. Solum enim turpe eſt, quod occultari deſiderat, quia qui agit malum odit lucem, & vult vt non veniant in lucem opera eius. Io. 3. Honeſtum autem non habet aliquid pp quod erubeſcere de ipſo debeamus, ideo in publico eſſe vult. & bonũ eſt fieri in publico, quia proficit ad diuinam laudem, ad quam non poſſet alias proficere, ſicut dicitur præced.c. Sic luceat lux veſtra corã hominibus, vt videant bona opera veſtra, & glorificent patrem veſtrũ. Hoc autem eſt, quia oẽ bonum a Deo eſt Iacob. 1. Et ideo qñcunque viderimus perfectionem aliquã in aliquo haberi, ſcimus illam eſſe a Deo, & laudamus eum, qa talem virtutem voluit dare hominibus. Et ita erat in

F operatione miraculorũ, quia qñ Chriſtus faciebat miracula ppl's videns laudabat Deũ. ĩ. 9. c. Oĩs plebs, vt vidit dedit laudem Deo. Et. ĩ. 8. dr̃, qñ populus vidit miracula, quȩ Chriſtus faciebat. dedit laudem Deo, q dedit talem poteſtatem hominibus. Si autem ſecrete fierent tales virtutes, nõ laudaretur inde Deus, ideo melius eſt opera bona in publico, quam in ſecreto facere, etiam quia proximi ędificantur cum viderint alios operantes, vt ipſi ſimilia faciant. Si autem neminẽ viderent talia facientem, vtpote ſi quilibet in ſecreto vellet facere bona opera ſua, nemo ad bonum moueretur exemplo alterius, ideo melius eſt publice, q̃ in ſecreto agere, niſi propter timorem qui pôt inſurgere.i. propter inanem gloriam. Dicendũ ergo, ꝙ aut G illa opera, quæ quis facere vult ſunt talia, in quibus impediretur ſi publice faceret, aut non. Si primo modo non debet facere in publico, vtpote circa orationem. Nam aliqui ſunt qui ſi coram aliis orauerint impediũtur ne ſint attenti. Et talibus melius eſt in abſcondito orare, niſi forte ſit oratio, quæ neceſſario debeat fieri in publico, ſicut eſt in miniſtris eccleſię. Et tunc licet in publico non oret, poteſt taliter orare, vt proximi ſciant licet hoc non videant, & hoc ſufficit aliqualiter ad exemplum. Si aũt ſint talia opera in quibus nõ impeditur faciens in publico, vt dare eleemoſynam, aut timet, ꝙ inſurget inde inanis gloria, aut non. Si non timet, melius eſt facere in publico, quam in abſcondi- H to propter cauſas ſuprapoſitas, & potiſſime, quia poterit operans habere intentionem, ꝙ ꝑ hoc Deus laudetur, aut proximus ędificetur. Et iſtud erit meritorũ vltra ipſum opus, quia actus charitatis eſt velle Deum laudari, aut proximum ędificari. Si autem timet inanem gloriam, melius ſibi eſt, ꝙ faciat in ſecreto, licet minus mereatur, quam ꝙ faciat in publico, & inductꝰ ad faciendum ex inani gloria totum opus perdit. ſic dicit Greg. 8. Moralium. Perfectorum eſt oñſo opere auctoris gloriam quærere, vt de illata laude priuata, neſciat exultatione gaudere. Quam infirmi, quia perfecte contemnendo non ſuperant, reſtat neceſſe eſſe, vt bonum quod operantur abſcondant. Et quia prælati habent ſtatum perfectionis, & dicunt̃ eſſe perfecti ſm euangelicam perfectionem, non erat eis timẽ- I dum de ĩnani gloria. Ideo prȩlatis melius erat omnia opera ſua, vel publice facere, vel taliter, ꝙ in publicum venire poſſint etiã ſi in abſcondito fiant.s. non quęrẽdo omnino ſecretum pro operibus. Si tñ prælati interdum ſentiant ſe in hac parte infirmos, melius eſt, vt ſibiipſis conſulant ſecrete agendo, quam volendo aliis proficere in eis, quæ ſunt ſupererogationis, ſeipſos perdant. Alioquin autẽ abſolute melius eſt publice agere, & maxime in prȩlatis. Hoc tamen verũ eſt, niſi per hoc, ꝙ publice agunt tribuant aliquibus occaſionem detrahendi de eis, ꝙ ſint inanis glorię cupidi, & perſecutores. Nam inquantum ꝑ ſe nulli debẽt occaſionis, & offenſionis locum dare in malo. 2. Cor. 6. Hoc autem operantis diſcretioni incumbit, quid age- K re oporteat, ſecundum conditionẽ eorum inter quos conuerſatur, quia ad ſapientiam pertinet ſcire cõuerſari in medio nationis prauæ, vt dicit Magiſt. 3. ſententiarum, diſt. 35.

An non facere iuſtitiam, ideſt bona opera coram hominibus &c. ſit præceptum, vel conſilium. Et facere propter inanem gloriam amittitur operis merces. Et quod vitare peccata venialia ſit de conſilio.

Quæſt. XVIII.

QVAERETVR de hoc, ꝙ dr̃ ne faciatis iuſtitiam veſtram corã hominibus, vt videamini ab eis, an ſit præceptum, vel conſilium.

Dicunt

Dicunt quidam, quòd est præceptum, quia cauere a malo cadit sub pręcepto: facere autem bonum supererogationis pertinet ad consilium, & tamen facere opus bonum, vt videamur ab hominibus malum est, quia per hoc merces perditur, vt dicitur in litera, ergo ad præceptum pertinet.

Dicendum, ꝙ si quæratur de vana gloria absolute an sit cauenda, est distinguendum, ꝙ aliquando inanis gloria est peccatum mortale, & aliquando veniale, vt ostensum est supra, quæstione octaua. Omne autem peccatum mortale ex necessitate fugiẽdum est. Ideo quando inanis gloria est peccatum mortale cadit sub præcepto illam vitare, quando autem est peccatũ veniale non cadit sub pręcepto vitare illam, sed sub consilio, quia non obligamur ad vitandum omnia peccata venialia. Nunc tamen non quæritur de inani gloria secundum se, sed an sit præceptum, vel consilium nõ facere opera nostra, vt videamur ab hominibus. Et dicendum, quòd est consilium, quia facere opera, vt ab hominibus videamur non est peccatum mortale, sed veniale. s. quia merces operis perit, vt ostẽsum est supra quęstione octaua. Et tamen non obligamur vitare omne peccatum veniale, ergo nec obligamur vitare istud. Et patet, quia tunc omne peccatum veniale, efficeretur mortale, quia quęcunque cadunt sub præcepto causant obligationem, & si contra illa faciamus peccamus mortaliter. Ergo si obligaremur vitare peccatum veniale, quandocunque incideremus in illud, peccaremus mortaliter. Et ista est contradictio, quia sequeretur, quòd peccando venialiter, non peccaretur venialiter, sed mortaliter. Ita ergo si non facere opera bona, vt videamur ab hominibus esset præceptum, quandocunque faceremus bonum, vt videremur ab hominibus peccaremus mortaliter, quia ageremus contra præceptum, & tamen solum peccamus venialiter, & perdimus mercedem operis, vt ostẽsum est supra quęstione octaua. Ergo non est præceptum, sed consilium. Voluit enim Christus consulere nobis qualiter faceremus ad hoc, quòd opera nostra non essent inutilia, & dixit, quòd non faceremus illa ad gloriam humanam, quia aliàs perderemus fructum eorum.

Ad argumentum dicendum, quòd consilium non solum est de faciendo bonum supererogationis, sed etiam de vitando minora mala. Sicut enim præceptum est de bonis necessariis iubendo, & de malis magnis vetando, ita consilium est de bonis excellentibus, vel supererogationis ad illa suadendo, vel exhortando, & de malis minoribus ab illis dissuadendo. Sicut ergo vendere omnia, & seruare castitatem perpetuam, & similia pertinent ad consilium, quia illa sunt excellentia bona, ita cauere inanem gloriam in operibus nostris pertinet ad consilium, quia est de leuibus malis. Et ita vitare peccata venialia quęcunque ad consilium pertinet, quia sunt minora mala, & leuia per quæ charitas non perit, nec nos separamur a Deo, & ita est hic. Et sic est consilium, & non pręceptum. Et tamen verum est, quòd magis accedunt ad naturam pręcepti consilia, in quibus vetantur leuiora mala, quam illa in quibus suadẽtur excellentiora bona, eo quod magis obligamur cauere a malo, quam facere bonum. Et quia obligatio proprie pertinet ad pręceptum, illa consilia, quæ habent magis de vi obligandi, accedunt magis ad naturam præceptorum. Et ita est istud, & fortassis nullum consilium est, quod magis accedat ad naturam pręcepti, quam istud, eo quod nullius eorum violatio tanta damna importat, sicut violatio istius, scilicet quia perit totus fructus operum nostrorum, quod non fit in violatione aliorum consiliorum. Ideo licet istud sit

A consilium, & non præceptum, multum tamen accedit ad naturam pręcepti.

Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritę faciunt in synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.

B *Cum ergo facis*. Hic applicat Christus intentionem suam in speciali, & facit duo, quia primo excludit intentionem inanis gloriæ ab operibus misericòrdiæ. Secundo ab operibus latriæ. s. orationis, & ieiunii, ibi. *Et cum oratis*.

Circa primum dicitur. *Cum ergo facis eleemosynam*. Ista dictio ergo proprie ponitur hic inducens consequentiam, scilicet dictum est, quòd non debemus facere iustitiam nostram corã hominibus, vt videamur ab eis, sequitur ergo, quòd quãdo fecerimus eleemosynam non debemus velle videri ab hominibus. Et C ponit Christus hic ista tria opera. s. eleemosynam, orationem, & ieiunium, quia ista sunt communiora opera bona, quę facere solemus ad Deum, & ad proximum.

Noli tuba canere ante te. i. noli facere aliquid, p quod videaris ab omnibus, tanquam dans eleemosynam. Et erat vnus modus per pulsationem tubę. Et p istũ intelliguntur etiam omnes alii modi publicationis eleemosynæ. *Sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis*. Hypocritæ sunt qui cum mali sint, boni videri volũt. Hi enim maxime humanam gloriam appetunt. Et quia illa non est, nisi de aliqua excellentia, vt ostẽsum est supra q. 3. & 6. & isti non habent aliquam verã excellentiam, volunt ostendere se habere illam per fal- D sitatem habitus, & eorum quę foris apparent, de quibus infra dicetur 15. c. Isti vt haberent laudẽ volebant in locis maxime publicis eleemosynam facere. Istud autem erat in synagoga, & in vicis. Synagoga enim erat locus orationis inter Iudęos. Nam quia in tota terra Israel non licebat habere nisi vnum templum, in quo offerrentur sacrificia. Deuteronom. duodecimo & decimosexto capitulo, erant in singulis locis domus quædam, in quibus Iudęi conueniebant sabbatis, & diebus festis ad orandum, & ad audiendum lectionem legis, & libros prophetarum, & postea si erat aliquis sapiens qui sciret exhortari plebem, prædicabat, sic patet Actuũ. 13. vbi Paulus, & Barnabas introierunt die sabbati in synagogã. Et dicitur, ꝙ post lectionem legis, & prophetarum, miserunt principes sy- E nagogę ad eos dicentes. Viri fratres siquis est in vobis sermo exhortationis ad plebem dicite. Et tunc Paulus surgens prædicauit. Ad istas synagogas Iudęi, qui volebant veniebant singulis diebus ad orandum, & tamen saltem diebus sabbatorum, & in festiuitatibus conueniebant omnes in synagogam. Et sic dicitur de Christo. Lucę quarto, quòd intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam. Et quia conueniebant illuc omnes Iudęi, erat locus hypocritis ad ostentandum sanctitatem suam falsam, & ibi canebant tuba ante se, vt esset signum pauperibus concurrendi ad eleemosynam. Et tñ maxime ipsi faciebãt, vt totus populus respiceret, & glorificaret eos.

Idem faciebant in vicis. Est vicus callis, vel carreria publica intra vrbem p q̄ semper multi discurrũt,& ibi poterant hypocritę videri ab oĩbus. Vel vocant̃ vici.i. plateę, vel loca in quibus concurrunt calles intra vrbem, quia ibi semper multi sunt qui poterant videre hypocritas dantes eleemosynam. *Vt honorificentur ab hominibus.* i.hoc solum intendunt hypocritæ, vt ab hominibus laudentur. de futura aũt retributione nihil curant, ideo nec percipient illam. Hoc aũt dixit Christus, quia ẽt si ita publice facerent pp Deum non peccarent: immo esset laudabile, vt dr̃ supra q. 17. *Amen dico vobis.* Aduerbium affirmandi est, & ẽt iur̃m est, vt dr̃ extra de iu.iu.c.& si Christus, ac si dicatur apud uos, in veritate dico vobis,& sępe ponitur vtrunque ne repetatur idem bis, sicut Luc.4. Amen dico vobis, nemo propheta acceptus est in patria sua, & immediate dr̃.in veritate dico vobis multæ viduę erant,&c. *Receperunt mercedem suam.* i. non possunt sperare aliquã mercedem pro bono opere, quia iam illam receperunt, quia id quod desiderauerunt habuerunt. Nã eũ non fecerint, nisi vt viderentur ab hominibus, & hoc assecuti fuerint, mercedem suam habuerunt, qa merces est bonum illud, quod quis cupit per operationẽ suam attingere. *Te autem faciente eleemosynam.* Postquã posuit malum hypocritarum perdentium mercedem suam, ponit hic consilium qualiter nos eleemosynã dare debeamus. s.in abscondito, vt non pdamus mercedem. *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.* Mod⁹ loquendi est ad significandum rem secrete fieri. Nã manus sinistra non põt scire quid facit dextera, cum non sit aliquid cognitiuum. Sed est sensus, ꝙ istę duę manus sunt propinquę in situ,& similes in figura, & conformes in operatione, nec sunt aliqua duo mẽbra in toto corpore, quæ inter se magis concordẽt, & cõforment, quã duę manus inter se, & tñ manus dextera debet cauere, ne sinistra sciat quid ipsa fecit. Ideo est sensus, ꝙ bona opera nostra debent tã secrete fieri, ꝙ illi qui propinqui nobis sunt nesciant illa. *Vt sit eleemosyna tua in abscondito.* In hoc apparet quid Christus voluit dicere. i.ꝙ eleemosyna sit ita secreta, ꝙ nemo illam sciat. *Et pater tuus qui videt in abscondito.* i. Deus q vocatur pater, quia possidet nos, fecit & creauit nos, Deuter.32. Et dr̃ q videt in abscondito.i.scit ea, q̄ fiũt in abscondito. Deus.n.nihil videt, nec quod in publico, nec quod in abscondito fit cum non sit aĩal habẽs organum visiuum, sed accipitur videre pro intelligere,& intellectus vocatur quidam oculus.6.Ethi.c.17. Et hoc quia visus consonat magis intellectui, quã cęteri sensus, cum plures nobis rerum drĩas ostendat. 1. Metaph. Modo tñ loquendi humano Deus dr̃ habere oculos. Psal.33. Oculi dñi super iustos,& dr̃ videre oĩa Prou.3. in omni loco oculi dñi cõtemplantur bonos,& malos. Vnde dicuntur oculi dñi multo lucidiores sole. Eccle.35. Et hoc est, quia nihil latet diuinam cognitionem, sed oĩa nuda sunt, & aperta oculis eius, nec est aliqua creatura ei inuisibilis ad Hebræ.4. Dixit aũt hoc Chr̃s pp simplices qui putabãt, ꝙ si forte aliquid in occulto facerent Deus nõ videret illud, & sic non haberent testimonium virtutũ suarũ, Chr̃s aũt istum timorẽ abstulit eis, dicens ꝙ ẽt Deus in abscondito videbat. Et hoc iõ, quia confidenter poterãt facere opera bona in abscondito. *Reddet tibi.* i. retribuet. s.dando vitam ęternam. Ista est.n. vere merces, quam Deus dat, quia si interdum nobis bona facientibus bona temporalia tribuat, non dicitur nobis mercedem dare, quia talia dare minus est, quam ad suam dignitatem pertineat.

F *An eleemosina sit abscondenda, vel publicanda. Qõ. XIX.*

QVAERETVR circa ista, quæ Christus hic dicit de abscondenda eleemosyna, an ita faciendũ sit. Dicendum, ꝙ Christus circa ista tria opera bona, scilicet eleemosynam dare, orare,& ieiunare intendit nobis auferre intentionem inanis gloriæ, ne perdamus mercedem nostram, & ideo oĩa dicit facienda esse in abscondito, vt per hoc tollatur occasio appetendi gloriam humanam. Licet ẽt in occulto faciendo bonum si gloriam humanam appetamus merces perdit̃, magis tñ est occasio gloriandi faciendo bonum in publico, quam in abscondito. Et dicendum conformiter de his tribus, ꝙ facere ista sic est consilium, sicut dictũ
G est supra q.18. Nam non est pręceptum cum faciẽdo ↄ̃rium non peccemus mortaliter, sed venialiter. s.qa perdimus mercedem operum. Qñ ẽt dr̃, ꝙ debemus facere in abscondito, nõ est sensus, ꝙ Christus simpl̃r velit ista fieri magis in abscõdito, quã in publico, quia melius est ea facere in publico, vt ostensum est supra q.17. Et hoc verum est, nisi timeatur inanis gloria inde secutura p quam pereat totũ opus, quia tunc melius est facere ista in abscondito, & sic est consiliũ illa facere pro eo qui timet inanem gloriam quales sunt hoĩes boni, nondum tñ perfecti. Et quia Christus loquebatur hic multitudini, q̄ est imperfectorũ, qa plurimi de ea sunt imperfecti, posuit ↄsiliũ qđ eis conueniebat. s.in abscondito facere opera bona, vt nõ sit oc
H casio perdendi fructũ operis p inanẽ gloriã. Et iõ de istis dicẽdũ est p oĩa, sicut supra diximus, de inani gloria. Et non differunt illa dicta Christi ab istis, nisi quia ibi locutus fuit de vitanda gñaliter inani gloria in oĩbus operibus: hic aũt applicat in speciali ad ista tria. s. eleemosynam, ieiunium,& orationem.

An malum sit tuba canere ad eleemosynam dandam, & quid sit tuba canere. Quæst. XX.

QVAERETVR de hoc, quod hic dr̃ de tuba, an malum sit tuba canere ad eleemosynam dandam,& quid erat tuba canere. Dicendũ vno mõ, ꝙ p̄t intelligi tuba canere pro oĩ modo publicationis eleemosynæ. Et est modus loquendi figuratus,
I sicut dr̃ supra, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Aliter & sic dicit Chry. super Matth. Tuba est oĩs actus, vel sermo per quem operis iactantia demõstratur, puta qui facit eleemosynam, qñ videt aliquẽ præsentem, sed & si in loco secreto fecerit eo proposito, vt laudabilis videatur, tuba est. Aliter p̄t intelligi, ꝙ tuba realiter erat qua clamabatur ad eleemosynã distribuendam. Dicit.n. Nicolaus, ꝙ apud Iudæos erat vsus tubarum, sicut apud Christianos vsus campanarũ. Et iõ sicut in aliquibus locis pulsatur cãpana, p eleemosyna recipienda, ita apud Iudæos ad hoc tubæ pulsabãtur, hypocritę aũt non canebant tubis principaliter, vt pauperes conuenirent, sed vt confluerent oẽs, quasi
K ad spectaculũ, & scirent quis erat ille, qui eleemosynã dabat. Sic dicit Gloss. ꝙ forsitan hoc faciebant, vt oẽs irent quasi ad spectaculum. Istud aũt verum est, quia apud Iudęos erat vsus tubarũ ex mandato Dei, & vtebant̃ illis super conuiuia, & sacrificia, & in diebus festis,& calendis, vt Deus recordaret̃ ipsorũ Nu. 10. Et ad bellum iubebat Deus, ꝙ vterentur tubis. eo.cap.& Deut.20. Sic ẽt in conuocatione plebis ad concilium, vel in vocatione principum solum ad negocia, etiam in vocatione, vel signo ad mouendũ castra tubis clangebatur Nu.10. Et Deus assignauerat diuersum modum clangendi pro diuersis vocationibus, vt sciretur singulis vicibus ad quid clangebatur. eo.c. Et sic erat quasi ad omnia magna, in quibus signum, dandũ erat

mulus

multis vsus tubarum apud Iudæos, ita ergo cũ aliqua eleemosyna constituta esset plurimis danda aliqua hora clangebatur tuba, vt pauperes conuenirent ad recipiendum eleemosynam. Et licet hoc verum sit, tñ etiam debet per hoc intelligi omnis modus publicãdi eleemosynam, quia aliàs iste solus modus esset a Christo nobis dissuasus. Et tñ falsum est, quia quocunque mõ quis publicet eleemosynam suã ad laudẽ humanam mercedem perdit. Sed per vnũ modũ debẽt intelligi oẽs modi, cum sit eadem rõ. Cum aũt q̃ritur an licitum sit tuba canere ad dandam eleemosynam. Dicendum, ꝙ aut tuba est ad hoc, ꝙ pauperes audientes ordinate conueniant ad eleemosynam recipiẽdã ne fiat fraus in dantibus, & accipiẽtibus, aut fit vt oẽs sciãt quis est ille qui eleemosynam dat. Si primo mõ licitum est, quia ex charitate procedit. s. vt oĩa ordinate fiant, & ẽt est ad laudem Dei cuius sunt oĩa bona nr̃a, & ad ꝓximi ędificationem, & non insurgit inde inanis gloria. Hęc aũt maxime ꝯuenit, qñ eleemosyna datur noĩe alicuius vniuersitatis, vel ecclesiæ, aut aliquorum defunctorum, quia isti non pñt hr̃e inanẽ gloriam. Si aũt fiat noĩe alicuius viuentis p̄t esse occasio aliqualis ad inanem gloriam. Viri tñ boni oĩa ista desideria reiiciunt, & iõ honeste facere poterant clãngi tuba, vel campanam pulsari ad eleemosynã dandã. Si secundo mõ dicendum, ꝙ semper est malũ, q̃a q̃rere sic gloriã ab hoĩbus est mercedẽ perdere, & animi effrenati est nõ erubescere inanẽ gloriã in rebus sanctis, tã aperte quærere. Chr̃s aũt hoc dixit non esse faciendũ, quia hoc aĩo fieri semper malũ est. Paruulis ẽt ꝯsuluit nulla intentione eleemosynas, & bona opa sua taliter facere, ne insurgat eis occasio humanę gloriationis, & perdant operis mercedem.

Quare dicitur nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Quæst. XXI.

QVAERETVR quare dr̃ nesciat sinistra tua quid faciat dextera. Dicunt quidã, ꝙ dextera manus est populus fideliũ, sinistra sunt infideles. Debent aũt cauere fideles ne ipsis eleemosynam facientibus infideles hoc aspiciant, vt ait Chry. super Matth. Sed ista expositio non stat, quia aut intelligetur, ꝙ infideles nullo modo videre debeant opera nostra, aut ꝙ non debemus facere ea intentione, vt videamur ab eis, vt laudemur. Si primo modo falsum est, quia tam fidelibus, quam infidelibus ostendere debemus exemplum bonorum operum, & maxime de infidelibus loquitur beatus Petrus prima Per. 2 Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detractant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum. Si secundo mõ nõ licet coram infidelibus, nec coram fidelibus velle gloriam de operibus nostris, iõ Augu. lib. de sermone dñi dicit non stare istam expositionem. Alii dicunt, ꝙ manus sinistra est inimicus, manus dextera amicus. Et dicunt præsente inimico non esse faciendam eleemosynam. Sed istud nõ stat, quia ẽt ipsis inimicis tenemur eleemosynam facere, quia dñs dixit præced. c. benefacite his qui oderunt vos, ẽt dr̃ Prou 25. Si esurierit inimicus tuus ciba illum. Etiam inimicis dandũ est exẽplum bonorum operum. Nam coram ęmulis suis, & inimicis Christus miracula faciebat, vt ait Aug. lib. de sermone dñi. Et ideo dicit, ꝙ ista expositio nõ tenet. Alii dicunt, ꝙ per sinistram intelligitur vxor. Nã vxores sunt tenaciores, & viri non debent scientibus eis eleemosynas facere, ne sit occasio litis domesticę. Sed dicit Aug. vbi supra, ꝙ ista expositio irridenda est, quia potius vir debet dare exemplũ boni operis mu-

A lieri, & non dẽt occultare bona opera sua ab illa. Aliter ergo exponendum est, ꝙ dextera manus sit recta intẽtio, sinistra sit appetitus laudis. Et non debet appetitus laudis scire eleemosynã nr̃am, i. non debet haberi ista intentio, qñ fuerit facta eleemosyna. Et istã expositionẽ tenet Aug. ibidẽ. Aliter ẽt põt dici, ꝙ sit modus loquendi figuratus ad significandũ rem occulte fieri, vt non sit occasio insurgendi inanem gloriã. Et iste est modus cõis exponendi, & conuenit literæ, q̃a Christus consulit hic paruulis, & infirmis aĩo, qui timent inanem gloriam, opera bona in occulto facere ne insurgenti inani gloria perdant opus suum.

Quid sit eleemosyna de qua loquitur hic Christus. Et quando actus ex passione est magis laudabilis, quam ex electione? Et qua voluntate Deus vult omnes homines saluos fieri.

B *Quæst. XXII.*

QVAERETVR circa eleemosynam de qua hic Christus loquitur quid sit. Dicunt quidam, ꝙ eleemosyna est opus in quo datur aliquid indigenti ex cõpassione ꝓp Deũ. Aliqui dicũt, ꝙ non sit cõueniens diffinitio, quia visitare infirmos ponit species eleemosynæ, & tñ nihil ibi datr̃, & ita de multis aliis eleemosynis. Item ipsum, quod datr̃ eleemosyna dr̃, quia dicimur dare eleemosynam, & tamẽ res data non est opus, sed res quędam, ergo eleemosyna non est opus. Itẽ aliqñ datr̃ eleemosyna non indigẽ-

C ti, vt qñ offert aliquid sacerdotibus beneficiatis q̃ nõ sunt pauperes, ergo non dẽt poni in diffinitione eleemosynæ, ꝙ detur indigenti. Item non dẽt poni, ꝙ fiat ex compassione, quia opus, quod fit ex electione est laudabilius opere, qđ fit ex passione, & conformius Deo qui nihil ex passione operatur, sed compassio est passio q̃dã, quia nullus cõpatitr̃ alteri, nisi simul patiatur, ergo non dẽt dici ex cõpassione. Itẽ non dẽt poni ꝓp Deũ, quia actus nõ recipit speciẽ a fine vltimo, sed a fine proximo, quia aliàs oẽs actus virtutũ eẽnt eiusdem speciei cũ oẽs respiciant eundẽ vltimũ finẽ. Qđ tñ dr̃ hic ꝓp Deũ cum sit vltima pars diffinitionis dr̃ esse dr̃ia, & tñ non est, quia Deus non solum est finis

D eleemosynæ, sed ẽt oĩum actuum bonorũ, ergo non ponitur conuenienter in diffinitione eleemosynæ. Dicendũ, ꝙ ista diffinitio est cõueniẽs, & sunt oĩa ista de essentia eleemosynæ proprie dictæ, vt est actus meritorius. Est. n. eleemosyna nomen græcum, & dr̃ ab eleis, quod est miseria, vel misereri, quia eleemosynã p̄bens miseriam alienã suam facit. s. ꝙ compatitur patientibus. Et in hoc ẽt ipse miser in aĩo suo efficit. Vel qui eleemosynam dat misereri dr̃, quia sicut miseriã propriã tollere vellet, ita & alienã tollit subueniendo in necessitatibus. Et hoc fit cõicando bona sua miseris. Vnde cõicatio bonorum propriorũ facta misero eleemosynæ nomen accepit. Et hoc est materialiter eleemosyna. Nõ p̄t tñ eleemosyna esse meritoria, nisi in Deũ dirigatur, iõ vt diffiniatr̃ eleemosyna, fm ꝙ est

E actus meritorius ponitur ibi, ꝙ fiat ꝓp Deum. Et sic in diffinitione ista tanguntur oĩa, quæ concurrunt ad perfectionẽ eleemosynæ, inquantum est meritoria. Principium. n. in eleemosyna est miseria aliena, quia illud est ꝓp quod mouemur, & cui volumus subuenire. Et hoc tangitur in diffinitione cum dr̃ indigẽti. Et quia ex aliena miseria nascitur in corde nr̃o similis miseria, q̃ vocatur mĩa, quia alias non misereremur tangitur istud cũ dr̃ ex cõpassione. s. quia miserię alienę cõpatimur. Et quia eleemosyna terminatur in releuando istã alienã miseriã de qua compatimur, tãgitr̃ hoc cũ dr̃ opus in quo aliquid datur, quia ꝑ id qđ datr̃ miseria tollitur. Et istud est esse eleemosynæ, scilicet totum quod dictum est. Et quia ad bonitatem operis

titur esse bonũ ex gñe, qđ est esse bonũ ex obiecto, & essentialr, sed requiritur ẽt bona intentio respectu finis, ponitur intentio, q̃ facit actum meritoriũ. Et hoc tangitur cum dr̃ pp Deum. Et iõ si diffiniret eleemosyna eo mõ quo diffiniuntur virtutes morales, vel act⁹ earum non diceretur ibi pp Deum, quia istud non ptinet ad essentiam eleemosinæ, sed ad esse meritoriũ, qđ est accidentale ei. Quia tñ nos attendimus potius ad opera, inquantum sunt meritoria, q̃ inquantũ sunt simplr talia opera, ponimus in diffinitione eleemosinæ esse pp Deũ. Ad primum dicendũ, q in eleemosina semper aliquid datur. Quia licet aliqñ cõsistat eleemosina in opere, vt in efficiendo aliquid pro altero dicimur ei semper dare aliquid. Quia fm Arist. 4. Eth. c. de liberalitate datum, & acceptum vocantur oĩa, q̃ põt numismate compari. Et quia actus humani, & opera eius põt extimari in pecunia, siquis facit aliqđ pro altero ẽt nihil dãdo dr̃ aliquid dare, & ita in eleemosina cum oẽs actus ordinentur ad subuentionem quandam miseriarum sunt numismate mẽsurabiles, iõ eleemosinam faciens semper dr̃ aliquid dare, vnde rectẽ dr̃ opus in quo aliquid datur. Ad secundum dicendum, q quia distinguuntur actus ex obiectis, & habitus per actus, accipiunt aliqñ oĩa ista idem nomen, quia vnum quasi ab altero pendet, vel deriuatur. Vt sicut patet de fide, quia fides accipitur aliqñ pro habitu creditiuo, aliqñ pro actu credendi, interdum vero pro re credita. Et sic eleemosina põt accipi pro ipso actu dandi. Et tunc vocatur opus aliqñ ipsam rem datam. & sic dicimur dare eleemosinam. Hic aũt diffinitur eleemosina prout est opus, & non prout est res data. Ad tertium dicendum, q clericis ẽt si nõ sint indigentes dantur eleemosinæ, non tanq̃ ipsis, sed tanquam ministris pauperum, quia ipsi melius possunt dispensare pauperibus, q̃ principaliter dãtes, & sic est eleemosina indigenti dare mediate, vel immediate data. Ad quartum dicendum, q qñ agere ex passione, & ex electione sunt inter se distincta, laudabilius est agere ex electione, quia istud pertinet ad virtutẽ. Qñ tñ electio, & passio tñs concurrunt ad eundem actum, & passio obedit rõni, actus est intensior, quã si fiat ex sola electione, sicut pugnare ex sola electione, & sine ira est actus minus intensus, q̃ pugnare ex electione feruente sibi ira, vt ostenditur 3. Ethi. c. de fortitudine. In eleemosina aũt accipitur compassio, vt est nomen passionis, quæ proprie importat passionem tristitiæ de aliena miseria. Accipitur tamen ẽt compassio pro actu voluntatis quo alicui displicet aliena miseria ẽt non existente aliquo motu in parte sensitiua, qui vocatur passio. Et sine ista compassione nunquam eleemosina est danda, quia non subueniret aliquis miseriç alienç, nisi vellet eum non esse miserum. Et talis compassio ẽt in Deo est, quia ei mala nostra displicent voluntate antecedente, & ẽt aliqñ voluntate consequente. Voluntas antecedens est qua aliquid volumus non cõparando ad aliquid aliud. Et hoc modo Deus non vult aliquod malum, quia tunc vellet malum absolute, & sic displicet ei de pœnis omnium hoĩum, quia Deus non est crudelis, vt delectetur absolute in pœnis hoĩum, quasi ipsç ĩ se bonç sint. Voluntas cõsequens est qua aliquid volumus, vel nolumus solum in comparatione ad alterum. Et sic De⁹ vult homines aliquos damnari inquantum iustũ est eos damnari pp sua demerita. Et ita vult aliquos puniri hic inquantum merentur. Tunc aũt Deo displicent miseriç nostrç voluntate antecedente, qñ non vult eas absolute inquantum miseriç sunt. Et hac voluntate Deo displicent miseriç oĩum hoĩum, & etiã dæmonum. Tunc tñ non liberat a miseria, quia volũtas antecedens, nunquam impletur, nisi qñ coincidit cum voluntate consequente. Tunc autem displicent Deo miseriç nostrç voluntate consequente, quando non vult illas absolute, nec etiam per cõparationẽ ad aliquid. Et tunc quia Deus nullo modo eas vult, necesse est nos liberari ab illis, vel non incidere in eas. Et sic in Deo est compassio, sicut in nobis prout est actus voluntatis quo displicet nobis aliena miseria. Huic autem compassioni adiungitur aliqñ compassio proprie dicta, quæ est passio tristitiæ de aliena miseria, inquantum appetitus superior natus est mouere inferiorem appetitum. Vnde si sit fortis impressio in appetitu superiori, erit etiam in inferiori, nisi sit aliqua indispositio repugnans in parte inferiori. Et ita misericordia, siue compassio, & verecũdia, & nemesis, & quædam aliæ compassiones sunt laudabiles, inquantum procedunt consequenter ad debitam electionem boni appetitus superioris. Et sic dicendũ, q in eleemosyna semp requiritur compassio, quç est actus voluntatis. Quod aũt fit tristitia, q est cõpassio alienæ miseriç, nõ est oĩno necessariũ, & tñ est act⁹ vehementior, & pfectior, qñ sunt simul ambç cõpassiones. Ad quintum dicendum, q licet esse pp Deũ non det spẽm eleemosynç q̃tum ad esse eleemosynã: dat tñ ei spẽm siue complementũ q̃tũ ad esse meritoriũ. Et magis hoc vocatur cõplementũ, q̃ species, ideo ponitur vltimo loco in diffinitione eleemosynç.

An eleemosyna sit actus virtutis.
Quæst. XXIII.

QVAERITVR an eleemosyna sit actus virtutis. Dicunt quidam, q non, quia 1. Timot. 4. vbi dr̃, quod pietas ad omnia valet exponit Glo. Pietatem pp eleemosinarum largitionẽ, pietas tamen non est virtus, sed donum, quia ponitur inter septem dona Spiritussancti. Isa. 11. Dona tamen & virtutes differũt inter se, vt patet 3. senten. distin. 34. ergo non est eleemosina actus virtutis. Itẽ nulla passio est virtus. 2. Eth. eleemosina tamen procedit ex misericordia, vel miseria, quæ est passio, vt dicit Gloss. super illud Psalm. 36. Tota die miseretur. eleemosina a miseria incipit, ergo non est actus virtutis. Item nihil est in aliquo genere, quod non sit in aliqua specierum illius generis, non potest tamen eleemosina, vt videtur reduci ad aliquam speciem virtutis: ergo non est in genere virtutis. Patet quia eleemosina est circa bona exteriora, & circa exteriora solum sunt tres virtutes. s. iustitia liberalitas, magnificentia. Non pertinet autem ad iustitiam, quia per iustitiam dat quis alieni id quod nõ est dantis, sed accipientis. eleemosina autem dat id quod proprium est, & non est accipientis. Etiã nõ pertinet ad liberalitatem, quia ipsa non intendit indigentiam in eo cui dat cum aliquando ex liberalitate diuitibus demus: eleemosina tamen soli indigenti datur, vt patet præcedenti quæst. Non pertinet etiam ad magnificentiam, quia illa in solis magnis largitionibus consistit. 4. Ethi. c. de magnificentia. eleemosina autẽ aliquando in paruis, & aliqñ in magnis consistit, ergo non erit actus alicuius virtutis. Dicendum, q eleemosina actus virtutis est, quia nihil est meritorium, nisi actus virtutis, cum felicitas sit virtutis præmium, vt dicitur 1. & 10. Ethic. Eleemosina tamen est valde meritoriã, quia vt patet Tobiæ 4. liberat animam a morte. Ergo virtutis actus est. Et patet, quia cum virtus sit habitus quo dirigimur ad bene agendum, oportet q omnis actus qui de se rectitudinem quandã importat reducat ad aliq̃ virtutem, quamuis in rõne illius actus non exprimatur omne illud, quod ad pfectionẽ virtutis requiritur. Sicut dare qñ dandum est dr̃ esse actus liberalitatis, quamuis in hoc non exprimatr oĩs debita circun-

circumstantia, quę ad actum liberalitatis exigitur. cũ ergo eleemosyna secundum, ꝙ dictum est importet quandam rectitudinem, quia significat dationem ordinatam ad subueniendum alienę miserię, vt patet ex ipso nomine, s. quia eleemosyna miseriã significat, necesse est, ꝙ eleemosyna sit aliquo modo actus virtutis, & erit actus liberalitatis quamuis nõ exprimat oẽs conditiones, quę ad actum virtutis requiruntur. Sed quia liberalitas ordinat acceptiones, & dationes, vt bene se habeant, erit eleemosyna aliquomodo actus liberalitatis. Nam misericordia a qua est eleemosyna liberalitatis pars est, scilicet quia liberalitas respicit in dationibus solum bonum in communi, s. dat, quia iudicat bonum esse dare vndecunque eueniat, ꝙ sit bonum illud dare. misericordia autem respicit in dationibus quoddam bonum in speciali, s. releuationẽ alienę miserię. Est ergo eleemosyna actus misericordię, & consequenter actus liberalitatis.

Ad primum dicendum, ꝙ eleemosyna actus virtutis est, cum sit actus misericordię, & liberalitatis. Cum autem dicitur, ꝙ est actus pietatis accipitur pietas large pro misericordia. sic dicit Aug. 10. de ciui. Dei. Nã pietas proprie ad diuinum cultũ pertinet. Vnde eleemosyna non est actus doni, sed virtutis.

Ad secundum dicendum, ꝙ eleemosyna est actus misericordię, & consequenter virtutis. Et cum dr̃, ꝙ misericordia est passio. dicendum ꝙ prout est quædã displicentia voluntatis de aliena miseria est electio, & non passio, prout vero est tristitia quędam in parte inferiori de aliena miseria est passio, & non potest esse virtus. Primo modo eleemosyna est actus misericordię, & sic est actus virtutis, & non secundo modo: licet misericordia secundo modo concurrat cum mĩa primo modo ad hoc, ꝙ sit actus intensior licet hoc non sit semper necessarium, vt dictum est pręce. q.

Ad tertium dicẽdum, ꝙ eleemosyna reducitur ad aliquam virtutem moralem, quia reducitur immediate ad misericordiam, & immediate ad liberalitatẽ. Et cum dr̃, ꝙ liberalitas non respicit indigentiam. dicendum, ꝙ licet liberalitas fm̃ suam rationem cõem non respiciat indigentiam, non est tñ inconueniens aliq̃ partem, vel speciem liberalitatis respicere indigentiam, sicut animal secundum suam rationẽ cõem non dicit rationale: aliqua tamen species animalis est, quæ secundum se dicit rationale.

Secundum quosdam tamen eleemosyna pertinet ad iustitiam, quia actus iustitię est subuenire miseris, vt dicit Aug. & habetur 3. sen. di. 33. Et tñ non proprie subuenire miseris est actus iustitię, sed solum ratione suę partis, quę est liberalitas, & id, quod conuenit virtuti inferiori conuenit superiori secundum quendam modum eminentię, & cõpręhensionis, vt quidquid conuenit speciebus cõuenit generi inquantum compræhenduntur species sub genere.

An eleemosyna sit actio charitatis. Et quòd actus omnium virtutum pertinet ad charitatem. Quæst. XXIIII.

QVAERETVR an eleemosyna possit dici eẽ actus charitatis. Quidã dñt, ꝙ non sit actus charitatis, quia actus charitatis non põt esse sine charitate: dare tñ eleemosynam põt esse sine charitate iuxta illud 1. Cor. 13. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperũ charitatẽ aũt nõ habeã, &c. ergo nõ est dare eleemosynam actus charitatis. Itẽ eleemosyna cõputatũ inter opera satisfactionis, vt oñdet̃ sequenti q. Pertinet tñ satisfactio ad iustitiam, ergo dare eleemosynã non ꝑtinet ad charitatem, sed ad iustitiam. Item dare eleemosynam pertinet ad latriam, ergo non ad charitatẽ cũ sint virtutes distinctę. Patet hoc, q̃a dare hostiã Deo est act⁹ latrię: dare in eleemosynã est offerre

A Deo hostiã ad Heb. 13. Beneficentię, & coionis nolite obliuisci: talibus. n. hostiis ꝓmeret Deus. Bñficientia tñ ad eleemosynã ꝑtinet, ergo eleemosyna ꝑtinet ad latriã. Itẽ oñsum est ꝓcedenti q. ꝙ eleemosyna est act⁹ liberalitatis, ergo nõ est actus charitatis, quia sunt virtutes distinctę, vna moralis, & alia theologica.

Dicendum, ꝙ dare eleemosynã est actus charitatis, q̃a 1. Io. 4. dr̃. Qui habuerit substantiã huius mundi, & viderit fratrẽ suũ necessitatẽ hr̃e, & clauserit viscera sua ab eo, qũo charitas Dei manet in illo? Christ⁹ quoque præcedenti c. cũ locutus est de actu charitatis dicens. diligite inimicos vestros, subiunxit. Bñfacite his, q oderunt vos, & orate ꝓ ꝑsequentibus vos, & tñ orare, & bñfacere sunt eleemosynę, & ponit Christus ista cũ ope charitatis, quod est diligere, q̃a si isti sint exteriores actus charitatis, ergo eleemosyna actus chari-

B tatis est. Et patet hoc, q̃a actus exteriores nõ sunt immediate actus virtutis, sed actus interiores cũ virtus sit habitus electiuus, secundo Ethicorum. Reducuntur tñ ad virtutem illã ad quã pertinet illud, quod est motiuũ huius actus. Motiuũ autem ad dandum eleemosynam duplex est. Vnum prouenit a parte exteriori, & aliud ab intra. Ab extra est indigentia alterius, quia eleemosyna non datur, nisi indigenti: ab intra est charitas, quia nisi quis diligeret proximum suũ non subueniret ei, ẽt in necessitatibus constituto. Quantũ ergo ad primum motiuum eleemosyna pertinet ad misericordiã: cũ misericordia principaliter respiciat

C alienã miseriã. Quantum ad secundum eleemosyna pertinet ad charitatem. Et ita potest dici, ꝙ eleemosyna est actus misericordiæ, & est actus charitatis, sed magis immediate pertinet, & magis proprie fm rõnem eleemosynæ ad misericordiam, q̃ ad charitatem. Est ẽt actus liberalitatis inquãtũ misericordia est pars, vel spẽs liberalitatis: iustitia aũt non est actus, nisi largissime, iõ qñ absolute quæritur de eleemosyna cui⁹ virtutis sit actus põt dici, ꝙ misericordię, vel charitatis: melius tñ dr̃, ꝙ misericordię. Ad primũ dicendũ, ꝙ actus virtutis dr̃ eẽ aliqd dupl̃r. Vno mõ materialr̃, sicut act⁹ iustitiæ est facere iusta, & sic põt esse act⁹ virtuus sine virtute. Et multi nõ hñtes hītũ iustitię operant̃ iustũ naturali rõne, vel ex timore ꝑꝑ spẽ, aut aliã

D cãm. Et hoc mõ causant̃ hītus virtutũ ex operationibus virtutũ, q̃ sunt sine hītu, vt ex hoc, ꝙ est fortia facere, & iusta, efficit̃ quis fortis, & iustus. Alio mõ dr̃ esse aliquid actus virtutis formaliter, & sic act⁹ iustitię est actio iusta eo mõ quo iustus facit, s. prompte, & delectabiliter. Et hoc mõ actus virtutis nunq̃ est sine virtute. Dare eleemosynã materialiter põt esse sine charitate: dare tamẽ eleemosynã, quę sit formaliter eleemosyna, s. ꝑꝑ Deũ delectabiliter, & ꝓmpte, & omni mõ quo debet non põt esse sine charitate. Ad secũdũ dicẽdũ, ꝙ nihil ꝓhibet actum vnius virtutis cõpetere alteri virtuti, s. ꝙ cõpetat vni elicitiue, & alteri imperatiue: vtriq; aũt elicitiue nõ cõpetit. Dr̃ cõpetere act⁹ virtuti alicui elicitiue cuius est ꝓprie, sicut terribilia sustinere, & aggredi solius fortitudinis est. abstinere a

E delectabili turpi solius tẽperãtię est, quia ab istis elicit̃ imperatiue ꝑtinet act⁹ ad illã virtutẽ, quę regulat alias in finẽ sui ipsius. Actus tñ illarũ, nunq̃ erũt istius elicitiue, sed dicent̃ esse ei⁹, quia imperat virtutib⁹ quas ordinat, vt istos actus eliciant. Et sic abstinere a turpi, & sustinere terribilia poterũt esse actus iustitię inquãtum iustitia est excellentior virtus, quam temperantia, & fortitudo. Vt siquis videat iniustum esse accedere ad vxorem proximi: abstinere tñ ab illo turpi delectabili non potest, nisi per temperantiam, ideo iubet temperantię ipsa iustitia, vt eliciat actum abstinendi. Sic etiam siquis videat iustum esse pro republica, vel pro re aliqua honesta exponere se terribili-

bus,& nulla sit virtus,quę hoc possit,nisi fortitudo: iubet iustitia fortitudini,vt exponat se terribilibus,& ita ordinat iustitia istas duas in suum finem. Et vocantur isti duo actus iustitię non elicitiuę,sed imperatiuę. Habere autem actus imperatos non pertinet ad quamlibet virtutem, sed solum ad excellentem, quę habet aliquas quas in finem suum dirigit. Et quanto fuerit aliqua virtus nobilior: tanto habebit plures actus imperatos. Et quia potentia volitiua imperat omnibus potentijs: sequitur quòd illa virtus,quę fuerit excellētior in voluntate,erit simpliciter imperans omnibus virtutibus. Et ita actus omnium virtutum pertinent ad charitatem, vel sunt actus charitatis imperatiue: elicitiue tamen solus est actus eius diligere. Nulla.n. virtus potest habere, nisi vnicum actum elicitum. secus autē de imperatis. Ita aūt est de eleemosyna,quia poterit pertinere ad opera satisfactoria: inquantum misericordia, quę est in defectum patientis ordinata rursus ordinatur ad satisfaciendum pro culpa ipsa: tamen quantum ad illum habitum a quo elicitur,dicitur esse actus misericordię, vel liberalitatis. Potest tamen a charitate ordinari ad satisfaciendum pro culpa, & sic pertinet ad opera satisfactoria. Potest etiam ordinari in ratione sacrificij ad placandum Deo, idest q̄ detur eleemosyna,tanquam quoddam sacrificium,& sic pertinet ad latriam. sed hęc prouenit ei a charitate ordinante eam per imperium,ex habitu tamen eliciēte non competit sibi,nisi actus misericordię,& ad subuentionem alienę miserię, & per hoc etiam patet responsio ad tertium.

Ad quartum dicendum,quòd dare eleemosynam pertinet ad liberalitatem mediate, inquantum misericordia cuius est eleemosyna proprius actus,est pars liberalitatis, vt dictum est pręcedenti q. Et sic nō pertinet ad eam immediate elicitiue, nec imperatiue, ad charitatem autem pertinet imperatiue,vt dictum est, & nō solum imperatiue, sicut actus omnium aliarum virtutum,sed specialius, quia habet magnam similitudinem cū actu elicito charitatis,scilicet diligere. Vnde Christus postquam posuit actum proprium charitatis, scilicet diligite inimicos vestros, subiunxit eleemosynam dicens. Et benefacite his,qui oderunt vos.

An eleemosyna sit pars satisfactionis. Et quomodo satisfactorium opus dupliciter dicatur. Et confessor, dicens pœnitenti, omnia bona, quæ feceris sint tibi in remissionem peccatorum, imponit hoc pro satisfactione Et quòd idem astringit sub pœna præcepti confitentem sibi ad obseruandum, quæ sibi imponit. Et quòd omnia ieiunia ecclesiæ, & festorum obseruationes, & quæ ex voto fiunt, sunt ad satisfaciēdum pro peccatis.

Quæst. XXV.

QVAERETVR an eleemosyna sit pars satisfactionis.

Aliqui dicunt,quòd non,quia non tenetur satisfacere, nisi qui peccauit, & tamen tenetur homo interdum eleemosynam facere,etiam si,nunquam peccauit, vtpote proximis in necessitate, ergo non est pars satisfactionis.

Item totum non potest esse perfectum si pars aliqua subtrahatur ei. Potest tamen aliquis perfecte satisfacere de aliquo peccato etiam si nullam eleemosynam faciat, vt orando,ieiunando,peregrinando, & ita de cęteris. non est ergo pars satisfactionis.

Item nihil potest esse pars totius, nisi differat ab aliis partibus eiusdem. Eleemosyna tamen nō differt a ieiunio, & oratione secundum, quòd ad penitentiam pertinent, quia hoc competit eis omnibus inquantum sunt pęnalia. Ergo non est pars satisfactionis.

F Item si esset pars satisfactionis esset aliquid, quod posset ab omnibus haberi, vel fieri,quia in sacramentis necessitatis remediū adhibetur, quod nulli possit deesse, sicut aqua in baptismo. sed pęnitentia est sacramentum necessitatis,& satisfactio est pars eius. Si ergo eēt eleemosyna pars satisfactionis posset ab omnibus fieri,sed non potest cuilibet competere,sed solum possidenti aliquid temporale. ergo eleemosyna non est pars satisfactionis.

Dicendum, quòd est pars satisfactionis, quia Lucę 3. super illo verbo. facite fructus dignos pęnitentię. dicit Glo,quòd dare eleemosynam est pars pęnitentię, sed hoc non est, nisi ratione satisfactionis, ergo est pars satisfactionis. Et est in pęnitentia, sicut in foro G seculari in quo punitur quis pro peccato non solum pęna corporali,sed etiam per bonorum subtractionē, sic autem in foro pęnitentię satisfactio fit per opera pęnalia, ideo non solum debent esse ibi opera, quæ affligant corpus, sicut ieiunium, sed etiam subtractio aliqua temporalium rerum sicut eleemosyna. Et sic erit pars satisfactionis.

Pro quo sciendum quòd opera satisfactoria dicuntur opera bona & pęnalia, quæ aliàs necessaria nō erāt nisi quis peccasset, & nūc ad remissionem peccati necessario fiunt. Cessare autem a peccato, vel non peccare nō est satisfactio, cum satisfactio cōsistat in operibus bonis quæ alias non erant necessaria, cum satis- H facere dicat quandam recompensationem pęnę pro peccato. Et tamen etiam si quis, nunquam peccasset, teneretur, nunquam peccare, ergo non est hic satisfactio. Facere tamē bonum, vt dare eleemosynam tenetur homo interdum etiam sine peccato, vt existente proximo in necessitate. Ideo facere tale bonum non est satisfactio. Ex quo apparet,quod eleemosyna non est semper pars satisfactionis. Et sic dicendum, quòd eleemosyna, quando cadit sub necessitate nō est pars satisfactionis, sed est de bonis operibus cadētibus sub pręcepto. Cum autem est necessaria pars satisfactionis est,quia est opus bonum, & pęnale ex supererogatione factum, quod pertinet ad rationem satisfactionis. Et sic secundum totam suam generalitatem eleemosyna nō est pars satisfactionis. Idem in ieiunio est, I quia aliquando necessarium est, & tunc non pertinet ad satisfactionem, sed quando liberum est pars satisfactionis esse potest. Et idem de cęteris partibus satisfactionis.

Vt tamen hoc intelligatur sine errore, considerandum, quòd cum loquimur de opere satisfactorio potest intelligi dupliciter esse opus satisfactorium, scilicet principaliter, vel totaliter satisfactorium, idest ad istum finem ordinatum, vel minus principaliter satisfactorium. Accipiendo secundo modo omne opus bonum in charitate factū, & propter Deum, est satisfactorium, quia præter hoc, quòd est meritorium, & debitum, est ibi aliqua ratio satisfaciendi inquantum illud opus est pęnale, & est in charitate factum. Et hoc K modo ecclesiasticus minister, quando alicui pęnitentiam imponit dicit, omnia bona, quæ feceris sint tibi in remissionem peccatorum, idest in satisfactionem pro peccatis cōmissis, quia non loquitur de remissione quantum ad maculam, vel reatū, quia iam pręsupponitur, quòd peccatum deletum sit per contritionē, & confessionem, non tamē esset hoc verū, nisi quodliber opus bonum esset aliquo modo satisfactorium. Ideo omnia opera bona in charitate facta quantumcunque sint necessaria necessitate iuris naturalis, vel diuini positiui, vel iuris ecclesiastici, aut humani sunt satisfactoria, non tamen sunt principaliter satisfactoria, quia nō sunt imposita nobis ad finem satisfaciendi principaliter, sed inquantum debitum, vel iustum

est

est talia facere. Et ideo nos solemus ea vocare satisfactoria, quia actus, vel res denominatur ab eo, quòd principaliter in ea est.

Secundo modo dicitur aliquid satisfactorium, scilicet principaliter. Et hoc stat dupliciter. Primo modo, quia sunt opera bona in charitate facta ex nulla necessitate, sed pure libere, & sic sunt omnia opera superogationis, & sic sunt strictissime satisfactoria, quia hoc principaliter faciũt, & facientes ad hoc principaliter faciunt, vt per ea satisfaciant de commissis deinde augmentum glorię acquirant.

Secundo modo sunt satisfactoria opera bona in charitate facta ex necessitate tamen præcepti, & tamẽ pręcipiens ordinauit totaliter, vel principaliter ad finẽ satisfaciendi. Et sic ieiunia introducta ab ecclesia, & obseruationes festorum ex necessitate obseruantur inquantum sub præcepto cadunt. Et tamen non est dubium quin sint opera satisfactoria. Nam ad hunc finem instituta sunt, sic dicunt Aug. & Grego. loquẽdo de ieiunio quadragesimali, quod ideo 40. diebus ieiunamus quasi ducto quaternario in denarium, vt siquid per corruptibilitatem quatuor humorum, vel elementorum contra decem præcepta decalogi per quæ intelligũtur omnia præcepta peccamus, per istud ieiunium emẽdetur. Sic etiam Leo Papa in sermone, & habetur 76. di. c. Igitur post sancte. dans rationem quare ieiunium secundum quatuor temporum post Pentecostem obseruare debeamus dicit. Post acceptũ Spiritus Sancti donum salubriter, & necessario est ordinata consuetudo ieiunij, vt siquid forte inter ipsa festiuitatis gaudia negligens licentia, & libertas immoderata præsumpserit, hoc religiosę abstinentię cẽsura castiget, idest emendet, scilicet satisfaciendo, quia castigatio satisfactoria est. Necesse est ergo, quòd illa nobis ad satisfactionem proficiant, cum ecclesia ad istum finem nobis imposuerit. Et sic non est inconueniens immo necessarium est, quod opera aliqua ex necessitate facta præcepti sint satisfactoria. Et patet, quia in foro pęnitentię id, quod sacerdos imponit cõfitenti: astringit eum sub pęna peccati mortalis, sicut quælibet præcepta ecclesiæ. Et tamen nemo dubitat quin id, quòd sacerdos imponit sit opus satisfactoriũ: immo illa proprie vocantur opera satisfactionis, quæ sacerdos imponit potius, quam illa, quæ quis sponte assumit: cum satisfactio sit pars pęnitentię, & moderatio eius pertinet ad solũ sacerdotem de poeni. di. 1. c. Mensuram. Ergo opus fieri ex necessitate præcepti nihil minuit de ratione satisfactionis proprie dictę, dum tamen præceptum sit, vel iniunctum illud opus principaliter ad satisfaciendum. Et quia omnia cęremonialia, quæ ecclesia imponit, vt ieiunia, & festorũ obseruationes, & alię cęremonię Christiani cult⁹ nõ erant alias debita, nisi inquantum ecclesia illa imponit, necesse est dici, quòd imposuerit illa ad satisfaciẽdi finẽ, quia aliàs astringeret nos inutiliter ad aliquid, quod aliàs erat indebitũ. Et hęc est inconueniẽs. Sunt ergo omnia talia opera principaliter satisfactoria, sicut illa, quæ imponuntur in foro pęnitentię.

Sic etiam est de omnibus, quæ ex voto fiunt, & de omnibus obseruationibus religionum, quia iã illa fiũt ex voti necessitate. Nemo tamen dubitat quin sint satisfactoria, quia aliàs deterior esset conditio vouentium. Nam faciendo ista sine voto manifestum est, quòd essent satisfactoria, & tamen melior est conditio vouentium, quam non vouentium faciendo idẽ opus in specie. Ergo sunt ista opera istis satisfactoria licet sint ex pcepti, vel voti necessitate, & sunt principaliter satisfactoria.

Dicendum ergo, quòd esse opus meritorium, & satisfactorium conuertuntur. Nam omne opus satis-
A factorium est meritorium, quia nemo potest satisfacere pro peccato, nisi existens in charitate. Et tamen quicunque est in charitate meretur per omnia bona, quæ facit propter Deum. Etiam omne opus meritorium est satisfactorium: cum omne opus bonum factum in charitate sit satisfactorium, vt dictum est & tamen, quia maxime satisfactoria sunt illa opera, quæ ad nullum alium finem sunt, nisi ad satisfaciendum saltem principaliter, & agens propter hoc illa facit dicuntur esse satisfactoria opera bona, scilicet ex genere, & laboriosa, & in charitate facta, quę aliàs non erant debita, scilicet si homo non peccasset: de quo etiam dictum est præcedenti c. q. 171. scilicet quòd si-
B ne charitate non fit satisfactio.

Ad primum dicendum, quòd eleemosyna, quam tenetur facere, qui non peccauit, non est pars satisfactionis principaliter, sed boni operis necessarij, sed illa eleemosyna, quę ex superogatione inducitur.

Ad secundum dicendum, quòd tenet ratio illa in partibus integralibus totius, quæ debent simul esse in actu ad hoc, quòd totum perfectum sit, secus de partibus subiectiuis, quia in qualibet earum reperit̃ perfecta ratio totius. Et sic illa sola existente totum perfecte est per illam, sicut genus perfecte inuenitur in qualibet specie, idest esse generis, ita eleemosyna est pars subiectiua satisfactionis, vnde ea sola existente poterit esse satisfactio perfecta, vel ea non existente, dumtamen existat aliqua alia pars satisfactionis.

C Ad tertium dicendum, quòd eleemosyna differt a ieiunio, & oratione, quæ sunt partes satisfactionis nõ secundum rationem generalem pęnę, sed secundum rationem specialem. Nam pęna dicitur malum quoddam inquantum subtrahit quoddam bonum. Et sic nocet nobis. Ideo sicut alia est ratio specialis boni in diuitijs quas appetit concupiscentia oculorum, & alia in delitijs quas appetit concupiscentia carnis, & alia in honoribus in quos tendit superbia vitę, ita est in speciali diuersa ratio pęnę in subtractione istorum bonorum, scilicet alia in eleemosyna, quæ subtrahit diuitias: alia in ieiunio, quod subtrahit delitias: alia in oratione, quę altitudinem spiritus superbi, idest superbiam vito deprimit per humilitatem quandam: Et sic
D licet competat istis tribus pęna in generali, non tamẽ competit secundum eandem rationem specialem, ideo sunt diuersę partes satisfactionis, scilicet secundum diuersas rationes.

De tribus autem bonis prædictis an sint bona simpliciter, vel solum extimata bona, non differt quantum ad hęc, quòd subtractio ipsorum sit pęna, quia pęna non est, nisi secundum rationem appetitus, scilicet inquantum contrariatur ei, & sic cum ista tria extimẽtur bona, subtractio eorum erit pęnalis, etiam si ipsa non sint vere bona. Quia tanta est pęna quanta est extimatio de bono, quòd nobis inuoluntarie aufertur, vel de malo, quòd inuoluntarie infligitur.

Ad quartum dicendum, quòd quilibet peccans po-
E test facere eleemosynam, quia eleemosyna nõ solum consistit in collatione pecuniæ, sed etiam in alijs obsequijs exhibitis proximo indigenti propter Deum. Vnde licet alicui desit pecunia non deest facultas faciẽdi eleemosynam, quia manẽt aliæ eleemosynę corporales, quia potest quis operas suas alteri concedere, q̃ sunt pecunia extimabiles. Et si omnino deẽt facultas respectu eleemosynarum corporalium propter penuriam rerum, & corporis debilitatem: nondum tamen deesset simpliciter potestas faciendi eleemosynam, quia adhuc manebunt eleemosynæ spirituales, quia posset consulere alteri, vel orare pro eo. Nemo ergo est, qui nõ posset eleemosynam facere, etiam si alicui possent omnia ista deficere, saltem non poterat deficere

deficere voluntas faciendi hoc. Et hoc computare-tur sibi pro eleemosyna pfecta. Est igitur eleemosyna conuenienter pars satisfactionis, & cuilibet compete-re potest.

Quot sint eleemosynæ, & earum sufficientia. Quæst. XXVI.

QVAERITVR de diuisione, & sufficientia eleemosynarum.

Aliqui dicunt, quòd sunt quatuordecim eleemosynę, scilicet septē corporales, & septem spirituales, vt dicetur in duabus quęstionibus sequentibus, & solent vocari quatuordecim opera misericordię spiritualia, & corporalia.

Sed obijcietur, quòd sint solum duę eleemosynæ, quia dicit Aug. in Enchiridion, & habetur 45. di. cap. Duę sunt, quòd duę sunt eleemosynę vna cordis alia pecuniæ. Eleemosyna cordis est dimittere illi a quo lęsus es. Nam dare aliquid indigenti aliquãdo quęris, & non habes. Et sic ponit solum duas eleemosynas, vnam quę est remittere iniuriam peccanti: alia quæ est dare pecuniam indigenti, ergo non sunt quatuordecim.

Item patet, quòd solum sint tres eleemosynę, quia 45. di. c. Tria sunt. dicitur quòd tria sunt genera eleemosynarum, vna corporalis egenti dare quidquid poteris, alia spiritualis dimittere a quo lęsus fueris. Tertia delinquentem corrigere, & errantes in viam deducere veritatis. Et sic ponunt tres eleemosynę particulares. Non ergo sunt quatuordecim.

Dicendum, quod eleemosynę diuiduntur in duas, scilicet in corporales, & in spirituales, & sunt septem corporales, & totidem spirituales, vt ostēdetur in duabus quæstionibus sequentibus. Et sic generaliter duę sunt. particulariter sunt quatuordecim.

Ad primum dicendum, quòd Aug dixit esse duas eleemosynas, idest duo genera eleemosynarum, quia quodlibet istorum habet sub se species septem eleemosynę. Et si obijciatur, quia dicitur ibi eleemosyna cordis est dimittere a quo lęsus es, & alia est eleemosyna pecunię, & ista non sunt genera eleemosynarũ, vt possint comprehendere sub se species quatuordecim, sed sunt duę species eleemosynę: dicendum, ꝙ Augu. ponit duas eleemosynas, scilicet spiritualem, & corporalem, quę sunt duo genera ad quatuordecim species eleemosynę. Quando tamen dixit remittere a quo lęsus es, &c. noluit innuere, quod id, quod compræhendebatur sub istis duabus erat solum eleemosyna, sed ponuntur ista duo, tanquam exempla, vt per hoc intelligantur omnes alię species, vel posset dici, quòd aliquo modo ad istas duas reducuntur omnes alię. Nam de omnibus corporalibus manifestum est, quòd ad eleemosynam pecunię reducuntur, quia omne opus, quod quis facit ad vtilitatem proximi pecunia extimari potest, omnes etiam eleemosynę spirituales possent reduci ad hoc, quòd est remittere ei a quo lęsus es. Et tamen melius dicitur, quòd sint, tanquam duo exempla eleemosynarum duorum generum.

Ad secundum dicendum, quòd insufficiēter enarrantur ibi eleemosynæ. Et hoc, quia non intendebat omnes illas compręhendere, qui hæc dixit.

Aliter potest dici, & melius, ꝙ sicut cõiter reducimus oēs eleemosynas ad corporales, & spirituales quē modum tenuit Aug. ita potest dici, ꝙ reducuntur oēs ad tria genera, s. ꝙ quædam sunt pure corporales, s. illę in quibus soli corpori subuenitur, vt sunt oēs illę septē quas dicimus opera misericordiæ corporalia, alię sunt pure spirituales, sicut remittere iniuriam, & ora-

F te pro eo, alię sunt mixtę ex corporali, & spirituali. Et ita est corrigere delinquentem enim ibi pęna sit corporalis, fructus tamen correctionis est spiritualis. Et iõ dicitur in eo. c. Tria sunt, ꝙ tertia eleemosyna est delinquentem corrigere, & errantes in viam reducere veritatis, qui scilicet partim pęna, & partim exhortatione reducũtur. Et sic est etiam conueniens modus distinctionis eleemosynarum in tria genera.

Quæ, & quot sint eleemosynæ corporales, siue opera misericordiæ corporalis.. Quæst. XXVII.

QVAERITVR spāliter circa eleemosynas corporales quot, & q̃ sint, & an cõuenientēter assignētur.

G Dicunt quidam, ꝙ non assignantur conuenienter tot, qa inter istas ponitur sepelire mortuũ, & tñ hoc nõ pertinet ad eleemosynam, quia per eleemosynam subuenitur indigēti, & subleuatur miseria eius supra, q. 22. & tamen sepultura non proficit mortuo, vt dicit Seneca li. de remedijs fortuitorum, ergo non est eleemosyna. Et patet, quia si ei prodesset subtrahendo hoc, quod prodest mortuis possemus eis nocere: mortuis tñ nocere non possumus infra 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & post hoc non hñt amplius quid faciant. si tñ possemus nocere mortuis: adhuc post mortem haberemus aliquid, quod possemus facere ꝯ eos. Ergo nocere non possumus, & ꝯñr, nec prodesse. Et ita sepelire mortuum non erit eleemosyna.

H Item patet, quia Christus infra 25. ponit opera misericordię de quibus homo iudicabitur, & per quæ liberabitur, si illa fecisse inueniatur, ibi tamen nõ ponitur sepelire mortuum, ergo non est eleemosyna.

Interponitur inter corporales eleemosynas vestire nudum, & cibare esurientem, & tñ quædam vestes non pertinent ad necessitatem, sed ad ornatum, vt p̄ciosę, & quidam cibi non sunt ad necessitatem, sed ad delitias, eleemosyna tñ solum est ad tollendum miseriam, & inopiam indigentis. s̄. q. 22. Ergo vestire nudũ, & cibare esurientē non est semper eleemosyna.

Alij dñt, ꝙ vltra istas septem debent poni alię eleemosynę corporales, quia eleemosyna datur ad subueniendum necessitatibus proximi, sed præter illas septē necessitates quibus subuenitur per illas septem eleemosynas

I sunt multæ aliæ necessitates humanæ vitæ, sicut cęcus indiget ductore, & claudus sustentatore, & pauper diuitijs, & ita de alijs, ergo non est sufficiens enumeratio eleemosynarum maxime, quia inter oēs necessitates paupertas est vrgentissima. Et tñ de paupertate nulla fit mentio inter istas eleemosynas. Dicē dum, ꝙ eleemosynæ corporales septem ponunt. s. pascere esurientē, potare sitientem, vestire nudũ, recolligere hospitem, visitare infirmum, redimere captiuũ, sepelire mortuum, quæ colliguntur hoc versu, s. visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, cõdo. Cã, & sufficiētia istorum hr̄ s̄m diuersitatem defectuũ humanorũ. Nam cum sit eleemosyna semp ad indigentē ad re-

K uelandũ eius miseriam. s̄. q. 22. erit eleemosyna semp ꝓ aliquo defectu tollendo, vel releuando. Differũt ergo modi eleemosynarũ s̄m modos defectuũ, & quia eleemosynę corporales dñr a corpore s̄m varietatem defectuũ corporis multiplicabunt, defectus aũt corporalis, aut est in vita, aut post vitã. Si post vitam sic est mortuũ sepelire, si in vita, aut est communis defectus respectu eorũ quibus oēs indigēt, aut est specialis ꝑꝑ aliquod accidens superueniens. Si primo mõ, aut est defectus interior, aut exterior. interior aũt duplex est. Vnus est ipsa fames, q̃ est appetitus cibi ꝑꝑ defectum sicci, & calidi. Et ꝑꝑ hoc ponit pascere, vel cibare esurientē. Alius est defectus sitis, quæ est appetitus humidi necessarii. Et huic subuenitur ꝑ potũ. Et ꝑꝑ hoc dr̄

potare

potare fitientem. Si aũt fit defectus exterior cõis, i. respectu exterioris auxilij est duplex. Vnus respectu tegumenti. Et q̃tum ad hoc ponitur vestire nudũ. Alius est respectu habitaculi. Et q̃tum ad hoc ponitur suscipere hospitem. Ista aut quatuor, f. duo interiora, & exteriora sunt simpliciter necessaria vitę. ecclesiastic. 29. Initium vitę hoĩs aqua, & panis, & vestimentum, & domus protegẽs turpitudinẽ. Si aũt sit defectus spãlis accidens quibusdam, & non oĩbus est duplex, q̃a aut ex cã intrinseca, aut ab extrinseca. Primus est infirmitas. Et q̃tum ad hoc ponitur visitare infirmũ. Secũdus est capi ab hostibus. Et q̃tum ad hoc ponĩ redemptio captiuorum. Et sic ad istas septẽ eleemosynas reduci põt oẽs eleemosynę corporales, quia sub istis defectibus includunĩ cęteri defectus corporales. Ad primũ dicẽdũ, ꝙ sepelire mortuũ eleemosyna est. Et cũ dr̃, ꝙ nõ confert mortuo: verum est q̃tũ ad sensum corporis post mortẽ, quia nullũ habet, & sic Christus dixit, ꝙ postq̃ quis occiderit corpus nõ habet amplius quid faciat. Est tñ aliquod beneficiũ sepelire mortuũ, quia ad ipsum pertinet hoc, tñ inquantũ viuit in memorijs hoĩum. Nã sicut si alicui viuenti iniuria fiat malũ ei fieri dr̃, quia viuit, & sentit illud, ita quia mortui viuũt adhuc in memorijs hominũ põt fieri eis mala, & illa sentiũt eo mõ quo viuũt. Et patet, quia Ari. 1. Ethi. c. ꝓnepotũ aũt fortunas oñdit defunctis bonũ, vel malũ aduenire ex infortunijs, & eufortunijs ꝓnepotũ, & amicorũ. A fortiori ergo bonũ, vel malũ eis eueniet ex his, quę in corporibus eorũ fiunt. Hoc aũt est insepultũ manere, vel sepelire. iõ bonũ q̃dã est mortuũ sepelire. Etiã non poneret in pęnã nõ sepelire quosdã, nisi eẽt bonũ q̃dã defunctos sepelire, q̃a subtractio boni inuoluntarie facta pęna est, nõ sepelire tñ, vel carere sepultura ponĩ in pęnã eis, qui seipsos occiderunt, sicut dr̃ 5. Ethi. circa finẽ, ꝙ pęna adest seipsum corrũpenti, i. ĩponĩ pęnã occidenti seipsum. Est ergo bonũ quoddã mortuis ipsos sepelire ꝑꝑ eẽ, quod hñt in memorijs hoĩum, q̃a reputanĩ infelices si in sepulcri maneant: tñ ꝑꝑ affectũ quẽ viuentes habuerũt, quia viuentes desiderauerunt, ꝙ post mortẽ eorũ corpora sepelirenĩ. Et iõ multi hoĩes in vita sunt soliciti ędificare sibi sepulchra: amici tñ ex quadã pietate, & generaliter oẽs hoĩes ex quodã amore, qui cõpetit eis ꝑꝑ speciẽ 8. Ethi. debent habere solicitudinẽ, vt iustus, & ꝓius affectus quẽ habuerunt viuentes non frustretur. Et sic sepelire debent eos. Multa quoq; alia sunt ꝑꝑ q̃ bonũ est hũini sepeliri: maxime, quia sepulchra pręstant quãdã memoriã defunctorũ. Et sic fideles mouenĩ ad orãdũ ꝓ eis. Vñ sepulchra dñr monumenta a monendo, quia monẽt nos, & instruũt, vel in memoriã reducunt. Et ista est cã quare non solũ fideles sepeliunĩ, sed ẽt in ecclesia, vel iuxta ecclesiã sepeliunt, f. vt qñ fideles viuentes ꝯuenerint ad ecclesiã, vt orent ammoniti ex sepulchris recordentur ipsorũ mortuorũ, & orent ꝓ eis. De his Aug. li. de cu. pro mor. agen.

Quare christiani sepeliũtur in ecclesia.

Ad 2m dicendũ, ꝙ Christus non enarrauit oĩa opera misericordię, sed solum illa, q̃ sunt maximę necessitatis. Et hoc, vt euidentior appareat iustitia iudicantis in eos, qui res tã necessarias ꝯtẽpserunt, & tñ in alijs locis sacrę Scripturę fit mẽtio de sepeliẽdo mortuos, & cõprobaĩ hoc, tanq̃ opus laudabile. Ista. n. est potissima laus Tobię, ꝙ circa mortuos sepeliendos solicite vigilabat Tobię 12. i. Qñ tu orabas cũ lachrymis, & sepeliebas mortuos: ego obtuli orões tuas dño. Laudatur, ẽt Simon Machabæus, quia instruxit sepulchra pulcherrima patri, & matri, & fratribus 1. Macha. 13. Laudaĩ ẽt Ioseph, q̃a p̃rem suũ Iacob cũ magno honore de Aegypto defunctũ detulit in terrã Chanaan ad sepeliendũ Gen. 50. Iudæi quoque licet in cæteris male agerent, hoc tñ bñ egerunt, ꝙ de pecunijs quas

A Iudas sibi retulit emerunt agrũ in sepulchrũ peregrinorũ. Ṁ. 27. Et ita in alijs locis scripturę laudaĩ cura sepeliendi mortuos. Ad tertium dicendũ, ꝙ vestire nudum opus misericordiæ est: non tñ oportet, ꝙ vestire quocunque mõ, siue quacunq; veste sit opus misericordiæ, quia q̃dã vestes sunt vltra pauperũ necessitatẽ. Cibare ẽt esurientes misericordiæ opus est, & tñ non oportet eis quoscunque cibos præstare, q̃a cibare pauperes delicatis cibis pctm̃ est, vt dicet. Ṁ. q. 71. Aliter põt dici, ꝙ aliq̃n cibi delicati non ꝑtinent ad delicias, sed ad necessitatẽ, & vestes pretiosę, vel molles non sunt ad ornatum, sed vertunĩ in necessitatẽ. Et hoc est ꝑꝑ duo, f. ꝑꝑ infirmitatem, & ꝑꝑ pristinã ꝯsuetudinẽ. De

B Infirmitate patet, q̃a infirmi sustentandi sunt delicatis cibis, & nobiles, & diuites vestibus mollioribus ne natura grauet: de consuetudine pristina patet, f. ꝑꝑ dignitatis statum. Et est durũ assuescere ad cibos rudes, & grossos, & vestes abiectas, & duras. Vñ nõ sunt cogẽdi ad hoc, sicut dr̃ 41. di. c. Non coganĩ diuites pauperũ cibis vti. vtanĩ ꝯsuetudine infirmitatis suę. Et ꝑꝑ hoc Augu. in regula dicit his duob⁹ generibus hoĩum magis subueniendum esse, q̃ alijs. Ad quartum dicẽdũ, ꝙ licet multę sint corporales necessitates, reducũtur tñ oẽs ad istas septẽ species eleemosynarũ corporaliũ. Nã regere cæcũ, & sustentare claudũ reducĩ ad visitationem infirmorũ, q̃a per visitationẽ infirmorũ intelligitur oẽ bonũ, quod infirmis præstari põt. Cęcitas tñ, & claudicatio sunt q̃dã infirmitates. Subuenire

C ẽt homini in quacunque necessitate, vel passione illata ab extra pertinet ad redemptionem captiuorũ. Et ita bñfacere eis, q̃ in carcere sunt liberando eos inde, aut q̃cũque alia bona p̃stando pertinet ad redemptionem captiuorũ. Vnde licet inter istas septem eleemosynas nõ ponaĩ: Christus tñ illud posuit bis inter opera pietatis. Ṁ. 25. Et ita quoslibet alios defectus reducere possumus ad istas eleemosynas. Cum autẽ dr̃ de paupertate, ꝙ non ponitur ꝓ ea aliqua eleemosyna inter istas: dicendũ vno mõ, ꝙ sicut pecunia est oĩs res eo, ꝙ omnia numismate mensurantur, vt dicitur quinto Ethicorum, & sic pecunia ęquiualet omnibus rebus, ita paupertas nõ est aliquis specialis defectus, sed ꝯtinet omnes defectus, quia pauper sitit, esurit: nudus

D est, domicilium non habet, quia pecunia ei deest ex qua oĩa necessaria habentur ad supplendũ hos defectus. Non ergo potuit dari aliqua spãlis eleemosyna ad subueniendum paupertati, sed oẽs istę sunt in remediũ paupertatis, quia oĩs eleemosyna datur indigẽti. 5. q. 2. a. indigens tñ, & pauper idẽ sunt. Aliter põt dici, ꝙ paupertati opponitur opulentia. Vel ergo volumus facere, ꝙ pauper desinat esse pauper, & hoc non erit, nisi dando ei opulentiã. Vel volumus, ꝙ non pereat ꝑꝑ paupertatẽ, & hoc fiet dãdo ei necessaria. Primũ nõ est eleemosyna, quia eleemosyna semper est opus pietatis, i. misericordię, & interdum est opus necessitatis: facere tñ aliquem diuitem, nunq̃ est opus necessitatis: immo & interdum malum est, quia qui-

E busdam nociuũ est diuites fieri, iõ non ponitur eleemosyna aliqua directa contra paupertatẽ, quia illa eẽt opulentia. Si secundo mõ sunt multa necessaria pauperi licet non sub ratione paupertatis, i. ꝙ nullum eorum directe paupertatem ostendit, & ideo remedia eorum non directe opponuntur paupertati. Et hoc modo istę septem eleemosynæ supplent septem defectus corporales pauperum, quia diuites nulla harũ rerum indigent, Et sic non ponitur hic specialiter aliquid, quod paupertati directe respondeat: omnia tamen ista septem opera misericordiæ releuatio paupertatis sunt.

Quot

Quot sint spirituales eleemosynæ, & an sufficienter enumerentur. Et quòd defectus in spiritualibus inuenitur dupliciter. Et prædicare seu docere ex officio quibus competat, & quando quis obligetur alium docere. *Quæst.* XXVIII.

QVAERITVR circa ſpirituales eleemoſynas quot ſunt,& an conuenienter enarrentur. Dicūt quidam, ꝙ non enarrantur conuenienter, quia inter eas ponitur docere. eleemoſyna aūt interdū obligat pro tempore, vt dicet. ǰ.q.34. Non eſt tñ tempus aliquod determinatum docēdi, niſi qñ aliqs ignorās occurrit. Si ergo doctrina ſit pars eleemoſynę vr̄, ꝙ qñ occurrat ignorans aliquis docere teneatur eū, qui ſcit. Nullum tñ tempus eſt in quo ignorantes non occurrant, iō ſapiēs omni tēpore tenetur docere aliquos. Quod videtur incōueniēs, quia nulli alteri rei vacare poſſet, ergo docere non eſt eleemoſyna ſpiritualis. Item quia doctrina eſt ad ignorantem. Nullus tñ eſt, qui in aliquibus non ſit ignorans: cum nemo oīa ſciat, & quilibet ſcit aliquid, quod alij neſciunt: licet alij ſimpliciter eum ſuperēt, ergo quilibet tenebitur docere quēlibet ſi ignorauerit id, ꝙ ipſe ſcit. Sed hoc eſt inconueniens, quia multi, ita docere debent, ꝙ a nemine debent doceri, ſicut illi quibus competit ex ſtatu. Item quicunque determinat aliq̄ qōnem docet quęrentē, qui m̄ dat conſilium quęſtionē determinat, quia conſilium qō eſt 3. Ethi. ergo conſulere, & docere nō debent poni, tanq̄ duæ eleemoſynę ſpirituales. Itē vr̄, ꝙ caſtigare non ſit eleemoſyna, quia eleemoſyna eſt actus miſericordię: corrigere tñ delinquentē eſt actus ſeueritatis, & iuſtitię, & non mię, ergo non debet poni inter eleemoſynas ſpirituales. Dicendū, ꝙ ſeptē ſunt ſpirituales eleemoſynę, ſ. docere ignorantem: cōſulere dubitanti, conſolari triſtem: corrigere peccantem: remittere offendenti: ſupportare oneroſos, & graues, & pro omnibus orare, quę comprehendūtur hoc verſu conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora. Inſtrue, qui neſcit: vult, qui ſuper aſtra quieſcit, i. iſta ſeptem opera ſpiritualis miſericordię Deus, qui ſuper aſtra eſt vult a nobis fieri. Cauſa aūt, & ſufficientia horum habetur ex defectibus noſtris cū eleemoſyna ſit ad releuandū defectum. Et quia ſunt eleemoſynę ſpirituales oportet, ꝙ ſecundū varietatē ſpūalium defectuum diuerſificentur. Defectus.n. in ſpiritualibus inuenitur dupliciter. Quia quidā eſt in eis, quę pertinent ad hominem reſpectu Dei, & quantū ad hoc eſt orare, vt Deus remittat ꝓximo peccata ſua. Alio mō in eis, quæ pertinent ad hoīes inter ſe inq̄tū vnus alteri impedit humanū auxiliū. Et hoc quadrupliciter. Vno mō ꝯ defectuū intellect⁹ ſpeculatiui, & ſic eſt remediū ꝑ doctrinā. Secundo mō ꝯ defectuū intell̄s practici, & remedium huius eſt ꝯſiliū, qa ꝯſiliū eſt de agibilibus, doctrina vero de ſolis intelligibilibus: de quibus eſt ſciā, & ſapientia, vt patet 3. & 6. Ethi. Tertio mō ꝯ defectuū paſſionalē partis appetitiuę: inter cuius defectus grauiſſimus eſt triſtitia cui ſubueniī ꝑ ꝯſolationē. Quarto mō ex parte actus inordinati eſt defectus, & accidit tripl̄r. Vno mō ex parte ipſius peccantis inq̄tū ꝓcedit ab eius volūtate inordinata, & ſic adhibetur remediū ꝑ correctionē, quia de pc̄tō ſit correctio. Secundo mō ex parte eius in quē peccat. Et ſi ſit pc̄tm̄ ꝯ nos remediū adhibet remittendo offenſam. Si aūt ſit pc̄tm̄ ꝯ Deū, vel proximū: nō eſt arbitrii noſtri illud remittere, vt ait Hiero. ſuper Mat. Tertio mō ex parte ſequelę ipſi⁹ act⁹, ex qua grauant peccanti ꝯuiuentes, ēt pręter intentionē ipſi⁹ peccantis. Et ſic remedium adhibetur ſupportando, & maxime in his, qui ex infirmitate peccāt ad Ro. 15. Debem⁹ nos firmiores infirmitates aliorū portare. Et non ſolū inq̄tū infirmi ſunt

F graues ex inordinatis actibus, ſed ēt generaliter oīa ipſorū onera, & quorūcūque aliorū toleranda ſunt ad Gala. 6. Alter alteri⁹ onera portate. Ad primū dicēdū, ꝙ docere ad eleemoſynā ꝑtinet, & tñ, ſicut dare corporalem eleemoſynā non cadit ſub præcepto, niſi ad tempus neceſſitatis, vt alicui in neceſſariis ad vitā ſubueniatur, ita ad doctrinā alterius non obligatur quis, niſi ex officio ei incumbat, ſicut eſt in ꝑlatis, & in his, qui aliorū curā gerunt. Et hoc verū eſt, niſi neceſſitate ſalutis, ſ. ſiquis videat aliquē periturū corporal̄r, vel ſpirituali in aliquo caſu ſpāli ꝑꝑ defectum ꝯſilii, aut ex quacunque ignorantia, tenetē ei ꝯſulere, vel docere ipſum ſi pōt. Et hoc eſt ſi nō eēt alius cui ex officio ꝯpeteret hoc, & eēt promptus illud facere, qa tūc nō
G eſſet vſurpādū alterius offm̄. Si tñ ille negligit: qlibet qui pōt tenetē ad hoc, qa tunc maior eſt neceſſitas cōſilij, q̄ ſit neceſſitas cibi in tp̄e famis. Alio aūt tp̄e docere ſi ex officio nō incūbit, ſupererogationis eſt. Ad ſm̄ dicendū, ꝙ non tenetur quilibet docere quēlibet, nec ēt in qualibet re. Primo, qa docere accipiē hic ꝑ eleemoſyna, & eleemoſyna nō datur, niſi indigēti. Nō eſt ergo docere eleemoſyna, niſi q̄tū ad illa, quę ſunt homini neceſſaria. Multa tñ ignoram⁹ quorū cognitio nobis non eſt neceſſaria licet poſſet eē vtilis. Et iō non oportet, ꝙ circa q̄libet ignorantiā hō doceat, ſed ſolū circa illā, q̄ redundare poſſet in diſpendiū ęternę ſalutis, vel tēporalis. Secundo, qa ēt ſi ſit talis ignoran-
H tia, quæ nociua ſit nō tenetur qlibet docere quēlibet: cū ad hęc nemo teneatē, niſi vel ex officio, vel in caſu neceſſitatis nō exiſtente aliquo cui ex officio ꝯpetat.

Ad tertiū dicendū, ꝙ doctrina, & ꝯſiliū non ꝑtinēt ad idē, cū ꝯſiliū pertineat ad agibilia, doctrina aūt ad ſpeculabilia. Et licet ꝯſiliū dicatur qō, non eſt eadē qō in agibilibus, & ſpeculabilibus, ſed vna pertinet ad ꝯſiliū, & alia ad doctrinā. Ad quartū dicendū, ꝙ correctio peccantiū eſt eleemoſyna, & in q̄tū ad executionē operis pertinet ad ſeueritatē iuſtitię, vt ſiquis corporaliter, aut verbis aſperis caſtigatur. Sed quantū ad intentionē caſtigantis pertinet ad miſericordiā, quia caſtigans intendit hoīem a culpa liberare. Pertinet ēt ad effectū charitatis iuxta illud Prouer. 27. Meliora ſunt verbera diligentis, q̄ fraudulenta oſcula odientis.

I

Quæ sint meliores eleemosynæ corporales an spirituales secundum comparationem ad inuicem. Et in quo eleemosyna minus indigenti data sit melior. *Quæst.* XXIX.

QVAERITVR quę ſint meliores eleemoſynę corporales an ſpūales. Dicunt quidā, ꝙ corporales ſunt meliores, qa laudabilius eſt facere eleemoſynā valde indigenti, quā in parua indigentia conſtituto. Corpus aūt cui ſubuenitur per corporales eleemoſynas eſt maioris indigētiæ, quā ſpūs cui ſubuenitur ꝑ ſpirituales, ergo corporales ſunt meliores. Item tanto eleemoſyna eſt magis accepta Deo, quāto pro ea minor recompenſatio hic recipitur. Et iō, qui ꝑ eleemo-
K ſyna inanē gloriā recipiunt dn̄r recepiſſe mercedem ſuā ſupra in l'rā, ſ. quia ꝑ ea aliquid recōpenſatū eſt, & Luc. 14. dr̄. Cū facis prandium, aut cęnā noli vocare diuites, & amicos, ne forte ipſi te reinuitent, ſed iubetur, ꝙ vocemus pauperes, qui non pn̄t retribuere, & tunc retribuet Deus. Et tñ in eleemoſyna ſpūali ſemper eſt retributio, quia qui orat ꝓ alio ſibijpſi ꝓficit: iuxta illud Pſa. 34. Oratio mea in ſinu meo ꝯuertetur, ideſt ad vtilitatē meā. Et q aliū docet ſeipſum inſtruit, quia plus de ſcientia acquirit, vel ſaltē habituatur plus in ea. Non eſt aūt ſic in eleemoſynis corporalibus, qa dans ibi non ꝓficit ſibijpſi, ſed potius depauperatur ꝑ ſubtractionē rerū, ergo magis meritoria eſt corporalis eleemoſyna, quā ſpūalis. Itē pertinet ad laudē eleemoſynę,

mosynæ, ꝙ respiciens ex ea cõsoleretur iuxta illud Iob. 31. Si despexi pereuntem eo, ꝙ non haberet indumentum, & absque operimento pauperẽ: si non bñdixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearũ calefactus est. Et ad Philemonem c. vnico. gaudium magnum habui in charitate tua, quia viscera sctõrũ requieuerũt ꝑ te frater. Sed pauperibus magis grata est eleemosyna corporalis, quam spũalis, ergo est magis meritoria, quã spũalis. Dicendũ, ꝙ absolute, vel semꝑ non põt dici vnã istarũ eleemosynarũ eẽ meliorẽ altera, quia interdum vna est melior interdũ altera. Põt aũt ꝯparatio istarum attendi dupliciter. Vno modo loquẽdo simpliciter, s. inquãtũ est eleemosyna spũalis, & inquantũ est corporalis. Et tunc spũalis excedit corporalem tripliciter. Primo, quia id, ꝙ exhibeť in ea melius est, s. donũ spũale, quod ſm se præeminet ad corporale: ſm illud Prouer. 4. Donũ bonũ tribuã vobis, legẽ meã, vt non delinquatis, i. Lex Dei erat bonũ donum, & tñ est spũale, s. ad directionẽ aĩę. Secũdo rõne subiecti, s. quia spũs nobilior est corpore. Donũ tñ spũale in spũ fundať, vel spiritui proficit: corporale autem corpori. Vñ sicut hõ magis tenetur sibiipsi ꝓuidere quantũ ad spũm, quã quãtũ ad corpus, ita ẽt ꝓximo quẽ debet diligere sicut seipsum, teneť magis ꝓuidere spũaliter, quã corporaliter. Tertio quantum ad ipsos actus quibus ꝓximo subueniť, quia ipsi actus spũales sunt nobiliores corporalibus, quia corporales sunt quodam mõ seruiles, sicut corpus est ad animæ seruitutẽ. Alio mõ põt ꝯsiderari istę eleemosynę ſm aliquẽ casum particularẽ. Et põt tunc aliqua eleemosyna corporalis præferri cuidam eleemosynę spũali, sicut melius est cibare morientẽ fame, quã docere ipsum. Et sic indigẽti melius est ditari, q̃ philosophari. 1. Ethi. quia cuilibet putať esse fęlicitas in eo quo maxime indiget, vt pauperi in diuitijs, ęgro in sanitate, & abiecto in potestate. Simpliciter tñ melius est philosophari, quã ditari. Aliter põt dici, ꝙ eleemosyna habet efficaciam, & ꝑfectionẽ tã ex parte dãtis, q̃ ex parte accipientis. Ex parte aũt dantis efficacia eleemosynę attẽditur, & mẽsuratur ꝑ ꝯditionẽ ipsius actus quo ꝓximo ꝓficimus. Et sic simpliciter loquẽdo eleemosyna spiritualis dignior est, quia actus spiritualis dignior est corporali: ex parte autem recipientis potest mensurari eleemosyna dupliciter, vel ratione boni, quod ꝯfertur, & sic adhuc eleemosyna spiritualis excedit corporalem. Vel rõne necessitatis, & sic q̃dam spũales sunt meliores quibusdam corporalibus, s. illæ spirituales eleemosynæ, quæ ordinantur ꝯ culpã sunt simpliciter magis necessarię, q̃ q̃cunque eleemosynę corporales, quia magis vitanda est culpa, quã mors. Iõ potius debet quis attendere ad proximũ, vt auferat ei locũ peccandi, quã vt prouideat sibi in quocũque corporali defectu, ẽt magis, quã vt impediat mortẽ eius: quædam vero corporales eleemosynę sunt meliores, idest magis necessarię quibusdã spiritualibus. Vt illę corporales eleemosynę per quas vita sustentatur, vel liberatur quis a morte sunt magis necessarię, quã spirituales illę, quę faciunt solũ ad bene esse, vt docere, vel ꝯsulere alicui in casu, in quo ista nõ sunt oĩno necessaria. Eleemosynę tñ spũales cęteris paribus semper sunt meliores corporalibus, vt necessarię spirituales sunt meliores, quã corporales necessarię, & spirituales, quæ sunt de bene esse sunt meliores corporalibus, quæ sunt de bene esse. Corporales tñ necessariæ sunt meliores, quã spirituales de bene esse. Vocantur spirituales necessarię illę per quas euitatur mors spiritualis, s. culpa vel peccatum immediate, s. qñ quis per errorem, vel aliàs erat proximus peccato, & alius consulendo, & docendo destrahit eum ne peccet, liberat eum a morte. Dico aũt immediate, quia omne consi-

A lium, & doctrina moralis q̃cunque detur est ad liberandum hoĩem a morte, quia per hoc dirigetur, vt caueat pctm̃, & tñ non dr̃ esse illud consiliũ. vel doctrina eleemosyna spiritualis necessaria, nisi qñ erat quis prõpius ad peccandũ per ignorantiam, vel malũ desiderium, & per cõsilium, & rectam suasionẽ dissuadetur. Aliàs aũt diceretur eleemosyna de bene esse. Corporalis eleemosyna necessaria est illa, ꝑ q̃ quis liberat proximũ a morte, vel a graui malo, quod ei imminet, nisi succurratur sibi. Nõ dẽt aũt accipi necessitas, vel articulus necessitatis multum strictè, s. qñ aliquis est in articulo mortis, quia ẽt si solũ debeat quis mẽbro mutilari, aut verberari, aut fieri seruus, vel ꝑdere bona
B oĩa, aut magnam partẽ, nisi pro eo aliquid fiat dr̃ esse in necessitate, & tenemur tunc succurrere, quia ẽt inimicis tenemur benefacere in talibus necessitatibus, vt ostensum est pręcedenti c. q. 346. Dñr oẽs alię eleemosynę tam corporales, quã spũales de bene esse, qñ recipiens est positus extra casum necessitatis corporalis, & spiritualis: licet ista, quæ dãtur sibi nunc extra necessitatem proficiant sibi ad hoc, ꝙ non incidat in necessitatem, vel ꝙ possit ab ea liberari si inciderit. Ad primum dicendum, ꝙ oẽs cõparationes supra positæ de eleemosynis procedunt de ꝯparatione ipsarum in seipsis: secus aũt de comparatione quantum ad intentionem dantis. Quia tanta põt esse deuotio dantis, ꝙ minima eleemosyna corporalis sit magis meritoria, quã oẽs eleemosynę spirituales. Quia tñ ista quanti-
C tas meriti, q̃ se habet ex parte intentionis non est specialius in eleemosyna, q̃ in cæteris operibus bonis, sed in omnibus fit istud, iõ non comparantur eleemosynę ꝯuenienter inter se per istã efficaciã meriti, quod accidit eis ex parte intentionis, sed cõparãtur ꝑ seipsas, vt. s. diximus. Et cum dr̃, ꝙ eleemosyna est laudabilior, quæ datur magis indigenti: dicendum, ꝙ cæteris paribus est verum. Et tamẽ interdũ est melior eleemosyna data minus indigenti, vt si ille sit melior, & melioribus indigeat. Vt si duo viri essent in aliquali necessitate famis, vel nuditatis inęqualiter, & vnus esset valde vtilis reipublicæ, vt si esset bonus prælatus, vel aliquis vir excellẽs, & esset alius vir rusticus, quasi in nullo vtilis alijs, & esset in necessitate aliqualiter
D maiori, magis succurrendum erat viro excellenti, qui erat in minori necessitate, & illa erat melior eleemosyna, ita in spũali eleemosyna est, quia ipsa semper datur meliori, i. spiritui, qui est melior, q̃ corpus, & datur de melioribus, quia dona spiritualia sunt meliora, q̃ corporalia, ideo licet sit aliqualiter maior necessitas ex parte corporis, q̃ ex parte aĩę. potent esse melior eleemosyna spiritualis, quã corporalis: dũ tñ ex parte corporis non sit omnimoda necessitas: ex parte aũt aĩę solum bene esse, quia tunc eleemosyna corporalis est melior, & potius ipsa dãda est, quã spiritualis, vt fame moriẽti potius dãdus est cibus, q̃ doctrina, vel ꝯsiliũ. Ad scd̃m dicendũ, ꝙ recõpensatio in eleemosyna, vel bñficio non minuit meritũ, nec laudẽ operis, sed solũ intẽtio
E retributionis, qñ ea intentione opus fit, vt hic retributio recipiatur. Si aũt non sit intenta, ẽt si sequatur nõ nocet. Et sic est de gloria humana, quã siquis intẽdat in opere perdit mercedẽ. s. in lr̃a. Si tñ eo non intendente ipsa sequatur non minuitur virtus, nec meritũ: immo donũ quoddã Dei est, vt magis ipse laudetur in operibus nostris, q̃ ipso donante nos operamur, & ꝓximi ex hoc ędificentur. Sic dicit Salustius de Catone, ꝙ quo magis gloriã fugiebat: eo magis ipsum gloria sequebatur. Ita ergo in spũalibus eleemosynis cũ non intendat operans retributionẽ in eis, licet sequatur quidã fructus operanti, non minuitur aliquid de merito ac si nullus fructus sequeretur operando. Ad tertium dicẽdũ, ꝙ licet quis gaudeat magis suscepta corporali

porali eleemosyna, q̃ ſpũali non ſequitur, ꝙ ſit melior eleemoſyna corporalis. q̃a ita gaudemus generaliter magis in bonis corporis, q̃ aiç. Et tñ bona aiç ſunt meliora bonis corporis. Quia tñ bona corporis ſunt nobis magis nota, quia cognoſcunt̃ ſenſu, q eſt omnibus cõs, bona aũt aiç ſola rõne cognoſcunt in qua plurimi deficiunt: neceſſe eſt, ꝙ cõitas hoĩum putet maiora eſſe bona corporis, q̃ aiç, & ꝯñr magis in eis gaudeat, immo plurimi ſunt, qui nullo mõ bona aiç cognoſcunt, ſed ſola bona corporis putant eſſe bona, ſic dicit Ari. 7. Ethi. ꝙ aliç delectationes ſunt maiores corporalibus, pp has tñ ſolas cognitas eſſe, has ſolas eſſe exiſtimabant. Et ſic, ꝙ pauperes magis gaudeãt de eleemoſynis corporalibus, q̃ de ſpiritualibus, ꝓuenit ex hoc, ꝙ ipſi minus ſentiũt defectus ſpirituales, q̃ corporales. Et hęc eſt imperfectio ipſorũ. Eleemoſyna aũt non menſuratur ꝑ quãtũ acceptat eã recipiẽs, ſed per quantũ acceptare debet, quia alias meritũ operãtis perderet̃ ex arbitrio recipientis, quod falſum eſt, quia poſſet interdũ ſic totũ meritũ dantis eleemoſynam fruſtrari, vt pote ſi accipiens putaret eã nullo eſſe dignam, ideſt nihil valere. Erunt ergo ſpirituales eleemoſynç meliores ſimpliciter, & etiã cęteris paribus, licet accipientes de eis non multum gaudeant.

An eleemoſynæ corporales habeant aliquem effectum ſpiritualem. Quæ tripliciter quidem conſiderari poteſt.
Quæſt. XXX.

QVAERITVR de effectu eleemoſynç. Et primo an eleemoſynç corporales habeant effectũ aliquem ſpũalem. Dicunt quidã, ꝙ non. Effectus.n. non eſt melior ſua cã, ſed bona ſpũalia ſunt maiora corporalibus, ergo eleemoſynç corporales non hñt ſpũalẽ effectum. Item ſi detur corporale, vel temporale pro ſpũali eſt Symonia, quç eſt vitiũ deteſtabile, ergo non eſt danda eleemoſyna corporalis, vt ſpiritualis aliquis effectus inde ſequatur. Item qñ multiplicabatur cauſa multiplicabatur effectus, ſi ergo eleemoſyna corporalis ſpiritualiter ꝓficeret ſeqiteret̃, ꝙ maior eleemoſyna corporalis magis ꝓficeret ſpũaliter, ſed falſum eſt, quia aliqui parum dantes magis merentur, q̃ magna dantes, vt patet de vidua paupere offerente duo minuta Luc. 21. q̃ Chriſtus dixit obtuliſſe plus oĩbus, ergo eleemoſyna corporalis non habet ſpũalẽ effectũ.

Dicendum, ꝙ corporalis eleemoſyna põt habere effectum ſpũalẽ. Dicitur enim ſpũalis effectus meritum aliquod apud Deum, vel acceptatio aliqua operis nři ad aliquod bonum facta ab ipſo. Põt tñ interdũ quis per eleemoſynam mereri vitã ęternã: immo pec eleemoſynã maxime ponit Chriſtus nos mereri apud Deum, quia Luc. 11. dr̃ date eleemoſynã, & oĩa munda ſunt vobis. Et. s̄. in lr̃a dr̃. Sit eleemoſyna tua in abſcondito, & pr̃ tuus, qui videt in abſcondito reddet tibi, & ĩ. 25. vbi Chriſtus recipit bonos ad vitã ęternã, & ponit actus per quos meruerũt illã ſolũ ponit actus eleemoſynç corporalis, ſ. cibare eſurientẽ potare ſitiẽtem, & ſic de alijs. Habet ergo eleemoſyna corporalis ſpũalem effectũ in merendo, ẽt acceptatur a Deo, tanquã ſatisfactoria ꝓ peccatis. Vñ Iudas Machabęus fecit offerri duodecim millia dragmas in Ieruſalem pro peccatis mortuorũ 2. Macha. 12. Et hoc planũ eſt, quia quęcunque opera ꝑñt eſſe meritoria vitę ęternę ꝑñt a fortiori eſſe ſatisfactoria ꝓ pctõ, quia ad merendũ requirit̃, ꝙ ſit actus bonus, & in charitate factus: ad ſatisfaciendũ aũt ſufficit actũ eſſe bonũ, & ſponte factum, licet non ſit in charitate factus, vt aliqui volunt. Sed falſum eſt, vt oñſum eſt. s̄. q. 170. Requiritur.n. ad ſatisfaciẽdum pro pctõ actũ eſſe meritoriũ: ſecus aũt ad ſatisfaciendũ pręcepto. Et ſic eleemoſyna eſt ad ſa-

F tisfaciendum pro pctĩs. Nam Daniel dixit Nabuchodonoſor, Pctã tua eleemoſynis redime Daniel. 4. quaſi non eſſet alia via conuenientior ad ſatisfaciendũ pro pctĩs. Et de hoc ẽt bene intelligitur illud Luc. 11. Date eleemoſynã & oĩa munda ſunt vobis, i. emundabimini ab oĩbus peccatis vr̃s. Habet ergo eleemoſyna corporalis effectũ ſpũalẽ. Pro hoc tñ dicendũ, ꝙ eleemoſyna corporalis põt tripliciter conſiderari. Vno modo ſcd̃m ſuam ſubſtantiam. Et ſcd̃m hoc habet effectũ, niſi corporalẽ inq̃tũ ſupplet indigentiã proximorum. Et iſta eſt cã quare dat̃ eleemoſyna, ſ. vt indigentia ꝓximi releuetur ſupra q. 22. Secundo mõ põt conſiderari ex parte cauſç ſuç, i. inquantũ aliquis dat eleemoſynã corporalẽ pp dilectionẽ Dei, & proximi. Et q̃tũ ad hoc habet effectũ ſpũalẽ. Nam ad gratiã pertinet G Eccleſiaſti. 29. eleemoſyna viri gratiã hoĩs, quaſi pupillam conſeruabit. Et c. c. dr̃. Perde pecuniã pp fratrẽ, & pone theſaurũ in præceptis altiſſimi, & proderit tibi magis, q̃ aurũ: dans eleemoſynã dr̃ perdere, quia id, quod dat ſubtrahit de rebus ſuis, & per hoc realiter minuuntur. Ponitur aũt theſaurus in ꝑceptis altiſſimi, qñ vt obediamus Deo iubenti benefacere proximo bñfacimus ei, & per hoc expendimus theſaurũ. Illud aũt prodeſt plus, quã aurũ, i. prodeſt ſpũaliter ad vitã ęternã. Nam ſi eſſet ſolũ effectus corporalis ex eleemoſyna non prodeſſet plus quã aurũ, quia aurũ ponit̃ res precioſiſſima inter metalla, & per illud cætera accipiunt precium, quia eſt, quaſi menſura oĩum, quæ valorem habẽt. Tertio mõ põt ꝯſiderari ex parte effe-
H ctus, i. obligationis, quã cauſat in ſuſcipientẽ. Et ſic ẽt habet effectũ ſpũalẽ inquantũ ſuſcipiens tenet̃ orare pro dante, & mouet̃ per hoc ad illud Eccleſiaſtici 29. Conclude eleemoſynã in ſinu pauperis, & hęc pro te exorabit ab oĩ malo, i. vt libereris ab omni malo. Et põt intelligi hęc exorabit pro te, i. obligabit ſuſcipientẽ ad orandũ pro te, vel exorabit pro te, i. ꝙ licet ſuſcipiens non oret ꝓ te, eleemoſyna tñ orabit q̃a nõ peribit fructus boni operis, ẽt ſi ſuſcipiens ingratus ſit, q̃a Deus retribuet pro eleemoſyna in reſurrectione iuſtorum Luc. 14. Ibi tñ non datur, niſi bona ſpiritualia, ſ. vita ęterna corporalis. Ergo eleemoſyna ad ſpiritualium effectum proficit. Ad primum dicendum, ꝙ argumentum iſtud tenet de corporali eleemoſyna ſe-
I cundũ ſubſtantiã ſuã. Nam nõ põt aliud efficere, niſi releuare indigentiã ſuſcipientis eleemoſynã, tñ inquãtũ fit pp Deũ ex charitate habet fructũ ſpũalẽ, vt dictũ eſt. Ad ſecundũ dicendũ, ꝙ dans eleemoſynã non intendit emere aliquid ſpirituale ꝓ tẽporale, q̃a tunc a paupere cui eleemoſynã dat dẽret recipere illud, & tñ a Deo recipit, iõ nõ eſt intentio ſymoniaca, nec opus, ſed intendit ꝑ actũ charitatis quẽ habet in Deũ, & in proximũ mereri vitã ęternã. Et tunc vtrunq; eſt ſpũale bonũ maxime, q̃a ſymonia realiter, vel mentaliter non ꝯñitur, niſi inter illos, qui ſpũalia vendere nõ pñt, nec emere, quia non ſunt dñi. Deus aũt dñs eſt oĩum, iõ cum ipſo nulla ſymonia ꝯmittet̃ ẽt ſi poſſemus habere cum eo formã ꝯ̃ctus ſymoniaci. Secus autẽ de
K hominibus, quia nullus quãtęcunque poteſtatis ſit, eſt ſimpliciter dñs rerum ſacrarum, ſed miniſter ẽt Papa, q ſummus eſt, iõ ẽt ſi ipſe res ſacras vẽdiderit peccat, & forte grauius, quã cæteri, licet non incurrit in pęnas ſymoniacorum, quia illç ſunt de iure humano ab eo, vel a ſuis prædeceſſoribus, qui non ſunt maiores eo in poteſtate, ideo non pñt eum ad aliquid obligare.

Ad tertium dicendum, ꝙ eleemoſyna quanto maior eſſet tãto eſt magis meritoria, eleemoſyna autem viduç licet fuit parua ex parte rei fuit magna ex parte affectus, ideo multum meruit. Quid tamen ſit maius in eleemoſyna an quantitas rei, vel affectus dicetur infra quęſtio. 33.

An

An eleemosyna liberet morientem in peccato mortali a pœna inferni, qua tamen liberat in hac vita homines a mortali. A
Quæst. XXXI.

QVAERATVR an eleemosyna liberet hoīem moriētē in pcto mortali a pœna inferni. Dñt quidā, φ sic, quia Tobię 4. dř. Eleemosyna ab omni pcto liberat, & non patitur animam ire in tenebras. sed in hoc nulla esset excellentia eleemosynę si illos liberaret a tenebris, qui non sunt debitores tenebrarum, ergo ē̄i morientes in pctō mortali, qui tenebrarum debitores sunt a tenebris inferni liberat. Item dicit Ambro. & est Glo. 1. Ti. 4. super illo verbo pietas ad oīa valet, i. Pietatem aūt sequens si lubricū carnis patiet vapulabit quidē, sed non peribit. Non pōt tñ intelligi de lubrico veniali, vel de illo de quo quis penitet, quia ēt sine eleemosyna per illud lubricū non periret, ergo decedentes in mortali liberanī p eleemosynā a pęnis inferni. Dicendū, φ a pęnis inferni postq̄ quis eas incurrit nihil est, φ liberet, quia nulla liberatur a pęna inferni, nisi per Dei gratiā. Grā. n. Dei est vita ęterna ad Ro. 6. Sed ille, q decedit in pctō mortali caret grā, ✠ nec per eleemosynā, nec per aliquid aliud pōt inde liberari. Est. n. cā pęnę infernalis ipsa culpa mortalis. Manente aūt cā manet effectus eius. Vñ cum ab eo, qui in pctō mortali moritur non possit vlterius culpa auferri, sicut nec a dęmonibus, quia φ in hoībus est mors, in dęmonibus est casus, vt dicit Damascenus patet, quia nec eleemosyna facta ab isto añ mortem, nec facta ab aliquo alio pro eo post mortem eius poterit liberare eū, qui decessit in mortali a morte inferni. Et ita est de cæteris operibus, quia nullū inde liberat hoīem, siue fuerit fcm̄ in charitate, siue sine charitate, quia deuenit hō iam ad eum casum in quo nihil sibi prodesse pōt. Ad primū dicendum, φ liberat eleemosyna hoīem a tenebris inferni eo mō quo liberat hoīem a pctō mortali, quia ista se hñt ɔ̄nr. Liberat aūt eleemosyna a pctō mortali hoīem existenē in hac vita dupłr, s. impediendo futurū pctm̄, sicut alia opera meritoria, q̄ hoīem confirmant in grā ne cadat: vel liberat a preterito inquantū disponit eū, qui iā in pctm̄ incidit ad gratiā recuperandā, sicut faciunt cęteta bona opera de genere bonorū fcā recta intentione. Et sic diceř eleemosyna liberare a tenebris inferni, i. impedire hoīem ne incidat in pctm̄ mortale per quod mereař pęnas inferni, vel postquā iā meruit pęnas inferni incidēdo in mortale liberat ipsum ab illis disponendo ad grām per quam cesset obligatio pęnarū inferni. Ad scdm̄ dicendū, φ dictū Ambrosii intelligiř de lubrico carnis causante pctm̄ mortale. Quod aūt dř nō peribit nō est intelligēdū secūdū necessitatē, i. φ necesse sit, φ non pereat, q̄a vacantes eleemosynis interdum ęternaliter pereūt, sed secundū quandā dispositionē, quia per hoc, φ operibus misericordię aliquis vacat existens in pctō mortali disponit se ad grām, vt non facile permittař a Deo ire in perditionē. Vel pōt intelligi de efficacia veniali eleemosynę, s. ipsa, φ pęnam diminuit: inquantū dicit, φ vapulabit, sed non peribit, quia vapulare minus est, quam perire. Sed præcedens sensus melior est. B C D E

An eleemosyna sit magis satisfactoria, quam oratio, vel ieiunium. Et eius laudabiles effectus exponuntur, & quæ nobis emolumenta etiam ab oratione, & ieiunio perueniant. Et singula eorum trium quibus vitijs repugnent.
Quæst. XXXII.

QVAERITVR cū eleemosyna sit pars satisfactionis, sicut orō, & ieiuniū, an sit magis, vel minus satisfactoria, quā orō, & ieiuniū. Aliq̄ dñt, φ eleemosyna sit minus satisfactoria, quia dixit Christus. Ī. 27. Hoc genˀ dęmoniorū in nullo deijciř, nisi in ieiunio, & orōne, nec fit aliqua mentio ibi de eleemosyna, ergo ieiuniū, & orō sunt magis satisfactoria ad delendū pctm̄, q̄ eleemosyna. Item opera satisfactionis sunt pęnalia, quia istud est de necessitate satisfactionis, ieiuniū tñ est magis pęnale, quā eleemosyna, orō aūt est opus magis Deo acceptū, quā eleemosyna inquantū maiorē familiaritatē cū Deo acqrit hō per orationē, quā per eleemosynam, quia colloquitur Deo ille, qui orat, quod nō facit ieiunās, ergo eleemosyna est minus satisfactoria, quā orō, & ieiuniū. Dicendū, φ eleemosyna vř esse magis satisfactoria, quā ieiuniū, & orō quātū est ex seipsa, licet possit interdū ieiuniū, vel orō magis satisfacere. Et hoc erit secūdū dispositionē ieiunantis, & orantis, s. si ex maiori charitate, & feruore deuotionis aliquis ieiunet, vel oret, quā det eleemosynā, quia hoc mō quodlibet opus quātūcūque paruū pōt effici excellentius alio. Hoc tñ nō pertinet ad genus aliquarū operationū, sed oībus est per accidens. Etiā pōt considerari dispositio operantis quātum ad difficultatē operis, q̄a aliquis est ita dispositus, φ difficilius est ei ieiunare, quā eleemosynā dare, vel difficilius orare, quā ieiunare, quia tunc illud opus, φ fuerit difficilius indigebit maiori charitate ad hoc, φ sponte fiat, & erit illud magis meritorium, quia fit ex maiori charitate, & intentione. Erit ēt magis satisfactorium, quia est magis pęnale, & esse pęnale pertinet ad satisfactionē. Hoc ēt mō in cæteris operibus considerari pōt. Et tñ istud non est cōparare ista opera ex genere suo, sed per accidens, s. ex dispositione operātis. Si aūt cōparentř per se vř eleemosyna magis satisfactoria, q̄a prima Tim. 4. super illo verbo pietas ad oīa valet dicit Glo. Oīs summa disciplinę Christianę est in misericordia, & pietate, & cū in illo consistit summa rei, quòd est illius rei præcipuū, ergo eleemosyna est præcipua inter partes satisfactionis. Pro quo ɔ̄siderādū, φ efficacia satisfaciēdi inuenitř in tribus partibus satisfactionis, sicut quælibet virtus potentialis, quæ est totū potentiale inuenitur in partibus suis potentialibus. Sed ista est ɔ̄ditio totius potentialis, φ in vna parte sua inuenitur cōplete, in alijs aūt inuenitur diminute. Sicut aīę virtus est totum potentiale, quæ inuenitur in tribus gradibus aīę, s. rōnali sensitiuo vegetatiuo. In rōnali aūt inuenitur virtus aīę cōplete, quia tota virtus aīę ibi contineř, in sensitiuo aūt inuenitř diminute, sed adhuc magis diminute inuenitur in vegetabili, quia rōnale includit pfectionē cuiuscūque aīę, & iō habet intra se sensitiuū, & vegetatiuū. Sensitiuū aūt cōtinet in se vegetatiuū, & non cōuertitur, vegetatiuū autem nullā aliā virtutē aīę continet, nisi seipsum. Ita est in eleemosyna, oratione, & ieiunio, quæ sunt tres partes potentiales satisfactionis, & eleemosyna cōtinet cōplete virtutē satisfactionis, & oratio aūt, & ieiuniū cōtinent virtutē satisfactionis incōplete. Quia sicut rōnale cōtinet in virtute sensitiuū, & vegetatiuū, ita cōtinet eleemosyna, orōnē, & ieiuniū, & non ɔ̄tineř ab aliquo eorū, & sicut sensitiuū continet vegetatiuū, & non ɔ̄tineř ab eo, ita oratio ɔ̄tinet ieiuniū in virtute, & non ɔ̄tineř. Et sicut vegetatiuū nihil ɔ̄tinet, nisi seipsum de gradibus aīę, ita nihil continet ieiuniū de partibus satisfactionis, nisi seipsum. Patet primū. Nam eleemosyna ɔ̄tinet orōnē, & ieiuniū. De orōne patet, q̄a eleemosyna ɔ̄stituit eū cui dař debitorē ad orādū, & ieiunādū, & alia opera bona faciendū pro eo a quo recepit, & spāliter ad orādum. Secundo, quia eleemosyna data pp̄ Deum est, quasi quædā oblatio Deo fcā. Vñ Philosophus dicit 4. Ethi. φ dona hñt aliquid simile Deo sacratis. Oblatio autē Deo facta habet vim orationis, & sic eleemosyna ɔ̄tinet orationē. De ieiunio, patet

patet inquãtum eleemosyna respicit bona exteriora, F quæ per ipsam distribuuntur, quæ pertinent ad ꝯseruationẽ corporis. Subtractio autẽ bonorum exteriorum est quædam afflictio hominis. Quia sicut ieiunãdo homo corpus suum macerat, & affligit, ita ẽt dãdo bona exteriora per quæ corpus cõseruar est macerare corpus. Et sic eleemosyna quoddam ieiuniũ est. Est ergo eleemosyna excellẽtior oratione, & ieiunio, qa vtrunque simul continet. Oratio tñ aliquo modo videtur excellentior eleemosyna, per quandam familiaritatem, quam homo habet cum Deo in orando, quæ non est in eleemosyna. Et tamen adhuc eleemosyna excedit in hoc, quòd qui pro se orat vnus est, eleemosyna autem constituit multos oratores ꝓ vno'. G Oratio autem excedit ieiunium, & continet ipsum, quia oratio etiam est quoddam ieiunium cũ in ieiunio nihil sit, nisi quædam corporis maceratio, oratio autem hoc facit, quia ipsa eleuat mentem in Deum, & per hoc causat quandam corporis debilitatem, qa anima eleuata in Deum non potest perfecte vacare operationibus naturalibus, quibus vegetatur corpus, ideo necessario maceratur. Sicut videmus in hominibus habentibus magnas solicitudines. Nam macerantur in corpore, & efficitur vita eorum breuior. Et vltra hoc oratio habet quandam eleuationem animi in Deum, per quam homo accedit ad quandam Dei familiaritatem, quæ non habetur per ieiunium, quòd secundum seipsum solum consistit in carnis maceratione. Et sic patet, quòd eleemosyna habet vim satis- H faciendi abundantius, quam oratio, & ieiunium, & oratio habet istam vim plus quam ieiunium. Et ideo cum de satisfactione agitur magis fit mentio de eleemosyna, quam de aliis, & ipsa inducitur magis, vt medicina vniuersalis omnis morbi, quam ieiunium, & oratio. Et ob hoc in sacra Scriptura de illa fit magis mentio Lucę vndecimo capitulo. Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis, idest mundabimini ab omni debito causato per peccatum. Et Daniel quarto capitulo, dicitur. Peccata tua eleemosynis redime. Et Tobiæ quarto capitulo. Eleemosyna ab omni peccato liberat, & non patitur animam ire in tenebris. Et primo Timothe. quarto capitulo. Pietas ad omnia valet, idest misericordia cuius actus est eleemosyna. I

Ad primum dicendum, quòd eleemosyna magis satisfactoria est generaliter pro omni peccato præterito, quam oratio, & ieiunium, tamen quantum ad pręseruandum a peccato futuro oratio, & ieiunium habent interdum maiorem efficaciam, quam eleemosyna. Et sic erit eleemosyna simpliciter magis satisfactoria, quam oratio, & ieiunium, quia satisfactio non est, nisi de malo præterito. De futuro autem non est satisfacere, sed cauere ne fiat. Hoc autem quia oratio, & ieiunium pręseruant a quibusdam malis futuris non solum in ratione meriti, sed etiam per modũ contrariæ consuetudinis ad illud vitium, vel per hoc, quòd directe tollitur materia, vel occasio illius vitii, K & sic ieiunium directe est contra vitia carnis, oratio autem contra vitia animæ, inquãtum per hoc, quòd homo orationi intendit eleuando mentem in Deum non est locus prauis cogitationibus, quæ per ocium animi subintrant. Sic dicit Glo. infra decimoseptimo capitulo, quòd ieiunio sanantur pestes corporis, oratione autem pestes animæ. Et sic Christus dicens hoc genus dęmoniorum non eiicitur, nisi in ieiunio, & oratione, potuit significare, quòd aliqua vitia sunt, quę sunt, quasi quoddam genus dęmoniorum, & nõ expelluntur, idest non possumus eis resistere, nisi in ieiunio, & oratione. Sed hoc non pertinet ad satisfactionem.

F Ideo dicendum, ꝙ proprie sumpta satisfactione, quod est liberari a debito causato per peccatum, eleemosyna magis satisfacit, quam oratio, & ieiunium. Assumendo autem large satisfacere, idest prodesse cõtra peccatum ad hoc, quòd euitetur peccatum futurum, dicendum quòd aut istud prodesse est per modum meriti, aut per modum contrarietatis ad vitium illud. Primo modo magis proficit simpliciter eleemosyna, quam oratio, & ieiunium. Secundo modo interdum prodest magis oratio, vel ieiunium, interdũ autem magis eleemosyna.

Primum patet, quia per modum meriti dicitur ꝓficere aliquod istorum, inquantum homo faciẽs hęc meretur apud Deum, vt quia sunt actus boni, & in G charitate facti, & propter hoc præseruat eum Deus, ne incidat in peccatum, quem forte non pręseruaret nisi per istum actum bonum mereretur a Deo præseruari. Et quantum ad hoc magis præseruatur homo per eleemosynam, quam per orationem, & ieiunium. Quod patet, quia ista præseruatio fuit per modum meriti. Quanto ergo fuerit meritum maius, tanto homo magis præseruabitur, & a pluribus peccatis, eleemosyna tamen secundum se est magis meritoria quam oratio, & ieiunium, quia continet ista duo in se, sicut rationale continet sensitiuum, & vegetatiuũ, vt ostensum est. Ideo per eleemosynam magis homo a Deo præseruabitur cæteris paribus, idest quòd sit tanta eleemosyna, quanta est oratio, & ieiunium ac- H cipiendo in eis ęqualitatem ęquiuoce. Sicut quando comparamus albedinem ad nigredinem in remissione, vel intensione, dicendo quòd tantum habet iste de albedine, quantum ille de nigredine.

Secundum patet, quia oratio repugnat directe cuidam vitio, scilicet superbiæ spiritus, & tollit locũ prauis cogitationibus. Propter hoc, quòd occupat mentem eleuando eam in Deum. Ieiunium autem directe repugnat vitiis carnis, quia macerat carnem, vt Terentius dicit.

Sine cerere, & Baccho friget venus.

Eleemosyna autem repugnat directe auaritiæ. Ideo ad humiliandum spiritum superbum, & ad tollendũ prauas cogitationes oratio est efficacior, quam ieiunium, & eleemosyna. Ad cõprimendum autem I vitia carnis ieiunium potentius est. Ad resistendum autem auaritiæ eleemosyna vtilior est. Ideo sicut quoddam genus dęmoniorum est, idest quędam peccata, quę non eiiciuntur, nisi in ieiunio, & oratione, scilicet superbia spiritus, prauę cogitationes, vitia carnis, ita est quoddam genus dęmoniorum, quod non eiicitur, nisi in eleemosyna, scilicet peccatum auaritię. Pręseruari autem isto modo a vitiis non est per modum meriti, sed per contrariam consuetudinem. Quod patet, quia siquis ieiunet solum propter inanẽ gloriam nihil meretur, & tamen per hoc carnis vitia comprimuntur, cum iste vere maceretur. Et idem de eleemosyna data propter inanem gloriam, q̃ me- K ritum non habet, & tamen assuefacit hominem ad liberalitatem, & inducit contrariam dispositionem ad auaritiam. Est ergo eleemosyna simpliciter magis satisfactoria, quam ieiunium, & oratio.

Ad secundum dicendum, quòd in opere satisfactorio requiritur, quòd sit aliquo modo pęnale, principalius tamen in eo est ipsa bonitas operis, quam pęnalitas. Et quia eleemosyna habet plus de ratione boni, quam ieiunium, & oratio, vt dictum est, & hoc quia habet se immediatius ad charitatem, est magis satisfactoria, quam ieiunium. Nam ieiunium secundum se non dicit actum charitatis, sed actum temperantię vel continentiæ: eleemosyna autem pertinet propinque ad charitatem, quia est actus exterior. Bonitas

tamen

tamen in opere virtutis est magis, vel minus secundum, quòd magis, vel minus accedit ad charitatem, quæ est mater, & forma omnium virtutum, & propter quam solam cęterę sunt Deo acceptę. Est etiam eleemosyna excellentior quam oratio licet oratio faciat hominem Deo magis familiarem, quia tamen eleemosyna continet orationem constituendo sibi multos debitores ad orandum pro se, præualebunt orationes multorum, quam oratio vnius ad impetrandum remissionem peccatorum, quod est satisfacere.

An sit principalius in eleemosyna id, quod datur, vel intentio dantis. Et quomodo potest attendi dupliciter satisfactio. In quo monentur confessores pro reiteratione confessionum, & pœnitentijs imponendis. Et eleemosyna quomodo sit meritoria, & quomodo satisfactoria.
Quæst. XXXIII.

QVAERETVR quid in eleemosyna sit principalius an id, quod datur, vel intentio dantis.

Dicunt quidam, quòd datum magis attenditur, quam intentio, quia solemus dicere in suffragijs defunctorum, magis iuuari illos, & citius liberari pro quibus, maiores eleemosynę fiunt, si tamen attenderetur magis intentio posset aliquis pro quo fiunt paruę eleemosynę liberari citius de pœnis ęqualibus, quam ille pro quo magnę fiunt, ergo magis attenditur id, quòd datur, quam intentio dantis.

Item efficacia eleemosynę consistit in satisfaciendo pro peccatis, & tamen vbi datur maior eleemosyna satisfit pro maiori peccato. Quod patet, quia si alicui imponitur eleemosyna in satisfactionem pro aliquo peccato, quanto fuerit peccatum maius, tanto imponitur maior eleemosyna facienda. ergo magis consistit virtus eleemosynę in eo, quod datur, quam in intentione dantis.

Dicendum, quòd intentio in dando potest esse duplex, scilicet propter Deum, vel propter aliam causam, vt inanem gloriam, vel aliàs. Si secundo modo non possunt comparari ista, quia intentio hęc tollit totam virtutē operis, ita quòd nihil proficit in respectu ad Deum, quia qui ex inani gloria agunt perdiderunt mercedem suam, vt dicitur supra in litera, & tunc tam intentio, quam opus nihil valet. Istud autē planum est intelligendo ad merendum, & tamen ad satisfaciendum est dubium an valeant, quia ad merēdum requiritur, quòd opus fiat in charitate, & propter Deum, ad satisfaciendum autem secundum quosdam (licet est falsum) sufficit, ꝙ opus bonum sit, & sponte fiat etiam si non in charitate. Et sic licet propter inanem gloriam quis agat, videtur, quòd opus sit satisfactorium licet non meritorium.

Dicendum, quòd satisfactio potest attendi dupliciter, vel quantum ad Deum, vel quantum ad hominem etiam loco Dei pręsidentem.

Si secundo modo dicendū, ꝙ satisfactio ęqualiter fit, siue propter solam inanem gloriam fiat, siue propter Deum, vt qui tenetur alteri ad soluendum centum, si soluat solum propter inanem gloriam, quam consequitur soluendo, & aliàs non intendebat soluere, ęqualiter satisfacit, sicut si solum solueret propter Deum, vel quia erat debitum. Idem autem si alicui in foro pœnitentię fuerit impositum dare eleemosynā si illam det propter solam inanem gloriam, adhuc satisfacit ad hoc, quòd non dicatur transgredi præceptū confessoris, nec teneatur reus, tanquam pro violato pręcepto sibi dato. In hoc tamen aduertendum est, ꝙ

A aut iste, qui complet eleemosynam sibi a sacerdote iniunctam, aut agit propter inanem gloriam, quam inde se putat consequi, & aliàs non daret illam eleemosynam etiam si mandasset sacerdos, aut dat, quia sacerdos mandauit, & tamen desiderat humanam gloriam ex hoc opere. Primo modo dicitur agere propter solam inanem gloriam. Secundo modo agit propter inanem gloriam, sed non propter illam solam, vel non principaliter propter eam. Vtroque tamen modo satisfacit mandatis sacerdotis, quantum ad hoc, quòd non dicatur inobediens ei. Et sic quantum ad hominem opus est satisfactorium etiam factum ex inani gloria. Si autem quantum ad Deum

B consideretur. Dicendum, quòd si totaliter fiat propter inanem gloriam, non erit opus satisfactorium, vt si quis teneatur pro peccatis de quibus confessus est ad certam pœnam Deo obligatus, si autem ex mandato sacerdotis, vel ex proprio arbitrio faciat eleemosynas, vel ieiunia, aut alia opera bona propter solam inanem gloriam, nullo modo sunt satisfactoria ista opera, quia cum quis tenetur alicui, nunquam satisfacit, nisi soluat ei cui tenetur. Ad pœnam tñ manet hō obligatus soli Deo post remissionem peccati. Non pt ergo tolli illa pęna, nec aliqua pars eius, nisi Deo satisfiat. Pro illa satisfacere autem est compensationem quandam dare. Qui tamen agit propter solam inanem gloriam nihil Deo dat, quia propter eum nihil agit, nec aduertit ad ipsum, ideo in nullo satisfacit. Patet etiam, quia

C de agentibus bonum ex inani gloria dixit Christus supra in litera. Alioquin apud patrem vestrum mercedem non habebitis, Absolui tamē a pęna debita est merces, quia illud est ad quod directe ordinatur opus satisfactorium, & illa merces est apud Deum, quia ipsi soli tenemur, & ipse solus remittit, & ipse recompensationē recipere debet, & non recepit, ergo opus factum ex inani gloria nullo modo est satisfactoriū pro peccatis. Sed etiam si quis multa fecerit propter inanē gloriā licet pp hoc non peccet ad tantā pęnam manebit obligatus qn̄ morietur ad quantum tenebat quando confessus est. Et ideo intentio illa, quę est facere ex inani gloria tollit operi esse satisfactorium. Illud autem est verum, qn̄ quis pro seipso operatur,

D secus autem si pro alio. Vt si dat eleemosynam pro defuncto, quia tunc, aut dat id, quod defunctus dari mandauit, aut aliquid sponte, quod mandatum non est. Primo modo, siue quis agat pp Deum, siue pp solam inanem gloriam idest, quia alias non esset impleturus testamentum, nisi per hoc intenderet consequi gloriam humanam, siue partim propter testatorē, q̄a ille mādauit, & partim pp inanem gloriam non obest defuncto, sed ita proderit sibi eleemosyna, sicut si iste ageret solum propter Deum. Ratio est, q̄a defunctus censet ista agere, q̄a illa fieri iussit. Intentio ergo sua cōsiderabitur, & nō executoris. Si igit̄ ipse pp Deum hoc fieri iussit, ita sibi imputabit licet executor pp solā inanē gloriā agat. Si aūt non iussit fieri, sed ille spōte

E re vult facere tūc nō pōt facere totaliter ex inani gl'ia. Quia si pp illā solū ageret nō ageret pp defunctū licet innueret se pp illū facere, sed vel aget pp Deū, & pximū totaliter, vel aget partim pp Deū, & partim pp inanē gloriā. Si primū mō manifestū est, ꝙ pdest, q̄a opus bonū est, & pp bonū finē. Si secūdo mō pōt aliqualiter pdesse inquā est ibi respectus ad Deū, & tñ parū pderit, quia est ibi respectus q̄dā ad inanē gloriā. Si aūt totaliter ageret pp inanē gloriā licet ostenderet se facere pp defunctū nihil poterat pdesse ei directe, eo, ꝙ nō fiebat pp ipm. Indirecte aūt poterat pdesse inq̄tū suscipientes illā eleemosynā orarēt Deū p defuncto p cuius aīa fieri putabatur. Et sic apparet, qn̄ intētio operis est pp inanem gloriā, ꝙ non pōt com-

parari intentio, & opus quod eorum sit præcipuum, quia neutrum eorum prodest quantum ad Deũ. Vnde de ista intentione non quęritur hic. Si autem quæratur de intentione, quæ est agere propter Deum. Dicendum, quòd tunc omne tale opus est meritoriũ. Et tunc stat dubium, quia cum intentio sit bona, & opus sit bonum quid eorum erit principalius.

Dicendum, quòd aut consideratur, quantũ ad merendum, aut quantum ad satisfaciendum.

Si primo modo intentio magis consideratur, quia intentio bona per se etiam sine opere, quando non potest haberi, est meritoria, opus tamen bonum sine intentione actuali, vel habituali, nunquam est meritorium.

Si secundo modo est dubium. Et dicit in hoc beatus Thomas de Aquino, quòd eleemosyna habet efficaciam ex ipso faciente, inquantum est quoddam opus meritorium, & ex recipiente inquantum obligatur ad orandum pro eo qui eleemosynam dedit. Si ergo consideretur eleemosynæ efficacia ex parte recipientis, sic est maior efficacia eleemosynæ ex parte rei, quæ datur, scilicet inquantum per hanc plures obligantur, quia in plures distribuitur, vel magis obligãtur, quia maiorem rem recipiunt. Si autem ex parte dantis, aut quantum ad præmiũ essentiale, aut quantum ad accidentale. Si ad essentiale magis attenditur intentio, si ad accidentale magis attenditur quantitas eleemosynæ. Et hoc nisi interdum intentio dantis valde excederet, quia tunc magis consideraretur intentio vnius dantis, quam intentio, & opus alterius, etiam si opus esset valde magnum. Verum est tamen quòd Sanctus Thomas, loquitur ibi de eleemosyna non solum inquantum est satisfactoria, sed etiam inquantum est meritoria, quia respectu præmij essentialis non est satisfactio, sed meritum, & tamen præmium essentiale correspondet intentioni facientis eleemosynam.

Licet autem ista vera sint, potest aliter dici, quòd dans eleemosynam, aut dat eam pro seipso, aut dat ꝑ altero. Si pro seipso potest satisfacere, & mereri, pro altero autem potest satisfacere, sed non mereri, nisi accipiatur mereri, quòd Deus præseruet eum a peccatis, non tamen, quòd quis mereatur alteri gradum aliquem in vita æterna, sed quilibet hoc meretur per actus suos. Potest tamen vitus alium adiuuare ad hoc inquantum meretur ei a Deo, quòd det sibi gratiam per quam operetur, & opera eius sint accepta. Gradus tamen vitæ ęternæ qui isti dabitur non est per meritum alterius, sed per actum proprium quem habet ꝑ illam gratiam, quam alius sibi meruit. Et quantum ad hoc magis meritoria est eleemosyna, quam quis facit pro seipso, quam illa, quam facit pro altero. i. si quis dederat decem in eleemosyna pro seipso magis sibi prodest, quam prodesset alteri dando ista decem pro illo, & hoc propter meritum quo quis potest pro seipso mereri directe vitam æternam, pro altero autem non potest. Qui agit ergo eleemosynam pro seipso, aut considerat meritum, aut satisfactionem. Nam est meritoria inquantum fit ex charitate propter Deum, est satisfactoria, inquantum est actus bonus laboriosus propter Deum. Cum fuerit tamen in charitate facta si consideretur meritum, magis excellit eleemosyna ex parte intentionis, quam ex parte rei datæ. Et sic si duo ex bona intentione, & in charitate existentes eleemosynam dent, poterit esse, quòd ille qui dat eleemosynam duplo minorem, mereatur duplo maius de gradu vitę ęternę, si intentio sua fuit valde ardentior in Deum, quam intentio alterius. Quia sicut meretur quis per charitatem vitam æternam, ita per actum perfectiorem charitatis meretur gradũ

F excellentiorem vitę ęternę. Si autem consideretur eleemosyna, inquantum satisfactoria, & vterque agat ex bona intentione, illa eleemosyna est magis satisfactoria, quæ maior est, licet sit minus meritoria. Ex hoc est, quòd dicit Sanctus Thom. intentionem dantis proficere magis ad præmium essentiale, quantitatem autem eleemosynę proficere magis ad pręmiũ accidentale, idest ad remissionem peccatorum, vt ipse exponit. Istud verum est regulariter, & tamen interdum potest esse tantus feruor charitatis, quòd per paruam rem datam non solum mereatur, sed etiam satisfaciat, quis plus per paruam, quam alius per magnam eleemosynam ex bona intentione datam, sed G non ex tanto feruore. Sicut solemus dicere, quòd potest quis tantam contritionem interdũ habere, quòd non solum culpa, sed etiam tota pœna debita peccatis remittatur sine aliqua alia satisfactione, quia ista contritio propter suam magnitudinem est simul meritoria, & satisfactoria.

Si autem faciat, quis eleemosynam pro alio. Dicendum, quòd regulariter debet attendi quantitas eleemosynę, & non intentio, dum tamen bona intentione fiat, scilicet ne fiat ex inani gloria, quia tunc etiam ad satisfaciendum non proficeret, aut valde parum, data tamen bona intentione potius attenditur quantitas, quam intentio. Vt si duo eleemosynam fa- H ciant pro defunctis, & ambo bona intentione, vnus tamen feruentiore intentione det minorem eleemosynam, & alius minus feruenti intentione det maiorem eleemosynam, magis videtur proficere defuncto eleemosyna maior. Ratio huius est, quia potest vnus pro alio satisfacere, sed non mereri vitam æternam, vt dictum est. In eleemosyna tamen meritum correspondet intentioni, satisfactio autem pęnalitati operis. Et quia quantitas eleemosynæ facit ad pęnalitatem cum quanto res maior datur, tanto magis res nostræ diminuuntur: quanto fuerit maior eleemosyna magis satisfit pro peccato eius pro quo datur. Hoc verum est q̃ñ intentio, & opus habẽt se proportionabiliter, vt si in casu dato quãto est maior eleemosyna vnius, eleemosyna alterius, tãto e︤ↄ︥rio intentio illius I feruentior intentione istius. Quia tunc magis consideramus quantitatem eleemosynæ ad satisfaciendũ. Si tamen non sit proportio similis, sed multum differens præualebit intentio quantitati. Vt si eleemosyna vnius erat tripla ad eleemosynam alterius, & intentio sit econtrario decuplo feruentior vnius, quam alterius, erit magis satisfactoria eleemosyna minor.

Ad primum dicendum, quòd tenet argumentum de eleemosyna data pro altero. s. pro defuncto, quia ibi regulariter magis attenditur quantitas, quam intẽtio, cum ibi solum sit satisfactio, & non meritum.

Ad secundum dicendum, quòd quando pro peccato imponitur eleemosyna, solũ imponitur vt opus satisfactorium, & pęnale, & non vt opus meritorium, ideo nihil debet attendi nisi quantitas eleemosynæ, K quia quanto maior fuerit maior est pęnalitas, & maior satisfactio secundum se.

Aliter potest dici, quòd sacerdos imponit ista opera, vt satisfactoria, potest autem esse, ꝙ idem homo satisfaciendo pro seipso satisfaciat magis per paruã eleemosynam quam alius per magnam, vt supra dictum est. Hoc tamen est per accidens, s. inquantum iste habet intentionem feruentiorem: sacerdos aũt considerat id, quod est per se, istud aũt est quantitas eleemosynæ, ideo semper pro maiori peccato imponit maiorẽ eleemosynam non attendens ad intentionem dantis illam.

Aliter potest dici, quòd sacerdos ponit legem de eo, quod certum est, & potest cadere sub arbi-

trio

tio suo, & est in potestate pœnitentis. Quantitas autem eleemosynæ huiusmodi, quia sacerdos scit quãtum iubet, & pœnitens potest illud exequi. Quantitas autem feruoris intentionis, licet habeat certam mensuram in se: non est tamen nobis cognita, nec ẽt sacerdos sciret nominare certam quantitatem feruoris ex qua deberet pœnitens agere, & agens nescit ex quanto feruore agit licet sciat se agere feruide tepide, aut frigide. Et dato, ꝙ ista determinate cognoscerentur, sicut cognoscitur quantitas magnitudinis, & numeri in rebus corporalibus, non esset in potestate pœnitentis agere ex tanto, vel tanto feruore licet ad hoc conaretur, cum charitas detur a Deo, & augeatur, & non est in potestate hominis habere quãtamcunque charitatem voluerit quandocunque voluerit, licet sit in potestate eius habere aliquam charitatem quandocunque voluerit. Quia hoc fit per solam conuersionem ad Deum. Sacerdos ergo, tanquam non potens imponere quantitatem satisfactionis ex parte intentionis mensurat eam totaliter ex parte rei, imponens semper maiorem eleemosynam pro maiori peccato.

An eleemosyna cadat sub præcepto, & ad quod reducatur. Et quòd necessitas duplex consideratur absoluta, & conditionata, in quo ponuntur de dandis eleemosynis pulchræ regulæ, & notandæ. Et denique quomodo intelligatur omne, quod non est ex fide, peccatum est. Et quòd iustitia est necessaria ad statum politicum. Item regulæ dantur per quas tenetur quis subuenire pauperi.

Quæst. XXXIIII.

QVAERITVR an eleemosyna cadat sub præcepto.

Dicunt quidam, quòd non, quia Lucæ tertio cap. in Glo. super illo verbo interrogauerunt turbæ Ioannem dicitur. Ex verbis Ioannis terrore percussi consilium quærunt, sed Ioannes respondit, quòd intenderent eleemosynis, ergo dare eleemosynam ad consilium pertinet, & non est sub præcepto.

Item cuilibet licet vti re sua, & illam retinere, sed retinendo rem suam nõ dabit eleemosynam, ergo licitum est non dare, & sic non cadit sub præcepto.

Item omnia, quæ præcepta sunt reducũtur ad præcepta decalogi, sed inter illa nihil continetur de datione eleemosynæ, ergo non est sub præcepto.

Itẽ si caderet sub præcepto, caderet sub negatiuo, quia dicit Ambr. & habetur 86. di. Pasce fame morientem, ꝙ si non paueris occidisti. Non occidere autem est negatiuum præceptum. Sed non cadit eleemosyna sub negatiuo præcepto, quia tunc obligaret ad semper, quod falsum est, ergo non cadit sub præcepto.

Item omne, quod cadit sub præcepto aliquo tempore obligat trãsgressores ad peccatum mortale, quia præcepta affirmatiua obligant pro aliquo tempore determinato. Et tamen non est aliquod tẽpus determinatum in quo homo peccet mortaliter, nisi daret eleemosynã, quia semper potest quilibet probabiliter præsumere, ꝙ pauperi potest aliter subueniri, scilicet quia licet ipse non det alius dabit ei, ẽt quia nõ tenetur quis dare de eo, ꝙ est sibi necessarium. Et tñ quidquid hõ habet est sibi necessariũ, ꝓ tunc, vel poterit esse necessarium ꝓ aliquo tempore, ergo nunquã tenetur dare. Et sic nunquã cadet sub præcepto eleemosyna. Itẽ patet, ꝙ sit consiliũ, quia Daniel. 4. dixit Daniel ad Nabuchodonosor ꝯsiliũ meũ regi placeat. Peccata tua eleemosynis redime, ergo dare eleemosynã ꝯsiliũ est, & non præceptum.

A Dicendũ, quòd aliquando dare eleemosynã est præceptũ, quia non punitur quis æternaliter pro omissione alicuius rei, nisi obligetur ad illam ex præcepto, & tamen infra vigesimoquinto capitulo, dicitur, quòd Christus in iudicio solã causam damnationis exprimet ꝯ malos, s. quia non dederunt eleemosynã. Esuriui, & non dedistis mihi mãducare, &c. Ergo aliqñ cadit sub præcepto. Etiã Glo. hic dicit, ꝙ cadit sub ꝑcepto. s. Cõscientiæ facienti eleemosynã ꝓ ꝑcepto adimplẽdo se immiscet laudis appetitus. Etiã charitas potest stare cum quacunque re, quæ non est peccatum mortale, & tamen aliquando non facere eleemosynã excludit charitatem, prima Ioannis quarto capitulo. Qui

B. habuerit substantiã hu⁹ mũdi, & viderit fratrem suũ necessitatẽ patientẽ, & clauserit viscera sua ab eo, quõ charitas manet in ipso? Quasi dicat. Nullo modo. Ergo eleemosyna ꝓ illo casu sub præcepto cadit. Pro hoc cõsiderãdũ, quòd cum eleemosyna sit actus virtutis oportet, quòd aliquo mõ cadat sub præcepto; quia præcepta legislatoris intendunt deducere homines ad virtutẽ, secundo Ethicorum capitulo. Eleemosyna, ergo ad ꝑceptũ ꝑtinet, & ad decalogũ reducitur, s. ad illud honora prẽm tuũ. Honor aũt ille s̃m Augu. pertinet ad reuerẽtiã, & subuentionẽ in necessariis. Et ita Christus innuit, infra decimoquinto capitulo, & Marcus septimo capitulo, loquens contra Pharisæos, qui prohibebant homines bñfacere parentibus: dicẽtes, ꝙ sufficeret honorare solo verbo, & ipse dixit, ꝙ

C faciebant irritũ illud præceptũ honora prẽm tuũ. Et Aristoteles, nono Ethicorum, capitulo secundo, distinguens de honore, qui debetur singulis personis, qui nõ est idẽ ad omnes dicit, quòd honor parentum ꝯsistit in subueniẽdo eis in necessariis, in quibus oportet magis ꝓuidere eis, ꝙ̃ sibiipsi. Noĩe tñ parentũ intelligunt oẽs ꝓximi, quia ad oẽs debent se extẽdere opera charitatis. Est tñ ꝑceptũ affirmatiuũ, & affirmatiua licet semper obligent nõ obligant ad semꝑ, sed ꝓ loco, & tpe, & s̃m alias circũstantias determinatas. Vsus aũt diuitiarũ ordinatus est ad subueniendũ necessitatibus huius vitæ. Quæ subuentio debet esse ordinata cum debeat ꝑtinere ad virtutẽ, quæ s̃m rationẽ agit. secundo, & 6. Ethi. Si ergo quis nullo mõ velit vti di-

D uitiis quas habet ad subueniendũ necessitatibus huius vitæ suis, vel alienis, vel inordinate vtitur, recedit a virtute, iõ oportet poni ordinem quendam in vsu diuitiarum inquantum per eas necessitatibus subuenitur. Iste autem ordo debet attendi quantum ad duo, scilicet ex parte eorum quibus subuenitur, & ex parte necessitatis ꝓ qua subuenitur. Pro primo oportet, quòd quisque sibi prius subueniat: deinde coniunctis sibi: deinde extraneis. Pro secundo autem debet esse talis ordo, vt prius necessitati absolutæ prouideatur, quam necessitati conditionatæ. Vocatur autem necessitas absoluta, quando oportet perire aliquem, nisi sibi subueniatur, conditionata necessitas vocatur illa secundum, quam non potest aliquis viuere decenter secun-

E dum conditionem status sui, nisi ei in tali casu prouideatur. Et vocatur necessitas absoluta non solum respectu vnius hominis ad seipsum, sed etiam respectu omnium illorũ quorum cura ei incumbit. Vt pater non solum de seipso, sed etiam de filiis, & vxore solicitudinem habet, sic etiam dominus cui ex conditione status incumbit habere aliquam familiam tenetur habere curam omnium illorum 1. ad Timo. 6. Qui suorum maxime domesticorum curam non habet fidem negauit, & infideli deterior est. Vtraq; istarum vocatur necessitas absoluta, scilicet ne pereat homo, & ne pereat familia eius tenetur habere solicitudinem. Sed prima vocatur necessitas absoluta indiuidui: secunda vocatur necessitas absoluta perso-

nę prout persona importat dignitatem quandam, vel F
statum cui incumbit cura aliquorum.
Sciendum vlterius, quòd necessitas absoluta non
est semper ęqualis, sed quædam maior, alia minor.
Maior est quando est necessitas indiuidui, ita quòd
pro seipso non habet homo necessaria, vel si dederit
aliquid in eleemosynam, non manebunt sibi necessa-
ria circa familiam, licet sit necessitas absoluta, minor
tamen est inquantum minus tenetur quilibet alteri,
quam sibiipsi, & etiam cura familię differt, secũdùm,
quòd in familia sunt aliqui quibus ex debito magis,
vel minus tenetur paterfamilias. Sicut magis tenetur
pater filijs, quam Dominus seruis, licet sint sibi ne-
cessarij, secundùm conditionem status sui, & etiam G
ad actum virtutis debite exercendum. Etiam patris
ad filios non est semper æqualis necessitas, quia filijs
paruulis tenetur magis absolute, quã maioribus eo,
quòd paruulus est pars patris 5. Ethic. Et dependet ab
eo dependentia necessaria naturæ. Nam nisi parentes
alant filios paruulos, necesse esset eos perire. Vnde
pauca differentia est obligationis ad prouidendum
in extrema necessitate, scilicet, an homo sibiipsi pro-
uideat, vel paruulis, licet semper tenetur magis sibi-
ipsi prouidere.
De adultis autem filijs secus est, quia licet illi sint in
familia patris, possunt tamen per seipsos totaliter, vel
aliquo modo necessaria vitę quærere. Et ideo respe- H
ctu eorum non est tanta necessitas. Alio modo dif-
fert necessitas absoluta per maius, & minus respectu
temporis. Vt siquis immediate peribit nisi prouidea-
tur sibi, vel si det aliquid de eo, quod habet peribit
immediate, vel post paruum tempus. Vt siquis ha-
bens cibum vnius diei solum sit in loco in quo non
expectat, nec videt modum quousque ad multos dies
possit habere cibos. In breui enim videt sibi pereun-
dum. Et ideo etiam si iste videret alium fame pereun-
tem, fortassis non teneretur sibi quicquam dare de
cibo suo. Alia est minor, vt siquis sit in anno sterili
inter eos à quibus non expectat aliquid misericordi-
ter recipere, & vix habet sustentationem in cibo pro
se, & familia pro illo tempore sterili dicitur esse in ne- I
cessitate absoluta. Per istum modum possunt distin-
gui multi status necessitatis absolutę per maius, &
minus.
Sciendum etiam, quòd necessitas absoluta distin-
guitur in extremam, & in non extremam, licet acci-
piant aliqui necessitatem absolutam, & extremam
pro eodem. Nam extrema est necessitas indiuidui,
vel personæ, quando est propinquus casus pereundi
nisi subueniatur. Vel si det aliquis de eo, quòd ha-
bet in breui nihil habebit pro se. Alię autem abso-
lutę necessitates, quæ tamen minores sunt, vt patet
ex dictis de necessitate conditionata, eodem modo
dicendum, quòd illa non consistit in indiuisibili, quia
illa est, secundùm quam dicitur aliquid nobis neces-
sarium quo indigemus ad honeste, & decenter viuen- K
dum, secundùm statum nostrum, intelligendo statũ,
vt supra diximus. Et non consistit hæc necessitas in
indiuisibili, quia multis additis homo non excedit
status sui conditionem, multis etiam subtractis non
perit conditio status quin illis subtractis possit homo
decenter viuere, secundùm statum suum. Possent
tamen tanta addi, quòd excederent conditionem sta-
tus. Vt siquis antę hoc non habebat familiam, aut
habebat valde paruam, & ex magnitudine diuitiarum
perueniat ad habendum magnam familiam, & gene-
raliter omnis dignitas, vel honor aut officium, vel ad-
ministratio, & quæcunque præpositura, aut magni
redditus quando conferuntur alicui, qui ante hoc ni-
hil tale simile habebat, mutat statum per ascensum.

De diminutione status idem dicendum est, quòd li-
cet aliquibus subtractis non tollatur immediate sta-
tus, subtracto tamen honore præpositura, vel reddi-
tibus per quæ quis prius statum habere inceperat, di-
citur mutari status per diminutionem.
Sed in istis tam particularibus non potest sufficien
ter dari regula, sed magis oblato casu prudens indi-
care poterit, quando fit mutatio status, vel non. Et
secundùm hoc scietur, quæ sunt illa, quæ sunt neces-
saria ad sustentationem honestam, vel decentem sta-
tus, & sic videbitur si est necessitas conditionata, vel
non, quia interdum nulla est necessitas, nec absolu-
ta, nec conditionata, & indicant aliqui esse necessita-
tem conditionatam.
Et sicut non potest dari sufficienter regula in ge-
nerali quibus positis, vel subtractis status mutetur per
ascensum, vel descensum, ita multominus potest
dari regula, quæ sunt illa, quæ homo expendere po-
test, vel dare manente decenter, vel honeste susten-
tatione status sui, sed hæc soli prudentię relinquenda
sunt, & quilibet maxime rerum suarum diligens co-
gnitor poterit iudicare nisi sit auarus, quia auaritia
iudicat illud etiam esse necessarium, quòd omnino
est superfluum, & quia necessarium, & superfluum,
vt hic accipitur, sunt contraria, quidquid accedit ad
necessarium est superfluum. Et ideo illud, quòd ex-
cedit supra necessitatem absolutam dicitur esse su-
perfluum, licet non absolute, quia adhuc illud est ne-
cessarium necessitate conditionata, scilicet pro de-
centi sustentatione status sui.
Quod autem excedit necessitatem conditionatam
dicitur simpliciter superfluum, quia nec est necessa-
rium simpliciter, nec etiam ad honestam sustenta-
tionem, quia illo non existente sufficienter, & hone-
ste habet quis ad sustentationem suam, & suorum
quorum sibi cura incumbit, & ad benefaciendum
amicis decenter.
Sed non oportet in hoc ire in infinitum, ita vt non
solum quis amicis benefaciat, sed etiam amicis ami-
corum, & rursus alijs amicis illorum, quia ad hoc ne-
mo esset sufficiens, & esset cura superflua, quam ne-
mo deberet sumere.
Aliquis etiam si omnes diuitias habere posset ad
dispensandum illas, quotquot in orbe sunt, sic loqui-
tur Aristoteles nono. Ethicorum de felice, qui licet
amicis indigeat non tamen oportet se extendere ad
multos amicos, & rursus ad amicos amicorum, quia
istud esset sibi impedimentum ad operationem fęli-
citatis. Quidquid ergo habet quis vltra ea, quæ ne-
cessaria sunt ad honestam, & decentem sustentatio-
nem suam, & eorum quorum sibi cura incumbit, &
ad communicandum humane, secundùm conditio-
nem illorum inter quos viuit, ne sit extraneus ab eo-
rum moribus propter parcitatem dicitur esse simpli-
citer superfluum, & illud pertinet ad diuitias, vel the-
saurum. Et secundùm hoc dantur aliquæ regulę de
dandis eleemosynis.
Prima est, quòd dare eleemosynam de superfluo
simpliciter cadit sub præcepto. Et hoc, siue paupe-
res sint in extrema necessitate, vel absoluta, siue non,
sed solum egeant, ita quod non sustentantur decen-
ter. Et ista est regula communis. Et est hoc, sicut in
natura, quia id, quod totaliter est superfluum abijcit,
vel ministrat alijs si indigent.
Secunda regula est, quòd de superfluo respe-
ctu primæ necessitatis, scilicet absolutę, quod tamẽ
non est superfluum respectu secundę necessitatis, sed
potius est necessarium necessitate conditionata, da-
re eleemosynam non cadit sub præcepto, sed sub
consilio. Et hoc verum est nisi occurrat aliquis, qui

A ſit in neceſſitate extrema, vel ſaltem in abſoluta, quia tunc etiam de eo, quod eſt nobis neceſſarium ad decentem ſuſtentationem ſtatus noſtri date tenemur, dum tamen non incidamus per hoc in neceſſitatem abſolutam. Tertia regula eſt, q̃ in dandis eleemoſynis debet conſiderari dr̃ia neceſſitatum quantum ad eos quibus debet dari, quia magis debet dari ei, qui eſt in extrema, quam ei qui eſt ſolum in abſoluta neceſſitate. Et prius ei, qui eſt in abſoluta, quam ei qui eſt in cõditionata. Ratio eſt, quia eleemoſyna datur ad ſubueniendum indigenti: vbi ergo fuerit maior indigentia magis obligamur, & quia maior eſt ſemper extrema, quam non extrema, & abſoluta, quam conditionata, B tenemur dare, ſecundùm conditionem earum. Et rurſus, quia omnes abſolute non ſunt ęquales, nec etiam omnes conditionatę inter ſe, tenetur quilibet, ſecundùm, quòd eſt maior neceſſitas prius prouidere. Quarta regula eſt, quòd nõ tenemur alicui de præcepto, nec de conſilio dare eleemoſynam, niſi ſit indigens reſpectu alicuius neceſſitatis de prædictis, cũ ratio eleemoſynæ ſit, quòd detur indigenti. Et ideo etiam ſiquis haberet multa ſuperflua ſimpliciter reſpectu vtriuſque neceſſitatis, ſi non inueniret pauperes non teneretur alicui dare. Nec tamen oportet, quòd pauperes inquirat, ſed benefaciat his qui occurrerint, licet iſte caſus raro, vel nũquam ſit, ſicut Deus dixit Deuter. 15. Non deerunt pauperes in terra habitationis veſtræ.

C Quinta regula eſt quantum ad eleemoſynas quotidianas, quæ fiunt pauperibus non exiſtentibus in extrema, vel abſoluta neceſſitate, quòd dare eis eleemoſynam eſt de præcepto, quãdo quis habet omnia quibus indiget ad conſeruationem decentem ſtatus ſui pro ſe, & familia, & amicis: reliqua enim in eleemoſynas expendere debet, ſicut natura illud quod ſuperat ſibi de alimento reſpectu nutritiuę in qua attenditur neceſſitas abſoluta, & reſpectu augmentatiui in qua attenditur neceſſitas conditionata, præparat ad conſeruationem ſpeciei ſubminiſtrans illud virtuti generatiuæ. Ita enim poſtquam quis habet ea, quæ ſunt de neceſſitate abſoluta procurat ea, quæ ſunt de neceſſitate conditionata. D Cum autem etiam iſta habuerit quidquid ſuperabundat debet communicare toti ſpeciei, id eſt alijs hominibus qui ad humanam ſpeciem pertinent communicare debet in eleemoſynas. Et hoc cadit ſub pręcepto. Si tamen quis non habeat ſufficienter ea, quæ ſunt de neceſſitate conditionata non tenetur pauperibus ex conſuetudine petentibus eleemoſynam dare ex præcepto, ſed conſilium eſt, niſi accidat aliquem talium eſſe in extrema, vel abſoluta neceſſitate, quia tunc tenetur illi dare. Regulariter tamen neceſſitas talium pauperum eſt conditionata, ſcilicet, quia non habent ad ſuſtentationem alicuius ſtatus vitę. Nam mendicare non eſt ſtatus decens, ideo ſemper iſti dicuntur indigentes, licet eis quotidiana alimenta miniſtrentur. Hęc omnia vera E ſunt de veris pauperibus, ſecus de illis qui per mendicitatem diuitias ſibi parant, quia talibus non ſolum non eſt præceptum, nec conſilium dare, ſed etiam iniuſtum eſt illis dare ſiquis eos nouerit. Quibus autem prius teneamur dare, quam alijs, & quibus abundantius dicetur infra. *In q 68. & 69.* Intelligenda ſunt etiam præcedentia, quòd nunquam ille qui dat eleemoſynam debet eſſe in tanta neceſſitate in quanta ille cui dat, quia tunc non tenetur, licet laudabilis eſt eleemoſyna, ſicut patet de vidua, quæ obtulit in Gazophilatium Domini de eo, quòd ſibi erat neceſſarium, & à Chriſto laudata eſt. De hoc Luc. 21. Aliquando autem vituperabile eſſet, vt ſiquis dando eleemoſynam extraneis non haberet pro ſe, & familia ſua, vt dicetur ſeq. quęſt.

A Ad primum dicendum, quòd eleemoſyna aliquando pertinet ad præceptum, & aliquando ad conſiliũ. Omne enim opus bonum ad quod non tenemur ex neceſſitate legis, pertinet ad ſupererogationem de qua dantur conſilia. Et quia dare eleemoſynam de eo, quod eſt nobis neceſſarium neceſſitate conditionata eſt ſupererogationis pertinet ad conſilium, ideo eleemoſyna interdum ad conſilium pertinet. Et ſic intelligitur illa Gloſ. quòd Ioan. ſuadebat dare eleemoſynam in caſu illo in quo dare illam erat conſiliũ. Quando autem ſit conſilium, & quando præceptum patet ex ſupradictis.

Ad ſecundum dicendum, quòd licet cuilibet re B ſua vti, & tamen non eſt licitus quilibet, & qualiſcunque vſus rei. Et ita retinere licitum eſt rem propriã, & tamen aliquando eſt illicitum. Quia ſicut contingit eſſe ſuperfluum, & diminutum in dando. ita etiã contingit in recipiendo, & retinendo, vt dicit Philoſophus quarto Ethic. capitulo de liberalitate. Et ideo interdum facit quis contra virtutem retinendo propria, cum omne ſuperfluum, & diminutum ad vitiũ pertineat, vt patet ſecundo Ethic. Et conſequenter eſt contra legem Dei, quæ homines ſufficienter ordinat ad omnem virtutem. Quia licet non obligetur quis ex lege Dei operari, ſecundùm quamlibet virtutem, quia forte nunquam occurret ſibi materia, obligatur tamen, quòd non operetur contra aliquã C virtutem, quia omne, quod eſt contra virtutẽ eſt cõtra rationem, cum virtus conſiſtat in medio determinato à ratione ſecundo Ethic. Omne autem, quod eſt ꝯ rõnẽ eſt ꝯ conſcientiã ſi putetur contra rationẽ eſſe, quia ratio, & conſcientia idem ſunt in re, & tamen agens contra conſcientiam peccat ad Rom. 14. Omne, quod non eſt ex fide peccatum eſt, i. omne, qđ eſt ꝯ conſcientiam, quæ vocatur fides, ſ. quia ſm conſcientiam ſcimus, credimus, vel putamus aliquid eſſe bonum, vel malum. Et ſic peccat ꝯ legẽ Dei qui agit contra aliquam virtutem. Et quia interdum retinere propria eſt contra liberalitatem 4. Ethic. c. de liberalitate peccat qui tunc illa retinet, & tamen ſm legem humanam licitum eſt homini retinere rem propriã D qualitercunque voluerit, & nulli dare, eo quòd leges fori ſęcularis non perfecte ordinant hominem ad omnem virtutem. Sed obijcietur quia 5. Ethic. dicitur quòd iuſtitia legalis eſt omnis virtus, quia lex præcipit omnem actum virtutis, vel actum omnium virtutum. Et tamen Ariſt. loquitur ibi de lege humana, quia legem diuinam, & eccleſiaſticam non nouerat. Et patet hoc de exemplis, quæ ibi ponit. Dicendum, quod intelligitur de virtutibus neceſſarijs ad communicationem politicam. Nam actus omnium illarum lex humana ponit ſub præcepto, inquantum ſine illis non poſſet ſtare politia bene, & diu. Ad ſtatum autem politicum proprie non requiritur aliqua virtus niſi iuſtitia, quia ſtatus politicus conſiſtit in habitudine vnius ciuis ad alterum. Hoc autem eſt per E ſolam iuſtitiam: nam alię virtutes ſunt hominis ad ſeipſum. Ideo iuſtitia ſola politiam conſeruat quinto Ethicor. Et quantum ad hoc actus iuſtitiæ commutatiuæ, & diſtributiuæ præcipiuntur à lege humana, quia iſtæ ſunt duæ partes iuſtitiæ particularis, ſine quarum actibus impoſſibile eſt ſaltem per paruum tempus ſtare communicationem humanam, vt emere, vendere, locare conducere commodare, mutuare deponere præcario accipere, donare, & ſic de ſimilibus, quæ pertinent ad iuſtitiam commutatiuam. Sic etiam in puniendo peccantes, & diſtribuendo præmia bene agentibus, quod pertinet ad diſtributiuam. Iſta igitur ſunt ſimpliciter neceſſaria ad ſtatum politicum, actus vero aliarũ vir-

tutum non sunt necessarij nisi inquantum interdum pertinent ad communicationem partium politię inter se. Et tunc reducuntur ad iustitiam, sicut actus tẽperantiæ ad seipsum sunt, & non ad alterum. Quia tñ per temperantiam cohibet quis delectationes turpes, secundùm quas inclinatur ad accipiendum vxorem alterius, vel filiam, vt fornicetur. Et hoc iniustum est. Quod si non tolleretur non posset stare politia. Vetat ergo lex humana adulteriũ stuprum, & raptum qui sunt actus intemperantiæ, non inquantum pertinent ad intemperantiam, sed inquantum pertinent ad iniustitiam. Sic etiam fortitudo hominis ad seipsum est, ſm quam quis aggreditur, & sustinet confidenter terribilia. Et quia propter defectũ fortitudinis fugit quis de bello proijciens arma, & hoc est in damnũ reipublicę, lex humana iubet actum fortitudinis vetans de bello fugere, aut arma proijcere. Sic ẽt mansuetudo pertinet ad iras cohibendas. Et ſm hoc bene se habet quis ad seipsum. Quia tñ propter iram interdum quis maledicit alteri, vel nocet, ꝙ iniustum est, lex prohibet istos actus, & iubet actum mansuetudinis, & fortitudinis. Sic dicit 5. Ethic. Præcipit autem lex facere opera fortis, puta non derelinquere aciem, nec fugere, nec abijcere arma, & quæ temperati puta non mœchari, nec conuitiari, & quæ mansueti puta non contẽdere, nec percutere. Et sic lex iubet actus omnium virtutum, non inquantum sunt illarum virtutum, sed inquantum sunt actus iustitię. Et ideo multi alij actus sunt istarum virtutum tam circa temperantiam, quã circa fortitudinem, mansuetudinem, & alias virtutes quos lex humana non præcipit, & multa vitia sunt, quæ non vetat inquantum illa non præiudicant proximo. Et sic verum est, ꝙ lex humana non dirigit perfecte ad virtutem, quia non dirigit nisi ad actus iustitiæ. Ad actus vero aliarum virtutum non dirigit nisi inquantum aliqui eorum pertinent ad iustitiam, vt dictum est. Lex autem Dei perfecte dirigit ad virtutem, ideo retinere proprium nũquam est peccatum, ſm legem humanam, & tamen est interdum peccatum, ſm legem Dei. Et quia lex ecclesiastica magis appropinquat ad legem Dei, quam sęcularis, ideo ſm eam retinere proprium iudicatur peccatũ. Vnde electus in episcopum si inuenitur esse auarus repellitur à promotione 85. dist. c. Florentinum, vbi Archidiaconus Florentinus in episcopum electus repellitur, quia dr̃, quòd domum eius, nunquam intrauerat amicus ad charitatem suscipiendam. Et sic reputatur ista tenacitas. Aliter ẽt potest dici, ꝙ retinere proprium sit peccatum, quia interdum accidit, ꝙ id, quod est proprium efficiatur non proprium propter inopiam indigẽtium. Nam in necessitate extrema omnia cõia sunt. Ideo licet quantum ad proprietatem sit eius qui possidet id, quod possidetur, tñ si ille qui est in extrema necessitate illud accipiat, suum efficitur. Et ideo qui possidet tenetur dare antequam indigens cogatur accipere, quia iam illi debitum est. Et ideo in tali casu non, licet retinere rem, quia iam nõ est omnino propria cum sit debita indigenti. Sic dicit Basilius. Si fateris ea tibi diuinitus prouenisse, s. temporalia bona iniustus est Deus inęqualiter nobis res distribuens. Cur tu abundas ille vero mendicat, nisi vt tu bonæ dispensationis merita consequaris, ille vero patientiæ brauijs decoretur? Est famelici panis quem tu tenes, nudi tunica, quam in conclaui conseruas, discalciati calceus, qui penes te marcescit, indigentis argentum, quod possides inhumatum. Quo circa tot iniuriaris, quot date valeres. Idem Greg. & Amb. dñt, & hr̃ 47. dist. c. Sicut hi. Ad tertium dicendum, ꝙ subuentio cuiuscunq; proximi, quæ generaliter potest dici eleemosyna reducitur ad præceptum de honore parentũ.

Eps̃ auar' meret deponi.

F Sic interpretatur Apostolus 1. Tim. 4. dicens. Pietas ad omnia vtilis est promissionem habens vitę, quæ nunc est, & futurę. Et hoc dicitur, quia in pręcepto de honorando parentes dicitur, vt sis longęuus super terram. Quod Apostolus intelligit de vita temporali, & æterna. Et sic ad præceptum illud reducitur eleemosyna.

Ad quartum dicendum, quòd reducitur ad præceptum affirmatiuum, scilicet de honorando parentes, & ideo non obligat ad omne tempus, sed ad determinatum tempus, & circunstantias. Cum autem dicitur, quòd reducitur ad præceptum negatiuum: dicendũ, quòd quælibet affirmatio continet sub se negationẽ.
G Nã quia affirmatiua obligant ad certum tempus non facere pro illo tempore est peccatum. Vt si dicatur non dare eleemosynam existẽn in necessitate est peccatum mortale. Et sic intelligitur dictum Amb. Si non paueris occidisti. Et hoc modo omne præceptum affirmatiuum resoluitur in negatiuum pro tempore quo obligat.

Ad quintum dicendum, quòd præceptum de dando eleemosynas aliquo tempore obligat, scilicet quando quis habet superfluum respectu vtriusque necessitatis, & occurrit aliquis pauper, vel etiã si non habeat superfluum, simpliciter tamen occurrit aliquis patiẽs extremam, vel absolutam necessitatem, quia tenetur
H tunc eleemosynam dare, & maxime in isto secundo casu. Et quando dicitur, quòd semper probabiliter potest quis præsumere, quòd etiam si ipse non benefacit pauperi alius benefaciet.

Dicendum, quòd ad hoc, quòd quis cognoscat extremam necessitatem indigentis, vel quando ipse tenetur dare eleemosynam, sunt signa probabilia tam ex parte dantis, quam ex parte accipientis. Ex parte accipientis, vt si quis videt aliquem indigentem ita, quòd incurret periculum nisi subueniatur ei, & videt alios pigros ad dandum, vel impotentes dare, quia tunc debet præsumere, quòd peribit pauper nisi ipse subuenerit in cibo, & potu, & in similibus necessarijs, & non est expectandum quousque homo
I sit constitutus simpliciter in extrema necessitate, quia tunc forte tantum esset natura consumpta, vel debilitata fame, & siti, & alijs incommodis, quòd iuuari non posset. Et quia eleemosyna datur, vt proficiat releuando defectum indigentis, necesse est dantem semper pręuenire vltimam necessitatem veram, vt ab illa eruat.

Quõ cognoscitur extrema necessitas pauperis.

Dicit enim Chrysostomus super Ioannem, quòd non oportet pauperem vlulantem deceptorem vocare. Quid dicis, o homo propter vnum panem deceptionem quis complicat? Quasi dicat. Non. Et sic innuit, quòd est credendum pauperi quando ostendit se indigere, nec circa hoc magna discussio facienda est. Quia etiam si non sit extrema necessitas nihil perdimus dando.

K Ex parte autem dantis signum est, quòd obligetur dare quando videt, quòd habet multa quibus non indiget ad sustentationem vitæ suæ, nec suorum, nec etiam ad decentem conseruationem status sui, quia tunc si indigentes aliqui occurrant etiam si non sint in extrema necessitate dare tenetur eleemosynam, quia de superfluo simpliciter eleemosynam dare cadit sub præcepto. Cum autem dicitur, quòd quidquid homo habet est sibi necessarium pro tunc, vel potest esse necessarium pro alio tempore.

Dicendum, quòd si pro tunc non est necessarium aliqua necessitate de duabus, nec probabiliter præsumi potest, quòd erit sibi necessarium, quia nihil imminet, ꝓpter qđ appareat necessariũ debere iudicari, vt simpl'r superfluum. Nec oportet, ꝙ aduer-

tat

tat homo ad omnes casus, qui possunt euenire in futurum, quia hoc esset de crastino cogitare, & subtrahere aliquid diuinæ prouidentię, & bonitati, quod prohibetur infra in litera, sed sm ea, quæ probabiliter euenire pñt iudicari dēt. Sed obijcietur, quia dubium fuit hic, ꝙ teneretur quis dare eleemosynam constituto in necessitate extrema etiam de eo, ꝙ est sibi necessarium ad decentem conseruationē status sui, quia cōiter doctores, vt Alex. de Ales, Altesido. & S. Tho. dñt, ꝙ ex parte dantis considerandum est, vt id, quod est in eleemosynis erogandum, sit eis superfluum, s̄m illud Luc. 6. Quod superest date eleemosynam. Et dicit, ꝙ intelligitur de necessitate non solum quantum ad se, sed etiam quantum ad illos quorum cura ei incumbit. Dicendum, ꝙ accipiunt superfluum respectu primæ necessitatis, quia illa non solum est respectu sui ipsius, sed etiam respectu familię cuius curam quis habet. Quia si pro se hēret, & non pro illis, diceretur esse in necessitate absoluta. Et verum est, ꝙ nunquā tenetur quis prouidere alteri priusquam sibi. Et ideo si quis est in extrema necessitate, siue in absoluta quātum ad se, vel ad familiam suam, nō tenetur prouidere alteri existenti in extrema necessitate, nisi forte illa sit maior, quam sua, quia vt dictum est sup. necessitas absoluta, vel extrema, vel ēt conditionata non est īæqualis. Et sic poterit esse, ꝙ aliquis existens in necessitate absoluta teneatur prouidere alteri existenti in necessitate absoluta. Vt si quis est in anno sterili vix hñs pro se, & familia sua sustentationem aliqualem vsque ad nouos fructus, & nō expectat aliunde succursum, dr̄ esse in absoluta necessitate. Si quis tñ occurrat fame moriturus ita, ꝙ non hēt cibum pro vno die, vel duobus nisi succurratur ei, tenetur succurrere etiam si ipse sit in necessitate, quia minor est sua necessitas, q̄ illius cui occurrit. Aliter potest dici, quòd intelligit de paupere non existēte in extrema necessitate, quia illi non tenemur dare eleemosynam nisi de eo, quòd est simpliciter superfluū. Sed adhuc obijcietur ꝙ pceptum de dando eleemosynam nunquam obliget nisi qñdo pauper fuerit in extrema necessitate, quia cōiter doctores dicunt, ꝙ ex parte recipientis requiritur ꝙ necessitatem habeat. Alioquin non esset ratio quare eleemosyna ei daretur. Sed cum non posset ab aliquo subueniri omnibus necessitatem hñtibus, nō obligat omnis necessitas ad præceptum, sed illa sola sine qua ipse qui necessitatem patitur, sustentari non pōt. Dicendū, ꝙ intelligitur illud de obligatione absoluta ad dandum eleemosynam, quia quilibet obligatur dare eleemosynam ei, qui constitutus est in tali necessitate, siue hēat superfluum, siue non, dum tamen etiā ipse non sit in simili necessitate. Si autem pauper non esset in extrema necessitate nemo ei teneretur, siue haberet superfluum aliquod, siue non, dum tamen non esset superfluum simpliciter. Nam istas duas regulas omnes communiter ponunt, scilicet pauperi existenti in extrema necessitate quilibet ex præcepto obligatur subuenire, qui non est in simili necessitate. Secunda est de superfluo simpliciter, quilibet tenetur dare eleemosynam indigenti, siue sit in extrema necessitate, siue non, dum tamen indigeat. Ad sextū dicendum, quòd Daniel dedit consilium Nabuchodonosor de eleemosynis faciendis, quia forte in illo casu in quo præcepit ei, vel fuasit hoc facere non cadebat eleemosyna sub præcepto, vtpote si non occurrebant aliqui qui essent in extrema necessitate, vel illa, quæ datutus erat non erant ei simpliciter superflua, sed necessaria, secundùm condecentiam status sui regalis.

Alij dicūt, quòd eleemosyna ista cadebat sub pręcepto, quia tamē Nabuchodonosor erat alienus à le-

A ge Dei, & nesciebat aliquam legem per quam obligaretur ad dandas eleemosynas, dixit hoc ei Daniel tanquam consilium.

Primum tamē melius est, scilicet, quòd non caderent sub præcepto, quia dixit Daniel peccata tua eleemosynis redime. Et sic imponebat ei opus satisfactionis. Opus tamen satisfactionis est opus bonum, quòd aliàs non erat necessarium nisi ad satisfaciendum pro peccato. Et tamen quando cadit eleemosyna sub præcepto obligatur homo ad illam simpliciter etiam si pro nullo habeat satisfacere, immo vt ostensum est supra quæstio. vigesimaquinta. eleemosyna quando cadit sub præcepto nunquam est proprie, & principa-

B liter opus satisfactionis. Et ideo proprie erat hoc cōsilium, quòd Nabuchodonosor daret eleemosynas, sed hoc non tollit quin in aliquo casu dare eleemosynam sit præceptum, vt supra ostensum est.

De quibus rebus eleemosyna est facienda. Et quòd nullus tenetur de sibi necessarijs facere eleemosynam nisi in tribus casibus. Et quod necessarium ad vitam dupliciter accipitur.

Quæst. XXXV.

QVAERITVR nunc de quibus rebus eleemosyna facienda est. Et est primo dubium, an de necessario sibi debeat quis facere eleemosynam, vel bonum sit illam facere.

C Dicunt quidam, quòd non licet, quia dicit August. quòd circa ordinem charitatis peccat qui præpostere agit eo, quòd ordo charitatis est sub præcepto. Et tamen tenetur quis potius seipsum diligere, quam alios: ergo etiam potius benefacere sibi tenebitur. Si tamen de necessario sibi daret eleemosynam seipsum destrueret, vt alium sustētaret: ergo peccat dans eleemosynam de necessario sibi.

Item dicit Arist. quarto Ethic. capitulo. de liberalitate, quòd occidit seipsum, vel destruit qui dissipat substantiam suam, idest diuitias. Et hoc verum est maxime quantum ad necessaria. Et tamen peccat qui seipsum occidit, vel destruit: ergo peccat dans eleemosynam de necessario.

D Item qui dat ea, quæ sunt sibi necessaria prodigus est, quia dissipat substantiam quarto Ethic. Est autem prodigalitas vitium. Si vitium, nunquam committendum est: ergo nunquam est danda eleemosyna de sibi necessario.

Item dicit Apostolus primo ad Tim. quinto. Qui suorum maxime domesticorum curam non habet fidem negauit, & infideli deterior est, qui tamen necessaria sibi, & familiæ dat in eleemosynas, derogat familiæ, quia per hoc ipse, & familia mendicabunt: ergo dare eleemosynam de necessario peccatum est.

Dicendum, quod aliquid esse nobis necessariū ad vitam potest dupliciter accipi.

Vno modo illud sine quo vita agi non potest, quia istud vocatur necessarium necessitate absoluta. Et

E nō solum dicitur sic necessarium id quo quisque pro seipsis indiget, sed etiam illud quo indiget pro sustentatione familiæ suę. Et de tali necessario nemo obligatur eleemosynam dare etiam si pauper sit in necessitate absoluta, quia nemo sic tenetur mendicanti subuenire, quòd ipse cogatur immediate mendicare. Et ideo non solum non tenetur dare eleemosynam, sed etiam non est bonum illam dare, quia est contra ordinem charitatis. Et hoc verum est nisi ille qui sibi occurreret esset in maiori necessitate, vt ostensum est pręcedenti q. quia tunc existens in necessitate absoluta tenetur subuenire alteri existenti in necessitate absoluta. Vel si forte statum mutare vult, quia tunc nihil est sibi necessarium, cum transeat ad alium

 statum

statum in quo sine his viuitur. Vel si forte talis casus immineret, vbi subtrahendo sibi daret alicui magnæ personæ per quam Ecclesia, vel respublica sustentaretur, quia pro talis personæ liberatione seipsum, & suos laudabiliter quis morti exponeret, cum bonum commune sit præferendum bono priuato 1. Ethic.

Alio modo dicitur esse aliquid necessarium sine quo non potest conuenienter vita agi, secundùm cõditionem personæ.& condecentiam status quantum ad se,& ad illos qui in familia eius sunt, & quorum cura ei incumbit. Istud necessarium non consistit in indiuisibili, quia quibusdam additis non exit homo à conditione status sui, & quibusdam subtractis nõ descendit de statu. Posset tamen fieri tanta additio, vel subtractio, quòd exeat conditionem status, vt dictum est præcedenti q. Et ideo de hoc pendet in iudicio, & prudentia cuiuslibet quid est, quod dare possit manẽte conditione status sui. Est tamen regula generalis, quòd non tenetur aliquis ex præcepto dare eleemosynam de necessarijs ad sustentationem status, nisi occurrat aliquis constitutus in absoluta necessitate. Alias autem consilium est dare eleemosynam,& est laudabile quando quis dat de eis, quæ sunt necessaria, secundùm conditionem status, dum tamen illis subtractis adhuc non mutatur conditio status, quia non cõsistit in indiuisibili, vt dictum est. Si tamen tanta quis det, vt mutari debeat conditio status ita, quòd non habeat iam ad sustinendum familiam suam decenter, non est laudabile eleemosynam dare, sed est inordinatum, & contra charitatem si quis tantum sibi de bonis proprijs subtrahat, vt alijs largiatur, quòd de residuo non possit vitam cõuenienter agere, secundùm statum proprium,& negocia occurrentia. Nullus tamen inconuenienter viuere debet. Hoc verum est nisi in tribus casibus. Primus est si quis mutet statum volens ingredi religionem in qua nihil potest possidere, quia tunc nihil requiritur pro statu suo, sed eleemosynę fidelium, quæ quotidie ministrantur, vel quæ iam ministratę sunt locis illis religiosis in quibus viuere debet ad statum, quem eligit sibi sufficiunt, & tunc dare non solum necessaria secundo modo, sed etiam primo modo laudabile est, & hoc Christus approbat infra 19. Si vis esse perfectus vade,& vẽde omnia, quæ habes,& da pauperibus. Secundus est quãdo quis subtrahit sibi ea, quæ de facili possunt resarciri, sicut est in habentibus redditus annuos, qui etiam si aliquando expendant in eleemosynis, ita vt aliqualiter minuatur status potest suppleri defectus iste per sequentes redditus, & etiam si præter redditus quis expectet aliunde lucrari, quomodocunque. Tertius est quando occurrit necessitas alicuius personæ magnæ, quæ est vtilis reipublicę, vel Ecclesia, vel si occurrat necessitas Ecclesiæ, vel reipublicę pro qua quis potest res suas laudabiliter exponere. In his enim tribus casibus potest quis omittere laudabiliter id, quod pertinet ad decentiam status sui, vt maiori necessitati subueniat. Ad primum dicendum, quòd arg. procedit quando quis subtrahit sibi ea, quæ sunt omnino necessaria necessitate absoluta, quia tunc contra charitatem est, nisi occurrat alius habẽs maiorem necessitatem. Si autem sit necessarium necessitate conditionata, dari potest, quia per hoc non subtrahitur homini totaliter id per quod vita sustentatur.

Sed hoc intelligendum est, secundùm distinctionem supra positam.

Ad secundum dicendum, quòd arg. tenet in illis, quæ sunt necessaria, sine quibus vita non potest agi, quia illa non sunt danda alicui, nisi existenti in maiori necessitate.

Ad tertium dicendum, ꝙ prodigus est, qui agit cõ-
F tra rationem substantiam dissipando. Qui tamen dat, secundùm rationem non dicitur dissipare, etiam si totum det. Sicut ille qui mutat statum intrando religionem omnia vendit, & tamen non dicitur dissipare, sed laudabiliter agit, ita etiam non mutando statũ potest quis interdum dare de eo, quod est sibi necessarium, quia ratio hoc exigit, & non dicitur dissipare substantiam.

Ad quartum dicendum, ꝙ non debet quis subtrahere sibi, & familiæ suæ necessaria dando alicui alteri, & tamen aliquis casus esse potest in quo laudabilius quis prouidet alteri, quam sibi, & familiæ, scilicet quando potest se exponere, & familiam pro salute il-
G lius, vt supra ostensum est.

An eleemosyna possit fieri de rebus illicite acquisitis. Et quare diuitiæ dicantur iniquæ. Quæst. XXXVI.

QVAERITVR, an eleemosyna fieri possit de rebus illicite acquisitis.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia dicitur Luc. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Mammona tamen iniquitatis significat diuitias iniquę acquisitas: ergo de illis possumus facere amicos, qui recipiant nos in æterna tabernacula, vt ibi dicitur. Hoc autem est dando eleemosynam pauperibus: ergo licitum est
H de illicite acquisitis eleemosynam fieri.

Item dicit August. in lib. quæstionum Exod. & 14. quæst. 5. Qui habetis, scilicet: Qui habetis aliquid de malo facite inde bonum, qui non habetis aliquid de malo nolite acquirere de malo. Ergo licet non sit bonum acquirere de malo, idest illicite, postquam tamẽ acquisitum est, laudabile est facere inde bonum.

Dicendum, quòd de acquisitis illicite generaliter vetatur eleemosyna fieri. Sic dicit Greg. 1. q. 1. capit. Non est putanda, scilicet: Non est putanda eleemosyna, si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus acquiritur. Idem dicit Aug. lib. de sermone Domini. De iustis laboribus facite eleemosynam. Non enim corrupturi estis iudicem Christum, vt non vos audiat
I pauperibus quibus tollitis nolite velle eleemosynas facere de fęnore, & vsuris. Et 14. quæst. 5. cap. Immolans ex iniquo oblatio est maculata. Dona iniquorũ non probat altissimus. Sed eleemosynæ factę de acquisitis illicite displicent Deo, sicut si quis immolet filium in conspectu patris, sicut dicit Salomon Prou. 21. Hostię impiorum abominabiles, & qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris. In alleg. c. Non est putanda, & cap. Immolans, sed eleemosyna illa sola est Deo accepta, quæ fit de rebus licite acquisitis, sic dicit Greg. 14. quæst. quinta. cap. Eleemosyna, scilicet eleemosyna redemptoris nostri oculis ista placet, quę non ex illicitis, & iniquitate congeritur, sed quæ de rebus concessis, & bene acquisitis impenditur. Et hoc est, quia
K illicite acquisita non sunt in bonis nostris, ff. pro socio. l. cum duobus, §. vlt. Et tamen de his, quæ nõ sunt in bonis nostris eleemosynam facere non possumus. Ergo etiam nec de rebus illicite acquisitis. Simile etiam patet, quia eleemosynæ, & decimæ Deo dantur. Decimæ tamen non debent dari de rebus illicite acquisitis extra de deci. c. Ex transmissa, scilicet, quia fidelis homo de omnibus, quę licite potest acquirere decimas erogare tenetur. Ergo nec dabuntur eleemosynæ de illicite acquisitis. Propter hoc autem absolute putant quidam, quòd de nulla re illicite acquisita potest fieri eleemosyna, vt tangitur 14. quæst. 5. §. quod vero in glo. Et extra de deci. c. Ex transmissa in glo. Dicendum tamen, quòd aliquando de illicite acquisitis potest fieri eleemosyna, & aliquando nõ, quia

fieri eleemosynam licite, vel non, pertinet ad illud tēpus in quo fit. Potest tamē aliquis vti licite illa re, quā aliquando acquisiuit illicite, ideo poterit tunc licite eleemosynas de illa facere. Pro hoc ergo distinguendum, ꝙ quando aliquid illicite acquiritur, aut transit dominium in acquirentē, aut non. Si nō transit nunquam pōt facere eleemosynam, quia non hēt administrationem illius rei, q̄ non est sua, nec computatur in bonis suis. Et ita est de pecunia acquisita de furto, & de rapina, quia ibi nullo modo transit dñium in accipientem, sed sp est iniustus detentor. Si autē transit dñium, aut competit repetitio contra acquirentē, aut non. Si competit repetitio non pōt fieri eleemosyna, quia licet acquirēs efficiatur Dñs per acquisitionem, quia tñ de iure competit contra eum repetitio nō potest rem illam alteri tradere cum teneatur restituere, vel danti, vel alteri. Et sic est in pecunia acquisita per symoniam, & per vsuram. Nam ꝯ symoniacum competit repetitio extra de symonia c. Veniens, & cap. de hoc, & contra vsurarium etiam extra de iu. iur. c. Debitores. Ideo isti non pñt facere eleemosynas de sic acquisitis. Si autem acquirens effectus est dñs, & nō competit contra eum repetitio, est totalis dñs, & hēt liberam administrationem rei acquisitę. Et ideo pōt facere de ea eleemosynam. Sic est de meretrice, quæ illicite acquirit, & tamen quod acquirit suum est. Et ideo potest expendere in quoscunque vsus, & consequenter dare eleemosynam. Nam non cōpetit ꝯ meretricem repetitio, ff. de condi. ob tur. causa l. idem, & si §. Quoties, & istud vocatur turpe lucrum. Et simile est in quibusdam alijs lucris, vt in lenone, & Nigromantico, & sortilego, & alijs de quibus infra dicetur. Ista distinctio est vera, & multum rationabilis, & tenetur communiter, & approbatur 14. q. 5. §. quòd vero in gl. Ex his potest responderi ad argumēta vtriusque partis. ad primum dicendum, ꝙ non licet de omnibus rebus illicite acquisitis eleemosynam dare, licet tamen de quibusdam, s̄m distinctionē supra positam. Cum tñ dicitur de mammona iniquitatis nō est sensus, quòd liceat nobis furari, vt inde eleemosynas demus, sic dicit Aug. lib. de verbis Domini. Illud verbum Domini quidam male intelligendo rapiunt res alienas, & aliquid inde pauperibus largiuntur, & putant se facere, quòd pręceptū est. Sed intellectus iste corrigendus est. Vocantur autem mammona iniquitatis omnes diuitiæ etiam bene acquisitæ, quia diuitię quęcunque sint iniquæ sunt, quia non sunt, nec reputantur diuitiæ nisi iniquis, qui in eis spem ponunt, vt exponit Aug. a t. de ciuit. Dei, & in libr. de quæstion. Euangelij. Nam diuitiæ ex nomine suo dicunt quandam affluentiam, quę vere non reperitur in rebus terrenis, quæ possidentur. Siquis ergo eas diuitias putat errat. Et ideo iam iniquus est, qui eas tales putat, & velut tales eas cupit: Christiani autem non nominant eas diuitias, nec sub ratione diuitiarum cupiunt, sed solum, vt necessaria quædam ad vitam, sicut dicitur 1. ad Tim. 6. Habentes alimēta, & quibus induamur his contenti sumus. Et Hier. victus, & vestitus diuitiæ sunt Christianorum, idest sola necessaria quærunt, & non affluentiam. Restat ergo quòd soli iniqui sint qui diuitias in his rebus esse putent. Vel potest intelligi, secundùm Amb. iniquum mammona, quia varijs diuitiarum illecebris nostros tentat affectus. Vel aliter vt exponit Basilius diuitiæ sunt iniquæ, quia in pluribus prædecessoribus quibus in patrimonio succedis aliquis reperitur qui iniuste vsurpauit aliena, quamuis tu nescias. Vel dicitur mammona iniquitatis, idest inęqualitatis, quia diuitiæ non sunt ęqualiter omnibus distributę, sed bonis interdum egentibus, mali interdum abundant diuitijs. Posset etiam vocari iniquum mammona illud, quòd de iniquitate acquiritur, transit tamen dominium in acquirentem, & nō competit repetitio contra eum, sicut diximus de meretricio, & lenocinio. Nam de his possumus nobis facere amicos. Istud verum est: Christus tamen non intellexit de hoc, quia loquebatur generaliter ad omnes possidentes diuitias. Et tamen istud paucis conueniret. Et ideo intelligendum est modis prædictis, & maxime, sicut exposuit Basilius, quia licet diuitiæ possint interdum iuste acquiri, difficile est quin in acquirendo magnas diuitias nō interueniat peccatum aliquod. Nam si cura rei familiaris nunquam, aut vix sine peccato agi potest, vt ait Aug. 25. dist. c. Qualis hic, quanto magis acquisitio magnarum diuitiarū nunquam, aut vix poterit sine peccato fieri? Vnde dicitur illud verum, & commune. Omnis diues, aut iniustus, aut iniusti hęres.

Et S. Thō. 22. q. 32. art. 7.

A B

Omnis diues, aut iniustus, aut iniusti hæres.

Ad secundum dicēdum, quòd illud dictum Aug. potest intelligi multipliciter. Vno modo facere bonum de malo, idest restituere id, quod illicite acquisitum fuerat. Nam cum iniuste accipitur, malum est, cum vero restituitur Iustitiæ opus fit. Ideo de malo bonum fit. Et tunc peccatum dimittitur 14. q. 6. cap. Si res aliena. Et August. in epistola ad Macedonium. Aliter potest intelligi, quòd malum vocetur labor, vel solicitudo, sicut dicitur infra in litera nolite soliciti esse in crastinum. Sufficit enim diei malitia sua, idest sufficit pro quolibet die solicitudo, & labor ipsius diei, & non habeatis vna die solicitudinem pro altera. Et ista solicitudo vocatur malitia, idest malum pęnæ. Et tunc est sensus, quòd omnes diuitiæ etiam si licite acquirātur malum quoddam sunt, idest laboriosum in acquisitione. Et de illo malo faciendum est bonū, idest eleemosyna. Aliter potest intelligi, quòd habere aliqnid de malo intelligatur de eo, qui acquisiuit aliquid illicite, & tamen effectus est Dominus, & non competit contra eum repetitio, quia de tali potest fieri eleemosyna. Istos tres sensus ponit Gratianus 14 q 5. §. Sed hoc multipliciter. Iste tamen tertius est melior: nam secundus non concordat literę, quia ibi dicitur qui non habetis aliquid de malo nolite acquirere aliquid de malo, & tamen nemo est quantumcunque pauper qui non habeat de rebus huius sęculi, etiam qui dissuadet hominibus acquirere de malo. Et tamen acquirere de rebus huius sęculi ad sustentationem vitę, licet cum labore hoc fiat, laudabile est, & Apostolus ibi suadet 2. Thess. 3. Qui non laborat non manducet. Et ipse gloriatur de hoc, quod ad omnia necessaria sibi, & eis qui cum eo erāt prouiderant sibi manus suæ Act. vigesimo. Ideo intelligendum est tertio modo, vel primo.

C D

Ad allegationes in contrarium in quibus innuitur quòd nullo modo liceat eleemosynam fieri de illicite acquisitis.

Respondendum est per distinctionem supra positam. Nam illud capitulū. Non est putanda prima quæst. prima. intelligitur de acquisitis illicite de quibus competit repetitio, scilicet de pecunia habita per symoniam, vt apparet ibi in rubro, & etiam Gregor. dicit in litera. Certum est, quia & si monasteria, vel xenodochia, vel aliquid aliud ex pecunia, quæ pro sacris ordinibus datur, construantur, non proficit.

E

Ad dictum Augustin. dicendum, quod intelligitur de eis qui acquirunt per furtum, aut rapinas, vel oppressiones pauperum, quia ista non transeunt in dominium accipientis, sed tenetur ad restitutionem qui accepit. Nam alias peccatum non dimittitur, vt August. in epistola ad Macedonium, & 14. quæstio. sexta. cap. Si res aliena. Ad capit. Immolans 14. quęst. quinta.

Dicen-

Dicendum, quòd intelligitur de illo, quod acquiritur per rapinam, & violentiam, & fraudes. Et neutro modo transit res in dominium accipientis.

Pater quia dicitur ibi qui offert sacrificium ex substantia pauperis, idest de rebus acceptis de substantia pauperis. Etiam dicitur panis egentium vita pauperis est, qui defraudat illum, homo sanguinis est. Et iterum dicitur. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit necessario fratres sunt. Ergo intelligitur de acquisitis per fraudem. Et tamen etiam ibi non efficitur verus Dominus, qui acquirit. Vnde nec potest eleemosynam dare.

Ad dicta Salomonis manifeste apparet ex supradictis, quòd intelligantur de acquisitis ex rapina, & fraude. Ad capit. Eleemosyna. dicendum, quòd magis accepta est eleemosyna quanto ex rebus magis licite acquisitis datur, & tamen licitum est de rebus illicite acquisitis, dum tamen transeant in dominium acquirentis, & non competat contra eum repetitio, fieri eleemosynam. Et de istis non debet intelligi capit. illud sed de illis, quæ non transeunt in dominium accipientis, vel pro quibus competit repetitio ad l. cum duobus, ff. pro socio.

Dicendum, quòd intelligitur de acquisitis illicite quando acquirens non efficitur Dominus, vel quando repetitio competit, quia tunc illa non dicuntur esse in bonis nostris cum ea restituere teneamur.

Ad id quod dicitur de decimis dicendum, quòd nõ est idem in decimis, & eleemosyna, quia decimæ dantur Deo, & ministris eius, eleemosynæ autem dantur pauperibus. In rebus autem sacris non solum vitandum est malum, sed etiam inhonestum, quodcunque, vel indignum. Et quia si de illicite acquisitis decimę acciperentur, videretur approbari illa acquisitio turpis, ideo non recipiuntur decimæ. Secus autem est de eleemosyna, quæ datur ad subueniendum pauperi, quia ibi non est attẽdendum nisi, quòd pauperi subueniatur, dum tamen ille qui subuenit possit hoc facere. Et quia illicite acquisita, quæ transeunt in dominium acquirentis, & non competit repetitio possunt dispensari ad nutum eius, potest eleemosyna fieri de illis. Ista responsio tangitur 14. quæst. quinta, §. quòd vero in glo. & extra de deci. capitu. ex transmissa in glo.

An possit fieri eleemosyna de acquisitis per meretricium. Et quod dicitur turpe lucrũ dupliciter. Et meretrix, quæ appelletur. Et an meretrix possit retinere bona sibi data per clericum. Et deinde an data à religioso: Et de eo quod vir recipit à muliere fornicaria, an possit licite retinere. Et denique de meretricio quare non possit fieri oblatio.

Quæst. XXXVII.

QVAMQVAM autem ex supra positis generaliter dictis apparere possit de quibus rebus illicite acquisitis posset eleemosyna fieri, & de quibus non. Vt tamen magis appareat quæretur in speciali de aliquibus. Et primo de acquisitis ex meretricio, an possit eleemosyna fieri.

Dicunt quidam, quòd non, quia eleemosynæ sunt quædam dona: habent autem dona aliquid simile Deo sacratis quarto Ethic. capitulo. de liberalitate, non potest tamen consecrari, vel offerri Deo aliquid de meretricio Deuteronomij vigesimotertio. non offeres mercedem prostibuli, nec precium canis in domo Dei tui. Ergo nec eleemosynæ fieri poterunt de acquisito ex meretricio.

Dicendum, quòd generaliter conceditur posse fieri eleemosynam de acquisitis ex meretricio, quia me-
F retrix efficitur domina eius, quod sic acquirit, & potest disponere de eo ad libitum, nec competit contra eam repetitio, vt patet, ff. de condi. ob tur. causa l. idẽ, & si §. Quoties. Potest ergo eleemosynas inde dare, immo proficient sibi ad hoc, quòd Deus illuminet cor eius ad exeundum citius de peccato. Et istud lucrum meretricis vocatur turpe lucrum, sed non iniustum. Nam ipsa turpiter agit, quia se subijcit cuique sine lege matrimonij, & hoc iniustum est, quòd tamen inde pecuniam accipiat non est iniustum, sed turpe, idest de turpi acquisitum. Secus autem quando lucrum est iniustum simul, & turpe, quia tunc acquirens nunquam efficitur dominus, vel saltem competet contra eum repetitio, sicut est in rapina, furto symonia, & vsura.

G Pro quo sciendum, quòd aliquando vetatur in lege ipse actus, & lucrum, quod inde habetur, aliquando autem vetatur actus de quo habetur lucrum, sed non ipsum lucrum.

Primo modo dicitur lucrum turpe, & iniustum, sicut est in rapina, & furto, quia non solum vetatur quis rapere, & furari, sed etiam prohibetur retinere, quod sic accepit, quia non dimittitur sibi peccatum donec restituat, vt ait Augustin. ad Macedonium, & 14. quæstio. sexta. capitulo. si res aliena, & de re. iu. in sexto. capitulo. Peccatum non dimittitur.

Sic etiam in symonia, & vsura. Nam ad vsuram dare vetatur, & etiam compellitur vsurarius per censuram ecclesiasticam ad restituendum vsuras extra
H de iu. iur. capitulo. ex administrationis. In symonia eodem modo fit, quia non potest retinere, quod symoniace accepit. Extra de symo. cap.

De hoc, & capitulo. Veniens. Et in istis non efficitur dominus, qui lucratur, vel competit contra eum repetitio.

Secundo modo dicitur lucrum turpe, sed non iniustum. Et sic est in meretricio, quia lex vituperat talem coitum, & maxime lex Christi. Et tamen lucrũ inde acceptum nulla lex vetat. Ideo non est iniquum, quia non est contra ius, sed turpe est, quia de rebus turpibus est.

Sic ẽt si quis ex diuinationibus Nigromãticis acq-
I siuerit aliqd ipsa quidẽ Nigromantica operatio vetita est, & tñ lucrũ inde acquisitũ nulla lege prohibetur, ideo de eo potest fieri eleemosyna 14 quæst. quinta §. Sed hoc multipliciter de meretricio: ergo indubitate potest fieri eleemosyna 14. quæst. quinta, §. Quod vero in glo. Hoc autem intelligendum est, licet dicatur absolute solum quando mulier est libera, & ille à quo accipit est sui iuris habens aliquid, quod possit ministrare. Secus autem in alijs, vt immediate dicetur.

Pro quo sciendum, quòd meretrix proprie dicitur illa, quæ omnibus se exponit cuius turpitudo venalis est, vt dicit Augustin. libro de quæstion. Deuteronomij, & 32. quæst. quarta. capitulo. Meretrices. Et ideo ad Fabiolam, & 34. distinct. capitulo. Vidua. De his
K autem communiter intelligimus quando, quare, an de meretricio possit eleemosyna dari. Potest tamen quæcunque mulier fornicaria vocari meretrix, quia sine lege matrimonij alicui viro copulatur, siue sit coniugata, siue monialis, siue cuiuscunque status. Et tunc est dubium si tales aliquid accipiãt ab illis à quibus cognoscuntur, an possint eleemosynam facere de illo, & est dubium tam ex parte fęminæ si aliquid accipit à viro, quam ex parte viri si aliquid accipit à fęmina. Et in hoc solent distinguere quidam Theologi, & iuste dicentes, quod ille à quo mulier accipit est clericus sęcularis, aut accipit de bonis proprijs, aut de bonis Ecclesiæ. Si de bonis proprijs non tenetur restituere illi, nec alicui, sed potest licite retinere,

&

& disponere de eo ad libitum si sit mulier sęcularis libera: A si autem sit monialis non potest de eo disponere, quia non potest habere proprium, sed vertetur in vtilitatem monasterij, licet sit honestius, quòd monasterium expendat illud in pios vsos.

Si autem accepit de bonis Ecclesiæ, idest quę erant Ecclesiæ ad vsum ipsius, vt si erant vasa, vel pecunia aliqua Ecclesiæ indistinctè debet fieri restitutio Ecclesiæ, siue sit diues, siue sit pauper, & siue mulier sit sęcularis, siue monialis.

Si vero sit de bonis Ecclesiæ, idest de illis, quæ clericus acquisiuit intuitu Ecclesiæ. Aut Ecclesia sua est abundans, aut pauper.

Si abundans debet pecunia erogari pauperibus loci B illius in quo Ecclesia est, si autem Ecclesia est pauper debet fieri restitutio ipsi Ecclesiæ. Et hoc verum est tam de pecunia data publicę meretrici, quam cõcubinæ, quam cuicunque alteri mulieri ad quam quomodocunque clericus accesserit, quia si vna tenetur restituere, tenebuntur omnes.

Creditur tamen dicendum, quòd hoc sit verum quando res data erat vere ipsius Ecclesiæ, & non trãsierat in dominium clerici, vt sunt ornamenta Ecclesiæ, vel possessiones, aut fructus possessionum pertinentes solum ad Ecclesiam. Nam in talibus cum nullum ius habeat sacerdos potius, quam quilibet extraneus accipiendo illa est fur, & sacrilegus, quia vsurpat rem Ecclesiæ decimaseptima quæst. quarta, §. C Sacrilegium. Et sicut ea, quæ furtu accipiuntur ad quemcunque peruenia nt nũquam illius efficiuntur, sed competit semper repetitio, ita si clericus de rebus, quæ pure sunt Ecclesiæ aliquid dederit, siue meretrici, siue concubinæ, siue cuicunque alteri mulieri, nõ potest hoc illa retinere, sed debet restituere Ecclesiæ.

Secus autem de illis est, quæ clericus acquisiuit intuitu Ecclesiæ, quia illorum vere est dominus. Et licet peccet male dispensando illa, cum debeant expendi in bono, quia sunt acquisita de sacris, cui tamen aliquid dederit vere dominium acquiritur. Et ideo non tenetur ad restitutionem. Et sicut si concubina multa accepit à clerico donata de eis, quæ ipse acqui- D rebat intuitu Ecclesiæ, non tenetur eo viuente, nec mortuo restituere Ecclesiæ, & ita est de meretrice, & de quacunque alia muliere recipiente aliquid à clerico, sed fiet de sic receptis, sicut si clericus daret de proprio patrimonio.

Qui tenent tamen contrariam opinionem dicunt, quòd debent ista restitui, vt dictum est nisi episcopus vellet dispensare cum muliere, quòd ista sibi retineat si est sęcularis, vel cum monasterio, quòd retineat hęc, si mulier est monialis.

Si autem meretrix, aut quæcunque fornicaria accepit pecuniam à clerico regulari, scilicet à monacho, vel aliquo religioso præsumendum est, quòd de bonis monasterij pecunia illa data est nisi contra- E rium constet.

Et tunc dicendum, quòd aut iste dans habet administrationem, vtpote, quia est Abbas, vel prior aut aliquid simile, vel non habet administrationem. Si habet debet restitui illi prioratui, vel administrationi, quia inde pecunia præsumitur fuisse accepta. Et hoc verum est, si non sit administrator tunc ille qui pecuniam dedit, quia tunc indistinctè illi officio restituenda est.

Si autem ille adhuc administrat, aut est correctus de tali malo, aut non. Si est correctus tenetur restituere mulier eidem.

Si autem non est correctus melius est, quòd detur pauperibus, vel si potest alio modo dari monasterio, A quòd non perueniat ad manus istius, dari debet, scilicet ne iste iterum in eosdem vsus illam pecuniam expendat, & ne videatur reportare commodum de sua iniquitate.

Si tamen mulier eidem restituerit etiam nondum correcto, liberata est ab onere restitutionis, ita quòd non tenebitur postea monasterio, nec alicui alteri restituere.

Si autem ille qui dedit hanc pecuniam non habebat administrationem, sed erat simplex claustralis, debet fieri restitutio monasterio cuius ille erat. Et si fiat restitutio eidem monacho non liberatur mulier ab onere restitutionis, quia soluit indebite nisi con- B stet sibi, quòd illud versum est in vtilitatem monasterij, vtpote, quia monachus dedit postea monasterio, vel expendit in vsus monasterij.

Non fit autem distinctio in regulari, sicut fit in clerico sęculari, sed indifferenter quidquid meretrix accipit à regulari, idest monacho, vel religioso restituere tenetur, quia non erat illius, & non poterat dare. Et ratio est, quia clericus sęcularis potest habere aliqua bona propria, vt patrimonialia, vel alias licite acquisita non intuitu Ecclesiæ. Et potest habere bona acquisita intuitu Ecclesiæ, quæ tamen sua sunt, & de talibus potest expendere, quia verus dominus est quantum ad proprietatem, licet à iure imponatur sibi modus dispensandi ista bona: regularis autem nul- C lius rei potest esse dominus, quia non potest habere proprium extra de statu monachorum capitulo. cum ad monasterium. Ideo quidquid habet monasterij est si licite illud habet. Quod dico, quia potest monachus aliquid habere, quod nec sit suum, nec monasterij, vt si furetur, vel rapiat, aut symoniace lucretur, vel vsurarie, aut per fraudes, aut suscepit ab aliquo ad male agendum, vt siquis dedit monacho pecuniam expresse, vt ex ea conduceret sibi fornicariã. Nam in his casibus pecunia non est monachi, quia nullius rei potest esse dominus, nec etiam monasterij, quia non habuit aliquem titulum acquirendi. Et ideo sicut si monachus acquireret ex fraude, vel rapina, aut furto, vel oppressione, teneretur restituere eis D a quibus ista accepit, sicut quilibet alius teneretur, ita si meretrici, aut cuicunque fornicarie de istis aliquid dederit, tenetur ipsa hoc restituere illi à quo ista accepta sunt si constet ei.

Si autem non constet ex tali lucro prouenisse, debet restituere monasterio, quia de omnibus, quæ monachus habet, vel quomodocunque inueniuntur apud eum, præsumendum est, quòd sint monasterij nisi contrarium constet.

Si autem symoniace monachus acquisiuit tenetur mulier, quæ ab eo ista accepit restituere illi cui tenebatur monachus restituere si ista haberet.

Cui autem fieri debeat restitutio eorum, quæ symoniace acquiruntur dicetur inf. In q. 59.

E Et hoc verum est, si mulieri constet, quia alias generaliter tenetur monasterio restituere vndecunque illud prouenerit, cum præsumatur esse monasterij quousque constet contrarium. Si autem per vsuram acquisiuit debet restitui à quo vsura extorta est.

Si autem aliquis monacho dedit pecuniam, vt ex ea conduceret sibiipsi meretricẽ, non debet restitui alicui ista pecunia, sed meretrix potest eam sibi retinere velut si esset data à laico.

Et patet, quia non est restituenda monacho cum nihil possit proprium habere.

Non etiam monasterio, quia non potuit monasterium acquirere pecuniam monacho ex tali causa datam, cum monachus illam expendit immediate in hoc opus ad quod fuerat data.

Secus

Secus autem si non expendisset, sed retinuisset sibi forte compunctus de malo, quia tunc pecunia efficeretur monasterij velut siquis monacho eleemosynam daret.

Secus autem si immediate expensa est in illud opus ad quod data est, quia tunc nunquam exiuit originem turpitudinis suæ. Et sic nunquam potuit acquiri monasterio, vnde nec debet ei fieri restitutio, si meretrici constaret de hoc.

Non debet restitui etiam ei, qui dedit illam monacho, quia dominium perdidit cum sponte donauerit, & maxime, quia donauit ad turpem actum. Et propter hoc perdere debebat etiam si alias non esset perditurus.

Cum ergo nullus sit cuius ista pecunia sit, in foro conscientiæ potest sibi eam meretrix licite retinere si esset sęcularis, si autem monialis fiet sicut supra dictum est.

Si autem ille à quo meretrix accepit erat sęcularis, aut erat sui iuris, aut non, sicut filius familias, vel seruus.

Si non erat sui iuris tenetur mulier restituere illi in cuius potestate est, quia cum non habeat administrationem aliquam, quidquid dederit pertinet ad illum sub cuius potestate est tanquam res aliena. Et ideo meretrix non potest sibi illam retinere, sed ea quæ accepit à seruo tenetur restituere domino. Quæ autem à filiofamilias, tenetur restituere patri.

Hoc verum est, nisi quando istis competit aliqua administratio. Sicut si filiusfamilias habet peculium castrense, vel quasi castrense, quia illud potest administrare cum possit de illo testari.

De seruo etiam dicendum, quòd interdum potest habere aliquid proprium, & administrationem eius ex permissione domini. Vt si conueniat Dominus cum seruo, quòd det sibi quotidie certam pecuniã, & quidquid superlucratus fuerit retineat. Tunc enim de illo lucro potest libere seruus disponere. Et si de hoc dederit meretrici, non tenetur illa restituere.

Alias autem quidquid acceperit à seruo tenetur Domino restituere.

Si autem vir à quo meretrix accipit sit sęcularis sui iuris existens, non tenetur meretrix, vel quæcunque fornicaria restituere ei, vel alicui alteri, quod ab ipso accepit, quia ille potuit dare cum esset dominus, & haberet administrationem, & illa potuit acquirere cum tale lucrum non sit vetitum per aliquam legem.

Sed dubitabitur circa id, quod dicebatur supra de monacho dante pecuniam meretrici, quid si monasterium det alicui monacho, vt maneat in studio certam pecuniam pro sustentatione sua pro vno anno, vel pro singulis annis, si de illa dederit meretrici, an teneatur ipsa ad restitutionem? Et videtur quibusdã, quòd non, quia illa pecunia erat assignata monacho ad sustentationem suam pro certo tempore, & potest illam totam expendere: si ergo sustentauit se de ipsa illo tempore, & meretrici dedit, videtur, quòd licet male fecerit dando meretrici, tamen quòd transient dominium cum iste haberet ius expendendi pecuniã illam hoc tempore.

Dicendum, quòd tenetur restituere meretrix illam pecuniam, quia iste non potuit sibi dare.

Nam ad hoc, quòd dare posset, & teneret ista dario, oportebat, quòd iste esset Dominus, vel haberet potestatem ad expendendum pecuniam in illum vsum in quem expendit. Monachus tamen non potest effici dominus alicuius rei, quia est contra votum monachale extra de statu monachorum capitulo. Cum

F ad monasterium. Etiam non habebat ius expendendi in hac re, quia monasterium dederat sibi pecuniam ad sustentationem suam. Nomine tamen sustentationis non intelliguntur nisi illa, quę requiruntur ad victum, & vestitum, & communes necessitates humanas, in quibus honeste potest pecunia expendi. Nullum autem illicitum intelligitur nomine sustentationis maxime fornicari, quod est directe contra votum monachale in allega. capitulo. Cum ad monasterium. Ideo nullum ius habuit iste monachus ad dandum meretrici, sed dedit tanquam rem alienam, velut si nullam habens administrationem dedisset aliquid de bonis monasterij, licet non sit omnino tam grauis culpa, sicut grauius peccat qui nulli iurisdictioni præsidens vult ius dicere in aliqua causa
G cogendo aliquos ad comparendum coram se, quam ille qui aliàs iudex existens cogit aliquos, qui nõ sunt de foro suo coram se litigare, vel ius eis dicit.

Ita monachus qui nullam habens administrationem intromiserit se, & male dispensauerit aliqua bona monasterij, grauius peccat, quam monachus qui aliàs administrationem aliquam habens intromittit se ad administrandum in rebus illis in quibus non habet ius administrandi, & tamen peccatum simile est.

Cum ergo nunc iste monachus habens ius administrandi pecuniam istam ad suam sustentationem non haberet ius donandi eam absolute, nec dandi ad turpes vsus, vsurpat sibi ius, quod non habet: & ideo
H dare non potuit meretrici, & consequenter nec ipsa potuit effici domina, ideo tenebitur restituere monasterio, & non illi monacho sicut supra dictum est. Nec obstat, quòd dicebatur istam pecuniam monacho assignatam esse pro certo tempore, quia per hoc non efficiebatur adhuc Dominus. Vnde non poterat expendere eam in quoscunque vsus: etiam non fuit solum data ad certum tempus, sed etiam ad certum vsum, scilicet ad sustentationem suam, ideo non habebat ipse ius expendendi eam aliter: etiam quia licet daretur certa pecunia pro certo tempore poterat reuocari administratio illa quocunque tempore. Et ita monachus non haberet postea potesta-
I tem administrandi: ergo non receperat plenum ius ad administrandum pecuniam istam, sed sub certo modo.

Etiam patet, quia si data esset pecunia ista monacho pro certo tempore duntaxat, manifestum est, quòd finito tempore si aliquid de illa pecunia maneret non poterat expendere iam de illa, licet potuisset tempore non elapso totam illam pecuniam expendere, ita cum ad solam sustentationem suam acceperit istam pecuniam non potest aliquam partem eius dare meretrici, vel expendere in alios vsus, qui non continentur nomine sustentationis, & de reliqua sustentare se toto illo tempore. Et sic nullo modo potest meretrix retinere id, quod à monacho recepit. Hæc
K autem dicta sunt de eo, quod recepit mulier fornicaria à viro.

Si autem econtrario vir recipiat à muliere fornicaria, distingui potest sicut supra, & dicendum, quòd illa mulier aut est monialis, aut sęcularis, si monialis quidquid ab ea accipiat vir, tenetur restituere monasterio cuius illa est.

Potest tamen hic distingui, an illa habeat administrationem, vt quia est abbatissa, vel priorissa, vel non habet. Et vtroque modo dicetur sicut dicebatur supra de pecunia, quam suscipit meretrix a monacho habente administrationem, vel non habente. Hoc autem semper est generale, quòd recipiens à moniali fornicaria semper tenetur monasterio suo restituere,

quia

quia illa nihil proprium habere poteſt, licet hic poteſt diſtingui ſicut ſupra de monacho acquirente pecuniam, quam dedit meretrici per furtum, rapinam, vel oppreſſionem, aut fraudem, ſymoniam, vel viſurā, aut ſi forte aliquis dedit ei expreſſe pecuniam, vt ex hac ſibi fornicariam conduceret, quia iſta omnia poterunt eſſe in moniali, & dicetur ſicut ibi. Quicunque ergo à moniali acceperit tenetur reſtituere monaſterio, ſiue ſit clericus, ſiue laicus, quia dabit illud, quod accepit, vel ęquiualens. Et hoc eſt verum de perſonis, quæ ſunt ſui iuris.

Si autem dedit eis qui non ſui iuris, vt religioſo, vel ſeruo, vel filiofamilias.

Dicendum, quòd ſi iſta peruenerunt ad illos in quorū poteſtate iſti ſunt reſtitui debent, vt ſi id, quod accepit monachus à moniali fornicaria peruenit ad monaſterium cuius iſte eſt monachus, quia monaſterium tenetur reſtituere illi monaſterio cuius eſt monialis, quæ hoc dedit ſi adhuc res illa manet.

Si tamen non manet, ſed verſa eſt in vtilitatem monaſterij, debet ęquiualens reſtitui.

Si autem non manet, nec verſum eſt in vtilitatem monaſterij, perdet hoc illud monaſterium cuius erat monialis, quia monaſterium cuius eſt monachus nō tenetur pro delictis illius.

Idem de ſeruo ſi id, quod accepit à moniali peruenit ad dominum, vel non peruenit.

Idem etiam de filiofamilias ſi id, quod accepit à moniali peruenit ad patrem eius, vel non, quia dicendum eſt ſicut de monacho, & monaſterio. Hoc verum eſt ſi nullam adminiſtrationem habeant iſti, ſecus ſi habebant aliquod peculium, ſicut oſtendimus ſupra de ſeruo, & filiofamilias, quia tunc de illo peculio tenentur reſtituere ęquiualens ſi non habent id, quod acceperunt.

Si autem ſit mulier ſęcularis, aut eſt ſui iuris, aut non. Si non ſui iuris, aut eſt puella in poteſtate patris, vel tutorum, ſiue curatorum, aut vxor in poteſtate viri.

Si eſt puella tenetur reſtituere quidquid accepit ab ea, qui fornicabatur cum ea, quia ipſa nihil poſſidebat nec habebat adminiſtrationem alicuius rei. Ideo nec dare potuit, ſed reſtituendum eſt patri, vel tutori, aut curatori. Et quicunque receperit reſtituere tenetur, ſiue ſit ſui iuris, ſiue alieni. Et fiet ſicut ſupra dictum eſt de reſtitutione facienda monaſterio eius, quod acceptum eſt à moniali fornicaria, & vbicunque fornicator tenetur reſtituere id, quod accepit à fornicaria, debet fieri, ſicut ibi dictum eſt.

Si autem ſit vxor, quæ eſt in poteſtate viri, aut dedit aliquid fornicatori de bonis ꝓprijs viri, vel de bonis communibus, quæ acquiruntur conſtante matrimonio, vel dedit de bonis ſuis dotalibus, vel de bonis paraphernalibus.

Si de bonis viri eſt furtum, quia rem pure alienam dat, cuius nec vſus, nec proprietas pertinet ad eam. Ideo tenetur fornicator reſtituere viro cuius eſt vxor, vel facere, quòd perueniat ad eum. Si de bonis communibus eodem modo. Quia licet ſoluto matrimonio, ſecundùm leges humanas perueniant partim ad virum, & partim ad vxorem, vel ad hęredes eorum, tamen conſtante matrimonio tota adminiſtratio pertinet ad virum, ita vt poſſit libere donare. Ideo etiam furtum eſt ſi de his det vxor. Et dico furtum in foro conſcientiæ. Vnde non poteſt donare, nec fornicator acquirere poteſt, ideo tenetur reſtituere viro.

Si autem ſint bona dotalia quantum ad proprietatem pertinent ad vxorem, & tamen conſtante matrimonio adminiſtratio pertinet ad virum, & vſus fructus dotis eſt totus viri, quia ſuſtentat onera matri-

A monij. Vnde nihil poteſt dare ſine licentia viri, quia alias præiudicaret ei, cum tolleret ipſi vſum fructum illorum bonorum, quæ illa daret alteri. Non poteſt ergo donare, ideo tenetur fornicator reſtituere viro.

Si autē ſint bona paraphernalia habet vxor adminiſtrationem illorum, & ideo dicunt, quòd ſi dederit de illis adultero, non tenetur reſtituere, ſed efficitur dominus. Quæ autem ſint bona paraphernalia dicetur infra.

Si autem mulier ſit ſoluta, vt ſi ſit vidua, vel meretrix, aut quæcunque mulier, quæ ſub nullius poteſtate eſt, poteſt dare fornicario, quod voluerit, & ille nō tenetur reſtituere, quia per hoc, quòd illa donauit, effectus eſt ipſe dominus, quia ex tali cauſa non eſt in-

B iuſtum lucrum, licet ſit turpe.

Hæc autem omnia dicta ſunt, vt ſciatur quando meretrix tenetur ad reſtitutionem eorum, quæ de meretricio, vel fornicatione accepit, & quando poteſt ſibi retinere, & etiam quando vir accipiens à fornicaria aliquid, tenetur reſtituere illud vel tenere poteſt. Nam quando tenetur reſtituere non poteſt facere eleemoſynam de illo, quia eſt ęs alienum, & nō eſt in bonis eius.

Ad dandum tamē eleemoſynam requiritur, quòd dans ſit dominus, vel ſaltem habeat adminiſtrationē illius rei, ita quòd non poſſit ab eo repeti. Quando autem poteſt meretrix retinere id, quod accepit po-

C teſt etiam facere eleemoſynam de illo. Et ita generaliter eſt in omnibus lucris quantumcunque ſint turpia, quòd ſi poteſt retinere illa ſibi qui lucratus eſt, poteſt facere eleemoſynam de eis.

Ad argumentum in contrarium dicendum, quòd de meretricio eleemoſyna fieri poteſt, non poteſt tamen fieri de eo oblatio, id eſt ſacerdos non recipiet. Hoc autem eſt propter dignitatem rerum ſacratum, quia id, quod prouenit ex tam turpi actu quamuis iā licite poſſideatur indignū eſt applicari rebus diuinis.

Secundo fit, vt non videatur foueri in actu ſuo illicito. Quia ſi reciperentur oblationes eius, cum eſſent acquiſitę ex meretricio, videretur approbari meretricium: non ergo debent accipi.

D Tertio fit hoc ad ruborem, & confuſionem, vt cū viderit meretrix ſe deſpici, quia oblationes ſuę in Eccleſia non recipiuntur, confundetur de peccato ſuo. Et ſic citius reuertetur ad dominum. Et ſic interdum oblationes quorundam peccatorum non recipiūtur. Sicut ſi ſunt aliqui in manifeſto odio, & nolunt recōciliari, vel ſi aliqui opprimunt pauperes per ſolam violentiam. Non enim recipiuntur eorum oblationes 90. diſt. cap. Oblationes. Siquis etiam rapuit aliquid ab Eccleſia non recipitur oblatio eius 17. quæſt. 4. c. Miror. Illud autem intelligendum eſt, quòd non ſolum ſit, quia de peccato iſta acquiſita ſunt, ſed quia turpis eſt perſona, quæ illa acquiſiuit. Vnde ſi meretrix offerre velit aliquid, quod non ſit de meretricio

E acquiſitum, ſed alias proprijs manibus: etiam non recipietur in Eccleſia inter oblationes fidelium propter turpitudinem eius. Nam etiam illa in quibus non eſt peccatum ſi turpia ſunt non recipiuntur in oblatione Eccleſiæ, Deuteronomij 23. Non offeres mercedem proſtibuli, nec precium canis in domum Dei tui. Conſtat autem, quòd precium canis non eſt aliquid illicitum, & tamen quia eſt habitum de re turpi non recipitur in domo Domini. Ambo enim ſub eadem lege prohibentur. Et ſic propter eandem cauſam prohibentur, ſcilicet propter turpitudinem, & non propter peccatum. Vnde dicendum, quòd licet oblatio meretricis non recipiatur publice in Eccleſia à ſacerdote inter oblationes fidelium: Si tamen ipſa ſecrete aliquid offert ſacerdoti, vt oret Dominū

pro

pro ipsa, vt illuminet mentem eius, licet sacerdoti recipere illud, & pro ea orare. Quia multum differt. Nã quod datur sacerdoti in speciali non applicatur sacris, quia ad ipsum solum pertinet, & non consecratur de eo corpus, nec sanguis Domini, sicut de alijs oblationibus fidelium. Etiam non approbatur per hoc peccatum eius, cum non recipiatur publice oblatio eius inter oblationes fidelium, sed in secreto à sacerdote. Simile aliquid erat in veteri testamento, quia siquis gentilis offerre vellet sacerdotibus aliquod animal in templo, vt immolaretur Domino, sicut faciebant Iudæi, non recipiebatur de manu eius, Leu. 22. De manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, & quidquid aliud dare voluerit. Et tamen si gentilis daret pecuniam, vt inde emerentur sacrificia licebat sacerdotibus recipere pecuniam, & emere animalia, & offerre. Sic enim Seleucus Rex Asię de redditibus suis soluebat omnes sumptus pertinentes ad ministerium sacrificiorum. 2. Machab. 3. Darius etiam rex Persarũ dabat sumptus pro templo Domini ad sacrificia, vt oraretur ibi pro imperio suo, & filiorum suorum 1. Esdrę 6. Et sic apparet, quòd licet oblatio meretricis publicę non recipiatur, aliquo tamen modo recipitur. De eleemosyna tamen ab ea facta secus est, quia ibi non attenditur nisi releuatio defectus indigentis, ideo licet generaliter meretrici eleemosynam dare, & bonum sibi est. Sic tenetur 14. quæst. quinta, §. Quod vero in glo. Et extra de deci. Ex transmissa in glo.

An histriones, & mimi possint facere eleemosynam de acquisitis per istas artes. Quæst. XXXVIII.

QVAERITVR, an histriones, & mimi possint facere eleemosynam de sic acquisitis. Aliqui dicunt, quòd non, quia ista illicite acquisita sunt cum officium eorum sit improbatum. Dicendũ, quòd ad hoc, quòd detur eleemosyna de aliquo non est attendendum, an licite, vel illiçite fuerit acquisitum, dum tamen possit licite retineri, & non competat repetitio contra illud, & tñ acquisita per histriones, & mimos, licet turpiter acquirantur licite retinentur, nec cõpetit repetitio contra eos, ideo eleemosynam facere possunt de sic acquisitis. Ipsi tamen turpiter acquirunt, idest ex turpi officio, scilicet mentiendo, & adulando, & alia inhonesta faciendo, & ideo sunt infames 4. q. 1. c. Diffinimus, Vnde ibi prohibentur ab accusando, sicut cęteri infames. Et non solum ipsi, sed etiam illi qui adhęrent eis infames sunt. Si enim pueri præter voluntatẽ parentum mimis histrionibus, vel arenarijs se socient exhęredari possunt, vt in auct. cum de appellatio. cogno. §. causas col. 8. Isti etiam histriones, & mimi non possunt promoueri ad sacros ordines 33. dist. c. Maritum. Et etiam si confiteantur, dum tamen manent in officio isto non datur eis corpus Christi. De conse. dist. 2. cap. Pro dilectione. Et sic prohibetur omnibus peccatoribus publicis, quandiu sunt in peccato. Vnde isti reputantur tanquam publici peccatores, & vituperantur valde illi qui erudiunt aliquos ad istam artẽ. Nam dicuntur magistri puerorum perdendorum, & non erudiendorum eo. c. Vnde dare istis aliquid peccatum est, vt dicit August. super Ioan. & 86. dist. cap. Donare, scilicet Donare res suas histrionibus vitium est immane non virtus. An tñ istis possit dari eleemosyna, vel debeat dicetur inf. q. 67. Quantumcunque ergo vita istorum sit turpis, & lucrum de re turpi, quia tamen efficiuntur domini eorum, quæ lucrantur possunt eleemosynam facere, immo valde bonum est, vt Deus eos illuminet. Et est idem de eleemosyna istorum, sicut de eleemosyna meretricis,

F quia vterque turpiter acquirit iuste tamen possidet. Et hoc sufficit ad faciendum eleemosynam.

An de pecunia per symoniam acquisita possit fieri eleemosyna. Et quid de pecunia data pro ingressu monasterij. Quæst. XXXIX.

QVAERITVR, an de pecunia acquisita per symoniam possit fieri eleemosyna. Dicendum, quòd circa istam pecuniam dubitant quidam an acquirens efficiatur Dominus, vel non. & tamen nemo dubitat quin competat repetitio. Et tamen secundùm veritatem dicendum, quòd non efficitur Dominus ipse suscipiens, sed mox vt datur pecunia symoniace pertinet ad Ecclesiam. G Et non potest retinere eam suscipiens sine graui periculo animæ extra de symo. cap. De hoc. Et tamen dato, quòd transiret dominium in recipientem cum competat repetitio contra eum, non potest fieri eleemosyna de hac pecunia, quia determinate est debita Ecclesiæ. Ad hoc tamẽ quòd quis possit facere eleemosynam de re necesse est, quòd sit Dominus rei, vel saltem habeat administrationem eius liberam, aut saltem extendentem se ad hoc, & non competat repetitio contra illum à quo ista administratio concessa est. Quod dicitur propter monasterium, quia si aliquis monachus recepit à monasterio bona aliqua, quæ possit dare in eleemosynam poterit illa dare, nõ tamen est dominus. Et etiam prohiberi potest da- H re. Et tamen contra monasterium à quo recepit istã administrationem non competit repetitio istius pecunię, quia est propria monasterij, & dante monacho dat monasterium cuius auctoritate ille dat. In pecunia autem symoniace acquisita non est sic, quia ille qui accepit, vel acquisiuit non est dominus, nec administrator, ideo non potest facere eleemosynam de ea.

Sed dicendum, quòd ista pecunia restituenda est Ecclesiæ in cuius detrimentum data est. Extra de symon. cap. De hoc etiam cap. Audiuimus & cap. consulere. Et dicitur dari in præiudicium alicuius Ecclesiæ, vt siquis voluit obtinere beneficium in aliqua Ec- I clesia per symoniam erat in præiudicium illius Ecclesiæ, quia non erat dignum, quòd talis haberet ibi beneficium, ideo quidquid dedit, vt beneficium obtineret, debet recipiens restituere illi Ecclesiæ in qua iste volebat beneficium obtinere. Si autem sit quis symoniacus in ordine, scilicet, quia promotus est per symoniam, vt posset in aliqua Ecclesia ministrare, dabitur pecunia symoniaca illi Ecclesiæ in qua ministrare voluit. Si autem promotus est symoniace non, vt in aliqua speciali Ecclesia ministraret, sed vt aliquando ministrare posset seu obtinere beneficium hic, vel ibi, tunc debet pecunia symoniaca dari Ecclesiæ cathedrali de cuius diœcesi est iste qui promotus est. Et sic generaliter cum symonia qualitercunque K committatur sit semper in rebus spiritualibus, & cõsequenter semper sit in præiudicium Ecclesiæ, debet pecunia restitui Ecclesiæ in cuius præiudicio recepta est. Et idem est siquis pro collatione sacramẽtorum pecuniam symoniace recepit, tenetur restituere illi Ecclesiæ in qua taliter sacramenta data sunt. Et nunquam restituitur pecunia danti eam eo, quòd turpiter dedit, & in detestationem criminis sui perdit illam, & datur Ecclesiæ.

Sed obijcietur, quia extra de symon. c. Veniens. dedit quidam pecuniam, vt reciperetur in monasterio, & postea restituitur ei, & transit ad aliud monasteriũ.

Dicendum, quòd hoc factum est, quia totum monasterium deliquit, quia abbas recepit ibi decem solidos,

dos, & conuentus triginta, & familia decem, & sic totum monasterium deliquit, & non est dignum, quòd ecclesia cum delicto lucretur, quia aliàs consequerẽtur isti monachi ex delicto suo pręmium, & ex eodẽ facto competeret eis pęna, & pręmium: pęna, scilicet quia symoniam commiserũt, pręmium autem, quia lucrantur id, quod habuerunt per symoniam. Et tamen non debet quis ex eodem negocio consequi pęnam, & pręmium: cum idem factum non possit esse bonum, & malum. Etiam tale lucrum non debet habere ecclesia, quia non possent clerici, vel monachi pęnitere, nisi restituerent, quod sic acceperunt. Et sic dicitur, quòd quia totum monasterium peccauit pecunia restituitur danti, & non manet pęnes monasterium. Secus autem si solus abbas, vel aliquis de monasterio deliquisset in hoc, quia tunc pecunia maneret ipsi monasterio cui data est, vel in quod volebat B ingredi iste, qui illam dedit. Pro hoc tamen distinguendum, quòd quando pecunia sic datur, aut datur alicui ecclesię seculari, idest personis eius, vt obtineat quis ibi administrationem, vel beneficium, aut ordinem, vel aliquod sacramentum, vel datur alicui monasterio. Si primo modo, aut illa pecunia datur omnibus personis ecclesię, scilicet Episcopo, & capitulo vel datur aliquibus specialiter. si omnibus dicitur, quòd debet ecclesię applicari, & omnes, qui erant in illa ecclesia sunt remouendi ab ea. Si autem datur specialiter aliquibus, vt soli prę lato, vel aliquibus de capitulo, aut de ecclesia, non capitulariter, pecunia debe- C tur ecclesię, & prę latus solus, vel illi, qui receperunt debent puniri, vt symoniaci. Si autem sit monasterium, in quod voluit aliquis ingredi data pecunia, nõ potest manere in illo, vt extra de symon. capitulo Quoniam symoniaca. Et tunc, aut iste vult intrare in aliud monasterium, vtpote si nondum est professus, & est in libertate sua manere in ordine, vel non manere. Et si vult intrare, vel forte si compellitur, vt si erat iam professus, pecunia dabitur illi monasterio, ad quod transit, vt non sit onerosus illi monasterio. Et si forte sint aliqui redditus ad semper manentes, vel possessiones non cedẽt in vsum illius monasterij, nisi quandiu vixerit ille monachus, vt non sit onerosus D monasterio, eo autem mortuo redibit ad primum illa pecunia. Et hoc est verum, quoniam non deliquit totus conuentus, & abbas simul, vt in allegato capitulo Veniens, sed solus abbas, vel aliqui de conuentu, quia tunc cum ista pecunia fuerit data in pręiudiciũ istius monasterij, in quod voluit ingredi, et debebitur simpliciter licet viuente monacho illo dabitur monasterio, ad quod transit ne sit ei onerosus, & postea redibit ad primum: articulo vigesimoseptimo quæstione prima, capitul. Siquis rapuerit. Et decimosexto quæstione sexta, delapsis.

Si autem totum monasterium deliquit, vt in allegato capitulo Veniens, nunquam debet pecunia illa manere apud illud, sed dabitur illi monasterio ad quod trãsit monachus, & habebit illam in perpetuũ. E Si autem iste non vult manere in ordine, sed redire ad seculum, non debet sibi restitui pecunia quam dedit, quia turpiter dedit, sed manebit apud illud monasterium, in quod iste volebat ingredi, etiam si omnes de monasterio peccauerint, quia omnes illi poterunt tunc puniri, scilicet quòd trãsferantur ad alia monasteria arctiora. Extra de symo. Quoniam symoniaca. Nam quando dabatur pecunia ei, qui dederat illam non dabatur, nisi quia trãsibat ad aliud monasterium, vt in allegato capitulo Veniens. De hoc extra de symo. capitul. De hoc in glossa, & Hostien. in summa eodem titulo, quęstione vltima. Dicitur tamen in al- A legata glossa, quòd illi, qui recipiunt aliquid symoniace tenentur restituere illud duplicatum, vt in autem. de Sanct. Episcopi. §. Si vero laicus. Et extra de symo, capitulo. Audiuimus. Hoc tamen intelligendum est de eo, qui recepit aliquid per impressionem, vt si prę latus extorquet per symoniam aliquid ab ecclesia debet illud reddere duplicatum, vt in dicto capitulo. Audiuimus. Secus autem cum nihil extorquetur, sed recipitur oblatum, vel acceptatur promissum, quia tunc reddere id, quod susceptum est sufficit. Et verum est hoc, quando solum est extorsio. Secus autem si sit impressio, quę pertinet ad crimen cõcussionis, quia tunc quadruplicatum redditur decimaoctana distinctione, capitul. Quoniam quidem. Et prima quęstione prima, capitu. Concussionis, dicitur autem quis concutere, qui prætextu officij sibi commissi B comminando aliquid ab initio extorquet. ff. de concussi. l. prima, & secunda. Et vigesimatertia quęstione prima capitulo. Militare. Hęc omnia vera sunt in foro contentioso, scilicet quando quis conuincitur in iudicio. In foro autem pœnitentiali istę pęnę dupli, vel quadrupli locum non habent, sed sufficit, quòd restituatur oblatum, & damnum, quod irrogatum est. Et patet hoc, quia istę pęnę sunt impositę a lege, quia aliàs non obligarent naturaliter. Illa autem lex est fori contentiosi. Ideo non habet locum, nisi quãdo agitur in foro contentioso. Secus autem est restitui debita, vel damna, quia istud est de iure naturę: etiam re- C stitui pecuniam symoniacam, quia cum sit peccatum, & contra ius diuinum talem pecuniam retinere, obligamur in foro conscientię illam restituere, sicut dicitur extra de symoni. capitulo. De hoc. Non potest quis retinere pecuniam symoniacam sine graui periculo salutis suę, scilicet salutis ęternę, quia de temporali salute non potest intelligi. Si ergo restituerit quis, quod accepit symoniace absolutus est apud Deum, & in foro conscientię absoluendus est. Si tamen post hoc conueniretur, & iudicialiter conuinceretur de hoc crimine, cogeretur ad pęnam dupli, vel quadrupli non obstante absolutione facta in foro cõscientię, quia isti duo fori non se impediunt. Apparet ergo ex D prædictis, quòd de pecunia symoniace acquisita non potest fieri eleemosyna, sed debet restitui ecclesiæ in cuius præiudicium symonia commissa est.

Concussio quid sit.

An possit fieri eleemosyna ex lenocinio. Et Leno quis dicatur. Et tres modi lenocinij.
Quæst. XL.

QVAERITVR an de pecunia acquisita ex lenocinio possit fieri eleemosyna.

Dicendum, quòd idẽ est de lenocinio, sicut de meretricio. Acquirit enim turpiter leno, & tamen potest possidere licite, & tamen de eo, quod licite possidetur, potest eleemosyna fieri. Ideo fiet de lenocinio. Est autem lenocinium crimen, E quòd committit leno. Dicitur autem leno secundum leges humanas, qui adulterum, vel adulteram subijcit, idest procurat, quòd aliquis committat adulterium cum aliqua, vel aliqua, cum aliquo. vel ille, qui pro comperto stupro, siue adulterio pecuniam accepit, vel ille, qui damnatam de adulterio in vxorem duxit, vel qui quęstum ex adulterio vxoris fecit, idest qui tradidit vxorem suam alteri viro ad tempus pro pecunia ad fornicandum, vel qui depræhensam adulteram retinuit in vxorem etiam pœna lenocinij punitur. Et dicitur aliquo modo leno ille cuius opere, vel consilio, vel dolo malo factum est, vt depræhensi in adulterio pecunia, vel pactione aliqua se redimerent,

tent, vt.§.ad legem Iuliam, de adulterijs, lege secunda, & lege Castitati, & ff. eodem titulo, lege Is cuius, & lege Mariti. Est autem pœna lenocinij secundum leges humanas eadē, quæ in adulterio, vt. ff. de minori. lege auxilium. Et est quinquennium datum ad accusationem huius criminis. ff. eodem titulo, lege Mariti. §. Hoc quinquennium. Nos autem loquentes vulgariter lenocinium accipimus largius, & dicimus lenonem virum, vel fęminam cuius cōsilio, vel opere fit, aut procuratur, vt fęmina aliqua cognoscatur ab aliquo viro cuiuscunque conditionis sit illa, vel ēt vir.

Et in hoc accipitur largius, quam secundum legem humanam, quia si alicuius opere factum est, vt solutus cognosceret solutā, quæ in nullius potestate erat, nō est lenocinium, secundum legem humanam, qa lenocinium punitur, sicut adulterium, vt dictum est. Et tamen, quòd solutus cognoscat solutā, quæ in nullius potestate est, non habet pęnam secundum legem humanam, sicut nec meretricium. Et secundum hoc accipimus tres modos lenocinij.

Vnus est si vir det vxorem alteri cognoscendam pro pecunia, vel pater filiam, aut generaliter ille qui de iure habet personam aliquam in potestate sua, vt si tutores, vel curatores tradiderint eas quarum sunt tutores, & curatores. Et istud est grauissimum crimen etiam secundum leges humanas, & ad lenocinium pertinet. Propter hoc tamen non excusantur a peccato istę, quæ sic traduntur ad fornicandum, quia possunt aliquomodo repugnare.

Secundo modo est lenocinium si vir, vel fęmina procuret, vt aliqua fęmina cognoscatur ab aliquo viro siue sit soluta, siue non, & siue vir sit solutus siue non.

Tertio modo est lenocinium, quādo quis in potestate sua habet aliquas fęminas, quas pro quæstu tradit cognoscendas. Vt si quis emerit ancillas, & tradit illas cognoscendas, vel cogit eas dare sibi quęstum de fornicatione.

Et ad istum modum reducuntur illi, qui habent publicas meretrices sub defensione sua, & pro hoc ab eis pecuniam recipiunt: nam lenones illos solemus appellare. omnes isti grauiter peccant, & maxime illi, qui committūt lenocinium primo modo, & deinde illi, qui emunt ancillas, & cogunt eas se exponere fornicationi, vt inde sibi dēt lucrum. Est enim peccatum grauissimum. Alij autem licet minus peccent grauiter tamen peccant, quia etiam ipsi dicuntur fornicatores, quia eorum opere, & procuratione fornicatio fit. Sunt tamen potius auari, quam luxuriosi, quia propter pecuniam ista agunt. Omnes autem isti si aliquid acquirant ex hoc lenocinio turpiter acquirunt, quia de re turpissima, & est magis hoc prohibitum, quam meretricium inquantum potest magis euitari, quam meretricium. Quod tamen inde acquirūt efficitur eius qui acquirit, quia istud lucrum nō est prohibitum de iure, licet actus ex quo prouenit prohibitus est. Potest ergo eleemosyna fieri de tali lucro, cum non teneatur restituere illud alicui, qui sic acquisiuit.

An possit fieri eleemosyna de pecunia per Necromantiam, vel sortilegia acquisita. & per artes prohibitas. Et quæ sit pœna ciuilis maleficorum, & quæ canonica.

Quæst. XLI.

QVAERITVR an possit fieri eleemosyna de pecunia, quam quis acquisiuit per Necromantiam, & sortilegia, & per omnes artes prohibitas, scilicet vtendo eis, vel docendo illas.

F Dicendum, quòd vsus omnium istarum artium prohibitus est. Nam non licet alicui furta perquirere per artes sortiarias, nec obseruare aliquas diuinationes. Extra de sortile. capitulo In tabulis. Et non solū per istas artes prohibitas non licet inquirere furta, nec aliquas diuinationes, sed nec etiam per astrologiam, quę licita est eodem titulo, capitul. Ex tua. vbi dicitur de quodam, qui accessit ad locum priuatum cum quodam infami non, vt dęmonium inuocaret, sed vt aspiciēdo in astrolabio furtū cuiusdam ecclesię posset recuperare.

Et dicitur ibi, quòd licet bono zelo, & simplicitate hoc factum fuit: tamen grauissimum peccatum fuit, & non modicam maculam peccati contraxit. Et imponitur ibi pęnitentia vnius anni. Exercere ergo ista, vel docere peccatū est. Quia tn̄ lucrū inde acquisitū non vetatur per legē, efficitur dn̄s qui lucrat̄, & non competit contra eū repetitio, nec tenetur alicui restituere.

Potest ergo fieri eleemosyna ex illo, cum nihil requiratur ad posse facere eleemosynam, nisi ꝙ licite possideatur licet turpiter fuerit acquisitū, sicut dr̄. 14. q. 5. § Sed hoc multipliciter, l. ex malo acquirit̄, quod ex turpi causa possidetur, veluti cū Mathematicus ex arte, q̄ docet, vel ex futuris quę prenunciat, nonnulla lucratur. Quę vero sic de malo acquirunt̄ in bonū pn̄t conuerti. Et sic clare dr̄, ꝙ de istis pōt fieri eleemosyna, & bonū est illā fieri licet ad vitā ęternā non proficiat istis, qui manēt in hoc officio, quia graue peccatū est. Et non solū secundū legē diuinā, sed etiā secundū humanā ista prohibentur. Nam de lege diuina Moysi debebant isti occidi Exo. 22. Maleficos non patieris viuere. Omnia aūt genera maleficiorum detestatur Deus Deute. 18. Non inueniatur apud te, qui lustret filiū suū, aut filiā ducens p ignē, aut q ariolos sciscitet̄, & obseruet somnia atque auguria, nec sit maleficus, nec incātator, nec q phitones ꝯsulat, nec diuinos, & q̄rat a mortuis veritatē. Oīa hęc abominat̄ dn̄s, & Leui. 19. dr̄. Non augurabimini, nec obseruabitis somnia: nō declinetis ad magos, nec ab ariolis aliqd sciscitemini, vt polluamini p eos. Qui aūt habebant spiritū diuinandi lapidabantur Leui. 20. s. vir, siue mulier in qbus phitonicus, vel diuinationis fuerit spiritus morte moriant̄ lapidibus obruent eos. Sāguis eorū sit sup illos. Vnde magna laus fuit Iudęorum viuente Moyse, qa nō habuerunt ista genera diuinationum Nu. 23. Non est auguriū in Iacob, nec diuinatio in Israel. Ista etiam crimina grauiter puniunt̄. Et vocant̄ oēs isti Mathematici, & puniuntur oēs capitaliter. C. de malefi. l. Nemo. Et nullus, debet tales artes docere, nec addiscere. C. de malefi. l. Culpa. l. Culpa simul est tam prohibita discere, q̄ docere. Et tales reputant̄ valde periculosi, qa arte dęmonū pn̄t multa mala facere Deo permittēte. Ideo sm̄ legē humanā vetātur accedere ad portas domus cuiuslibet, qa si accesserint cremabunt̄. Et nemo debet eos suscipere in domo sua, aut cōsulere eis, vel fauere, aliàs deportabit̄ ad exiliū, & bona eius publicabuntur, & ipse diuinator gladio ferietur. Codice de malefic. lege Nullus, & lege Nemo, & lege Culpa. Et si quis, per talem artem mulierem prouocauerit ad luxuriam, bestijs traditur lacerandus. Codice de malefi. lege Multi. Et quia istud crimen est valde detestabile, & inimicum reipublicę, & humanæ communicationi, & Deo valde repugnans, admittitur quilibet ad accusationem eius, sicut in crimine lęsę maiestatis, & crimine symoniæ, quia diuinam maiestatem offendunt. §. de malefic. lege & si excepta. nullus tamen debet propria auctoritate istos maleficos occidere, ne hoc prætextu vindicet se

quis

quis de inimico suo, & etiam quia præsumitur, ꝙ hoc faciat, ne ille maleficus publicet alios reos facinoris huius, siquis tamen occidat maleficum, nimēs labores hominum, s. ne ventorum, & grandinis lapidatione sternātur, vtpote quia inuenit quis maleficum actualiter inuocantem dęmones, & timuit ista inde ventura, si permittatur explere maleficia sua, iste non est dignus pœna, sed præmio, §. de malefic. l. eorum. Ista est pœna ſm leges humanas. Isti etiam puniuntur ſm legem canonicam, quia quærentibus aliquid per artes sortiarias, vel per quascūque diuinationes imponitur pęnitētia quadraginta dierum, extra de sortilegi. cap. in tabulis. Si tamen delictum istud sit notorium, denegatur istis Eucharistia, de consecr. dist. 2. cap. pro dilectione, & si sit persona ecclesiastica detruditur in monasterium, & deponitur, si autem laicus est, excōmunicatur, & hoc verum est, quando pœnitentiam sibi impositam agere contemnit: nam tūc ab excommunicatione incipiendum est, 26. q. 5. cap. siquis clericus. Et si adhuc contemnat, debet pœna augmentari, & sic intelligitur 26 q. 5. cap. non oportet, & cap. siquis Episcopus, aut presbyter, & cap. aliquanti, & 26. q. 7. cap. admoneant. & hoc verum est in liberis. Si autem sint laici, & serui, verberibus castigātur, si autem sunt liberi, incarcerantur, 26. q. 5. contra idolorum. Istos autem maleficos cuiuscunq; conditionis potest Episcopus turpiter dehonestare, & de Episcopatu suo eijcere. Et hoc facere debet, 26. q. 5. cap. Episcopi. Potest autem eos decaluare, i. vestes, & capillos ante, & retro incidere ad ignominiam ipsorum, sicut est consuetudo in quibusdam locis, & de hoc intelligitur 32. q. 1. cap. de benedicto. Sunt autem omnes isti infames, 2. q. 8. cap. quisquis. Vnde vocatur infamis ille, qui iuit ad inquirendum furtum, per astrolabium, s. quia exercuit diuinationem illam, extra de sortileg. cap. ex tuarum. Et istud verum est, quātum ad omnes artes prohibitas. Astrologia autem licet non sit prohibita, tamen quantum ad quædam iudicia sua multum particularia, vt de furtis, & de rebus amissis, & similibus est prohibita. Et sic clericus qui pro furto facto in Ecclesia consuluit astrologum, & per astrolabium conatus est inuenire furtum, per annum pęnitet, & interim ab altaris ministerio potest cogi abstinere, vt in alleg. cap. ex tuarum. De his Hostiē. in summa tit. de magi. q. 3. & tit. de sortil. q. vlti. His tamen non obstantibus cum pecunia acquisita per istas artes possit licite possideri, quāuuis acquiratur turpiter, potest fieri eleemosyna de illo, vt dictum est.

An de re inuenta possit fieri eleemosyna Et cuius sit thesaurus de nouo inuentus. Et quomodo constet aliquid haberi pro derelicto, & quibus signis cognoscatur.
Quæst. XLII.

QVAERETVR an de re inuenta possit fieri eleemosyna, vel fieri oporteat. Dicunt quidam, ꝙ non potest, quia debet restitui, vt ait August. in quadam homilia, & 14. q. 5. cap. siquid inuenisti, scilicet, siquid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti. Ex rapina tamen non potest fieri eleemosyna, ergo nec de re inuenta.

Dicendum, quòd de re inuenta aliquando non possumus facere eleemosynam, sed tenemur restituere. Aliquādo autem eleemosynam facere possumus, sed non tenemur, aliquando autem tenemur illam dare in eleemosynam. Et hoc est secundum conditionem rei, quæ inuenitur. Pro quo distinguit Sanctus Tho. secunda secundæ q. 66. artic. 5. in solutione secundi argumenti, ꝙ eorum quæ inueniuntur, quædam sunt quæ nunq̃ fuerunt in bonis alicuius, sicut lapilli, & gemmæ, quæ inueniuntur in litore maris. Et idem est de venis metallorum, quæ inueniuntur in visceribus terræ, quia ista nunquam possessa fuerunt ab aliquo. Et talia primo occupanti conceduntur, & per occupationem acquiritur dominium ipsorū. Et eadem ratio est de thesauris, antiquo tempore sub terra occultatis, quorum nō est aliquis possessor, nisi ꝙ secundum leges ciuiles tenetur inuentor dare domino medietatem, si inuenit in agro alieno. Quædam autem res inuentæ erant de propinquo in bonis alicuius. Et tunc siquis accipiat eas, non animo retinendi, sed restituendi domino earum, qui non habet illas pro derelictis, non committit furtum. Et similiter si pro derelictis habeantur, & hoc credat inuentor, licet sibi retineat, non committit furtum. Alias autem peccatum furti committitur, vt August. dicit 14. q. 5. cap. siquid inuenisti. Aliam autem distinctionem valde bonam, & magis limitatam circa hoc ponit Glo. 14. q. 5. cap. siquid inuenisti. dicens, ꝙ si inueni rem aliquam habitam pro derelicto, licet intendam eam furari, nō tamen committo furtum. Hoc intellige, prout furtum nominat crimen ſm leges humanas, ſm quas nō pōt quis furari, nisi ꝙ alicuius est cum sit furtum contrectatio rei alienæ. Quod autem pro derelicto habetᷓ, nullius est. Et tamen in foro cōscientiæ furtū iudicabitur, quia vt dicit August. Deus interrogat cor, & nō manū, 14. q. 5. cap. siquid inuenisti. Et cum iste agat cōtra conscientiam, necesse est, ꝙ peccet, quia quod nō est ex fide, peccatū est, ad Rom. 14 dicit vlterius, eadē Glo. Item si non habetur pro derelicto, & credo tamē ꝙ habeatur pro derelicto, similiter non cōmitto furtum. Hoc intelligē de furto, quod est crimen ſm legē humanā. Sicut etiā si accipio rem, quā scio rem alienā, & credo dominū permissurū, non cōmitto furtū. Illud tamen non excusat, quin tenear ad restitutionē rei inuentæ, si postea mihi constiterit non fuisse habitam pro derelicto. Dicit etiā Glo. Si autē nec habetur pro derelicto, nec credas, ꝙ habeatur, si eo animo accipis, vt domino restituas nō committis furtum. Hoc tamen in libello debes protestari. Hoc totum patet ff. de fur. l. falsus, §. qui alienum. Item siquis inuenit thesaurum in agro, vel possessione propria, statim fit ipsius inuentoris. Si vero in agro alieno, si inuenit a casu cum non quæreret, medietas fit inuentoris, & medietas dñi agri. Si aūt non a casu, sed studiose quęrebat thesaurū, & inuenit eum in loco alterius, totus est dñi ipsius agri. Si aūt thesaurus inuentus est in loco sacro, vel religioso, i. in loco publico, vt in via, vel alijs locis publicis, & hoc casu fortuito, totus est ipsius inuentoris, vt Instit. de re. diui. § thesauros, & §. de thesaur. lib. 10. l. nemo.

Hæc autem posita sunt, vt videatur quando res inuenta pertinet ad inuentorem, & quando non. Nam si inuenitur res, quæ in nullius bonis sit, nec vnquàm fuerit, sicut gemmæ, & lapilli in litore maris efficitur verus dominus, qui inuenit, & potest facere eleemosynam de illis. Non tamen tenetur potius de illis facere eleemosynam, quàm de rebus proprijs, quia illę ad nullum pertinent, nisi ad ipsum. Si autem inueniatur res, quæ aliquando fuit in bonis alicuius, nunc vero in nullius bonis est, sicut thesauri antiquissimi, de quibus manifeste constat, quòd humator, & hæredes eius defuncti sunt, & nemo superest, qui curam habeat de illo, nec notinam, illa transit in dominium inuenientis, quia non habet alium dominum. Et hoc secundum distinctionem suprapositam, quia aliquādo thesauri sic inuenti, pertinent totaliter ad inuenientem, & aliquando pro medietate, & interdum nihil de eis, si nihil de illis prouēniat, sibi nō potest facere eleemosy-

nam de thesauro illo, sed tenetur integrum dare ei ad quem de iure pertinet, scilicet, domino agri. Eodem modo si medietas pertineat ad dominum agri, illam integram tenetur sibi dare. Et si de illa dederit eleemosynam committit furtum, & tenetur æquale restituere, sicut qui de re aliena dat eleemosynam. Si autem totus thesaurus proueniat inuentori, efficitur dominus illius, & ideo de illo toto, vel de medietate, q̃ in alio casu sibi proueniebat, eleemosynas potest facere, non tamen tenetur, sicut diximus de rebus inuẽtis, quæ nunquam fuerant in bonis alicuius. Aliæ aũt res inueniuntur, de quibus apparet, ꝙ fuerunt aliquãdo in bonis alicuius, vtpote quæ sunt res fabricatæ ab homine, vel pertinentes ad humanos vsus. Et apparet ꝙ non est multũ tp̃s ꝙ fuerint in bonis alicuius. Quod potest cognosci ex loco inuentionis, vt si inueniatur in via, vel in locis, per quæ solent homines transire. Patet etiam ex cõditione rerum, s. nouitate, vel vetustate rubiginosa, quæ indicat a multo tempore non fuisse res illas in vsu hominum, vel fuisse a pauco tempore. Et generaliter omnia, quæ sub terra inueniũtur in locis non secretis, vel sequestratis ab humana conuersatione præsumi debent a pauco tempore fuisse in bonis alicuius. Et tunc de istis sic inuentis, aut constat ꝙ pro derelicto habentur, aut non constat. Si constat efficiuntur ipsius occupantis. ff. pro delic. l. 1. Hoc autem potest cõstare, vt si quis vidit ꝙ aliquis rem suam abiecit, vel expulit animal suum de domo nollẽs iam illud possidere, & tũc potest illud occupare, tanquàm proprium. Et si postea pœniteat dominum quòd rem suam abiecit non potest repetere, quia desijt esse dominus habendo illam pro derelicto. Et hoc non solum est in foro contentioso, sed etiam in foro conscientiæ. Securius tamen est reddere illi si petat, quia poterat esse quòd abiecisset eam calore iracundiæ, & non animo habendi eam pro derelicto. Et sic nõ perdebat dominiũ. Si tamen omnino constaret, ꝙ animo nõ possidendi abiecisset eam, securum esset etiam in foro conscientiæ non restituere illi rem, postea petenti cum iam nullum ius habeat. Sicut si quis donauit sponte, etiam si postea repetat, non tenetur donatarius restituere rem donatam, quia per donationem donator abdicauit a se dominium, & transtulit in donatarium. Alijs etiam modis potest constare rem haberi pro derelicto. Et quomodocunque constet, efficitur res occupãtis, & põt de illa dare eleemosynam, sed non tenetur, nisi sicut de rebus proprijs. Si autem non constet, an habeatur res pro derelicto, nec est ad hoc aliquod signum probabile, debet præsumere inueniens, quòd non habetur pro derelicto, sed quòd perdita est. Et tunc aut scit quis est qui perdidit, aut non, si scit tenetur restituere alioquin committit furtum. Sic intelligitur dictum August. 14. quæst. 5. cap. si quid inuenisti, & non reddidisti rapuisti. Si autem nescit dominum, tunc tenetur publice facere denunciari per præconem, vel per Ecclesias illius loci in quo vel apud quem res inuenta est. Et si inueniatur Dominus restituenda est ei. Si autem non inuenitur potest inueniens cum consilio, & auctoritate sui confessoris retinere sibi rem illam, si est pauper, & egens, & orabit Dominum pro illo cuius fuit.

Si autem non est pauper erogabit pauperibus, sic dicit Raymundus in su. lib. 2. tit. de furtis. Dicit tamen glo. supra Raymundum, ꝙ attendendum est, an superior in illa diœcesi, reseruauerit sibi dispensationem rerum inuentarum, quia tunc ad illius mandatum disponendũ est de re. Dicit tamen Host. in sum. tit. de pœni. quòd antequàm res inuenta restituatur domino si dubiũ est cuius sit, certificari debet inuentor per circunstantias rei, q̃a alias multi possent eam petere,

F tanquàm domini. Et ideo quantum ad hoc debet se caute hẽre inuẽtor, q̃n facit publicari rem perditã, vt nemo possit dicere rẽ esse suã, nisi ille cuius est. Quod fiet si inuẽtor dicet se inuenisse aliquid, & non nominat illud, vel si nominat, & subticet oẽs circunstantias particulares, & non det nisi ei, qui oẽs illas agnouerit, quia istud est signum satis euidens, ꝙ res sit istius. Hæc aũt oĩa sunt, q̃n putatur rem nõ esse habitam pro derelicto. Si tñ credatur oĩno rem pro derelicto habitã statim efficitur inuenientis. Et nõ est necessariũ q̃rere dñm publicando rem, q̃a res habita pro derelicto nõ est perdita. An tñ habeatur res ꝓ derelicto, q̃ inuenta est, põt cognosci ex aliquibus signis. Vnũ est ex cõditione rei. Si enim res pretiosa est, nunquã debet putari, quòd habeatur pro derelicto, quia talia nemo abijcit, sed possidet, vel donat. Res etiã quæ faciliter portari põt, si alicuius valoris est, nunq̃ debet præsumi, ꝙ habeatur pro derelicto, sicut aurum, & argentum, & quæcunq; moneta. Res autem illæ, quæ inutiles sunt, haberi possunt pro derelicto, vt animalia morbosa, moribunda, & aliæ res, in quarum possessione maior est difficultas, quam vtilitas. Talia enim si inueniantur possunt præsumi haberi pro derelicto. Alio modo potest hoc cognosci ex loco in quo inuenitur res. Si quis enim in mari, vel in litore inueniat rem, quæ eiecta est de naui, causa alleuiandi nõ debet putare, quòd habeatur pro derelicta, quia ea, quæ alleuiandæ nauis causa iactantur in mare, non habentur pro derelictis,

H quia non iactantur, vt non possideantur, sed quia possidens vult se saluare, sic dicit Host. in sum. tit. de causa possess. & propriet. §. primo, ver. item per inuentionem. Et hoc modo dicendum est, ꝙ si quis portabat magna onera in via, & nõ potens vltra ferre reliquit. Vel si fugiens hostes nõ potuit res suas portare, & dimittit in via, licet putet, ꝙ non inueniet illas, quando postea redierit, vel ꝙ forte nunq̃ habebit eas, non dꝫ habere eas pro derelictis. Si tamen velit habere, & conetur ꝙ potest ad habendum, quia ẽt ille qui proiecit merces in mare, causa alleuiandi nauem, non putat ꝙ poterit eas recuperare, & tamen nõ habet eas pro derelictis, ita ergo hic ẽt ex dispositione rei inuentæ põt cognosci, quia si quis inueniat librum bene inuolutũ,

I & complicatum non debet præsumi, ꝙ fuit iactatus ꝓ derelicto. Secus aũt si inueniretur apertus, vel aliqualiter laceratus. Et sic de alijs qualitatibus rerũ inuentarũ, de his Insti. de rerũ diui. §. vlti. & Host. in summa vbi supra. Si autem non appareant in re manifesta signa, vt putetur esse derelicta, debet præsumi, ꝙ nõ est derelicta, & fiet, ꝙ supra dictum est. Sed dicetur quid si postq̃ aliquis inuenta re publicauit eam, & non inuento domino dedit illam pauperibus, si postea appareat dominus quid enim fiet? Dicendum, quòd iste non tenetur sibi restituere aliquid, quia si pauperibus dedit, egit secundum ius, etiam quia egit auctoritate iudicis, scilicet, confessoris, qui quãtum ad hoc habet auctoritatem, vel auctoritate Episcopi si ipse reserua-

K uerat sibi dispositionem rerum inuentarum. Nã contra id, quod factum est auctoritate iuris, non competit repetitio, aut aliqua actio, maxime quia iste non tenebatur expectare longo tempore dominum, sed potius re inuenta mox ista facere auctoritate confessoris, vel Episcopi, quia alias si aliquo tempore retineret illam, non habens animum faciendi istud, esset in peccato. Hoc autem verum est si res illa consumpta est, vt si erat pecunia. Secus autem si maneat adhuc apud illos pauperes, quibus data est, quia tunc repetere potest eam ille, cuius est cum pauperes non potuerunt acquirere dominium in re aliena. Si tamen inueniatur apud alium, qui illam emit, quando vendebatur, vt daretur pecunia pauperibus

peribus

peribus repeti non potest, quia iste emit auctoritate iuris cum ius censeat rem esse derelictam, vel non esse dominum, quando non inuenitur faciendo solennitatem publicationis. Et sic non competit actio ei qui fuit dominus contra eum, qui nunc possidet.

Secus autem si iste emisset publice rem illam perditam, non factis solennitatibus istis, quia tunc licet non reputaretur fur, perderet tamen rem quandocunque appareret dominus. Nunc autem quia auctoritate iuris, & iudicis emit, quando iam nõ putabatur aliquis esse dominus, non competit actio contra eum, quia etiam si appareat ille, qui quondam fuit dominus auctoritate iuris, perdit dominium, sicut fit in præscripti. & vsucapionibus.

Idem etiam est si iste qui inuenit rem erat pauper, & ex consilio, & auctoritate confessoris, vel Episcopi accepit illam rem pro se, vt oraret pro eo cuius fuerat, quia si res manet adhuc apud istum tenebitur dare illam domino comparenti. Si autem iam expendit eam, non tenetur æquale reddere cum auctoritate iuris, & iudicis fuerit de illa dispositum, sicut quando data erat alijs pauperibus. Si tamen aliquis inuenit rem quam putauit haberi pro derelicto, & postea apparet dominus, qui illam repetat, tenetur dare si habet, quia tunc apparet eam non fuisse derelictam. Et si eam expenderit, vel vendiderit, tenetur æquale reddere, quia rem non suam expendit, præter formam iuris. hoc autem verum est, nisi expresse constaret, q̃ ille habuit eam pro derelicto, & nunc pœnitens repetit illam, quia tunc non tenetur in foro conscientiæ, nec in contentioso illam sibi reddere, si hoc constat, ita faciendum est de rebus inuentis. Aliqui tamen putant, ꝙ non teneatur restituere res inuentas, quia dicunt ꝙ Deus illas sibi dedit, quos increpat Hierony. super Leuit. & 14. q. 1. cap. multi, s. multi sine peccato putant, si alienum quod inuenerint, teneant, & dicũt, Deus mihi dedit cui habeo reddere? Discant ergo hoc peccatum simile esse rapinæ, siquis inuenta non reddat. Vnde isti stulte putant asserentes suum esse, ꝙ inueniunt, quia quilibet debet scire id, quod suum non est ad alios pertinere, §. vnde vi, l. cum quærebatur.

An de pecunia acquisita ex venatione possit fieri eleemosyna. Et quomodo venatio sit prohibita, & quibus personis. Et quòd multiplex sit. Quæst. XLIII.

QVAERETVR an de pecunia acquisita ex venatione possit fieri eleemosyna. Dicendum, ꝙ venatio aliquando est licita, & aliquando non. Quando est licita, manifestum est, ꝙ potest fieri eleemosyna de pecunia inde acquisita, quando autem est illicita, dicendum ꝙ licet ipsa sit prohibita, lucrum tamen inde acquisitum non est semper prohibitũ, ideo potest de illo fieri eleemosyna. Pro quo sciendum, ꝙ venatio est prohibita quibusdam personis, s. clericis. Nã generaliter non licet eis venari. Vnde Episcopus, vel presbyter, aut diaconus, qui habet canes, vel accipitres, vel alias aues ad venandum, & sæpe hoc exercet punitur, quia Episcopus tribus mensibus priuatur communione, presbyter autẽ duobus mensibus, diaconus vero suspenditur ab omni officio, extra de clerico vena. cap. Episcopũ. Et generaliter omnibus seruis Dei venationes, & vagationes syluaticæ cum canibus, & habere animalia ad hoc prohibitæ sunt, eod. tit. cap. omnibus. Et istud est prohibitum generaliter in presbyteris, & diaconis, nisi causa recreationis, vel alicuius necessitatis. Et hoc raro, quia si sæpe fecerint, non licet cum tũc agant propter delectationem: nam in allegato cap. Episcopum dicitur siquis talium personarum in hac voluptate sæpius detentus fuerit,

A quod verum est nisi in Episcopo, quia illi nunquam licet venari 34. di. cap. Quorundam. Et quod dictum est in clericis licere sibi aliquando venationem est verum, dum tamen non sit clamosa 86. di. cap. an putatis. Est etiam prohibita venatio respectu quorundam temporum, quia in quadragesima, & diebus ieiuniorum non licet venari, vt ait Ambros. in homilia de Quadragesima, & 86. distinct. cap. quid prodest, s. quid prodest ieiunare visceribus, & luxuriari venatibus? abstinere a cibis, & errare peccatis? idem patet eadem distinct. cap. an putatis, s. an putatis illum ieiunare, qui primo diluculo non ad Ecclesiam vigilat, sed surgens conuocat seruulos, disponit retia, canes conducit saltus syluasque perlustrat, & seruulos secum trahit fortassis ad ecclesiam magis festinantes, & voluptatibus suis peccata accumulat aliena. Hoc intelligitur de venatione, quæ fit propter delectationem.

B Secus autem siquis laicus non habens aliud vnde viuat, vel per hoc principaliter victum quærẽs tempore ieiuniorum venetur, quia hoc non est illicitum. Nã hic sola voluptas prohibetur cum dicatur, & voluptatibus suis peccata accumulat aliena, hoc verũ est, nisi per accidens propter venationem impediretur quis ire ad Ecclesiam tempore quo tenetur, quia tunc nõ solum venatio, sed quicunque alius actus esset peccatum. Venari aũt propter delectationẽ ẽt laicis in Quadragesima est illicitum, quibus alio tempore esset licitum. Et hoc, q̃a diebus ieiuniorum non sunt quærendæ voluptates, sed affligendũ est corpus, iõ Isa. 58. Vbi

C Deus reprobat ieiunium Iudęorũ dicitur. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, i. facitis, quod vobis placet. Et dicitur infra, Nolite ieiunare, sicut vsque ad hãc diem ieiunastis, vt audiatur in excelso clamor vester. Venatio autem in tantum est prohibita clericis, ꝙ non solum venari, sed etiam dare aliquid venatoribus est in eis vituperabile, vt ait August. sup Psalmos, & 86. distin. qui venatoribus etiam delectari videndo venatorem est in eis increpabile, eadem dist. cap. vident, s. vident homines venatorem, & delectantur. Væ miseris si se non correxerint. Qui enim vident venatorem, & delectantur, videbunt Saluatorem, & tristabuntur. Et tamen nemo tristabitur videndo

D Christum, nisi qui fuerit in peccato mortali. Hoc autem intelligitur de venatoribus in venatione arenaria, scilicet, quando quis pugnat cum bestia dentata, quia hoc est detestabile, vt infra dicetur.

Alij autem venatores nõ tantum vituperantur, & tamen totum officium venandi quomodocunq; fiat non põt oĩno euitare culpã. vnde viri sancti nulli leguntur habuisse officiũ venãdi, licet multa alia habuerint, sic dicit Hierony. super Psalmos, & 86. distin. cap. Esau, l. Esau erat venator, q̃m peccator erat, & penitus non inuenimus in scripturis sanctis sanctum aliquem venatorem, piscatores autem inuenimus sanctos Idem 34. distinct. cap. quorundam.

E Si autem obijciatur de Eustachio, qui fuit sanctus, & venator, dicit glo. in alleg. cap. Esau, & cap. quorundam. venatorem existentem venatorem, scilicet, quia postquàm desinit esse venator, potest esse Sãctus. Pro hoc autem considerandum, ꝙ venatio est multiplex.

Quædam enim est oppressiua hominũ, sic dicitur Genes. 10. quòd Nemrot erat robustus venator corã Domino, idest, oppressor hominum. Et ista venatio semper est illicita, 60. distinctio. §. his itaque lucrum etiam de ista venatione est illicitum, quia est lucrum de occisione hominum, & de hoc non fit eleemosyna, quia est de rapina, vel violentia.

Secunda venatio est adulatoria, quæ fit per verba. Et ista pertinet ad histriones, & mimos, & est prohibita, 86. dist. cap. qui venatoribus, & 46. dist. sunt non

nulli,& 6.quæstio, 1.sunt plurimi. An vero de pecunia acquisita de hac venatione liceat facere eleemosynam, dictum est quòd sic, licet acquiratur illicite cum possideatur licite, supra quæstio. 38. vbi agebatur de histrionibus.

Tertia venatio est, quę vocatur arenaria, & est quādo quis pugnat in arena cum bestia dentata, & ad hoc locat operas suas. Hanc qui exercet, peccat mortaliter, & qui eam conspicit, & qui exercet, est infamis, si locat ad hoc operas suas. Secus autem si hoc faciat causa virium experiendarum, ff. de postu. l. 1. §. item senatus. Et ista mala est, & ideo non licet dare aliquid talibus venatoribus, nec delectari videndo eos in venatione sua, quia peccat mortaliter, qui vadit ad videndum, vt innuit August. & habetur 86. dist. cap. vident, & cap. qui venatoribus, & 3. quæst. 7. §. tria, licet tamen ista venatio sit illicita, pecunia quę inde acquiritur, iuste possidetur. Ideo de ea potest fieri eleemosyna, non tamen proficit danti ad vitam æternam, quandiu manet in hoc officio, quia est in peccato mortali.

Quarta venatio est saltuosa, quæ fit in syluis, & saltibus. Et hæc licita est in seipsa. Potest tamen esse illicita ex tempore, vt si fiat in Quadragesima, vel diebus ieiuniorum, 86. distin. cap. quid prodest, & cap. an putatis, & 23 quæst. 8. cap. si nulla. Etiam potest esse illicita ex persona, vt clericis non licet venatio, licet secundum quosdam si pauper sit, licet ei, & tamen verum est, quod non licet etiam si sit pauper, vt 34. dist. cap. quorundam, quia potest aliàs victum quærere, vt faciendo cistas, & calathos, & retia, de consecr. dist. 5. cap. nunquàm. Ista autem est venatio, quæ est cum canibus vagando, & cum auibus, & ideo clericis non est licita. Laico tamen est licita propter necessitatem, vt pro carnibus, vel pellibus, & ista est quæ prohibetur clericis, extra de cler. vena. cap. Episcopum, & cap. omnibus. Venatio tamen quę est quieta, & sine clamore, vt ponere laqueum, vel rete, vbi nec est clamor, nec canes, & ista licita est clericis causa necessitatis, vel recreationis. Nam etiam monacho licitum est texere linum pro capiendis piscibus, vt de consecra. dist. 5. cap. nunquàm. Omnes ergo venationes sunt prohibitę clericis, præter istam quintam, quæ est quieta. Et ista etiam non debet ab eis exerceri causa voluptatis, sed interdum propter recreationem, vel propter necessitatem, idest, inopiam, vt si est pauper. In clamosa autem venatione, & syluatica, quæ fit vagando, semper peccant, & tamen pœna illa, quę habetur extra de clerico venatore, cap. Episcopum. non semper imponitur eis, sed solum quando sæpe, & propter voluptatem hoc fecerint. Et patet, quòd intelligatur de clamosa, & vagatiua, quia dicitur ibi de canibus, & accipitribus, de his 86. dist. cap. qui venatoribus, in glo. & extra de clerico venat. cap. Episcopum, in glo. De istis duabus venationibus, scilicet, saltuosa, cum clamore, & de quarta dicēdum est, quòd aut fiunt in locis prohibitis, scilicet, in locis alienis, aut in locis cōcessis ad venandum. Primo modo semper est peccatum, quia rapina est cū id, quòd pertinet specialiter ad aliquos homines, vel ad aliquas communitates, ab alijs accipitur. Et tunc de pecunia acquisita per talem venationem non potest fieri eleemosyna, sicut nec de pecunia acquisita ex rapina. Si autem in locis non prohibitis quis venetur, licet peccet venando forte propter conditionē temporis, vel personæ, aut aliàs quod tamen acquirit suum efficitur, ideo potest facere eleemosynam de eo. Est tamen venatio semper cum aliquali culpa, nisi sit in locis remotis, vt in syluis sine clamore, quia vix aliquis potest venari, quin noceat alijs, scilicet, accipiendo aliena, vel discurrendo per

F agros alienos, quod etiam malum est. Et propter hoc sancti viri non se dederunt huic occupationi, sicut piscationi, quia piscatio potest fieri sine alicuius detrimento, cum fiat in mari, vel flumine, venatio autem quæ fit in terra vix sine nocumento proximi exercetur, ideo dicitur quòd non legimus sanctos venatores, sed piscatores, 34. distinct. cap. quorundam, & 86. distinct. cap. Esau.

An iudex de pecunia sibi data ad male iudicandum possit facere eleemosynam, Et an sit idem in teste ad testificandum. Et quòd in male promissis rescindenda est fides. Aequiparanturque testis falsus, & occultans veritatem.

Quæst. XLIIII.

G QVAERITVR an de pecunia data iudici ad male iudicandum possit fieri eleemosyna. Dicendum, ꝙ aliquando tenetur iudex restituere ea quæ sibi dantur, & aliquando non. Cum autem tenetur restituere, non potest facere eleemosynam de receptis, quia ad alterum pertinent. Si autem potest retinere sibi, pōt facere eleemosynā, quia omne quod pōt licite possideri, pōt in eleemosynā dari, quāuis illicite fuerit acquisitū. Pro hoc sciendum, ꝙ iudici, aut datur pecunia, ꝙ bene iudicet, vel vt male iudicet, vel solum vt iudicet, vel non iudicet. Si primo modo, aut ille bene iudicat, aut male. Si male iudicat non potest retinere sibi pecuniam, quia illicite recepit eam, & ēt
H quia fecit contra pactum, s. quia non iudicauit iuste, sicut promiserat. Sic patet extra de simo. cap. dilectus. Vbi ille qui accepit pecuniam ab altero, ne vexaret eum, si postea eum vexat, compellitur pecuniam reddere. Si autem bene iudicauit, sicut promisit, tūc etiā potest pecunia repeti, & restitui ei qui dedit. Nam iudex non potest eam retinere, quia illicite accepit cum non liceat iudici vendere iustum iudicium, vt ait August. ad Macedonium, & 14. q. 5. cap. non sane, & 1. q. cap. inhibemus. Iste autem qui dedit, repetere potest eo ꝙ non dedit turpiter, quia non dedit vt corrumperet iudicem, sed vt quietem sibi conseruaret, s. ꝙ non moueretur iudex ad male iudicandum. Sic dicit August. in alleg. cap. non sane, s. Ille tamen solet male si-
I bi ablatam pecuniam repetere, qui iustum iudicium emit, quoniam venale esse non debuit. Et dicit ibi gl. arg. cōtra illos qui dicūt, si tibi dedi pecuniam, vt pro me iudicares in causa iusta, ꝙ non possum repetere pecuniam datam, vt ff. de condi. ob tur. causa, s. vt puta vbi talis potest repetere pecuniam, si non eo animo dedit, vt iudicem corrumpat. Nam si dat eo animo, vt ius, & quietem sibi conseruet, tunc potest repetere, vt patet extra de simo. cap. dilectus.

Si autem pecunia data est, vt iudex male iudicaret, aut iudicauit male, aut non. Si male iudicauit non potest iudex retinere pecuniam, quia turpiter recepit, & contra legem, & etiam contra legem iudicauit, licet pactum seruauerit, hoc tamen non iustificat actum
K suum cum potius debuisset pactum non seruare, vt ait Isidorus: In male promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum, 22. quæstione 4. cap. in malis. Ille tamen qui dedit pecuniam non debet eam recipere, quia inique dedit, s. ad corrumpēdum iudicem, sed debet dari ista pecunia illi in cuius præiudicium iudex corrumpebatur, ar. 17. q. 4. cap. si quis in atrio. Et sic dabitur aduersario contra quem iste litigabat. Si autem iudex bene iudicauit, etiam non debetur sibi pecunia, quia iustum iudicium vendere non licet, in allegato cap. non sane, etiam quia cōtra pactum egit, licet melius egit, faciendo contra pactum, quàm implendo, non tamen restituetur danti, quia turpiter dedit, sed aduersario suo vt dictum est.

Si autem accepit pecuniam solum, vt iudicaret, siue bene iudicet, siue male, non potest sibi retinere pecuniam, quia ex officio tenetur iudicare, & ideo pro eo pecuniam recipere non potest. Et hoc solet esse crimen concussionis si iudex pecuniam istam petat a partibus propter hoc quòd iudicat, vel ad hoc quòd iudicet, & tunc est pœna grauis, 1.q.1.cap.concussionis, & cap.quicunque. Si tamen pars sponte det iudice non petente, non est crimen concussionis, sed est munus. Et tunc potest esse quòd dat pars, vt cito iudicet iudex ne forte per longas dilationes cogat perire ius eius, aut vexet eum. Et tunc dans, licite dat, & tamen si iudex ex hac causa recipit turpiter recipit, & non potest licite retinere, quod suscepit, sed danti cōpetit repetitio. Si autem iudex accepit pecuniam, vt non iudicaret, siue iudicet, siue non iudicet, illicite accipit, quia tenetur iudicare, ideo non solum turpiter accipit, scilicet, quia est indebitum, sed etiam iniuste, quia accipit vt agat contra officium suum. Siue ergo iudicet, siue non, nunquā poterit licite retinere quod accepit, etiam qui dedit non potest repetere, quia illicite dedit, & turpiter, quia sicut tollitur ius partis directe male iudicando, ita indirecte tollitur nolendo aliquid iudicare. Ideo non competit repetitio sic danti, sicut etiam non competeret si dedisset iudici, vt male iudicaret, sed debet dari pecunia illi, in cuius præiudicium data est. Ista autem intelligenda sunt, quando petitur iudicialiter ista pecunia, quia tunc tenetur iudex restituere illi in cuius præiudicium data est. Si tamen non petatur, poterit dare iudex pauperibus, licet non vocabitur proprie eleemosyna, quia eleemosyna est aliquid voluntarium. Et tamen istud est necessarium, cum non liceat iudici istam pecuniam retinere, vt magis dicetur sequenti quæstione.

Idem autem est in teste si detur testi pecunia ad testificādum Nam testis potest recipere pecuniam pro expensis suis, si ducatur extra locum suum ad testificandum, vel si cogatur perdere operas propter testimonium perhibendum. Ipsum tamen testimonium vendere non potest, vt ait Aug. ad Macedonium, & 14.quæstio.5.cap.non sane. Vbi parificantur iudex, & testis, quia sicut iudex non debet vendere rectum iudicium, ita nec testis verum testimonium. Si ergo testis recipiat pecuniam, vt recte testificetur, siue vere, siue false testificetur, non potest retinere pecuniam, sed competit repetitio danti, quia non dedit turpiter, sed licite, vt forte, quia timuit quòd testis ille falsum testificaretur contra ipsum, nisi offerret sibi pecuniā, & est quasi redimere vexationem, vel comparare quietem, vt dicebatur supra in iudice. Siue ergo vere, siue false testificatur dans, potest repetere pecuniam. Si autem accipit pecuniam, vt false testificetur, non potest retinere eam, siue vere, vel false testificetur, quia turpiter, & iniuste accepit, danti tamen nō competit repetitio, sed ei contra quem producebatur iste testis. Si autem data est pecunia testi solum, vt testificaretur, licet præsumatur, quòd animo corrumpendi eum hoc fiat, quia tamen non apparet, præsumitur tanquàm munus testi, tamen non licet recipere hanc pecuniam, quia officium suum debet esse liberū. Nō enim potest vendere verum testimonium. Si autem datur ei pecunia, vt nō testificetur, turpiter, & iniuste accipit, quia per hoc perdit causam suam ille, pro quo testificaturus erat, & non potest retinere hanc pecuniam, danti tamen non competit repetitio, quia turpiter dedit, ac si dedisset, vt false testificaretur, licet nō sint omnino æqualia. Deterius tamen est dare pecuniam testi, vt non testificetur, quam dare pecuniam iudici, vt non iudicet, quia si iudex ille non iudicauerit, poterit recurri ad superiorem, & iudicabit, vel ha-

A beri poterunt remedia aliquā contra illum iudicem, vt cogatur iudicare, & si omnino nolit iudicare, alius iudex iudicabit. Si tamen testis nolit testificari, vel propter aliquas causas subtrahat se a testificando, omnino læditur litigans, quia forte non habebat nisi istū testem, vel si erāt duo, & iste se subtrahat, ille qui manet non facit plenam probationem. Et ita si sit in causis ciuilibus, & iste sit actor perdit totum ius suum, quia actore non probante absoluitur reus. Si autem sit causa criminalis, & accusator se inscripserit, & non probat, condemnatur ad talionem. Et hoc est grauius, & tunc vere est homicida ille, qui se subtrahit a testificando, si productus erat in testem. Et per hoc deficit probatio accusatoris, quia tunc punitur B capitaliter, sicut puniendus erat reus, si succumberet. Et propter hoc August. parificat istos duos, scilicet, falsum testem, & testem occultantem veritatem, vel subtrahentem se a testimonio, extra de crimine falsi, cap.falsidicus. Nunquàm ergo testis potest retinere pecuniam, quæ sibi datur pro testificatione. Et ideo nemo potest facere de illa eleemosynam, sed restituere tenetur, quod verum est; si petatur iudicialiter, si tamen non petatur poterit dare pauperibus, & per hoc non liberatur. Istud tamen non est proprie eleemosyna, quia non dat de suo, sed de alieno, & cogitur dare.

An de pecunia accepta ad occidendum aliquem sit facienda C *eleemosyna. Et quid in fructibus iis, qui ex beneficio proueniunt, agendum eo tempore, quo beneficiatus cessat a diuino officio. Et cui competat repetitio eorum, quæ non possunt retineri, eo quòd iniuste, & turpiter accipiuntur. Et an pœnæ legum humanarum obligent in foro pœnitentiali, & bene obligent in foro conscientiæ. Et quæ leges humanæ obligent, & quæ non, in foro conscientiæ.*

Quæst. XLV.

QVAERITVR an de pecunia recepta ad occidendum aliquem, vel nocendum ei possit eleemosyna fieri. Dicendum, quòd istud potest extendi ad omnia illa, quæ quis accipit, vt male agat, scilicet, si quis pecuniam accipit, vt calumnietur D alteri, vel vt furetur res eius, aut rapiat, vel vt fraudet eum, aut infamet, vel quomodocūque noceat. Et dicendum, ꝙ quandocunque quis recipit pecuniam, vt malum faciat, non potest pecuniam retinere, quia illicite acquisita est, nisi sit lucrum tale, quod legibus permittatur, vt merces data meretrici, aut cuicunque fornicariæ. Nam licet actus ibi sit malus, tamen lucrū non est vetitum de iure, & ita in quibusdam aliis, vt in histrione, & mimo, & generaliter in illis, qui habent officia aliqua, in quibus versatur turpitudo, & inde viuunt, lucra tamen illa, & officia non omnino interdicuntur de iure, s. ꝙ meretrix licet sit infamis, tamen non prohibetur esse in vrbe, nec punitur, ita de mimo, & histrione, & arenario venatore, & similibus. Si- E quis tamen ex fraudibus proximorum, & calumniis viuat, non solum vituperatur, secundum legem, sed etiam punitur. Et secundum hoc apparet, quæ sunt lucra turpia, & q̄ turpia, & iniusta. Nā quæ vituperant̄, & infames reddūt, sed nō puniunt̄, turpia sunt sed nō iniusta, q̄ aūt simul vituperant̄, & puniuntur, sunt iniusta, & turpia. De lucris aūt turpibus, sed nō iniustis generaliter est dicēdū, ꝙ pōt de illis fieri eleemosyna, sicut de meretrice, & de histrione declaratū est supra q.37.& 34. de lucris aūt turpibus, & iniustis simul nō pōt fieri ꝓprie eleemosyna, q̄a nō pn̄t licite possideri, sed debēt restitui. Cū ergo dat̄ pecunia alicui ad agendū malū, aut illud est in ꝑiudiciū alicuius, vt furari, & occidere, aut in nulli⁹ ꝑiudicio, vt dæmones colere, &

non obseruare diem festum, & comedere carnes in Quadragesima, & non dicere diuinum officium in eo qui tenetur. Nam ista non vergūt in præiudicium proximi, sed solum in offensam Dei. In vtrisque tamen dicendum, ꝙ lucrum non solum est turpe, sed ēt iniustū, quia talia facientes non solum vituperantur, sed etiam puniuntur. Ideo quicunque recipit pecuniam pro aliquo malo istorum faciendo, non potest retinere illam. Differt tamen, quia quando datur pecunia ad nocendū alicui nō debet restitui danti, quia turpiter dedit, sed competit ei in cuius præiudicio data est, s. ei cui pro illa pecunia nocendum erat. Si autem non erat in præiudicium alicuius, nisi Dei, danda est pecunia Deo: hoc autem est dare eam in pias causas, idest, pauperibus, vel Ecclesijs loco Dei. Quod tamen dicebatur siquis acciperet pecuniam, vt non diceret diuinum officium, est in præiudicium Dei, & est aliquo modo etiam in præiudiciū Ecclesiæ. Nam beneficiatus qui cessat a diuino officio eo tempore, non lucratur fructus beneficiorum suorū, sed cedunt illis Ecclesijs, in quibus habet beneficia, quia præiudicatur eis cum detur isti beneficium propter officium, & tamen ab officio cessat. De illa tamen pecunia quā accipit, vt non dicat officium, nō est ita necessarium, quòd detur ecclesiæ in qua habet beneficium, sicut est de fructibus beneficiorum, quia ista pecunia non est ecclesiæ, beneficia autem sunt ecclesiæ, ideo dando fructus beneficiorum pauperibus, non videretur satisfacere, qui cessauit ab officio, quia specialiter fructus debentur ecclesiæ. Dando tamē istam pecuniam pauperibus satisfacit, quia etiam si possit dari ecclesiæ, tamen non debetur determinate ei, ita vt oporteat sibi dare, & non alteri.

Sciendum tamen circa ista quæ turpiter, & iniuste accipiuntur, quæ non possunt retineri, ꝙ repetitio eorū competit de iure ipsi fisco, vel illi in cuius præiudicium ista accipiebantur. Et tamen aut pro pecunia taliter accepta agitur cōtra accipientem iudicialiter, aut non. Si iudicialiter debet restitui fisco petenti, vel ei in cuius præiudicium accepta est, & non potest dari pauperibus, nec in aliquas causas pias, cum istis sit debita si petunt. Et si etiam, fuerit iam data pecunia pauperibus, non obstat quin teneatur iste iudicialiter conuictus restituere ei, qui lædendus erat, vel fisco; quia isti duo fori non se impediunt, siquis tamen confiteatur ista in foro pœnitentiali, non tenetur confessor iniungere ei, quod ista restituat fisco, vel ei qui lædendus erat, sed potest iubere, quòd eroget pauperibus. Ratio est, quia ista non sunt naturaliter debita fisco, nec illi in cuius præiudicium data sunt, sed solum ponuntur in pœnam a lege ciuili. Ideo in foro pœnitentiali non obligant, quia pœnæ quæ dantur secundum leges, non dantur nisi eis contra quos proceditur modo legali, scilicet, iudicialiter conuincendo eos. Cum ergo non obligent hic illę pœnæ poterit confessor iubere, quòd erogentur in quascunque causas pias. Et per hoc satisfactum est, licet vt dictum est, si post hoc iudicialiter repetantur, reddenda sunt, quia vnus forus non impedit alterum. Sicut si mulier pro adulterio, quod confessa est sacerdoti, accepit duram pœnitentiam, & compleuit illam, nihilominus accusari potest iudicialiter, & punietur capitaliter, quia alias totaliter perirent leges humanæ, si forus pœnitentiæ, & contentiosus se impedirent. Et tamen vt dicebatur in foro pœnitentiali pęnę legum humanarum nō habent locum, quòd tamen ista turpiter accepta exigantur per fiscum, vel per alias personas ab accipientibus, est concessum a lege humana in pœnam accipientium turpiter. Non ergo accipientes tenentur soluere eis, nisi quando iudicialiter

F contra eos agitur, nec sacerdos hoc tenetur iubere, immo non est bonum, quòd iubeat istis reddi, sed potius quòd in causas pias ista distribuantur. Sic autem est de alijs pœnis impositis a lege humana. Vt si dicitur, quòd qui furatus fuerit, restituat quadruplum, confessor non debet imponere quadruplum confitenti, sed solum quòd restituat ipsum, quod accepit, & resarciat damnum, quod secutum est vtpote siquis furatus est animal, cuius vsus erat domino vtilis, non solum tenetur in foro conscientiæ restituere idem animal, sed etiam quantitatem damni secuti, idest, tantum, quantum de vtilitate fecisset domino, si non fuisset ablatum. Nam restitutio damni de iure naturali est, sicut restitutio furtiuę rei, pœnam ta-
G men non soluet, & ita generaliter de omnibus pœnis. Quod autem dictum est, quòd non est necesse restitui ista turpiter accepta fisco, nec personæ, in cuius præiudicium data sunt, verum est in eo casu, in quo dans turpiter dedit, & non competit sibi repetitio. Quod dicitur propter vsuram, quia licet accipiens, turpiter accipiat, dans tamen licite dat, vel saltem non turpiter, secundum legem humanam, quia dat propter inopiam. Ideo licet vsurarius non possit pecuniam vsurariam retinere, qui tamē dedit, potest eam repetere. Et ideo confessor non potest imponere vsurario, quòd det pecuniam vsurariam in pias causas, sed tenetur iubere, quòd restituat eam illi a quo accepit, quia de iure est illi debita. Alius casus est,
H quando pecunia data turpiter ab aliquo, & turpiter accepta, est de iure debita specialiter alicui, & non danti, sicut est in pecunia simoniace accepta, quia ipso iure transfertur dominium eius in Ecclesiam illam, in cuius præiudicium data est, & non debet dari alicui, nisi ipsi Ecclesiæ. Extra de simo. cap. de hoc, & cap. audiuimus, & de hoc dictum est supra qęstio. 39. Ideo confessor non potest imponere simoniaco, quòd pecuniam simoniacam det pauperibus, sed Ecclesiæ. Et ideo si pauperibus dederit, tenetur iterum dare Ecclesiæ, quia non soluitur ei cui debetur, & ideo non cessat debitum.

Sed dicet aliquis quomodo potest stare, quòd pœnæ legum humanarum non obligent in foro pœni-
I tentiali, quia leges humanæ, quæ de moribus agunt, obligant etiam in foro conscientiæ, ita quòd agens contra illas, peccat: ergo etiam pœnæ earum obligabunt in foro conscientiæ.

Dicendū manifestū esse, ꝙ licet obligent istæ leges in foro conscientiæ, ꝙ pœnæ earū non obligent, quia tunc pro adulterio imponatur sententia capitalis de lege humana, teneretur confessor confitenti adulteriū iubere, ꝙ se subijceret pœnę capitali, quod falsum est, & ita de alijs delictis, pro quibus imponitur verberatio, vel exilium, aut confiscatio bonorū. Sed ista absurda sunt, ideo nulla pœna legis humanæ obligat in foro pœnitentiæ. Nec est simile, quòd lex obliget in foro conscientiæ, & ꝙ pœna eius etiam obliget in fo-
K ro pœnitentiæ. Nam primum est, ꝙ obligetur quis ad non agendū contra leges humanas, & si egerit cōtra eas, ꝙ peccet mortaliter, quod verū est in quibusdam casibus, s. circa leges, quæ simpliciter dirigunt mores, & vitam, & non pertinent ad cæremonias morales.

Secundum est, quòd confessor teneretur iudicare, secundū quòd iudicant iudices in foro contentioso, s. imponendo easdem pœnas. Primum est rationabile, s. quia lex est iusta, ideo quòd debeat obseruari ab omnibus, qui sunt in politia illa, cuius est lex, cum ipsa lex habeat aliquid de ratione naturali, eo quod dirigit mores, & tamen rationi naturali quilibet stare tenetur. Quòd autem agens contra istam legem peccet rationabile est, cum ipsa lex iusta sit.

Secundum

Secundum est irrationabile, quia impositio poenæ est secundum conditionem fori. Nam propter hoc distinguuntur diuersi fori in specie, quia sunt diuersi modi iudicandi in eos, & diuersi modi puniendi peccata. Patet hoc clare, quia si sit aliqua lex politica, quòd faciens alicui calumniam, vel nocens ei taliter, vel taliter, puniatur corporaliter, vel soluat tantam summam pecuniæ, quicunque in ciuitate illa egerit contra istam legem, siue clericus, siue laicus, peccat mortaliter. Et tamen si clericus fuerit, non debet flagellari, nec tenetur ad soluendum illam poenam, quia forte pro illa calumnia, vel nocumento in foro ecclesiastico alia poena ponitur. Clericus tamen non potest iudicari in foro sæculari, ergo non potest imponi sibi poena legis sæcularis, & quæ imponitur in foro sæculari, immo si ipse se velit subijcere ei, peccat, & illi qui inferunt volenti istam pęnam, peccant, & erunt excommunicati si sit poena corporalis, vt extra de sent. excommunic. cap. contingit, de illo clerico qui subiecit se sponte triginta percussuris, secundum legem regionis pro delicto quodam, & qui eum percusserunt, excommunicari iudicantur. Sicut ergo lex sæcularis obligat clericum ad hoc quòd non agat cõtra eam, & tamen si contra egerit, non punitur per eam, sed per legem ecclesiasticam, quia sunt distincti fori, ita leges humanæ obligant in foro conscientiæ, idest, obligant ad hoc quòd non agamus contra eas, & si egerimus, quòd mortaliter peccemus. Et tamen si egerimus contra eas, non puniemur poenis earum in foro poenitentiali, quia forus poenitentialis, & humanus sunt distincti.

Alia etiam ratio differentiæ est multum manifesta, scilicet, quia illæ leges humanæ obligant in foro poenitentiæ, quæ habent aliquid simile cum foro pęnitentiæ. Poenæ tamen vt communiter nõ sunt similes in foro pęnitentiali, & humano, ideo poenæ legum humanarum non obligant in foro poenitentiali. Primum patet, quia non obligant omnes leges humanæ in foro conscientiæ, quia non similantur omnes legibus fori poenitentiæ. Forus enim poenitentiæ est forus conscientiæ, & in isto foro est lex quidquid conscientia dictat, scilicet, conscientia non erronea. Et tunc forus conscientiæ est idem, quòd ius naturale, vt Apostolus ostendit ad Rom. 2. dicens: Gentes quæ legem non habent naturaliter ea, quæ legis sunt, faciũt, testimonium perhibente eis conscientia ipsorum, & cogitationum accusantium, & defendentium. Et patet hoc magis, quia forus poenitentiæ non est, nisi de peccato: peccatum tamen iudicatur per cõscientiam. Quia omne, ꝙ est contra cõscientiam, est peccatum, ad Rom. 14. Et nihil est peccatum, nisi quod est contra conscientiam rectam. Cum ergo cõscientiæ dictamen coincidat cum iure naturali illæ leges humanę, obligabunt in foro conscientiæ, quæ cõcordantur cũ iure naturali, s. illę quæ dirigũt mores, & habent aliqd de rectitudine rationis, tanq̃ ratione cogente, vel suadente fiant illæ leges. Et propter hoc leges humanæ, quæ sunt solum cæremoniales, vt circa quasdam obseruãtias, & formas iudiciorum non obligant in foro conscientiæ, quia non dependent expresse a iure naturali, sed magis a volũtate, & potestate condentis. Ideo agens contra istas leges, non peccat mortaliter, sed solum incidit in poenam ipsarũ, nisi forte malitiose ageret, vt per hoc alicui noceret, vel aliquid iniuste acquireret, quia tunc peccaret ex alio capite, leges aũt quę sunt ad ordinandum mores, s. qualiter vnus non noceat alteri, vel qualiter bene se habet ad ipsum, dependent a ratione naturali, ideo illę obligant in foro conscientiæ, & qui agit contra illas, peccat mortaliter.

Secundum patet, quia poenę legum humanarũ nõ

A sunt de dictamine iuris naturalis. Est enim naturale, ꝙ pro quolibet peccato, inquantum est malũ, detur aliqua poena. Quòd tamen detur ista poena, vel illa, non est de iure naturali, sed solum a volũtate, & potestate condentis legem. Cum ergo forus cõscientiæ sequatur dictamen iuris naturalis, & iuris diuini, non oportet, ꝙ istę poenæ, quæ imponũtur a legibus humanis, imponantur in foro poenitentiæ. Si tamen interdum poena legis humanæ concordauerit, cum iure naturali erit eadẽ poena in lege humana, & in foro conscientiæ, vt si esset lex, ꝙ fur teneretur restituere rem ablatam, & damnum, quod secutum est domino rei propter ablationem, seruaretur poena legis istius in foro conscientiæ, quia idem tenetur imponere sacerdos B confitenti furtum, eo quòd de iure naturali est, scilicet, restitui rem ablatam, & damnum.

An de pecunia vsuraria possit fieri eleemosyna. Et quòd accipiens vsuras semper peccat, & etiam dans aliquando, aliquando vero non. Quæst. XLVI.

QVAERITVR an de pecunia acquisita per vsuram possit fieri eleemosyna. Dicendum, ꝙ nõ, quia vsurarius tenetur restituere ei a quo accepit, qa est res aliena, vel alicui specialiter debita. Ideo non potest eleemosyna fieri de ea, quia priuaretur sio iure suo ille cui debetur, sic dicit August. lib. de verbis Domini, & 14. q. 5. cap. nolite, s. nolite eleemosynas C facere de foenore, & vsuris, & ead. q. §. ꝙ vero, in glo. dicitur, ꝙ in acquisitis illicite, vbi non transfertur dominium, vel etiam si transfertur, competit repetitio, non potest fieri inde eleemosyna, vt in vsura, & in simonia. Etiam Beatus Tho. de Aquino, etiã & cõmunis schola dicit, ꝙ in eo quod acquiritur illicite, & debetur ei a quo est acquisitum, & non potest illud retinere qui acquisiuit, non potest inde fieri eleemosyna, vt in furto, rapina, & vsuris. Illi qui tamen dicunt, ꝙ in vsura trãsfertur dominium in ipsum vsurarium, quia omnis voluntaria donatio facit transferri dominium. Et licet dans vsuras non sponte det, quia potius vellet nihil dare, quia tamen potius vult dare pecuniam superabundantem, quàm carere mutuo, est voluntas, D quæ vocatur mixta, vel conditionata, vt dicit Aristot. 3. Ethicorum. Et sic dicũt, quòd cum sint domini effecti, possunt eleemosynas dare, nisi per hoc efficiãtur non soluendo. Nam tũc recipiens eleemosynam, vel donum ab eo tenetur sibi restituere, vel illi a quo iste accepit, sic tenet Ioannes in summa Confessorum, lib. 2. tit. de vsur. quæstio. 15.

S. Thom. 2. 2. q. 32, art 7.

Dicendũ aũt, ꝙ non constat, an transferatur dominium in vsurarium, nec ratio sua vrget ad hoc, qa nõ est verum, ꝙ omnis donatio spontanea transferat dominium. Nam in simonia non trãsfertur dominium, sed eo ipso, ꝙ datur pecunia aliqua simoniace, dominium acquiritur Ecclesiæ illi, in cuius præiudiciũ datur pecunia, sic tenet idem Ioannes lib. 2. tit. 8. in ruE brica de empti. & vendi. quæstio. 21. quæ incipit. Sed quid si non isti, cum dicit. Si autem sit casus in quo non transfertur dominium in accipientem, sed ipso iure acquiritur dominium fisco, vel alij, illi facienda est restitutio, sicut est de pecunia simoniace acquisita, & tamen in simonia est voluntas de dando pecuniam absoluta, in vsura autem non, ideo potius debet transferri dominium in simonia, quàm in vsura, & tamen non curando de hoc, etiam si concedamus, quòd in vsura transferatur dominium, sicut dicitur decimaquarta quæstio. 4. cap. siquis vsuram, in glo. quòd potest concedi, quod transferatur dominiũ in vsurarium, adhuc non posset fieri eleemosyna de vsura, quia debita est pecunia illa ei, a quo accepta est,

Ideo eo inuito non potest de illa disponi. Potest tamen intelligi dari eleemosynam de vsura dupliciter. Vno modo, quòd de pecunia acquisita vsuraríe detur eleemosyna, & non restituatur ei a quo extorta est. Alio modo, quòd illamet pecunia, quæ habita est per vsuras, detur in eleemosynam, & alia eiusdem numeri, & valoris detur ei, a quo accepta est vsura. Si primo modo non est verum, cum iura dicant debere cogi vsurarios ad restituendum vsuras eis, a quibus acceperunt, extra de vsur. cap. tuas, & cap. tua nos, & per totum. Et hoc confitetur idem frater Ioannes. Accipiendo secundo modo, potest fieri eleemosyna de pecunia vsuraria, quia non refert vsurario restitui eandem pecuniam numero, vel aliam eiusdem valoris, quia etiam qui mutuum accipit, non reddit eandem rem numero, sed æqualem in valore. Et hoc modo etiam de furto, & rapina potest fieri eleemosyna. Quia siquis furatus est pecuniam, potest dare illam in eleemosynam bene, & meritorie, si intendat æqualem in valore restituere ei, a quo abstulit. Et tamen nemo concedit de furto posse fieri eleemosynam. Quando ergo dicitur, an possit fieri eleemosyna de vsura, est sensus, quòd illud quod datur non restituatur, nec aliquid loco eius. Et quia hoc falsum est, non debet concedi, quòd de vsura possit fieri eleemosyna, sed debent restitui eis, a quibus acceptæ sunt, vel hæredibus eorum.

Circa vsuras autem modus est, quòd accipiens vsuram semper peccat. Qui autem dat illam, idest, dat pecuniam superabundantem, non semper peccat. Nam inquantum dat alteri causam peccandi peccat, nisi forte magna necessitate compulsus, & non potens sine vsuris habere pecuniam, illam accipiat sub vsuris, quia tunc forte non peccat. Istud autem est in faciendo contractum, idest, inquantum conueniunt inter se dans, & accipiens pro certa quantitate vsurarum. Nam postea in soluendo vsuras iam promissas nullum peccatum est, vt dicitur extra de iureiur. cap. debitores, in Glos. Et propter hoc iuramentum præstitum de soluendo vsuras obligat, scilicet, quia non est illicitum soluere illas, eodem cap. debitores. Nam si esset illicitum non obligaret iuramentum, vt siquis iuraret fornicari, vel furari, quia in male promissis fides rescindenda est, 22. quæstio. 4. cap. in malis. Etiam quia iuramentum non est inuentum, vt esset vinculum iniquitatis, idest, vt obligaret ad malum, extra de iureiur. cap. quanto, & 22. quæstio. 4. cap. inter cætera. Potest ergo licite quilibet soluere vsuras, postquàm illas promisit, quia peccatum non potest esse, nisi in promittendo illas, & tunc aliquando potest esse peccatum, & aliquando non, secundum differentiam necessitatis, & causæ, pro qua accipiuntur, & personæ accipientium eas, quia prælati, & illi qui tenentur exemplum dare, cæteris potius debent multa mala tolerare, quàm recipere mutuum sub vsuris. Siquis autem postquàm vsuras promisit, nolit eas soluere, aut velit recuperare postquam soluit, modus est, quòd aut vsuræ iam solutæ sunt, aut non. Si non sunt solutæ, aut accipiens sub vsuris, iurauit illas soluere, aut non iurauit. Si non iurauit non tenetur soluere, etiam si promiserit, quia contractus vsurarius nõ causat aliquam obligationem, cum sit reprobatus de iure diuino, & humano, extra de iureiur. in cap. debitores, in Glo. Et ideo si non petitur, non oportet, quòd soluat. si autem petatur etiam non obligatur soluere, nec iudex potest condemnare debitorem ad soluendum vsuras, licet confiteatur illas in iudicio, in alleg. cap. debitores. Si autem promissæ sunt sub iuramento, tenet iuramentum, eo. cap. Et tunc anteq̃ adueniat terminus solutionis, debitor potest denunciare iudici, vt compellat re-

F mitti sibi iuramentum a creditore. Sed tunc aut creditor est Christianus, aut infidelis. Si est infidelis debet cogi per Principes, & Potestates sæculares. Et si renuerit, remittere debet interdici omnibus Christianis, sub pœna excommunicationis, communicatio cum illo in mercibus, & omnibus alijs rebus, extra de vsur. cap. post miserabilem. Si autem est Christianus debet compelli per censuram ecclesiasticam, ad relaxandum iuramentum, extra de iureiurã. cap. ex administrationis, & extra de vsur. cap. tuas. Si autem vsuræ sint iam solutæ, aut fuit iuramentum præstitum de nõ repetendo, vel non. Si nõ fuit præstitum iuramentum potest petere, & tunc iudex compellet vsurarium ad restituẽdum vsuras, extra de vsur. cap. tuas, & hoc etiã
G est verum si iurauit quis soluere vsuras. Nam per hoc iuramentum tenetur ad soluendum, sed non tenetur ad non repetendum, ideo poterit repetere, extra de iureiuran. cap. debitores. Et sic etiam si quis dedit alicui possessionem in pignus, promittens sub iuramento, quòd nunquàm molestaret eum super illa possessione, quousque integre solueret mutuum, licet istud sit vsura, tenetur non molestare eum quousque pecuniam mutuatam soluat, & tunc petere potest, & cogetur vsurarius restituere fructus quos percepit extra sortem, eodem tit. cap. ad nostram noueris, & sic possunt tam ab vsurarijs, quàm etiam a filijs eorum, & a quibuscunque hæredibus ipsorum, etiam si sint hæredes extranei, repeti vsuræ, extra de vsuris, capitu. tua
H nos. Si autem iurauit quis non solum soluere, sed etiam non repetere vsuras, potest hoc denunciare iudici. Et tunc si potuerit hoc constare iudici ex officio suo, coget vsurarios ad restituendum, eodem tit. capitu. tuas. Vnde tunc qui sic iurauit timore iuramenti, non producit testes ad probandum fuisse vsuras receptas, sed per censuram ecclesiasticam cogentur omnes qui nouerint aliquid de hoc testificari super eo. Extra de iureiuran. capitu. ad nostram noueritis. Si autem iste debitor iurauit etiam non denunciare iudici, iuramentum non tenet, quia est contra legem Euangelicam, de correctione, & admonitione fraterna, in qua peccatum denunciatur Ecclesiæ, infra 18. Ideo non obstante iuramento poterit de-
I nunciare, dum tamen non denunciet principaliter causa recuperandi pecuniam, sed propter peccatum fratris, vt non maneat in peccato. Securius tamen forte esset non denunciare, si creditor videat in se, quòd mouetur ex desiderio pecuniæ. De vsuris autem dicetur magis infra 25. Apparet ergo, quòd de vsura non fiat eleemosyna.

An possit fieri eleemosyna de pecunia, quam Aduocatus, vel Medicus extorquet. Et quòd Aduocatus tenetur ad restitutionem in multis casibus. Et duæ regulæ Augustin. circa indebitam extorsionem. Vbi adijcitur regula generalis, quando quis tenetur restituere propria persona, vel quando sufficit dare in eleemosynam.

K *Quæst. XLVII.*

QVAERITVR an de pecunia, quam extorquet Aduocatus, & Medicus, supra debitum possit fieri eleemosyna,

Dicendum, quòd istis debetur pecunia pro officio suo, quia licet iudex non possit vendere iustum iudicium, & testis verum testimonium. Potest tamen aduocatus vendere iustum patrocinium, & iurisperitus verum consilium, vt ait Augustin. ad Macedonium, & 14. quæstio. 5. cap. non sane. Debetur tamen istis salarium, secundum quãtitatem laboris sui, & difficultatem rei, in qua operantur, s. causæ, vel ægritudinis, & sm̃ consuetudinẽ patriæ, q̃a alicubi minus, & alicubi

plus

plus dari consuetū est. Et ista consuetudo causat ius. Si A
autem supra hoc medicus, & aduocatus recipiant peccant. Et idem est de cæteris, qui prætextu alicuius officij publici vltra debitum exigunt, vt tabelliones, & cæteri officiales iudicum, & curiarum. Idem etiam in artificibus, & in omnibus locantibus operas suas si vltra debitum recipiant. Nam peccant. De aduocato autem est speciale, quia in multis casibus tenetur ad restitutionem tam clientulo suo quàm aduersario. Hic tamen solum quærimus de pecunia quam ipse recipit vltra debitum. Et circa hoc, & omnes alias extorsiones indebitas ponit Aug. duas regulas ad Macedonium, & 14. quæstione 5. cap. non sane. Prima est, quòd in his, quæ ratione officij extorquentur, quòd restitui oportet, potius tamen pauperibus detur quā B
illis a quibus acceptum est.

Secunda est, quòd in illis, quæ non prætextu alicuius officij, vel laboris, sed sine vllo colore per furtum calumniam, & fraudem extorquentur restitutio fieri debet eis a quibus ablata sunt, & non pauperibus, cum ait isti si viam vitę mutauerint, aut excellentioris conscenderint sanctitatis gradum facilius ea, quæ hoc modo acquisierunt tanquam sua pauperibus largiuntur quàm eis a quibus accepta sunt tanquā aliena restituant. Qui vero contra ius societatis humanæ furtis rapinis calumnijs, oppressionibus aliqua abstulerint reddenda potius, quàm donanda censemus Zachæi publicani exemplo.

Circa hoc tamen dicendum, quòd de secunda re- C
gula non est dubium, scilicet, quòd indifferenter talia restituenda sunt eis quibus furto, rapina, fraude, vel calumnia ablata sunt, & non potest de eis fieri eleemosyna. De prima autem regula dicendum, quòd istis officialibus, vel laborantibus, aut sunt constituta certa salaria, vel redditus pro singulis rebus quas faciunt, ita vt non possit esse dubium quantum eis dandum sit, siue statutum sit hoc per aliquod ius siue per consuetudinem introductum, vel ex conuentione inter partes. Aut non est omnino determinatum, licet ratio possit iudicare quantum sit debitum, & quid sit extortum. Si primo modo dicendum, quòd quidquid extorquetur debet restitui ei a quo extortum est, quia vel pertinet ad fraudem, vel ad oppressionem cū D
manifeste sit supra debitum, & sciatur quid est illud quod est vltra debitum Vnde de hoc non potest dari eleemosyna sicut nec de furto, aut rapina. Si autem non sit determinatum quantum isti habere debent cum habeant ius ad aliquid recipiendum, & non sit illud determinatum, si recipiant aliquid vltra id, quòd ratio dictat male agunt, & tamen transit in dominium eorum, cum nulla lex expresse vetet tantum accipi. Et tunc habet locum regula Augu. Sed tunc dicendum, quòd aut istud quod extortum est repetitur in iudicio, aut non repetitur. Si repetitur, & sit immoderate extortum condemnabitur extorquens. Vnde dicitur eodem cap. Ab his extorta per immoderatam improbitatem repeti solent, idest, competit E
ius repetendi. Et tunc non possunt dari pauperibus, Et si data fuerint debent iterum dari istis. Si autem non repetantur est in optione extorquentis an velit pauperibus ista dare, vel restituere ei a quo extorsit, quia quodcunque eorum faciendo liberatur. Nam Aug. non innuit, quòd oporteat pauperibus dari, & non restitui, quia cum nullum ius sit causatum pauperibus non oportet eis dari ista, sed Aug. solum loquitur ad tollendum dubium, quia putaret aliquis, ꝙ necesse erat ista extorta semper restitui eis a quibus extorta sunt, ipse autem dicit, quòd non oportet restitui illis, sed satis est dari pauperibus. Etiam non dixit, quòd erat melius dari pauperibus quàm restitui, sed dixit, quòd erat facilius, & hoc forte est, quia ille, qui fuit in officio aliquo multo tempore, & extorsit a multis, forte nesciret quantum a quolibet extorsit. Vel dato, quòd sciret quantum extorsit a quolibet, & quis fuit ille a quo extorsit forte non occurreret sibi ille vir, aut aliquis hæres eius sicut est de officialibus curiarum, ad quos confluunt homines de diuersis mundi partibus, & grauantur ab eis per extorsiones. Nam tunc facilius est ista pauperibus distribuere quàm illis restituere a quibus accepta sunt. Siquis tamen posset restituere eidem a quo abstulit maxime si aliqualiter eget, & etiam si non egeat credo, quòd esset melius, licet cuicunque det, idest, ipsi vel etiam pauperi soluitur a debito.

Ex hoc apparet de medicis quorum curationes nō possunt taxari propter multas differentias ægritudinum, & patientium: ideo si aliquando accipiant extorquendo vltra id, quòd iustum videtur, non tenentur restituere eis a quibus acceperunt, sed satis est, quòd pauperibus dent: nisi forte conuenerint pro salario, quia tunc si vltra aliquid extorquerent tenerentur restituere ipsis a quibus extorserunt. De aduocatis idem, est quia non est taxatum eorum salarium nec etiam taxari potest pro singulis causis propter diuersas circunstantias causarum. Ideo etiam si extorqueant poterunt pauperibus erogare nisi conuenerint pro salario, vt dictum est de medicis. Ista tamen, quæ erogant pauperibus non sunt eleemosynæ ipsorum, sed illorum a quibus extorserunt, & eis proficiunt, dantibus autem non proficiunt nisi inquantum se absoluunt a debito, scilicet, quia aliàs essent in peccato mortali, Et per hoc de singulis officialibus, & locantibus operas suas iudicari potest, an teneantur restituere, vel sufficiat dare eleemosynam, fundamentum distinctionis istius. patet ex c. qa plerique extra de immunita. Ecclesiast. vbi dicitur, quòd si prælatus aliquis ad faciendum seruitium alicui legato plura exigat quàm illi dat, tenetur restituere quidquid sic lucrari voluit, & aliud æquale pauperibus elargiri, restitutio autem fit eis a quibus exactum est ex eo, dicit etiam beatus Tho. de Aquino, quòd si- S. Tho. 2. 2. q. 62. art. 5.
quis det meretrici propter fornicationem pretium potest sibi illa retinere, si tamen ipsa aliquid superflue per fraudem, vel dolum extorserit tenetur eidem restituere. Dicitur superflue accipere, quia meretrices solent in singulis terris habere consuetudinem recipiendi certum quid a fornicatoribus. Per fraudem autem, vel dolum meretrix potest superflue extorquere, vt si alicui ignoto fornicatori dicat esse consuetudinem accipiendi plus quàm accipere soleat, & tunc dicit, quòd eidem tenetur illud superfluum restituere, & non potest dare pauperibus, hoc autem est, quia salarium meretricis est certum ex consuetudine. Et sic oportet, quòd illa prima regula Aug. intelligatur quando quis extorquet vltra rationem, & non est diffinitum quantum præcise habere debeat.

An de furto, vel rapina possit fieri eleemosyna. Et quòd etiam committatur furtum ab eo, qui vel clam, vel palam aufert rem suam ab eo, qui sibi furatus fuerat.

Quæst. XLVIII.

QVAERITVR an de furto, & rapina possit fieri eleemosyna. Aliqui dicunt, quòd sic, quia potest fieri oblatio Deo, ergo a fortiori potest fieri eleemosyna. Patet consequentia, quia quædam sunt de quibus potest fieri eleemosyna, & non potest fieri oblatio, vt de meretricio, & similibus, vt ostensum est supra quæstione 37. Patet antecedens, quia Israelitæ furati sunt vasa aurea, & argentea ab

Aegyptijs

F Aegyptiis Exo. 3. & 11. Et postea dederunt totum istud aurum, & argentum ad fabricationem vasorum templi Domini, & iussit Deus, q offerrent de isto auro. Exo. 25. & 35. Dicendum, quòd nec de furto nec de rapina, licet fieri eleemosynam, sed potius est abominabilis eleemosyna, quæ fit de rapina, quia fit de substantia pauperis, vt Aug. & Gregor. 1. quæstione 1. Non est putanda, & 14. quæstione 5. cap. immolans, & cap. Nec enim, & cap. Scriptum est, & eadem quæstione in §. Quòd vero in Glo. dicitur, quòd de rapina, & de furto eleemosyna fieri non potest, & ratio est, quia eo quod illicite acquiritur, & non potest retineri, sed debetur ei a quo accipitur, non potest fieri eleemosyna, sicut est in rapina, & furto. Quidam autem dicunt, quòd non potest fieri eleemosyna de re
G furtiua, si tamen illa vendatur potest fieri eleemosyna de pecunia tradita pro ea, quia illa pecunia non est furtiua, vt dicitur 14. quæstione 5. §. quod vero in Gl. & tamen dicit ibi Glo. quòd non credit hoc esse verum. Dicendum tamen, quòd aut furatur quis pecuniam aut aliam rem, vt animal, vel vestem, vel vas aut aliqua vtensilia. Si furatur pecuniam potest facere eleemosynā de illa, dum tamen tantum de valore restituat, quia in pecunia nihil aliud quæritur nisi valor. Si autem sit alia res non potest fieri eleemosyna de ea, quia oportet fieri restitutionem Domino, & forte ille appretiatur rem ipsam plus quā valet, quia gaudet in ea, & forte pro nulla pecunia dare vellet. Et
H tunc nullo modo posset ei satisfieri, quia etiam si secundum communem æstimationem posset satisfieri nō posset dari æquale pro voluptate, & gaudio, quòd capiebat possessor ex illa re, & ita lęderetur si venderetur illa res, vel traderetur alteri. Non ergo potest fieri de ea eleemosyna. De pecunia autem nulla voluptas capitur nisi pro suo valore, nec est vna pecunia pulchrior, aut melior alia. Quia quacunque data potest alia similis illi dari, vel inueniri. Si tamen intelligatur fieri eleemosynam de pecunia rei furtiuæ, ita quòd non restituatur valor illius, non est verum, quia sic de furto nulla fieret restitutio. Et hoc modo verum est dictum Glo. scilicet, quòd nec de re furtiua nec de pecunia rei furtiuæ potest fieri eleemosyna,
I sed siquis rem furtiuam, vel pecuniam eius dederit in eleemosynam tenetur æqualem restituere, sicut qui consecrat, idest, offert Deo rem alienam tenetur æstimationem eius restituere, vt ait Greg. 14. quæstione 6. cap. comperimus, & hoc verum est siue res ablata sit parua siue magna, quia non differt quantum ad esse furtum. Licet enim damnum sit maius in re maiori, furtum tamen ita est in magno sicut in paruo, vt ait Hierony. super Epistolam ad Titum, & 14. quæstione 6. cap. furtum. Et hoc, quia Deus non respicit rem ablatam, sed animum eodem cap. & 14. quæstione 5. cap. siquid inuenisti. Aliquando tamen committitur furtum, vel rapina, & potest fieri inde eleemosyna, quia non tenetur fur ad restitutionem, vt si-
K quis furatus est mihi rem meam, vel violenter abstulit, vel inuenit, & nō vult mihi restituere, vel per fraudem extorsit a me illam, si ego accepero clam de domo eius furtum committo, vel si abstulero ei palam committo rapinam. Et ista sunt peccata in foro conscientiæ, quia etiam si illa res sit mihi debita, non licet mihi illam sic accipere, sed iudicialiter contendere, quia aliàs tolleretur tota pax politica, & omne ius humanum si liceret alicui sine iudice sibiipsi ius dicere. In foro autem contentioso a fortiori reputantur ista delicta, & ita capitaliter puniretur quis pro eis sicut si vere furaretur rem alienam. Et tamen postquàm quis ista acceperit nō tenetur in foro conscientię ista restituere, cum vere sua sint. Et sic potest facere eleemosynam de illis. Idem etiam est si ego scio aliquam rem ad me pertinere, & possidet eam aliquis qui putat ad se pertinere. Nam si eam accepero clam furtum committo, postea tamen non teneor restituere.

Ad arg. dicendum, quòd non fuit proprie furtum illud, quòd commiserunt Iudæi, quia Deus eis hoc iussit, qui poterat eis tradere proprietatem illarum rerum. Et sic non peccabant accipiendo illas etiam si viderentur committere fraudem, immo potius peccauissent si forte noluissent expoliare Aegyptios quasi esset contra conscientiam, sic dicit Augu. in quæstionibus Exo. & 14. quæstione 5. cap. dixit Dominus, scilicet, Nec Israelitæ furtum fecerūt, sed Deo iubenti ministerium præbuerunt, idest, benefecerūt obediendo tanquam ministri Dei.

An liceat furari a diuite, vt detur pauperi. Et quòd nunquam est faciendum malum propter bonum.
Quæst. XLIX.

QVAERITVR an liceat alicui furari a diuite superabundante hoc animo, vt eleemosynam det pauperi indigenti. Aliqui putant, q sit bonum, quia iniustum est, quòd quibusdam fame pereuntibus alij superabundent, & non misereantur eorum. Est ergo quasi reducere istos ad quandam ęqualitatem dando aliquid pauperi de superabundantia diuitis, vt non omnino egeat. Istud autem iustitię opus est, quia iustitia est quædam æqualitas, & adęquare aliquos est actus iustitię 5. Ethi. Maxime, quia interdum sunt quidam diuites multum tenaces, qui nolunt misereri pauperibus in casibus in quibus tenētur: vnde auferre illis & pauperibus dare videtur esse iustum etiam, quia diuites per fraudes, & furta acquisierunt diuitias, & constat ob hoc illas non esse suas, sed teneri ad restituendum. Et sic non videtur magnum inconueniens esse siquis talibus auferat, vt pauperibus det.

Dicendum, quòd istud est illicitum, quia qui vult dare de alieno per hoc ipsum peccat, quia prius aufert quàm det. Et tamen auferre malum est. Et sunt ista eleemosynæ de furto, & tamen de furto non potest eleemosyna dari, vt ostensum est præcedenti quæstione.

Qui ergo furatur, vt eleemosynam det non solum nihil meretur, sed potius magis grauatur, vt dicit Grego. 1. quæstione 1. cap. non est putanda, scilicet, qui hac intentione male accipit, vt bene dispenset, grauatur potius quàm iuuetur. Non ergo sub obtentu eleemosynæ cum peccato aliquid studeamus accipere. Nam aliud est propter peccata eleemosynas facere, & aliud propter eleemosynas peccata perpetrare. Est enim diaboli tentatio, vt si interdum non potest hominem directe ad malum impellere saltem sub specie boni inducat. Sic dicit Aug. in homil. & 14. quæstione 5. cap. forte, scilicet, forte aliquis cogitat, & dicit multi sunt Christiani diuites auari cupidi non habeo peccatum si suum illis abstulero, & pauperibus dedero. Vnde enim ipsi nihil boni agunt mercedem habere potero. Sed huiusmodi cogitatio diaboli calliditate suggeritur. Nam si totum tribuat, quòd abstulerat addit potius peccatum quam minuat. Hoc autem est, quia nunquam est faciendum malum propter bonum 30. quæstione 1. cap. nolle, & 32. quæstione 4. cap. sicut non sunt. Non est ergo alicui diuiti quantumcunque malus sit, & quantumcunque iniuste possideat diuitias, auferendum aliquid vt inde fiat eleemosyna.

Ad motiua in contrarium dicendum, quòd licet

habeant

habeant quandam leuem apparentiam bonitatis, non tamen sunt iusta, sed diaboli artibus suggeruntur, vt dicitur in alleg. cap. forte. Et cum dicitur, quòd est iniustum quibusdam fame pereuntibus alios abundare. Dicendum, quòd licet nobis videatur iniustum tamen nō est, cum Deus hoc faciat ad finem bonum, vt ait Basilius. Si fateris ea, scilicet, temporalia bona tibi diuinitus prouenisse, iniustus est Deus inæqualiter nobis res distribuens. Cur tu abundas, ille vero mendicat nisi, vt tu bonę dispensationis merita consequaris, ille vero patientiæ brauiis decoretur. Tenentur tamen diuites pauperum supplere inopiam, vt dicit idem Basilius. Si tamen noluerint hoc facere non possumus nos eos cogere ad hoc subtrahendo eis res suas, quia nō sufficit ad hoc, quòd nos debeamus hoc facere, quòd iste actus sit bonus, sed etiam, quod habeamus potestatē ad illum exercendum. Nam quòd fratres inter se hęreditatem paternam diuiderent, vt in pace viuerent bonum erat, cum tamen vnus eorum dixisset Christo Domine dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem dixit Christus. O homo quis me constituit iudicem, aut diuisorem inter vos? Luc. 12. Non enim dixit o homo malum est, quòd petis, sed quis me constituit &c. Quasi dicat, licet hoc bonum sit oportebat tamen ad hoc, quòd ego legitime facerem istud, quòd essem cōstitutus iudex aut diuisor inter vos. Maxime autem cauendum est a tali eleemosyna, quia non possumus benefacere vni quin prius alteri malum faciamus. Talia tamen nunquam sunt facienda, sed cum non potest quis iuuare aliquem nisi alteri noceat cessādū est potius ab adiutorio, vtrisque vtatur Ambros. lib. de offi. & 14. quæstione 5. cap. denique, scilicet, denique si non potest alteri subueniri nisi alter lędatur, commodius est neutrum iuuari quàm grauare alterum, etiam quia cum aliquis accipit a diuite, vt det pauperi, licet dare eleemosynam in se bonum sit, tamen non potest per hoc excusari illud malum, quòd fuit in accipiendo rem alienam, vt ait Augu. 14. quæstione 5. cap. nec enim, scilicet, Nec enim si agris iniuste inuasis ita quisque vtatur, vt ex eorum fructibus largas eleemosynas faciat, ideo rapinam iustificat, idest, non iustificatur per hoc rapina præcedens, maxime quia si iste rapuisset non posset facere eleemosynam inde, sed teneretur restituere ei cui abstulerat. A fortiori ergo non licebit rapere ad dandum pauperi. Cum autem dicitur, quòd accipere a diuite ad dandum pauperi est facere quandā æqualitatem, dicendum quòd verum est. Et tamen istud non pertinet ad quemlibet, sed ad iudicem sic dicitur 5. Ethi. quòd propter hoc lingantes recurrunt ad iudicem tanquam ad mensuram, vt adequet eos.

Cum autem dicitur, quòd aliqui diuites possident ex rapinis, dicendum quòd hoc non sufficit ad hoc, quòd eis licite auferamus, quia istud est punire illos pro peccato, pœnam tamen nemo potest imponere nisi iudex. Non ergo licet furari, vel rapere, aut calumniari diuiti ad dandum pauperibus.

An existente in extrema necessitate liceat dare de rebus male acquisitis. Et de quibus male acquisitis possit fieri eleemosyna, & de quibus non. Et extrema necessitas, qua dicatur, & quando. Quæst. L.

QVAERITVR an existentibus in extrema necessitate, licet eleemosynam dare de rebus male acquisitis. Dicendum, quòd illa male acquisita possunt interdum esse talia quorum transferatur in nos Dominium, & licite possideantur sicut est de pecunia ex meretricio, & ex histrionatu. Et de tali non solum, existenti in extrema necessitate, sed A etiam cuicunque pauperi potest licite fieri eleemosyna, vt ostensum est supra quæstione 37. & 38. Alia autem acquiruntur illicite quorum nō transit in nos dominium, vel si transit, non licet nobis illa retinere, sed tenemur restituere, vel pauperibus erogare, sicut est de pecunia acquisita ab aduocato, & medico, & officialibus, qui extorquent aliquid vltra rationem, quando non est taxatum salarium suum, vt ostensum est supra quæstione 47. & de tali pecunia potest fieri eleemosyna existenti in extrema necessitate, cū possit etiam fieri cuilibet alteri pauperi.

Alia sunt illicite acquisita, quę determinate debentur certis personis, sicut id quod furto ablatū est, debetur ei a quo ablatum est, & id quod per vsuram de- B betur ei a quo acceptum est, & quod per simoniam debetur Ecclesiæ in cuius præiudicium acceptum est, extra de simo. cap. de hoc, & cap. audiuimus. Maior tamen obligatio est ad restituendum id quod per furtum, & rapinam ablatum est quàm quod per vsuram, & simoniam est acceptum, quia in furto, & rapina inuito Domino, & in eius præiudicium aliquid aufertur. In simonia autem, & vsura, & volente, & tradente accipitur. Ideo facilius est dare i pauperi eleemosynam de pecunia simoniaca, vel vsuraria, quàm de pecunia furtiua, vel rapta, & siquis sit in necessitate extrema licebit ei eleemosynam dare de simoniaca, & vsuraria pecunia quamuis aliàs non liceret facere, eleemosynam de illa, sed restituere ei cui debetur, C & hoc, quia necessitas facit debitū id, quod aliàs non erat debitum. Siquis etiam habeat pecuniam furtiuam, vel raptam potest facere de illa eleemosynā in tali casu quamuis alias non liceret. Dicit tamen Sanctus Tho. secunda secundæ quæstio. 32. artic. 7. quòd siquis habet pecuniam quam ex furto, vel rapina acquisiuit, & videt pauperem in tali necessitate, si pōt consulere dominum, idest, illum cui ablata est, vt de consensu illo pauperi prouideatur, fieri debet. Et tunc si ille consentit bene fit, si autem non consentit adhuc potest eo inuito tradere rem illam in eleemosynam. Vel si non potest eum consulere commode potest dare eo inconsulto, & licite fit, hoc autem verum est si iste non habeat aliunde vnde det eleemo- D synam, quia si habeat aliquid aliud, non debet dare de isto cum istud sit æs alienum, & quandiu aliquis habet propria, quæ possit administrare ad subueniendum aliis, vel sibiipsi non dicitur esse in extrema necessitate ad hoc, quòd liceat ei mittere manū in rem alienam. Quando tamen non habet aliquid de propriis, vel non potest commode administrare vtpote siquis nō haberet proprium, nisi possessiones aliquas quas non posset faciliter vendere, nec pignori dare, vt haberet inde ad succurrendum pauperi, haberet tamen aliquam pecuniam furtiuam, vel rapinam aliam, ex qua prompte posset pauperi subuenire, licitum erat tunc de rapina, & furto subueniri pauperi per illum; qui aliàs propria habet, & potest hoc fieri specialiter E in hoc casu. Quia in aliis non potest dari eleemosyna de tali pecunia, & si daretur, tenebatur nihilominus semper restituere iste, qui abstulerat, ei cui ablatum erat. Et ita de pecunia simoniaca, & vsuraria, hic autem si pauperi dederit in tali necessitate, non tenetur postea restituere ecclesiæ, si est simoniaca pecunia, nec ei a quo accepta est, si est vsuraria, vel per furtum, aut rapinam habita, quia necessitas facit hic licitum quod aliàs illicitum erat, extra de re. iu. cap. quòd non est licitum. Et hoc verum est in foro conscientiæ. Nam si in foro contentioso reperiantur vsuræ, vel pecunia simoniaca, aut furtiua, tenetur restituere qui hoc accepit, etiam si in talibus necessitatibus expenderit, quia forus conscientiæ, & contentiosus non se impediunt

impediunt. Et hoc verum est nisi pecunia illa vsuraria, vel furtiua in tali necessitate fuerit data de consensu eius cui restituenda erat, quia tunc non potest eam repetere. hæc autem omnia vera sunt, quia in necessitate omnia efficiuntur cōia 42. di. §. t. & 47. di. cap. sicut hi, & 12. quæstione 1. cap. 1. & 23. quæstione 7. cap. quòd autem. Proprio ergo iure poterat dare fur istam rem ablatam in eleemosynam tanquam si sua esset, cum ipse, qui patitur hanc necessitatem possit rapere, vel furari sine peccato, quando nemo ei dare vult, & etiam alius potest pro eo rapere, vt sibi subueniat si ipse non potest. Et non obstant, quæ dicta sunt præcedenti quæstione, quia illa intelliguntur quando quis furatur bona diuitis, vt det pauperibus non existentibus in vltima necessitate. Secus autem si in vltima sint, quia tunc nihil est eis prohibitum, cum omnia efficiantur communia. Et si aliquid acceperint de alienis nolente Domino præstare, non tenentur ad restitutionem etiam si peruenerint ad pinguiorem fortunam, quia non acceperunt rem alienam, sed vsi sunt re sua quam necessitas fecit suam.

Idē dicit S. Thom. 2.2.q.32. art 7.

Sed obiicitur, quòd teneantur restituere, & quòd nō liceat accipere rem alienam in tali necessitate, quia extra de furt. cap. siquis, dicitur siquis per necessitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria vestem, vel pecus peniteat hebdomadas tres. Si reddiderit non cogatur ieiunare. Et sic imponitur ei pœnitentia, vnde tenetur ibi, vel restituere, vel pœnitentiam agere. Dicendum, quòd non fuit ista necessitas extrema, quia dicitur ibi de necessitate famis, & nuditatis, & tamen in nuditate non solet iudicari extrema necessitas ita aperte sicut in fame, cum sine vestibus possit quis aliqualiter, & aliquanto tempore viuere sicut multi faciunt, & multi Sancti fecerunt in desertis nec erat istud miraculum, sine cibo tamen, & potu nemo potest diu viuere naturaliter: ideo in fame, & siti iudicatur simpliciter extrema necessitas, & non in nuditate. Cum ergo ponatur fames & nuditas, innuitur, quòd licet esset necessitas aliqualis nō tamen erat extrema. Et ideo imponitur ibi pœnitentia alioquin nulla imponeretur: sic dicitur eodē cap. in Glo. s. ex eo, ꝙ pœnitentia imponitur colligitur, ꝙ modica fuerit necessitas. Si enim magna fuisset non imponeretur penitentia, ar. de conse. di. 5. cap. discipulos. In necessitate ergo extrema nec penitentia imponitur nec ad restitutionem obligatur recipiens. Et tamen necesse est dici, quòd fuerit aliquanta necessitas, quia aliàs pro furto non imponeretur solum restitutio rei ablatæ, sed etiam insuper aliqua penitentia. Et tamen ibi dicitur, quòd si reddiderit rem ablatam non cogatur ieiunare. De ista extrema necessitate dicendum, quòd non debet vocari extrema necessitas solū quando iam est homo constitutus in illa, quia tunc forte non posset prouideri ei, quia etiam si subueniretur et non posset iam iuuari natura existente debilitata nimium ex fame, vel siti. Sed tunc dicenda est extrema necessitas quando quis indiget cibo, & potu, & in loco in quo est nemo ei dare vult, nec est prope alius locus in quo possit commode ista quærere: ideo tunc potest licite a quocunque furari, vel rapere, quia omnia sunt sibi communia, de hoc dictum est supra q. 34. in responsione ad ar. 4.

An formatores alearum, & taxillorum peccent formando talia instrumenta ad ludendum. Quæst. LI.

QVAERITVR an eleemosyna fieri possit de acquisito in ludis, & maxime ad aleas, vel taxillos, & quia in hoc coincidunt etiam alia dubia est dubium primum de formatoribus alearum,

F & taxillorum an peccent faciendo ista, & viuendo ex hoc artificio. Dicunt quidam quòd sic, quia ludere ad aleas, vel taxillos asserunt semper esse peccatum mortale: ideo dicunt taxillorum, & alearum factores peccare mortaliter. Ratio ista conueniens est, quia res nō est nisi propter suum finem. Si ergo ludus alearum, & taxillorum nunquam posset fieri sine peccato mortali, quicunque taxillos faceret, & aleas ad peccatum mortale faceret directe præstando occasionem ad illud: ideo manifestum est, quòd peccaret sicut si gladius solum esset ad occidendum homines iniuste, & non posset esse alius vsus gladij, manifestum est, ꝙ peccaret quicunque gladium faceret: falsum tamen præsupponitur, quia non est verum, ꝙ ludere ad aleas,

G vel taxillos sit semper peccatum mortale, quia etiam interdum potest esse sine veniali, vt siquis interdum ludere velit solum ad tollendum tristitiam, quæ affligit eum, vel ad euitandum noxas curias, & obuiandū iniquis cogitationibus. Nam tunc cum actus ludendi s'm se non sit malus, & ordinetur hic ad bonūm finē oportet, ꝙ non sit malus. De facientibus ergo aleas, & taxillos idem erit, s. ꝙ non est necesse, ꝙ peccent semper faciendo cum ludentes non semper peccent. Magis tamen consistit peccatum in ludendo quam in faciendo taxillos, vel aleas, quia facere est propter ludere. Dicendum ergo, ꝙ facere taxillos, vel aleas nō videtur esse aliquod peccatū, quia vsus alearum, & taxillorum interdum est sine peccato, & non est peccatum nisi qñ indebite fit.

H Qui tamen taxillos, & aleas facit non facit ad malum finem nec ad bonum determinate, sed solum, vt possimus illis vti. Vti tamen illis absolute non est malum, sed ꝙ malum sit prouenit ex intentione ludentium, & conditionibus ludi, ergo facere taxillos nullum malum est. Vnde non peccat faciens. Non est tamen artificium satis honestum, quia cum ex ludo alearum, & taxillorum potius soleant mala quàm bona prouenire. tutius est homini abstinere ab eo quàm exercere illud. Quia etiam si æqualiter bona, & mala prouenirent ex eo, potius abstinendum erat a bonis, vt nullum malum sequeretur, quia melius est cessare a bono quàm faciendo bonum facere simul aliquod malum, vt ait Ambr. lib. de offic.

I & 14. q. 5. cap. denique, s. denique si non potest alteri subueniri nisi alter ledatur, cōmodius est neutrum iuuari quàm grauari alterum.

An ludere ad aleas, & taxillos sit peccatum. Et quòd Ludi ad exercitationem sunt liciti, & laudabiles. Et quòd viri religiosi, & Ecclesiastici debent cauere ludos. Quæst. LII.

QVAERITVR an ludere peccatum sit, & maxime ad aleas, vel taxillos. Dicendum, ꝙ quidam ludi sunt, qui fiunt propter exercendam virtutem, vt currere, & saltare iactare hastam, vel lapidem, & in similibus, quia per ista exercitatur homo ad ea,

K quæ sunt vtilia sibi, & reipublicę, vt homines sint magis dispositi ad bellum propter defensionem reipublicę non est peccatum per se. Nā non solum istud faciēdum est, vt homines sint exercitati ad bellum, sed etiā aliqua grania sunt faciēda, sicut Deus reliquit aliquas gentes Chananæorū quas noluit delere a facie Israelitarum, vt haberent cum quibus pugnarent, & nō fierent omnino inutiles, & inepti si nulla bella exercerent Iudicum 3. Ideo non solū sunt liciti ludi qui sunt ad exercitandum virtutem, sed ēt sunt laudabiles. Et hoc verū est nisi sint ludi periculosi sicut sunt torneamenta, & similes ludi in quibus sanguis effunditur, & est periculum mortis. Ideo non solum prohibentur ludi isti, sed etiam puniuntur ludentes, & illi, qui in-

terliant

tersunt ad inspiciendum. Quia si moriantur ibi etiam si pęniteant, carent Ecclesiastiça sepultura extra de torneamen. cap. Fęlicis, & cap. ad audientiam, idem etiam est de pugnantibus in certamine singulari, quia hoc prohibitum est extra de cleri. pugnan. in duello, per totum. Ludi aũt, qui sunt ad exercendam virtutẽ corporis sine periculo sunt liciti, vt currere, & saltare lanceam, vel lapidem iacere, & ita de similibus, & siquis in his ludis aliquid lucretur liçite acquirit. Vndę versus.

Ludere vescendi causa permittitur, atque
Hastam, vel pilum iaciendo vel saliendo
Cursum, vel bellum, vel non luctam faciendo
Causa virtutis spondere licebit.

Sic dicit Host. in summa ţit. de excess. præla. Alij autem sunt ludi solum causa solatij, & recreationis. Et isti proprie vocantur ludi. Alij autem vocantur exercitationes, & nõ ludi, quia ludus est propter requiem vt dicitur 4. Ethi. cap. 15. quòd cum sit requies necessaria in vita oportet esse ibi ludos. Est autem ludus quædam remissio, vel quies vt dicitur 7. Ethi. cap. 11. Scilicet, Animus hominis non potest esse semper intentus alicui rei seriæ, vel alicui operationi vtili, quia ex his grauatur corpus, & affligitur spiritus. Et quoniam viuentem oportet dormire, vel aliquid agere. 10. Ethi. & quia non expedit homini semper dormire, quandocunque cessat ab operatione seria oportuit dari aliquid quod haberet modum operationis. Et tamen animus non grauaretur intendendo illi, sed potius adiuuaretur, & resocillaretur a laboribus præcedentibus. Et istud vocatur ludus, quia est quædam remissio animi. Et potest fieri ludus iste bene, & meritorie, s. si fiat ad bonum finem, vt homo fortior resurgat ad operationes quod non fieret si nulla iocunditas interponeretur, quia remitteretur anima, & esset debilis ad operandum: ideo consulte dixit Cato. Interpone tuis interdum gaudia curis. Propter hoc ẽt inuenta est virtus, quæ regularet ludos. Nam eutrapelia est circa ludos, qui in verbis, & factis simul cum verbis consistunt, vt patet 4. Ethi. cap. 15. Quod tamẽ sm virtutem fit laudabile est, & põt esse meritorium. In ipso tñ põt esse excessus, vt circa assiduitatem, vt siquis vult semper esse in ludis. Nam iste iam ludos propter seipsos appetit, & hoc est cõtra rationẽ cũ ludus sit solum ad recreationem, vt con fortetur animus ad laborẽ releuatus a præteritis laboribus. Vnde 7. Ethi. 15. increpantur illi, qui sunt lusiui, i. valde dediti ludis. Nam vocantur intemperati, vel incõtinentes, & molles sic ẽt 3. Ethi. cap. 12. increpantur amatores fabularũ, & narratores accidentium quotidianorũ, qui in his conterunt totos dies, i. occupant totũ diem in his narrationibus. Hos aũt dicit Aris. peccare circa delectationem excessiue illam amando, & tñ non vocat eos intemperatos, quia non sunt circa delectationes tactus, & gustus, sed vocat eos garrulos. Peccatur ẽt in ludo siquis mordaciter ludat, sicut sunt Bomolochi, qui sunt valde reprehensores. Et hoc est vitium oppositum eutrapeliæ 4. Ethi. cap. 15. Et hoc est contra rationem ludi, qa ludus est ad solam quietem, & recreationẽ animi. Isti autem prouocant amaritudinẽ spiritus, & iram. Et peccatum est interdum ex conditione personæ, quią licet sit honestus ludus omnis tñ ludus detrahit grauitati cũ ludus sit remissio animi, grauitas aũt consistit quasi in quadam forti attentione animi ad ea, quę sũt seria, & magna, ita vt nihil agatur nisi cũ põdere rationis. Ideo sicut dixit Poeta, ꝙ non bene cõueniunt nec eadem sede morãtur maiestas, & amor. Ita ẽt nec grauitas, & ludus, quia grauitas ad maiestatẽ pertinet, qa maiestas dicit excellentẽ grauitatem, amor aũt excessiue lusiuus est, quia nihil cũ ratione habet sicut dixit

A Seneca. Quod siquis in amore modũ tenere velit idẽ est ac si cũ ratione insaniat, i. vtendo ratione efficiatur insanus, ꝙ includit contradictionem. Ob hoc ergo valde conuenit eis, qui grauitatẽ, & auctoritatẽ obseruare debent ex cõditione status, & maxime si sint Ecclesiastici prælati obseruare grauitatẽ suam, & abstinere a ludis, ẽt si ludi in se non essent illiciti, quia si isti lusiui fuerint, tota grauitas, & auctoritas eorum sublata est, ita vt subditi non attendant ad eos, nisi vt ad iuuenes, Et ideo licet actus isti in se parum mali sint, efficiuntur valde increpabiles in istis propter scandalum subditorum. Et quia dignitas contemnitur quod valde prohibet Apostolus 2. Corin. 6. Nemini dantes vllam offensionẽ. sed in omnibus exhibeamus nosmet-

B ipsos sicut Dei ministros, i. per oẽs actus nostros nihil possit de nobis indicari nisi sicut de ministris Dei. De alijs ẽt inferioribus viris Ecclesiasticis idem dicendum est, quia quilibet pro statu suo tenetur seruare quandã grauitatẽ, & modestiam in respectu ad laicos, qui non tenentur hoc seruare. Et ideo aliquos ludos licitos, scilicet, laruarum, & aliorũ ludibriorum, quæ sunt ad solam iocunditatem prohibentur clerici facere extra de vi. & ho. cleri. cap. Cum decorem, s. Interdum ludi fiunt in Ecclesijs theatrales, & nõ solum ad ludibriorum spectacula introducuntur in eas monstra laruarũ, verum ẽt in aliquibus festiuitatibus diaconi, presbyteri ac subdiaconi insania sua ludibria exercere præsumunt. Et sic prohibetur laicis facere in Ecclesia ludos

C theatrales, i. turpes quales fiunt in theatro. Presbyteris aũt diaconis, & subdiaconis simpliciter prohibetur facere ludibria, i. facere quoscunque ludos quorũ alij sint inspectores, quia tunc quantũcunque sit leuis ludus, peccatum est hoc in viro Ecclesiastico, quia tollitur per hoc honestas Ecclesiæ, quę valde debet seruari eodem cap. cum decorem. De religiosis aũt magis est notum, ꝙ nullis ludis interesse, aut vacare debeant cũ ipsi sint mortui sæculo. Et de istis magis põt sciri qñ peccant in ludis, quia tota vita eorum est ordinata per regulam, & constõnes ordinum suorũ, ita vt facile sit in eis videre in quo peccant. Ex his aũt apparet, ꝙ illi ludi quos dicebamus supra licitos, s. ad exercitationẽ corporis nõ sunt liciti viris ecclesiasticis, quia illa exer-

D citatio ordinatur ad bellum pro defensione reipublicę, viris tñ Ecclesiasticis armis pugnare non conuenit, sed arma eorum sunt orationes, & lachrymæ quibus pugnare debent prouocando Dei misericordiam. Et ista est efficacior pugna quàm illa, quæ fit in armis. Sicut solus Moyses orans superabat hostes, & Iosue cũ toto populo pugnans in acie superabatur si contingeret lassari manus Moysi. Exo. 17. Armis aũt pugnare clericis non conuenit, quia poterunt inde sequi homicidia, & tunc efficerentur irregulares. Vnde Apostolus dixit 1. Timoth. 3. ꝙ oporteret Episcopum nõ esse percussorem. Et hoc idem de presbytero, & omnibus Ecclesiasticis intelligitur. Quia tñ nemo põt nisi diuinitus semper habere animũ attentum ad res serias

E & labores, necesse est interdum, ꝙ ẽt viri Ecclesiastici ludant, sed iste ludus erit honestus in verbis iocundis, quę pertinent ad eutrapeliam, & similibus. Vnde Aris. 4. Ethi. qñ posuit virtutem dirigentem ludos non posuit illam circa aleatores, & taxillis vtentes, sed circa verba, & facta coniuncta verbis, quæ possunt cũ quadã honestatę recreationem præstare. His ergo ludis viri Ecclesiastici poterunt vti sm differentiam status eorũ, quia quædam licent subditis, quæ non licent prælatis. Sed hoc omnibus Ecclesiasticis obseruandum est, ꝙ cum luserint abstineant a publico, ne possint alij eorũ ludos inspicere, etiam non ludant cum laicis nec eis præsentibus ar. extra de homici. cap. Lator, & cap. Cõtinebatur. Sic dicit Hos. in summa tit. de exces. præla,

Margin notes: Ludus quid sit. / Arma ecclesiasticorum, q̃

Hoç

Hoc autem fit propter honestatem suam ne contemnantur ab eis quibus præesse debent, ne regendi frangatur auctoritas dum regentis persona contemnitur. Vnde ad seruandum istam auctoritatem multa concedimur, quæ alias non concederentur. Sicut prælatus si deliquerit contra subditum nō cogitur ab eo petere veniā ne regendi frangatur auctoritas, vt ait Aug. lib. de vi. cleri. & 86. dist. cap. Quum necessitas. Alias aūt cogeretur petere veniam ab eo quem offendit.

An liceat per ludum pecuniam lucrari. Et quòd Ludus alearum, & taxillorum est prohibitus. Ludus scacorum, & alij communes non sunt prohibiti. Quæst. LIII.

QVAERITVR de ludis in quibus pecunia acquiritur. Dicendum est, quòd ad hoc fuit multi ludi, & aliqui eorū sunt permissi, alij vero prohibiti, & hoc quantum ad se aliquando, & quantum ad personas. Et videtur dicendum de istis ludis, φ aut propter solam recreationem quis ludit non ponens aliquam pecuniam. Et tunc non videntur isti ludi illiciti saltem laicis etiam si ad aleas, vel taxillos, vel scacos ludāt, quia in istis pōt esse homini aliqua iocūditas, clericis etiā interdū posset esse hoc licitū cauendo hoc facere corā laicis, vt si raro faciant, & propter aliquam tristitiam, vel solicitudinem tollendam, dum per hoc non impediantur facere ea, quæ facere tenentur, quia etiam tunc in laicis esset peccatū siue sit pecunia in ludo siue nō, etiam si sit ludus in solis verbis, vt dictum est præce.q. quia hoc pertinet ad excessum. Si autem pecunia ponatur in ludo, tunc dicendum, φ aut est ludus prohibitus aut non. Est enim prohibitus ludus taxillorum, & aleaū per Ecclesiasticam legem extra de vi. & ho. cleri. cap. clerici officia. Et etiam per legem ciuilem, vt patet ff. de aleato. per totum. Ludi non prohibiti sunt, vt ludus scacorum, & alij communes, vt sagittando ad signum, & proijciendo lapides, vel ferrum ad signum. De ludis non prohibitis dicendum, φ licet laicis ludere, & licite lucrantur pecuniā ex tali ludo. Est tamen distinguendum, φ aut hoc faciunt ad recreationem, & iocunditatem, & vt inde habeant aliquid ad cibum, & potum, vel faciunt hoc animo lucrandi solum, si vt consequuntur pecuniam,
I quæ non venit in vtilitatem cōmunem vtriusque ludentis. Si primo modo licitum est tam ludere quàm acquirere, quia ad honestam causam acquiritur. Nam etiam sine ludo poterant ludentes exponere symbola ad cibum, & potum: ideo poterunt ludendo facere, φ succumbens exponat pro vtroque. Et sic faciunt id, quod etiam sine ludo licitum erat, & insuper iocunditatem quandam consequuntur ex ludo. Cum autem fit animo lucrandi, vt solus lucrans habeat pecuniam ludus non est licitus eo, quòd finis est inhonestus, scilicet, accipere id, quod est alienum nihil conferendo ei cuius est. Etiam non est conueniens modus transferendi dominium, scilicet per ludos, cum isti nō prosint reipublicę, sed potius noceant. Et eadem ratio est in istis, quæ in illis, qui sunt illiciti, vt alea, & taxilli. Lex enim prohibuit istos ludos, quia per eos inuicem solent homines se faciliter expoliare quod cedit in damnum reipublicę, & potius vtuntur eis ad lucrum quā ad solatium. Alij autem ludi communes non fuerunt prohibiti, quia istis magis solent homines vti ad solatium quàm ad lucrum. Si tamen conuertatur e contrario, vt homines vtantur istis ad lucrum, & se expoliēt per eos sicut per aleas, & taxillos, non videtur esse causa quare isti etiam non sint prohibiti sicut illi, vnde licet lex, quæ respexit ea, quæ sunt, vt in plurimum nō prohibuerit eos, est dicendum, φ in foro conscientię sunt prohibiti, & peccat mortaliter quicunq; hac

F sola intētione ludit. An tamen isti teneātur ad restitutionem eorum, quæ acquirunt dicetur infra q. 56. & hoc quantum ad ludum laicorum.

An clerici possint ludere pecuniam exponendo in ludis, Quando, & quomodo est licitum ludere pecuniam. Quæst. LIIII.

QVAERITVR, vtrum possint exponi pecuniæ in ludo clericorum. Dicendum sicut dicebatur præcedenti quæstione esse quosdam ludos prohibitos, & alios non prohibitos. De non prohibitis dicendum, φ sine pecunia ludatur poterit esse licitum interdum clericis dum non assue-
G scant nimis ad hoc, vel non morentur valde in ludo, quia per hoc esset excessus, & inhonestas. Si autem sit pecunia in ludis nō prohibitis dicendum, φ etiam hoc potest interdum esse licitum clericis. Monachis tamen nunquam, licet eo, φ ipsi nihil proprium habere possunt de quo ludant, & dato, φ interdum alicui Monacho data sit administratio alicuius pecuniæ ad sustētationem suam, vtpote si esset in studio, non liceret ludere, quia nomine sustentationis non intelligitur expositio pecuniæ ad ludum, etiam quando pecunia debet verti in cibum, & potum ludentium, etiam quia repugnat honestati, & grauitati Monachali sic ludere. Et prælatis, non licet sic ludere, quia hoc valde derogaret dignitati, & auctoritati suę, cum sint istę
H quædam exercitationes corporales tollentes multum de auctoritate sua, quia habent magnam leuitatem conuenientem iuuenibus. Non tamen oportet dici, quòd quandocunque prædicti sic luserint peccent mortaliter, sed aliquando venialiter, & aliquando mortaliter, vt posset colligi inspectis circunstantijs particularibus. Si autem in istis ludis non prohibitis clerici luderent pecuniam solum ad acquirendum dicendum, φ semper peccant mortaliter. Nam cum in laicis hoc sit peccatum mortale, vt dictum est præce.q. a fortiori erit in clericis, quia omnia peccata ipsorum sunt maiora cæteris paribus. De ludo scacorum cum sit de non prohibitis dicendum, φ licet laicis ludere siue pecuniam ludant pro cibo & potu, siue sine pecunia, quia cum non sit ludus prohibitus nec ad malum finem vtantur eo, non est aliquid cur peccent. Et quandocunq; dicimus, φ licet in aliquo ludere pecuniā ad cibū, & potū, est intelligēdū, φ non est licitū ludere pecuniā aliquā nō pro cibo, & potu, sed φ acqrat eā φ lucratur dum tamen illa sit valde pauca, & ludens nō ludat animo lucrandi, sed causa solatij, & tamen, vt habeat causam ludendi ad solatium ludit modicum de pecunia, si tamen sit animus ad lucrum est ludus illicitus. Et ideo si in hoc ludo scacorum aliqui ludant solum ad acquirendum quod potest iudicari ex modo ludendi, & ex quantitate pecuniæ, erit peccatum sic ludere etiam in laicis.

De clericis autem dixerunt quidam, quòd quomo-
K docunque ludant in ludo scacorum peccant mortaliter quorum ratio est, quia ludus alearum, & taxillorum est clericis prohibitus ne impediantur a diuinis quibus debent esse intenti semper de conse. distin. 5. cap. nunquam.

Dicendum tamen, quòd falsum est, quia aliquando seruata honestate licebit clericis ludere aliquo ludo. Et tamen non videtur esse honestior quàm ille cum soli peritiæ innitatur. Ergo si ludant clerici hoc ludo non sepe nec diu nec pecuniam ibi ponant ad lucrū, sed vel nullam ponant, vel solum pro cibo, & potu non videtur, quòd peccent. Ratio autem quare ludus alearum, & taxillorum fuit clericis prohibitus nō fuit principaliter ne distraherentur a diuinis, quia nō tenentur

tenentur toto tēpore vacare diuinis. Vnde illud quod dicitur, quòd nunquam psalterium cadat de manu eorum intelligitur solum de horis necessarijs, & compertentibus ad hoc, vt dicitur in alleg. cap. nunquam in Glo. Et sic poterunt clerici ludere ad taxillos, & aleas etiā si omnibus necessarijs vacarent diuinis, etiā quia si ista fuisset causa, omnes ludi fuissent eis prohibiti, quia per quemlibet ludum distrahitur homo a diuinis eo tempore quo ludit, etiā alij ludi sunt in quibus homo solet expendere maiora tempora quàm in aleis, & taxillis, & tamen non fuerunt illi prohibiti, sed solum aleæ, & taxilli. Ideo non fuit illa causa, sed ipsa turpitudo ludi, tamen quia facile est homines per istum ludū spoliari rebus suis, tum quia fortunæ ex maiori parte innititur, tū quia ibi facile est fieri multas fraudes ad acquirendum, quæ non accidunt ita faciliter in ludis communibus: ideo iste ludus prohibitus fuit. Ludus ergo scacorum, in quo ista non accidunt ita faciliter non fuit prohibitus. Licebit ergo interdum clericis ludere hoc ludo seruata honestare, & dum non interueniat pecunia ad lucrum.

An ludus alearum, vel taxillorum sit licitus. Et quot mala, & peccata reperiuntur in ludo. Et quòd clerici ad aleas prohibentur ludere, & interesse ludo.

Quæst. LV.

QVAERETVR in speciali de ludo alearum, & taxillorum an aliquando sit licitus. Dicendum, quòd aut ludens est laicus, vel clericus: Si laicus, aut sine pecunia ad solam delectationem, & tunc non est vetitum nisi quis vellet huic delectationi nimis vacare, vel immorari, quia tunc etiam delectationes licitę, & quicunq; ludi redduntur illiciti, vt dictum est supra q. 52. Si autem est pecunia in ludo, aut est ad cibum, & potum, vel ad lucrum. Si primo modo potest fieri licite si moderate fiat, i. nō ludatur multa pecunia, quia poterit hoc modo quis destruere substantiam suam. Et hoc peccatum est, quia quilibet tenetur in foro conscientiæ rem suam bene administrare. Nam dabit Deo rationem si dissipauerit. Peccat ēt contra rempublicam, qui rem suam dissipat male administrando, cū intersit reipublicę ne quis re sua male vtatur. Peccatū ergo est immoderate ludere siue hoc ludo siue quocunq; alio ad cibum, & ad potum, quia siquis substantiam suam in ludis dissipat parū differt an sic, vel sic dissipet. Si aūt ludatur ad solum lucrum siue paucum siue multum ludatur semper est peccatū mortale, quia contra charitatem agit, qui sic ludit, cū velit accipere bona proximi sine causa. Sequuntur autem multa mala ex hoc ludo, & ponit nouem crimina Raymundus in su. lib. 2. tit. de nego. secu. Sed Host. in summa tit. de exces. præla. addit septem, & sic sunt decem, & sex, quæ comprehenduntur his versibus.

Hæc cum taxillis ludendo crimina fiunt,
Ecclesiæ spretus, vsuraque, siue rapina,
Scandala, blasphemia, vel nugæ, seu faciendi
Furti doctrina, violentia, crimina falsi.
Et mortis causa deceptio. Perditioque
Temporis, & desiderium corruptio iunges,
Istis prædictis adulatio, vitaque turpis.

Primum est spretus Ecclesiæ, i. contemptus præcepti Ecclesiæ, quia Ecclesia iubet nō exerceri ludum alearum, & taxillorum extra de vi. & ho. cler. cap. clerici officia. Secundum est vsura, quia qui ludunt recipiūt ad vsuram qn̄ perdunt desiderio lucrandi, & ibi exercetur vsura grauissima, quia dantur tt. pro 12. extra de exces. præla. cap. Inter dilectos. Tertium est rapina, quia ludens intendit proximum spoliare sine causa. Et ideo si per ludum hoc faciat siue violenter auferendo

A modicum differt quantum ad Deum, qui respicit animum plus quàm factum 14. q. 5. cap. si quid inuenisti, vbi ille, qui aliquid inuenit si non restituit vocatur raptor, quia habet eundem animum quem raptor, scilicet, accipiendi rem alienam. Et ita in ludo taxillorum cum intendat ludens spoliare proximum, quòd etiam intendit raptor, dicitur committere rapinam. Quartum est scandalum, quia scandalizantur illi, qui vident aliquos sic ludentes eo, q̄ habent malum animū, & dant istis occasionem male iudicandi, potissime si sunt viri alicuius auctoritatis quos alij debeant sequi in exemplo viuendi, quia grauiter peccat, q alios scandalizat infra 18. & 1. Corin. 8. dicit Apostolus, q̄ si caro scandalizat fratrem meum non manducabo

B carnes in æternum. Quintum est blasphemia. Et istud est, q̄ maxime exercent ludentes, quia maledicūt Deo, & omnibus Sanctis eius, & inueniunt inauditos modos maledicendi. Sextum est nugę. Abundant enim mendacia in ludo, & ociosa verba, & tamen, qui mentitur occidit animam suam, & de verbis ociosis rationem reddi oportet infra 12. Septimum est doctrina faciendi furtum. Nam cum quis in ludo subito spoliatus fuerit cogente inopia furatur, & sic ludus est causa furti. Est tamen furtum graue peccatum quod repugnat humanæ societati, vt ait Aug. ad Macedonium, & 14. q. 5 cap. non sane. Octauum est violentia, qa aliqui solent interdū detineri violenter ad hoc, q̄ ludant, & sic perdant bona sua. ff. de alea. l. solent.

C Et istud nō videtur differre a rapina nisi, quia hic prætenditur quidam color, in rapina autem nullus. Nonum est crimen falsi, quia in ludo taxillorum, & alearum multę falsitates fieri solent faciendo falsos taxillos, vel fraudulentas commutationes eorum. Et istud est grauissimum, & valde vsitatum apud ludentes. Vnde etiam si ludus esset aliàs licitus p̄ropter istas falsitates esset illicitus. Decimum est mortis causa, quia ludentes irascuntur cū perdunt, & prorumpunt in verba iniuriosa, & de verbis vulnera, & homicidia. Qui tamen dat causam damni videtur dedisse damnum extra de iniu. cap. vlti. ff. ad. l. acquil. l. Qui occidit §. in hac. Et interdum, qui perdiderunt bona sua in ludo insidiantur lucrantibus, vel palam insurgunt in eos ad

D tollendum ipsis, qui lucrati sunt, & sic sequuntur homicidia. Vndecimum est deceptio, quia ille, qui scit melius alium decipere credit se melius ludere. Et istud adhuc est præter falsitatem, quæ fit in taxillis. Non est tamē deceptio permittenda, quia Apostolus dicit nemo circumueniat in negocio proximum suum prima Thess. 4. Ecclesia quoq; neminem decipit nec decipi permittit extra de dona. cap. per tuas. Duodecimū est perditio temporis, quia cum luditur non vacatur bonis operibus, & sic perduntur omnia illa, quæ posset homo interim facere. Et tn̄ nullum est maius damnū quàm temporis, quia damna rerū sunt recuperabilia damnū aūt temporis nequaquā, maxime, quia Deus exactissimam rationem petet a nobis de tp̄e concesso

E ad vitam, & bene agendum in quo fuerit expensum. Decimumtertium est desiderium, s. desiderium lucrandi, quia ludens habet immoderatum desiderium lucrandi, & tn̄ cupiditas mater est omnium malorum 1. ad Timo. 6. Hic aūt non solum est cupiditas diuitiarum, sed etiā cupiditas acquirendi eas modo iniquo sine vllo titulo: ideo graue peccatum est. Decimūquartum est corruptio, s. quia corrumpuntur proximi multipliciter videntes istos ludos cum erudiantur ex hoc ad malum, ipsi etiam ludentes corrumpuntur, qa ex hoc malo est sibi initiū ad omnia mala. Decimūquintū est adulatio, quia eis, qui lucrantur adulantur assistentes interdum, vt aliquid habeant ab eis, & laudāt eos de iniquitatibus, iuxta illud Psal. 9. Quoniam

laudatur

audatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus F
benedicetur. Laudant enim eos, quia bene ludunt,
& bene alios fallunt. Et tamen illud iniquitas est, adu-
latio autem semper est mala.

VInnum est vita turpis, quia qui assuescunt ad lu-
dum, omnem honestatem perdunt. Vnde efficiun-
tur viles. Et sic extra de excessi. præla. cap. inter dile-
ctos, vocatur vilis persona ille, qui est aleator publicus.
Cum ergo tot mala sequantur ad ludum taxillorum,
& alearum debuit iuste prohiberi. Si autem quæra-
tur de clericis, an liceat eis ludere hoc ludo, dicen-
dum, quòd prohibitus est eis, scilicet, ne ludant nec
etiam ludentibus intersint, extra de vi. & ho. cle. cap.
clerici. Etiam non debent esse participes ludentium,
idest, quòd attineant se eis, nec inspectores ludi, vt in G
Authen. de san. Epi. §. interdicimus, sic dicit Glo. 35.
dist. c. Episcopus, & extra de vi. & ho. cle. cap. clerici
in Glo. Et qui aleis intendunt viles personæ sunt, &
repelluntur a dignitatibus ecclesiasticis, extra de exce.
præla. cap. inter dilectos, vbi ille cui prouisum erat de
succentoria, quia est inuentus publicus aleator, priua-
tus est prouisione sibi facta Episcopi. Et etiam clerici
si assuescant ad aleas debent moneri, vt desistant, & si
non desistunt deponuntur, & qui non habent bene-
ficia excommunicantur 34. dist. cap. Episcopus. Et di-
cit Raymun. in sum. lib. 2. tit. de nego. secu. ꝙ clerici
ludentes ad aleas peccant mortaliter, quia deponun-
tur, & excommunicantur. Et tñ tales pœnę nunquã
imponuntur nisi pro peccato mortali. Et licet clerici H
semper peccent qñ ludunt ad taxillos, & aleas, tñ non
semper imponitur eis pœna depositionis, aut excom-
municationis, quia nec solent ista imponi pro quoli-
bet peccato mortali, sed ꝓ magnis solum, & maxime
vbi est contumacia, vel incorrigibilitas. Et sic est hic,
quia si Episcopus, vel clericus deseruiens aleæ desiste-
re vult, non deponitur. Ad hoc aũt, ꝙ deponatur opor-
tet, ꝙ deseruiat aleæ, i. valde seruiat, vt dicitur in alle-
gato cap. Episcopus in Glo. & hoc importat consue-
tudinem, etiã requiritur, ꝙ non desistat. Nam si desistit
non deponitur, vel non priuatur beneficio, in quo in-
nuitur, ꝙ debet admoneri, & si admonitus nõ desistit,
tunc est contumax, & deponitur. In clericis aũt nõ vi-
detur facienda esse differentia sicut in laicis, s. an ludãt I
ad taxillos, & aleas pecuniã, vel sine pecunia, & an ad
cibum, vel ad lucrum ludant. Nam hoc in laicis lo-
cum habet quibus non est tam expresse prohibitus lu-
dus taxillorum, & alearum. Et etiã non requiritur in
eis tanta honestas, sicut in clericis: ideo videtur dicen-
dum, ꝙ nullo modo liceat clericis ludere ad taxillos, &
aleas cum non solum prohibeatur eis ludere, sed etiã
respicere ludentes, extra de vi. & ho. cleric. cap. cle-
rici, & in Auth. de san. Episcopi. §. interdicimus, mi-
nus tamen est respicere ludentes quàm per se ludere,
etiam si ad solum cibum ludatur, vel ad solatium sine
pecunia. Non est tamen necessarium, ꝙ quandocun-
que clericus luserit ad aleas, & taxillos, peccet morta-
liter, licet semper peccet aliquo modo. Si tamen pe- K
cuniam ludit satis credi potest, quòd semper peccet
mortaliter, etiam si ludat ad solum cibum, quia habet
alios ludos non prohibitos sibi: ideo non debet exer-
cere hunc ludum sibi expresse prohibitum.

An ea, quæ acquiruntur ex ludo debeant restitui, in quo multa, & pulchra differuntur ea de re. Et regulæ traduntur quando quis tenetur ad restituendum acquisita per ludum. Quæst. LVI.

QVAERETVR an ea, quæ acquiruntur in ludo
debeant restitui, vel possit ex eis fieri eleemosy-
na. Dicendum, quod eleemosyna poterit fie-
F ri de sic acquisitis, si non teneatur acquirens ad resti-
tutionem, quia id, quod debetur certę personæ nõ po-
test dari in eleemosynã, sed oportet restitui, vt in furto
rapina, fraude, & calumnia, vt ait Augu. ad Macedo-
nium, & 14. quæstione 5. cap. non sane. Est ergo vi-
dendũ quãdo acquirens tenetur ad restitutionem, &
quando non, & dicendum, quòd aut ludus fuit de nõ
prohibitis, vel fuit de prohibitis, vt est ludus alearum,
& taxillorum. Si primo modo, aut luditur sine frau-
de, aut cum fraude. Si cum fraude qualiscunque sit
ludus, & siue sit solum ad cibum siue potum, siue ad
lucrum semper debet fieri restitutio, quia talis ludus
nihil differt a furto. Et ad hoc non differt an sit ludus
prohibitus, vel non, quia vtroque modo fit restitutio
G tam in foro pœnitentię, quàm secundum legem hu-
manam, si prohibetur fraus. Si autem fuit ludus si-
ne fraude, aut est solum ad cibum, & potum, aut ad lu-
crum. Si primo modo cum sit ludus licitus, & finis
sit licitus nõ tenetur acquirens ad restitutionem, ma-
xime, quia ambo communicant in fructu pecuniæ.

Si autem fuit ludus solum ad lucrum, distinguen-
dum est de ludente, qui perdidit an erat mentis com-
pos, & sui iuris, vel non. Si non erat mentis compos,
idest, ꝙ deficiebat sibi aliquid de eo, ꝙ requiritur ad
ludendum caute tenetur acquirens ad restitutionem.
Et hoc est si perdens sit furiosus, vel surdus, aut mu-
tus, vel cæcus, aut qui perpetuo morbo laboret, quia
tales non possunt rebus suis adesse, propter quod dan-
H tur eis curatores, vel tutores de iure, vt Insti. de cura. §.
furiosi, & §. sed & mentecaptis. Isti enim falli possunt
faciliter. Et ideo ludus factus cum istis iudicatur fa-
ctus per fraudem, & debet eis restitui quod perdide-
rint. Nec differt an perdant in ludis prohibitis, vel
in non prohibitis, cum tales personæ non sint aptę ad
ludendum. Si autem sint mentis compotes non ta-
men sint sui iuris, restituendum est, quod eis aufertur,
vt si sit seruus, vel filiusfamil. vel vxor, aut Monachus,
& similes personæ, quæ non sunt sui iuris, sed sunt sub
potestate aliorum, & nõ habent aliquam administra-
tionem. Idem dicit Raymundus lib. 2. titulo de nego.
Et Tho. secunda secundæ q. 32. est enim illicitum ex
iure diuino, ꝙ aliquis lucretur ab his, qui rem suã alie-
I nare non possunt, sicut sunt furiosi, & minores, & hu-
iusmodi. Est autem intelligendum de filiosamil. si
non habeat aliquod peculium castrense, vel quasi ca-
strense, quia si habet, potest ludere de illo cum sit do-
minus huius peculij, & habeat liberam administratio-
nem eius. Quid autem si peculium castrense, vel quasi
castrense, dicetur infra q. 58. Si autem non habeat ta-
le peculium, non potest ludere, & si ludat, & perdat
competit repetitio, etiam si sit seruus, qui perdit com-
petit repetitio, qa nihil habet proprium, sed quidquid
habet est domini, & sic perdit pecuniam alienã. Hoc
verum est, nisi permittente domino seruus habeat ali-
quod peculium quod possit administrare, vt si quoti-
die seruus det domino certam pecuniam, & reliquũ
K quod lucratur pertineat ad eum. Nam de illo po-
test disponere. Et ideo si perdit non competit re-
petitio, quia quantum ad illam pecuniam est sui iu-
ris. Si autem non habet tale peculium id, quod per-
dit est domini, & competit repetitio. Etiam si sit
vxor, quæ est in potestate viri competit repetitio pe-
cuniæ perditæ, quia vxor nihil habet in quo habeat
plenam administrationem, nisi sint bona paraferna-
lia. In cæteris autem siue sint communia, siue dota-
lia nullam administrationem habet. Ideo si perdat
de eis competit repetitio. Si autem de parafernali-
bus, quia quantum ad illa est sui iuris, non potest re-
petere. Quæ bona sint parafernalia dicitur sequenti
quæstione. Etiam si sit Monachus, qui perdit repe-
titio

trio conuenit, quia monachus nihil proprium habet de quo possit ludere. Et hoc verum siue monachus habeat administrationem siue non, quia neutro modo habet aliquid proprium. Et tamen si non habuit administrationem alicuius peculij, facilior est causa repetendi. Si autem administrationem habuit, quia non habuit illam, nisi ad vtilitatem monasterij, & ipse nunquam potuit effici dominus alicuius rei illarum quas administrabat, semper perdidit rem alienã. Et ideo indistinctè competit repetitio, siue administrationem habuerit, siue non: in istis enim personis quæ non sunt sui iuris si aliquid perdunt, competit restitutio, vt dictum est.

Idem etiam est de administratore rerum ecclesiasticarum, si nullas alias res habet si in ludo perdat cõpetit repetitio, quia perdit rem alienam, scilicet, ecclesiæ.

Sciendum tamen in his, quòd aut ille qui lucratus est vult sponte restituere, scilicet propter onus conscientiæ, aut repetitur ab eo pecunia. Si repetitur iudicialiter dabit ei qui potest de iure illam petere, scilicet ad quem pertinet cura istarum personarum, sicut fuerit iudicialiter diffinitum. Si sponte vult restituere nõ debet restituere his qui perdiderunt, sed illis in quorum potestate isti sunt, vt quod perdidit filius patri restituendum est, quod autem vxor restituitur viro, quod seruus domino, quod religiosus monasterio, quod procurator, vel dispensator rerum ecclesiæ, restituitur ipsi ecclesię.

De hoc vide etiam Raymund. li. 2 titu. de neg. ge.

Si autem ludens sit sui iuris, scilicet quia habet aliquod peculium, quod posset libere administrare, dicendum, quod si perdat in ludis non prohibitis non competit repetitio, qui tamen lucratur peccat ludendo, & accipiendo pecuniam ex ludo, quia malo fine ludit. Et etiam non est conueniens modus acquirendi cum quis accipit rem alterius, & nihil dat illi pro ea, sed perdit eam inutiliter: repetitio tñ non cõpetit, quia iste sponte lusit, & perdidit, & sine fraude. Ideo licet vterque peccet ludendo, & qui lucratur peccet lucrando, & accipiendo, quia tamen ludus non est prohibitus, nec aliqua lex compellit ad restitutionem non tenetur iste restituere ei a quo acquisiuit, nec etiã dare pauperibus, quia multa sunt illicite acquisita, quę potest acquirens retinere, sicut est in meretricio, & histrionatu, & similibus, nec cogitur illa restituere ei a quo accepit, nec pauperibus dare: si tamen restituantur, vel pauperibus dentur acquisita per talem ludum, securior est acquirens in foro conscientię.

Sunt tamen aliqui quos nos vulgariter non vocamus ludum alearum, & tamen per legem humanã possunt vocari ludi alearum, quia alea non videtur esse vnicus ludus, sed omnes illi ludi, qui innituntur præcipue fortunę, & in quibus potest quis faciliter rem suam perdere, & in quibus fraudes multę fieri possunt. In his ergo competit repetitio, sicut in illo ludo quem nos vulgariter vocamus ludum alearum, & taxillorum: cum ista repetitio competat ex lege, quę vetat ludum aleę. In omni, ergo ludo, qui comprehenditur nomine aleę, fiet idem quod in alea, & poterit competere repetitio. Vnde in istis ludis, & in omnibus alijs vbi ludens solum lucrum intendit: maxime si ipse attraxit alium ad ludẽdum videtur, quòd fieri debeat repetitio, quia istud videtur esse contra ius diuinum, quòd quis animo lucrandi alium trahat ad ludum, vt infra dicetur.

Si autem sit proprie ludus alearum: dicunt quidam, quòd id, quod in alea perditur non potest repeti, sed pauperibus erogari articul. decimoquarto, quęstione quinta, capitulo non sane, quia cum turpitudo versetur, potior est conditio possidentis. Melius ta-

A men creditur, quòd posset repeti. ff de aleatoribus. lege vltima, & competit repetitio, vsque ad annos quinquaginta, vt dicit constitutio Græca. C. de relig. & sumptibus funerum, & siquis existens in ludo aleę rem suam vendiderit, non tenetur de euictione. ff. quarum rerum acti. non detur, l. si filio. §. primo. siue §. si in alea. Sic dicitur trigesimaquinta distinctione, capitulo Episcopus, in glo. & extra de vita, & hon. cle. c. clerici, in glo.

Sed doctor. aliqui moderni dicunt, quòd in acquisitis per aleas videtur esse aliquid illicitum ex iure diuino, scilicet, quòd aliquis lucretur ab his qui rem suam alienare non possunt, sicut sunt furiosi, & minores, & huiusmodi, & quòd aliquis trahat alium ex cupiditate lucrandi ad ludum. Et in his casibus tenetur ad restitutionem. Aliquid autem videtur esse vlterius illicitum ex iure positiuo ciuili, quod prohibet vniuersale tale lucrum, sed quia ius ciuile non obligat omnes, sed eos solos qui sunt his legibus subiecti, & iterum per desuetudinem abrogari potest, ideo apud illos qui sunt legibus astricti tenetur vniuersaliter ad restitutionem, nisi forte contraria consuetudo præualeat, aut nisi aliquis lucratus sit ab eo qui traxit eum ad ludum.

Opi. S. Th. 2. 2. q. 32. ar. 7.

B

In quo casu non tenetur restituere ei, quia ille qui amisit non est dignus recipere, lucrans tamen nõ potest licite retinere tali iure positiuo durante, vnde tenetur de hoc eleemosynam facere.

C Et sic isti nolunt, quòd qui lucratur ad aleas, teneatur generaliter ad restitutionem, sed colliguntur aliquæ regulæ ex dictis eorum.

Prima est, quòd qui lucratur a personis, quæ non sunt sui iuris, quia sunt in potestate aliena, vel quia tales sunt, quòd de iure indigent curatore, tenetur eis restituere. Et ista vera est simpliciter, tam in ludo alearum, quam in quocunque alio, cum isti nihil possint alienare. Et hoc indubitatum est.

Secunda est, quòd qui lucratur per fraudem tenetur restituere. Et hoc etiam verum est, tam in aleis, quam in quocunque alio ludo, siue ludatur ad lucrũ, siue ad solum cibum, & potum.

Tertia est, quòd quicunque ex cupiditate lucrandi traxit alium ad ludum, & lucratus est, tenetur ei restituere. Ista etiam vera est, & non solum est intelligenda in ludo alearum, sed etiam in quocunque alio ludo, dum tamen per illum intendatur solum lucrum. Et patet, quia ipse dicit ibi, quòd istud est de iure diuino, & postea ponit quid est illud, quod debet fieri de iure positiuo ciuili, & tamen ius diuinum non distinguit ludum aleæ ab aliquo alio ludo, sed solum prohibet intentionem male accipiendi rem alienã. Et quia hoc potest fieri per quemcunque ludum in quo attenditur solum lucrum dicetur, quòd in quocunque tali ille qui traxit alium ad ludum, & lucratus est, teneatur ei restituere. Et hoc rationabile est, & credo esse verum, ideo licet lex humana non obliget ad restitutionem, nisi in ludo aleę, & in illis quæ comprehenduntur nomine aleæ. Tenebitur ergo in foro conscientiæ ad restitutionem quicunque traxerit alium ad ludendum ex sola cupiditate, & lucratur ab eo.

D

E

Idem etiam videtur si nemo alterum traxit, sed ambo æquali intentione conuenerunt ad ludendum intentione tamen lucrandi, quòd tunc teneatur quilibet restituere, non tamẽ ei a quo acquisiuit, sed pauperibus. Et patet, quia inter istum casum, & pcedentẽ non differunt, nisi quia vnus traxit ibi aliũ, hic autẽ neuter: intentio tamen lucrandi vtrobiq; est eadẽ. Quod aũt quis traxerit alterũ facit, quia teneatur ei restituere, quia tamẽ teneatur generaliter restituere, non fit nisi ex

praua intentione, quam habes ludens ad lucrandum qualiter non debet, & de quo non debet. Et quia etiā in secundo casu est istud, tenebitur quilibet lucrans ad restitutionem: non tamen tenebitur ei a quo lucratus est, quia non traxit eum, sed tenebitur pauperibus dare.

Quarta regula est, ꝙ quantum ad hoc, quòd ius positiuum ciuile disponit, ꝙ possit semper repeti, ꝙ perditur in alea, quòd non tenentur omnes, sed solæ illę gentes, quę obseruant istud ius. Nam aliqua regna sunt, quæ non habent Imperatorem, tanquam superiorem in tēporalibus, sicut est rex Hispanię, & ideo non tenentur ad seruādū iura ciuilia, quę ab Imperatoribus condita sunt, nisi ipsi de nouo illa sibi instituant. Et ideo tales non tenebuntur ad restitutionē in omni casu quantum ad ea, quę acquiruntur in ludo aleę ex vigore legum ciuilium, nisi ipsi sibi leges de hoc instituant.

De hoc extat Vrbani II. Bulla confirmās promissionem Imp. Henrici secundi de libertate regnū Hispanię ab obedictia Imperii.

Sciendum tñ, ꝙ ludus alearum nō solum lege Ecclesiastica, & ciuili prohibetur, sed et Arist. 4. Ethi. c. 4. dicit aleatores esse illiberales, quia lucrātur a quibus non oportet, sed magis illis dare oporteret, & sustinēt multa opprobria propter ludum istum, & lucrum, vnde ait, Aleator, & mortuorum spoliator, & latro illiberalium sunt turpes lucratores. Lucri enim gratia vtrique negociantur, & opprobria sustinent, & hi quidem, scilicet latrones, & spoliatores sepulchrorum pericula maxima lucri gratia: hi autem aleatores ab amicis lucrantur quibus oportet dare vtrique. Vnde non oportet lucrari volētes turpes lucratores, & omnes tales vtique sumptiones illiberales. Et sic omnis aleator est auarus, & turpis cum latroni, & spoliatori sepulchrorum associetur aleator, ergo malus est, & totaliter redarguendus. Aliter autem solet dici, ꝙ in foro conscientię, nunquam potest retineri id, quod in ludo aleę acquiritur, sed semper est restituendum, vel ei, qui perdidit, vel pauperibus. Differt tamen an aliquis voluntarius, & ex cupiditate lucrandi ad ludum venit, vel attractus ab alio per vim, vel nimiam importunitatem. Si primo modo si amisit non potest repetere: si lucratur tenetur ad restitutionem saltem in foro conscientię. Et non differt an attraxerit aliquē alium, vel non: dum tamen sponte luserit ad lucrandū. Si secundo mō si quid perdit potest repetere, quia tam in foro contentioso, q̄ in foro conscientię sibi debetur: si autem lucratus est non tenetur restituere ei a quo acquisiuit, sed tenetur pauperibus erogare. Idem dicēdum in illo, qui infirmus, vel debilis existēs lusit modicum causa recreationis etiam si nemo eū attraxerit: dum tamen ipse neminem attraxerit, quia debet sibi restitui, quod acquisitum est ab eo. Quidquid tamen acquiritur in alea si restituatur ei, qui pdidit etiam si ipse attraxerit ad ludum satisfactum est: licet non teneretur lucrans restituere ei: sic videntur Raimundus, & Alexan. distinguere. Et ista eadem distinctio colligitur ex verbis beati Tho. de Aquino, sed quantum ad illos, qui non subditi sunt legi ciuili, non tenentur secundum eum in omni casu ad restitutionem. Vt si quis venit ad ludum sponte causa recreationis, & lusit aliquid: si lucratur non tenetur secundum eum restituere, nec etiam pauperibus dare. Etiā si quis tractus est ad ludum non tenetur, quòd acquirit restituere, nec pauperibus dare: motiuū eius est, qa ex iure diuino non tenetur cum non habuerit intentionem corruptā lucrandi, sed accessit causa solatij solum, vel principaliter, vel quia tractus est per vim, aut magnam importunitatem. Lex autem humana non obligat eum ad aliquid cum non sit subiectus legi ciuili, ideo potest licite retinere id, quod acquisiuit.

F Istud videtur esse verum secundum subtilitatem, & rigorem iuris, & ita approbat Ioan. in sum. confessorum lib. 2. titulo 8. q. 24. distinctio tamen supra posita, scilicet ꝙ in omni casu debeat restitui, vel dari pauperibus magis obseruatur in foro conscientię. Et ratio est, quia licet quis ad ludum aleę a principio venerit causa solatij, aut attractus: difficile tamen est, ꝙ non habeat postea desiderium immoderatum lucrādi. Et quia non est iste modus conueniens acquirendi, scilicet quia est contra ius diuinum velle taliter acquirere, tenebitur ad restitutionem semper lucrator, vel ad erogandum pauperibus si attractus est ab eo cui lucratus est pecuniam.

Ex hoc patet, quando potest fieri eleemosyna de acquisitis in alea, & in alijs ludis, scilicet quia quando-
G cunque non tenetur lucrator restituere ei a quo acquisiuit potest eleemosynam facere, vel tenetur, sicut est de alea, in qua non potest retineri, quod est acquisitum, vt dictum fuit.

An vxor possit facere eleemosynam sine licentia viri. Quæst. LVII.

QVAERATVR nsic quis potest facere eleemosynam, & quare de eleemosynis corporalibus: nam de spiritualibus nemo est, qui non possit facere eleemosynam aliquam: cum quantum ad illas quilibet sit sui iuris, sed de cor-
H poralibus est dubium, quia quędam personę sunt, quę non sunt sui iuris, vt vxor filius, seruus monachus dispensator rei alienę, & generaliter omnes alij, qui de iure habent tutorem, & curatorem. Et est primo dubium de vxore an possit facere eleemosynam: aliqui dicunt, quòd sic, quia vir, & vxor sunt ęquales cum sint assumpti in societatē, vt dicit Aug. nam propter hoc non est facta mulier de alia parte corporis viri, nisi de latere, vt putaretur socia, & non de pedibus ne putaretur ancilla, sic dicit magister. secundo sen. di. 18. ergo pōt vxor quidquid vir, sed ille potest dare eleemosynam: ergo & illa.

I Item vir, & vxor habent bona communia præter bona propria vtriusque, ergo de illis saltem cum sint communia, poterit vxor eleemosynam dare.

Item de beata Lucia legitur, quòd ignorante sponso dabat eleemosynas, & postea ille conquestus est, & tamen ibi erat matrimonium cum esset per verba de pręsenti, ergo viro nesciente, vel nolente potest eleemosynam dare vxor.

Dicendum, quòd dare eleemosynam est administrare pecuniam aliquam, vel rem, quę pecunia mensuratur, ideo non potest quis licite eleemosynam facere, nisi de illa re cuius habet administrationem liberam, vel saltem extendentem se ad hoc, quòd possit facere eleemosynam: vxor autem non habet regulariter administrationem rerum, sed pertinent omnia ad virum, ideo regulariter non pertinet ad
K vxorem sine licentia viri, vel consensu tacito, aut expresso eleemosynam dare. Sed distinguendum est, quòd aut vult dare pauperi constituto in extrema necessitate, aut extra illam: si in illa potest non expectata licentia viri, cum ipse vir teneretur eleemosynam facere occurrente sibi tali casu: immo etiam si vir prohibeat expresse in illo casu vxori dare eleemosynam: poterit dare: immo tenetur si aliquid habere potest de quibuscunque bonis vnde det, quia etiam furari aliena bona, vel palam rapere in hoc casu liceret tam ipsi indigenti, quam cuicunque alteri ad dandum ei, vt dictum est supra quæstione quinquagesima.

Si

Si autem non sit pauper in extrema necessitate nō potest dare regulariter eleemosynam sine licentia viri, & tamen est distinguendum, quòd aut ista eleemosyna fit de bonis viri, idest, de illis, quæ ipse habuit ante matrimonium, vel de bonis dotalibus vxoris, vel de bonis communibus, vel de bonis paraphernalibus ipsius: de primis nihil potest dare vxor, quia illa sunt omnino aliena tam quātum ad dominiū quàm ad administrationem, si de dotalibus dicendum, ꝙ nec potest dare sine viri licentia, quia licet dominium rerum dotalium de iure naturali sit penes vxorem, de iure tamen ciuili est penes virum, qui habet administrationem istorum bonorum. C. de iu. dot. l. in rebus. & C. de rei vendit. l. dote ancillam. & hoc est, quia vsusfructus rerū dotaliū pertinet ad virum propter onera matrimonij, quæ ipse tenetur sustentare, & si vxor faceret eleemosynam de rebus dotalibus vsurparet administrationem quam non habet, & insuper præiudicaret viro, quia subtraheret ei partem vsusfructus cum diminuendo bona dotalia minuatur vsusfructus illorum: si autem sint bona communia, idest, illa, quæ constante matrimonio acquiruntur, siue sint fructus prouenientes ex rebus viri, & vxoris, aut alterius eorum, vel quomodocunque eis prouenīant præter illa bona, quæ habuerunt ante matrimonium, quæ omnia vocantur bona communia, & de istis non potest regulariter vxor facere eleemosynam, quia sunt bona viri quandiu manet matrimonium, & pertinent ad eius administrationem, potest tamen vxor facere eleemosynam de rebus istis, scilicet, de pane, & vino, & similibus, quæ bono, & approbato more solent ad dispensationem vxoris pertinere, quia licet tota dispensatio rei familiaris sit viri, ex consuetudine tamen communi, & approbato more relinquitur vxoribus administratio istarum paruarum rerum, vt panis, & vini, & cęterorum, quæ pertinent ad vsum quotidianum, & ideo licite de illis vxor facere potent eleemosynam dum moderate det secundum facultates viri, & secundum maiorē, vel minorem necessitatem pauperum, & eorum multitudinem, & debet sibi semper conformare cōscientiam, quòd non displiceat viro de hoc, idest, quod licet absente viro fiat hoc, debet habere vxor conscientiam, quòd placeret ei de illis si præsens esset, & non obstat ad hoc si aliquando vir prohibuerit vxori dare eleemosynam, quia mariti solent facere vxoribus prohibitiones absolute dicentes nunquā des eleemosynam in absentia mea, & non faciunt hoc, vt vxores totaliter distrahant ab eleemosyna dāda, sed vt temperent eas ab excessu quem suspicantur contra eas in dando. potest etiam vxor formare conscientiam ex qualitate, & miseria pauperis, scilicet, cogitando, quòd si maritus illum pauperem videret omnino sibi placeret, quòd fieret ei eleemosyna, si autem conscientia vxoris omnino dictat sibi, quòd viro displiceret ista eleemosyna, & scandalizaretur de ea si sciret, deponat conscientiam istam si potest persuadendo sibi contrarium, & tunc dabit eleemosynam, si autem non potest, sed credit, quòd omnino viro displiceret, non debet dare eleemosynam, sed dolere, quòd non licet sibi dare, & sic intelligitur illud quod dicit Augustinus in Epistola ad Dedițiam. & 33. q. 5. cap. quod Deo, scilicet, nihil de tua veste nihil de auro, vel argento, vel quacunque pecunia, vel rebus terrenis tuis sine arbitrio viri facere potuisti. & quia dicitur de rebus tuis potest intelligi de communibus, quia pertinent ad virum, & vxorem, vel de dotalibus, quæ sunt vxoris, & tamen de iure ciuili est dominium, & administratio penes virum, vt dictum est, si autem intelligatur de parapher-

A nalibus consilium est, & non præceptum, vt dicit ibi glo. magis tamen proprie potest intelligi de bonis dotalibus, quia illa mulier volebat facere de rebus suis, sicut soluto matrimonio, quia ambo coniuges simul continentiam vouerant, & sicut soluto matrimonio dos reddit ad vxorem, ita nunc volebat disponere de dotalibus bonis: dicit tamen August. quòd non potest, quia adhuc matrimonium manet, sicut prius licet carnaliter non conueniant, ad cętera tamen obsequia, & subiectionem, ita nunc manebat illa obligata viro, sicut prius: si autem sint bona paraphernalia potest vxor de illis eleemosynam facere viro inuito, quia in illis habet plenam administrationē etiam durante matrimonio. C. de pact. conuen. l. hac lege. dicū-
B tur bona paraphernalia illa bona, quæ habet vxor vltra dotem, & dicuntur a para, quòd est iuxta, & pherna, quòd est dos, & est alia ratio in bonis istis quàm in dote, quia vsusfructus dotis pertinet ad virum de iure, vt sustentet onera matrimonij, si autem alia bona habet vxor, quæ non sint dos, non pertinet vsusfructus ad virum: ideo manet administratio libera vxori in illis, & in hoc non pręiudicatur viro: ipse. n. videnr a principio cum quantis bonis dotalibus vxorem accipere vult cum de præiudicio suo agatur accipiendo eam cum parua dote, si tamen acceperit eam cum quantacunque dote, & vltra illam vxor habuerit alia bona, nihil habet vir in illis, scilicet, nec do-
C minium, nec administrationem, sed cogitur supportare onera matrimonij suscipiendo solum vsumfructum dotis, & administratio reliquorum bonorum pertinebit totaliter ad vxorem, & de illis poterit facere eleemosynam inuito viro. Consuetudo tamen ꝙ habeat vxor bona paraphernalia apud paucas gentes est, sed communiter est consuetum, quòd quicquid vxor habet quando in matrimonium assumitur, siue sit proprie dos, siue nō, computatur nomine dotis, & pertinet totum ad administrationem viri, & sic non poterit vxor eleemosynam de illo facere, quia iudicatur esse de dote. dicit aūt ꝙ interdum est proprie dos, & interdum non. l. quia illa bona, quę puellę habent qñ primo maritantur vocantur dos, si autem transeāt ad secundum matrimonium iam non solum apportant secum, quę prius fuerunt eis assignata in dotem,
D sed etiam illa bona, quę acquisiuerunt constante primo matrimonio, quæ erant communia eis, & viris, & ideo totum hoc, ꝙ auferunt ad secundum matrimonium non est proprie dos, sed large pōt vocari dos, & pertinet administratio eius ad virum pro sustentādis oneribus matrimonij, sicut fit in dote, & ideo nō habet vxor administrationem aliquā in bonis istis, nec potest de eis facere eleemosynam. Ista oīa vera sunt, nisi vxor sit valde lucrosa. l. quia forte opera eius sunt vtiliora rei familiari quam opera viri, & tunc potest vxor sine viri licentia dare eleemosynam secundum conditionem lucri moderate, ita vt vir non egeat, cū etiam ipsa teneatur laborare ad sustentationem one-
E rum matrimonij, caueat tamen vxor quādo dat eleemosynam ne dicat viro, quod non dedit, ne per hoc perdat mercedem suam.

Ad primum dicendum, ꝙ vir & vxor assumunt ad societatem, & tamen vir solus administrat, vxor autē non, pro quo sciēdum ꝙ secundum Arist. 1. Poli. cap. 1. sunt quinque communicationes inter homines, scilicet, naturalis despotica, œconomica, homogalactica, politica, duę istarum sunt inter virum, & vxorem, scilicet, naturalis, & œconomica: est naturalis communicatio prima omnium, quę est propter simile sertuum derelinquere. 1. Polit. capit. 1. & ista est solius viri ad vxorem: alia erat œconomica, & ista est domestica, scilicet, inquantum conueniunt aliquę persong

ad constituendum domnm vnam, & ista constat
ex viro, & vxore, patre, & filijs domino, & seruis,
eadem tamen persona est vir pater, & dominus, sed
habet diuersa nomina secundum aliud, & aliud: in
communicatione naturali vir, & vxor sunt vere so-
cij, & in hoc non est maior vir vxore, quia illa solum
est inquantum conueniunt vir, & vxor ad gignen-
dum, & in hoc actu est ęquale ius amborum, scilicet,
quia neuter habet potestatem corporis sui, sed alius,
& ęqualiter debitum petunt, prima Corint. septimo,
quantum ad communicationem œconomicam vir,
& vxor non sunt socij, quia in œconomia necesse est
dari vnicum caput, quod vocatur œconomicus, &
ille est rector familiæ, & hoc modo vir non est so-
cius vxoris, sed princeps, & caput eius, sic dicitur
prima Corint. vndecimo, quòd vir est caput vxoris,
sicut Christus est caput viri, habere autem admini-
strationem aliquam in bonis, quæ pertinent ad su-
stentationem vitæ, non pertinent ad communicatio-
nem naturalem, sed ad œconomicam, & quia in ista
vir, & vxor non sunt socij, sed solus vir est caput, &
œconomicus, ad eum pertinet tota administratio bo
norum, nisi quorundam paruorum, quæ ad vsum
quotidianum pertinent, scilicet, panis, & vini quo-
rum administratio, & alium similium ex communi
consuetudine ad vxores pertinet.

Ad secundum dicendum, quòd vocantur bona
communia ea, quæ constante matrimonio acquirū-
tur, non quòd communiter administratio pertinear
ad virum, & ad vxorem, sed quia de bonis vtriusq; &
laboribus acquiruntur, & soluto matrimonio diui-
dentur inter eos, vel inter hæredes eorum tanquam
communia, constante tamen matrimonio ad solum
virum pertinet eorum administratio, cum etiam ad-
ministratio rei dotalis pertineat ad solum virum, &
tamen dos ipsius vxoris est.

Ad tertium dicendum, quòd Lucia poterat dare
eleemosynam, quia habebat sponsum, & non ma-
ritum, nam licet quantum ad veritatem matrimonij
non differat esse consummatum, vel non consumma
tum, quantum ad alia tamen differt: nam ante con-
summationem vxor non est in potestate viri cum nō
dum sit ei tradita, & etiam bona dotalia non sunt in
eius potestate, sed in potestate patris puellæ, vel tu-
toris, aut curatoris, & quia Lucia erat sub potestate
matris, de licentia eius vendidit patrimonium suum,
& dedit pauperibus, & non poterat sponsus hoc pro-
hibere etiam si sciret, quia poterat ipsa dicere, quòd
volebat intrare religionem, & si intraret venderet
dotem, vel donaret monasterio, vel si hoc facere nol
let, non requisito sponso vendere poterat, si tamen
diceret, quòd volebat manere in sęculo non poterat
inuito, vel nesciente eo dotem vendere, quia erat in
pręiudicium ipsius cum a principio contractus ma-
trimonij fuisset conuentum de dote, & propter hoc
quando Lucia vendebat patrimonium suum, quòd
pertinebat ad dotem ne sponsus eam impediret dixit
ei, quòd vendebat hoc, quia volebat emere aliam
possessionem meliorem, & assensit sponsus, cępitq;
esse mediator in venditionibus.

*An filius sub potestate paterna existens possit elee-
mosynam facere. Et quòd triplex potest
esse peculium filij. Quæst. LVIII.*

QVAERETVR an filius existens sub potesta-
te paterna possit eleemosynam facere.

Dicunt quidam, quòd sic, quia quilibet
potest dare, quòd suum est, sed res patris
sunt filij, est enim filius dominus rerum paternarum,
F etiam viuente patre: Institu. de hære. quali. §. sed sui.
ergo potest facere eleemosynam de rebus patris.

Item laudabilior est vsus diuitiarum quando con-
uertuntur ad bonum spirituale quam cum expendun
tur in bono corporali, potest tamen filius vti rebus
paternis ad bonum corporis sui: ergo potest de eis
dare eleemosynam, quòd est ad bonum animæ.

Dicendum, quòd cum eleemosynam non possit
dare, nisi ille qui habet administrationem rerum, &
filius existens in potestate patris non habet regulari
ter administrationem aliquarum rerum: ideo nō po
test regulariter dare eleemosynam: est tamen distin-
guendum, quòd aut habet filius peculium aliquod
præter bona patris aut non, peculium filij potest esse
G triplex, scilicet, castrense, vel quasi castrense, secun-
dum est profectitium, tertium est aduentitium. pe-
culium castrense dicitur a castris, idest, illud quod
filius acquirit in militia siue sit stipendium suum siue
sit de pręda belli iusti: quasi castrense vocatur illud
quod habet aliquam similitudinem cum hoc, & ita
pecunia quam acquirit filiusfamilias de aduocatione,
vel de salario publico si est iudex, dicitur quasi castrē-
sis, quia aduocare, & iudicare est quasi quoddā mili-
tare, sic etiam vocari potest quasi castrense peculium
illud quod acquirit filiusfamilias intuitu Ecclesiæ si
clericus sit, siue de beneficio, siue quomodocunque
alio proueniat intuitu Ecclesiæ, sic etiam pecunia
H quam acquirit filiusfamilias de lectura sua si est do-
ctor, idest, habens officium docendi est quasi castrē-
sis, & maxime in foro conscientiæ respectu istius pe-
culij filius habet plenum ius proprietatis, & admini-
strationis: nam censetur quantum ad hoc paterfami
lias. ff. ad Macedo. l. 1. §. vltimo. & l. 2. C. de inoffi. testa.
l. vltima. & ideo de hoc peculio libere potest dare
eleemosynam etiam prohibente patre.

Profectitium peculium dicitur, quod de rebus pa-
tris, vel earum occasione prouenit, & dicitur profe-
ctitiū, quia ex istis rebus proficiscitur, idest, prouenit,
vt si pater det filio administrationem alicuius rei, &
cum illa lucretur filius aliquid, vocatur illud lucrum
I profectitium, & in isto nihil habet filius quantum ad
proprietatem, nec quātum ad administrationem, sed
ita iudicatur de eo, sicut de rebus illis, quæ totaliter
sunt patris, & ideo filius non potest de isto peculio
eleemosynam dare, nisi in casu in quo potuerit dare
de rebus, quæ sunt proprie paternæ.

Aduētitium peculium dicitur, quòd aduenit quasi
ex causa extranea, & istud est, quod filius acquirit cau-
sa matris, vt si aliqui cognati matris dent isti aliquid
propter matrem suam, vel permittant ei administra-
tionem alicuius rei, in qua lucretur, vel si aliquis alius
extraneus causa matris, vel lineæ maternæ donet
aliquid ei, & generaliter omnia lucra, quæ filius-
familias habere potest, quæ non sint castrensia,
vel quasi nec profectitia, vndecunque sint vocan-
tur aduentitia, & ista sunt ipsius filij quantum ad
K proprietatem, & tamen quantum ad vsumfru-
ctum, & administrationem solius patris sunt, vt
Institu. per quas personas nobis acquiritur. & ff. de
vsufructu, l. vlti. & in quatuor legibus sequentibus.
& de isto aduentitio dicendum etiam sicut de pro-
fectitio, quòd non potest dare filiusfamilias de il-
lo eleemosynam, nisi in casu, in quo potest dare
de rebus paternis non habendo peculium, si autem
filiusfamilias non habet peculium, aut occurrit pau-
per existens in extrema necessitate aut extra illam, si
in extrema necessitate tenetur dare eleemosynam
de rebus patris si ille non est præsens, & habet
aliquid in promptum, quòd dare possit, & non re-
quiritur ad hoc consensus patris, quia filius debet

iudicare,

iudicare, quòd pater si esset præsens daret eleemosynam cum dare teneatur, & tamen si sciat, quòd pater propter suam tenacitatem non daret eleemosynam, in illo casu ipse dare poterit nihilominus: immo etiam si pater vetaret, quia hęc obligatio est simpliciter ad dandum cum liceat indigenti in tali casu furari, vel rapere si nemo ei dat, & cuilibet alteri, licet pro ipso furari si aliter non habet ad subueniendum ei: si vero non sit extrema necessitas non potest dare filius de bonis paternis eleemosynam regulariter, nisi in aliquibus rebus paruis, quæ non inferant notabile nocumentum, sicut paucum de pane, & de vino, quia de his potest filius verisimiliter credere, quòd pater si præsens esset daret, & quòd non displicebit ei cum scuerit. Prædicta vera sunt quandiu manet filius cum patre, si tamen filius de licentia patris esset in scholis, vel peregrinatione, posset de pecunia quã ei dedit pater pro sustentatione, vel de peculio profectitio, & aduentitio eleemosynam dare, ar. ff de iud. l. si longius. & ff. ad Macedo. l. item si filius. §. quòd dicitur. aliter autem filio non licet dare eleemosynã, quia non habet pecuniæ administrationem.

Ad primum dicendum, quòd potest dare quilibet quòd suum est, bona tamen patris non sunt filii viuẽte patre: & si ipse dicatur Dominus bonorũ paternorum istud est per quandam fictionem iuris inquãtum speratur successurus in bonis illis, & iura reputant eum eandem personam cum patre, & tamen sicut non est in veritate eadem persona, ita nec est vere dominus, & patet, quia si esset vere dominus posset prohibere patrem vendere aliquid de illis bonis, & tamen non potest etiam si pater dissipet illa: ergo non est dominus, & consequenter non habet administrationem aliquam in eis.

Ad secundum dicendum, quòd filius potest rebus paternis vti ad corporis sustentationem, quia parentes tenentur alere filios, nisi ipsi propter aliqua crimina demereantur perdere alimenta, & sic possunt ipsi se alere de bonis paternis, de eleemosyna autem secus est: ideo non potest filius dare de bonis paternis eleemosynam, regulariter aliter potest, quia filius de bonis paternis potest accipere id quod est necessariũ accipi, & quia sustentatio corporalis est simpliciter necessaria, potest se filius alere de bonis parentum.

Dare autem eleemosynam non est necessarium: ideo non potest dare, si tamen accidat casus, in quo eleemosyna cadat sub necessitate, sicut existente paupere in extrema necessitate, potest filius dare eleemosynam de rebus patris ipso nesciente: immo etiã prohibente, vt supra dictum est.

An seruus possit facere eleemosynam. *Quæst. LIX.*

QVÆRETVR an possit seruus dare eleemosynam, aliqui dicunt, quòd sic, quia præsumendum est bonum de quolibet quousque probetur contrarium, dare autem eleemosynam bonum est: ideo seruus potest præsumere, quod dominus vellet facere eleemosynam quousque constet ei contrarium: ergo poterit seruus, vel ancilla eleemosynam facere, nisi prohibeatur a domino.

Item eleemosyna facta a famulis valet ad salutem dominorum, sicut patet in suffragiis mortuorum, quia serui dant eleemosynam pro dominis, & amici pro amicis, tenentur tamen serui procurare bonum dominorum, & potius spirituale, quam temporale, quia maius est: ergo poterit seruus de rebus domini eleemosynam facere.

Dicendum, quod aut accipitur seruus proprie, pro eo, qui empititius est, vel seruitiui subditus quomodocunq; per ius gentium, vel per ius positiuum, vel vocatur seruus ille, qui alteri seruit, idest, famulus, vel seruitor. Si primo modo seruus nihil potest habere proprium, quia cum ipse non sit iuris sui, quãtum ad personam alterius est simpliciter. primo Politico. cap. 2. quòd possidetur ab alio non poterit aliquid possidere, vnde si aliquid acquirit non acquirit sibi, sed domino, & istud est regulare, potest tamen seruus ex permissione domini habere peculium, vt si conueniat dominus cum seruo, quod det sibi certum quid quotidie, & quidquid aliud acquisierit suum sit, tũc habebit seruus peculium, & illius habebit liberam administrationem postquam dominus semel hoc permiserit, & quantum ad illud est quasi liber, vnde de eo eleemosinam facere potest etiam nolẽte domino. si autẽ non habet peculium, aut occurrit paup in extrema necessitate, & tunc potest eleemosynam dare nesciẽte domino etiam si dominus prohiberet cum posset furari domino ad dandum in illo casu, si non est extrema necessitas non potest seruus dare eleemosynam, nisi forte aliquid valde paruum de pane, vel de vino considerata pauperis necessitate si putaret, quòd domino de hoc placeret, aliter autẽ nihil dare licet, cum nullum ius habeat in rebus domini.

Si autẽ sit seruus. i. famulus, qui liber est, potest habere peculium, de quo dare possit eleemosynam, quia quantum ad illud omnino liber est, etiam de eo quod dñs suus dat sibi pro seruitio, quia illud suum est, de rebus tamẽ domini non pōt dare aliquid pauperibus, nisi sicut seruus empticius, quia nullum ius habet in rebus domini etiam si constituerit eum dominus dispẽsatorẽ, vel administratorẽ rerum suarum, quia non constituit dispẽsatorẽ, vt possit aliquid donare, sed solum, vt possit acquirere domino administrando res suas in vtilitatẽ suam, & tamen qui habet aliter administrationẽ habet maiorẽ libertatẽ ad dandum interdum aliquid paruum de rebus domini pauperi occurrẽti, quàm seruus, qui nullam habet administrationem, Quicquid tamẽ isti dederint non prodest eis, sed dominis, nisi inquantum habent ipsi bonam voluntatẽ dandi, dominis autẽ proficit si de hoc eis non displicet, vel si nõ displiceret quando istud sciuerit, hoc generale est in omnibus dispẽsatoribus dominorum, & etiam bonorum Ecclesiasticorum, quia in rebus valde paruis ex quibus non interfur sensibile nocumẽtum considerata pauperum necessitate licet eis dare aliquid, dum tamẽ putẽt, quòd dominis hoc placeret, aliter autẽ nihil dare debent.

Ad primum dicẽdum, quòd seruus non debet præsumere de domino, quòd velit facere quamcunque eleemosynam, nisi de hoc constet ei. Nam non est præsumẽdum de quolibet bonum, nisi illud quod est necessarium, dare autẽ eleemosynam non est necessarium semp: ideo non debet credere seruus, quòd dominus vellet dare elemosynam quãdocunq; paup occurreret, sed quandocunq; eẽt paup in extrema necessitate, & tunc eẽt domino inconsulto eleemosynã dare pōt, vt dictum est. quod aũt dicitur quẽlibet esse bonum præsumẽdum est sensus. i. quòd nullus est pręsumẽdus malus, quia incumbit homini de necessitate moris esse bonum, & tamẽ non præsumitur aliqua bonitas specialis de aliquo, nisi constet, nisi sit bonitas ad quam est obligatus.

Ad secundum dicẽdum, quòd suffragia, quæ fiunt pro mortuis a quibuscunque fiant nõ prosunt eis, nisi inquantũ ipsi viuẽtes meruerũt, quod similia eis pdesset, vt ait Aug. & sic eleemosynę, quæ fiunt a viuẽtibus p mortuis qñ eis prosunt sunt aliquo modo suę, inquã tum ipsi viuẽtes meruerunt, vt sibi prodesset, sic etiã ad hoc, quòd aliqua eleemosyna facta ab vno viuẽ-

te pro altero viuente prosit ei, oportet, quòd sit aliquo modo sua, non tamen est sua si sibi displicet: ideo a seruis non debet fieri eleemosina pro dominis de bonis eorum, nisi constet seruis, quòd dominis placeret, siue expresse, siue per aliqua signa.

An monachus possit dare eleemosynam. Et quòd de superfluis Abbas tenetur dare eleemosinam.
Quæst. LX.

QVAERETVR an monacho liceat dare eleemosinam. Dicunt quidam, quòd sic, scilicet, sine licentia cuiuscunque, quia vnum bonum non præiudicat alteri, sed bono omnia bona consonant, sicut vero omnia vera. primo Ethico, esse tamen monachum bonum est: ergo non impeditur per hoc ad dandum eleemosinam, ꝙ bonum est.

Item in scriptura laudatur valde eleemosina: nam vt dicit Ambros. summa Christianę religionis consistit in pietate, idest, in eleemosinarum elargitione: si tamen monachus non posset dare eleemosinam esset deterioris conditionis, quàm cęteri homines: ergo potest dare eleemosinam. Aliqui volunt, quòd nullo modo possit, quia monachus nihil habet, quia etiam voluntatem non habet. 54. dist. cap. Abbati. & 12.q.1.cap.non dicatis. nec etiam Papa facere posset, quòd Monachus manens monachus possit habere proprium, extra de statu monach. cap. cum ad monasterium.

Dicendum, quòd aut monachus habet administrationem aliquam, sicut Abbas, Vicarius, & similes, vel nullam habet: si habet aliquam potest eleemosinam facere: immo tenetur quidquid superest vltra necessitates monasterij erogare in pias causas (dicente Christo) quòd superest date eleemosinam, & omnia munda sunt vobis. 12.qō.1. quia tua. & 86.distinct.cap.non satis. & hoc intelligitur de illis, qui habent supremam administrationem respectu monasterij alicuius, quia cum ad illos pertineat cōsiderare de bono totali ipsius monasterij ipsi iudicabunt quid sit necessarium monasterio, & quid superabundans, sicut est Abbas in monasterio, alij sunt autem habētes minores administrationes sub Abbate ex commissione eius, & ad istos non pertinet agere, nisi secundum, quòd eis committitur: possunt ergo isti aliqua parua dare interdum pauperibus non consulto Abbate: nō tamen spectat ad eos iudicare quid sit monasterio necessarium, & quid superfluum ad hoc, quòd erogentur superflua, sed ad Abbatem pertinet hoc iudicare: quòd autem aliqua sint necessaria monasterio nō est iudicandum secundum præsentes necessitates, sed etiam secundum eas, quæ probabiliter euenire possunt, quia etiam in personis priuatis eodem modo iudicatur aliquid esse necessarium, magis tamen respiciendum est ad necessitates possibiles euenire respectu monasterij, vel vnius communitatis, quàm respectu vnius hominis propter multa.

Primo, quia duratio monasterij, vel communitatis est diuturna, scilicet, in perpetuum: ideo multę necessitates euenire possunt. duratio autem hominis parua est: ideo non oportet esse magnam solicitudinem circa futuras necessitates.

Secundo, quia facilius est, ꝙ vnus homo in necessitate existens acquirere possit sustentationem, quia nō sunt multa necessaria ei, vni autem cōmunitati sunt multa necessaria. Tertio, quia cum homo diligat seipsum valde naturaliter solicitus est procurare necessaria sibi, & faciliter procurabit, res autem publica, vel communitas quęcunque non est aliquid vnum, sed **F** consistit ex multis suppositis, & non inclinantur omnes de communitate magno affectu ad procurādum bonum eius, sicut ad propria: ideo difficile est procurari bonum commune, & prouideri communitati in necessitate, & facile est perire bonum eius: ideo multa debent dici necessaria respectu communitatis etiā si non appareat causa verisimilis necessitatis, quæ non debēt dici necessaria, sed superflua respectu personæ priuatæ. Quarto, quia quòd quis sit valde solicitus circa bona propria est vituperabile, quia habet excessū, & ideo pro vitio dicit Apostolus 2. ad Timot. 3. cum instabunt tēpora periculosa, quòd erūt homines amātes seipsos, esse aūt solicitum circa bonum communi **G** tatis in nullo homine est vituperabile, sed potius valde laudabile: ideo debēt multa iudicari necessaria monasterio, quæ non iudicarētur necessaria personæ. His aūt consideratis de superfluis tenetur Abbas dare eleemosinam, quia bona illa data sunt monasterio a Christi fidelibus, non vt monachi diuites efficiantur, cum potius paupertatē professi fuerint, sed solum vt sustētetur. Quod ergo superest ad sustētationē monachorum, & necessitates monasterij erogandum est alijs pauperibus. Si autem monachus non habeat administrationē non potest regulariter dare eleemosinam, nisi de mandato prælati: nam ēt vtilitates monasterij non potest monachus tractare, nisi de præcepto Abbatis. 16.q.1.cap.monachi a monasterio, & de cō **H** se.distinct.5.cap.non oportet, hoc verum est quando pauperes non habēt necessitatē extremam, si tamen occurrat aliquis in extrema necessitate, & non sit p̄sens pręlatus, potest dare eleemosinam: immo tenetur si non est alius, qui possit subuenire, quia in tali casu omnis homo tenetur ex necessitate pascere proximum 86.distin.cap.non satis. & cap. pasce. quia si nemo daret taliter indigēti, liceret ei iure suo accipere vndecunq; posset furando, vel rapiēdo, quia in tali tēpore omnia sunt communia. 47. distinct. cap. sicut hi, si aūt Abbas sit præsens ipse poterit succurrere indigēti cum habeat administrationē, vel si ipse non succurrit poterit monachus de licētia eius. Sed qd si Abbas expresse prohibeat monacho dare tunc eleemosinam? aliqui putant, quòd non possit dare, quia etiā **I** a bono debet cessare propter bonum obedientiæ. dicēdum, quòd licet ei dare eleemosinam, quia in talibus non est obediendum prælato: nam in his, quæ sunt expresse contra Dei mandatum nemo tenetur obedire alicui, quia eēt obedire magis homini quàm Deo, quòd fieri non debet, sicut dixit Petrus Act. 5. obedire magis Deo quàm hominibus, & dist. 8. cap. qui contra. & 11.q.3. cap. qui resistit, sed mandato prælati debet subditus abstinere a bono, quod non est necessarium, vt siquis velit ieiunare, vel facere alia, quę sunt superogationis, si pręlatus iubeat cessare cessandū est ab omnibus, etiam indifferētibus ex mandato prælati cessandum est, sic enim dicit Gregorius sciendum est nunquam per obediētiam malum fieri, aliquando **K** tamē debet per obediētiam bonum, quod agitur intermitti. 11. quæst. 3. capitu. quid ergo. Sed quid si monachus de licentia Abbatis manet in studio, vel vadit in aliquam peregrinationem, an de pecunia signata sibi ad sustentationem possit dare eleemosinam?

Dicendum, quòd si assignata est ei certa pecunia, quæ putabatur sufficere ad expensas, potest de illa eleemosinam facere, ita tamen, quòd occasione huius eleemosinæ non cogatur expendere plus, quam sibi datum est, & oporteat illud petere a monasterio, quia in hoc iam ageret contra intentionem prælati, qui sibi pecuniam assignauit, quia putauit, quòd illa sufficeret ad moderatam sustentationem,

ſtentationem, & noluit aſſignare plus, ſi autem non A fuit certum quid aſſignatum, ſed quòd expenderet id, quòd ſibi ſufficeret honeſte, poterit dare eleemoſynam moderate, quia eoipſo, quòd data eſt ſibi licentia manendi in ſcholis, vel peregrinandi, intelligitur eſſe conceſſa licentia faciendi ea, quæ honeſti ſcholares, & romipetæ ſiue peregrinantes facere ſolent: ar. extra de offic. deleg. cap. præterea. & ff. de iuriſdict. omnium iudic. l. 2. & ff. de iudi. l. ſi. longius. debet tamen iſta moderata facere, quia aliter iam videretur agere tanquam de rebus conceſſis ſibi ſpecialiter ad dandum eleemoſynam, quæ tamen non fuerunt conceſſæ ad hoc, moderate tamen dando eleemoſynam non oportebit habere ſpecialem licentiã dandi eleemoſynam cum fuerit data licentia admini B ſtrandi pecuniam ad ſuſtentationem ſuam arg. ff. ad Macedonia. l. item ſi filius. §. quòd dicitur etiam, quia debet monachus ſe conformare illis inter quos viuit diſtinct. duodecima. cap. illa. & diſtinct. 41. cap. quiſquis. & cap. quòd dicit. hoc modo monach' eleemoſynam dare poterit, aliter autem nihil poteſt dare.

Ad primum dicendum, quòd vnum bonum directe non repugnat alteri, poteſt tamen repugnare ſibi inquantum vnum eſt perfectum, & aliud imperfectum, quia bonum quodlibet dicit certum gradum cum præciſione, & quantum ad hoc accidunt quædam conditiones quibuſdam bonis, quæ repugnant aliis, ſicut bonum eſt reddere debitum vxori, quia C eſt actus iuſtitiæ, & bonum eſt virginitatem obſeruare, & tamen repugnat vnum alteri: ita eſſe monachum, & dare eleemoſynam duo bona ſunt, repugnant tamen aliquo modo inter ſe, quia eſſe monachum eſt maius bonum, & dicit abrenunciare omnibus bonis ſecularibus, dare autem eleemoſynã non põt eſſe, niſi de bonis tpalibus, vt nũc accipimus eleemoſynã: iõ aliquo mõ repugnat monacho dare eleemoſynã, ſed põt dare eã eo modo quo ſupra dixim'.

Ad ſecundum dicendum, quòd monachus licet non poſſit dare eleemoſynam corporalem non eſt per hoc factus deterioris conditionis immo melioris, quia perfectius eſt, quòd aliquis ſemel omnia dederit, & etiam ſeipſum nihil ſibi relinquendo, quàm quod relinquendo ſibi dominium rerum quotidie D de rebus ſuis aliquid det, ſic dicit Auguſtinus lib. de Eccleſiaſti. dogmatibus, bonum eſt facultates cum diſpenſatione pauperibus erogare, ſed melius eſt pro intentione ſequendi dominum inſimul donare, & abſolutum ſolicitudine egere cum Chriſto Hieron. in Epiſtola ad Paulinum dicit, totum dedit, qui ſeipſum obtulit, monachi autem ſunt huiuſmodi, quia ſeipſos, & res ſuas dederunt, qui autem dat eleemoſynam rem ſuam dat, & non ſeipſum, & illam quidẽ non totam: ideo perfectius eſt eſſe in ſtatu monachali, & non poſſe dare eleemoſynam quàm eſſe in ſtatu ſeculari, & eleemoſynam dare.

Quoniam autem declaratum eſt ſupra, quæ perſonæ poſſunt dare eleemoſynam, & videtur, quòd non E omnes: dicunt quidam quòd omnibus conueniat, quia Ambr. ſuper Lucam. & h̃r 86. diſt. c. in ſingulis, vel ſingulis, vt alij habent dicit, miſericordia cõmunis eſt viris: ideo commune præceptum eſt omnibus officijs, omnibus ætatibus neceſſaria, & ab omnibus deferenda, non publicanus, non miles excipitur, non agricola, non vrbanus, diues, & pauperes omnes in communi admonentur, vt conferant non habenti, & ſic non videtur, quòd ſit facienda diſtinctio aliqua perſonarum, vel exceptio, ſicut ſupra dicebatur.

Aliqui dicunt, quòd intelligitur de eleemoſyna ſpirituali, quia ad illam omnes tenentur cum nemo ſit, qui non poſſit illam præſtare.

Sed dicendum, quòd non ſtat, quia oportet intelligi de corporali. Nam dicitur ibi omnes in communi admonentur, vt conferant non habenti: ergo de corporalibus donis intelligitur.

Item quia dicitur ibi miſericordia omnibus eſt præpoſita perfectæ forma virtutis ne veſtimentis alimentiſque ſuis parcant, ſed hoc eſt eleemoſyna corporalis.

Dicendum, quòd Ambr. de eleemoſyna corporali loquitur, & poteſt vno modo intelligi, quòd nullus a miſericordia excipitur, ſcilicet, qui habet aliquid quod dare poſſit: nam ille cuiuſcunque conditionis ſit dare poteſt eleemoſynam ſiue diues, ſiue pauper, & cuiuſcunque ætatis, quia tamen multa genera pſonarum ſunt, quæ nihil habent quid poſſint adminiſtrare, non poſſunt illę dare eleemoſynam corporalẽ.

Alio modo poteſt dici, quòd in iſta generalitate quam poſuit Ambro. non ponitur aliqua de perſonis non potentibus dare eleemoſynam: nam cum dicit, non publicanus, non miles, non agricola, non vrbanus, diues, & pauperes, verum eſt, quòd nulla conditio iſtarum impedit dare eleemoſynam, quia quilibet iſtorum poteſt aliquid proprium habere, & adminiſtrationem alicuius rei temporalis, de qua poſſit eleemoſynam facere, ſoli autem illi, qui nihil habent quod adminiſtrare poſſint actualiter, excipiuntur ab eleemoſyna. Cum autem dicit, quòd eleemoſyna omnibus ætatibus, & omnibus officijs eſt neceſſaria, dicendum, quòd nemo excipitur ab eleemoſina propter ætatis defectum, ſed propter defectum adminiſtrationis, quęcunque ergo ætas fuerit, quæ adminiſtrationem aliquam habeat, poteſt dare eleemoſinã. etiam poteſt intelligi, quòd omnis ætas poteſt dare eleemoſinam, ſcilicet, aliquam, & aliquando, quia nulla conditio perſonarum, nec differentia ætatis, q̃ interdum dare eleemoſinam non poſſit ſaltem exiſtẽti in extrema neceſſitate, & maxime paruam eleemoſinam, quia etiam ſerui poſſunt aliquid paruum de rebus dominorum interdum dare, præcedenti queſt. & tamen nemo magis prohibitus eſt dare eleemoſinam quàm ſeruus, quia nemo eſt magis elongatus a iure poſſidendi, vel adminiſtrandi aliquid, cum ipſemet ab altero poſſideatur, & ideo licet non conceda tur omnibus generibus perſonarum poſſe eleemoſinam facere libere, nulla tamen perſona eſt, quæ excludatur omnino a poſſe dare eleemoſinam, quia aliquid dare poteſt, & aliquando, iſtę tamen perſonę, quas ſupra excipiebamus, ſcilicet, vxor, filiusfamilias, ſeruus, monachus, ſunt perſonæ, quæ non poſſunt libere eleemoſinam dare.

An aliquis ſibiipſi poſſit facere eleemoſynam. Et quòd duplex eſt eleemoſyna. Quæſt. LXI.

QVAERETVR nunc quibus eleemoſina danda ſit, & primo eſt dubium, an ſibiipſi poſſit aliquis eleemoſinam facere. Dicunt aliqui, q non, quia eleemoſina eſt actus liberalitatis, vel iuſtitiæ, vt oſtenſum eſt ſupra q. 23. non eſt tamen aliquis ad ſe iuſtus, nec liberalis, ſed vtrunque eſt in communicatione ad alterum, vt patet 4 Ethic. cap. de liberalitate. & 5. Ethic. de iuſtitia. Item nullus dat, niſi id, quòd habet, & nullus recipit, niſi id, quod non habet, & tamen ad hoc, quòd quis faciat ſibiipſi eleemoſinam oportet, vt habeat ad hoc, q det, & q nõ habeat ad hoc, q recipiat, hoc aũt eſt impoſſibile: iõ nõ põt ſibiipſi facere quis eleemoſinã. Dicẽdũ, q facere eleemoſinã, ppriè ad alterũ eſt, & tñ põt homo ſibiipſi facere eleemoſinam, pro quo ſciendũ, q eſt duplex eleemoſina. ſ. corporalis, & ſpiritualis, vt ſupra declaratum eſt, tpalem enim

eleemoſynam nullus ſibiipſi facere poteſt, quia oporteret tunc, ꝙ indigeret illa re quam recipit, & tamen non poteſt indigere ea cum habeat ipſam. ſpiritualis eleemoſyna conſiſtit in operibus miſericordię ſpiritualibus, de quibus dictum eſt ſupra quæſt. 28. poteſt autem ſibiipſi homo aliquod iſtorum bonorum ſpiritualium erogare: ideo poteſt ſibi eleemoſynam dare. ad hoc enim ꝙ eleemoſyna detur requiritur, quòd ſint dans, & recipiens, & etiam ꝙ recipiẽs ſit indigẽs, quilibet autem in ſeipſo vnicus eſt ſecundum rem, & tamen ſecundum rationem quilibet homo eſt duo homines, quia habet duas partes, ſcilicet, corporalẽ, & ſpiritualem, propter quas vocatur duo homines. ſ. homo interior, & homo exterior, vel homo nouus, & homo vetus, vt ſępe ſolet loqui Apoſtolus: vel poteſt homo vocari duo homines, ita ꝙ anima per ſe accipiatur, vt vnus homo, & totus homo accipiatur, vt alius homo, & ſic quando homo bene facit animæ ſuæ dicitur ſibimet eleemoſynam facere, & eſt tanquam ſi faciat alteri ſeparato a ſe. Et poteſt etiam dici aliter, ꝙ accipiendo eleemoſynam pro collatione alicuius rei temporalis, nullus poteſt ſibiipſi eleemoſynam facere. accipiendo tamen eleemoſynam ꝓ exercitio actus alicuius ſpiritualis, vel corporalis poteſt dici facere ſibi quis eleemoſynam, inquantum homo ratione diuerſarum partiũ poteſt agere in ſeipſum, quia vna pars mouet aliam, ſicut anima mouet corpus, & vna pars animæ mouet aliam, & vna pars corporis aliam, & poteſt talem eleemoſynam ſibiipſi, qs facere inquantum eſt duo iſto modo, & inquantum vna pars indiget, eo quòd poteſt ſibi dare altera, & ſic dabit ſibiipſi quis eleemoſynam quando pro vita ſua corporali ſolicite laborat, quia tamen eſt homo naturaliter inclinatus ad prouidendum ſibiipſi in bonis corporalibus, & omnes habent iſtam inclinationem, non ſolemus dicere, quòd aliquis faciat ſibiipſi eleemoſynam corporalem, ad ſubueniendum tamen animæ ſuę indigenti pauci ſunt inclinati, quia non cognoſcunt ſufficienter bona animæ, nec aduertunt ad illa: ideo magis dicimus, ꝙ quis poteſt animæ ſuę eleemoſynam dare, quia magis anima indiget inquãtum minus ſibi prouidetur, & eſt quaſi magis diſtincta a nobis cum non videatur, corpus autem, quòd videtur reputatur idem eſſe, ꝙ nos. Poſſumus tamen aliquo modo eleemoſynam facere corpori indigenti, ita quòd anima noſtra dicatur dare eleemoſynã corpori, quia interdum aliqui propter auaritiam nõ prouident corpori ſuo de cibo, & potu, & alijs neceſſarijs ſufficienter, & tunc corpus eſt indigens, & poteſt anima ſibi eleemoſynam facere ſi ſibi ſuccurrerit dãdo cibum, & potum, & iſta neceſſaria, quæ ſunt neceſſaria corpori, & non animæ, ideſt, quæ ſunt neceſſaria homini ex parte corporis, & non ex parte animæ, quia tamen homines ſunt inclinati magis naturaliter ad benefaciendum corpori ſuo, quàm animæ, nõ fuit datum præceptum de eleemoſyna facienda corpori ſuo, ſed de eleemoſyna facienda animæ, ſic dicitur Eccleſiaſt. 30. miſerere animæ tuæ placens Deo, & ita de dilectione Dei, & proximi datum fuit homini pręceptum, quia ad iſta parum homo inclinatur, de dilectione autem ſuiipſius, licet etiam ſit neceſſaria non fuit datum pręceptum, quia ad diligendum ſeipſum eſt homo naturaliter inclinatus.

Ad primum dicendum, quòd eleemoſyna ad liberalitatem pertinet inquantum eleemoſyna eſt actus miſericordię, & miſericordia eſt pars liberalitatis, poteſt autem eſſe liberalitas ad ſeipſum aliquo modo, non quidem ſecundum, ꝙ conſiſtit in dationibus, ſed vt cõſiſtit in ſumptibus, dare enim ſibiipſi aliquid homo non poteſt, quia quod dat iam poſſideret, & con-

F ſequenter non indiget illo, nec recipere poteſt cum habeat, poteſt tamen ſibiipſi homo facere ſumptus liberaliter, vel illiberaliter, inquantum quis decenter expẽdit ad ſuſtentationem ſuiipſius: nam aliqui ad ſeipſos ſunt illiberales, qui propter cupiditatem rerum, & auaritiam ſibiipſis neceſſaria in ſumptibus ſubtrahunt, & ideo ſicut poteſt quis eſſe liberalis, & illiberalis ad alios dando decenter, vel non dando ea quæ dari decet, ita poteſt ad ſeipſum eſſe liberalis expendendo decenter ea, quæ requiruntur ad propriam ſuſtentationem, vel illiberalis non expendendo ea, quæ decent, non poteſt tamen aliquis eſſe iuſtus, vel iniuſtus ad ſeipſum, quia iuſtitia dicit quandam æqualitatem quinto Ethic. quæ non poteſt eſſe niſi ad alterum, vnde
G eleemoſyna inquantum pertinet ad iuſtitiam non eſt hominis ad ſeipſum, ſed inquantum pertinet ad liberalitatem poteſt quis ſibiipſi facere eleemoſynam.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ non poteſt quis recipere aliquid a ſeipſo nec aliquid ſibi donare: ideo eleemoſynã prout conſiſtit in collatione alicuius rei corporalis non poteſt facere quis ſibiipſi, & tamen prout conſiſtit in exercitio alicuius boni ſpiritualis poteſt ſibi eleemoſynam facere, vt pro ſeipſo orare, aut quæcunque alia bona ſpiritualia facere, vel in exercitio actus corporalis, vt quia ſubuenit corpori ſuo, vt dictum eſt.

An facienda ſit eleemoſyna malis. Et quòd interdum melius
H *eſt non dare eleemoſynam pauperi, ſed verbo eum increpare, & corrigere. Quæſt. LXII.*

QVAERETVR an eleemoſyna facienda ſit malis. Aliqui dicunt, quòd non, quia dicitur Eccleſiaſt. 12. da miſericordi, & non ſuſcipias peccatorem, & benefac humili, & non des impio: ergo peccatori non eſt danda eleemoſyna.

Item reputaretur proditor, & iniquus cõtra dominum ſuum, qui de rebus ſibi datis a domino ſuo nutriret hoſtem Domini, peccatores tamen ſunt hoſtes Dei: ergo non eſt danda eis eleemoſyna.

Dicendum, quòd tam bonis quàm malis eleemo-
I ſyna danda eſt, quia Chriſtus docuit nos miſereri omnibus bonis, & malis præcedenti cap. dicens, eſtote miſericordes, ſicut pater veſter cœleſtis miſericors eſt, q Solem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos, ꝑ quod inducit nos ad miſerendum inimicis noſtris, & tamẽ illi mali ſunt, quia nos iniuſte oderunt, & perſequuntur, cum ibi non loquatur Chriſtus de inimicis, qui iuſte perſequuntur nos, quia tunc non eſſet ſupererogatio benefacere eis, ſed eſſet neceſſarium bene ſe habere ad illos, quia peccatum eſſet tunc ex parte noſtra & non ex parte ipſorum: ergo malis eſt facienda eleemoſyna.

Diſtinguendum tamen de eleemoſyna, quia quædam eſt corporalis, & alia ſpiritualis, de ſpirituali dicendum, quòd omnibus danda eſt tam bonis, quàm malis: immo potius malis quàm bonis, inquantum
K mali magis indigent adiutorio ſpirituali quàm boni, eleemoſyna tamen propter indigentiam datur, & nõ eſt facienda diſtinctio aliqua in hoc, quia eleemoſyna ſpiritualis ſolum proficit animæ, omnes tamen homines tenemur diligere quantum ad animam. i. deſiderare eis vitam æternam, & conſequenter adiuuare eos quantum ad hoc, ſecundum ꝙ nobis hoc occurrerit propter bona ſpiritualia, vt orando pro illis & conſulendo, & caſtigando, & ſic de alijs actibus ſpiritualibꝰ ſecundum decentiam perſonæ: nam quibuſdam malis recte damus interdum conſilium, quibus tamen cibum corporalem dare non debemus: ſpiritualis ergo eleemoſyna licita eſt ad omnes homines, quibus eam

dare

dare potuerimus saltem quantum ad hoc, quod est orare pro illis.

De eleemosyna corporali dicendum, quòd etiam malis dari potest, quia corporalis eleemosyna corpori proficit, & quia corpus natura quædam est a Deo condita, & quantum ad hoc est bona, & diligenda, & ei succurrendum, malitia autem peccatoris odio habenda est 86. dist. cap. odio. odio habeantur peccata, & non homines, inquantum ergo potest quis benefacere malis ad sustentationem naturæ, quæ bona est dum non sustentetur, vel foueatur iniquitas, eleemosyna danda est, vnde omnibus malis, & etiam excommunicatis est danda eleemosyna, vt ait Gregorius 11. q. 1. cap. quoniam multos. & hoc verum est, nisi malus propter securitatem sibi iustitiam negligeret audendo facere aliqua mala, vel perseuerando in malis, quia tunc eleemosyna non est danda ei, vt dicit Augustinus, vtilius esurienti panis tollitur si de cibo securus iustitiam negligat, quàm esurienti panis frangitur, vt iniustitiæ seductus acquiescat, & habetur 5. q. 5. cap. non omnis.

Vnde interdum melius est pauperi non dare eleemosynam, & verbo corrigere eum increpando, vt discedat a malo quàm dare eleemosynam, sic dicit August. & cum negaueris, quòd petit iudicata est in iustitia, vt non eum inanem dimittas, & aliquando melius aliquid dabis cum iniuste petentem correxeris. & ob hoc quandocunque mali sunt in extrema necessitate, danda est eis eleemosyna, quia per hoc non sustentatur iniquitas, sed natura, quando tamē sunt extra istam necessitatem si per hoc, quòd datur eis eleemosyna, non curant recedere a malo non est eis danda.

Ad primum dicendum, quòd intelligitur de eleemosyna danda peccatoribus per cuius confidentiam in peccatis suis fouentur, & ista nunquam est danda, sed eleemosyna, quæ naturam sustentat, & iniquitatem non fouet danda est.

Ad secundum dicendum, quòd peccator vocatur inimicus Dei, quantum ad culpam per quam Deo aliquo modo aduersatur, & tamen quantum ad naturam non est inimicus, quia Deus nihil odit eorum, q̄ fecerit, sed potius est, vt filius, quia Deus diligit bonum, quòd in malis est, quia ipse illud fecit: na nihil odit eorum, quæ fecit Sapientiæ 11. ideo potest fieri eleemosyna malo pro naturæ sustentatione secundū quam non est inimicus Dei.

An magis bonis sit magis danda eleemosyna. *Quæst.* LXIII.

QVAERETVR quibus sit danda magis eleemosyna, scilicet, an magis bonis sit magis eleemosyna danda.

Aliqui dicunt, quòd quanto fuerit aliquis melior tanto magis sibi eleemosyna danda est, quia in diffinitione eleemosynæ dicitur, quòd fiat propter Deum, & tamen boni sunt propinquiores Deo quàm mali: ergo melioribus magis danda est.

Item eleemosyna habet efficaciam ex parte recipientis, qui obligatur orare pro dante eleemosynam, oratio autem bonorum est efficax ad merendum, & non malorum, quia peccatores Deus non exaudit, sed siquis cultor eius est hunc exaudit: Ioan. nono: ergo melioribus magis danda est eleemosyna.

Item eleemosyna danda est ad retributionem mercedis æternæ, quia dicitur supra in litera, pater tuus, qui videt in abscondito dabit tibi, retributio tamen

A æterna magis habetur ex eleemosynis, quę dantur sanctis, iuxta illud Luc. 16. facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defe. recipi. vos in æterna tabernacula, quòd exponens Augu. lib. de verbis Domini dicit, qui sunt, qui habebunt diuersa tabernacula nisi sancti Dei? & qui sunt, qui ab eis recipiendi sunt nisi qui eorum indigentiæ seruiunt? ergo sanctioribus magis sunt eleemosynæ faciendę.

Dicendum, quòd eleemosynę dandæ sunt indigētibus, & inter illos quanto aliquis fuerit sanctior tanto ei magis benefaciendum est, & propter hoc magis benefaciendum est fideli quàm infideli ad Gala. 6. dū B tempus habemus operemur bonum ad omnes maxime ad domesticos fidei, & laudat Apostolus valde eleemosynas, quæ fiunt viris sanctis, vnde prima ad Timo. 5. loquens de bonitate viduę, quæ eligenda est dicit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, & secunda ad Corin. 8. & 9. hortatur Apostolus Ecclesiam Corinthiorum ad eleemosynam, quæ fit in sanctos, idest, quę distribuit sanctis habitantibus in Ierusalem etiam ad Rom. 15. laudat eleemosynam illam di. proficiscar Ierusalem ministrare sanctis, probauerunt Macedonia, & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorū, qui sunt in Ierusalem, & iterum Apostolus dicit ne- C cessitatibus sanctorum communicantes, idest, dantes eleemosynam sanctis in necessitatibus suis: tenemur enim viris bonis ex quodam debito inquantum boni sunt, etiam quia pro nobis orant Dominum, & ex hoc quasi recipientes beneficium ab eis tenemur ipsis rependere vicem in corporalibus eleemosynis, sic dicitur ad Ro. 15. probauerunt Macedonia, & Achaia colla. ali. fa. in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalem placuit enim eis, & debitores sunt eorū: nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis. ista vera sunt cęteris paribus, & tamen si aliquis minus bonus sit in extrema necessitate, & sanctior sit in minori necessitate, & non possimus vtrique succurrere tenemur potius succurrere magis indigenti, quia eleemosyna, propter necessitatem fit, quid tamen simpli- D citer sit magis attendendum in eleemosyna ad hoc, quòd potius isti quàm illi detur, dicetur infra quæstione 67.

Ad primum dicendum, quòd quamuis sancti sint Deo propinquiores non tamen semper est eis plus dandum quàm alijs minus sanctis, quia largitio eleemosynarum instituta fuit a Deo ad subleuandum inopiam proximi, vnde si necessitas valde pręponderat ex parte vnius magis ei dandum est, licet alia sit sanctior, quia eleemosyna non est instituta ad ditandum sanctos, sed ad subueniendum pauperibus, quia dare indigenti est propria ratio eleemosynæ, vnde aliud est in benefaciendo, vel donando, & aliud in eleemosynam dando. Nam benefacere respicit bonum, & E ideo melioribus magis benefaciendum est, eleemosyna autem non respicit bonum, sed indigentiam: ideo non est necesse, quòd magis bonis magis detur.

Ad secundum dicendum, quòd licet sancti magis possint pro nobis orare quàm minus boni, efficacia tamen eleemosynæ non consideratur ex parte recipientis, sed ex parte dantis: ideo dans debet ordinare eleemosynam ad finem ad quem est. s. ad subleuandum indigentiam proximi, & ad iudicandum eleemosynam meliorem, vel melius factam, magis attendendum est ad ordinationem, quæ fit ex parte dantis quàm ad efficaciam, quæ est ex parte accipientis.

Ad tertium dicendum, quòd opus eleemosynę ad retributionē vitę ęternę valet dupliciter. Vno modo ex radice

ex radice charitatis, & secundum hoc eleemosyna est meritoria prout in ea seruatur ordo charitatis, & secundum hunc magis debemus subuenire ei, qui patitur maiorem necessitatem, maxime si sit extrema, quia ratio magis dictat illi esse prouidendum.

Alio modo valet eleemosyna ad vitam ęternam ex merito illius cui donatur. s. quia per orationes eius homo disponitur ad vitam æternam, & quantum ad hoc semper est efficacior eleemosyna, quæ fit viris sanctis, magis tamen attendendum est id quod pertinet ad rationem eleemosynæ, & radicē charitatis, qui est ex parte dantis quàm ad efficaciam, quæ se tenet ex parte recipientis, & est extrinseca.

An eleemosyna danda sit omnibus hominibus. Quæst. LXIIII.

QVAERETVR an omnibus hominibus sit danda eleemosyna: dicunt quidam, quòd non, quia peccatoribus non videtur esse danda, ergo non est danda omnibus.

Item virtus non inclinat ad impossibile: dare autē eleemosynam est actus virtutis. s. liberalitatis, dare tamen omnibus est impossibile, sic dicit Augu. primo lib. de doc. Christiana. omnibus prodesse non possumus, ergo non est danda eleemosyna omnibus.

Item eleemosyna, quæ est meritoria procedit ex radice charitatis, & tamen charitas non agit perperā infra Corin. decimotertio, sed quidam sunt quibus dare eleemosynam est perperam agere, vt si quis det eleemosynam hostibus reipublicæ, vel inimicis fidei. ergo non est danda omnibus eleemosyna.

Dicendum, quòd est danda eleemosyna omnibus, idest, quòd nemo est cui interdum non obligemur, & pro hoc est distinguendum de eleemosynis corporalibus, & spiritualibus: nam spirituales omnibus dandæ sunt, quia omnibus possunt communicari tam longe quàm prope positis. s. orando saltem pro eis: etiam quantū ad eleemosynas spirituales omnes tenemur diligere, quia proficiunt soli animæ, & tamen pro omnibus hominibus desideranda est salus animę: etiā quia dare eleemosynam spiritualem cuicunque non potest nocere, nec sequi inconueniens inde, sicut potest sequi ex corporali eleemosyna: ideo in spirituali eleemosyna nulla distinctio habenda est. De corporali autem eleemosyna dicendum, quòd etiam omnibus dari potest, quia bonis indubitate danda est, malis etiam dari debet inquantum proficit ad naturę sustētationem, & non adiuuat nec fouet iniquitatem ipsorum, vt ostensum est supra quæstione 62. & omnes homines distinguuntur sufficienter in bonos, & malos, ergo omnibus hominibus eleemosyna danda est, & dari potest interdum. sed cōsiderandum, quòd dicitur eleemosyna danda, idest, dari potest: nam eleemosyna soli indigenti danda est, & quia non indigent omnes homines, nec accidit omnes indigere non est omnibus danda, idest, non est necesse dari omnibus, sed potest dari omnibus, idest, cuilibet, scilicet, cuilibet venienti ad indigentiam, & quia nullus hominū est, qui secundum varios casus fortunę, & quotidianas mutationes interdum indigere non possit corporalibus subsidijs, nullus est cui eleemosynam facere non possimus quantumcunque sit ille excellens in gradu, quia gradus inter homines non sunt stabiles, sicut inter Angelos in quibus ille, qui semel est excellentior alio in gradu in æternum est excellentior eo, homines autem nihil stabile habent, sed qui hodie præest omnibus, cras potest seruire in abiectissima seruitute: ideo gradus excellens nō excludit aliquem F ab hoc quod est posse indigere alienis subsidijs, & sic nullus est cui eleemosyna interdum fieri non possit, & quando talia acciderint, eleemosyna facienda erit.

Ad primum dicendum, quòd peccatoribus non est facienda eleemosyna per quam foueantur in culpa, sed eleemosyna per quam sustentetur in eis natura, vt dictum est.

Ad secundum dicendum, quòd simpliciter loquēdo non possumus omnibus hominibus in speciali benefacere, idest, cuilibet eorum per se eleemosynam, vel beneficium pręstando, nullus tamen est de quo non possit occurrere casus, in quo oporteat ei benefacere in speciali. & ideo charitas requirit, quòd & si ho- G mo non benefaciat actualiter cuilibet, habeat tamen animum suum pręparatum ad benefaciendum cuilibet si tempus adesset, tamen quędam eleemosynę sunt, quę omnibus in generali possunt dari, sicut orare pro omnibus hominibus, in eleemosynis autem corporalibus nunquam istud contingit, quia nullum bonum corporale potest effici ab aliquo homine, quòd proficiat omnibus hominibus, & hoc, quia bona corporalia, ex conditione generis sui sunt minora bona quàm spiritualia, & ideo minus se diffundūt: nā de natura boni est suipsius esse diffusiuum, vt ait Dionysius.

Ad tertium dicendum, quòd de hostibus reipubli- H cę, & inimicis fidei iudicandum est, sicut de alijs malis, licet istos ponamus in magno gradu malorum: ideo sicut malis generaliter non est facienda eleemosina, ita vt per eleemosinam foueantur in culpa, ita isti inquantum per eleemosinam collatam sibi a nobis possent foueri in exercendo hostilitatem contra rempublicam, & fidem sanctam, non est eis eleemosina danda nec aliquod beneficium, quia istud esset detestabile, si tamen interdum videamus eos fame perire, vel deficere ex defectu aliorum auxiliorum humanorum, debemus ei subuenire quantum ad hoc, vt non pereant, sed non quantum ad hoc, quòd confortentur in aliquo ad impugnādum quēquam, & istud etiam verum est quando tales iustitia suadente non- I dum decretum est debere perire, quia tunc etiam in extrema necessitate non esset eis subueniendum, sed potius conandum, vt ad illam necessitatem venirent, & in ea perirent, vt si bellum sit indictum contra hostes fidei, vel reipublicę, & videamus eos perire fame, vel siti, non est eis succurrendum, sed potius agendū, vt citius moriantur, quia illi cui iuste mortem corporalem optare possum non teneor ad subueniendum in aliquo bono corporali, manet tamen adhuc eleemosina spiritualis quam ei possum impēdere, scilicet, orare ne anima eius pereat, sicut corpus perit. quando tamen aliqui sunt hostes fidei, vel reipublicę, & nondum decretum est per eum, qui potest sibi bellum debere inferri, vel nocere eis, adhuc tenemur in extrema necessitate prouidere eis, vt in fame, K & siti, quod patet, quia antequam decernatur contra tales debere fieri bellum, nemini de republica licet occidere quenquam illorum, & tamen ei quē licite non possum occidere teneor prouidere in extrema necessitate, quia non prouidendo occido eum, vt ait Ambrosius, & habetur 86. distinctione capitulo pasce, scilicet, pasce fame morientem: quisquis enim pascendo hominem poteris seruare, si non paueris occidisti, ergo teneor cuicunque tali patienti extremam necessitatem, si mihi occurrerit, subuenire.

An teneamur propinquis nobis magis facere eleemosynam quàm alijs. Quæst. LXV.

QVAERETVR an teneamur magis facere eleemosinã propinquis nobis quàm alijs.

Dicunt quidam, quòd nõ tenemur propinquis magis quàm alijs, sed potius pauperibus quàm propinquis, quia dicitur Luc. 14. cũ facis prandiũ aut cęnam noli vocare amicos nec fratres nec cognatos, sed pauperes, & debiles, & claudos, & cęcos, & beatus eris. sed cognati nostri sunt maxime propinqui nobis quàm pauperes extranei, ergo non tenemur dare eleemosinã propinquis magis quàm alijs.

Item maximum beneficium est quod homo potest alteri præstare in bello. s. quia ibi potest eũ a morte eruere, & hoc est maximum beneficium. miles tamen in bello magis tenetur adiuuare commilitonẽ suum, qui sit extraneus a cognatione sua, quàm patrẽ suum si sit in acie hostili. Ergo eleemosina magis est facienda interdum extraneo quàm propinquo.

Item prius obligatur quilibet debita soluere quàm gratuita beneficia impendere, & tamen quòd quis rependat beneficium ei a quo recepit est naturaliter debitum: ergo potius obligabitur quis dare eleemosinã extraneo a quo beneficium aliquod suscepit, quàm propinquis suis secundum carnem a quibus non suscepit beneficium.

Item si propter cognationem, & propinquitatẽ benefaciendum esset, quanto quis est alteri magis propinquus teneretur magis benefacere ei, & tamen falsum est, quia filius est maxime propinquus patri, & tenetur magis diligere patrem quàm diligatur ab eo, & tamen non tenetur ei magis benefacere, sed potius pater debet magis benefacere filio quàm recipere ab eo, quia non debent filij thesaurizare parentibus, sed parentes filijs secunda Corint. decimotertio, ergo non est magis benefaciendum propinquis quàm alijs.

Dicendum, quòd accipiendo propinquitatem generaliter. s. pro sola cognatione, sed pro qualibet alia propinquitate hominum inter se, verum est, quòd cęteris paribus magis danda est eleemosina propinquis quàm alijs: nam dare eleemosinam ad virtutem pertinet, ordo autem in virtute imitatur ordinem in natura, quia ille est ordo sapientissime dispositus cum sit a Deo institutus: in natura enim talis est ordo, quòd vnumquodque naturale agens prius, & magis diffundit virtutem suam, & actionem ad ea, quæ sunt propinqua quàm ad remota, sicut ignis magis calefacit rem sibi magis propinquam, Deus quoque diffundit abundantius, & per prius dona suę bonitatis in substãtias sibi similiores secundum esse. s. in angelicas prius quàm in humanas, & inter angelicas secundum maiorem propinquitatem ad ipsum in gradu essendi, vt dicit Dionysius in lib. de angelica Hiararchia cap. 4. dare autem eleemosinam, vel quæcunque beneficia est actio charitatis nostræ in proximos, & ideo oportet, quod sit ista actio abundantior in magis propinquis: propinquitas tamen inter homines diuersimode accidit, quia propinquitas causatur inter communicantes in aliquo: & ideo secundum diuersa genera communicationum sunt diuersi modi propinquitatum, ponit Arist. quinque communicationes primo Pol. cap. 1. s. naturalem despoticam, œconomicam, homogalacticam, politicam, & præter istas est alia cõmunicatio diuina secundum quam homines inter se communicant, vt oẽs ordinẽtur ad habendum vitam æternam, & ista est communicatio fidei cum soli credentes saluari possint, quia sine fide impossibile est

A placere Deo, ad Heb. 11. & sub communicatione politica includuntur multi modi communicationum humanarum, est autem regula, quod in eis, quæ pertinent ad aliquam communicationem magis tenetur quilibet subuenire eis, qui sunt de communicatione illa quàm cęteris: ideo in eis, quę pertinent ad domesticam communicationem, quæ est œconomica magis tenetur quis eis, qui sunt in eadẽ domo quàm alijs omnibus quicunque illi sint, & qualitercunque se habeant, quia isti sunt propinqui quantum ad hoc, & alij non. & propter hoc, quia communicatio fidelium est in bono quod pertinet ad vitam æternam

B magis tenetur quis cupere vitam æternam pro quocunque fideli quàm pro quocunque infideli, dare autem eleemosinam corporalem pertinet ad bona corporis, & ordinatur ad conseruandum esse corporale hominis, idest, vitam, subuentio in bonis corporalibus debet maxime esse ad illos, qui maxime communicant in esse corporali, & vita, in hoc tamen communicant cognati magis quàm cęteri, quia cognatio est propinquitas sanguinis, & per deriuationẽ sanguinis, siue generationem communicatur vita, vel esse corporale: ideo cognatis tenemur regulariter cęteris paribus magis prouidere in bonis corporalibus subueniendo quàm alijs hominibus, non tamen tenemur absolute illis magis dare eleemosinã quàm

Idem tenet S. Tho. 3. Sent. dis. 29. ar. 6. & 7.

C cęteris, quia si aliquis extraneus sit in extrema necessitate, & cognatus non sit in extrema, tenemur potius prouidere existenti in extrema necessitate, aliter autẽ cognatis magis quàm cęteris debita est eleemosina corporalis, vnde conformiter ad præcedentia Arist. 9. Ethi. dicit diuersos honores dandos esse diuersis hominibus. s. alius est honor, qui debetur duci exercitus, & alius sapienti, & virtuoso, & alius seni, & alius cuilibet potenti, & alius patri, & matri. & alius fratribus, & amicis, & dicit, quòd parentibus debetur maxime sustentatio in necessarijs corporis, & in istis debet homo magis parentibus quàm sibi prouidere, vt ibidẽ dicitur. Consequens est ergo, vt etiam cognatis cęteris, qui sunt cognati propter hoc, quòd descendunt ab eisdem parentibus mediatis, vel immediatis a qui-

D bus nos descẽdimus, teneamur ad corporalia auxilia, quia iste ordo amoris ponitur secundum maiorem, vel minorem propinquitatem ad principium originis, & sanguinis, vt patet 8. Ethi. Ambro. quoque libro de offi. laudat inter cęteras eleemosinas istam, quæ fit cognatis, & habetur 86. dist. cap. non satis. & cap. est etiam. s. est etiam alia probanda liberalitas, vt proximos seminis tui ne despicias si egere cognoscas: melius est enim, vt ipse subuenias tuis quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitatis, & ibidem Ambro. in capit. nectantum laudat valde eleemosinam, quæ fit parentibus, & increpat eos, qui circa istam deficiunt: ideo ista est eleemosina cęteris paribus inter corporales magis excellens, an tamen ista sit simpliciter alijs prę-

E ferenda, dicetur infra quęst. sequenti.

Ad primum dicendum, quòd elemosina faciẽda est tam propinquis quàm non propinquis: Christus enim non vetuit benefacere, & ad conuiuium vocare cognatos, & amicos, sed vetuit vocari hac intentione, quòd nos ab eis similia reciperemus. nam dicitur noli vocare amicos tuos &c. ne forte ipsi te reinuitẽt, & fiat tibi retributio, quasi dicat, si quis desiderat bonum vitæ æternæ per opera, quæ facit, non debet inuitare aliquos, vel benefacere eis ea intentione, vt ab eis recipiat, quia si fecerit hac intentione nullam retributionem habebit in vita æterna, quia non desiderauit eam, vel quia non fecit propter eam: si tamen amicos suos, & cognatos quis inuitet, vel eleemosinam

nam eis det cum pauperes fuerint non hac intentione, vt ab eis recipiat, meritorium est vitæ æternæ, & cęteris paribus melius quàm benefacere extraneis, potest tamen esse, quòd extranei in aliquo casu magis sunt inuitandi quàm cognati, vt si magis indigeãt, aliter autem magis cognatis benefaciemus, siquis tamen inuitet amicos, vel cognatos solum hac intentione, vt ab eis recipiat vicissitudinẽ nullum peccatũ est, sed nulla erit retributio, quia propter Deũ non fit, & ideo Christus non vetuit hoc tanquam malum, sed dedit doctrinam eis, qui ex operibus suis desiderant habere retributionem vitæ æternæ, quia per istum modum nunquam illam habebunt, & patet, quia dicitur ibi, cum facis prandium noli vocare amicos &c, ne forte ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio, sed voca pauperes, & debiles, qui non habent retribuere tibi, & retribuetur tibi in resurrectione iustorum.

Ad secundum dicendum, quod adiuuare commilitonem in bello est necessitatis, & non vocatur proprie eleemosyna, nisi dicamus eam esse eleemosynã, quæ ex debito fit, & licet teneatur quilibet liberare a morte cognatum si potest, tenetur tamen magis adiuuare commilitonem, quia bonum commune est diuinius, & melius bono particulari vnius. primo Ethi. vnde pro bono communi reipublicæ temporalis, vel spiritualis virtuosum est, & laudabile, quòd qs vitam propriam exponat periculo, & quia communicatio in bellicis non ordinatur ad conseruationem vnius, sed reipublicę, miles adiuuans commilitonem non adiuuat eum tanquam personam priuatam, sed tanquam totam rempublicam, quia ille gerit negocium reipublicæ, & sic non est mirum si magis teneatur adiuuare commilitonem existentem in acie sua quàm patrem existentem in acie hostili, & non solum hoc, sed etiam si pater non sit contra rempublicam si sit extra aciem, scilicet, quia non venit ad bellum, & filius audit patrem esse in magna necessitate etiã si sit in extrema in qua non poterit sibi succurri nisi per filium, non tenetur filius, qui est in acie dimittere aciem si actualiter pugnatur, vt veniat ad subueniendum patri, quia hic vertitur dispendium reipublicæ, & patrię, quæ est maior quàm pater.

Ad tertium dicendum, quòd soluere debita regulariter est maioris necessitatis quàm beneficia impẽdere, & tamen interdum dare eleemosynam est magis necessarium quàm debitum soluere, quia eleemosyna est interdum debita, sicut fit ad existentes in extrema necessitate.

Pro quo sciendum, quòd duplex est debitum, vnũ est, quòd non est numerandum in bonis eius, qui debet, sed in bonis eius cui debetur, vt siquis recipit pecuniam mutuatam, vel habet aliquid commodatum, aut depositum, aut præcario, aut furatus est, vel rapuit, vel ex aliqua causa obligauit se ad dandum alicui certum quid: nam ista non sunt in bonis debitoris, sed vocantur ęs alienum, quia reddi debent de iure certæ personę, & ab illa repeti possunt. quantum ad istud debitum dicendum, quòd magis necessarium est debitum soluere quàm beneficium, vel eleemosynã gratis dare, quòd verum est nisi occurreret pauper in extrema necessitate, quia tunc potius est danda illi eleemosyna quàm reddendum debitum si vtrunque simul fieri non potest, quia hoc casu liceret isti debitori rapere etiam ab ipso cuius est debitor, vt subueniret pauperi, si non posset ei aliter subueniri.

Quid tamẽ si ille cui debetur pecunia esset in ęquali necessitate? dicendum, quòd videtur ei magis subueniendum, quia debetur sibi ex duplici capite. s. tanquam pauperi, & tanquam creditori, in hoc tamen multa alia erant considerãda, quia poterat esse, quòd F ille cui debetur pecunia, & est in extrema necessitate sit persona mediocris, & non multum vtilis reipublicæ, alius autem cui non debetur pecunia est persona valde excellẽs, & valde vtilis reipublicæ, vel Ecclesię, & tunc magis est subueniendum isti quàm creditori. infinitæ autem aliæ differentiæ possunt accidere secũdum quas interdum magis teneatur debitor creditori quàm alteri, & interdum econtrario, & de istis non est possibile dari regulam, quia sunt infinitę, sed incũbit prudentię, & inspirationi ipsius cui talia occurrerint iudicare quid faciendum sit.

Aliud debitum est, quòd est in bonis debitoris, & non eius cui debetur, sicut siquis recepit beneficium liberaliter ab altero vbi non interuenit pactum de G reddendo: nam tunc recipiens naturaliter obligatur ad retribuendum ex quadam morali ęquitate, sed nõ est debitor legalis, quia non competit repetitio aduersus illum ex aliqua lege, & tunc dicẽdum, quòd interdum benefacere, vel eleemosynam dare est magis necessarium quàm rependere talia debita, & non solũ benefacere existẽti in extrema necessitate, sed ẽt quibusdam non existẽtibus. Hoc modo si pater egeat, & alius a quo recepit beneficium egeat, si ambo æqualiter indigent, magis benefaciẽdum est patri quàm soluẽdum debitum benefactori, ratio est, quia sicut teneor benefactori pro beneficio, ita ẽt teneor patri pro beneficio, & beneficium patris est maius omnibus beneficijs. s. quia dedit esse: vnde cęteris benefactoribus possumus satisfacere reddendo æqualia, vel maio H ra pro susceptis, soli autem Deo, & parentibus non possumus satisfacere, quia quantumcunque dederimus semper adhuc manemus debitores, quia maiora ab illis recepimus, vt dicitur 8. Ethi. s. dijs, & parentibus non possumus æqualia retribuere. patri ergo indigenti æqualiter magis subueniemus quàm eis a quibus beneficia suscepimus, quia illi minora contulerunt, sicut siquis recepisset beneficia a duobus, & ab vno maiora quàm ab altero, ambobus æqualiter indigẽtibus si non posit vtrique subuenire manifestũ est, ꝙ tenetur potius subuenire ei a quo maiora beneficia suscepit. patri ergo magis subueniendum est, ꝙ I verũ est nisi ille, q beneficiũ cõtulit sit in extrema necessitate, q a tũc magis subueniendũ est ei q̃ patri ẽt si nullum beneficium contulisset, sed esset omnino ignotus, vel ẽt si esset persona aliqua valde excellẽs in qua penderet status reipublicæ, vel magna vtilitas Ecclesiæ, quia ẽt in quibusdam magis subueniẽdum est istis quàm parẽtibus cum laudabiliter ẽt sibi ipsi quis bona subtraheret, vt talibus det, quia tales adiuuando non personas priuatas, sed ipsam rẽpublicam adiuuat, & tamen pro bono statu, & salute Ecclesię, & reipublicæ laudabiliter quilibet vitam suam exponit. quæ dicta sunt vera, scilicet cõparãdo patrẽ, & matrẽ ad reliquos benefactores. Secus autẽ si comparẽtur alij cognati, quia ab istis non recepimus aliqua beneficia ex conditione cognationis, nec tenemur eis tã quam benefactoribus, sed solum, vt cognatis descẽdẽ K tibus ab eisdẽ parẽtibus a quibus nos descẽdimus, & ideo indigẽtibus istis, & aliquibus benefactoribus nostris æqualiter, si non possumus vtrisque succurrere fortassis tenebimur magis succurrere benefactoribus, & aliquando cognatis secundum differentiam magnitudinis, & paruitatis beneficiorum, & secundũ magnam, & paruam propinquitatem cognationis, & alias circunstantias: ideo non potest dari certa regula, sed recurrendum est ad prudẽtiam eius cui iste casus acciderit, & similes.

Ad quartum dicendum, ꝙ parẽtes tenẽtur ex ordine naturæ filijs magis benefacere quàm ab eis bona sperare, filij autem debent magis diligere parentes q̃

ab eis

ab eis diligantur, vel diligi velint, quia parentes sunt, sicut superiores, & amor eorum est ad benefaciendũ, & non ad recipiendum, sicut in naturalibus superiora influunt in inferiora, & tamen nihil ab eis recipiunt, filij autem sunt tanquam inferiores: ideo amor eorũ est ad honorandum, & non ad benefaciendum, vnde sicut in naturalibus nunquam superiora recipiunt ab inferioribus, ita nunquam patres deberent recipere a filijs, & verum est, quòd inquantum patres, & superiores nunquam ab eis aliquid recipiunt, quia tamen patres sunt homines, & interdum indigent alienis auxilijs iustius est, vt recipiant a filijs quibus tanta bona contulerunt quàm ab alijs, & tunc non recipiunt ab eis tanquam patres a filijs, sed tanquam benefactores ab eis quibus maxima bona contulerunt, & tunc magis tenetur filius benefacere patri quàm pater filio, & ob hoc in articulo extremę necessitatis magis liceret patri deserere filios q̃ filijs deserere parentes, q̃a pater pôt filium abnegare, quia non est debitor ei, filius aũt nunquam potest abnegare patrem, quia semper est debitor, vt dicitur 8. Ethi. cap. vltimo, & sic si esset extrema necessitas vtpote famis, vel sitis, ita quòd videretur esse necessarium perire patrem, vel filiũ, potest pater deserere filium, vt sibijpsi prouideret, vnde secundum leges humanas pater potest vendere filium pro alimentis in necessitate famis, si tamen potest filius seipsum saluare patre pereunte per famem, vel sitim, & posset liberare patrem, si vellet ipse potius fame mori, tenetur se exponere morti, & vt aliqui diffiniunt tenetur eam etiam si indubitata sit tolerare, vt pater non pereat fame, quia licet in omnibus teneatur filius patri sine mensura, ad cibum tamen, & similes necessitates tenetur patri magis quam sibijpsi, idest, debet ei abundantius quam sibijpsi prouidere, vt dicitur 9. Ethi. cap. 3. si autem sit periculum aliud, vt in liberatione ab hostibus, vel similibus pater potest filium deserere, vt seipsum eruat, filius autem non potest, sed tenetur se exponere morti pro patre.

Cui magis subueniendum sit, patri infideli, vel proximo fideli. Quæst. LXVI.

QVÆRETVR occasione præcedentium si quis habeat patrem infidelem, qui egeat, & sit aliquis proximus fidelis, qui egeat, cui magis subueniendum est.

Quidam dixerunt istam quæstionem esse valde dubiam vnde Petrus manducator vocauit hanc quęstionem tenebrosam aquam in nubibus aereis, vt dicitur 30. di. cap. siqui filij, & 86. dist. cap. non satis in Glo.

Dicunt tamen aliqui, quòd magis teneamur benefacere extraneo fideli, quia dicitur ad Gala. 6. operemur bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei, idest, ad fideles, qui morantur intra fidem.

Item, quia Ambro. lib. de offi. & 86. dist. cap. non satis, vbi ponit conditiones, quæ debent attendi in eleemosyna ponit primam esse fidelem di. perfecta liberalitas fide, causa loco, & tempore commēdatur, vt primum opereris circa domesticos fidei, ergo si vtrique non possum dare, primo dabo fideli.

Item 30. dist. cap. siqui filij in dandis eleemosynis, ponderatur valde ista conditio, scilicet, esse fidelem cum dicitur, si filij parentes maxime fideles deseruerint, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipsum in eis venerentur, quòd fideles sunt, anathema sit. fideli ergo potius dandum est cum hoc in eo venerandum sit, quòd fidelis est.

Item Ambro. super cant. super illo verbo, & ordinauit in me charitatem, dicit multorum charitas est inordinata, quod in primo est ponũt tertium, vel quar- A tum. Primo diligendus est Deus. Secundo parentes, deinde filij, postea domestici, qui si boni sunt etiã malis filijs pręferendi sunt, omnis tamen infidelis est malus, ergo danda est potius eleemosyna cuicunque fideli indigenti quam patri infideli, quia præponendus ei est.

Item iuxta illud, quòd dicitur desudet eleemosyna in manu tua donec inuenias iustum cui des, & tamen omnis infidelis iniustus est, quia fides iustificat hominem Gen. decimoquinto credidit Abrahan Deo, & reputatum est ei ad iustitiam, & ad Rom. 10. creditur corde ad iustitiam, & ad Ro. 1. iustus ex fide viuit, er- B go prius dandum est.

Dicendum, quòd in casu dato, aut possum succurrere vtrique, aut non, si possum vtrique, debeo vtrique prouidere, & non est tunc difficultas, si autem nõ possum vtrique, aut ambo ęqualiter indigent aut inæqualiter, si inæqualiter ita, vt alter eorum sit in extrema necessitate, vel quasi, teneor subuenire sic indigenti, siue sit pater, siue extraneus, & siue sit fidelis, siue infidelis, si autem neuter est in extrema necessitate, sed ambo indigent æqualiter, vel quasi, præferendus est pater etiam infidelis cuicunque fideli, & si sit valde bonus, sic dicitur 30. di. cap. siqui filij in Glo. & 86. distin. cap. non satis in Glo. & sic tenet Hugui. & Raymũ. in su. li. 3. ti. de hospite. ordinandorum, di- C cunt tamen, quod extraneus fidelis præferendus est patri infideli in dilectione, & tamen in exhibitione operis præferendus est pater, scilicet, in omnibus, quæ pertinent ad corporis sustentationem, & ratio est, quia in corpore, & vita magis communicamus cum parẽtibus quam cum quibuslibet alijs, & dicit Ho. in su. ti. de tempo. ordi. in regula 7. quòd non debet esse dubitatio alicui professori iuris positiui de hoc, quia exhibitio nutrimenti de iure naturali primæuo est, q̃ competit omnibus animalibus, secundum quod non est quærendum quis sit fidelis, vel infidelis, quia nec hoc scirent discernere animalia, quæ hoc iure nobiscum communicant, Insti. de iure natura. 1. respõso, & ff. de iusti. & iu. lib. 1. §. pe. eo ergo iure quo patrem cognosco alimenta præstare teneor, & tamen patrem D cognosco naturali ratione, & instinctu: ergo de iure naturali dantur alimenta, in quo non distiguitur fidelis ab infideli, & istud recte dictum est.

Amplius patet hoc, quia siquis sit infidelis, vel quãtumcunque malus, adhuc tamen est manifestum, quòd magis tenetur seipsum diligere, & magis sibimet ꝓuidere in corporalibus necessitatibus quàm cuicunque alteri, & tamen quilibet tenetur prouidere in cibo, & potu, & alijs corporalibus necessitatibus parentibus magis quàm sibijpsi vt dicitur nono Ethico. capitu. tertio. ergo magis tenetur prouidere patri in hoc quantũcunque sit infidelis quàm cuilibet alteri.

Item pater, licet infidelis sit non desinit esse pater, nec tollitur debitum filij ad eum tanquam ad patrẽ, E sed solum filius non debet obedire ei in eis, quæ repugnant statui fidei, & inducunt contumeliam creatoris, quia prima Corint. septimo, & extra de diuor. capitul. gaude. est tamen proprium patri, quòd ei debetur tanquam patri recipere alimenta a filio quando indiget, ergo etiam si infidelis sit, nihilominus tenebitur filius eum alere. patet antecedens, quia nono Ethico, vbi Aristo. distinguit honores debitos diuersis personis dicit, quòd parentibus debetur specialiter prouisio in cibo, & potu, & similibus, in quibus magis debemus sufficere eis quàm nobis ipsis, etiam istud est debitum ex lege Dei, scilicet, honora patrem tuum: Exodi vigesimo, & Deuteronom. quinto, & iste honor intelligitur principaliter

dę

de exhibitione necessariorum: sic enim Christus exposuit infra decimoquinto, & Mat. septimo increpādo Pharisæos, qui retrahebant homines a benefaciendo parentibus suadendo, quòd potius benefacerent templo, & parentes solo verbo, & in reuerentiæ exhibitione honorarent, Christus autem dixit, quòd ita intelligendo transgrediebantur præceptum Dei, ergo Deus voluit specialiter alimenta deberi parentibus indigentibus: ideo cum hoc sit proprium eis etiam si infideles sint, tenentur filij magis eis quàm alijs prouidere in necessitatibus corporis.

Item hoc expresse ostendit Ambrosius lib. de offi. & 86. distin. capitu. non satis, siue in capitu. non tantum, vbi prius parentes asserit alendos quàm alios dicens, nec tantum Dei traditio est, vt prius pascas parentes. Nam si iuxta diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur, quantomagis fames, quæ multo grauior est, & sic indubitanter patri infideli tenetur filius magis prouidere quando indiget quā pauperi fideli.

Ad primum dicendum, quòd illud verum est de proximis, qui non sunt parentes. Nam si vnus infidelis extraneus, & fidelis extraneus æqualiter indigent, magis teneor fideli quàm infideli, & sic est verum cęteris paribus, & tamen ista conditio, quæ est esse parentem præponderat supra istam, quæ est esse fidelem cum alimenta sint debita ex iure, & communicatione naturæ, & non ex fidei communicatione: ideo ambobus æqualiter indigentibus magis patri infideli quam extraneo fideli subueniendum est. Sed quid si magis indiget fidelis extraneus quàm pater infidelis? dicendum, quòd si indiget in extrema necessitate, vel quasi, magis ei prouidendum est quàm patri etiam si esset econtrario, scilicet, si pater esset fidelis, & indigeret, & extraneus esset infidelis, & esset in extrema necessitate, magis prouidendum esset infideli quàm patri fideli, si autem non esset in extrema necessitate indigeret tamen magis quàm pater, non posset dari certa regula cui eorum prius esset prouidendum, quia interdum vni, & interdum alteri prius esset prouidendum secundum varias circunstantias necessitatum, & magnitudinem, vel paruitatem inopię ex parte vtriusque. prædicta vera sunt, nisi quando ille fidelis indigens esset persona valde excellens ex qua penderet ex magna parte salus reipublicæ, vel status fidei, quia talibus magis quàm parentibus esset prouidendum, & maxime cum vterque esset in extrema necessitate, quia potius videtur, quòd deberet eripere extraneum quàm patrem, sicut si oporteret perire patrem, vel rem publicam, potius est eligendum, quòd pereat pater, quia pro talibus etiam propriam vitam laudabiliter quilibet potest exponere, vt dictum est præcedenti quęst.

Ad secundum dicendum, sicut supra, scilicet, quòd prius dandum est fideli quàm infideli si cętera sint paria, non est tamen conditio, quæ maxime ponderat in danda eleemosyna esse fidelem, quia magis ponderat differentia necessitatis, & cognatio, & debitum, & similia de quibus dicetur sequenti quæstione.

Ad tertium dicendum, quòd honorandum est in parentibus hoc, quòd fideles sunt, non tamen sequitur, quòd fideles quibuslibet infidelibus etiam parentibus sint præponendi. Sed verum est, quòd siquis habeat patrem fidelem, magis tenetur eum diligere, & magis benefacere quàm si esset infidelis, quia ibi cętera sunt paria, & hoc dicitur in eodem capitu. siqui filij. hoc ipsum in eis venerentur, quòd fideles sunt, idest, non solum venerentur eos,

F quia patres sunt, sed etiam quia fideles sunt, si tamen vtrunque non contingat, magis est honorandus aliquis, quia pater quàm aliquis, quia fidelis, Nam eodem capitu. innuitur, quòd patribus inquantum patres debetur honor, & sustentatio. etiam si non sint fideles, quia dicitur siqui filij parentes maxime fideles deseruerint occasione cultus Dei hoc iustum esse iudicantes, anathema sit. Et sic etiam si non sint parentes fideles non possunt deseri, sed tenentur filij eis. Sed hoc maxime est si fideles sint etiam, quia dicitur ibi occasione Dei cultus, in quo videtur, quòd diuersitas fidei non præiudicat debito filiorum ad parentes, quia etiam ratione cultus diui-

G ni non possunt eos deserere, scilicet, non subueniendo in necessitate. Ideo ex ipsomet capitu. siqui filij videtur, quòd magis respiciendum sit esse patrem quàm esse fidelem, & sic tenebimur magis infideli patri quàm extraneo fideli.

Ad quartum dicendum, quòd vt communiter exponitur fideles extranei pręponendi sunt cognatis infidelibus quantum ad dilectionem, vel affectum, & tamen quantum ad effectum prouidendi magis tenemur patri infideli quàm extraneo fideli, sic exponitur trigesima distin. capitu. siqui filij in Glo. & Raymū. in sum. lib. tertio titu. de hospi. ordinandorum, & Ho. in summa ti. de tempo. ordi. aliter potest dici, q istud dictum Ambro. non militat in pręsenti casu

H propter duo. Primo, quia dicit de domesticis, quòd si boni sunt etiam filijs præponendi sunt, & tamen non dixit de patre, nunc autem de patre loquimur, & tamen valde magna differentia est in his, quia pater non est debitor filio, sed potest abnegare eum, filius autem non potest abnegare patrem octauo Ethi. capitu. vltimo immo tenetur magis ei prouidere, quā sibi in corporalibus necessitatibus nono Ethico. cap. tertio. Secundo non facit ad propositum, quia dicit de domesticis, & casus noster est de extraneis, domestici autem non sunt extranei, sed vocantur sui, siue proprij immo magis quàm proprij, & de eis magna cura habenda est. prima ad Timoth. quinto, qui suorum maxime domesticorum curam non habet fidem negauit, & infideli deterior est:

I ideo ex hac auctoritate Ambrosij nihil probatur in pręsenti.

Ad quintum dicendum, quòd illud intelligitur cęteris paribus. quod sit eleemosyna magis danda iusto quàm iniusto, vnde siquis inueniat aliquos pauperes iniustos parum indigentes, potius debet expectare ad dandum eleemosynam, quòd inueniat aliquem iustum, & interim teneat eleemosynam, & hoc est, quòd desudet eleemosyna in manu, sicut rès, quæ diu tenetur in manu calefit, & sudat simul cum manu.

Aliter potest exponi, quòd intelligatur hoc quādo quis vult dare eleemosynam alicui solam, vt oret pro eo, quia tunc nulli debet dare nisi iusto eo, quòd ora-

K tiones iustorum exaudiuntur, & non impiorum. Ioā. 9. vel saltem ipsę solę sunt meritoriæ. Et ista non est proprie eleemosyna, sed magis est quædam commutatio bonorum temporalium pro spiritualibus, est tamē iusta, quia fit bono fine, & sine simonia, quia vtrū- que fit propter Deum, sic dicitur ad Rom. 15. probauerunt Macedonia, & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalem: placuit enim eis, & debitores sunt eorum: nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debēt & in carnalibus ministrare eis, & alijs modis potest exponi, sed iste est melior.

An fienda sit distinctio in dandis eleemosynis circa pauperes ita, quòd quibusdam demus, & alijs non. Et quomodo non debemus discernere pauperem a paupere. Et an sit eleemosyna danda turpiter viuentibus,

Quæst. LXVII.

QVAERETVR an facienda sit in dãdis eleemosynis distinctio aliqua circa pauperes, ita quòd quibusdam demus, & alijs non: aliqui dicunt, quòd nõ, sed indifferenter omnibus dandum est, quia dicit Chrys. super Epistolam ad Hebrę. quiescamus ab hac absurda curiositate, & diabolica, & peremptoria: non enim ex vita eorum quos accipis mercedem tibi retributurus est Deus, B sed ex voluntate, & honorificentia: & sic non est distinguendum quales sint pauperes, quia quibuscunque demus meritum est, & patet 42. distinctio. capi. quiescamus, etiam ponitur ibi alia ratio, scilicet quia dare pauperibus non est periculum quibuscunque demus, quia dando magis accipimus, quam damus.

Alia etiam ratio est, quia si quis faciat ipsam distinctionem interdum volens excludere malos pauperes excludet bonos, vel boni excludentur, & recipientur mali, vel boni non venient, quando viderint se excludi, sic dicit, quòd Abraham si scrutator esset circa refugiẽtes ad se, nunquam Angelos hospitio recepisset fortassis enim non putasset eos Angelos, sed cum reliquis repellerentur, sed quoniam omnes recipiebat C suscepit, & Angelos.

Dicendum, quòd circa eleemosynam, vel hospitalitatem interdum est facienda differentia in pauperibus, & interdum non.

Pro quo sciendum, quòd eorum, qui petunt eleemosynam quidam petunt eam, quasi ex debito, vt prędicatores, & prælati: alij autem pro sola corporis sustentatione, vt pauperes simplices. prædicatoribus enim, & prælatis pro opere suo debetur eleemosyna, & est eis, quasi debita, quia dixit Christus Lucę tertio, quòd in quãcunque domum intrarent manerent ibi comedentes, & bibentes, quæ apud illos sunt, quia dignus est operarius cibo suo, quasi dicat non datur vobis cibus ex sola liberalitate, sed ex quodam debito D cum operemini prædicando illis, & tamen operarius dignus est cibo suo, idest debetur illi cibus: sic etiam dicitur 1. Corint. 9. si spiritualia vobis seminamus dignum est, vt temporalia vestra metamus. quòd ergo istis datur licet sit eleemosyna, quia propter Deum datur, & non ex conuentione, vel contractu tamen debita est pro opere, & labore prædicationis, & sic Apostolus admonebat omnes, qui erudiuntur in fide, quòd prouiderent solicite circa temporalia doctoribus suis: ad Gala. 6. communicet catechizatus ei, qui se cathechizat in omnibus bonis, idest qui eruditur communicet doctori suo omnia bona necessaria ad sustentationem. Alijs autem pauperibus eleemosyna datur ex sola liberalitate, scilicet quia nihil nobis faciunt, & illi petunt pro sola corporis sustentatione, E idest non ex debito. De primis pauperibus dicendum, quòd aut sunt cogniti, aut non, si sunt cogniti, & constat eos ad prædicandum missos, vel institutos in prę latura recipiendi sunt, & dandũ est eis, ꝙ petũt: si autẽ sunt incogniti, vel dubitatur an tale officiũ sit eis cõmissum, debent prius examinari, an ita sit, ꝗ recipiantur, & ꝗ detur eis aliquid, quia hic vertitur periculum circa maiora, quia non agitur solum de dando eleemosynam, sed principaliter de accipiendo prælatũ, vel prædicatorem, & quia talibus non solum danda est eleemosyna, sed etiam spiritualia ab eis recipienda sunt, in quibus periculum vertitur si isti non sunt tales quales se esse dicunt, oportet eos prius distingui, & A cognosci, ita dicitur in eodem cap. quiescamus, scilicet si enim in clerum electum se esse dicat si sacerdotem se nominet, scrutare non enim sine periculo est in talibus indiscursa communicatio circa maiora periculum vertitur: nõ enim das, sed accipis. In secũdo casu, scilicet quando petunt pauperes pro corporis sustentatione nõ prætendentes sibi debitam eleemosynam, ratione alicuius officij, aut possumus abundare omnibus petentibus, aut nõ: si possumus debemus omnibus indistincte dare, & in hoc casu habet locũ cap. quiescamus, scilicet quòd quiescendum est, idest cessandum ab hac absurda, & diabolica curiositate, scilicet discernendi pauperem a paupere, & allegantur.

Causa prima, quia Deus non retribuet homini mercedem ex vita eorum quos accipit, sed ex voluntate, & honorificentia multa, & misericordia, & bonitate, idest non erit differentia mercedis nostrę secundum differentiam vitę eorum quibus eleemosynam damus, sed secundum differentiam voluntatis, quam habemus in benefaciendo pauperibus, & honorificentiam, idest secundum quantitatem honoris, & misericordię, quam præstiterimus pauperibus omnibus, ergo dãdum est, quia non carebit mercede quicunque dederit, cuicunque dederit, dum tamen propter Christum det, & tanquam pauperem Christi recipiat, vt dicitur infra 10. qui dederit potum C vni ex minimis meis calicem aquę frigidę tantum in nomine discipuli: amen dico vobis non perdet mercedem suam.

Secunda ratio est, quia distinctio, & scrutinium fieri debet, quando versatur aliquod periculum si ista non fiant: dare tamen eleemosynam corporalem solum ad sustentationem cuicunque demus nullum periculum est, ideo non est facienda ista distinctio, patet hoc, quia dicitur ibidem, quòd quando quis dicit se electum in clerum, vel dicat se esse sacerdotem scrutandum est, quia circa maiora periculum vertitur, quam sit cibus corporalis.

Tertia causa est, quia si istam distinctionẽ facimus aliquando volentes excludere malos pauperes exclu- D demus bonos. Nam si Abraham, & Loth istam distinctionem fecissent fortassis non recepissent Angelos hospitio, sed eos inter cęteros repellerent: non est ergo cauendum ab aliquo quin ei eleemosynam, ad sustentationem corporis dare possimus, & debeamus: nam etiam excommunicatis eleemosyna danda est, vt ait Grego. 11. q. 3. c. quoniam multos, & hoc verũ est de quolibet tam excommunicato, quam etiam publice peccante, nisi occasione eleemosynę nostrę, quasi iam securus de illa iustitiam negligeret. Nam in tali casu dicit Aug. ꝙ vtilius esurienti panis tollitur si de cibo securus iustitiam negligat, quam esuriẽti panis frangitur, vt iniustitię seductus acquiescat 10. q. 5. c. non omnis: quod autem de istis dicitur, intelligẽdum est, verum esse nisi esuriant ad mortem, quia E tunc quantumcunque iustitiam negligant danda est eis eleemosyna, vt non moriantur 86. d. c. pasce. Nam per hoc non souetur eorum iniquitas, sed natura ne pereat sustentatur. si autem non possumus sufficere omnibus petentibus distinguendum est quibus potius dare debeamus, & ad hoc considerantur multa ex parte eorum quibus danda est eleemosyna ex quibus vnus pauper præfertur alteri: de quibus dicetur in duabus quęstionib. seq. Sed est dubium an histrionibus, & meretricibus, & venatoribus, & huiusmodi turpiter viuentibus eleemosyna danda sit. dicendum ꝙ officia istorum sunt turpia, & ipsi iudicantur, vt infames, & publici peccatores, vt ostẽsum est. s. q. 37.

Dicendum tamen, ꝙ quñ istis datur aliquid, aut datur

tur pro officio suo, quod exercent, aut datur in eleemosynam, si pro officij exercitio dicendum, quòd est graue peccatum, & maximè in clericis qui bona ecclesię debent honestius expendere, & etiam in omnibus alijs peccatum est, sic dicit Aug. super Ioan. & 86. di. c. donare, s. donare res suas histrionibus vitium est immane non virtus, & datur ibi causa, s. quia donant isti pro adulatione, & laude humana, quia histriones laudant eos cum dicitur ibi, scitis de talibus quam sit frequens fama cum laude, quia laudatur peccator in desiderijs animę suæ, & qui iniqua egerit benedicitur. de venatoribus dicit Aug. in Psal. & 86. di. c. qui venatoribus, s. qui venatoribus donant, quare donant dicant quare dant venatoribus, hoc in illo amant in quo nequissimus est, hoc in illo pascant, hoc in illo vestiūt ipsam nequitiam publicam spectaculis omnium, nō tamen naturam ibi attendunt operis Dei, sed nequitiam operis humani. hoc intelligitur de venatoribus qui pugnant cum bestijs in arena, quos leges humanæ arenarios vocant, & sunt isti infames si pro quæstu hoc faciant, & hinc viuant, & ideo qui habentes talia officia honorāt, vel aliquid eis donant, ipsam iniquitatem honorant, & non naturam a Deo conditā, quod detestabile est, & non solum donando istis aliquid peccatum est, sed etiam siquis gaudeat videndo eos exercere artem suam, nam etiam hoc peccatum mortale est, vt ait Aug. in Psal. & 86. di. c. vident, s. vident homines venatorem, & delectantur: vę miseris si se non correxerint: qui enim vident venatorem, & delectantur, videbunt saluatorem, & tristabuntur, s. in die iudicij videndo Christum tristabuntur, quia delectati sunt videndo venatorem. De meretricibus magis planum est, quia illis nemo pro officio suo aliquid dat, nisi qui cum eis fornicatur, & hoc peccatū mortale est, & ideo donare eis propter istam causam malum est, quod intelligitur de donatione quę est vltra precium cōuentum, vel consuetum: nam licet fornicari cum meretrice sit peccatum, dare ei preciū fornicationis non est peccatum, sed potius peccaret qui subtraheret, quia illis hoc debitum est, vnde dicitur, quòd meretrix non turpiter accipit, licet turpiter meretricium facit. ff. de condi. ob tur. ca. l. 4. §. sed quòd meretrici, vt dicitur 86. di. cap. qui venatoribus in gl. Aug. tamen eod. ca. increpat donantes aliquid meretricibus, s. qui donant meretricibus quáre donant, nō quidem ipsa hominibus donant non tantum ibi naturam attendunt operis Dei, sed nequitiam operis humani: potest intelligi de precio dato meretrici, qđ in se non est peccatum, sed id propter, quod datū est, s. fornicari, vel intelligitur non de precio, sed de donatione quæ fit causa affectionis, s. quia diligit quis meretricem, & vltra debitum sibi, vel conuentum cum ea aliquid gratis dat, & iste est proprius sensus, quia hoc est donare eis, & istud est peccatum de quo ibi in glo. Si autem datur prædictis eleemosyna, aut sunt in necessitate extrema, aut non, si sunt in illa licitum est dare eis immo necessariū, quia nullus homo est quantumcunque malus cui in extrema necessitate subuenire non teneamur, quia alias diceremur eum occidere 86. di. c. pasce. Si autem non est extrema necessitas melius est nihil eis dare, vt securi de cibo turpiter semper agant, sed potius videntes se despici conuertātur ad bonum, quia vtilius panis subtrahitur pauperi interdum, quam frangatur, vt ait Aug. 5. q. 5. c. non omnis: distinctio autem supra posita de differentia pauperum colligitur 42. di. c. quiescamus, & ibi in gl. & per Raymun. in sum. li. 3. ti. de hosp. ordi. Sed cum dicatur, quòd musicis, & histrionibus non est donandum, est dubium, an peccatum sit donare citharistis, & his qui in musicis nos delectant,

F Dicendum, quòd aut donatur eis, vt hoc opus suū faciant ad cultum Dei, aut ad nostram causam. si primo modo est meritorium, quia Deus laudatur in organis, & cymbalis, & tubis, & tympanis. Psalm. vlt. & Deus fecit sibi tubas fieri Numer. 10. & in illis clangebatur ante arcam Iosue 6. & Dauid faciebat personari coram arca Domini omnia vasa musicorum. 2. Reg. 6. & 1. Paralip. decimoquinto, & decimosexto, & vigesimoquinto. Si autem fit causa nostri, aut fit ad recreationē a laboribus, vel alleuiationem cogitationum, siue ad ęgritudinē leuiandam, aut propter solam voluptatem: si primo modo licitum est, nisi in eis quibus ex conditione status istud repugnat, sicut monachis: nam tota vita eorum debet esse quidam

G luctus, vt ait Hieron. ad Riparium, & Desiderium, & decimasexta quęstione. in cap. monachus, scilicet monachus non doctoris, sed plangentis habet officium, qui vel se, vel mundum lugeat, & domini pauidus præstoletur aduentum. si autem sit ad solam voluptatem illicitum videtur istis aliquid donare pro officio suo, & maxime est hoc in clericis, sic dicit glossā, octuagesimasexta distinctione cap. donare, scilicet quid de citharistis, & alijs, qui varijs vtuntur instrumentis nunquid licitum est audire ea, vel tangere, vel talibus aliquid dare, & quidem ad voluptatem, vel luxuriam? non quia Deum moribus stimulat, qui populū vocibus delectat, vt ait Greg. & nonagesima-

H secunda distinctione, cap. in Sancta, sed ad laudem Dei, vel ob aliam causam iustam, vt puta recreationis, vel infirmitatis, scilicet est licitum ista audire, & donare citharistis pro isto opere.

In eleemosynis dandis, quæ sunt attendenda, tam pro parte dantis, quam eius cui datur. Vbi etiam ponitur in quibus casibus tenetur ecclesia defendere eos, qui ad se confugiunt. Quæst. LXVIII.

QVAERITVR, quę sunt attendenda in dandis eleemosynis.

Dicendum, quòd cum dare eleemosynam sit actus virtutis, oportet considerari

I multa ad hoc, quòd recte fiat, & quędam considerantur ex parte dantis, & quædam ex parte accipientis: ex parte dantis tria considerantur, scilicet iustum, ordo, & intentio. Dicitur iustum, idest res iusta, scilicet quòd fiat eleemosyna de re acquisita licite, idest cuius dominium transiuit in possidentem: nam non differt, quòd acquisita fuerit res turpiter, vel ex mala causa dum tamen possit iuste possideri, & non competat repetitio pro ea contra possessorem, quod dicitur propter rem furto, vel rapina ablatam, vel per vsuram, aut symoniam, quia ista non solum acquiruntur illicite, sed etiam illicite possidentur, quia oportet illa restitui, & sic non potest fieri de illis eleemosyna, vt ostensum est supra. Secundum est ordo, quia cum eleemosyna sit quidam actus charitatis, oportet or-

K dinem habere: nā sicut in diligēdo, oportet quosdam magis, & alios minus diligi, scilicet quòd primo inter proximos diligantur parentes, deinde filij, postea domestici, deinde extranei, postea inimici, vt ait Ambrosius super cantica, ita oportet in exhibitione operis quibusdam prius, & alijs postea subuenire. Nam peccat, qui pręposterè agit, idest qui mutat ordinem charitatis, vt ait August. & sic ante omnia debet quilibet sibi misereri deinde cæteris. Tertium est intentio recta, scilicet, vt eleemosyna fiat propter Deum, & non propter inanem gloriam, quia sic periret merces, vt dicitur supra in lrā, & non fiet propter desiderium retributionis, sicut qui inuitat amicos, vt reinuitetur ab eis, quia dicitur Luc. decimoquarto, qđ

fit isti

fit iſti retributio, ſed qui facit conuiuium pauperibus claudis, & debilibus, qui retribuere non poſſunt habebit retributionem in reſurrectione iuſtorũ. Ex parte eius cui datur eleemoſyna cõſideranda ſunt nouem, ſcilicet fides cauſa locus tempus modus neceſſitudo, ſiue propinquitas ſanguinis, ętas debilitas conditio, ſiue nobilitas, iſta ponit Amb. li. de officijs, & 86. di. ca. non ſatis in tex. & glo.

Primum eſt fides, ideſt an ille cui eleemoſyna datur ſit fidelis, vel infidelis: nam omnibus eleemoſyna danda eſt etiam infidelibus ſi indigeant, magis tamen fidelibus propter honorem fidei, & Chriſti cuius ſunt membra omnes fideles ad Gala. ſexto. operemur bonum ad omnes maxime ad domeſticos fidei, ideſt ad habitantes in fide, & ſic in allegato. cap. non ſatis dicitur perfecta liberalitas fide commẽdat, vt primum opereris circa domeſticos fidei: grandis culpa eſt ſi ſciente te fidelis egeat, ſi ſcias eum ſine ſumptu eſſe, famem tolerare, erumnam perpeti, qui præſertim egere erubeſcit, hoc intelligitur cæteris paribus, quia non debet ſemper dari potius eleemoſyna fideli, quam infideli, quia magis teneor prouidere patri infideli, q̃ extraneo fideli, vt oñſum eſt ſupra: ẽt ſi ambo indigentes ſint extranei, & infidelis ſit in extrema neceſſitate fidelis aũt non, magis eſt ſubueniendũ infideli q̃ fideli, quia neceſſitas præponderat fidei, & etiã debitum cognationis paternæ præponderat fidei, ſed intelligitur tam in iſta conditione, q̃ in alijs, ꝙ ſint cętera paria, quia tunc prius ſemper fideli, q̃ infideli ſubuenitur: nam habens patrem fidelem tenetur eum magis honorare, quam ſi eſſet infidelis 30. diſtin. cap. ſiqui filij.

Secundũ eſt cauſa. ſ. quia quædã cauſę pręponderãt alijs, ſicut illis, qui tenẽtur ab hoſtibus magis tenemur eleemoſynam dare, quam alijs, qui non tenentur: in allegato capit. non ſatis, ſcilicet ſi in cauſam ceciderit, aut captiuitatis ſuę, aut ſuorum filiorum, aut calũniæ, & non adiuues, quaſi dicat malum eſt ſi in tali caſu non adiuueris, & eſt iſte caſus multũ priuilegiatus:
Vaſa altaris ſacra vendi pſſt pro redemptione captiuorum. nã etiam vaſa ſacra altaris vendi pſſt ad redemptionẽ captiuorũ, vt ait Amb. li. de offi. & 12. q. 2. c. aurũ, ſ. ornatus ſacrorum redemptio captiuorum eſt, & vere illa ſunt vaſa precioſa, quæ redimunt animas a morte, ideſt liberãt captiuos de ſeruitute, vnde Amb. e. li. & 86. di. c. non ſatis ſiue c. non compatiamur dicit ſe aliquando hoc feciſſe, vt captiuos liberaret licet multi ex hoc ei iraſcebantur cum ait. nos aliquando in inuidiã incidimus, ꝙ confregimus vaſa myſtica, vt captiuos redimeremus.

Tertium eſt locus, vt ſiquis teneatur in loco periculoſo potius illi ſuccurrendum eſt, quam cæteris in allegato capit. non ſatis, ſi ſit in carcere, & pœnis, & ſupplicijs, ſi propter debitum aliquod iuſtus excrucietur: nam & ſi omnibus debetur miſericordia iuſto tamen amplius: iſti enim ſubuenitur propter duo. Primo propter locum, quia erat in carcere, & in pęnis, & ſi non ſubueniretur ei affligeretur valde. Secũdo, quia erat iuſtus: nam iuſtis danda eſt eleemoſyna potius, quam cęteris, quod intelligendum eſt ſi cętera ſint paria, quia iniuſto, & peccatori publico exiſtenti in extrema neceſſitate magis eſt ſubueniendum, quam iuſto indigenti, ſed non in extrema neceſſitate. quòd autem dicitur ſi propter debitum iuſtus excrucietur in quo tangit Amb. conſuetudinem temporis antiqui. Nam debitor tunc ſi non erat ſoluendo dabatur creditoribus ad puniendum: hodie autem ſi aliquis conuenitur ex maleficio, & non eſt ſoluendo puniri poteſt 14. quæſtion. 6. capi. ſi res, nec redimenda eſt pœna eius, quia pœna eius precio remitti prohibetur 1. quæſtio. 1. cap. iubemus. ſi autem con-

A uenitur ex contractu, & ſi non ſit ſoluendo non cruciatur, ſed ſufficit, quòd cedat bonis. §. qui bon. cede. po. l. vlti. & inanis eſt actio, quam excludit inopia debitoris, ſi tamen iſte peruenit poſtea ad fortunam pinguiorem ſoluere tenetur ff. de ceſſi. bo. l. is, qui & extra de ſolut. c. Odoardus.

Quartum eſt tempus, quia tempore afflictionis magis ſubueniendum eſt homini, quam alijs temporibus in allegato capi. non ſatis, ſcilicet ſi tempore afflictionis ſuę nihil a te impetret, ſi tempore periculi quo rapitur ad mortem plus apud te pecunia tua valeat, quam vita morientium, non eſt leue pecca-
B tum, quaſi dicat, ſed graue eſt ſi tẽpore afflictionis nihil impetrat, qui exiſtens in fame, & ſiti petens alimẽtum non exauditur, & dicitur ſi tempore periculi quo rapitur ad mortem, in quo innuitur, quòd tenemur liberare eos, qui ducuntur ad mortem: nam ſi non eruamus inquantum poſſumus, peccamus. extra de hom. c. ſicut dignum, & intelligitur de eo, qui a perſonis priuatis, vel per apertiſſimam iniuſtitiam occiditur eodem cap. ſcilicet non caret ſcrupulo ſocietatis occultę, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, ſi tamen a iudice quis ducatur ad mortem, adhuc eccleſia, ideſt viri Eccleſiaſtici defendere poteſt, ne occidatur vigeſimatertia q. 5. cap. reos, ſcilicet reos ſanguinis defendat eccleſia ne effuſione ſanguinis
C particeps fiat, ſcilicet defendat ſi ad eam confugerint quia omnes confugientes ad ſe tenetur eccleſia defendere decimaſeptima q. 4. cap. reuertimini, & hoc verum eſt, ſiue ſint rei, ſiue non in crimine de quo ſunt infamati, niſi in caſibus, qui ponuntur extra de immu. eccl. cap. inter alia, ſcilicet latro publicus, & nocturnus depopulator agrorum, vel ſi ſeruus eſt, & permittitur impunitas. Si etiam non confugerint rei ad eccleſiam, adhuc iuuabit illos eccleſia: nam ſi ſperatur de eorum correctione debet eos precibus iuuare ne pereant vigeſimatertia q. 4. cap. eſt iniuſta etiam ſi ſunt iniuſte condemnati debet eccleſia omnibus modis quibus poteſt iuuare eos. Si autem iuſte condemnantur tunc temperate, & non importune iuuabit illos, ne per indiſcretam defenſionem eccleſia
D incidat in malam opinionem, vt dicit Grego. decimaquarta q. 6. ca. hi qui, & licet eccleſia teneatur aliquos defendere non tamen pro eis tenetur bellum mouere. §. de Epiſcopa. audi. l. additos, & hoc eſt, quia defenſio eccleſię debet eſſe moderata de his 23. q. 5. capi. reos in glo. & dicebat Amb. ſi plus valet apud te pecunia tua, quã vita morientis, ſ. ſiquis iniuſte ad occiſionẽ portabatur, & poterat ꝑ pecunia liberari de manibus occiſorum ſi non liberaueris eum, vt pecuniã non expendas: plus valet apud te pecunia tua, quam vita illius, ideſt plus apprecíaris pecuniam, quã vitam, ideo permittis illum perire, vt pecunię parcas, & iſtud eſt graue peccatum, quia cũ iſta ſit extrema neceſſitas tenet hõ dare quidquid habet, vt illũ liberet alioquin peccat.

E Quintum eſt modus, ſcilicet, vt in dando eleemoſynam teneatur modus, nec omnia ſimul vni dentur, ſed diſtribuantũ, vt ſępius, & multis dare poſſimus in alleg. c. non ſatis, ſiue in c. dominus.

Sextum eſt neceſſitudo, ſiue propinquitas ſanguinis, quia cęteris paribus potius eſt danda eleemoſyna propinquis ſecundum carnem, quam alijs: in alle. cap. non ſatis, ſiue in cap. eſt etiam. ſ. eſt etiam alia probanda liberalitas, vt proximos ſeminis tui ne deſpicias ſi egere cognoſcas: melius eſt enim, vt ipſe ſubuenias tuis quibus pudor eſt ab alijs ſumptum depoſcere, aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitatis.

Septimum eſt ętas, ſcilicet an ſit ſenex vel iuuenis,

quia senibus magis danda est eleemosyna quam iuuenibus cum senes sint impotentiores ad acquirendum per laborem, iuuenes autem, nisi aliàs sint impotẽtes cogendi sunt laborare, & ex laboribus victum q̃rere.

Octauum est debilitas, quia debilitati, vt claudi, & cęci, & infirmi præferendi sunt in eleemosyna, eo ꝙ isti magis sunt in necessitate, quam cæteri, qui non habent hanc debilitatem. Vocatur etiam debilitas, vt aliqui volunt, sed non est verum mutatio status, vt quando quis res suas amisit sine crimine, vt per furtum, vel rapinam. in alleg. c. non satis, siue in c. consideranda. s. similiter debilitas corporis promptius iuuanda est, si quis ex diuitiis cecidit in egestatem, & maxime sine suo vitio, sed aut latrociniis, aut præscriptione, aut calumniis, quæ habebat amisit, & dicitur maxime si sine suo vitio, quia etiam si per vitium ista amiserit est ei danda eleemosyna, postquam iam amiserit cum deuenerit in paupertatem, & tamen maxime subueniendum est ei si sine vitio amisit hęc, quia tunc subueniẽ ei, vt pauperi, & iusto. Nam dicitur ibi in glo. ꝙ si vitio suo in ista mala incidit non teneor ei subuenire, vt. ff. de posi. l. bona. & 5. q. 5. c. non omnis, sed exponitur, ꝙ verum est, ꝙ talem non teneor redimere. s. si fuerit in carcere pro debito, vel pro crimine, teneor tamen dare ei eleemosynam ad aliqualem subuentionem.

Nonum est nobilitas ex qua sequitur verecundia, nam qui sunt nobiles, si incidunt in paupertatem erubescunt mendicare, ideo magis est meritoriũ istis dare, quam aliis ęqualiter, vel aliquantulum plus indigẽtibus, vt in alleg. c. non satis, siue c. consideranda. s. nõnunquam etiam consideranda est verecundia, quę ingenuos prodit natales. i. per verecundiam significatẽ, ꝙ aliquis est de natalibus ingenuis. i. nobilibus, & qñ isti sunt pauperes maxime, si prius fuerunt diuites, & sine vitio ceciderunt de diuitiis, debet eis succurri, vt supra dictum est, licet aliqui volebant illud intelligi de corporis debilitate, sed non stat, quia diuitiis priuari nihil ad corporis debilitatẽ pertinet. Hęc sunt, quæ considerantur ex parte eorũ, quibus eleemosyna dãda est, vt sciamus cui potius tenemur subuenire quãdo non possumus omnibus simul succurrere, & sciendum ꝙ quælibet istarum conditionum facit vnũ pauperem debere præferri alteri, quando cætera sunt paria, qñ tñ vnus pauper excedit in vno, & alius in alio, vtpote vnus est fidelis, & tñ alius in maiori necessitate, vel loco, aut tempore malis cui potius subueniendum sit, non est possibile dari regulam generalem ꝑꝑ infinitas varietates, quæ accidere possunt ex diuersitate circunstantiarum, & ita est de omnibus aliis causis, vel conditionibus pauperum, supra positis, quando vnus comparatur alteri.

Quid potius in paupere considerandum sit ad hoc, quod eleemosina sit magis meritoria,
Quæst. LXIX.

QVAERITVR quid sit potius considerandũ in paupere ad hoc, ꝙ sit magis benefaciendum vni, quam alteri.

Dicendum, quòd ista q̃stio nõ potest diffiniri per regulam generalem propter infinitas variationes, quę occurrunt, sed sicut varietas fit in particulari, ita fiet iudicium in particulari. s. quòd occurrente quolibet casu prudens poterit iudicare quid agendum sit, Et non est intelligendum, ꝙ hoc non possit determinari per regulam, quasi sit valde obscurum, sed propter infinitum esse, quia possunt fieri infinitę variationes in particulari ex parte eorum quibus eleemosyna danda est: infinita autem nemo potest comprehendere iudicio, & ideo antequam veniant in experientiã non

F est possibile, ꝙ aliquis illa plene cognoscat, regula tñ datur in vniuersali, ergo non possunt diffiniri ista per regulam, sed qñ particulariter acciderint diffiniuntur faciliter per prudentem. Ratio d̃r̃iæ est, quia in particulari non accidunt simul oẽs istę diuersitates, sed vnica, & de illa faciliter iudicatur: in vñi autem si regula dari deberet oporteret comprehẽdi oẽs d̃r̃ias ipsorũ particularium quo ad hoc, ꝙ eẽt vera regula, & illud est impossibile, sic dicit Aristot. 9. Ethicorum, quòd cui magis benefaciendum sit non est facile determinare propter multas diuersitates boni, & necessarii, & verum est, quia tota diuersitas, & difficultas accidit ꝑꝑ bonum, & necessarium, nam omnia nouem motiua, quę habentur præced. q. ad ista duo reducuntur,
G quædam enim dicunt maius bonum, & alia important magis necessarium, nam fides & nobilitas pertinent ad bonum. s. quia melius est dare fideli, quam infideli, & melius iusto, quam iniusto, sic etiam de nobilitate, quia melius est nobili pauperi dare, quam ignobili. Causa locus tempus ętas debilitas, & necessitudo pertinent ad necessarium, quia magis necessariũ est dare debili, & seni, & existenti in malo loco, & in malo t̃pe, & ẽt cognato cui tenemur, & ei qui ab hostibus captus est, q̃ cęteris qui nõ hñt eadem, q̃ isti, licet sint meliores, q̃ isti, & sic oĩa, & quęcunque alia considerari pñt reducuntur ad ista duo, & tñ d̃et accipi tũc necessarium pro debito, & pro ineuitabili, nam dare
H ei cui tenemur est necessarium. i. debitum non est tñ ineuitabilis necessitas illius, quia forte in nulla necessitate est ille cui debemus. Hoc tñ considerandum est, ꝙ in benefaciendo magis est attendendum reddere, ꝙ debitum est, quam gratis impendere, ꝙ non est debitum, vt dicit ibidem Arist. & tñ etiam hoc non est generale, quia potest ex parte eius cui non debetẽ esse maior bonitas, vel necessitas ineuitabilis, & tunc potius erit dandum beneficium, quam soluendum debitum, & secundum hoc possunt accipi tres cõditiones ꝑꝑ quas maxime benefaciendum est. s. honestum necessarium, & debitum, licet istę tres reducuntur ad illas duas, quas posuit Arist. s. bonum, & necessariũ. debemus. n. subuenire maxime indigentibus ꝑꝑ necessarium, & viris optimis, & eis a quibus spiritualia susci-
I pimus ꝑꝑ honestum, & cognatis, & maxime parentibus, & benefactoribus propter debitum.

Considerandum tamẽ circa hoc, ꝙ in dando eleemosynam ad sciendum cui magis dandum sit est prima regula, ꝙ licet istę tres conditiones præcipue moueant, illa tamen, quæ pręponderat qualibet alia est ipsum necessarium, nam pręponderat necessariũ honestati, quia siquis sit vir sanctissimus, & indigens nõ tñ in extrema necessitate, & sit aliquis vir pessimus publice peccans, & infidelis si sit in extrema necessitate: magis succurrendum est isti, q̃ viro sanctissimo, patet etiam de debito, quia siquis susceperit ab aliquo quãtacunque beneficia, vtpote si per eum a morte liberatus est, vel ab eo consecutus est regnum, & indiget,
K non tamen in extrema necessitate, magis subuenire debebit infideli, & pessimo existẽti in extrema necessitate, q̃ illi. rõ hmõi est, quia eleemosyna s̃m se est ad subueniendũ indigenti tollendo defectũ eius, vel alleuiando, vt ostensum est supra q. 22. Cũ ergo sit istud essentiale eleemosynæ necesse est, ꝙ vbicunque inueniatur necessitas maxima ibi sit eleemosyna magis ꝓprie, ꝙ aũt daretur magis bono pertinet ad bñficium, sed non ad eleemosynam, ꝙ vero demus ei cui tenemur pertinet ad iustitiam, sed non ad eleemosynam: eleemosyna. n. secundum se non cõsiderat bonũ, nec debitum, sed indigentiam, ideo in maxima indigentia erit proprissima eleemosyna: hoc tñ de sola extrema necessitate intelligendũ, q̃a licet existenti in extrema neces-

necessitate sit maxime subueniendum, & præferatur A oibus aliis, non tamen est verum, ꝙ quicunque est in maiori necessitate est preferendus ei qui habet minorem, quia interdum quibusdam patientibus minorẽ indigentiam magis dandum, & prius, sicut siquis extraneus egeat, plus quam pater meus, & neuter sit in extrema necessitate, potius teneor subuenire patri, quam extraneo magis indigenti,

Prædicta sunt vera de existente in extrema necessitate quando est talis cuius mortem nō licet nobis desiderare. Nam siquis denunciatus sit hostis reipublicę, & bellum indictum sit cōtra eum, si existat in extrema necessitate famis, aut sitis non est ei subueniendum, sed potius procurandum quomodo citius pereat in cæteris autem tenemur ad subuentionem data extrema necessitate.

B Secunda regula est, ꝙ necessarium solum existens præponderat honesto, & debito simul existentibus, vt siquis sit vir sanctissimus a quo etiam maxima beneficia suscepimus, & egeat, & sit alius pessimus qui nobis sæpe nocuit, & sit in extrema necessitate, isti magis subueniendum est ex ratione suprapofita, & tamen concurrunt hic debitum, & honestum ex parte vna, & ex alia solum necessarium.

Tertia regula est, ꝙ necessarium in vltima necessitate preponderat oībus tribus. s. honesto debito, & necessario non existente in extrema necessitate, licet sit magna necessitas: patet hoc in exemplo precedenti.

C Quarta regula est, ꝙ existentibus duobus in extrema necessitate locum habent aliæ conditiones supra positæ. s. honestum, & debitum.

Est tamen considerandum, ꝙ extrema necessitas, siue absoluta non est semper ęqualis, secundū ꝙ aliquis est magis, vel minus propinquus periculo, vel morti si non subueniatur ei, quia tunc ei qui est in maiori necessitate subueniendum est si putatur, ꝙ alteri potest subueniri per aliquem alium modum, vel potest aliquantulum expectare, quia tunc sola maior necessitas attendenda est. Si autem de vtroque constet, quòd est in propinquo periculo, habet locum honestum, & debitum. s. quis eorum est melior, vel cui magis tenemur.

D Quinta regula est, quandocunque aliqua istarum trium. s. honestum debitum necessarium, vel aliqua de illis nouem, quæ habentur præcedenti q. sola venerit per eam iudicandum est cui magis sit prouidendum, vt si in duobus indigentibus consideretur sola indigentia semper erit dandum magis indigenti, & dicitur venire vna sola quādo in cęteris sunt pares, quia tunc illa facit præponderare, vt si fidelis, & infidelis ęqualiter indigeant, & sint æqualiter debiles, & ęqualis ingenii, & ita de cæteris, erit dandum potius fideli.

Sexta regula est, ꝙ quando quædam conditiones istarum trium, vel illarum nouem sunt ex vna parte, & quædam ex alia, non potest dari aliqua regula cui sit potius prouidendum, vt si sint duo indigentes, & E vnus magis indigeat, & tamen citra extremam necessitatem. alius vero melior sit, & minus indiget, nō potest dici quis præferendus sit, quia possunt accidere multæ differentiæ ex parte magnitudinis, vel paruitatis sanctitatis ex parte vnius, & indigentiæ ex parte alterius, ita vt aliqn pro vno, & aliqn pro altero iudicari dēret. ita est de oībus aliis ꝯditionibus consideratis ex parte pauperū, siue cōparetur vna vni, siue vna multis, quia nō poterit dari regula certa, sed oīa hęc adueniente particulari casu iudicabuntur faciliter ꝑ illius prudentiā cui ista occurrerint, quia in particulari non est difficile iudicare de istis, in vniuersali autem est impossibile cuius ratio supra posita est.

A *An melius sit eleemosynas paucas, & magnas facere, quam multas, & paruas. Et de intrantium religionem modo faciendi eleemosynam. Et quomodo vna eleemosyna potest esse maior alia.*
Quæst. LXX.

QVAERITVR ꝑ præcedentia, quia dicebatur supra de modo dandi eleemosynam. s. an sit meli⁹ facere eleemosynas paucas, & magnas, vel multas, & paruas, vt siquis vult dare mille denarios in eleemosynam, an sit melius dare simul vni pauperi, vel duobus, vel sæpius dare, & ꝑ multos dies diuidere illos in multos pauperes, Aliqui dicunt, ꝙ melius sit dare simul magnam eleemosynam, quia Christus dixit infra 19. ꝙ qui vult esse perfectus vendat omnia quę habet, & det pauperibus, & sequatur eū, & sic ille dat eleemo-

B synam, & simul omnia dat, & a Christo laudatur. Itē patet, quia Hiero. in epistola ad Paulinum, hortat̄ Paulinum subito res suas distribuere di. nisi tu semper recrastinans, & diem de die trahens caute, & pedetentim possessiunculas tuas vendideris, non hēt Christus vnde alat suos pauperes. q. d. ēt si non vendas caute, & per multos dies, vt inde magna precia habeas quę des pauperibus, non habet Christus, vnde alat pauperes, nō debes ergo curare de hac diligentia, sed cito expedire, vnde dicit ibi festina quæso. i. fac cito. Alii dicūt, ꝙ melius est dare per multas vices, quia quando quis distribuerit eandem pecuniam per multas partes hēt

C diuersas operationes, & electiones, & quia meretur quis per hoc, ꝙ vult dare eleemosynā, quanto pluries habebit electionem istam, tanto magis merebitur, & sic melius erit sępe dare, quam semel.

Dicendum, quòd quando quis dat eleemosynam aut habet voluntatem mutandi statum relinquendo sęculum, aut vult manere in statu suo, si vult mutare statum melius est dare simul quam per partes, immo necesse est dare simul, quia transiens ad religionem, nihil proprium habere potest cum repugnet hoc essentiali voto religionis, in quo nec etiam per Papam potest dispensari, extra de sta. mo. c. cum ad monasterium. §. nec extimet. s. nec extimet Abbas, quòd super

D habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare, quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis a Deo est annexa regulæ monachali, vt contra eam, nec summus pontifex possit licentiā indulgere, oportet ergo añ introitū monasterii. i. añ ꝓfessionē de oībus disponere, & iō tunc eleemosyna simul danda est, sic dr̄ per Ambr. li. de off. & 86. di. c. nō satis, siue c. dn̄s. s. dn̄s non vult simul effundi opes, sed dispensari, nisi forte, vt Elisęus qui boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo, ꝙ habuit, vt nulla cura teneretur domestica, sed relictis oībus in disciplinam se prophenеam daret, & sic est de oībus qui sequebant̄ Christum, quia illi mutabant statum, quia iam nō debebant possidere aliquid, infra 10. s. nolite possidere aurū, nec argentū, nec pecuniā in zonis vestris, & ob

Notēt monachi de proprietate eorum.

E hoc mandabat, ꝙ siquis vellet eū sequi venderet oīa q̄ hēret, & daret pauperibus, & tunc sequeret̄ eū. ī. 19. & Mar. 10. & non solum oīa tradenda sunt pauperib⁹, antequam quis incipiat Christū sequi, sed ēt si adhuc manet in sęculo, & habet voluntatem transeundi ad religionem, & detinetur solum, vt disponat de possessionibus suis vendendo illas, & dando pauperibus, & si cito faceret, oporteret pro paruo precio vendere, & paruas dare eleemosynas, si autem per aliquantum tempus moraretur in seculo posset caute vendere, & multa pauperibus dare: melius est, quòd cito vendat, & pauca det pauperibus, vt cito ad religionē se transferat, quā vt maneat in sęculo longiori tēpore, & magnas det eleemosynas, sic dicit Hieronym. in epistola

ad Paulinum exhortans eum, ꝙ cito abiiciat curam rerum ſecularium a ſe non curando ſolicite vendere dicens: feſtina quæſo, & hærentis in ſalo nauiculæ funem magis præcide, quam ſolue.i.cito fac ad modũ illorum qui volunt ſoluere funem nauis, quando adhæret ſalo.i.arenæ, nam quia periculũ eſt morari diu ſoluendo eſt ſecurius rumpere funem præſcindendo, quam morari ſoluendo, licet qui præſcidit perdit ſunem, ita licet res pereant, vel diminuantur precia earum vendendo eas ſubito, melius eſt rũpere cito vendendo, quam morari longius in ſęculo ad caute vendendum, ꝙ eſt quaſi ſoluere, quia fit ſine damno ſunis. etiam dicit, ꝙ repugnat aliqualiter deſiderio perfectionis ad quam aliquis anhelat intrando religionē velle vendere multum caute, & ſolicite res, vt nihil pereat de precio, cum ait, nemo renunciaturus ſęculo poteſt bene vendere, quæ contempſit, vt venderet. Et quia diceret aliquis, ꝙ iſta ſolicita venditio non fit ad hoc, ꝙ vendens conſequatur inde aliquod lucrũ, ſed ad hoc, ꝙ pauperes Chriſti magis alantur, quod pertinet ad charitatē.ſ.habere curam de egenis, tollit iſtā reſponſionē ibi Hierony. dicens, niſi tu ſemper recraſtinans, & diem de die trahens caute, & pedetentim tuas poſſeſſiunculas vendideris, non habet Chriſtus vnde alat pauperes ſuos, q.d. habet, & ideo non oportet habere iſtam ſolicitudinem, & quia aliquis diceret, ꝙ melius eſt morari diutius vendendo, vt plura precia dentur pauperibus, quia ſic magis merebitur vendens cum faciat maiores eleemoſynas: hanc reſponſionem excludit Hieronym. dicens, ꝙ magis nō mereatur licet plura det, quia magnitudo meriti non attenditur ex magnitudine rei datæ, ſed ex voluntate, & etiam ex habitudine eorum, quæ remanent ipſi danti, quia non dicitur aliquis, vel magis, vel minus liberalis, ſecundum ꝙ plura, vel pauciora dat, ſed in quātum ex pluribus, vel paucioribus, vt dicitur 4. Ethico. c.1.i. ſecundum ſubſtantiam vtique liberalitas dicitur non enim in multitudine datorum, ꝙ liberale.i.liberalitas conſiſtit, ſed in dantis habitu: hæc autem eſt, ꝙ ſecundum ſubſtantiam dat: nihil autem prohibet liberaliorem eſſe minora dantem ſi a minoribus det, ſic liberalior eſt habens ſolum viginti denarios, & decē donans, quam habens decem millia, & donans mille, ſic patet de vidua, quæ dedit duo ęra minuta. Luc. 21. & Chriſtus dixit eam obtuliſſe plus oībus, & cām ſubdidit, quia reliqui obtulerũt de eo, ꝙ eis ſupererat, iſta aũt quidquid habuit totum dedit. cum ergo aliqs volens intrare religionem nīa, quæ habet det, ꝙ illa vendantur maiori, & minori precio nihil differt, quātum ad animum ſuum, quia ipſe æqualia dat ſiue magno foro, ſiue vili vendantur, etiā quia iſte tradit ſeipſum, ꝙ ergo res parum, aut multum valeant, nullam habet vel paucam differentiam in rōne meriti, poſtquā aliquis ſeipſum dat, quia magis eſt dare ſeipſum, quam dare totum mundum reſeruādo ſeipſum ſibi, & hāc rationem tangit ibi Hiero, di. totum Deo dedit q ſeipſum obtulit. Apoſtoli nauem tantum, & retia reliquerũt, vidua duo ęra mittit in gazophilatium domini, & præfertur crœſi diuitiis.

Alia ēt ratio eſt, quia magnitudo meriti in actu conſideratur ex habitudine voluntatis, cum tamen quis tanto feruore ad perfectionem anhelat, ꝙ non curat de rebus iſtis an bene, vel male vendantur, ſed quomodocunque dat eas pauperibus, habet actum volũtatis perfectiorem, quam ille qui ad perfectionē anhelans poteſt ſe continere, vt circa venditionem iſtarũ rerum ſęcularium ſolicite ſe habere poſſit, quia non videtur iſte tantũ feruorem deuotionis habere, ſicut ille qui ſpretis omnibus cito intrare vult, nam pertinet ad perfectionem tranſeuntium ad Chriſtum cō-

F temnere oīa, & tñ iſte contēnit ſunditus, qui pręd eſi-
derio perfectionis ad quam tendit non curat an iſtę
bene, vel male vendantur, qui aũt ſolicite vēdere vult
licet contemnat eo, ꝙ pp Chriſtum vult deſinere totum,
ꝙ habet poſſidere, non tñ ita funditus contēnit
cum adhuc ad illa aduertere poſſit, & precia rerũ minutatim
computare, iſtam rationem tangit Hierony.
dicens, nemo renunciaturus ſęculo bene poteſt vendere,
quæ contempſit, vt venderet.

Alia etiam cauſa eſt, quia dato, ꝙ eſſet melius dare
magna precia pauperibus in eleemoſynam, quā parua,
tñ illud ꝙ meretur tranſiens cito ad religionem
rebus male venditis eſt maius, quam illud, ꝙ acquirit
G ſolicite vendens, & manens longiori tempore in ſæculo,
quia illo tempore quo manet in ſæculo ſi viueret
in religione iuxta perfectionem religionis, acquireret
multum de merito, ꝙ non acquirit viuens in ſęculo,
& illud longe melius eſt, quam ſupererogatio
eleemoſynarum de rebus ſolicite venditis. melius eſt
ergo male vendendo cito tranſire, q̃ bñ vendēdo diutius
in ſæculo morari. Alia ēt cauſa eſt multũ efficax,
quia diabolus valde inuidet homini, quando aſſumit
aliquod propoſitum excellentis vitæ, & ideo eũ tunc
maxime tentat, ſicut dicitur Eccleſiaſtic. ſecundo, fili
accedens ad Dei ſeruitutem, præpara animam tuam
ad tentationem: conatur ergo diabolus auertere hominem
ab iſto propoſito intrandi religionem, ideo
H ſi diu maneret quis in ſæculo, vt res ſuas venderet,
poſtquam propoſuerat religionem intrare, forte diabolus
turbabit eum, & faciet, quòd non intret religionem,
& perdet totum bonum, quòd aggrediebatur
propter paruam, & inutilem ſolicitudinem, &
quia homini quotidie noua inſurgũt, poſſent etiā multa
accidere per quæ a ſuo propoſito diſtraheretur, &
ſic non eſſet bonum manere diutius propter rem ſolicite
vendere, quia ſi iſtud accideret non ſolum homo
perderet bonum, quod aggrediebatur, ſed etiam
forte peccaret, & eſſet ingratus Deo, quia per culpam
ſuam periit in eo ſanctum propoſitum, quod Deus ſibi
inſpirauerat, ideo non eſt ſecurum diu manere ad
res vendendas ſolicite, vnde ſiquis firmiter deliberauit
religionem intrare, & aliquæ poſſeſſiones ſuæ te-
I nentur violenter ab aliis, vel quomodolibet contra
ius, aut debentur ſibi aliqua, & non poteſt iſta recuperare,
niſi prius iudicialiter contendat, potius debet
permittere, quòd pereant illę res, quam morari aliqualiter
in ſæculo ad hoc, quòd iſta recuperet, ſic
dicit Hieronym. ibidem ſi habes in poteſtate rē tuam
vende, ſi non habes proiice, tollenti tunicam, & pallium
relinquendum eſt.i. ſi non habes rem tuā in poteſtate,
ſed alius eam poſſidet, & non potes habere, niſi
iudicio contendas, proiice.i. permitte perire, vel habe
pro derelicta.

Dicendum ergo, ꝙ quando quis de intrando religionem
habet cogitationem, debet prius ſolicite cōſiderare,
& diu verſari hoc in mente, vt videat an ſibi
K expediat, & tamen ſi ſemel deliberauerit in animo
ſuo mutare ſtatum non debet morari, ſic dicit Ariſtoteles,
ſexto Ethicorum, capitulo, quòd in conſiliando
diu manendum eſt, & tamen poſtquam aliquid
ſemel deliberatũ fuerit cito agēdum eſt, ſcilicet
ne ſequatr̃ impedimentũ aliqđ, & ita fiet hic, & ſic ꝙ
res vendant̃ debite, vel pro precio vili non eſt multũ
aduertendum, niſi forte valde pauco tpe morandum
eſſet ad iſta agendũ, & ille qui hoc ageret, eſſet ita firmatus
in propoſito, quòd non timeret impedimentũ
aliquod, tunc enim forte poterat eſſe melius morari
aliquantulum ad iſta diſponendum, quam cito intrare
iſta quaſi perdendo, & tñ ſemper eſt magis ſecurũ
cito facere, quia q putat ſe liberũ eē ab impedimentis

incidit faciliter in impedimenta, & ita qui statum mu
tare vult non debet facere eleemosynam per minutas
distributiones, sed cito, & quasi simul totum dare de
bet. Si autem non vult mutare statum qui dat elee-
mosynam, regulariter eleemosyna non debet dari si-
mul, sed per distributiones ad hoc, quòd multi pau-
peres ex ea possint sustentari, sic dicitur in alleg. c. nõ
satis, siue c. dominus. s. dominus non vult simul effun-
di opes, sed dispẽsari. i. per multos diuidi, vel p multas
vices etiam Ambrosius super Lucam dicit, & habe-
tur 86. distinctione, capit. in singulis misericordię ip-
sius pro possibilitate cõditionis humanę mẽsura ser-
uetur, vt non sibi vnusquisque totum corripiat, sed ꝙ
habet cum paupere partiatur, i. diuidat, & nõ det totũ
integrum, ꝙ est simul dare, hoc etiam significatur
Isa. 58. s. frange esurienti panem tuum. i. non des totũ,
sed diuide: etiam 86. dist. cap. non licet, siue c. pulchra
dicitur pulchra liberalitas est in ipso quoque paupe-
ris dato mensuram tenere, vt abundes pluribus, & sic
intentio dantis eleemosynam debet esse ad sufficien-
dum pauperibus, quanto pluribus poterit, quod nõ
fieret, si eleemosyna tota in vnum conferretur, vel
simul daretur: hoc verum est, nisi quando occurrerit
aliquis pauper cui prouideri non potest, nisi multa dã
do, velut siquis ad mortem iniuste tradatur qui libe-
rari potest per pecuniam melius est dare quidquid da
turi eramus per multos annos in eleemosynam, vt to
tum ille accipiat, vt per hoc a morte liberetur, & non
solum est hoc melius, sed etiam est necessarium, quia
si non liberamus eum a morte cum possumus per
pecuniam liberare, grauiter peccamus, vt ait Ambr.
& 86. distinction. cap. non satis. s. si tempore periculi,
quo rapitur ad mortem plus apud te pecunia tua va
leat, quam vita morientium, non est leue peccatum,
sic etiam si christianus captus ab infidelibus sit in pe-
riculo abnegandi fidem propter dura, quę sustinet, ni-
si redimatur, melius est istum redimendo simul om-
nia expendere, quam per particulas distribuere, sic di
citur in alle. c. non satis, si in casum ceciderit, aut ca-
ptiuitatis suę, aut suorum filiorum, aut calumnię, &
non adiuues non est leue peccatum, quando autem
non imminet talis casus melius est multis pauperib⁹
prouidere, quam totum vni dare, & sic regulariter
melius est eleemosynam partiri, quam integram
dare.

Ad primum dicendum, ꝙ illud intelligitur de mu-
tantibus statum. s. de transeuntibus ad discipulatum
Christi: nam ibi non solum melius erat simul omnia
dare, quam per distributiones, sed etiam erat necessa-
rium cum non liceret eis aliquid possidere, postquã
ad Christum transirent. s. nec aurum, nec argentũ, nec
duplicem tunicam, infra 10. & idem est de transeun-
tibus ad religionem, vt supra dictum est.

Ad secundum dicendum, ꝙ ẽt intelligitur de mu-
tantibus statum, quia Hieron. hortabatur ibi Paulinũ
ad se venire, vt teneret vitam monachalem, & patet,
quia suadebat ei omnia vendere, etiam quia dixit ne-
mo renunciaturus sęculo bene potest vendere, quæ
contempsit, vt venderet.

Ad tertium dicendum, ꝙ ẽt non est verum, ꝙ sim-
pliciter sit melius dare eleemosynã per multas distri-
butiones, quam dare per integrum, quia interdum põt
esse melius dare per integrum, sic patet in eis qui oĩa
simul tradunt, & mutant statum, quia præter hoc, ꝙ
est transire ad statum perfectiorẽ adhuc illa eleemo-
syna in se non est minoris meriti, quam si daretur per
distributiones, sed potius asseritur esse maioris meri-
ti, nec aliquis contrarium auderet dicere, cum Hiero.
ostendat non esse melius manere diu vendendo soli-
cite possessiones, & plura dando, quam cito vendẽdo

A pauciora dare, vt supra ostensum est: motiuum autem
non est sufficiens, quia licet pluries quis eleemosynã
det faciendo distributiones, non oportet ꝙ illi actus
oẽs simul sint maioris meriti, quam vnus actus, quo
oĩa simul dentur: sic. n. solet fieri in generatione habi-
tuum, quia habitus generatur ex pluribus actibus &
tamen interdum vnus actus perfectus sufficienter gi-
gnit habitum: ita quãdo aliquis dat oĩa sua, vel magnã
partem eorum poterit iste actus esse tantæ pfectionis
sicut si diuideret illam eleemosynam in mille partes
quas diuersis temporibus daret: est. n. meritũ in elee-
mosyna ex magnitudine charitatis, & quantũ ad hoc
B aliquis dans paruam eleemosynam potest mereri in-
terdum plus, quam ille qui dat magnam licet ambo
sint in charitate, & mereantur, istud aũt per accidens
est, & quantum ad hoc frustra est comparare eleemo
synam magnam, vel paruam semel, vel pluries datam
ad aliam eleemosynam, cum non possit dari aliqua
certa regula circa hoc, quia totum est per accidens,
comparãdo tamen eleemosynas inter se potest esse
eleemosyna maior, vel minor ex habitudine dantis. i.
secundum ꝙ aliquis dat de pluribus, vel de pauciori-
bus, & sic potest minor eleemosyna esse magis meri-
toria, quia datur de minoribus. i. dans pauca habet, sic
dicitur 4. Ethic. c. 1. ꝙ nihil prohibet liberaliorem esse
pauciora dantem si de paucioribus det, & quantum
C ad hoc satis potest dari regula, secundum proportio-
nem facultatum ipsorum dãtium, quę sit maior, vel
minor eleemosyna, licet non sit omnino pręcisa. s. quia
non oportet, ꝙ pauper dans quartam partem bonorũ
suorum dicatur dare tãtam eleemosynam, sicut si rex
det quartam partem regni sui.

Alio mõ põt considerari eleemosyna, prout respi-
cit pauperẽ. s. inquantum est ad subueniendũ inopiæ
eius, & tunc magnitudo eleemosynę solũ attendit ex
quantitate rei datæ, siue ergo quis dederit mille dena-
rios simul, siue per mille vices, res in se ęqualis est, &
sic non est maior vna eleemosyna, quam alia.

Alio modo comparatur eleemosyna ad dantem,
inquantum danti graue est dare, quia inclinatur ho-
mo naturaliter ad retinendum, & recipiendũ, & non
D dandum, ideo quanto homo fecerit magis contra
voluntatem suam pp Deum magis meretur, grauius
tamen est cuicunque hoĩ dare mille denarios simul,
quam dare per mille vices, quia tunc nihil vr̃ sibi dare
& ęquiori animo tolerat ẽi si sit auarus, ideo ex hac
parte maior est eleemosyna simul data, quam per di-
stributiones erogata.

Apparet ergo ex hoc, ꝙ non potest colligi aliquid
certũ per quod dicatur esse magis meritoria eleemo-
syna, quę datur per distributiones, quam quæ tota si-
mul datur, licet verum sit, ꝙ regulariter vtilius est ad
sustentationem pauperum eleemosynam diuidere,
quam totam rem simul dare, & ideo regulariter sic
danda est: motiuum tamen de pluribus dationibus, ꝙ
sint magis meritorię non tenet. Simile autem solet
E quęri de peccantibus, vt siquis furatus est semel mille
denarios, & alius per decem vices furatus est toti-
dem, scilicet qualibet vice centum, quis grauius
peccat.

Dicendum, ꝙ si consideretur peccatum istud ſm
legem humanã, grauius valde peccat qui furatus est
decies, quam qui semel ẽt si semel furatus esset decẽ
millia, & decies solum furatus fuisset mille, quia gra-
uitas in peccato furti ſm legem humanã non iudicat̃
ex magnitudine rei, nam siquis furatus est semel mil-
le, & alius semel duo millia, non iudicatur vnus pec-
casse magis, quam alius, licet teneatur vnus restitue-
re plura, quam alius, sed grauitas in furto iudicatur ex
aliis circunstantiis. s. ex loco, & tempore, & modo. Nã

grauius peccat qui furatur inuadēs hominem, quam qui occulte furatur, & grauius peccat nocturnus depopulator agrorum, quam qui per diem aliquid tollit, vnde isti non gaudent immunitate ecclesię, extra de immun. eccle. c. inter alia & si quis furetur de ærario publico, vel de ecclesia, magis peccare iudicatur, quam si furetur de loco priuato, & qui furatur pauca de talibus locis iudicatur grauius peccare, quam q de aliis multa furatur. ideo magnitudo peccati in furto non consistit principaliter ex magnitudine rei ablatę: magis ergo peccabit qui furatus est mille per decem vices, quam qui semel, quia poterit esse, ꝙ non magis iudicetur ex lege humana peccare furando mille, q̄ furando centum, & tamen furando decies sunt decē crimina furti, furando semel est vnicum. ideo nō potest dubitari quin sit grauius furari decies etiam quia secundum leges humanas solitum est pro primis furtis non imponere pęnam mortis, & si iteretur furtū morte punitur, ideo nō attenditur magnitudo aliqua furti ex pecunia quātum est ad magnitudinem criminis, bene tamen ad damnum, & restitutionem. Si cōsideretur secundum Deum aliqualiter magis aduertitur ad magnitudinem rei ablatæ, vt sit grauius peccatum, quia voluntas magis deordinatur furādo multa, quam pauca, & tamen etiam est maius peccatum, quantum ad Deum decies furari mille, quam semel furari mille, quia sunt ibi decem peccata, & hic vnum non est tamen sic in benefaciendo, quia siue secundū humanam consuetudinem, siue secundum Deū quis donet alicui mille in vna vice, siue donet mille in decem vicibus qualibet vice centum, non reputatē magna differentia in hoc beneficio, immo communiter reputatur maius dare semel mille, quam dare mille in decem vicibus, quia maiorem vtilitatem cōsequitur ex beneficio, qui simul accipit mille, quam qui p partes. non est autem eadem ratio in peccato, & causa est, quia bonum fit ex causa integra, malum autem ex defectibus singularibus, vt colligitur 2. Ethico. qui ergo pluries circa furtum peccat magis peccat, qui tñ pluries ad beneficium peccat, non oportet, ꝙ dicatur dare maius beneficium.

Quid melius sit dare magnam eleemosynam, vel paruam pauperi. Et quod melius est eleemosynam inter plures diuidere, quam simul vni dare.

Quæst. LXXI.

QVAERETVR de eleemosyna quantum ad pauperem, an sit melius dare magnā eleemosynam pauperi, vel paruam, Dicendū, ꝙ determinatio istius dubii dependet aliquo modo a pręcedenti. s. an sit melius dare eleemosynam simul vel per multas vices, & dicēdum, quòd aut pauper habet specialem necessitatem in qua indiget certa pecunia, qua non data non subuenitur sibi, aut non habet specialem necessitatem, sed cōmunē, quę est deficere in necessariis ad vitam, si primo mō bonum est dare magnam eleemosynam, secundum quantitatem indigentiæ pauperis, & melius sic dare, quam in multos diuidere pauperes, vt si quis sit capt⁹ ab infidelibus, & nemo aduertat ad redemptionem illius, melius est dare pecuniam sufficientem ad redēptionem, ita ꝙ ille redimatur, quam diuidere illam in multos pauperes nullū redimendo, nisi ēt isti, aut aliqui eorum essent in extrema necessitate, & per hoc eis subueniretur: sic etiam si quis ducebatur ad mortē, & poterat per pecuniam liberari ab iniusta morte melius est pecuniam sufficiētem ad liberationem simul pro illo dare, quā diuidere in pauperes multos, de his duobus casibus, patet 86. dist. c. non satis, si autē

F non habebat iste necessitatem spālem, sed solum, ꝙ erat pauper deficiens in necessariis ad vitā, melius est diuidere eleemosynam per multos pauperes, quam dare isti totam liberando eum totaliter a paupertate, ita vt iam non cogatur mendicare: ratio huius est, qa eleemosyna daē pp indigentiam, & cęteris paribus semper est dandum magis indigenti, est tñ maior indigentia, ꝙ alii pauperes recipiant partem sustētationis, quam ꝙ vnus recipiat integram sustentationem, ideo melius est diuidere inter multos, quam dare vni, & patet, quia si sint multi pauperes quorum quilibet solum hēt centum denarios, & per hoc non habent necessaria ad vitam, sed coguntur mendicare, & sit alius pauper habens ducentos denarios, qui ēt per hoc

G non hēt sufficientiam ad vitam, sed mendicare cogit: manifestum est, ꝙ magis indiget vno denario pauper qui hēt centum, quā qui hēt ducentos, sicut ergo melius est dare vnum denarium pauperi habenti centū, q̄ habenti ducentos, quia magis indiget, ita melius est si oēs ęqualiter indigerēt, vel quasi diuidere inter oēs quam simul vni dare mille denarios, quia per hoc damus minus indigenti, quia efficiē iste minus indigens, quam quilibet illorum: melius ergo est eleemosynā diuidere, vt proficiat pluribus, quam alterum eorum totaliter liberare a paupertate, si quis autem posset, ita prouidere vni pauperi, ꝙ eum liberaret a paupertate, & etiam cæteris prouideret de necessariis, bonū esset largam eleemosynam facere, quia tamen pauperes

H multi sunt, & nemo est qui possit omnibus prouidere, melius est diuidere inter multos, quā vni dare oīa, liberando eum a paupertate, quia hoc iam eēt magis donare, quam eleemosynam dare, quę solū respicit indigentiam, & ob hoc vna conditio eleemosynę est modus, vt dicit Amb. 86. di. c. non satis, siue c. dñs. i. dominus non vult simul effundi opes, sed dispensari. i. non vult oīa simul dari vni, sed diuidi inter multos, & ibidem in c. pulchra, dicitur pulchra liberalitas est in ipso quoque pauperis dato mensuram tenere, vt abūdes pluribus. i. dare cuilibet paucum, vt possimus dare multis, & ibidem in cap. in singulis dicitur misericordię mensura seruetur, vt non sibi vnusquisq; totum corripiat, sed ꝙ habet cū paupere partiatur. i. non accipiat vnus pauper, quidquid habemus, sed partia-

I mur illud, & sic possit dari multis. vnde non solū pauperibus, sed nec etiam ipsi ecclesię eleemosyna magna danda est, sed moderata si poterat per illam succurri multis pauperibus, ibidem in c. pulchra. s. quidquid ex affectu puro promittitur hoc est decorum non superfluas ędificationes aggredi, nec prætermittere necessarias, & maxime sacerdotibus hoc conuenit ornare Dei templum honore congruo, etiā vt cultu aula Dei resplendeat impensas minimas frequentare, & dicitur inde eleemosynis pauperum quantum oporteat largiri peregrinis non superfluas, sed cōpetentes. s. eleemosynas, & hoc est, quia quanto minora sunt, quę spargimus tanto plures suscipientes erunt,

K vt in auctent. de consuli. §. si autem coll. 4. & ob hoc non dēmus dare pauperibus cibos delicatos, & sumptuosos, sed grossos, & parui valoris, vt innuit Aug. lib. de verbis domi. & 41. di. c. non cogantur. s. non cogantur diuites pauperum cibis vti, & postea dicitur, vtantur ex consuetudine superfluis dent inopibus necessaria, vtantur preciosis dent pauperibus vilia, & si quis vult dare pauperibus cibos delicatos peccat ex hoc, quia illi sunt sumptuosi, & de sumptibus vnius pauperis in cibis delicatis sustentarentur plures pauperes in cibis grossis, vnde Augustin. ponit inter peccata venialia, si quis pauperibus esurientibus nimium delitiosa, vel sumptuosa conuiuia pręparauerit, vigesimaquinta distinctione §. criminis, & hoc verum est,

nisi

nisi sint pauperes egri, quia egritudo exigit delicatam sustentationem.

An eleemosynæ sint largæ dandæ. Et quòd duobus modis dicitur larga. Quæst. LXXII.

QVAERETVR an eleemosyne sint dande large. Dicunt quidam, ꝙ non, quia dicit Amb. 86. di. c. non satis, opes debere dispensari, & non effundi, & tamen dando eleemosynas largas effunduntur.

Itẽ 2. Corint. 8. dicit Apostolus de eleemosyna non, vt alijs sit remissio, vobis autem tribulatio, idest non sit vestra eleemosyna tanta, quòd ex eius abundantia possint alij viuere remisse, idest deliciose, vel curiose, & vos tribulemini subtrahendo vobis multa, & tamẽ eleemosynis largis hoc fit, ergo non est danda eleemosyna larga. Alij dicunt, ꝙ debet larga eleemosyna fieri, qa dr̃ Tob. 4. si multum tibi fuerit abũdanter tribue, etiã quia videmus in sacra Scriptura laudari eos, qui largissimas eleemosynas fecerunt, sicut laudatur Seleuchus rex, qui dabat omnes sumptus necessarios pro sacrificijs templi domini de redditibus suis 2. Machabeorum 3. & Darius eodem modo laudatur, quia similiter dabat 1. Esdre 6. & Dauid, qui edificando templo omnes expensas preparauit 1. Paralip. 22. laudatur etiam sic Salomon, & alij Reges qui fecerunt eleemosynas magnas laudantur Eccles. 47. & 49.

Item Apostolus dicit 2. ad Corint. loquens de eleemosyna, qui parce seminat parce metet, qui in benedictionibus seminat, idest abundat de benedictionibus metet. i. habebit abundantem retributionem: nã benedictio in sacra Scriptura semper significat abundantiam, ẽ. dr̃ ibi p̃parẽt repromissam bñdictionẽ, sic quasi bñdictionẽ, & non quasi auaritiam, & loquitur de eleemosyna, que erat danda tauctis manentibus in Ierusalem, ergo hortatur dare eleemosynam abundãtem, & non paruam sicut pertinet ad auaros.

Item debemus dare eleemosynam quãtum possumus, & etiam interdum plus, quam possumus, ergo danda est eleemosyna abundanter hoc dicit Amb. li. de offi. & 86. di. c. non satis, siue c. compatiamur, scilicet compatiamur itaque alienis peccatis, vel calamitatibus necessitates aliorum quantum possumus iuuemus, & plus interdum, quam possumus.

Dicendum est, ꝙ eleemosyne dande sunt large, qa hoc pertinet ad liberalitatis opus, & tamen liberalitas laudabilis est, ideo liberaliter agere est laudabile, & sic Augu. super Epistolam ad Corin. & 25. di. §. criminis dicit, quod peccata per largas eleemosynas tolluntur, & loquitur de eleemosynis, vt sunt satisfactorie pro peccatis preteritis, est tamen sciendum, quòd abundantia in eleemosyna, vel largitas potest considerari ex parte dantis, & ex parte recipientis. ex parte dantis est larga eleemosyna, quando quis dat tantum quantum sibi decens est dare, & tunc, vel iste vult statum mutare vel non. si vult mutare, potest simpliciter eleemosynas largas facere, quia quidquid dederit est conuenienter datum, & nihil est superabundans cum oporteat omnia dari, quãdo status mutatur, vt dicitur 86. distin. capi. non satis, si autem status non mutatur, tunc est habenda proportio ad facultates, & statum dantis, quia debet dare illud, quòd respectu eius sit sufficiens, sed non excedẽs, quia non est cauta eleemosyna, quod quis tanta mendicanti tribuat, quòd ipse mendicare cogatur si statum mutare non intendebat, etiam quia per hoc contemneret quis familiam suam subtrahendo necessaria suis, vt erogaret eleemosynas alienis, & tamen hic turbatur ordo charitatis, quia magis tenetur quis prouidere suis, quam extraneis ceteris paribus primo ad Timo. 5. qui A suorum maxime domesticorum curam non habet fidem negauit, & infideli deterior est, quòd autem quis det eleemosynam secundum statum suum non solum quantum tenetur, sed etiam plus subtrahendo sibi aliquid de eo, quòd est necessarium, dum tamen non oporteat mutari conditionẽ status, nec subtrahi necessaria familie laudabile est, & sic Christus laudauit viduam pauperem, quia de eo, quod ei deerat omnem victum quem habuit misit in gazophilatium, & sic subtraxit sibi aliquid de necessario sibi, non tamẽ simpliciter dedit omnia, ita vt ipsa cogeretur mendicare, sed dedit aliquid de eo, quòd erat sibi necessarium secundum conditionem sui status. Ex parte recipientis dicitur eleemosyna abundans, vel larga dupliciter. Vno modo, quia supplet sufficienter eius indigentiam, & sic laudabile est eleemosynam dare abũ- B danter. Sciendum tamen, quòd aut pauper est in extrema necessitate, aut non, si in extrema est sibi dandum omne illud quo indiget ad hoc, quòd liberetur de illa necessitate, & tunc non vocatur eleemosyna superabundans, etiam si quis dederit totum. quod habet quousque sufficiat ad liberandum pauperem de extrema necessitate, vt si iustus trahatur ad mortem solum, vt extorqueatur pecunia ab eo, quam ille non habet, tenemur dare ad liberationem illius etiam si oporteat dare quidquid habemus, si putamus illum posse liberari per pecuniam, quia aliàs graue peccatum est, quia magis pecuniã appreciamur, quam vi- C tam iusti. 86. distin. capi. non satis, scilicet si tempore periculi, quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat, quam vita morientium, non leue peccatum est si nõ sit extrema necessitas, licet sit laudabile totam pauperis indigentiam tollere: melius tamen est diuidere eleemosynam in plures, vt pro quotidiano victu habeant, & maneant adhuc mendicantes, quam dare vni totum, vt liberemus eum totaliter a paupertate, ne vltra mendicare cogatur, vt ostẽsum est precedenti q. Alio modo dicitur eleemosyna larga, idest superabundans ad indigentiam pauperis, scilicet quia non solum liberat eum a paupertate, sed etiam diuitem facit, & hoc non est laudabile, & etiam dare sibi, vt liberetur a paupertate licet non sit diues D non est tam laudabile, sicut dare multis indigentibus tollendo multas necessitates, & sic dr̃ 1. Corint. 13. si distribuero in cibos pauperũ, i. si diuisero substantiã meam in plures partes pro cibis pauperum, vbi dicit glo. per hoc eleemosyne cautela docetur, vt non vni, sed pluribus detur, vt pluribus prosit,

Ad primũ dicendũ, ꝙ illa auctoritas Ambrosij intelligitur de abundantia ex parte dantis, & nõ ex parte recipientis, scilicet quia dicit, quòd Deus nõ vult effundi opes, sed dispensari, nisi quis vellet mutare statum, vt Eliseus, qui occidit boues, & fecit conuiuium: nam etiam mutans statum potest facere respectu pauperum non largam eleemosynam, vt si inter multos distribuat, & tamen respectu sententie largissima, qa E quidquid habet tribuit, sed dicit, ꝙ non debent effundi opes, s. quòd non det quis vltra conditionem status sui eleemosynam, siue vni, siue multis det: dum tamẽ seipsum depauperet, nisi statum mutare velit. Ad secundum dicẽdum, ꝙ in auctoritate Beati Pauli significatur excessus tam ex parte dantis, q̃ ex parte accipientis: patet de accipiente, quia dr̃ non, vt alijs sit remissio, i. non sit tãta eleemosyna vr̃a, ꝙ accipientes eã possint viuere remisse, & delitiose, & non oporteat eos iam laborare, nec solicitos esse de illa re habentes omnia sibi sufficientia, & talis eleemosyna nõ est dãda vni, vt sic abundet, sed in plures diuidenda est: tamẽ in hoc habenda discretio propter diuersas conditiones pauperum, quia quidã nutriti prius in delectatio-

pibus indigent magis delicatis cibis,& vestibus, sicut nobiles qui in paupertatem inciderunt: alij etiam propter ęgritudinem magis delicatis foueri debent: ideo Ambrosi. 86. di. c. non satis siue c. consideranda dicit, consideranda est in largiendo ętas atque debilitas nōnunquam etiam verecundia quæ ingenuos prodit natales: aut siquis ex diuitijs in egestatem cecidit sine vitio suo: ostenditur etiam superabundantia ex parte dantis, scilicet, quia dat vltra conditionem status sui inquantum dicitur, vobis autem tribulatio, idest vos tribulemini subtrahēdo vobis necessaria, vt alijs eleemosynam detis: non est tamen putandum, ꝙ Apostolus hoc prohibeat, quia etiam dare de necessarijs secundum statū nostrum est laudabile licet non sit necessarium, quia virtuosus de bonis temporalibus plura dat alijs, quam pro se accipiat, vt dicitur 9. Ethi. de operationibus autem virtutum ecōtrario, vnde dicit gl. in allegato verbo Apostoli: nō hoc ideo dicit, quin melius esset abundanter dare, sed de infirmis timet, quos sic dare monet, vt egestatem non patiantur.

Ad primum pro parte contraria dicendum, quòd suademur abundanter tribuere eleemosynam prout illa abundantia nō superabundat ad conditionem dātis, nec ad conditionem accipientis, vnde dicitur si multum tibi fuerit abundanter tribue, si exiguum fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude, idest aliter de multa substāita, & aliter de parua datur eleemosyna, & hoc est commensurate dare, & talis largitas eleemosynę pertinet ad liberalitatem, & laudatur,

Sed obijcietur, quia vidua a Christo laudata est illa tamen dedit quidquid habuit, quia dicitur hoc autem ex eo, ꝙ deest illi omnem victuum suum quem habuit misit. Dicendum, ꝙ vidua non dedit simpliciter quidquid habebat, quia tunc oportuisset, etiam vestes dare, nec Christus hoc dicit, sed solum, ꝙ dedit omnē victum, i. id ꝙ pertinebat ad cibū, & debet intelligi, ꝙ dedit id, quod erat sibi necessarium secundum statū suū licet illo dato posset adhuc viuere licet strictius, quam prius, & forte vidua illa non habebat aliā pecuniam, nisi illa duo ęra, quę obtulit, & quia victus datur pro pecunia dicitur dedisse totum victum suum, idest totam pecuniā, quam habebat ad victum, & hoc laudabile erat, quia erat quędam perfectio ita, ꝙ aliqua die vidua illa propter subtractionem illorum duorum minutorum stricte viueret magis, quam solebat, licet manibus suis posset postea prouideret, & est regula, quòd quando quis potest in breui resarcire damnum, quòd recipit dando eleemosynam superabūdanter potest dari laudabiliter eleemosyna, etiam vltra conditionem status ipsius dantis, & est laudabile, quia est supererogationis opus, vt ostensum est supra q. 35. Cum autem dicitur de regibus, qui dederūt largas eleemosynas dicendum, quòd illę erant mensuratę, quia non erant supra conditionem status dantis, quia reges possunt magna dare non diminuto, nec mutato statu regio, etiam dabant iuxta indigentiam recipientis, quia prouidebant templo de omnibus sumptibus sacrificiorum,

Ad secundum dicendū, ꝙ dicitur aliquis dare quātum potest. s. quantum potest secundum conditionem status, & ita qui dat commensurate habita ratione ne egeat, & vt non mutare cogatur statum: dicitur dare quantum potest, vel dicitur dare quantum potest. i. quantum tenetur ex pręcepto dare: sic exponitur in glo. 86. dist. c. non satis: siue c. compatiamur, & ita dicitur 82. distinct. cap. episcopus, ꝙ episcopus debet largiri victum, & vestitum infirmis, & pauperibus quantum sibi possibile fuerit. i. quantum obligatur, vel quantum potest seruata decentia status, quia non licet ei dare quidquid habet, ita vt nihil sibi maneat, qa

F etiam in hoc ecclesiæ præiudicaret, dicitur autē quis dare magis, quam potest qn̄ dat aliquid de necessario sibi secundum conditionem sui status, ꝙ non potest dare quin lędatur status, vel minuatur, & quia non tenetur quis dare de eis, quæ sunt necessaria sibi secundum conditionem status sui, & sine quibus nō potest manere status, nisi sit pauper in extrema necessitate dando de istis sine extrema necessitate dat homo plus quam potest, realiter tn̄ nemo dat plus quam potest, quia esset hoc impossibile, & si intelligatur plus quā potest. s. de iure, non est bonus sensus, quia qui dat, ꝙ non potest de iure peccat, & tamen Amb. hortatur nos dare interdum plus q̄ possumus, aliter potest intelligi plus quam possumus. s. sine scandalo, quia illud dr̄ quis posse, ꝙ sine scādalo aliorum facere potest, & ta-
G mē interdum pp aliquorum necessitatem debemus dare eleemosynam etiam si quidam de hoc scandalizentur, & iste est verus sensus, quia beatus Ambrosi. interdum pp pauperum necessitatem vendidit vasa sacra, vt eis subueniret, & hortatur ita faciendum esse li. c. & ta. q. a. c. aurum: scandalizabantur tamen quidā videntes Ambrosium ista dare, & calumniabantur ei, patet ꝙ hoc intendat, quia dicit ibi litera necessitates aliorum quantum possumus iuuemus, & plus quam possumus interdum: melius est. n. pro misericordia inuidiam perpeti, & causas pręstare, q̄ pretendere inclementiam. & sequitur: nos aliquando in inuidiam incidimus, ꝙ confregimus vasa mystica, vt captiuos redimeremus, & sic iste est sensus licet gl. ibi intelligat
H de illis, quæ dantur subtrahendo nobis ipsis necessaria, dare autem cum scandalo aliorum non est faciendum, nisi in magna necessitate, & ita erat redemptio captiuorum.

Ad tertium dicendum, ꝙ Apostolus hortatur dare eleemosynam, tanquam benedictionem, idest abundantiam, & non tanquam auaritiam. s. ꝙ secundū statum suum Corinthii darent liberaliter ad subueniendum indigētię sanctorum, non tamen intendebat, ꝙ darent supra statum suum seipsos grauando, cum potius ipse dixerit contrarium, secunda Cor. 8. s. non vt alijs sit remissio vobis autem tribulatio, sed ex ęqualitate. i. moderate. s. vt nec vos tribulemini subtrahēdo vobis necessaria, nec ipsi superabundent percipiendo
J plus quam indigent, sed ex æqualitate. i. ꝙ vos detis quātum potestis sine afflictione, & illi accipiant illud solum, ꝙ est necessarium ad aliqualiter releuandum indigentiam.

Aliter pt̄ intelligi, ꝙ Apostolus nō suadet per hoc dare paucum, vel multum, sed solū dare ex bono corde, nam ad auaros pertinet dare cum tristitia qn̄cunq; dederint, quia agunt contra inclinationem sui habitus liberalis autem gaudet dando, nam non est liberalis, qui non gaudet in operibus liberalitatis. 2. Ethic. hoc autem volebat Apostolus. s. ꝙ Corinthii darent istam eleemosynam corde, & vultu hilari, sicut dicitur. e. c. vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tri-
K stitia, aut ex necessitate, hilarem datorē diligit Deus, & sic dicit, ꝙ darent istā eleemosynam, quasi benedictionem, & non quasi auaritiam. i. darent vultu hilari, sicut liberales, & non vultu tristi, sicut auari.

An clerici teneātur dare eleemosynas. Vbi & exponitur quibus potius pertineat prædicare clericis ne, an monachis.

Quæst. LXXIII.

QVAERITVR nunc de eleemosynis clericorū. Dicendum ꝙ eleemosynam dare punet ad oēs hoies, tamen singulę dignitates, vel status habent proprias virtutes, quia aliæ sunt virtutes clericorū, & aliæ laicorū, & alię prelatorum, & alię subditorū, vnde dr̄, 1. Poli.

3. Poli. circa finẽ 8. c. f. ꝙ nõn est eadẽ virtus boni hoĩs, & boni ciuis, sed alia, & alia. Nam ad esse bonum hominem requiritur omnis virtus, quæ dirigit actus humanos, ad esse autem bonum ciuem solum requiritur iustitia, quia ciuis dicit communicationem, & est ad alterum, sola autem iustitia est, quę dirigit hominẽ ad alterum quantum ad communicationem necessariam, vnde licet cęterę virtutes sint bonę vbicunq; sint, non sunt tamen necessariæ ad esse bonum ciuẽ, sed sunt necessariæ ad esse bonum hominem, & ita de singulis differentijs statuum: misericordia autem est, quæ omnibus hominibus conuenit: omnes. n. misereri, & eleemosynam dare debent, sic dicit Amb. super Luc. & 86. dist. cap. in singulis, f. sed hęc, & alia officiorum præcepta propria sunt singulorum, misericordia communis est vsus, ideo commune præceptũ est omnibus officijs omnibus ætatibus necessaria, nõ publicanus, non miles excipitur, nõ agricola, non vrbanus, diues, & pauperes omnes in communi admonentur, vt conferant non habenti, licet tñ omnibus hominibus sit communis misericordia, & eleemosyna, clericis tñ est magis necessaria, quam cęteris. Primo ex natura status, quia istud est generale, ꝙ habens excellentiorem statum debet habere omnes virtutes in gradu excellentiori, sicut viri Heroici in qualibet virtute habent excellentiam super cęteros homines, quia habent virtutes modo diuino, vt patet 7. Ethic. c. 1. sic etiã magnanimi habent omnes virtutes quas habent cęteri, & tamen in qualibet earum habẽt vnã magnitudinem, vel excellentiam, quam non habent cęteri 4. Ethic. c. 9. & ita est in Ecclesia de prælatis, & viris religiosis respectu cęterorum, quia perfectiores debent esse, vnde ad ipsos pertinet conseruatio consiliorum, & tamen sicut se habent prælati, & religiosi ad cęteros clericos, ita se debent habere clerici ad laicos, f. quòd excedant eos in gradu virtutis, sic dicit Greg. & habetur 5. dist. cap. denique, f. clerici, sicut loco laicos; ita religione pręcellere debent, vnde pro magno opprobrio habetur, ꝙ non sint meliores sacerdotes, quam laici, sicut dicitur Oseę 4. & erit sacerdos sicut, & populus: nam tantum debent differre, quòd populus vocatur asina, & sacerdos vocatur propheta, & si fuerint æquales laici, & clerici in virtute, vel laici excesserint clericos, dicitur asina corrigere prophetã extra de hęretic. c. cum ex iniuncto: sicut ergo in omnibus virtutibus clericus laicum excedere debet, ita & in eleemosynæ largitione excedere debet. Secũdo propter exemplum, quia clerici tenentur præstare laicis exemplum bene viuendi, quia sunt eorum prælati, vnde vocantur lux eorum, & lucerna præced. cap. vos estis lux mundi. Et etiam dicitur, sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra, & glo. pa. ve. non possunt tñ clerici esse lux laicorum nisi excellãt eos in gradu virtutis, sicut lux excellit eã, quæ illuminat, aliàs non magis esset clericus lux, quã laicus, ideo tenetur clericus excedere laicum, & maxime in illis operibus, quæ possunt venire in publicũ, cum Christus dicat luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra, opera autem, quæ maxime possunt exterius apparere sunt eleemosynę, quia sunt ad alterum, ideo potissime in eleemosynis dandis debet excedere clericus laicum, ꝙ autem dicitur teneri clericos excedere laicos in gradu virtutis debet intelligi laicos, idest laicalem conuersationem, vel statum, quia si aliqui laici volunt viuere vita perfecta per obseruationem consiliorum nõ tenentur clerici excedere eos, nec esse æquales illis in gradu virtutis, habẽt autem laicalis status virtutis gradum, & viuendi normam sibi competentem, quam tenetur quilibet laicus seruare ad hoc, quòd sit bonus etiam

A non habendo aliquam specialem professionem, & iste modus virtutis, & vitę cõueniens laicis est minor, quam modus impositus clericis, ideo tenentur clerici ex necessitate præcepti excedere virtutem laicalẽ in gradu. Tertio apparet hoc ex conditione officij prędicandi, quia clerici, & maxime sacerdotes tenentur prędicare populo veritatem fidei, & rectitudinem morum Malach. 2. labia sacerdotis custodient scientiam, & legem ex ore eius exquirent, & Aggęi 2. dicitur interroga sacerdotes legem: debent ergo clerici prędicare omnia opera bona, & pręcipue opera misericordię de quibus Christus à nobis rõnem exiget in iudicio inf. 25. oportet ergo ꝙ ipsi specialiter vacent

B operibus misericordię, quia aliàs confunderentur, & nemo audiret verbum eorum ad Rom. 2. qui prædicas non furandum, & furaris: qui dicis non męchandum, & męcharis, & sic dr̃ 42. dist. §. 1. ꝙ sacerdos primo à seipsu, & à domestica sua Ecclesia debet exigere, ꝙ postea populo imperat necesse est, vt pauperes hospitio recipiat quo ad hospitalitatem facilius suo exemplo subditos attrahat: aliàs. n. contemneretur valde prædicatio, si prędicator alia in verbo, & alia in operẽ exempla mostraret, vt ait Hier. super Mich. & 35. dist. c. Ecclesiæ principes, an non confusio, & ignominia est Iesum crucifixum pauperem, & esurientẽ fartis, i. replens prędicare corporibus, & ieiuniorum doctrinam tubentes buccas tumentiaq; ora proferre?

C Quarto patet, quia clerici succedunt loco Apostolorum, & ideo tenentur facere opera eorum in alleg. c. Ecclesiæ principes, i. si in Apostolorum loco sumus non solum sermones eorum imitemur, sed etiã conuersationem, & abstinentiam, & tñ conuersatio Apostolorũ fuit supra cęteros homines pietatis operibus instare, ideo sic tenentur omnes clerici supra laicos. Quinto quia ad omnes qui habent aliquam specialẽ professionem sanctitatis conuenit magis vacare eleemosynis, quam cęteris hominibus, & patet, quia viduę in Ecclesia primitiua, quæ assumebantur ad quendam modum viuendi religiosum, sicut sunt nunc moniales, non permittebantur recipi ad hunc statum nisi eleemosynis prius vacassent ad Tim. 5. vidua eligatur,

D &c. si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit: clerici tamen pertinent ad gradum excellentiorem, quam viduę tunc pertinebant, vnde vocantur clerici à cleros, ꝙ est sors, i. quia ad sortem Dei specialiter pertinent, vt ait Isid. 7. Etym. & 21. dist. cap. cleros ergo à fortiori pertinet ad clericos dare eleemosynam, ista rõ inducitur 42. dist. §. t. f. à pietate quisquis alienus fuerit in sacerdotem ordinari non poterit: si enim vidua in Ecclesia recipi prohibetur, quæ pauperes non recepit hospitio, quæ pedes sanctorum, i. hospitum non lauit, multomagis sunt prohibendi à sacerdotio qui ab opere pietatis probantur alieni. Sexto quia ex conditione bonorum competit hoc clericis: nam clerici recipiũt bona ab Ecclesia, sed bona Ecclesiarum ad pauperes

E pertinent: nam sicut de eleemosynis fidelium ista habentur, ita clerici de eis eleemosynam facere debent potius, quã laici qui non consequuntur bona ex eleemosynis, sed ex proprijs laboribus, & ideo bona clericorum non sunt sua, sed pauperum, & illis debẽt erogare, sic dicit Hier. ad Damasum & 16. q. 1. capit. quoniam, f. q̃m quicquid habent clerici pauperum est, & domus illorum omnibus debent esse communes, susceptioni peregrinorum, & hospitum inuigilare debent, i. non solum recipere si venerint, sed etiam attenti esse ad hoc faciendum, quasi ex officio eis incumbat, quia hoc significat inuigilare, sic etiã dicit Amb. 23. q. 8. c. conuenior, f. omnia, quæ mea sunt pauperũ sunt. Septimo quia clericis specialiter competit hoc

ex conditione ſtatus: nam licet miſericordia ſit communis virtus a qua nullus excluditur, vt ait Amb. ſup Luc. & 86. di. c. in ſingulis ſpecialiter tñ cõuenit clericis, quia inter cęteras conditiones Epiſcoporum, & ordinandorum cęterorum poſuit Apoſtolus ſpecialiter, quòd oportebat eſſe hoſpitalem: per ꝙ intelligitur exhibitio cuiuſcũque eleemoſynę 1. Ti. 3. & tñ, quando aliquid competit ſpecialiter alicui ex conditione naturę ſuę ſpecialius ei conuenit, & intenſius, ꝗ ſi competat communiter, vel per accidens, ſicut eſſe calidum competit igni per naturam, terrę autem, & lapidi competit per accidens, & inuenitur intenſius, & inſeparabilius calor in igne, quam in lapide, & terra: ita cum clerici ex conditione ſtatus ſui ſpecialiter habeant, quòd debeant eſſe hoſpitales, intenſius G debent vacare, & inſeparabilius hoſpitalitati, & omnibus miſericordię operibus, quam laici, & eſt intelligendum, ꝙ dare eleemoſynam conuenit generaliter omnibus clericis cuiuſcunque ordinis, & ſtatus ſint, ꝙ innuit Hiero. 16. q. 1. c. qm̃, vbi non nominauit ſpecialiter aliquem ordinem clericalem, ſed generaliter clericos dicens, quidquid hñt clerici pauperum eſt, & domus illorum cões omnibus eſſe debent, reperitur aũt ſpecialiter de diaconis, ꝙ debent eleemoſynam dare, & ꝙ magis debent vacare eleemoſynis, ꝗ cantare in eccleſia, vt ait Grego. 92. di. c. in ſancta. ſ. exorta eſt conſuetudo, vt in diaconatus ordine inſtituti cantores eligãtur, quos ad prædicationis officium, & H eleemoſynarum ſtudium vacare congruebat. Etiam officium diſtribuendi eleemoſynam per Apoſtolos in eccleſia primitiua diaconis datum fuit: nã ſeptem diaconi fuerunt inſtituti, qui puiderent viduis, & alijs pauperibus in cibo. Act. 6. de presbiteris a fortiori intelligendum eſt, ꝙ eleemoſynę debeant vacare, quia cum ſint in gradu ſuperiori magis ad eos, ꝗ ad diaconos pertinebit exercere pietatis opus: ad Epiſcopos aũt maxime pertinet eleemoſynarum largitio: cum ipſi ſint ſupremi in gradu Eccleſiaſtico, iõ ſpecialiter Apoſtolus Epiſcopos hortatur ad eleemoſynã dãdã 1. ad Ti. 4. exercere ipſum ad pietatem: pietas. n. ad oĩa vtilis eſt: erat aũt Timotheus Epiſcopus cui iſta Apoſtolus dicebat, eſt aũt tã neceſſaria elargitio eleemoſynarũ in Epiſcopo, ꝙ niſi eleemoſynis vacauerit ſaltẽ I Epiſcopi nomen habere non põt, vt ait Grego. 86. di. c. fratrẽ noſtrũ, ſ. non ſibi credat lectionem ſolam, & orationem ſufficere, vt remotus nihil ſtudeat de manu fructificare, ſed largam manum habeat neceſſitatẽ patientibus ſuccurrat: alienam inopiam ſuam credat, quia ſi hoc non habet, vacuum Epiſcopi nomen tenet, & eſt tam annexa miſericordia Epiſcopis, ꝙ ſiqs ante epiſcopatum eleemoſynis non vacabat, etiam ſi poſtea ſit electus in Epiſcopum, & ad hoc ſit aliàs idoneus repellitur a promotione, vt ait Gre. 85. di. c. florentinum, vbi florentinus archidiaconus ad Epiſcopatum electus repellitur, qa tenax erat. ſ. quia ad charitatem recipiendam amicus nunquam intrauerat domum eius, vnde Epiſcopis incumbit cura prouidendi K omnibus pauperibus de Epiſcopatu ſuo inquantum ipſe põt 42. di. c. Epiſcopus, ſ. Epiſcopus pauperibus, vel infirmis, qui debilitate faciẽte ſuis manibus laborare non poſſunt, victum, & veſtitum inquantum ſibi poſſibile fuerit largiatur, hoc autẽ non debet Epiſcopus per ſeipſum facere, ſed cõmittere alijs, vt diligẽter hoc exequantur, & prouideat, quòd bene iſta gerantur, petens rationem aliquando de eis, ſed per ſe ea non aget quantumcunque iſta ſint pia 8t. diſtinct. capi. Epiſcopus gubernationem, ſcilicet Epiſcopus gubernationem viduarum, & pupillorum: eſt ergo eleemoſynarum erogatio omnibus clericis multum neceſſaria: differenter tamen ſecundum ordinẽ ſtatũ,

Auarus repellitur ab e͞pat u.

F & dignitatem, & pręcipue ſecundum differentiam reddituum, quos ab eccleſia ſuſcipiunt.

An clerici teneantur largiri omnia, quæ ſibi ſuperfluunt in eleemoſynas. quorum bona dicuntur eſſe in duplici differentia, & quomodo ſunt veri domini ſuorum fructuum. Et quando eſt melius dare pauperibus quam eccleſiæ. Quæſt. LXXIIII.

QVAERETVR an teneantur clerici oĩa, quę ſibi ſuperfluũt in eleemoſynas largiri. Aliqui dicũt, ꝙ ſic, & ꝙ mortaliter peccant in non largiendo, quia Luc. 3. ſuper illo verbo, qui habet duas tunicas det vnã non habenti dicit glo. de duabus tunicis diuidendis G datur præceptum, ꝙ ſi vna diuidatur nemo veſtitur dimidia tunica, & nudus remanet, qui accipit, & qui dedit, ſed per largitionem vnius tunicę intelligitur largitio eorum, quę ſuperfluunt ad neceſſitatem vitę, vt patet in eadem Glo. ergo dare ſuperflua eſt ſub pręcepto, & conſequenter, qui non dat illa peccat mortaliter, ꝙ a fortiori erit in clericis, vt dictum eſt pręcedenti q. Item præceptum magis obligat, quam conſilium: dare autem omnia, quę quis poſſidet eſt cõſiliũ infra 19. & tamen obligatur homo ad hoc cũ videat alterum in caſu extremę neceſſitatis, & non poteſt liberare eum a morte, niſi det omnia, quæ poſſidet, vt innuitur 86. di. c. non ſatis, ergo tenebit a fortiori dare H ſuperflua pauperibus, & ſic non dando peccabit mortaliter. Item quicunque conſumit, quod alterius eſt tenetur ad reſtitutionem: bona aũt clericorum pauperum ſunt, vt innuitur in glo. Hiero. ſuper Michęã, & 16. q. s. c. quoniam, ergo ſi clericus conſumat inutiliter bona eccleſiaſtica tenetur pauperibus reſtituere ſi habuerit aliũde, vnde reſtituat. Item qui ſe facit impotentem ad faciendum id, ꝙ facere tenetur, peccat mortaliter, ſed clerici tenentur ſubuenire pauperibus, & faciendo expenſas ſuperfluas non poſſunt pauperibus ſubuenire, ergo peccant mortaliter expendeodo ſuperflue. Dicendum ꝙ ad videndum quid liceat clerico expendere, & quid dare teneatur in eleemoſynã dicendum eſt, ꝙ clericus poteſt habere bona patrimonialia, vel aliàs vndecunque licite acquiſita, & po- I teſt habere bona eccleſię, vel obtentu eccleſię acquiſita: de primis bonis dicendum, ꝙ clericus habet poteſtatem liberam, & plenam in illis, quia eſt verus, & plenus dominus illorum, ſicut laicus bonorum ſuorum, & quãtum ad hoc licitum eſt, ſ. clerico vti rebus ſuis, ſicut voluerit, & ex hac parte nullum peccatum eſt, poteſt tamen accidere peccatum ex inordinato modo, vel fine vtendi de fine, vt ſi clericus ad luxuriãdum diſpenſet bona ſua dando illa meretricibus, vel dando hiſtrionibus ad laudem humanam, & propter delectationem ludorum ſuorum; nam talibus donare peccatum eſt, & etiam laicis non licet alicui talium ex hac cauſa donare, vt ait Aug. ſuper Ioan. & 86. di. c. donare, & cap. qui venatoribus: de modo patet, vt ſi K per ſuperabundantiam, vel defectum bona ſua diſtribuat: nam diſtributio bonorum pertinet ad virtutem liberalitatis 4. Ethicorum: conſiſtit tamen omnis virtus in medio, & corrumpitur per ſuperabundantiam, & defectum ſecundo Ethicorũ, ideo dando magis, quam oportet, vel expendendo magis, quam decet peccatum eſt, etiam per defectum eſt peccatum, vt ſi non eroget quantum tenetur, vel non expendit in rebus in quibus tenetur, & iſtis modis, etiam laicus peccat expendẽdo bona patrimonialia, vel acquiſita proprijs laboribus, quia nulla res eſt in qua liceat homini agere contra virtutem, & ideo cum expendere bona, quæ poſſidentur ad virtutem quandam pertineat, quicũque expendendo egerit contra illam virtutem

rutem peccat: verum est tamen, ꝙ clericus magis peccat etiam expedendo proprium patrimonium indebite, quam laicus: cum teneatur clericus esse in maiori gradu virtutis, quam laicus, vt ostensum est præcedenti questio.

Si autē sint bona ecclesię: dicit beatus Th. de Aquino, ꝙ clerici non sunt domini bonorum ecclesiasticorum, sed dispēsatores, iuxta illud 1. Corint. 9. dispēsatio mihi credita est, pertinet autem ad dispensatorē, vt fideliter distribuat ea, quæ eius dispensationi committuntur 1. Corint. 4. hic iam queritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. In his autem potest dupliciter peccatum contingere. Vno modo ex conditione rei ecclesię, scilicet dum vsurpat sibi, quasi rē propriam, & in vsus suos conuertit id, ꝙ esset alijs erogandum. Alio modo ex inordinato vsu eorum, quæ in partem suā cedunt, sicut ēt dictum est supra de bonis patrimonialibus, est autem verum, ꝙ dispensatio istorum bonorum committitur fidei dispensatorum, vt. s. dispensatores bona fide dispensent ecclesiastica bona, vt dictum est 1. Corint. 4. iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur, i. fideliter tractans ecclesiastica bona: siquis ergo bona fide ecclesiastica bona dispenset accipiens inde, ꝙ sibi conuenit secundum conditionē status, & personę: & alijs largiē secundū, ꝙ sibi vr̄ bona fide expedire, nō peccat mortaliter etiam si forte aliquid plus in vsus suos conuertat, ꝗ deceat, talia. n. quia iudicium eorum est in singularibus non pōt per omnimodam certitudinem diffiniri, vnde si non sit multus excessus potest compati secum bonam fidem dispensatoris, si vero multus excessus non potest latere, idest necesse est, ꝙ dispensator cognoscat se non bene agere, sed immoderate, & ita non potest agi cum bona fide, si autem non seruet bonam fidem in dispensando peccat mortaliter, & sic in talibus expensis mortaliter peccabit.

Pro hoc sciendum, ꝙ bona ecclesię per solos ecclesiasticos dispensanī: sunt autem ista duplicia, quędam sunt, quę pertinēt ad vsum ecclesię solius, & alia sunt, quæ pertinent ad vsum clericorum, vel aliorum: prima sunt vt ipsa ornamenta ecclesiastica, quę ad solum vsum ecclesiæ deseruiunt, & possessiones, & redditus assignati ad solū ecclesię vsum, vt quos dicimus pertinere ad ecclesiarum fabricam, quia siue sit possessio assignata ad talem vsum, siue sit redditus inde habitus solum ad ecclesiam pertinet ad reficiendum, quæ refectione indigent, & subueniendum alijs ecclesię necessitatibus, & de his pecunijs, & possessionibus ad clericos nihil pertinet, quia nec possunt aliquid assumere ad vsus suos, nec etiam alienare, quia omnino contrectarent rem alienam accipiendo aliquid de istis, quia nullo modo ad eos pertinent, & tenerentur ad restitutionem, sicut si furarentur rem proximi, & tanto grauius pecarent quanto deterius est res sacras, quam prophanas vsurpare, & de istis principaliter intelligitur, quando dicit, quòd res ecclesię non possunt alienari, extra de re. ecclesię non alie. per totum, de istis clerici non possunt facere eleemosynam regulariter cum non liceat eis, etiam ad vsus suos aliquid de illis accipere, an tamen de talibus bonis ecclesiæ aliquando eleemosyna fieri possit dicetur infra quæstione 76.

Alia sunt bona, quæ pertinent ad clericorum dispensationem, & ista sunt duplicia, quia quædam sunt assignata ad solas eleemosynas, vel pios vsus, sicut interdum solent a fidelibus relinqui aliquæ possessiones ecclesię, vt ecclesia teneatur conuertere omnes fructus illarum possessionum in eleemosynas pauperum, vel certam partem eorum, sicut etiam solent institui hospitalia quibus relinquuntur possessiones, vt

A fructus earum pauperibus erogētur, & interdum administratio talium hospitalium relinquitur ecclesijs, idest clericis earum: de istis dicendum, quòd clerici non possunt accipere aliquid in vsus suos cum sint ad certum vsum relicta: illi tamen, qui habent officium istud administrandi, possunt si indigent accipere sustentationem pro seipsis, quia sicut alijs pauperibus prouident, ita & sibiipsis prouidere possunt, tanquam pauperibus, cum seipsos ex charitate plus, quam cęteros diligere teneantur, si tamen sine indigentia acceperint aliquid de talibus bonis ad vsus suos, furtum committunt, & ad restitutionem tenentur.

Alia sunt bona ecclesię, quę pertinent ad clericos, & dicuntur proprię clericorum, scilicet prębendę, & B fructus beneficiorum. Sed adhuc quędam istorum bonorum sunt immobilia, vt possessiones, quę sunt assignatę clericis, vt ex eis fructus percipiāt, & de istis dicēdum, quòd nihil est in potestate clericorum, quia non possunt vendere, nec donare, nec aliquo modo alienare, sicut est de omnibus bonis ecclesię supra positis, quia ista sunt bona ecclesię, quæ ipsa habet vt de fructibus eorum prouideat ministris suis, quia aliàs nullos haberet ministros, & non sunt bona ipsorum ministrorum, vnde de his clerici nō possunt eleemosynam facere, nec aliquid disponere, sed si aliquid expenderint de illis sunt sacrilegi, & tenenē ad restitutionem. Alia sunt bona ecclesię, idest clericorum, scili- C cet fructus beneficiorum, & prębendarum, & generaliter quidquid illis datur, vel peruenit intuitu ecclesię, & ista sunt bona ipsorum clericorum, quia de illis viuunt, & de istis dicitur, quòd clerici non sunt domini, sed dispensatores.

Intelligendum tamen est, quòd omnium istorum fructuum licite acquisitorum clericus est vere dominus, dicitur autem licite acquisitorum, quia interdum clerici non faciunt suos fructus beneficiorum, vt si obtinuerint beneficia per symoniam, vel si non dicant diuinum officium, & in aliquibus casibus clerici concubinarij, & quantum ad fructus sic perceptos clerici non habent aliquam administrationem, nec possunt expendere in necessitatibus suis, nec eleemosynas de illis facere possunt, sed restituere tenen- D tur illis ecclesijs, quibus debentur: nam symoniace acquisita non possunt pauperibus erogari, sed illi ecclesię restitui, quæ per hoc læsa est, extra de Symo. ca. de hoc, & c. audiuimus, si autem licite acquirantur, dicitur clericus efficere fructus suos, vt omnes tam Theologi, quam Iuristę loquuntur: suus tamen dicit dominium, & ideo clericus dominus est fructuum beneficij sui, non est tamen plenus dominus idest non habet jus plenissimum in illis, quia si haberet posset instituere hęredes in illis, & tamen clericus non potest liberę de iure testari de bonis habitis per ecclesiam sine dispensatione, extra de testa. c. relatum, & ideo non habet omnia, quæ habet plenus dominus, hoc tamen non tollit quin sit verus dominus, quia etiam in bonis E profanis sunt aliqui taliter domini, vt siquis instituit filios suos hęredes, & substituit eos adinuicem, scilicet quòd vno moriente sine liberis hęreditas perueniat ad alterum, & ille non possit donare hęreditatem illā, nec testari de ea instituēdo alium hęredem: manifestū est autem, quòd iste verus dominus efficitur istius rei, quia aliàs daretur res profana, quæ ab hominibus possidetur, & nullius est, quòd est absurdum, scilicet nec iuris publici, nec priuati.

Sunt etiam alij, qui conceduntur vere domini rerum esse profanarum, & non possunt in illis omnia, quę possunt clerici in fructibus beneficiorum suorum, vt si sint aliquę possessiones pertinentes ad ius primogeniturę nō potest primogenitus, nec successo-

res

res sui testari, ꝙ nō perueniant ad alios, nisi ad illos
ad quos ex iure primogeniturę perueniunt. etiam vi-
uentes non possunt ista bona alienare donando alijs,
vel vendendo. clericus tamen licet non possit testari
de bonis eccl.siç, potest tamen viuens donare fructus
beneficiorum suorum etiam ad turpes vsus licet in
hoc peccet mortaliter, ideo nō prohibetur esse domi-
nus fructuum beneficij. Etiam patet hoc, quia si non
esset clericus dominus istorum fructuum: essent solū
sibi dari ad aliquam administrationem certam, scilicet
vt inde sustentaretur, vel vt daret in eleemosynam, &
sic de alijs, & tunc non haberet clericus aliquod ius,
nisi expēdendi istos fructus in illo vsu: si autem expē-
deret in aliquos alios vsus quantum ad hoc nullum
ius haberet, & ideo teneretur ad restitutionem, sicut
siquis dedit mihi cētum ducatos, vt pauperibus ero-
garem vbi ego vellem, & quando ego vellem, si de il-
lis aliquid accepero in vsus meos, vel alicui donauero
non, vt pauperi: manifestum est, quòd teneor ad resti-
tutionem, idest ęquale dare pauperibus pro illo cuius
erat pecunia. Ecclesia tamen non committit alicui di-
spensationem ad peccandum, ideo siquis expenderet
fructus beneficij dando aliquid meretricibus, vel hi-
strionibus, aut ioculatoribus, quibus est peccatum da-
re, teneretur hoc restituere ecclesię, vel pauperibus ad
quorum subuentionem bona ecclesiastica ordinabā-
tur, & tamen falsum est, quia non tenetur restituere
licet peccauit mortaliter dando, vt dicit idem beatus
Tho de Aquino in quolib.6.art.12. ergo clericus est
dominus fructuum beneficij sui.

Dicendum, quòd clericus est dominus fructuum
beneficij, & etiam est dispensator, & vnum non dero-
gat alteri, dicitur enim dominus inquantum vere fru-
ctus efficiuntur sui: nam non est possibile esse suos
quin ipse sit dominus: dicitur autem dispensator in-
quantum isti fructus proueniunt clerico ab ecclesia,
quę instituit illos principaliter ad hoc, quòd clericus
sustentaretur de illis, quia aliàs nemo esset, qui mini-
strare vellet, nisi ecclesia sustentationem tribueret, sic
dicitur 1. Corinth. 9. qui altario seruit de altario viue-
re debet, & Deus dixit Leuitis Nume.18. quando de-
dit eis decimas: filijs Leui dedi omnes decimas israel
in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in
tabernaculo fęderis. & consequenter dat ecclesia illa
bona, vt pauperes inde alantur, quia ecclesia recepit
bona de eleemosynis fidelium, & vult, quòd in illis
expendantur: maxime quasi ecclesia cum sit a Deo
instituta est optime ordinata, & singulę res suę bene
dispositę sunt, fructus ergo suos ad bonum finem or-
dinat, & quia ditari nō est bonum, sed pertinet ad aua-
ritiam, & etiam est occasio peccandi 1. ad Tim.6. qui
volunt diuites fieri incidunt in laqueos diaboli: non
intendit ecclesia quemquam ditare, sed solum dare
sustentationem, quidquid autem aliud est ab ecclesia
non est intētum, cum nec etiam ipsę res possessę sint,
nisi ad supplendam indigentiam nostram, & ideo vo-
cantur vtiles, quia ad vsum sunt, & maxime competit
Christianis, & potissime clericis 1. ad Timo.6. est
quęstus magnus pietas cum sufficientia, idest lucrum
nostrum non est in hoc, quòd congregemus multas
diuitias, sed in hoc, quòd habeamus sufficientiam pro
necessarijs, & de reliquis pietatem, idest eleemosynā
faciamus, & subditur ibi causa, scilicet nihil enim in-
tulimus in hunc mundum, nec auferre quid possu-
mus, habentes autem alimenta, & quibus tegamur, hi cō-
ten. su. & sic ecclesia non intendit clericis dare, nisi
necessaria, si autem aliqua superfuerit vult, quòd illa
expendantur in vsus pauperū, vt innuitur 12. quæst.
1. capi. illi autem, & cap. res ecclesię, & cap. nulli Epi-
scoporum, & cap. si priuatum. clerici ergo tenentur

F expēdere hoc in pias causas ad quas ecclesia instituit:
si autem expendant in alios vsus peccant, & tamen
quia clerici effecti sunt domini fructuum licite acqui-
sitorum de beneficijs suis si in alios vsus expenderint;
etiam si in vsus turpes, transfertur dominium, sicut si
darent de bonis patrimonialibus, peccant tamē mor-
taliter, quia faciunt contra ecclesię constitutionem,
& intentionem, sed quia dominium transfertur non
competit repetitio, aliàs quandocunque clericus nō
habens aliunde bona, nisi de fructibus beneficiorum
daret aliquid meretrici, vel concubinę, aut histrioni;
vel etiam alicui personę honestę, dum tamen nō esset
pauper, nec daret intuitu paupertatis, competeret ma-
nifeste ecclesię repetitio aduersus personas illas, & ta-
men, nec ecclesię, nec iura iubent fieri talem repeti-
G tionem, ergo innuunt, quòd illa, quę sic data sunt
vere transierunt in dominium eorum quibus dan-
tur: alioquin si Episcopus sciret, quòd similes clerici
dedissent aliquid concubinis, vel alijs personis simili-
bus præterquam pauperibus, siue clericis, siue non:
teneretur nomine ecclesię ista repetere a prędictis
personis: alioquin male administraret, sicut si sciat
Episcopus, quòd clericus alienauit aliquas possessio-
nes ecclesię, vel beneficij, tenetur repetere ab illis, qui
eas detinent, & tamen nullus Eps, quantumcunque
bene administrans talia repetit, nec etiam ecclesia
iubet ea vnquam repeti, ergo innuitur, quòd non cō-
petit repetitio pro illis: competeret tamē si possesso-
res non essent effecti domini, & tamen nō potuissent
H effici domini per traditionem si accepissent ab eo, q
nō erat dominus, ergo clericus est vere dominus fru-
ctuum licite acquisitorum de beneficijs suis, & maxi-
me in beneficijs simplicibus.

Quòd autem vocentur clerici dispensatores, & ad-
ministratores fructuum beneficiorum non prohibet
eos esse dominos: nam vocantur dispensatores, quia
ecclesia concessit eis ista bona, vt expenderent ea in
vsus certos, & concedendo fecerit ea sua cum non
dederit eis solam administrationem, sed etiam domi-
nium, & ideo de iure vocantur aliquando clerici pro-
curatores rerum Ecclesiasticarum, vt 14.q.1.cap.1.&
I 12.q.1.cap. si priuatum, & aliquando domini, vt 16.q.
1.c. & temporis, quandoque defensores 16.q.1.cap. in
sacris canonibus. Quinque partes, vt 63. distinctio. capi.
quorum vices. in bonis autem profanis illi, qui sunt
domini vocantur domini, & non dispensatores, quia
bona illa pertinent ad eos simpliciter, & non sunt sibi
data ad vsum certum. Sic tamen poterat esse in pro-
fanis, quòd esset aliquis verus dominus, & dispensa-
tor, vt siquis daret alicui certam possessionem, vt esset
sua, & tamen teneretur de fructibus eius quolibet an-
no facere certas eleemosynas, & quòd iste possit de
ista re testari, vel donare eam cui vellet, aut qualiter-
cunque alienare, dum tamen ad quēcunque perue-
niret transiret cum isto onere, non est dubium quin
isti essent veri domini istius possessionis, & tamen erā
erunt dispensatores, quia tenerentur dispensare fru-
K ctus eius, vel certam partem eorum in certos vsus: ita
est de fructibus beneficiorum, quia dantur clericis in
suos, & tamen perueniunt cum isto onere, scilicet
quòd in vsus certos expendantur, ideo clerici domini
efficiuntur fructuum, & licet peccent mortaliter ea,
quæ superflount eis non expendendo in causas pias: si
tamen in qualcunque alias causas expenderint etiam
si sint turpes, vere acquiritur eis quibus datur, & ideo
etiam si sit notorium nō competit repetitio ecclesię
aduersus istos.

Quòd autem dicitur teneri clericum ad dandum
omnia pręter ea, quæ expendit in suis necessitatibus
est intelligendum de expensa decētū secundum con-
ditionem

ditionem ſtatus ſui,& dignitatis, quia quibuſdam dignitatibus competit habere maiorem familiam, quã alijs, vt patet extra de cenſi.cap.cum Apoſtolus, ſcilicet, quòd Archiepiſcopi viſitantes poſſunt habere 40.vel 50.equitaturas ſecum: Epiſcopi autem 20.vel 30.Cardinalis vigintiquinq; Archidiaconi vero quinque, vel ſex: decani vero conſtituti ſub Archidiaconis ſolum habeant duas equitaturas: intendit tamen ibi Papa, vt eccleſię non grauentur dare ſolum iſtis procurationem neceſſariam, ergo innuitur, quòd facere ſumptus omnibus iſtis pſonis eſt facere ſumptus neceſſarios, & idõ omnia, quę ſunt neceſſaria Epiſcopis, vel Archiepiſcopis, & alijs conſtitutis in dignitate pro ſuſtentanda iſta familia dicuntur eſſe ſimpliciter neceſſaria, & expendere de fructibus beneficiorum ſuorum ad ſuſtentandam totam iſtam familiam licitum eſt: immo etiam ſi haberent aliquãtulum maiorem familiam, quia liberius poteſt clericus expendere de fructibus beneficij ſui quos iam acquiſiuit in ſuos vſus, quam recipere ſumptus ab eccleſijs quas viſitat, quia illę non tenentur ſibi, niſi ad ſumptus neceſſarios ratione viſitationis, & tamen eccleſię viſitatę tenentur dare eis ſuſtentationem, ſiue procurationem ꝑ prędictis equitaturis, ergo quando nõ viſitauerint poterunt de fructibus beneficiorum ſuorum iſtam familiam, & etiam aliquantulum maiorem ſuſtentare: ſi videatur conueniens ſecundum conditionem dignitatum, vt ſi habeant iuriſdictionem annexam ad cuius executionem eſt neceſſaria aliquãta familia, & licet poſſet Epiſcopus viuere habendo tres, vel quatuor famulos, non dicuntur ſuperflua omnia, quę expendit habẽdo plures famulos, quia dignitati ſuę conuenit plures habere ad viuendum decenter, etiam non vocantur neceſſaria ſolum illa cum quibus homo viuens parce poſſet vitam agere, quia licet parſimonia, ideſt vita aliquantulum auſtera ſit laudabilis, quando propter Deum ſuſtinetur 41.di.c. parſimonia. non tamen tenentur clerici ad illam, ſed decenter ſecundum conditionem regionis in qua viuunt expenſas facere poſſunt ſibi, & familię ſuę, & etiam inuitando amicos, & benefaciendo eis in aliquo: nam nomine ſuſtentationis intelliguntur omnia, quæ faciunt illi, qui moderate ſe ſuſtentant, & tamen communis conditio eſt hominum amicos ſuos interdum inuitare. Ideo clericis licet de fructibus beneficiorum ſuorum non ſolum alere familiam ſuam, ſed etiam facere honeſta, & moderata conuiuia amicis ſuis, & etiam aliquibus extraneis ex cauſa honeſta: immo ſi quis vellet obſeruare tantam tenacitatẽ in fructibus acquiſitis de beneficijs ſuis, quòd amicos nunquam inuitaret, per hoc ipſum redderetur indignus ad habendum maiorem dignitatem 85.di.cap. florentinum, ipſe enim florentinus Archidiaconus electus fuit in Epiſcopum, & licet eſſet aliàs idoneus, quia tamen inuentum eſt, ꝙ nunquam amicus ad recipiendum charitatem domũ eius intrauerat, repellitur a promotione. omnia autem hęc debet clericus moderata agere, & quia iudicium iſtorum conſiſtit in particularibus nõ poteſt dari regula determinata quãtum, vel quantum liceat clerico expendere de fructibus beneficij ſui in vſus ſuos, ſed prudentia, & cõſciẽtia ſimul ſit regula, quia cum clericus dicatur adminiſtrator, in adminiſtratore, ſiue diſpenſatore quęritur fidelitas 1.Cor.3. hic quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur: fidelitas autem eſt rectitudo conſcientię, vt dicitur ad Roma.14. omne, quòd non eſt ex fide peccatum eſt, ideſt omne, quòd non eſt ex conſcientia, ſed contra cõſcientiam eſt peccatũ, vnde etiam ſi interdum clericus de fructibus beneficij expendat in vſus ſuos aliquid vltra neceſſitatẽ ẽt ſecũdũ

A condecentiam ſtatus ſui, & conditionem regionis, nõ oporret, ꝙ peccet mortaliter ſi illud modicum eſt, & non putat ſe agere vltra neceſſitatem, quia non eſt tunc contra conſcientiam, ſi tamen immoderate excedat vltra neceſſitatem, & condecentiam, nõ poteſt hoc ignorare, & ſic non poteſt cum bona conſcientia illud expendere, vnde mortaliter peccat.

Et ſic eſt regula generalis, ꝙ quandocunque clericus de fructibus beneficij ſui propter laudem humanam, vel affectionem aliquam expendit in conuiuijs, vel alijs vſibus immoderate, etiam ſi illi vſus eſſent aliàs honeſti, vel liciti, & hoc ipſe ſcit, peccat mortaliter, non tamen tenetur reſtituere eccleſię, vel paupe-
B ribus tantundem de bonis proprijs, etiam ſi habeat patrimonialia, quia eſt verus dominus, & tenet donatio, vel adminiſtratio facta licet peccauerit male adminiſtrando, ſi tamen reſtituerit tantundem de bonis proprijs erit ſecurior in foro conſcientię, & manęret ſibi pena leuior toleranda.

Sacerdos tamen in foro pœnitentiali non poteſt iniungere confitenti ſe taliter expendiſſe bona eccleſię, ꝙ reſtituat illa, quia non poteſt iniungi reſtitutio per confeſſorem, niſi in illis, quę aliquis accepit, vel conſumpſit non exiſtens dominus, ſicut non poteſt confeſſor iniungere meretrici, nec hiſtrioni, nec ioculatori, aut arenario, quòd reſtituant, vel pauperibus dent ea, quę taliter acquiſierunt licet turpiter acqui-
C rant, & ſemper cum peccato mortali, vt innuitur 86. di.cap.donare, & cap.qui venatoribus in tex.& glo. & hoc, quia iſti effecti ſunt domini eorum, quę acquiſierunt. De iſta materia, ſcilicet de bonis clericorum an poſſint habere proprium, & de bonis patrimonialibus, & de bonis eccleſię quid teneantur facere, & in quo poſſint expendere declarabũtur multa infra 10. vel Luc.9. aut 16. quia eſt ibi materia propria, cũ Chriſtus dixerit ibi Apoſtolis: nolite poſſidere aurum, nec argentum, nec pecuniam, hic enim non fuit introducta, niſi ad videndum an clerici teneantur dare eleemoſynam de ſuperfluis ex neceſſitate.

Cum autem quærebatur an tenerentur clerici dare omnia ſuperflua in eleemoſynam. Dicendum, ꝙ
D ſupra q.34. fuerunt poſitę duę regulę, vel duo caſus in quibus tenemur ex præcepto dare eleemoſynam. Primus eſt, quando pauper eſt in extrema neceſſitate, quia etiam ſi nos ſimus pauperes, dum tamen non ſimus in tali neceſſitate, tenemur ei dare eleemoſynam.

Secundus eſt, quando quis habet ſuperflua ſimpliciter, ideſt quæ non ſunt neceſſaria ad ſuſtentationẽ vitę abſolute, nec etiam ſecundum conditionem ſtatus, tenetur de illis dare eleemoſynam ẽt ſi pauperes non ſint in extrema neceſſitate, & hoc non ſolum eſt pro clericis, ſed etiam pro laicis. eſt tamen intelligendum, ꝙ magis tenentur clerici ad hoc, ꝙ̃ laici, quia ad eleemoſynam tenentur magis clerici, vt oſtenſum eſt præceden.q. maxime, quia bona clericorũ ſunt bona pauperum 16.q.1.ca.quoniam, ſ.quoniam quidquid
E habent clerici pauperum eſt: in laicis autem nõ eſt ſic, quia bona eorum non dicuntur eſſe pauperũ: dicit tñ glo.in eo.c. ꝙ bona clericorum ſunt pauperũ, quia tẽpore neceſſitatis debent dare ea pauperibus, ſed hoc non conuenit, quia ẽt bona laicorũ iſto mõ ſunt pauperum, quia ſi occurrant laico aliqui exiſtentes in extrema neceſſitate quibus non poſſit ſuccurri, niſi laicus det omnia, quæ poſſidet, tenetur dare omnia ſic innuit Amb.lib.de offi.& 86.diſtin.cap.non ſatis, ſcilicet ſi tempore periculi quo rapitur ad mortem plus apud te pecunia tua valeat, quam vita morientium, & ſic ſi non poteſt aliter a morte liberare eum, qui manifeſte iniuſte occiditur, niſi dando omnia, quæ poſſidet, tenetur omnia dare, quia aliàs plus valeret

apud

apud eum pecunia sua, quam vita morientium, quod dicit Amb. esse graue peccatum: etiam Sanctus Tho. quoli. 6. dicit, quòd dare omnia, quæ quis possidet est regulatiter consilium, & tamen in tempore necessitatis est præceptum. est ergo clericus magis obligatus ad dandum eleemosynam de superfluis, quam vt solũ det in tempore necessitatis, & etiam magis obligatus, quam laicus, & cum laicus teneatur dare de superfluis eleemosynam etiam non existente paupere in extrema necessitate, tenetur ad hoc magis clericus. Est aũt differẽtia inter eos, quia laicus diues habens superflua non tenetur quęrere pauperes ad dandum eis, sed qñ occurrerint, & petierint ab eo si ipse iudicat eos indigere tenetur eis dare: clericus autem non solũ requisitus tenetur dare eleemosynam, sed etiã ipse debet pauperes inquirere, idest tenetur vigilare in loco, vel regione in qua viuit, qui sunt illi, qui vere sunt pauperes, vt eis prouideat de sibi superfluis, & eis, qui occurrerint sibi quos iudicauerit indigere, tenetur benefacere, & habere hoc, quasi in officium, vt indigentibus opera pietatis exhibeat, sic dicit Hierony. ad Damasum, & 16. q. 1. c. quoniam, scilicet quoniam quidquid habent clerici pauperum est, & domus illorum omnibus debent esse communes susceptioni peregrinorum, & hospitum inuigilare debent: hoc verbũ inuigilare significat eos debere esse valde attentos ad opera pietatis, & hoc est habere illa, quasi in officiũ ad ꝙ laici non obligantur, cum tamen dicitur, ꝙ tenẽtur tam clerici, quam laici dare eleemosynam de superfluis, differt multum inter clericos, & laicos, quia laicis licitum est habere superflua, quia non solum sibi, & familię, sed etiam posteris suis prouidere debẽt, sic dicitur 1. Corint. 13. ꝙ patres debent thesaurizare filijs, tenetur ergo laicus pauperibus occurrentibus sibi non solum in extrema necessitate, sed etiã extra illam si iudicat eos vere indigere eleemosynam dare: reliqua autem etiam si superflua sint licite retinere potest, & non sunt vere superflua, quia licet respectu eius, vel familię pro vita essent superflua, tamen respectu filiorum quibus pater debet thesaurizare non sunt superflua, sicut in corpore humano superfluum nutritionis non est superfluum simpliciter, quia adhuc est necessariũ potentię generatiuę, vt in semen conuertatur, & ideo licet sit superfluum virtuti nutritiuę non abijcit illud natura. Quod autem nulli potentię est necessarium, vocatur simpliciter superfluũ, & illud abijcit natura, sicut sunt stercora, & vrinę: de clerico autem secus est, quia clericus non habet filios quibus debeat thesaurizare, & etiam si illos haberet non possent sibi succedere, quia sanctuarium Dei iure hęreditario possideri non potest, ideo omnia illa vocantur superflua clerico quibus ipse non indiget ad vitam, & de illis, tanquam de superfluis disponere debet. Potest autem clericus dupliciter se habere. Vno modo, quòd velit reseruare bona ista pro ecclesia, vel ecclesijs a quibus ea accepit; vt moriente eo sibi succedant, & tunc clericus habens superflua prouidens pauperibus occurrentibus sibi quos vere iudicat egere, etiam si citra extremam necessitatem posset retinere reliqua bona etiam si essent superflua, vt sibi morienti succederẽt ecclesię: iste modus videtur aliqualiter honestus, & tamen non est omnino bonus, quia tunc parum, aut nihil differret clericus a laico per vitam, sed solum per mortem, sed quia laico succedunt filij clerico autem ecclesia, & tamen clericus viuens debet habere officium hospitalitatis, quia hoc iubet clericis Apostolus exercere 1. ad Timo. 3. & Hiero. 16. q. 1. cap. quoniam dicit clericos debere inuigilare hospitalitati, sed officium hospitalitatis a viuentibus exercetur, ideo non sufficit clerico dare eleemosynã,

F sicut laico, & reliqua ecclesijs reseruare, vt ei moriẽti
succedant, etiam quia clerici vocantur specialiter dispensatores bonorum Ecclesiasticorum: dispensator tamen dicit actum, vel officium: si autem sufficeret clericis reseruare bona ecclesijs, vt succederent eis morientibus, non possent vocari dispensatores, nec administratores, sed solum conseruatores, vel defensores, & possessores bonorum ecclesię, & tamen præcipuum nomen, ꝙ competit clerico in bonis ecclesię est esse dispensatorem eorum, vt innuitur 12. quæst. 1. c. illi autem, & capitulo res ecclesię, & capitul. nulli Episcoporum. §. sic ergo, non ergo sufficit clerico taliter dimittere bona ecclesię, sed dicendum, ꝙ officium clerici est hospitalitatem exercere, & omnia sibi superflua in vsus pios distribuere, vnde si ecclesia
G egeat dignum est, ꝙ ipsi ecclesię a qua recepit eleemosynam faciat, & tamẽ ista melius facit viuens, quã moriens: tamen quia id, ꝙ a viuente datur voluntarie datur, quòd vero a moriente ex necessitate datur, sicut dixit Lucia matri suę, quod moriens das, ideo das, quia tecum ferre non potes: tum quia si viuens dat scit ad quos vsus ecclesię assignare melius sit id, ꝙ dat: cum vero sibi morienti ecclesia succedit forte distribuunt bona in vsus non tã necessarios, nec decentes: maxime, quia ꝙ ecclesia succedat clerico morienti in bonis, quę acquisiuit intuitu ecclesię, non est eleemosynam dare, sed legem pati, quia ipso iure inest, ꝙ ecclesia debeat succedere clerico, & non possit de talibus bonis testari libere. melius ergo est id, ꝙ dandũ
H est dari a viuente ipsi ecclesię, quam a moriente, si aũt ecclesia nõ indiget, vel si non est in magna indigẽtia: melius est pauperibus erogare cum quotidie plurimi inueniantur, qui valde egent, & patiuntur amaram vitam, vnde dato, ꝙ ecclesia egeat, & pauperes egeant: cęteris paribus melius est dare pauperibus, quam ecclesiæ, quia homo non est propter ecclesiam, sed ecclesia propter hominem, etiam quia inuenimus, ꝙ interdum propter magnam necessitatem quorundam ecclesia cogitur indigere, vt eis subueniat, scilicet vendendo, & alienando res suas, sicut pro redemptione captiuorum venduntur, etiam calices in quibus sanguis domini consecratur, vt ait Amb. li. de offi. & 12. q. 2. c. aurum, & 86. di. c. non satis, siue c. compatiamur.
I maxime, quia necessitas ecclesię, nũquam potest esse necessitas absoluta, vel extrema, homines tamen frequentissime incidunt in extremam necessitatem, vnde cęteris paribus melius est pauperibus Christi, quã ecclesijs eius eleemosynam dare, quia licet vtrunque Christi sit, magis tamen pauper est Christi, quam ecclesia, quia ecclesia ista materialis, & omnia officia eius aliquando peribunt: pauperes autem in ęternum viuent, quia propter eos Christus mortuus est, vnde istam eleemosynam, quæ fit Christi pauperibus valde extollit Ambr. in allegato c. aurum. iste ergo modus est quo clericus conuenienter dispensat bona ecclesię, quę sunt vltra necessitates suas. Non tamen est intelligendum, quòd quandocunque clericus possi-
K det aliquid superfluum est in peccato mortali, nec etiam obligatur immediate, vt putauerit se habere aliquid superfluum dare illud pauperibus, quia potest differre ad alia tempora in quibus vtilius det, cũ pauperes nunquam deficiant, sicut Christus dixit infra 26. & Marc. 14. & Lucę 22. pauperes enim semper vo. ha. & cum vo. po. illis benefacere, idest etiam si non benefaciatis vno tempore potestis benefacere alio, quando volueritis, idest quãdo putaueritis opportunum esse, & istud pertinet ad prudentiam: si tamen clericus aliquando habeat superflua, & sciat se illa habere, & non habet intentionem dandi illa pauperibus tũc, nec postea, sed possidendi, vt diues sit, etiã si

non

non intendat aliquod malum facere cum diuitijs, nec diſpenſare eas inhoneſte videtur peccare mortaliter, & paret hoc, quia tenetur clericus ad hoſpitalitatem, ideſt ad omnia opera pietatis, & maxime de ſuperfluis, vt oſtenſum eſt. Cum ergo habeat intentionem non faciendi hoc, peccat mortaliter, patet etiã, quia circa liberalitatem, quę conſiſtit in expendendo decenter, ita peccatur per defectũ, ſicut per exceſſum 4. Ethi. cap. de liberalitate, & 86. diſtin. cap. non ſatis, & c. in ſingulis vbi dicitur, quòd debet haberi modus expendendo liberaliter, per exceſſum autem peccat, qui expendit plus, quam decet, vel in rebus in quibus expendere non decet, & hoc eſt prodigalitas, per defectum autem peccat, qui retinet plus, quam debet, vel quando non debet, vt ſiquis eo tempore quo tenetur dare non det, & iſtud eſt auaritia, clericus tamẽ tenetur ſuperflua ſibi erogare in vſus pios, ſi ergo habeat voluntatem non erogandi, ſed poſſidendi peccat mortaliter per auaritiam, etiam ſi non occurrat ſibi aliquis pauper, qui ſit in extrema neceſſitate: de reliquis, quę deſunt huic materię dicetur infra 10. vel Luc. 9. aut decimo.

Ad primum dicendum, quòd dare eleemoſynam de ſuperfluis cadit ſub pręcepto, dicit tamen Augu. li. de ſermone domini, quòd illa pręcepta, quę habentur pręcedenti c. ſcilicet qui percuſſerit te, &c. intelliguntur ſecundum pręparationem animi, ſcilicet ꝙ homo ſit paratus in animo ſuo ad faciendum hoc, quando neceſſitas illud requiſierit, vnde non eſt peccatum mortale quandocunque homo non facit hoc, ſed quãdo videt neceſſitatem adeſſe ſi non faciat, peccat tunc mortaliter: & eadẽ ratio eſt de hoc pręcepto, qui habet duas tunicas det non habenti, & de omnibus ſimilibus, vnde non ſemper peccat mortaliter quotieſcunque non dat eleemoſynam pauperi, qui habet ſuperfluum, ſed quando neceſſitas imminet, quando autem ſit talis neceſſitas, quæ obliget ad peccatum mortale non poteſt declarari bene in vniuerſali, ideo committitur prudentię, & conſcientię diſpẽſantis bona, vnde ſi bona fide det pauperi eleemoſynam, quando ſibi videtur expedire non peccat, ſi autem tunc non det peccat mortaliter, ſic etiam dicit beatus Tho. de Aquino. Quod autem vlterius dicit, quòd habens ſuperfluum non tenetur dare eleemoſynam, niſi pauperi exiſtenti in neceſſitate, non eſt intelligendum de extrema, quia etiam non habens ſuperfluum tenetur de neceſſarijs ſibi dare pauperi in extrema neceſſitate, de ſuperfluo autem obligatur quilibet dare pauperi, etiam extra illam neceſſitatem, vt oſtenſum eſt ſupra, & q. 34. nunquam tamen obligatur quis dare eleemoſynam, niſi pauperi exiſtenti in aliqua neceſſitate, ideſt indigentia, cum ſit de ratione eleemoſynę, quòd detur indigenti, & ad releuandum inopiam eius, vt oſtenſum eſt ſupra q. 22. & tamen iſta neceſſitas non eſt extrema, ſed minor, & in hac relinquitur iudicium danti eleemoſynã an pauper ſit in tali neceſſitate, quòd teneatur ei dare, vel nõ, vnde non peccabit mortaliter habens ſuperflua quãdocunque non dederit de illis, quia forte iudicabit non eſſe pauperem in tali neceſſitate, quòd oporteat ei dare.

Ad ſecundum dicendum, quòd ea, quæ ſecundum ſe ſunt conſilia efficiuntur præcepta ſecundum animi apparationem, ita quòd nihil eſt tam perfectum inter omnia conſilia, ad quòd homo non teneatur habere animum præparatum, & ſi acciderit neceſsitas, quòd faceret illud, non eſt enim inter conſilia aliquod perfectius, quam quòd homo ponat animam ſuam pro fratribus ſuis, & tamen hoc cadit ſub præcepto ſecundum animi præparationem, ſcilicet vt homo ſit paratus hoc facere ſi neceſſitas immineret. minor tamen neceſſitas requiritur ad eroganda ſuperflua, quam ad danda omnia, quia ad dandum omnia non obligatur quis, niſi exiſtente proximo in extrema neceſſitate, vel republica, vel eccleſia: & non poſſet liberari, niſi datis omnibus, quæ quis poſsidet: teneretur enim tunc omnia dare, quia aliàs præualeret apud eum tunc pecunia ſua, quam vita morientium, quòd Amb. dicit eſſe peccatum graue. 86. di. c. non ſatis, ad dandum autem de ſuperfluis non requiritur talis neceſsitas, ſed aliqualis alia citra extremam. Sed quando ſit extrema neceſsitas, & quando alia, quæ ſufficiat ad hoc, quòd teneamur dare de ſuperfluis, non poteſt dari regula certa, ſed iudicium relinquitur prudentię, & fidei ipſius dantis eleemoſynam.

Ad tertium dicendum, quòd bona eccleſiæ ſunt expendenda ad vſum pauperum, & etiam ad vſum miniſtrorum, vnde ſecundum antiquos canones aliqua pars dabatur miniſtris de redditibus eccleſiæ, & alia pauperibus, dicit enim beatus Tho. de Aquino. vbi ſupra, ꝙ de bonis Eccleſiaſticis, quæ ſunt principaliter attributa neceſsitatibus pauperũ, & ex conſequenti neceſsitatibus miniſtrorum, ſicut ſunt bona hoſpitalium, & aliorum huiuſmodi, aliter eſt, quam de bonis, quæ ſunt attributa principaliter vſibus miniſtrorum, ſicut ſunt præbendę clericorum, & alia huiuſmodi: nam in primis bonis peccatum committitur non ſolum ex abuſu, ſed etiam ex ipſa rerum conditione, ſcilicet dum aliquis in vſus ſuos aſſumit, quod alienus eſt, & ideo tenetur ad reſtitutionem, tanquã defraudator rei alienę: in ſecundis vero bonis non committitur peccatum, niſi per abuſum, ſicut de bonis patrimonialibus dictum eſt, vnde non tenetur abutens ad reſtitutionem faciendam, ſed ſolum ad pęnitentiam peragendam. In hoc beatus Tho. vult clericos eſſe veros dominos fructuum beneficiorum ſuorum, quia dicit, ꝙ etiam ſi male expendant, non tenentur ad faciendam reſtitutionem, ſicut eſt in bonis patrimonialibus, ſed ſolum ad agendam pęnitentiam de peccato ſcilicet, quia male expenderunt: nam etiam laicus tenetur ad hoc in bonis patrimonialibus, vel quomodocunque licite acquiſitis: ſi tamen clericus nõ eſſet verus dominus fructuum beneficij ſui, ſed ſibi eſſent dati ad vſum certum, ſcilicet ad ſuſtentationem ſuam, & reliqua ad expendendum in vſus pios, ſi aliter expẽderet aliquando, teneretur neceſſario ad reſtitutionem, quia rem alienam vſurpabat in qua non habebat ius dominij, nec adminiſtrationis, & tamen non tenetur reſtituere illa, ſicut ſi male expendat de bonis patrimonialibus, ergo verus dominus eſt iſtorum bonorum. Quod autem ſanctus Tho. dicit de bonis hoſpitalium intelligitur de quibuſdam bonis, quorum eccleſia habet adminiſtrationem interdum ſolum ad faciendum de illis eleemoſynam pauperibus, ſiue ſint bona relicta eccleſiæ, ſiue hoſpitalibus, quorum adminiſtratio pertineat ad eccleſiã, quia iſta bona ſunt clericorum quantum ad ſolam adminiſtrationem, & ſi ipſi indigeant poſſunt ſumere de eis etiam pro ſua ſuſtentatione, quia adminiſtrator alicuius eleemoſynæ etiam ſibiipſi ſuſcipere poteſt de illa eleemoſyna inquantum ipſe pauper eſt, & ſi de iſtis bonis acceperint clerici aliquid ad alios vſus, quam ad ſuſtentationem ſuam in neceſſarijs, & ad dandum eleemoſynam pauperibus, tenentur reſtituere tantundem pauperibus, quia iſtorum bonorum non ſunt ipſi domini, ſed adminiſtratores ſolum: alia autem bona eccleſiæ ſunt de quibus clerico nihil licet accipere, nec pro ſuſtentatione ſua, nec ad dandũ eleemoſynam, ſicut ſunt poſſeſsiones, & fructus pertinentes ad ſolam fabricam eccleſię, & ſicut ſunt

poſſeſſio-

poſſeſsiones, & intra beneficij ſui, quia de iſtis non poſſet expendere, niſi alienando, & tamen non licet clerico alienare bona immobilia beneficij, ſed ſolum inde fructus percipere, ſi ergo acceperit aliquid de prædictis bonis quomodocunque accipiat, tenetur ad reſtitutionem cum talium non ſit dominus, nec etiam adminiſtrator.

Ad quartum dicendum, quòd ſi clericus efficit ſe impotentem ad benefaciendum pauperibus per aliquos ſumptus immoderatos quos facit, peccat mortaliter ſi iſti ſumptus multum excedunt, ita quòd clericus non ignoret iſtos eſſe vltra neceſsitatem ad condecentiã ſtatus ſui. Nã ſi clericus in ſuſtentatione propria volendo vti rebus delicatis, & voluptuoſis, vel in conuiuijs immoderatis, aut in donationibus factis aliquibus non ex cauſa paupertatis excedat notabiliter, non poteſt in eo ſaluari bona fides diſpenſationis, nec vſus moderatus diuitiarum, cum ipſe non ignoret ſe excedere in talibus expenſis conditionem ſui ſtatus, ideo in talibus ſemper eſt peccatum mortale, vnde dicitur infra 24. ſi dixerit malus ſeruus in corde ſuo moram facit dominus meus venire, & cęperit percutere conſeruos ſuos: manducet autem, & bibat cum ebrioſis: veniet autem dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua ignorat: inquantũ dicitur cęperit percutere conſeruos pertinet ad ſuperbiam, & crudele dominium, vt ſi quis propter diſpenſationem bonorũ Eccleſiaſticorum ſibi commiſſam incipiat ſuperbire, & premat minores, & tamen contrarium monuit beatus Petrus prima Pet. 5. non, vt dominantes in clero, ſed forma facti gregis, id eſt non ſitis, tanquam domini clericorum, ſed tanquam magiſtri eorum, & loquitur contra Epiſcopos, qui ſuperbire volunt de adminiſtratione ſibi credita, de hoc etiam conqueritur Hier. ad ruſticum Narbonenſem Epiſcopum, & 93. diſtin. cap. diaconi ſunt. Dicens quòd ſolus Epiſcopus vniuerſa ſibi vendicat, ſolus partes inuadit alienas, ſolus occidit vniuerſos, mendicat infelix in plateis clericus, & publicam ad quodlibet poſcit eleemoſynam. inquantum autem dicitur manducet autem, & bibat cum ebrioſis pertinet ad ſuperflua, & voluptuoſa conuiuia. & cũ dicit veniet dominus illius ſerui die qua non ſperat, & hora qua ignorat, intelligitur de aduentu ad mortem, quia dicitur Deus venire ad mortem cuiuslibet, & mors cuiuslibet hominis vocatur aduentus filij hominis, id eſt Chriſti, quia venit ad iudicandum hominem, & iſta dies, & hora eſt cuilibet incerta. dicitur, & diuidet eum, ſcilicet a ſocietate Sanctorum, quia nunc boni, & mali permixti ſunt, ſed non erit ſic poſt mortem, quia malis dabitur locus pęnę. & dicitur partemque eius ponet cum hypocritis, id eſt ponet eum in inferno vbi erunt hypocritę, qui putabantur eſſe boni, & erant peſſimi, & ſubditur, quòd ibi erit fletus, & ſtridor dentium ad ſignificandum magnitudinem, & varietatem pęnarum. & ſic apparet, quòd taliter adminiſtrare eſt peccatum mortale, quia aliàs non poneretur pars talium adminiſtratorum cum hypocritis, ſi autem clericus in diſpenſatione fructuum beneficij circa ſuſtentationem ſuam, & conuiuia, & ſimiles vſus excedat ęqualiter, ſed non multum, poteſt fieri hoc bona fide, id eſt cum recta conſcientia, vt ſi velit ſecundum conditionem, & decentiam ſtatus ſui conformare ſe eis inter quos viuit, poteſt eſſe ſine peccato mortali, vt quia non putat ſe excedere: nam exceſſus paruus, vel defectus paruus a medio ſolet laudari, vt virtus, qui autem multum excedit non poteſt latere, vt dicitur 4. Ethicorum capi. 21. id eſt non poteſt peccatum ſuũ eſſe ſibi occultum, quia cognoſcet ſe excedere, & inquantum non poteſt latere non pa-
F titur ſecum talis exceſſus rectitudinem conſcientię, & tunc eſt peccatum mortale.

Quantum poſſit clericus benefacere cognatis ſuis, ita quòd non peccet mortaliter. Quod pulchre, & vtiliter examinatur. Quaeſt. LXXV.

QVAERETVR quantum poteſt, vel quando clericus benefacere cognatis ſuis, ita quòd non peccet mortaliter.

Dicendum, quòd cum dare eleemoſynam cuicunque pauperi ſit valde laudabile: dare tamen cognatis ſi indigeant eſt excellenter laudabile, quia non ſolum tenemur illis, vt pauperibus, ſed etiã,
G vt cognatis, & ideo cęteris paribus magis obligamur eis benefacere, quam aliis, & alij non obligantur, ita eis benefacere, ſicut nos, ſic dicit Amb. lib. de offi. & 86. diſtin. capi. non ſatis, ſiue capi. eſt etiam, ſcilicet eſt, etiam alia probanda, id eſt laudanda liberalitas, vt proximos ſeminis tui ne deſpicias ſi egere cognoſcas: melius eſt enim, vt tu ipſe ſubuenias tuis quibus pudor eſt ab aliis ſumptum depoſcere, aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitatis. diſtinguendum tamen de bonis clerici, quia vel ſunt patrimonialia, ſiue aliàs licite vndecunque acquiſita, aut ſunt bona acquiſita intuitu eccleſię, ſcilicet de fructibus beneficij. ſi primo modo dicẽdum, quòd clericus poteſt donare cognatis ſuis quãtum voluerit, ſiue illi ſint diuites, ſiue pau-
H peres: melius tamen faciet ſi pauperes fuerint, & ideo tunc nõ peccat ſi det eis ad finem honeſtum, niſi forte videat pauperes indigentes in magna neceſſitate quibus poſſet ſubuenire, & vult potius dare cognatis diuitibus, quam extraneis pauperibus valde indigentibus, quia tunc etiam laicus peccaret dando in hoc caſu cognatis ſuis, & non pauperibus: aliàs autem nõ peccat clericus dando cognatis ſuis: immo poterit eis dare omnia bona ſua patrimonialia, & ſibi reſeruando bona eccleſię ad ſuſtentationem. Sed dicetur, quòd hoc non licet, quia 12. q. 1. §. cum ergo, & c. illi autem, & 1. q. 2. capi. clericos, & capi. paſtor. dicitur quòd clericus, qui habet bona patrimonialia non debet accipere bona eccleſię, ſed ſuſtentari de patrimonialibus, & relinquere bona eccleſię ad eleemo-
I ſynam dandam, vel ſi ſuſtentatur de bonis eccleſiæ debet patrimonialia bona pauperibus dare, ſic etiam dicitur 23. q. 8. cap. conuenior in glo. ergo non poterit clericus dare bona patrimonialia cognatis, ita vt ſuſtenteturde bonis eccleſiæ.

Dicendum, quòd ſi clericus habet ſimul bona patrimonialia de quibus poteſt ſuſtentari, & bona eccleſię de quibus ſuſtentari poteſt, tenetur ſuſtentari de quibus voluerit, & alia dabit in eleemoſynam, & non poterit quædam accipere ad ſuſtentationem, & alia relinquere, vt inde ditetur, ſi ergo elegerit ſuſtentari de bonis patrimonialibus dabit in eleemoſynam bona eccleſiæ, vel econtrario, hoc verum eſt, quando
K ſufficiunt ſola patrimonialia, vel ſola bona eccleſiæ, ſi autem non ſufficiunt accipiet de vtriſque quantum ſibi ſufficit, & quòd reliquum eſt ad eleemoſynam pertinebit in hoc caſu: debet tamen clericus potius expendere de bonis patrimonialibus, & cum non ſufficiunt accipere de bonis eccleſię 1 s. quęſtio. 1. ca. ex his, & cap. Epiſcopus, ſcilicet Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem ad diſpenſandum erga omnes, qui indigent: participet autem ipſe, id eſt accipiat quibus indiget, ſi tamen indiget tam in ſuis, quam fratrum, qui ab eo ſuſcipiunt vſibus neceſſarijs, hęc autem vera ſunt, quando clericus vult ſibi retinere bona patrimonialia, & fructus eorum, ſi autem dare vult licet ei dare cui voluerit: nã poteſt clericus

teſtari

A testari de illis. 12. q. 1. cap. Episcopi. & cap. sint manifestę. & extra de testamen. cap. relatum. & si non testentur clerici, vt quia moriuntur intestati, cognati sui succedunt eis in bonis istis, vt patet in eodem capit. sint manifeste: a fortiori ergo poterunt viuentes dare ista cognatis suis, vel quibus voluerint, quia multa potest homo donare viuens, quæ non potest donare moriens, sicut clerici possunt viuentes donare de fructibus beneficiorum suorum quantum voluerint ita quod tenet donatio, licet peccent interdum mortaliter, morientes tamen non possunt relinquere fructus beneficij, quibus voluerint, & si testentur de illis non valet testamentum, sed Ecclesia succedit, extra de testamen. relatum, possunt ergo clerici dare B omnia bona patrimonialia cognatis suis, & sustentari de bonis Ecclesiæ, quia etiam si non habuissent aliqua bona, Ecclesia sustentaret eos de fructibus beneficiorum: immo magis laudabile erat apud antiquos quando clerici viuebant in communi, quòd illi, qui assumebantur ad clericatum renunciarent bonis suis, scilicet, dando illa pauperibus, vel cognatis, & tunc sustentarentur de solis bonis Ecclesiæ, vt innuitur. 12. qō. 1. §. cum ergo. & capit. illi autem: potest ergo quis postquam fuerit clericus dare bona patrimonij sui cognatis, & quod ipse sustentetur de bonis Ecclesiæ, quia in hoc non præiudicatur Ecclesiæ, & sic de istis bonis dabit quantum voluerit, sicut si esset pure laicus, potest tamen aliquis licite retinere omnia bo- C na patrimonialia, vt per mortem suam succedant sibi cognati, & sustentari de bonis Ecclesiæ: dumtamen fructus bonorum patrimonialium viuens det in eleemosynam, si autem sibi retineat, vt ditetur peccat: retinendo tamen bona immobilia patrimonialia non peccat, quia aliàs Ecclesia non daret clericis liberam potestatem testandi de bonis patrimonialibus si illicite illa retinerent, & tamen non solum concedit potestatem istam, sed etiam laudat, & iubet, quod res patrimoniales clerici sint distinctę, & cognitę a rebus Ecclesiæ, vt si contingat transire clericum forte intestatum non præiudicetur hæredibus eius occasione Ecclesiæ. 12. quæst. 1. capit. Episcopi. & capitu. manifesta. & capitu. sint manifestę. licite er- D go clericus retinet sibi bona patrimonialia sustentans se de bonis Ecclesiæ, dum tamen fructus patrimonialium bonorum non recondat in thesauris, sed erogat in eleemosynam. Sed autem loquamur de bonis, quæ clericus obtinet intuitu Ecclesiæ.

Dicendum, quod aut quæritur ad hoc, quòd donatio facta a clerico cognatis suis teneat, vel ad hoc, quòd licite possit donare.

De primo dicendum, quòd quicquid, & quantumcunque donauerit clericus cognatis suis de bonis Ecclesiæ, vel alijs extraneis tenet donatio, nec habet Ecclesia ius repetendi mortuo clerico, etiam si notorium sit, quod de fructibus beneficij facta fuit donatio præcedenti quæst. E

De secundo autem dicendum, quòd non licet clerico donare cognatis quantum voluerit, & ideo distinguendum, quod aut sunt diuites aut pauperes, si diuites nihil illis donare potest, quia habenti dare nihil aliud est quàm perdere, infra quæst. 1. c. pastor. hoc verum est, nisi aliquid modicum sit, quòd inter amicos solet donari, sicut moderate inuitare, & similia, securius tamen est illis nihil dare, quia illi quibus sua sufficiunt non sine grandi peccato accipiunt ea, de quibus pauper victurus erat, in allegato cap. pastor. si autem sint pauperes potest illis donare, & laudabilius est donare eis etiam de bonis Ecclesiæ, quàm ceteris, non tamen potest dare licite quantumcunque voluerit, sed solum ad subleuandum eorum A inopiam, vt habeant aliqualem sustentationem, sed non ad ditandum eos, sic dicit Ambro. 86. distin. cap. non satis. siue cap. est etiam, scilicet, melius est, vt tu ipse subuenias tuis quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitatis, non tamen, vt illi ditiores fieri velint ex eo, quòd tu potes conferre in opibus: quasi dicat, id quod das eis vltra necessitatem per quod efficiuntur diuites poteras dare pauperibus, & quia ista bona clericorum sunt solum ad expendendum in necessitatibus, scilicet, proprijs, vel pauperum, quicquid datur præter necessitatem peccatum est, & tamen quando quis dat cognatis suis de bonis Ecclesiæ vltra sustentationem necessariam, & condecentem eis secundum cō- B ditionem status antiqui dat sine necessitate: ideo male administrat, & peccat. Loquitur autem Ambro. in hoc contra clericos, & de bonis Ecclesiæ: nam dicit immediate, nec enim propterea te Deo dedicasti, vt tuos diuites facias, sed vt tibi vitam perpetuam fructu boni operis acquiras, & precio miserationis peccata tua redimas, non ergo potest dare clericus cognatis, nisi vt pauperibus. 12. q. 2. cap. quisquis Episcopus, scilicet, Episcopus habeat solicitudinem rerū Ecclesiasticarum, & dispenset eas tanquam Deo contēplante, aliter autem non liceat ei fundare quicquam ex illis, vel cognatis propinquis donare, quę Dei sunt, quòd si pauperes fuerint, vt pauperibus largiatur.

C Quid est autem, quod potest eis largiri tanquam pauperibus: dicit ibi. glo. quòd solum victum, & vestitum, & allegat 86. distinct. cap. non satis. & 16. qō. 1. capit. si cupis. nam in capit. si cupis dicitur. præter victum, & vestimentum, & manifestas necessitates nihil cuiquam tribuas ne filiorum panē canes comedant. Hoc tamen potest intelligi dupliciter. Vno modo, quòd nomine panis, & vestimenti intelligantur solę necessitates quotidianę, in quibus prouidemus pauperibus ostiatim mendicantibus. Alio modo, quòd nomine necessitatum intelligatur illud, quòd sufficit homini ad hoc, quòd viuat, ita quòd non cogatur mendicare, & tamen non efficiatur diues, & isto modo vltra necessitatem nihil est, nisi di- D uitem esse. Quandocunque ergo aliquis solum tanta habet per quæ in statu suo non potest vocari diues licet non mendicet, dicitur habere sola necessaria, & ita primo modo accipiendo non est verum, quòd clericus possit dare cognatis suis solum victum, & vestitum, quia non tenetur eis plus tunc dare quàm pauperibus mendicantibus ostiatim. Et capit. si cupis non obstat, quia ibi loquitur Hieronym. de Monacho, quia loquitur Paulino, qui erat Monachus: nam dicit si cupis esse, quòd diceris Monachus, idest, solus: Monachis autem, quia non licet habere proprium non licet dare, nisi ad magnas necessitates, & ad soli necessitati prouidendum, clerici autē sęculares proprium habent, quia fructus beneficio- E rum suorum sunt sibi proprij: ideo licet eis aliquantulum liberalius dare eleemosynam quàm liceat Monachis. Si autem secundo modo, dicendum quòd verū est, ꝙ clerico non licet dare cognatis suis, nisi victum, & vestitum, & manifestas necessitates, sicut dicitur in cap. si cupis. & tamen per hoc intelligitur, quòd potest darę cognatis sustentationem moderatam, ita vt non cogantur mendicare, dum tamen ex hoc non efficiantur diuites, quia quicquid est infra facere eos diuites potest clericus donare eis, & patet, quia hoc solum prohibet Ambros. in allegato cap. non satis, scilicet, melius est enim, vt tu ipse subuenias tuis nō tamen vt illi ditiores fieri velint ex eo, quod tu potes conferre inopibus: potest ergo clericus donare cognatis pauperibus non ad ditandum eos, sed ad sustinendum

Fertur de isto beato auctore ꝙ

eum Andreas de Ribera frater eius secundũ carnem ab eo cũ Episcopus eẽt peteret, vt ei villam prope locũ de Madrigal mille duplis zaynis emeret. Respondit vade retro Sathana, quia in me non habes quicquam. nũquid putas bona episcopatus mei tua eẽ aut putas me te diuo rem facturum de bonis Ecclesię? comede, & bibe. si villã emere vis, pete pecunias regi cui seruis. Et ex illa die Andreas stomachatus amplius eũ vsque ad obitum nõ vidit: erat enim Andreas regis Senescalis lo. a. castellę.

sustinendum moderate, ne cogantur mendicare. Et
illa donatio iudicabitur moderata non secundum sta
tum clerici, quia forte est Episcopus, sed secundum
conditionem status prælertim cognatorum suorum,
cum eleemosyna respiciat indigentiam, & non suble-
uationem status: & quia in mulieribus habere dotes,
vt possint viros inuenire computatur inter necessaria
ad sustẽtationem, potest licite maritare cognatas suas
& dare sustentationem cognatis ad matrimonia con-
trahendum moderate, non vt cognatis Episcopi, sed
vt pauperibus ad viuendum honeste. ꝙ tamẽ aliquid
det clericus cognatis suis pauperibus pro matrimo-
nijs contrahendis plus quàm daret extraneis pauperi-
bus ad contrahendum, non est inconueniens: dum
tamen sit moderatum, quia magis tenetur regulari-
ter quis bene facere cognatis suis pauperibus quàm
alijs, & ideo etiam de bonis Ecclesiæ abundantiorem
eleemosynam dare potest cognatis suis quàm alijs,
caueat tamen valde ne affectio suadeat ei iudicare,
quòd paucum dat cum multum dederit, quia causa
dãdi eleemosynam non debet esse gratia, idest, affe-
ctio, sed naturaliter, idest, inopia ad sustentationem
naturæ, vt dicit Ambros. 86. distinct. cap. non satis. si-
ue cap. est etiam.

An possit dari eleemosyna de bonis, quæ sunt proprie bona Ecclesiæ, & non clericorum. Quæst. LXXVI.

QVAERETVR an de bonis Ecclesiæ, quę sunt
proprie bona Ecclesiæ, & non sunt clericorũ
eleemosyna dari possit, & debeat.

Dicendum, quòd regulariter bona Eccle-
siæ nõ possunt alienari, quod autem in eleemosynam
datur alienatur: ideo non est regulare dare eleemosy-
nam de bonis Ecclesiæ, potest tamen dari interdum,
quia quatuor sunt causę, in quibus possunt bona Ec-
clesiæ alienari, quæ ponuntur 12. qõ. 2. §. 1. in glos. &
vna illarum est causa pietatis, idest, ad exercendum
opera pietatis erogando eleemosynam: sic dicit Am-
bros. lib. de offic. & 12. q. 2. capit. aurum, vbi ponit tres
casus eleemosynæ pro quibus res Ecclesiæ alienãtur,
vt non solum quæcunque res, sed etiam vasa sacra.
Vnus casus est redemptio captiuorum. Alius est ędi
ficatio Ecclesię, quæ corruit, vel augmentatio eius,
aut cœmiterij si paruum erat. Alius est si erant paupe
res in extrema necessitate famis, & similibus necessi
tatibus: maxime tamen est hoc in redemptione capti
uorum quando timetur de captiuis, quòd occiden-
tur si non rediumuntur, vel peruertentur ad conuersa
tionem infidelium, vt si capti sunt a sarracenis, & tũc
licet quilibet Christianus ad hoc teneatur bene face-
re, tamen maxime Ecclesiæ illæ de quarum Parochijs
erant isti, tenentur ad redemptionem eorum 12. q. 2.
cap. sicut omnino. debet autem Ecclesia tunc tenere
modum istum, quòd si habet aurum, vel argentum,
aut pecuniam quamlibet, vel iocalia, quæ non sint
consecrata per Ecclesiæ ritus, & benedictiones Epi-
scoporum, debet illa erogare, si autem non habet ta-
lia potest vendere etiam calices sacros, in quibus mi-
nistratur sacramentum Eucharistiæ, sed ista prius a sa
cerdotibus confringentur, & conflabuntur per ignẽ,
ita vt iam non maneat figura, nec status prior, & ma
net illud aurum, vel argentum non consecratum, &
tunc potest vendi, vestes autem sacræ, quia non pos-
sunt transire per ignem ad hoc, ꝙ tollatur consecra-
tio non possunt vendi laicis, possunt tamen vendi al-
teri Ecclesiæ, & tunc si venderetur calix consecratus
non oportebat eum conflari, de hoc Ambr. in allega-
to cap. aurum. est autem ista eleemosyna necessaria
quãdo sunt magnę necessitates pauperum, & peccãt

F illi, qui habẽt potestatem alienandi, & tradendi res Ec
clesiæ: si non tradant pauperibus, & Deus exiget ratio
nem ab eis. vt dicit Ambr. eo. cap. nonne dicturus est
Dñs cur passus es tot inopes fame mori? certe habe-
bas aurum vnde ministrasses alimoniam. cur tot capti
ui in commercium ducti nec redempti ab hoste occi-
si sunt? melius fuerat, vt vasa viuẽtium seruares quàm
metallorum, his non posset responsum referri: quid
enim dices timui ne templo Dei ornatus deesset, rñ-
detur aurum sacramenta non quærunt, nec auro pla-
cent, quia auro non emuntur: ornatus sacrorum redẽ
ptio captiuorum est, peccatum autem magnum est si
administrator rerũ ecclesiasticarum magis apprecie-
tur vasa Ecclesię quam Parochianos Ecclesię ductos
G in captiuitate: ideo bona Ecclesię vendere debet, vt il-
los redimat 12. q. 2. cap. sicut omnino. s. sicut omnino
graue est frustra ecclesiastica misteria venundare, sic
iterum culpa imminente huiusmodi necessitate res
maxime desolatę Ecclesiæ captiuis suis præponere, &
in redemptione eorum cessare, & cum omnes alię ne
cessitates pauperum sint multum fauorabiles, redem
ptio tñ captiuorum est fauorabilior, & ideo de ea dr̃
regulariter, quòd pro ea facienda licet res Ecclesię vẽ
dere, & sacra vasa. 12. q. 2. cap. Apostolicos. & cap. & sa
crorum. & cap. sacrorum canonum. & cap. aurum. ita
vt in cap. Apostolicos dicat, ꝙ vasa sacrata vendi non
debeant, nisi pro redemptione captiuorum, & tñ de-
H bet suppleri illud per c. aurum. vbi ponuntur tres cau-
sæ, & ita dicit gl. in cap. Apostolicos pro redemptione
captiuorum supple, & alijs causis, etiam intuitu pieta-
tis Ecclesia rem suam abdicat interdum a se, vt si ha-
bet seruos Christianos liberando eos de seruitute. Sic
fecit Gregorius liberando duos seruos Ecclesiæ Ro-
manæ, quos fecit ciues Romanos 12. q. 2. c. cum redẽ-
ptor. Ecclesia tamen nõ debet vendere res suas ad dã-
dum eleemosynam sine magna necessitate, quia aliàs
facile erat quarumcunq; Ecclesiarum bona cõsumi.
12. q. 2. c. sicut oĩno. s. oĩno graue est frustra ecclesiasti
ca misteria venũdare. i. vasa sacra, in quibus ministrãt.

Sciendum aũt ꝙ qñ debent fieri tales eleemosynæ
per Episcopum fient, quia Ep̃s habet potestatẽ dispen
sandi bona Ecclesiæ. 12. q. 1. c. Ep̃s. & c. præcipimus. &
I 12. q. 2. c. quisquis Ep̃s. & ratio est, quia dare eleemosy
nam est alienare rem quæ datur, alienatio tñ rei Eccle
siasticę non fit sine auctoritate Ep̃i regulariter: nam
aliquando fit auctoritate Episcopi. in cap. simul. & ali-
quando sufficit solius Episcopi auctoritas, de quo 12.
q. 2. §. 1. in glo. ideo omnes istę eleemosynæ dabuntur
ex diffinitione Episcopi, & sic dicitur. 12. q. 1. cap. Epi-
scopus, quòd Episcopus Ecclesiasticarum rerum ha-
beat potestatem ad dispensandum erga omnes, qui
indigent, & participet ipse quibus indiget si tamen
indiget.

Quod autem dictum est de eleemosynis quas fa-
ciunt Ecclesiæ, intelligitur tam de Ecclesijs sęculari-
bus q̃ de monasterijs, quia pro magnis necessitatibus
K pauperum ita tenetur monasterium, sicut Ecclesia sę
cularis; nam 12. q. 2. cap. quisquis. ponitur æquale de
Episcopo, & Abbate. s. quòd sicut Episcopus dispone
re potest de rebus Ecclesiæ sęcularis, ita & Abbas de
rebus Monasterij, & sicut Episcopus non potest dare
cognatis suis aliquid de rebus Ecclesię nisi in quantũ
pauperibus, ita nec Abbas de rebus monasterij: ergo
a contrario sensu cognatis suis pauperibus dare pote-
rit: immo vt dicit Raym. in sum. lib. 2. ti. de nego. sęcu.
quicquid superest necessitatibus monasterij tenetur
Abbas erogare in pias causas (dicente Christo) quod
superest date eleemosynam, & omnia munda sunt
vobis. 12. q. 1. cap. quia tua. & monachis competit da-
re eleemosynam pro necessitatibus pauperum. s. vi-
ctum,

ctum, & vestitum. 16.q.1.cap.si cupis. vbi dicitur, ꝙ eleemosyna indifferenter omnibus dãda est, & quòd prçter victum, & vestitum, & manifestas necessitates nihil cuiquam tribuendum est. Omnes ergo Ecclesiæ tam sçculares quàm regulares, idest, religiosorũ tenentur ad eleemosynam dandam in necessitatibus supra positis, & peccant prçlati earum si non fecerint.

An si fiat mora in erogando eleemosynas quas quis in testamento fieri mandauit consequatur inde aliquod detrimentum defunctus, vbi detrimentum consideratur dupliciter. Quæst. LXXVII.

QVÆRETVR de eleemosynis de futuro, scilicet, de illis, quas ipsi fieri iusserunt, vel quç pro eis fiunt eis non iubentibus, & est dubium de eleemosynis, quas fieri mandauit quis in testamento, si fiat mora in erogando illas, an detrimentum aliquod cõsequatur inde defunctus.

Dicendum, quòd eleemosynç prosunt defunctis siue ab illis fieri mandentur, siue sponte amici sui, vel alij per eum faciant, melius tamen est quando ipsi fieri iubent quàm quando ipsis non iubentibus alij faciunt pro eis, quia sicut est magis meritorium quando quis viuens pro seipso eleemosynas facit q̃ quando illas fieri iubet, cum magis ad eum pertineat res quanto magis per ipsum fit, ita magis vtile est quando quis iusserit pro se eleemosynas fieri quàm quando alij pro eo fecerint inquãtum est magis actus eius quem ipse pro se fieri iubet.

Et tamen adhuc opera bona facta a viuentibus pro mortuis proficiunt eis, vt ait Gregorius ad Bonifacium. & 13.q.2.cap.pro obeuntibus. & sic Iudas Machabçus iussit offerri duodecim mille dragmas pro peccatis mortuorum in bello. 2. Machab. 12. & ista opera nostra proficiunt eis si tales sunt ꝙ viuentes meruerint, vt eis proficerent, vt ait Augustin. lib. de cu.agen.pro mor. & 13.q.2 cap. Nõ extimemus: sunt autem opera nostra, quæ proficiunt eis quatuor, scilicet, oblationes sacerdotum, preces sanctorum, eleemosynæ charorum, & ieiunium cognatorum, vt ait Gregorius ad Bonifacium, & 13.q 2. cap. animæ defunctorum. cetera autem, quæ pro eis facimus magis sunt ad solatium viuorum q̃ ad vtilitatem mortuorum, vt conditio funeris, & pompa exequiarum, & modus sepulturæ. eodem cap. animæ. licet ad quandam humanitatem pertineat hoc facere in allegato cap. non extimemus. eleemosynæ ergo quas fieri iusserunt pro se fideles a fortiori eis proficiant, & sunt in satisfactionem, & releuationem poenarum. Et tunc dicunt quidam; quòd si mora fiat in faciendo istas eleemosynas nõ sequatur detrimentum aliquod mortuis, quia non punitur vnus pro alterius peccato, & tamen ista retardatio prouenit ex negligentia executorum; sed negligentia vnius alteri non nocet: ergo non est detrimentum mortuis ex ista retardatione.

Aliqui dicunt in contrarium, quòd propter retardationem eleemosynæ tardantur sacrificia, & orationes, quæ fierent pro anima defuncti a suscipientibus hanc eleemosynam, & tamen ex illis orationibus, & sacrificijs anima mortui multum iuuaretur: ergo necesse est, quòd pro retardatione patiatur detrimentum.

Hic distinguendum est dupliciter. primo ex parte ipsius patientis detrimentum: nam est duplex detrimentum, quoddam est, quòd pertinet ad tolerãtiam poenæ. i. ꝙ pati poenam sit detrimentum, iuxta illud 1. Corint. 3. si cuius opus arserit detrimentum patietur. i. pœnam: aliud detrimentum est subtractio remedij. s. quòd non detur homini specialiter aliqua pçna, sed subtrahatur ei remedium. i. non proficiat ei remedium, quòd aliàs proficeret. Secundo distinguendum est ex parte eleemosynæ, & effectus ipsius. Quantum ergo ad eleemosynæ meritum nullum detrimẽtum patitur defunctus ex tarditate eleemosynæ, sed ex parte effectus. s. quia non adhibetur ei remedium, quia non adhibentur suffragia, sed retardantur ex quibus plurimum iuuaretur, est autẽ sensus, quòd mortuus nihil perdit de merito eleemosynæ si per solam culpã executoris retardatur illa, vel alia suffragia, quæ pro

B se fieri iusserat, & tamen subtrahitur ei remedium, q̃a non adhibetur cito, & tamen remedium non potest actualiter iuuare, nisi quousque exhibeatur.

Sed dicetur quómodo potest stare quòd proficiat eleemosyna quam iussit aliquis fieri pro se, & tamen ꝙ subtrahatur ei remedium ex negligentia executoris, quia per hoc, ꝙ subtrahitur remedium iam videtur puniri pro peccato alterius, vel si nõ punitur oportet, ꝙ non subtrahatur remedium, & tunc non magis proficiet eleemosynam cito dare pro mortuis q̃ valde morari quod falsum est.

Dicendum ꝙ eleemosyna, vel alia suffragia, quæ morientes pro se fieri iubent habent certitudinẽ meriti, vel satisfactionis. s. ꝙ certa pars pœnç debitæ in

C purgatorio pro eis remittitur, quæ aliàs non remitteretur, & ista poena remittetur mortuo, siue suffragia ista cito fiant pro eo, siue tardentur, & non habebit maiorem pœnam moriens si cito ista fiant pro eo q̃ si tardentur, quia aliàs sequeretur magnum inconueniens, scilicet, quòd propter negligentiam executoris redderentur bona opera alicuius omnino inutilia, vel ex magna parte: non ergo erit maior pœna si cito fiant quàm si retardentur, erit tamen pœna longior, quia si cito fiant liberabitur cito de pœna ille pro quo fiunt, si autem tarde liberabitur tardius, sed si fuerit poena longior tempore erit minor acerbitate, & isto modo adçquantur, melius tamen erat defuncto tolerare pœnam istam in decem diebus, licet esset acerbior, quàm tolerare in vno anno, licet sit leuior,

D quia interim priuatur illa iocunditate quam haberet in vita æterna, & ideo non potest tarditas executoris nocere defuncto quantum ad hoc quin opus suum tantç vtilitatis sit, sicut aliàs esset si cito fieret, & tantum diminuatur de pœna quantum aliàs diminuendum erat, sed nocet ei quantum ad defectum boni quod per accidens consequeretur si istud opus cito fieret, illud tamen non pertinet directe ad quantitatem meriti, vel satisfactionis operis: ideo non est inconueniens si possit hoc damnum sequi per alterum.

Ad argumentum dicendum, quòd peccatum, vel negligentia executoris non nocet mortuo quantum ad pœnam, ita quòd pro ista negligẽtia patiatur mor-

E tuus aliquam pœnam quam aliàs passurus non esset, quia hoc modo solum est peccatum executoris: ideo ipse solus pro hoc patietur, nec etiam punitur pro negligentia executoris, ita quòd opus suum sit minoris meriti, vel minus satisfactorium, sed subtrahitur sibi remedium inquantum citius liberaretur a pœna si citius adiuuaretur, non tamen patitur maiorem pœnam quàm aliàs pateretur. Executor ergo per suam tarditatem non diminuit bonum opus quod moriens fieri iussit, sed subtrahit sibi auxilium quod ipsemet præstare poterat si citius ageret, & quia tenetur agere ex quo assumpsit onus faciendi, peccat si tarde agat, licet mortuus ex hoc non lçdatur directe.

An executor testamenti benefaciat tardando distributionem eleemosynarum, vt res defuncti melius vendantur. Quæst. LXXVIII.

QVAERETVR si moriens reliquit in testamento, ꝙ venderentur bona sua, & darentur in eleemosynam: an executor testamenti bene faciat tardando distributionem eleemosynarum, vt res defuncti melius vendantur, & dentur pro eo maiores eleemosynæ, vel potius debeat cito distribuere etiam si res male vendantur. Aliqui dicunt, ꝙ debeat retardare distributionem, quia bene vendendo fient multę eleemosynæ, ex quibus defunctus magis iuuabitur, q̃ si male vendendo paucę eleemosynæ dentur.

Alij dicunt, ꝙ melius est cito dare etiam si pauciores eleemosynæ dentur, quia ex tarditate eleemosynarum sequitur retardatio auxilij, & remedij pro defuncto: melius ergo est cito dare paucum quàm tarde dare multum.

Dicendum secundum quosdam, ꝙ in mora parui temporis non videtur esse magnum periculum: vnde si executor per modicum tempus eleemosynas differat, vt de rebus defuncti melius venditis eleemosynas ampliores dare possit, laudabiliter hoc facit. Si vero econtrario per multum tempus differat dare eleemosynas, & non fiant propter hoc ampliores, nō est hoc absq; culpa, in hoc tamen requiritur prudentia ipsius executoris, vt diligenter considerata dilatione temporis, & conditione personę, quę creditur citius, vel tardius liberanda, & quantitate pœnæ, quæ credit̄ citius, vel tardius finienda, & quantitate augmenti eleemosynarum, quæ esset differendo distributionem ad nō differēdum, videatur quid magis expediat defuncto. Considerandum tamen circa hoc, ꝙ ista qō pendet aliquo modo a præcedenti: nā ꝙ cito fiat distributio eleemosynarum pro defuncto, vel tarde directe nō ꝓdest ei ad minorem pœnam tolerandam, quia æqualis pœna vtroque modo infligitur, citius tamen liberatur a pœna quanto citius remedia adhibentur pro eo, & ideo quantum ad hoc videbatur dicendum indistincte ꝙ melius esset cito dare eleemosynam. Dicendum tamen ꝙ ex hoc, ꝙ est tardari distributionem eleemosynæ non sequitur alia vtilitas, nisi quòd fieri possent eleemosynæ ampliores, hoc tamē potest dupliciter considerari. s. vel quātum ad ipsum defunctū, & directe ad vtilitatem, quæ sequitur ex eleemosyna, vel per accidens quantum ad conditionem recipientium, scilicet, inquantum recipientes magis, aut minus orant pro eo cuius eleemosynam recipiunt. Si primo modo non est maior vtilitas ex eleemosyna ipsi defuncto, quòd tardando res bene vendantur, & magnę eleemosynę inde fiant, vel quòd cito distribuendo paruæ fiant eleemosynæ, quia defunctus dedit ipsas res, quæ venduntur, siue ergo bene siue male vendantur æqualia defunctus dedit, & non differt quantę eleemosynæ postea fiant ex rebus illis, quia meritum in eleemosyna prout a defuncto fuit relicta in testamento, consideratur ex voluntate defuncti in dando, & ex magnitudine rei quam dare voluit, & tamen ista æqualia manent, siue rebus postea bene, vel male venditis magnæ, vel paruæ, eleemosynæ inde fiant: ergo non differt quantum ad defunctum quantum ad meritum, vel vim satisfaciendi quam habere potuit ex istis rebus relictis, quòd tarde vendendo multæ eleemosynæ inde fiant, vel quòd cito vendendo fiant paruæ eleemosynæ, quia istud est omnino per accidens respectu defuncti, & eleemosynæ suæ. Sicut si quis daret aliquid pauperi, quod communiter est parui valoris, & accideret præter cogitationem dantis, quòd illa res multum vale-

F ret in mano pauperis, non est maior ista eleemosyna quàm quantum putauit dare ille, qui eam erogauit, quia quòd postea multum valeret fuit omnino per accidens, & hoc modo accipiendo melius esset indistincte dare eleemosynas cito etiam si sint minores, quàm si tardetur venditio rerum, quia ex tardatione non fit eleemosyna maioris meriti. Et tamen ex acceleratione prouenit vtilitas, quòd citius mortuo succurritur.

Si secundo modo dicendum, quòd per accidens potest esse eleemosyna vtilior, etiam ipsi morienti si tardetur, & fiat maior, quia illi, qui recipiunt eleemosynam pro mortuo obligantur orare pro eo, & quanto
G fuerit maior eleemosyna obligant̄ magis orare, & tñ quāto magis orauerint magis erit remediū defuncto: iō ex magnitudine eleemosynę istius poterit ꝑ accidens esse maior vtilitas ipsi mortuo quàm si cito distribuendo detur minor eleemosyna, & tamen istud est omnino per accidens, quia ꝙ isti magis, vel minus orent non facit eleemosynam esse magis meritoriā, vel satisfactoriam, sed omnino per accidens est ad eleemosynam, quia etiam si isti pauperes nō suscepta eleemosyna orarent pro anima istius, eodem modo adiuuaretur: & suscepta ista eleemosyna si non orauerint pro anima eius non iuuabitur ex eorum orationibus, sed solum ex merito eleemosynæ, vel si data
H parua eleemosyna pauperes recipientes magis orauerint quàm alias data magna eleemosyna orent, magis iuuabitur oratione pauperum ille pro quo datur parua eleemosyna quàm pro quo datur magna, & sic est omnino per accidens ad virtutem eleemosynæ ipsa oratio quam facit pauper recipiens eleemosynam, & secundum hoc poterit esse vtilior eleemosyna maior tardius data, quàm parua cito data, vel ecōtrario: ideo si tarditas pauca est, & consequitur inde, quòd sint eleemosynæ ampliores, videtur, quòd sit melius differre aliquantulum erogationem eleemosynarum quàm immediate dare. Si autem esset tarditas magni temporis, & differentia valoris rerum non expectaretur magna futura, melius esset cito dare eleemosynas
I minores quàm tardando dare maiores.

Sed obijcietur, quòd Hierony. in Epistola ad Paulinum dixit ei, cum esset venditurus facultates suas ad faciendum eleemosynas pauperibus, quòd non moraretur vendendo, vt melius venderet, & haberet maiorem pecuniam ad dandum eleemosynam, quia etiam si ipse non acquireret isto modo magnas eleemosynas dandas pauperibus, habebat Christus vnde aleret pauperes suos, & sic innuit, quòd non est bonum habere curam, quòd res bene vendantur ad dandum plures eleemosynas.

Dicendum, quòd non est idem in morientibus, & in Paulino cui Hierony. loquitur, quia ille erat viuēs, & volebat transire ad statum monachalem, & morabatur hoc facere, vt eleemosynas magnas daret ven-
K dendo res suas bene, dicit autem Hierony. quòd non debet hoc facere, quia melius erat id, quod Paulinus consequebatur cito vendendo etiam si paucam eleemosynam daret, quam si morando in sęculo daret largam eleemosynam, etiam quia euitabat multa inconuenientia, quia poterat impediri propositum diu manendo in sęculo, & sic erat melius Paulino facere cito eleemosynam, vt ista inconuenientia euitaret, vt ostensum est supra quęst. 70. & generaliter est istud in quolibet viuente, qui mutat statum, secus autem de mortuo, quia ex retardatione ista non sequitur ei periculum, sicut in viuente, qui impediri poterat a proposito suo: etiam non potest moriens mereri magis, aut minus per hoc, quòd eleemosynæ istæ, quæ fiunt post eius mortem, fiant citius, vel tardius,

tardius, quia iſta ſunt accidentalia ad meritum ſuum, vt ſupra dictum eſt, poteſt tamen ex iſta magnitudine eleemoſynæ iuuari per accidens, inquantum pauperes percipientes maiores eleemoſynas magis orabũt pro mortuo, ideo ſi ſit mora parui temporis, & differentia augmenti eleemoſynarum ſit magna, bonum eſt morari in faciendo eleemoſynam pro mortuo, vt dictum eſt: maxime quia cum ex tarditate eleemoſynæ non minuatur meritum mortui, debet attendi vtilitas pauperum, & tamen tardando aliquid ad bene vendendum fient eleemoſynæ ampliores, ideo bonum eſt morari aliqualiter ſi eſt mora parua, & magna differentia eleemoſynæ. Ad argumentũ vtriuſq; partis patet ex dictis.

An religioſus exiſtens in clauſtro poſſit exire abſque licentia ſuperioris, vt ſubueniat parentes ſuos.

Quæſt. LXXIX.

QVAERITVR de eleemoſyna, quæ ſit parentibus, ſcilicet ſi religioſus exiſtens in clauſtro, & ſciens in neceſſitate eſſe parentes, vel cognatos: debeat exire ſine licentia Abbatis, vt eis ſubueniat.

Dicunt quidam, quòd ſic, quia parentibus ſubuenire eſt de iure naturali, & de iure diuino, ſcilicet honora patrem tuum. Exo. vigeſimo, ſed naturale, & diuinum ius ſemper manet, & non poteſt ei præiudicari per aliquod votum, ergo non obſtante voto poteſt exire de clauſtro ad ſubueniendum eis.

Alii dicunt, quòd non poteſt, quia votum ex neceſſitate eſt implendum, ſed iſte ex quo vouit religionem vouit prælato obedire: ergo tenetur non exire clauſtrum ſine licentia eius ad ſubueniendum parentibus.

Dicendum, quòd ſecus eſt de eo qui iam profeſſus eſt religionem, & de eo qui nondum fuit ingreſſus, ſed vult ingredi, nam qui vult ingredi ſi videat parentes in neceſſitate, & non poſſit eis ſuccurri per alium, quam per ipſum non debet occaſione religionis eos deſerere, ſed potius differre ingreſſum, & manere cũ eis, ad hoc facit. 30. diſtinction. capit. ſi qui filii, ſcilicet ſi qui filii parentes occaſione Dei cultus deſeruerint hoc iuſtum eſſe iudicantes, & non potius honorem debitum eis reddiderint anathema ſit, & tamen occaſione cultus Dei parentes deſerit, qui vt intret religionem illos deſinit alere, & ſuccurrere in neceſſariis: hoc autem eſt quando parentes non haberent vnde viuerent, & affligerentur valde ex inopia, niſi filius eis prouideret, vtpote quia eſſent pauperes, & ſenes: ſecus autem ſi viuere poſſent filio tranſeunte ad religionem, & tamen eſſet eis anguſtia, & afflictio ſpiritus ex deſiderio filii, quia tunc non deberet filius expectare, vt parentes morerentur, & poſtea tranſiret ad religionem: ne viuentibus hanc afflictionem faceret, ſic Chriſtus innuit Lucæ nono capitulo, vbi dixit cuidam ſequere me, & ille ait domine permitte mihi primum ire, & ſepelire patrem meum, & Chriſtus dixit ſine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu autem vade, & annuncia regnum Dei. Si autem ſit iam religionem profeſſus, aut parentes egent in extrema neceſſitate, aut citra illã. Si in extrema aut per alium poteſt illis prouidere, aut non: ſi non poteſt, debet petere licentiam a prælato, vt exeat, & ſubueniat illis, & hoc eſt quãdo parẽtes ſunt ibi in propinquo, quia extrema neceſſitas non durat longo tempore, ſed pauco, & non poteſt quis longe ire ad ſubueniendũ alicui in neceſſitate extrema, ſi ergo licentiam obtineat prouidebit eis per ſeipſum.

Si vero non obtineat videtur, quòd inuito prælato A exire poſſit, quia hoc eſt extrema neceſſitas, & tamen pauperi exiſtẽti in extrema neceſſitate poteſt monachus ſubuenire etiam prohibente Abbate, vt oſtenſum eſt ſupra quæſtione ſexageſima, a fortiori autem cum iſti ſint parentes, quibus maxime tenemur ad benefaciẽdum, plus quam cæteris pauperibus, octuageſima ſexta diſtinctione, capitulo non ſatis, ſiue capitulo eſt etiam, & capitulo nec tãnim, etiam quia ſubuenire in neceſſitate extrema, aliquibus prope poſitis non præſtat impedimentum magnum vacationi religionis, ideo poterit monachus hoc facere Abbate inuito. ſi autem non ſit extrema neceſſitas, ſed magna, & tamen citra extremam, vtpote quia cogentur pauperem vitam ducere, & mendicare, niſi ſubue-
B niatur eis, & tunc aut poteſt per alios ſubuenire, aut non, ſi poteſt per alios non debet monachus exire clauſtrum, maxime quia talis ſubuentio requirit magnum tempus, & valde impediretur monachus a conuerſatione monachali: ſi autem non poteſt per alios commode ſubueniri, ſcilicet quia forte, nemo vult ſubuenire illis, tenetur monachus ſi poteſt habere licentiam exire ad ſubueniendum eis, ſi autem nõ poteſt licentiam obtinere, non debet exire, ſed potius permittere eos mendicare, & viuere in paupertate, & non eſt inconueniens, quòd ex voto obligetur ad hoc, quia votum obligat multum determinate, vnde quando quis ex voto, vel ex pacto agit aliquid, quod eſt minus bonum impeditur facere, quod eſt maius
C bonum, vt qui matrimonium contraxit impeditur ſeruare continentiam perpetuam, quia non poteſt hoc facere ſine vxoris licentia, 1. Corin. 7. & tamen melius eſt ſeruare continentiã, quã reddere debitum coniugale, & tamen quia matrimonium contractum eſt pactum quoddam obligat contra maius bonum, ſcilicet contra obſeruationem caſtitatis, econtrario autem fiet a fortiori, quòd quando quis ex voto tenetur ad maiora bona impediatur a minoribus: habere tamen vitam monachalem eſt perfectius, quam manere in ſęculo, & ſubuenire parentibus, ideo cum ex voto ſe quis obligauerit ad ſtatum monachalem nõ poterit ſine licentia Abbatis exire ad ſubueniendum parentibus, quia eſt iſtud contra obſeruationem
D voti.

Sed circa iſtam quæſtionem adhuc manet dubiũ, quomodo poteſt ex voto cauſari obligatio per quam tollatur obligatio prior quæ erat de iure naturali, & hoc declarabitur infra octauo capitulo, quæſtione ſexageſima ſeptima.

Ad argumentum in contrarium dicendum, quòd parentibus ſubuenire tenemur ex iure diuino, & etiã obſeruare vota tenemur ex diuino iure, ſcilicet vouite, & reddite. ſubuentio autem parentum non obligat ad omne tempus, ſed tempore quo ſunt parentes in neceſſitate, & quia non ſunt ſemper in neceſſitate poteſt licite emitti votum per quod impediatur quis a ſubuentione parentum, cum non ſit inconueniens
E impediri minus bonum per maius, cum etiam econtrario fiat interdum, ideo tolletur obligatio ſubueniendi parentibus per iſtud votum, licet non directe tollatur, quia poterat monachus habere licentiam, & ire ad ſubueniendum parentibus, quia non repugnat hoc ſtatui monachali, ſi tamen Abbas noluerit concedere illam, non licet exire clauſtrum, ſi tamen parentes eſſent actualiter in neceſſitate, antequam iſte voueret religionem, non liceret ei tunc vouere, vel intrare, quia licet perfectius ſit monachaliter viuere, quam parentibus ſubuenire, eſt tamen magis neceſſarium ſubuenire parentibus exiſtente caſu.

An licitum sit accipere eleemosynam de vsuris, Quæst. LXXX.

QVAERETVR si sit aliquis, qui nihil possideat, nisi de vsuris acquisitum, an liceat alicui accipere ab eo eleemosynam. Dicendum, quòd aut vsurarius dat pauperi aliquam rem, quam acquisiuit ex vsura, & non est pecunia, aut dat ei pecuniam. Si primo modo non licet pauperi recipere talem eleemosynam, eo quòd illa res est manifeste vsuraria, & si illam accipiat, tenetur restituere vsurario, vel ei cuius est, istud est si vsurarius recipiat ab aliquo nomine vsuratum rem aliquam suam mobilem, vel immobilem, quæ non sit pecunia, vt si mutuauit quis alteri centum vsque ad certum tempus, vt tunc daret ei illa centum, & insuper vnum equum, vel aliquid simile, tunc ille equus est vsurarius, & non potest dari in eleemosynam, quia illum met tenetur vsurarius restituere ei a quo accepit, & consequenter pauper si acceperit, tenetur restituere.

De pecunia non est sic, quia non tenetur vsurarius restituere eandem pecuniam, quam recepit ex vsuris, sed dando quamcunque aliam sufficit, quia in pecunia non est nisi valor, & ideo quæcunque alia data poterit esse eiusdem valoris, etiam quia non est facile cognoscere, quam pecuniã accepit vsurarius ab isto, vel ab illo, quia omnes pecuniæ sunt inter se similes, cum habeant eandem figuram, & quantitatem.

Secus autem est in domo, & equo, & veste, & similibus, quia de istis potest cognosci, a quo quis susceperit illa, ideo quando quis ab vsurario suscepit rem aliquam acquisitam ex vsura, quæ non est pecunia, tenetur restituere eandem vsurario, vel ei a quo recepit vsurarius, siue vsurarius nihil habeat nisi acquisitum ex vsuris, siue habeat aliquid aliud. si sit pecunia dicendum, quòd aut vsurarius habet aliquid, quod non acquisiuit ex vsuris, aut nihil habet quòd non prouenerit ex vsura, si habet aliquid sine vsura acquisitum, potest eleemosynam dare, & pauperi licebit recipere, quia semper intelligitur dare de eo, quòd licite dare põt etiam si pecunia data pauperi, fuerit realiter habita ex vsuris, cum non teneatur vsurarius restituere eandem pecuniam quam accepit. si autem nihil habet vsurarius, nisi acquisitum ex vsura, aut hoc constat pauperi, aut non, si non constat potest licite eleemosynam accipere, quia non agit contra conscientiam, cum potius præsumere debeat, quòd ille, qui propter Deum dat non det, nisi id quod licite dare potest. ipsi tamen vsurario non licet eleemosynam dare, quando scit se nihil habere, nisi de vsuris, cum omnia sua sint obligata eis, a quibus extorsit. Si autẽ pauper sciebat, ꝙ dans eleemosynam nihil habebat, nisi ex vsuris, aut hoc sciebat asserente illud vsurario, aut referente aliquo alio, vel per aliquam coniecturã: si asserente vsurario, vtpote quia qñ pauper petit eleemosynã ab vsurario, rñdet vsurarius, ꝙ pecunia, quam habet est de vsuris, sicut frequenter accidit, ꝙ vsurarius dicit pauperi, libenter dabo tibi eleemosynã, sed vide si vis accipere, quia de vsura est, non debet tunc pauper recipere eleemosynã, quia eo ipso ꝙ vsurarius dicit pecuniam illam esse de vsuris vr̃ dare eam hoc pacto, quòd transeat cum onere suo, & ꝙ recipiens teneatur ad restitutionem eius, tanquàm ad restitutionem rei vsurariæ. Si autem pauper sciat vsurarium nihil habere, nisi de vsura non asserente eo, sed referente alio, vel per aliquam coniecturam, & vsurarius libere det, non faciens mentionem aliquam de vsuris, non videtur ꝙ pauper teneatur formare conscientiam de hoc, sed posset secure recipere: quod patet primo, quia non est pauper isto modo certus, quòd vsurarius nihil ha-

F beat, nisi de vsuris. Secundo, quia licet ita esset, poterat esse, quòd vsurarius esset executor alicuius testamenti, vel loco alterius, cuius pecuniam acceperat administrandam ad dandum pauperibus, & daret nunc eleemosynam, & ita non dabat de proprio, sed de alieno, vnde licet ista pecunia quam daret, esset vere acquisita de vsura, posset licite recipi, vel etiam si non haberet pecuniam, nisi de vsuris poterat esse, quòd habeat aliquam pecuniam sic acquisitam, de qua nesciat cui debeat dare, & illam pauperibus tenebitur dare, & sic poterit licite dari: & recipi etiam quia ex eo, quòd vsurarius dat libere eleemosynam, non faciens mentionem de pecunia vsuraria, pauper oportet potius putare non esse vsurariam, quia non

G est verisimile, quòd in opus pium vellet vsurarius inutiliter expendere, & manere obligatus ad restitutionem, pauper ergo non tenetur formare conscientiam super hoc, nisi postea constaret, quòd erat ista pecunia vsuraria, quia tunc pauper tenetur restituere ipsi vsurario, vel ei a quo recepit vsurarius, de his tangit Aegi. quoli. 2. quæstio. 26.

Et cum oratis non eritis, sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedem suam. Tu autem cum ora-

H ueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.

Et cum oratis. Supra positum est de operibus misericordiæ, hic autem consequenter Christus excludit modum indebitum circa actum latriæ, qui est orare: nam licet sint multi actus latriæ, ista est communior: vnde quod de oratione dicitur, de cæteris actibus latriæ intelligendum est, & ponuntur duo: quia primo excluditur modus orandi indebitus. secundo ponitur modus orandi debitus ibi. *Sic ergo*

I *vos orabitis.* Prima in duas, quia primo ab actu orandi excluditur intentio inanis gloriæ. secundo excluditur quidam Gentilium error ibi. *Orantes. autem.* Circa primum dicitur.

Et cum oratis. De cæteris actibus latriæ intelligitur idem, quia nullus eorum debet fieri propter inanem gloriam, sed solum propter Deum, cum latria sit virtus, qua impendimus Deo famulatum, vel obsequium sibi soli debitum, & tamen magis applicatur orationi, quàm cæteris, quia dare decimas, & primitias, & oblationes, & sacrificia offerre ad latriam pertinet, & tamen non possunt ista fieri, nisi in publico, orationem autem Christus suadet fieri in cubiculo clauso, & tamen quantum ad hoc,

K quòd nihil istorum debeat fieri propter inanem gloriam, ita conuenit cæteris, sicut orationi, immo, & omnibus actibus bonis, etiam si non sint secundum se actus latriæ, vt est eleemosynam dare hoc competit, quòd non fiant propter inanem gloriam, sicut Christus docuit, supra in litera, & cum competat hoc omnibus actibus bonis, maxime tamen competit actibus latriæ, quia cum actus latriæ sint secundum se propter Deum, magis repugnat eis fieri propter inanem gloriam, quàm cæteris actibus. *Non eritis sicut hypocritæ.* Hypocritæ mali sunt, & boni videri desiderant, & ideo nihil faciunt, nisi ad gloriam hominum, & sic quando videri non possunt opera eorum, nullum bonum faciunt, sed malum,

sicut

sicut in corde habent, sic dicitur infra 23. Omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. *Qui amant in synagogis.* Idest, Volunt orare potius in synagogis, quam in alijs locis, eo quòd synagoga est locus communis, ad quem Iudæi conueniunt, & ibi videri poterat hypocrita ab omnibus, & accipere laudem humanam, quam optabat. *Et in angulis platearum stantes orare.* Vocantur anguli platearum concursus viarum, vbi viæ per transuersum se intersecant, & efficitur quadriuium, vt dicit glo. & talis locus etiam est communis, quia propter viarum concursum, multi sunt semper manentes, vel transeuntes in locis illis, & sic hypocritæ poterant ibi videri orantes, sicut in synagogis, vnde quando Iudæi erant idolatræ, in angulis platearum ponebant altaria idolorum, & ibi faciebant sacrificia, vt fuit tempore Achaz, & aliorum Regum, secundo Paralipomenon 28. & quarto Regum 23. & Ieremiæ 44. Scilicet, Quia anguli platearum erant loca communia, ad quæ fiebat concursus, & ita poterant ibi coli idola. *Vt videantur ab hominibus.* Idest, Vt videantur, & laudentur, quia iste est finis hypocritarum, & propter hoc Christus increpat eos: nam si in publico agerent, & laudes humanas non quærerent, non essent increpabiles, sed quia quærunt eas increpantur. *Amen dico vobis.* Modus affirmandi est, vel iurandi, idest, sub certitudine dico: Receperunt mercedem suam, idest, illam quam desiderabant, quasi dicat, licet pro isto bono opere orationis, alia retributio maior competeret, quàm humana laus, quia tamen isti non desiderauerunt alia, nisi laudem, ista est merces sua, & istam receperunt, quia orando in publico, laudati sunt ab hominibus, vel dicitur, receperunt mercedem suam, idest, illam, quam pro isto opere habituri erant, quia pro quolibet bono opere competit aliqua merces, & quia orare bonum est, debebatur istis merces, sed humanas laudes quærendo, mercedem acceperunt, quia nulla manet eis merces post hoc, vnde licet non consequantur laudes humanas, sed potius vituperennt, tanquàm hypocritæ iam receperunt mercedem suã, idest, non sunt habituri aliam cum istam desiderauerunt, sic dicit Chrysostomus in homilia: Receperunt mercedem suam, quia Deus retributionem, quæ est ab ipso tribuere vellet, illi autem eam, quæ est ab hominibus, vsurpant.

Tu autem. Hic ponitur conueniens orandi modus, quantum ad locum, ita vt non sit locus inanis gloriæ, ideo quòd fiat in occulto, vbi non est occasio glorian di. *Tu autem cum oraueris.* Idest, Tu qui non vis esse hypocrita, sed recipere Dei retributionem, quando oraueris, orabis vt sequitur. *Intra cubiculum tuum.* Per cubiculum significatur locus secretus, quia Christus non vult auferre occasionem orandi propter inanem gloriam, & quia ista gloria quæritur ab hominibus, vbi non sunt homines, nõ est occasio agendi propter inanem gloriam, & hoc est cum in occulto oramus, vel aliud bonum agimus. *Et clauso ostio tuo.* Hoc dicitur ad maiorem cautelam contra inanem gloriam, quia si quis intra cubiculum suum oraret, non clauso cubiculo, posset a casu intrare quisquam qui orantem ibi conspiceret, & tunc esset maior causa inanis gloriæ, inquantum maior laus humana ex hoc sequeretur, quia illa quæ in occulto sunt, putantur maiora esse, quàm sint, ideo licet iste pauca bona in occulto ageret, putaretur multa agere, quia in occulto agebat, & humanas laudes non quærebat, & sic cum quis fugeret inanem gloriam, sequeretur occasio maioris inanis gloriæ. debet ergo claudi ostium, vt nemo possit intrare, & orantem conspicere, & sic nulla sequeretur inanis gloria, vel potest hoc fieri, vt orans

A non impediatur orare. An vero sic orare teneamur, vel an in publico orare liceat, infra dicetur q. 89. & 90. *Ora patrem tuum.* Scilicet, Deum, qui vocatur pater noster cœlestis, supra in litera, & præcedenti cap. *Et pater tuus qui videt in abscondito.* Metaphora est: nam Deus vere non videt in abscondito, nec in manifesto, cum non habeat oculos, nec potentiam visiuam, cum non sit animal, sed dicitur videre, idest, cognoscere, vel intelligere. & quia Deus intelligit quidquid fit, vbicunque fiat, dicitur videre omnia, siue in manifesto, siue in abscondito, ad Hebr. 4. Omnia nuda sunt, & aperta oculis eius, nec est ei inuisibilis vlla creatura, & dicitur hoc propter quosdam simplices, qui putabant Deum non cognoscere omnia, & ideo
B volebant bona opera sua, videntibus hominibus facere, vt haberent testes operum suorum coram Deo, vt possent petere retributionem, Christus autem dicit, quòd Deus videt in abscondito, idest, cognoscit abscondita, & ideo non est opus, quòd afferamus ei testes operum nostrorum, quia nouit, quid nos fecerimus. *Reddet tibi.* Idest, Retribuet in vita æterna, quæ est abundantior merces, quàm humana gloria, quæ est quoddam bonum fragile, & debile: nam inane est nihil verum continens, licet putetur aliquid esse.

Orantes autem nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt. Putant enim, quòd in
C multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater vester, quid opus sit vobis, antequàm petatis eum.

Orantes autem. Hic excluditur error Gentilium circa orationem, quam prolixam faciebant, Christus autem cum supra nos instruxerit de fine orationis, & loco, instruit hic de modo orationis, quantum ad breuitatem, & prolixitatem, dicens. *Orantes autem nolite multum loqui.* Potest intelligi, idest, non petatis multa, sed pauca: nam vnum solum est necessarium, scilicet, vita æterna, si autem homo vult petere multa, oportet quòd petat aliqua, quæ sunt temporalia, vel quæ sunt aliquo modo spiritualia,

Quõ intelligitur nolite multum loqui.

D & tamen non est certum, an illa habere sit homini bonum, quia est via, quæ videtur homini bona, & extrema eius ducunt ad mortem, Prouerbiorum decimoquarto. Ideo si homo vult non errare in his, quæ petit, oportet pauca petere, quia pauca sunt, quæ absolute petenda sunt, & huic sensui consonat litera sequens, scilicet, scit enim pater vester, quid opus sit vobis, quasi dicat, vos nescitis in multis, an bona, vel mala sint, Deus autem scit quid vobis bonum sit, ideo non expedit, quòd multa determinate petatis. Alio modo potest intelligi, nolite multum loqui, scilicet, quasi per hoc putetis Deum instruere de eo, quod vultis, quòd ipse aliàs non intelligeret, quia iste est error: nam Deus nouit quid nos
E velimus, antequàm loquamur, ideo nõ oportet multis verbis vti ad hoc, quòd ipse nos intelligat, & etiam huic sensui consonat litera sequens, scilicet, scit pater vester, quid opus sit vobis, antequàm petatis eum, quasi dicat, cum sciat, non oportet multis verbis vti ad notificandum ei. Tertio modo potest intelligi, quòd aliqui vtuntur multis verbis in oratione, non quidem, vt Deo notificẽt aliquid, sed vt per hoc eum magis inclinent ad concedendum, quod petunt, & ẽt hoc non est conueniens, q̃a Deus verbis nostris non mouetur, & ideo satis nobis est intentionem nostram verbis aliquibus exprimere, & nõ oportet multis vti, quia potestas eloquẽtiæ apud Deũ nihil efficit, licet apud homines multũ faciat, & iste etiam sensus

ſatis conuenit literæ, & etiam duo præcedentes ſatis conueniunt. *Sicut ethnici faciunt*: Ideſt, Gentiles, qui prolixas orationes faciebant. *Putant enim, quòd in multiloquio ſuo exaudiantur.* Iſte erat error Gentilium, quia putabant, quòd propter multitudinem verborum exaudirentur, & alias non, iſtud tamen falſum eſt, & poteſt referri ad duos ſenſus immediate poſitos, ſcilicet, quòd putarent, quòd Deus non intelligebat, quæ dicebãtur, niſi multa verba dicerentur, vel quòd licet intelligeret, non flectebatur ad concedendum, quòd petebatur, niſi per multitudinem verborum, & iſte ſenſus conuenit magis iſti particulæ, ſcilicet, putant ſe in multiloquio ſuo exaudiri, quia non dixit putant, quòd per multiloquium intelligantur, ſed quòd per multiloquium exaudiantur, & tamen vtrunque conuenit. *Nolite ergo aſſimilari eis.* Ideſt, Quia errant nolite ſimiles eſſe eis in errore multiloquij, dicit enim Auguſt. lib. de ſermone Domini in mõte, quòd omne multiloquium a Gentilibus venit, qui exercendæ linguæ, potius quàm mundando animo operam dant, & hoc ſtudij genus etiam ad Deum prece flectendum transferre conantur. *Scit enim pater veſter quid opus ſit vobis, antequàm petatis eum.* Iſta eſt cauſa, quare non debeamus vti lõga oratione, ſcilicet, quia Deus nouit id, quod nos petimus, etiam antequàm petamus, ideo non oportet multis verbis vti erga eum, cum verba ſint ad notificandum conceptum mentis.

Quid ſit oratio, & ad quam potentiam animæ pertineat. Et quòd homo differt ab alijs animalibus in duobus: Demum quomodo oratio tendit in Deum dupliciter.

Quæſt. LXXXI.

De oratione multa dubia ſunt, nunc tamen pauca tangentur ſolum ad expoſitionem literæ: nam de oratione quantum ad ſe, & plurima dubia quæ continet, tam in orationibus Gentilium, quàm in orationibus veteris Teſtamenti, & noui, & in horis canonicis, dictum eſt late in libro noſtro de oratione, & quia longa eſſet diſcuſſio omnium iſtorum, quæ per ſe libellum vnum exigunt, hic ſolum de illis, quæ litera tangit, aliquid dicetur, & primo quid ſit oratio, & ad quam potentiam animæ pertineat orationem facere.

Dicunt quidam, quòd ad partem affectiuam, vel appetitiuam pertinet, ſcilicet, ad appetitum inferiorem, vel ſuperiorem. Nam Auguſt. dicit orationem dicens: oratio eſt pius affectus mentis in Deum directus, ergo ad affectiuam pertinet.

Item quia Hugo. de Sancto Victo. dicit, quòd oratio eſt deuotio quædam ex compunctione procedens, deuotio tamen pertinet ad affectum, ergo etiam oratio.

Item quia imperium, & oratio non differunt, niſi per habitudinem ſuperioris, & inferioris, quia imperium fit ad inferiorem, oratio autem ad ſuperiorem, ergo ad eandem potentiam pertinet imperium, & oratio, cum eſſe ſuperiorem, & inferiorem, ſit aliquid extrinſecum ad actum iſtum, & tamen imperium pertinet ad voluntatem, ergo etiam oratio.

Item oratio exterior indicat deſiderium orantis, ſed oratio interior eſt, quæ per exteriorem innoteſcit, ergo oratio interior nihil aliud eſt, quàm deſiderium interius, & ſic pertinet ad affectum.

Item quia ad orationem pertinet exaudiri, deſiderium tamen eſt, quòd exauditur Pſal. 9. deſiderium pauperum exaudiuit Dominus, & tamen deſiderium eſt partis affectiuę.

Item Dionyſius lib. de diuinis nominibus, cap. 7.

F dicit ante omnia ab oratione incipere eſt vtile ſicut Deo nos ipſos tradentes, vnio tamen hominis ad Deũ eſt per amorem, qui pertinet ad appetitum, ergo oratio eſt in appetitu.

Item ſi non eſſet oratio in appetitu eſſet in intellectu: Et tamen non eſt in eo, quia tres ſunt operationes eius, vt dicitur in tertio de Anima, vna eſt indiuiſibilium, ideſt ſimplicium intelligentia, per quam apprehendimus de vnoquoque quid eſt.

Secunda eſt compoſitio, & diuiſio per quam apprehenditur de re, quòd eſt, vel non eſt. Tertio eſt ratiocinari, ideſt, procedere de notis ad ignota: oratio tamen non pertinet ad aliquam iſtarum operationum, ergo non eſt ipſius intellectus, & conſequenter

G erit operatio voluntatis.

Dicendum, quòd oratio non eſt actus voluntatis, ſed intellectus, vel rationis, eſt autem ratio duplex, ſcilicet ſpeculatiua, & practica. pertinet autem oratio ad rationem practicam. Pro quo ſciendum, quòd ſicut dicit Caſſiodo. oratio dicitur quaſi oris ratio, vnde ex ſuo nomine ſignificat oratio quandam expreſſionem alicuius actus rationis factam per officium oris: habet autem ratio duos actus, ſecundum quòd eſt ſpeculatiua. Primus eſt componere, & diuidere, & iſte actus pertinet ad orationem quam dialectici accipiunt, & ita Ariſt. deſcribit orationẽ primo perihermenias. Secundus actus eſt diſcurrere de vno ad aliud cauſa notificandi, & ideo procedimus de notis ad ignota, & hoc

H modo dicitur oratio apud Rhetoricos, quia ſermones Rhetorici, qui vocantur conciones, & continent in ſe argumentationes multas factas ad ſuadendum, dicuntur orationes, & ibi non eſt vnica compoſitio, vel diuiſio ſicut in oratione dialectica, ſed totum, quòd dicitur ad ſuadendum aliquid etiam ſi longum ſit, vocatur vna oratio, & hoc modo Rhetorici vocantur oratores ab iſtis orationibus, ideſt, concionibus, quas faciunt. Et quia rationes iſtæ, licet inueniantur in genere demonſtratiuo, & deliberatiuo, inueniuntur potius in genere iudiciali, quæ ſunt tria genera circa quæ verſatur orator, vt patet per Ariſtot. primo Rhetoricorum dicuntur ea, quæ in iudicijs fiunt, inquantum aliquid a iudice petimus poſtulationes, & tamen

I poſtulatio, & oratio idem ſunt, ideo ex hoc tranſlatum eſt hoc nomen oratio, etiam ad ſignificandum petitionem quam aliquis facit Deo, quia ſicut ea, quæ in iudicio petuntur, vocantur poſtulationes, vel orationes, inquantum iudex a quo petimus, habet curam de actibus noſtris, quòd iuſte fiant, ita a Deo petimus, velut a quodam domino, & iudice, qui habet curam, & generalem prouidentiam de omnibus actibus noſtris, & ſecundum hoc diffinit Damaſcenus orationem dicens, quòd oratio eſt petitio decentium a Deo, ſic enim loquimur hic de oratione. & ideo cuius potentiæ actus fuerit petere eius erit actus orare; pro quo ſciendum, quòd homo differt ab alijs animalibus, quantum ad virtutem motiuam in duobus, ſci-

K licet, quia alia animalia habent determinata volita, & concupita, quæ natura illis determinat, homini autem non determinat natura omnia volita, & concupita, ideſt, quòd velle debet, & concupiſcere, & hoc eſt primum.

Secundo differunt quantum ad perſecutionem voliti, & concupiti, quia cætera animalia habent determinatas vias, & inſtrumenta, quibus expleant ſua deſideria, & ideo quàm cito eſt in eis motus deſiderij, tam cito applicant membra ad actum, niſi ſit aliquid prohibens per violentiam, homo autem non habet inſtrumenta determinata ad actum, vel vias agendi, ſed ratio ſubuenit ei in iſtis duobus, iſtud tangit Ariſtot. primo Politicorum dicens, quòd beſtiæ natura-

liter

liter habent arma, homo autem non habens arma, nascitur prudentiæ, & iustitiæ, idest, nascitur ad hoc, quòd regatur per prudentiam, & iustitiam. subuenit ergo ratio homini in istis duobus. Primo, quia inquirit quid sit homini proprium, & determinatum bonum, quòd desiderari oporteat, etiam determinat instrumenta, & vias in persecutionem rei desideratæ. Et sic licet in homine sit desiderium determinatum alicuius rei, non sequitur immediate operatio, sicut in bestijs, quæ se immediate applicant rei desideratæ, & hoc quia natura determinat illis instrumenta, quibus operentur ad consequendum delectabile, homini autem licet aliquando sit determinatum desiderium, nondum habet determinata instrumenta, nec viam prosecutionis, ideo oportet adhuc morari, antequàm perueniat in rem desideratam, propter hoc autem actus rationis in nobis præcedit actum voluntatis, & etiam subsequitur eum: præcedit quidem ad inueniendum per consilium, quid debeat per voluntatem eligi, & tunc cum voluntas illud elegerit, sequitur actus rationis, determinando per imperium cuilibet instrumento quid ei oporteat facere, & sic ratio imperat instrumentis, ordinando ea ad illam rem desideratam, vt eam consequamur, sicut iubens exterius in verbis, exprimit istum modum imperandi. instrumenta autem quæ ratio applicat per imperium ad prosecutionem, vel consecutionem rei desideratę, non solum sunt vires animæ, & membra corporis, sed etiam exteriores homines, quia per amicos facimus, quod nos facere dicimur, vt patet tertio Ethicorum, sed exteriores homines, vt amici non sunt in potestate nostra, sicut sunt membra corporis, & vires animæ, & ideo applicatio prædicta eorum, qui sunt extra nos ad consecutionem rei desideratæ, quandoq; dicitur imperium, vel præceptum, scilicet, quando sunt illi in potestate nostra, per quos hoc fieri debet, quandoque dicitur petitio, quando non sunt in potestate nostra, quasi subiecti nobis, siue sint æquales, siue non. Et dicitur specialiter deprecatio si sunt maiores nobis, vel respicimus eos, tanquàm maiores, inquantũ nihil nobis debent. Et ad hoc, quòd condescendant nobis, oportet quòd subijciamus nos eis aliquo modo, & sic est deprecatio, sicut ad maiores, & sic patet, quòd imperium, & petitio, & deprecatio, est actus rationis, vt patet per Philosophum primo Ethicorum, circa finem, scilicet, ratio deprecatur ad optima. Et sic apparet, quòd cum oratio sit petitio, vt dictum est, erit oratio actus rationis applicantis desiderium voluntatis ad eum, qui est non sub potestate nostra, sed supra nos, scilicet, ad Deum, & ideo non est oratio ipsum desiderium, sed applicatio desiderij per rationem, idest, quòd ratio inquirit instrumenta ad complendum illud desiderium, & ista inquisitio, inquantum fit a maiori, quia maior est qui adiuuare nos potest, dicitur petitio, vel deprecatio. & ideo diffinitio Damasceni est propria, & comprehendens essentiam orationis, scilicet, oratio est petitio decentium a Deo, & licet multæ aliæ diffinitiones dentur, ista tangit magis proprie rationem, & essentiam orationis.

Dupliciter pōt dirigi affectus mentis in Deum.

Ad primum dicendum, quòd oratio non est affectus mentis directus in Deum, sed est ipsa directio affectus, dirigere tamen affectum mentis in Deum stat dupliciter. Vno modo sicut in obiectum, & hoc modo affectus directus in Deum est amor, & est actus potentię appetitiuę. & sic nõ pertinet ad orationem, quia qui amat sic affectum dirigit, nec intelligitur sic diffinitio August. Alio modo dirigitur affectus mentis in Deum tanquam in illum a quo velut a causa efficiente explendus est, & hanc directionem non fa-

A cit voluntas, sed ratio dirigendo affectum in Deum, idest, ostendendo ei desiderium nostrum, & petendo quòd illud compleat, & illa petitio, vt compleatur desideriũ est ipsa oratio, & hoc pertinet ad solam rationem practicam, quia ordinare pertinet ad intellectum inquantum est practicus, inquantum autem est speculatiuus non pertinet ad eum nisi apprehendere, & iudicare, non tamen agere, ordinare tamen in finem pertinet ad actionem, quia est ad consequẽdum aliquid, & hoc est intellectus practici, qui ad operationem ordinatur, diffinitio autẽ ista orationis est materialis, scilicet, oratio est affectus directus in Deũ, idest est directio affectus sicut si dicatur ira est sanguis accensus circa cor, est enim diffinitio materialis, &

B naturalis primo de Anima: nam siquis formalem, & dialecticam diffinitionem dare velit, dicere debet, quòd ira est appetitus vindictę ex accensione sanguinis circa cor, & sic prima The. 5. in Glo. dicitur, quòd oratio est desiderium boni, idest, ipsa res orata: nam id, quod oramus est, quòd desiderium bonum nostrum compleatur.

Ad secundum dicẽdum, quòd oratio non est proprie deuotio, sed est petitio, & tamen sicut in petitione exteriori, idest, vocali accipitur petitio dupliciter. Vno modo proprie, vt cum dicitur da mihi hoc, vel illud, & sic ista verba dicuntur petitio. Alio modo accipitur interpretatiue petitio, vt siquis alteri manum porrigat, vel ei necessitates suas exponat, dicitur

C petere, quia per hoc significatur petere, & tamen nõ vere petit, ita petitio interior siue oratio, quæ ad Deũ fit, proprie, & secundum veritatem est quidam actus rationis quo petimus a Deo compleri desiderium nostrum, vt supra expositum est, large tamen, vel interpretatiue dicitur oratio interior recogitatio necessitatum, & erectio spei in Deum, & indicatio desiderij, & humiliatio spiritus, omnia hęc ostendunt hominem orare, licet ipsa non sint realiter orationes, & sic deuotio est interpretatiua oratio sicut porrigere manum est interpretatiua petitio, & tamen proprie non est oratio nisi petitio decentium a Deo, vt dictum est.

Ad tertium dicendum, quòd ad quem pertinet

D imperare pertinet etiam orare, & tamen voluntas non proprie imperat, sed ratio: ideo orare pertinet ad rationem.

Pro quo sciendum, quòd ille, qui petit, aut imperat, aut deprecatur aduocat aliquem ad finem suum ad consecutionem, vel persecutionem illius, aduocare autem taliter non pertinet ad voluntatem, quia voluntas simpliciter, & absolute fertur in obiectum suum tanquam amans illud. Aduocare autem aliquid ad finem est ordinare in finem, quod dicit quãdam relationem, & hoc solius rationis est, quia ipsa ordinat, cum sapientis sit ordinare, & tamen sapiens dicitur secundum intellectum, & non secundum voluntatem, & sic proprie loquendo imperium non est

E voluntatis, sed rationis, & cum imperium sit quędam ordinatio alicuius ad finem quem intẽdit imperans, dicitur tamen voluntas imperatiua, vel imperare, & hoc dupliciter. Vno modo per quandam interpretationem, vel æquiualentiam, quia quod imperat alteri mouet illud per imperium suum, & ideo actus animæ ad quem sequitur statim motus dicitur imperium, & quia ad actum voluntatis si sit completus, idest, determinate quis aliquid velit sequitur immediate motus in corporalibus organis, dicitur voluntas imperatiua, & omnes vires appetitiuæ corporales habent istum modum: ideo omnes appetitiuæ vires dicuntur imperatiuæ, vel imperantes motum.

Alio modo dicitur voluntas imperatiua inquan-

tum

tum principium imperij est in voluntate, quia imperare alicui est aduocare illum ad finem suum, & sic imperium præsupponit appetitum finis, & est quædam prosecutio illius, & hoc modo magis pprie voluntas dicitur imperatiua quàm modo præcedenti, quia sequi motū ad actum voluntaris in organis corporalibus commune est voluntati, & omnibus virtutibus appetitiuis corporalibus, finis tamen proprie est in quem voluntas tendit; ille enim est simpliciter finis hominis, & non bonum, quod appetunt aliæ vires appetitiuę, quia illæ sunt de quibusdā bonis particularibus, voluntas autem est de bono absolute, & secundum se, idest, quantum ad totam naturam boni, & quantum ad hoc omnes vires humanę diriguntur in bonum illud, quod voluntas appetit, & quantum ad hoc vocamus eam simpliciter imperatiuam inter omnes vires humanas. Hoc modo dicere solemus, q artes, vel habitus, qui sunt circa finem imperant habitibus, vel artibus, quæ sunt circa ea, quæ sunt ad finem, sic equestris imperat frenifactiuæ, & militaris imperat equestri, sic nauigatiua imperat nauifactiuo, vt dicitur primo Ethi. cap. 1. ita ergo voluntas, quia de fine simpliciter, vel de supremo est, scilicet, quia ipsa habet p obiecto id, quod est simpliciter finis omnium aliarum potentiarum, & etiam totius vitæ humanæ, dicitur imperare omnibus potentijs, & hoc inquantum imperium, quòd est proprie actus rationis cum sit quædam ordinatio incipit a voluntate, scilicet, quia illius est finis ad quē ratio ordinat omnia; & respectu voluntatis non vocatur proprie finis, sed obiectum, quia voluntas non ordinatur in obiectum suum, quod dicit habitudinem eorum, quæ sunt ad finem, sed tendit in ipsum simpliciter, & absolute sicut amans in amatum, & sicut color non dicitur esse finis potentiæ visiuę, sed obiectum, ita summum bonum non est finis voluntatis, sed obiectum, sed respectu aliarum potentiarum, & actuum dicitur esse finis, quia aliæ potentiæ nō sunt de bono secundum se, sed per eas ordinatur homo tanquam per instrumēta ad consequendum suum bonum

Ad quartum dicendum, quòd desiderium nō est oratio, & cum dicitur, quòd oratio exterior est signū interioris desiderij. Dicendum, quòd verbum exterius prolatum est signum alicuius rei dupliciter. Vno modo immediate, & sic est signum illius rei ad quam significandam principaliter institutum est, & sic istud nomen ignis significat quoddam elementum. Alio modo mediate, scilicet, quando res ipsa, quæ primo significatur per nomen accipitur, vt signum alterius rei, sicut istud nomen ignis significat charitatem, inquantum elementum ignis habet aptitudinem ad significandum charitatem, & sic oratio vocalis exterior significat immediate actum rationis deprecantis; si oratio exterior proponatur per modum orationis; vt si dicatur Domine da mihi, vt diligam te. dicitur autem si proponatur per modū orationis, quia si teneantur verba materialiter, & recitatiue sicut, qui non orat, sed recitat orationem factam ab alio, nō significat ibi oratio actum orationis deprecantis, sed verba significant seipsa, oratio autem vocalis mediate significat desiderium tanquā principium suū, scilicet, quia immediate significat actum deprecandi, & quia actus deprecādi est a desiderio, significat mediate illud desiderium, & sic oratio potest vocari desiderium boni, vel oratio est quando vota nostra Deo pandimus.

Ad quintum dicendum, quòd oratio exauditur, quæ est petitio, dicitur tamen desiderium exaudiri, inquantum desiderium est causa petendi, & ipsa oratio est interpretatiua, vel significatiua desiderij, vel

F dicitur ad significandum velocitatem exauditionis diuinę, scilicet, quia pauperes etiam si nondum inceperint orare, sed solum, quòd desiderare incipiant, Deus concedit quę ipsi desiderāt, & sic dicitur exaudire desiderium, sic dicitur Isai. 65. & erit antequam clament, & ego exaudiam.

Ad sextum dicendum, quòd voluntas mouet rationem ad suum finem, vnde nihil impedit actum rationis tendere in finem charitatis, qui est Deo vniri mouente voluntate, tendit autem oratio in Deum dupliciter quasi mota a charitate voluntatis. Vno modo ex parte eius, quòd petitur, quia hoc est præcipue in oratione petendum, vt Deo vniamur, iuxta illud Psal. 26. vnam petij a domino, & hanc requirā,
G vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitę meæ. Alio modo ex parte petentis, quia oportet, quòd petens accedat ad eum a quo petit siue loco, sicut homo accedit ad hominem a quo petit, siue mēte sicut accedit ad Deum. dicit ibidem Dionysius, q quando petimus aliquid in orationibus inuocantes Deum reuelata mente assumus ei, & sic dicit Damascenus, quòd oratio est ascensus intellectus in Deum quasi homo eleuetur supra se, & Deo adhæreat.

Ad septimum dicendum, quòd illi tres actus intellectus quos ponit Arist. sunt intellectus speculatiui, oratio autem pertinet ad rationem practicam, inquantum per orationem ordinamus in finem nostrū ea, quæ petimus, & tamen ordinare ad rationem pra-
H cticam pertinet.

An ad aliquam diuinam personam pertineat orare. Quæst. LXXXII.

QVAERETVR ad quem pertinet orare, & primo an pertineat ad aliquam diuinam personā. Dicunt quidam, quòd sic, quia qui potest aliquid accipere potest orare, vt illud accipiat, sed personæ diuinæ accipiunt aliquid, quia filius a patre accipit, & spiritussanctus ab vtroque accipit, ergo filius potest orare ad patrem, & spiritussanctus ad patrem, & filium.

Item Ioan. 16. dicitur ego rogabo patrem, & alium
I paracletum dabit vobis, & hæc sunt verba filij, ergo filius potest orare, & confirmatur, quia ad Hebræ. 5. Dicitur de Christo, quòd preces, & supplicationes Deo obtulit, & exauditus est pro sui reuerentia, exaudiri tamen est proprium orationis.

Item ad Rom. 8. dicitur de spiritusancto, quòd spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus; ergo spiritussanctus orat.

Dicendum, quòd non competit orare alicui diuinæ personæ, quia oportet distinctionē esse inter orantem, & eum ad quem oratur, quia a seipso nullus petit aliquid, oratio autem fit ad Deum non sub ratione personæ, idest, inquantum est pater, vel filius, sed ratione attributorum essentialium, scilicet, inquan-
K tum est bonus, & omnipotens, & sapiens, qui scit facere, quod nos petimus, & potest illud facere, & quia bonus vellet illud facere, personæ tamen diuinæ non distinguūtur in ratione essentiæ nec attributorum essentialium, sed cuilibet personæ competunt omnia simul sicut omnibus tribus, & non est maior perfectio in tribus simul quàm in vnica, quia tota essentia est in qualibet, ergo non potest vna persona diuina orare ad alteram, & etiam, quia orare imperfectionē quandam ostēdit, quia qui orat petit aliquid ab alio, quòd ipse non habet, vel non potest, nulla tamen persona diuina est deficiens, ergo nulla potest orare, etiā si aliqua persona diuina posset orare vtpote, quia deficeret ei aliquid nō potest orare ad aliam personam diuinam,

diuinam, quia omnes sunt æquales, & sic nemo esset ad quem posset orare etiã si deficeret ei aliquid propter, quòd conueniret ei orare, etiam oratio est actus latriæ, est autem latria quædam seruitus ad Deũ, Deo tamen non competit seruire, sed quòd ei seruiatur ab omnibus Psal. 2. seruite domino in timore, ergo non competit Deo orare, istud autem est verum, & digna de Deo concipiendo: secus autem est quantum ad illos, qui non recte de Deò sentiunt, vt qui ponunt distinctionem essentialem in Deo, vel gradus, sicut posuit Arrius, vt ait Aug. li. de hæresibus, vel qui ponũt pluralitatem deorum, sicut pagani, quia isti poterunt ponere Deos orare, & orari. Et sic introducunt poetę Deos minores orare ad summum Deum, scilicet, Iouem, quòd aliquid faciat, & Dij etiam maiores B orant interdum alios Deos quibus potestates speciales competunt pro actibus potestatum suarũ. de primo patet, quia venus introducitur ab Ouidio 9. Metam. petens pro quodam, qui erat de sua progenie, ꝙ daret ei lõgiorem vitam, etiam Venus, & Iuno simul introducuntur a Virgilio 10. Aenei. petentes a Ioue in concilio deorum super bello Troianorum, & Latinorum: nam Iuno petebat pro Latinis, idest, pro rege Rutilorum Turno contra Aeneam Troianorum ducem, Venus autem e contrario petebat. De secũdo patet, qa Iuno introducitur a Virgilio primo Aeneidos petens ab Eolo rege ventorum, quod cõfringeret naues Troianorum in mari, & tamen Iuno erat maior quàm Eolus, quia Iuno erat soror, & vxor Io- C uis quem summum Deum dicebant, quia tamen potestas ventorum soli Eolo competebat orabat Iuno Eolum Deum ventorum, qui minor erat, sic etiam Ouidius secundo Metam. introducit eandem Iunonẽ orantem a Dijs maris ne permittant septentrionem, idest, vrsam mergi in æquore, quia mercede stupri illa sydera in cœlo recepta sunt dicens:

At si vos læsa tangit contemptus alumnæ,
Gurgite cæruleo septem prohibete Triones,
Et sydera cœlo stupri mercede recepta,
Pellite ne sacro tingatur in æquore pellex,

Erat tamen maior Iuno quàm Dij maris, & tñ potestas prohibendi aliquem lauari in mari solum pertinebat ad Deos maris. eodem modo Arrius, qui ponit D filium minorem patre, & spiritum sanctum vtroque minorem concedit, quòd filius oret patrem proprie, & spiritus sanctus vtrunque. istæ tamen sunt insaniæ, quia non sunt plures Dij, sed vnus, & in vnitate deitatis, licet sit suppositorum pluralitas, non tamen est inæqualitas: ideo non potest diuina persona orarẽ alterã. Ad primum dicendum, ꝙ orare non pertinet ad quemcunque accipientem aliquid ab altero, sed ab eo, qui accipit per gratuitam collationem, personę autem diuinæ non accipiunt aliquid per gratuitã collationem, sed per naturalem fęcũditatem, sicut filius in humanis, quia patre gignitur accipit esse ab eo, nõ tamen est ista collatio gratuita quasi ex voluntate patris proueniat, quòd filius accipiat esse ab eo, sed hoc E naturaliter fit, idest, quòd natura est principium istorum, & non voluntas: nam aliquis vellet gignere, qui non gignit, & aliquis nollet gignere accidendo ad fęminam, & gignit, ita in diuinis personis est, quia illud accipere est communicatio naturæ, etiam quia gratuita collatio non fit nisi inter eos, qui præexistunt, personæ tamen diuinæ nihil accipiunt nisi secundũ, quòd producuntur in esse, eis autem productis nihil aduenit nec confertur, & ideo pater, qui a nullo producitur nihil accipit, filius autem, & spiritussanctus, quia producuntur accipiunt aliquid, scilicet, totum quod sunt. Quamquam ergo accipiant aliquid orare non conuenit eis, quia nihil cõfertur eis gratuita col- A latione. Ad secundum dicendum, quòd filius dicit, quòd rogabit patrem, quia filius est Deus, & homo, & sic competit ei orare non ratione personæ, sed ratione naturæ assumptæ secundum quã minor est patre sicut ipse dixit, pater maior me est, quilibet autem minor potest orare maiorem. quod autem dicitur ad Hebræ. 5. intelligitur de Christo secundum, quòd est homo, quòd expressit Apostolus ibi cum dicit, qui in diebus carnis suæ preces, & supplicationes ad eũ, qui posset illum saluum facere a morte cum clamore valido, & lachrymis offerens exauditus est, ergo Christus orauit secundum, quòd poterat liberari a morte, & lachrymas emittere, & clamare: ista tamen competunt ei solum ex infirmitate nostræ carnis assum- B ptæ, ex qua parte in infinitũ est minor Deo, ideo orare sic poterat, vnde dicitur ibi in diebus carnis suæ. idest, dum viuebat in carne mortali inter nos, quasi dicat nunc non competit ei orare, quia nulla re eget, & tamen nõ est inconueniens, quod etiã nunc Christus inquantum homo oret, quia semper inquantum homo est minor Deo, & tamen non oraret pro seipso, quia nulla re iam indiget, sed pro nobis, vt dicetur sequenti quæstione.

Ad tertium dicendum, quòd potest accipi ibi spiritus pro spiritu humano cui bene competit orare, si autem accipiatur pro spiritusancto, dicitur quòd postulat pro nobis, idest, postulare nos facit, vel ad postulandum nos instruit, quia vnctio spiritussancti est quę C docet hominem de omnibus, prima Ioan. 2.

An Sanctis in patria competat orare. Et quare Ecclesia non dicit Christe ora pro nobis. Et an illi, qui existunt in purgatorio, orent pro nobis, cum nec possint mereri nec demereri. Et siquis est deuotus ad plures Sanctos, ille cui se deuotius recommendat, magis etiam pro eo impetrat, licet sic minor.

Quæst. LXXXIII.

QVAERETVR an sanctis in patria competat orare, dicunt quidam, quòd non competit, quia ipsi sunt conformes Christo inquantum est homo, sed Christo inquantum est homo nunc nõ competit orare, quia aliàs diceremus Christe ora pro D nobis, quòd nemo dicit, ergo sanctis in patria orare non conuenit.

Item quicunq; orat pro altero meretur illi, & quicunque meretur alteri meretur sibi magis, quàm illi, sed sancti in patria nõ merentur sibi, quia iam sunt extra statum merendi cum sint in termino, ergo nec merentur sibi nec nobis, & consequenter non orant pro nobis.

Item sancti in patria perfecte conformant voluntatem suam diuinę voluntati, ita vt non velint, nisi ꝙ Deus vult, sed illud, quòd Deus vult semper impletur, ergo superfluum esset, quòd orarent pro nobis.

Item sicut sancti, qui sunt in patria sunt superiores nobis, ita etiam illi, qui sunt in purgatorio sunt supe- E riores nobis; quia sunt certi de sua beatitudine, & nõ possunt iam peccare, quod nos non habemus, & tamen illi, qui sunt in purgatorio non orant pro nobis, sed potius nos pro illis, ergo etiam sancti, qui sunt in vita æterna non orant pro nobis.

Item si pro nobis orarent sancti, q sunt in vita ęterna, oratio sanctorum superiorum esset efficacior, & sic nõ deberent peti suffragia minorum sanctorum, sed solum superiorum, & tamen omnes petimus, vt orent pro nobis, ergo non est faciendum nec orant pro nobis.

Item sancti nunc non sunt, quia anima Petri non est beatus Petrus, si ergo animæ sanctorum orarent pro nobis quandiu sunt separatæ a corpore, non de-

beremus

beremus petere Sanctum Petrum, quòd oraret pro nobis, sed animam eius, & tamen ecclesia facit contrarium, ergo sancti saltem antę resurrectionem non orant pro nobis.

Dicẽdum, quòd sancti qui sunt in vita ęterna Deũ orant, quia competit eis ratio orandi, cum orare sit actus rationis petentis aliquid: ad hoc ergo requiruntur duo: primum, quòd orans sit ens rationale, secundum quod non sit omnipotens. i. quòd non habeat omnia, quæ potest desiderare, quia aliàs a nullo peteret, sed ipsum per se cõferret, hæc autem duo sanctis conueniunt, quia sunt rationales creaturæ, & etiam non sunt omnipotentes, quia multa sunt, q̃ ipsi præstare non possunt, sed si illa volunt necesse est, quòd a Deo petant: patet etiam, quia sacra scriptura asserit sanctos, qui sunt in vita æterna orare pro viuis, quia dicitur de Ieremia. 2. Machab. vltimo, hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate Ieremias propheta Dei. Fuit autem error quorundam hęreticorum. s. vigilantii, vt dicit Hieronymus, quòd dũ viuimus mutuo pro alterutris orare possumus, postquam autem mortuus fuerit homo nullius oratio ꝑ alterutro exauditur, idest oratio mortui pro quocunque fiat non prodest, quia non exauditur, & inducit de martyribus dicens, quòd Martyres mortui petiuerunt vitionem sanguinis sui fieri, & tamẽ non fuerũt exauditi, sed dictum est illis, quòd requiescerent. Apocalyp. 6. sed hoc Hieronym. improbat, & patet, quia oratio vnius facta pro alio ex charitate ꝓficit illi, sed sancti qui sunt in vita ęterna sunt perfectiores in charitate, quam viatores, ergo magis ipsi orabunt ꝓ viatoribus, quam viatores adinuicem pro seipsis orent, etiã quia ipsi sciunt, qui sunt illi, qui orationibus magis indigent, & qui magis iuuari possunt: & cum ipsi sint magis coniuncti Deo, quam nos exaudirentur magis orationes eorum, quam nostrę, etiam hoc pertinet ad ordinem diuinum, vt ex superioribus diffundatur excellentia, & perfectio in inferiora, sicut ex claritate solis diffunditur in aerem, cum ergo sint sancti inter Deum, & nos medii, deriuabuntur bona Dei ꝑ ipsos ad nos, & quanto fuerit aliquis sanctus magis Deo coniunctus, tanto magis immediate deriuantur dona Dei per illum ad nos, vnde dicitur ad Hebræ. 7. de Christo, accedens per semetipsum ad Deum ad interpellandum pro nobis, scilicet, quia Christus inquantum homo est Deo immediatissimus non orat, nec impetrat aliquid a Deo mediante alio, sed per seipsum. dicit ergo propter hoc Hieronymus contra vigilantiũ, quòd si Apostoli, & Martyres adhuc in corpore constituti, quando pro seipsis deberent esse soliciti pro nobis orabant, quanto magis post coronas, & victorias, & triumphos. q. d. cum iam non sint soliciti de seipsis, magis poterunt orare pro nobis, quã quando manebant in corpore, orant tamen sancti, tam pro se, quam pro nobis, pro nobis, quidem vt beatitudinẽ consequamur, quia istud est bonum ad quod omnia ordinantur, pro se autem non petunt beatitudinem, quia iam illam habent, sed consequentur eã in resurrectione, vnde magis orant pro nobis, quam pro seipsis, quia ipsi sunt certi de eo, ꝙ petunt: nos aũt de nostra beatitudine nondum sumus certi, etiam quia maior est indigentia nostra, quam ipsorum.

Ad primum dicendum, quòd Christus inquãtum homo orare potest, nec repugnat ei, quia ex ea parte minor est Deo, & habet bonum suum a Deo, & sic petere potest, sic dicitur prima Ioann. 2. si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Iesum Christũ iustum, & tamen officium aduocati est postulare, vnde aduocare, & postulare idẽ sunt, ideo ad Christum competit pro nobis orare, inquantum aduocatus est,

F non dicimus tamẽ ei Christe ora pro nobis, sed Christe adiuua nos, quia Christus est nomen suppositi diuini cuius non est orare, sed adiuuare, & ideo dicimus in letania Christe miserere nobis, & Christe audi nos, etiam quia iam Christo, secundum quòd homo est data est omnis potestas in cęlo, & in terra, infra 28. ideo magis competit ei disponere, quam orare: etiam ecclesia non dicit Christe ora pro nobis ad vitandum hęresim Arrii, & Nestorii, qui posuerunt gradus in trinitate dicentes filium esse minorem patre, & nunc vere poterat orare Christus ad patrem, vt aliquid ab eo obtineret, cum autem non dicimus ora pro nobis, sed adiuua nos: significamus eum esse Patri ęqualem, quia sit pater ad nullum orat, ita & filius.

G Ad secundum dicendum, quòd sancti orant, tam pro se, quam pro nobis, licet non idem, quia cum sancti sint beati in patria, nihil eis deest, nisi gloria corporis, & pro ista orant: nobis autem deest beatitudo, & illam pro nobis petunt, & cum dicitur, quòd qui orat pro alio, meretur magis pro seipso, quam pro alio.

Dicendum, quòd verum est, quòd si mereri potest magis meretur pro se, quam pro altero, etiam si totũ fructum actus sui velit communicari alteri, sancti tamen in vita æterna non merentur, ideo nec merẽtur pro se, nec pro nobis: impetrant tamen tam pro se, q̃ pro nobis. Quidã ñ dicunt, quòd sancti nõ sunt in statu merendi quantum ad pręmium essentiale, quia illud iam consecuti sunt, sed quãtum ad præmium acH cidentale, & ideo etiam aliis mereri possunt, sed hoc non stat, quia meritum solis viatoribus cõpetit, ideo dicendum, quòd aliud est impetrare, & aliud mereri: sancti autem, & si non mereantur, nec pro se, nec pro nobis: impetrant tamẽ pro se, & pro nobis, quia exaudiuntur orationes eorum ex virtute meritorum præcedentium, & ex diuina acceptatione.

Ad tertium dicendum, quòd sancti cõformant voluntatem suam voluntati Dei, & ideo nihil pro nobis nec pro seipsis petunt, nisi quod sciunt, quod Deus concedere vellet. cum autem dicitur hoc est superfluum, quia necesse est voluntatẽ Dei compleri: dicẽdum, quòd verum est, sed Deus, sicut disposuit aliqd futurum esse, ita disposuit media per quæ ad illud ꝑ-
I ueniatur, vnde cum ipse, de quibusdã disposuit, quòd haberẽt vitam æternam, simul etiam disposuit, quòd precibus sanctorum illam obtinerent, & ita necesse est, quòd per istud medium ad illam perueniant: sancti igitur recognoscentes hoc orant pro nobis, vt sic Dei determinatio compleatur, simile dicit Gregorius primo Dialogorum, de prædestinatione sanctorum inducens exemplum de Rebecca cui Deus dixerat, quòd conciperet, nam promiserat Abrahæ, quòd in Isaac vocaretur sibi semen, & reges nascerentur de eo. Genę. 17 & 21. & tamen postea nunquam potuit Rebecca concipere, quousque Isaac, & ipsa orauerũt dominum. Gen. 25. deprecatus est Isaac dominũ pro vxore sua eo, quòd esset sterilis, qui exaudiuit eum, &
K dedit conceptum Rebeccę.

Ad quartum dicendtm, quòd illi qui sunt in purgatorio sunt nobis maiores quãtũ ad certitudinẽ de sua beatitudine, & quantum ad impeccabilitatẽ, sunt tamen inferiores nobis, quantũ ad pęnas quas patiuntur, & sic non sunt in statu orãdi pro se, nec pro alio, sed potius, vt oretur pro eis, ratio tamen rota est, quia ipsi non sunt in statu merẽdi cum non sint viatores, & ideo etiam si orarent non esset oratio sua meritoria: etiam non est satisfactoria, quia modus satisfaciẽdi iam illis determinatus est, scilicet per pœnas quas patiuntur, & ideo cum non possit eis oratio prodesse non orant pro seipsis, & eadem ratione non orãt pro nobis, quia nec possunt nobis mereri, nec pro nobis

satis-

satisfacere, cum pro se nondum satisfecerint, sancti autem, qui sunt in vita ęterna licet non possint mereri, quia iam sunt in termino, nec etiam satisfacere, quia non possunt habere aliquem actum laboriosum, vel pęnalem, quod requiritur ad satisfactionem, possunt tamen impetrare, quia exaudiuntur ex meritis suis præcedentibus. s. quia quando viuebant meruerunt, vt ipsi pro nobis orantes exaudirentur, & ideo oratio nes sanctorum proficiunt tam pro nobis quam pro eis, qui sunt in purgatorio.

Orationes autem nostrę exaudiuntur si in charitate fiat. s. quia nos mereri possumus, & satisfacere, mereri quidem, quia adhuc sumus in via, & omnis actus noster bonus meritorius est, vt per eum proficiamus ad augmentum boni in vita ęterna nobis conferendi, satisfacere autem possumus, quia opera pęnalia spõte facere possumus, & hoc sufficit ad rationem satisfactionis, & ob hoc orationes nostrę exaudiuntur, & proficiunt tam nobis quàm existentibus in purgatorio, nobis quidem ad meritum, & satisfactionem, ad meritum quidem. s. vt consequamur maiorem gradum gloriæ in vita ęterna, ad satisfactionem autem, quia per orationem inquantum est nobis actus difficilis aliqualiter, fit remissio alicuius pęnæ ad quam obligabamur pro peccatis præteritis, pro existẽtibus autem in purgatorio orationes nostræ non sunt meritorię, sed solum satisfactorię.

Primum patet, quia meritum auget gradum pręmij in vita ęterna, sed illi, qui sunt in purgatorio sunt iam constituti in termino: ideo etiam si totus mundus pro eis oraret, & omnes sancti, non haberent aliquem gradum maiorem in gloria quam meruerant quando mortui sunt. Et patet, quia si per orationes nostras possemus eis, qui sunt in purgatorio mereri aliquem gradum in vita ęterna, quem viuentes non meruerunt, possemus eadem ratione pro sanctis, qui sunt in vita ęterna mereri aliquem gradum maiorẽ gloriç, & sic cresceret continue gloria eorum, quod falsum est, vnde pro illis non oramus, sed potius faceremus eis iniuriam si pro eis oraremus, quia iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre, extra de cele. mis. cap. cum Marthæ, & tamen eadem ratio est de sanctis, & de existentibus in purgatorio. s. quia vtrique sunt in termino. Ergo sicut nõ meremur sanctis eiũ non merebimur existentibus in purgatorio, maxime patet, quia repugnat esse aliquem in termino, & augeri meritum illius, quia hoc pertinet ad viatorem: nã sicut viator nondum peruenit quo tendit, & ideo semper progreditur, ita qui in termino est iam non progreditur, terminus autem vię nostrę est beatitudo quam inquirimus, cum ergo aliquis in via est potest progredi acquirendo magis, & magis de ea, si aũt fuerit in termino iam habet quantum habiturus est, & vltra non tendit, quia repugnat in termino esse, & adhuc tendere. impossibile est ergo, quòd nos mereri possimus aliquid existentibus in purgatorio.

Secundum patet. s. quòd sint satisfactorię orationes nostræ pro illis, quia satisfactio est recompensatio pro pęna debita. s. vt recipiatur aliquid pęnale pro altero pęnali, hoc autem conuenit eis, quia omnes existentes in purgatorio sunt obligati ad quandam pęnam, & manent in ea actualiter, nos autem facimus operationes bonas laboriosas, quæ secundum se satisfactorię sunt, possumus tamen communicare fructum operationis nostræ existentibus in purgatorio inquantum illi sunt in charitate, & etiam nos, ergo possumus pro eis satisfacere, & minuuntur pęnę eorũ per suffragia nostra, & illud est propter quod tota Ecclesia orat pro mortuis, sic innuitur secundo Macha. 12. sancta ergõ, & salubris est cogitatio pro de-

A functis exorare, vt a peccatis soluantur, idest, a pęna debita pro peccatis, & non dixit orare pro eis, vt gloriam consequantur, vel vt maiorem gloriam habeãt, quia sicut non possunt per preces nostras mortui gloriam obtinere nisi viuentes eam meruerint, ita nec possunt eam maiorem habere quàm hic meruerint.

Ad quintũ dicendum, quòd non solum orandum est ad sanctos superiores, sed etiam ad inferiores, & generaliter ad omnes, vt pro nobis orent, quia si non essent imploranda suffragia sanctorum, non essent imploranda suffragia alicuius eorum: nam non sunt propter aliud nobis necessaria sanctorum suffragia, nisi quia Deus vult inferiora iuuari per superiora,
B oportebit ergo per omnia superiora iuuari propter continuitatem ordinis, quia si non requireretur ista continuitas sufficeret, quòd homines orarent Deum immediate non implorando sanctorum suffragia, ꝙ falsum est, omnium ergo sanctorum suffragia implorãda sunt. Cum autem dicitur, ꝙ efficaciora sunt suffragia superiorum, dicendum, ꝙ licet illi secundum se apti sint, vt maiora nobis impetrare possint quàm sancti inferiores, tamen interdum oratio sanctorum inferiorum est pro nobis efficacior quàm oratio superiorum sanctorum, ꝙ dupliciter contingit, primo, quia forte deuotius imploramus auxilia aliquorum inferiorum quàm superiorum, sancti tamen tantum
C pro nobis efficaciter orare possunt quantum nos ex operibus nostris meruerimus, vt pro nobis orent, vel eis causam orandi dederimus.

Vnde est generale. ꝙ siquis sit deuotus ad multos sanctos, ille cui deuotius se recommendat, magis pro eo impetrare potest licet alijs minor sit. secundo, vt quia forte Deus vult declarare nobis sanctitatem alicuius, & ideo exaudit magis preces illius quàm aliorum, licet sint maiores, hoc patet in operatione miraculorum, quia sępissime legimus, quòd Deus plura miracula faciat pro minoribus sanctis quàm pro maioribus, & hoc, quia vult declarare sanctitatem minorum de quorum forte dubitamus, & non oportet declarari sanctitatem maiorum, quę iam nota est, huius
D signum est, quia pro quolibet sancto fiunt plura miracula immediate post mortem suam quàm multo tempore post, & hoc est, quia certitudo de aliquo an sit sanctus, vel non, debet haberi immmediate post mortẽ suam, eo quod ante hoc cognitus erat, & per illa miracula manebit semper notum. ꝙ sanctus sit, si autem non fiant miracula immediate post mortem, ibit sanctus in obliuionem, & postea etiam si pro eo fiant miracula nescietur pro quo fiunt, & non erunt ista miracula ita vtilia ad probandum sanctitatem illius, sicut si essent facta immediate post mortem, de miraculis autem dicetur Mat. 2.

Ad 6. dicendum ꝙ licet nunc sancti non sint. s. Petrus, & Paulus, & alij, sed solum animæ eorum, dici
E mus tamen sancte Petre ora pro nobis transferendo nomẽ compositi ad partem eius, eo quòd per ista nomina maxime innotescunt nobis sancti: nam taliter vocabantur quando viuebant: ideo istis nominibus adhuc eos vocamus, & hoc facimus, quia nos credimus preces nostras exaudiri, & dirigi actus nostros merito sanctorum, & tamen merita sanctorum non sunt ipsarum animarum, sed compositorum. nam anima beati Petri nihil meruit postquam a corpore separata est, sed omnia merita eius fuerunt quãdiu viuebat, & erat tunc Petrus: conuenientius ergo dr̃ sancte Petre ora pro nobis, q̃ anima Beati Petri ora pro nobis. Tertio fit hoc pp fidem resurrectionis ostendẽdam: nam inquantum dicimus sancte Petre ora pro nobis, innuimus ꝙ licet nunc non sit beatus Petrus,

sed

ſed ſola anima aliquando tamen erit ſanctus Petrus. i.poſt reſurrectionem, & iſto modo loquitur Deus de mortuis, vt dicitur Exo. 3. ego ſum Deus Abrahã: Deus Iſaac: Deus Iacob, & non dixit ſum Deus animæ Abrahæ, & animæ Iſaac, & hoc dicit intentione ſignificãdi reſurrectionem. ſ. quia Abraham, Iſaac, & Iacob, qui nunc non ſunt, erunt aliquando. i. per reſurrectionem, & per talem modum loquendi Dei probatur reſurrectio, ſicut dixit Chriſtus infra 22. ſ. de reſurrectione autem mortuorum non legiſtis, quia dictũ eſt a Deo dicẽte vobis, ego ſum Deus Abrahã, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium, q. d. ita ſi dicat, mortui ſecundum, ꝙ mortui nihil ſunt, ſi ergo Deus eſſet Deus mortuorũ inquantum manent mortui eſſet Deus nullius rei, dicit tamen ſe Deum illorum, qui nunc mortui ſunt, ergo oportet, quòd illi, qui nunc mortui ſunt aliquando viuentes ſint, vt Deus ſit Deus alicuius rei, hoc tamẽ eſt reſurgere, ergo neceſſe eſt eſſe reſurrectionem: tali enim modo debet induci illud dictũ Chriſti, quia aliàs non concluderet reſurrectionem. Magis ergo debemus inuocare ſanctos quàm ſanctorũ animas, licet nunc ſancti non ſint.

An bruta poſſint orare Et an ſint aliqui homines, qui intelligant auium garritus *Quæſt. LXXXIIII.*

QVAERETVR an bruta poſſint orare, & alia irrationalia.

Dicunt quidam, quòd ſic, quia ad illum pertinet orare ad quem pertinet inuocare, quia orare eſt petere, petitio tamen, & inuocatio idẽ ſunt, bruta tamen inuocant Deum Pſalmo 146 qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum: ergo corui orant, & ita orabunt omnia alia bruta.

Item ad orationem requiritur ordinatio quædam facta a ratione, & tamen plurimi aſſerunt, ꝙ aues ſe ipſas intelligant, & quòd aliqui intelligant eas, ergo orare poterunt, quia ad hoc ſufficit, quòd ſciant quid petunt.

Item oratio eſt denunciatiua appetitus, & tamen beſtię appetunt aliquid: ergo illud petere poſſunt, & ſic orabunt: patet hoc Pſal 103. omnia a te expectant, vt des illis eſcam in tempore, & intelligitur non ſolũ de hominibus ſed etiam de brutis. Pſal. 144. ſcilicet, aperis manum tuam, & imples omne animal benedictione.

Item illud, quòd poteſt benedicere Dominum poteſt orare ad ipſum, & tamen bruta poſſunt benedicere Deum, quia dicitur. Danielis 3. benedicite beſtiæ, & pecora Domino.

Item orare eſt clamare ad Dominum, beſtię tamẽ clamare poſſunt ad Deum Ionæ 3. boues, & pecora non guſtent quidquam nec paſcantur, & aquam nõ bibant, & operiantur ſaccis homines, & iumenta, & clament ad Deum in fortitudine, quod refertur ibi ſimul ad homines, & iumenta, quia propter hoc pręmittitur ibi diſpoſitio illa. ſ. quòd iumenta non paſcãtur nec bibant aquam nec quidquam guſtent, & operiantur ſaccis. ſ. vt clament ad Deum: ergo poterunt iumenta orare. dicendũ, ꝙ iumẽta orare non poſſunt: nam in oratione petitur aliquid, & præcipuum, quòd petitur eſt beatitudo, animalia tamen non poſſunt participare beatitudine, quia nullum animal pręter hominem poteſt eſſe beatum 10. Ethi.

Secundo, quia oratio fit ad Deum, bruta tñ Deum eſſe non percipiunt, quia nihil poſſunt apprehendere niſi, ꝙ ſenſibus percipitur, Deus autem ſenſu non apprehenditur, quia Deum nemo vidit vnquam nec vi-

F dere poteſt, ad Timo. 6. ergo pecora non poſſunt ipſum eſſe apprehẽdere. Tertio, quia oratio eſt actus quidam rationis deprecantis, vt oſtenſum eſt ſupra quęſt. 81. bruta autem non participant ratione: ergo nec orare poſſunt. & ſicut non poſſunt ipſa orare, ita nec pro eis orandum eſt, quia orare eſt actus charitatis, vt colligitur pręcedenti cap. nam cum dicitur diligite inimicos veſtros, ſubditur & orate pro perſequẽtibus vos, & tamen pecora nõ ſunt diligenda ex charitate, quia non pertinent ad illa quatuor, quæ ex charitate diliguntur, de quibus Auguſti. primo de doc. Chriſtiana, & Magiſt. 3. Sen. diſtin. 28. ca. 1. etiam quia charitas eſt ad illa ad quæ habetur amicitia, & tamẽ ad bruta non eſt amicitia: ideo non diliguntur ex cha

G ritate, nec pro eis orandum eſt.

Si autem obiiciatur, quòd interdum oramus pro pecoribus, & alijs inanimatis, quòd Deus illa ſeruet, vel quòd non eueniant eis mala.

Dicendum, ꝙ non oramus pro pecoribus, ſed pro nobis ipſis. ſ. quia poſſidemus iſtas res, & ſi læduntur pereunt bona noſtra, pereuntibus autem bonis noſtris nos perimus, ſic dicitur 4. Ethi. ca. de liberalitate, quòd qui ſubſtantiam ſuam deſtruit, id eſt, facultates ſeipſum deſtruit, orando ergo pro rebus noſtris pro nobis oramus, & non pro illis, & iſto modo dicimus velle illis bonum, non quidem, vt ipſa in ſe bonum habeant, ſed vt pro nobis ſint, & nobis proſint, ſic dr̃ 8. Ethi. cap. 2. inanimatorum amatione non dr̃ amicitia: non enim redamatio nec voluntas illorum boni:

H ridiculum enim forte immo velle bonum, ſed ſi quidem ſaluari vult ipſum, vt ipſe habeat, amico autem aiunt oportere velle bona illius gratia: huius ſignum eſt, quòd pro brutis, quæ ſunt extra poteſtatem noſtram, & proximorum noſtrorum nũquam oramus, vt ad bonum ciſſit, ſi tamen oraremus vere pro brutis oraremus pro omnibus vbicunque ſint, & quomodocunque ſe habeant. Ad primum dicendum; ꝙ bruta non orant ad Deum nec inuocant ipſum, ſed ſicut dicit Aug 12. ſuper Gen. ad literam, ꝙ bruta dicuntur iuſſis Dei obedire, non quidem, ꝙ percipiant mandatum, ſed inquantum naturali inſtinctu ab ipſo mouentur, ita etiam dicuntur Deum inuocare improprie inquantum aliquid naturali deſiderio cupiũt

I quod a Deo obtinent, non tñ petunt illud a Deo nec ſciunt Deum eſſe, nec etiã ſe accipere illud ab aliquo, quia talia diſcernere ſolius rationis eſt.

Ad ſecundum dicendum; ꝙ inſania eſt quorundã, qui ſeipſos non intelligentes putant intelligere aues, ꝙ impoſſibile eſt: nemo enim poteſt auem intelligere cum ipſa ſe non intelligat, quia hoc pertinet ad habentem rationem quã aues carent. cognoſcunt ergo aliquid aues per ſenſus particulares, & per exiſtimatiuam, per quam iudicant aliquid eſſe ſibi conueniens, vel nociuum, amicabile, vel inimicum; & iſta exiſtimatiua eſt in brutis loco intellectus, quia iſta eſt ſuprema, & excellentior potentia quam habent, non ta

K men cognoſcunt aues ſe cognoſcere iſta, quæ cognoſcunt, quia iſte eſt actus reflexus, non pertinet iñ reflexio actus niſi ad ſolum intellectum, & conſequenter non poteſt vna auis cognoſcere, ꝙ alia auis cognoſcit aliquid, quia tunc cognoſcere alterius auis eſſet obiectum cognitionis illius, hoc tamen non poteſt eſſe, quia quidquid auis cognoſcit apprehendit per ſenſus particulares, & tamen cognoſcere, vt eſt obiectũ non eſt apprehenſibile per aliquem ſenſum, quia non eſt obiectum alicuius ſenſus particularis, etiam non ſufficit ad iſtud habendum, quia auis habeat potentiã exiſtimatiuam per quam ab ſpeciebus ſenſatis; id eſt, apprehenſis per ſenſus particulares abſtrahat intẽtiones nõ ſenſatas, vt dicit Auicenna, quia intentiones iſtę

non

non sensatæ sunt nocivum, & utile, conveniens, & inconveniens, triste & delectabile, amicabile & inimicum, & similes, cognoscere tamen, vel cognitio non pertinet ad istas intentiones, & ideo impossibile est, & includens contradictionem, quòd una avis cognoscat quod alia cognoscit, idest, quòd cognoscat illam hoc cognoscere, quia hoc est impossibile, nisi in potentia, quæ facit universale, & reflexionem, & ista sola est intellectus, nec ergo possunt bestiæ seipsas intelligere, nec aliquis homo eas, quia tamen aves, & omnes bestię operantur natura movente, & non libertate, est modus earum operandi determinate se habens, & secundum hoc per assuetudinem potest homo cognoscere ex quibusdam signis quid bestiæ appetant, quia quandocunque illa signa ostendũt B semper idem appetunt, & hoc modo potest dici, ꝙ homo intelligit aves, vel bestias, aliter autem eas intelligere est impossibile, & sic non possunt orare cũ seipsas non intelligant nec scirent aliquid petere.

Ad tertium dicendum, quòd bestię appetunt aliquid, & tamen orare non possunt, quia appetitus importat simplicem motum appetentis in appetibile tãquam in obiectum, oratio autem importat ordinationem quandam, ut in finem, ut ostensum est supra q. 81. ordinatio tamen ad rationem solam pertinet, ut etiam ibi ostensum est: ergo non pertinet orare ad bruta: nam oratio appetitus denunciativa est, bestiæ autem appetitum habent, sed appetitum denunciare C nesciunt: ergo nec orare possunt.

Ad quartum dicendũ, ꝙ pecora benedicere Dominum non possunt, quia non cognoscunt eum, & etiã bona dicere nesciunt, sed dicuntur benedicere inquãtum præstant nobis causam benedicendi, quia per Dei excellentiam quam cognoscimus in disponendo statum pecorum movemur ad laudãdum ipsum, & benedicendum ei, & sic dicitur, ꝙ cęlum laudat Deum. Psal. 18. cęli enarrãt gloriam Dei, idest, per motum cęlorum quem videmus cognoscimus Dei gloriam, & magnitudinem, quia magnitudine, & excellentia creaturę cognoscitur magnitudo creatoris Sapientiæ 13.

Ad quintum dicendum, ꝙ pecora dicebantur clamare ad Deum in fortitudine, non quidem, ꝙ illa clamare possent ad Deum quem ignorant, sed quia ipsa D prę angustia famis, & sitis affligebantur, & clamabãt, & Deus, qui misericors est, & diligit omnia, quę sunt, & non odit aliquid eorum, quę fecit. Sapientię 11. misereretur eorum, & sic non destrueret opus suum, vel etiam dicebantur clamare ad Deum inquantum homines cuius erant pecora faciebant illa gestare clamantium imaginem affligẽdo ea fame, & siti, & operiendo illa saccis, qualem modum habent illi, qui clamant in aliqua angustia, ut sic cum Dominis suis clamare viderentur.

An Angelis competat orare. Et quare dæmon nunquam orat quamuis possit. Et quod ad orationem duo requiruntur. Quæst. LXXXV.

QVÆRITVR an Angelis competat orare. Dicunt quidam, quòd non, quia orare est actus naturæ rationalis ut supra dictum est; Angelus autem non est rationalis, sed intellectualis, & differunt inter se ratio, & intelligentia, quia ut dicit Isaac ratio oritur in umbra intelligentię, idest, est intelligentia diminuta, vel obumbrata: ergo non potest orare.

Item ille, qui orat petit aliquid quo indiget, Angeli autem nulla re indigent: ergo non orant, patet hoc, quia non est de eis, sicut de sanctis, quia sancti, licet beati sint, tamen non est adhuc completa eorum be-A atitudo quousque reassumant corpora: ideo possunt pro eis orare: Angeli autem nihil de beatitudine expectant, sed totum habent, quia nulla corpora assumpturi sunt; ergo non orant.

Item oratio exauditur propter merita orantis: Angeli autem non merentur nunc. Nec etiam videtur, quòd aliquo tempore meruerint, sancti autem licet nunc sint in vita ęterna, & non mereantur, meruerũt dum istic viverent, & propter illa merita nunc exaudiuntur: Angeli autem nunquam videntur sic fuisse viatores. ergo non orabunt, quia non habent aliqua merita præcedentia, propter quæ exaudiantur orationes eorum.

Dicendum, quòd Angeli boni, & etiam dæmones B orare possunt, sed dęmones nunquam orant, quia sciunt se nunquam exaudiendos, quia solum malum volunt, in quo Deus non exaudit, & sciunt ipsi, quòd propter demerita sua non exaudirentur, etiam quia oratio est petitio decentium a Deo, ut dicit Damascenus, & ostensum est supra quęst. 81. ista autem decentia sunt gratia, & gloria, quia ista sunt pręcipua omnium bonorum, quę propter seipsa peti debent: diabolus autem ista non petet: nam pro se non peteret, quia scit esse impossibile, quòd illa habeat, & est mẽs sua aversa ab illis.

Pro alio autem non peteret ea, quia cum sit invidus potius vellet omnes perire ęternaliter quàm sal-C vare aliquem, & iste est totus conatus suus tentando nos, ut cum eo pereamus: ideo nunquam peteret gratiam nec gloriam nec aliquid, ꝙ ad ea ordinetur, & tamen oratio non fit nisi de istis, & de eis, quę pertinẽt ad ipsa: ergo dęmones non orant. etiã qui orat subiicit se Deo a quo desiderium suum complendum confidit, dęmon tamen, quia est superbissimus etiam Deo se non subiicit: ideo nunquam oraret aliquid: aliquãdo tamen reperitur aliquid petiisse a Deo, sicut infra 8. & Mar. 5. quando Christus eiecit legionem dęmonum de corpore obsessi rogaverunt eum dicentes, si eiicis nos hinc mitte nos in porcos, istud tamen non fuit orare, quia oratio est petitio decentium, dęmones tamen non petiverunt hic bonum, sed malum, s. quòd mitterentur in porcos ad occidendum eos: nã D totus grex impetu facto præcipitavit se in mare, & mortui sunt in aquis ad duo millia porcorum. Mar. 5. fecerunt etiam hoc malo animo. s. ut per hoc nocerent Dominis porcorum: ergo non oraverũt in hoc, quia oratio est petitio decentium, sed solum fuit quædam petitio, & tamen non omnis petitio est oratio, dæmones ergo non orant, Angeli autem boni orant, quia ipsi cum sint boni bona volunt, & bono animo, & quia sunt concives, & conservi nostri Apoca. 19. desiderant nobis bona tanquam proximis, & quia ipsi sunt in charitate habent actum charitatis erga nos, & sic pro nobis orant, & pro existentibus in purgatorio, sicut orant sancti, qui sunt in vita ęterna, & patet hoc primo, quia Angelis bonis non repugnat orare: duo E enim requiruntur ad orationem. s. quod sit ens rationale illud, quòd orat, cum oratio sit actus rationis, & etiam, quòd non sit omnipotens, quia omnipotens per se omnia conferre potest, & non oportet, quod ab aliquo petat, qui autem non est omnipotens potest aliquid desiderare, quod non possit facere, & illud poterit petere ab alio, & sic orare poterit. Angelo autem competunt ista duo: est enim ens intellectuale, etiam non est omnipotens, quia hoc soli Deo competit: ideo orare potest.

Secundo patet, quia Angeli boni sunt nobis dati ad custodiam, & ideo est officium ipsorum in omnibus in quibus possunt procurare bonum nostrum. Psal. 90. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant

diant te in omnibus vijs tuis, & præcipue custodiunt nos dirigendo ad consequendum vitam æternam, quia ista est quasi tota ministratio eorum ad Hebræ. primo omnes sunt administratorij spiritus in mini. mi. propter eos.q.He.cap.sa.multa tamen sunt ad salutem nostram pertinentia, quæ Angeli per se non possunt exequi: ideo non est dubium quin in talibus Angeli custodes nostri orent pro nobis Deum.

Tertio patet, quia Angeli gaudent de bono nostro,& tristantur de malo nostro. De primo patet Luc.15.gaudium est in cælo super vno peccatore pænitentiam agente coram Angelis Dei, idest, Angeli gaudent de pænitentia peccatoris. De secundo patet Isa.33.Angeli pacis amare flebunt, idest, flent vel tristantur Angeli boni de peccatis nostris per quæ perdimus vitam æternam,ad ipsos ergo pertinet pro nobis orare,quia nihil aliud requiritur ad hoc,quòd qs pro alio orare velit,nisi quod placeat ei de bono illi⁹, & tristetur de malo eius,quia tunc cooperabitur quibus modis poterit ad bonum illius, & sic orabit pro eo si alio modo non poterit prodesse ei.

Quarto patet, quia Angelus custos Persarum,& Angelus custos Iudæorum pugnauerunt inter se viginti, & vno diebus.Daniel.10.& hoc erat, quia quilibet procurabat bonum gentis suæ, idest, sibi commissæ,& ista pugna non erat per realem violentiam, quia inter Angelos bonos non est discordia ad hoc,ꝙ taliter pugnent, sed erat pugna in intentione, quia quilibet orabat Dominum pro gente sibi commissa, & mansit ista contentio quousque cognouerunt voluntatem Dei:ergo Angeli custodes orant pro illis,q custodiæ eorum commissi sunt.

Quinto patet,quia Angeli dicuntur offerre orationes nostras Deo.Tob.12.quando orabas cum lachrymis,ego obtuli orationem tuam Domino, & Apoca.8.dicitur,quòd ascendit fumus aromatum in conspectu Domini de manu Angeli,& dicitur ibi, quòd illæ erant orationes sanctorum: ergo Angeli orationes nostras Deo offerunt,& consequenter ipsi orabũt pro nobis,quia ad idem pertinet orationem præsentare pro aliquo,& orare pro eo.

Ad primum dicendum,quòd Angelis orare competit,& cum dicitur, quòd soli naturæ rationali conuenit.

Dicendum,ꝙ nõ accipitur rationalis stricte prout distinguitur contra intellectiuam, sed sicut nos solemus communiter accipere,omnis virtus vocatur rationalis,quæ est supra virtutes sensitiuas, & corporales,& sic Deum vocamus rationalem,& Angelos rationales,vt dicit Porphyrius, sumus quidem nos,& Dij rationales,sed mortale additum separat nos ab illis:dicitur ergo quòd orare competit naturæ rationali,vt excludatur omne,quòd est infra naturam rationalem.s.pecora,& inanimata,non tamen id ꝙ est supra naturam rationalem: quia ideo orare competit naturæ rationali, quia ipsa scit dirigere aliquid in finem,ꝙ bruta nesciunt,& tamen istud excellentius facit natura pure intellectualis,vt Angeli: ergo perfectius competit eis orare quàm nobis.

Ad secundum dicendum, ꝙ ista ratio non probat Angelos non posse orare,sed quod pro se non orant, & hoc satis posset concedi,& tamen licet pro se non orent possunt pro nobis orare, & hoc sufficit,& ita est de Christo secundum humanitatem,quia nihil sibi deest cum habeat gloriam humanitatis perfectã, & tamen nunc est aduocatus noster.prima.Io.2.& sic pro nobis orat. Aliter põt dici, ꝙ ẽt Angeli possunt pro se orare aliquid,qa vt doctores asserunt gloria eorum erit perfectior post resurrectionem, non quidẽ ex adiunctione corporum,qa nulla habituri sunt, sed

F quia tunc omnia præterita intelligent in verbo.i.oẽs res,quæ habent aliquo modo esse, nunc autem non intelligunt omnia,sed plura intelligunt superiores, ꝗ inferiores,& quidam ab alijs illuminantur, vt præcedenti cap.q.44.dictum est, possunt ergo orare Angeli,ꝙ adueniat eis illud complementum beatitudinis. Ad tertium dicendum,ꝙ licet Angeli non mereantᷣ sibi nec nobis,possunt orare pro se, & pro nobis,vel saltem pro nobis,quia aliud est mereri,& aliud impetrare, possunt ergo impetrare sine merito, & tamen oratio dirigitur ad impetrandum,sufficit ergo ꝙ possint impetrare ad hoc,quòd pro nobis orent.

Aliter potest dici,ꝙ Angeli ex meritis suis præcedentibus exaudiuntur pro nobis orantibus:nam licet
G nunc non mereantur, aliquando meruerunt suam beatitudinem,& tunc meruerunt, quòd orantes pro nobis exaudirentur,

An oratio solum debeat ad Deum dirigi. Et quomodo dupliciter porrigitur oratio alicui. Quæst. LXXXVI.

QVAERITVR quis orandus est.i.ad quem debet dirigi oratio. Aliqui dicunt, ꝙ ad solum Deum,quia Damascenus dicit oratio est ascensus mentis in Deum, & iterum, oratio est petitio decentium a Deo, cum ergo hoc pertineat ad diffinitionem orationis, non poterit aliquis alius orari.

Item oratio est actus latriæ, sed nulli nisi Deo la-
H tria exhibenda est: ergo ad ipsum solum orandũ est. Item virtus orationis consistit magis in intellectu, & affectu quàm in voce, sic dicitur prima Corin.14. orabo spiritu, orabo mente,etiam Augustinus dicit hoc negocium,idest,oratio plus gemitibus quàm vocibus agitur. solius autem Dei est cognoscere motum animi, mortui autem etiam qui sunt in vita æterna conceptus, & desideria nostra non cognoscunt: ideo ad nullum poterit fieri oratio nisi ad Deum, patet quia dicit Augustinus in lib.de cura pro mortuis agenda, nesciunt mortui etiam sancti quid agant viui etiam eorum filij.

I Dicendum, quòd oratio non solum fit ad Deum, sed etiam ad omnes beatos, siue homines, siue Angelos,oratio tamen porrigitur alicui dupliciter. Vno modo quasi per ipsum implenda. Alio modo quasi per ipsum impetranda.

Primo modo oratio fit ad solum Deum, quia ipse solus est, qui potest totum, quod nos desideramus implere. Psal.102. qui replet in bonis desiderium tuum, immo abundantius Deus potest complere desiderium nostrum quàm nos possimus desiderare 2.Corin.3.

Secundo modo oratio potest dirigi ad sanctos, & ad Angelos, non vt per eos Deus cognoscat petitiones nostras, quia Deus nouit omnia,quæ nos petituri sumus etiam antea quàm petamus, vt dicitur supra in litera,sed vt precibus,& meritis sanctorum oratio-
K nes nostræ sortiantur effectum,& ideo dicitur Apoc. 7.quòd ascendit sumus aromatum, idest,orationes sanctorum de manu Angeli coram Domino,ista differentia ostenditur ex modo loquendi quem Ecclesia seruat orando:nam a Deo petimus,vt misereatur nostri, vt cum dicimus,sancta Trinitas miserere nobis, a sanctis autem petimus,vt pro nobis orent,vt cum dicimus,sancte Petre ora pro nobis.

Ad primum dicendum, quòd in diffinitione orationis solum dicitur,ꝙ fiat ad Deum,quia in diffinitione solum ponunt ea,quæ per se cõpetunt, & non accidentalia rei, de ratione autem orationis,est quod fiat ad Deũ cum oĩa, quæ petimus per ipsum solum

expleri

expleri pñt, & per eum solũ expleri optamus, ꝙ autẽ sint aliqui mediatores vel intercessores ad obtinendum ea, quæ petimus est per accidens, ideo in diffinitione orationis non debet poni, ꝙ fit, nisi ad Deum, quia ad sanctos non fit oratio, vt ad ipsos, sed tanquã Deo præsentanda, vel oramus eos non, vt aliquid faciant, sed vt aliquid fieri a Deo petant, & ita oratio ad Deum solum est.

Ad secundum dicendum, ꝙ latria soli Deo exhibetur, ideo quando oramus ei soli orationis cultum impendimus, quia ab ipso solo petimus obtinere, ꝙ oramus, quia in hoc protestamur eum omnium bonorum nostrorum auctorem, & non exhibemus istum cultum sanctis, quos oramus intercessores nostros fieri apud dominum.

Ad tertium dicendum, ꝙ oratio bene potest fieri ad sanctos etiam si solo corde fiat, quia ipsi bene nouerunt hoc, nam licet mortui ea, quæ in isto mundo aguntur, cognoscere non possint considerata sola cõditione naturali eorum, & maxime interiores motus cordis nostris, qui & præsentibus sunt ignoti, sancti tamen mortui, vt dicit Gregor. 12. Moralium in verbo cognoscunt omnia, quæ decens est eos cognoscere de actibus nostris, vnde ibi manifestãtur actus nostri, & conceptus, & affectiones: maxime tamen pertinet ad sanctorum excellentiam ex quadam decentia, vt cognoscãt petitiones nostras factas ad eos corde, vel verbo, ideo petitiones quas ad eos dirigimus quomodocunque dirigamus, in verbo cognoscunt, & sic pro nobis orare possunt.

An ad aliquos sanctos, qui nondum sunt in patria possumus dirigere orationes nostras. Et an ad illos qui sunt in purgatorio. Quæst. LXXXVII.

QVAERETVR an ad solos angelos orationes nostras, & ad sanctos dirigere possimus, tanquam ad intercessores, vel si possumus dirigere ad aliquos alios, qui nondum sunt in patria.

Dicunt quidam, ꝙ sic, quia ad sanctos qui sunt in patria non dirigimus orationes, nisi inquantum sunt viciniores Deo, quam nos, quia Deus in illa, quę sunt sibi magis propinqua in distãtia perfectius radios suæ bonitatis emittit, vt dicit Diony. sed sancti existentes in hoc mundo sunt viciniores Deo, quam nos, ergo etiam ad ipsos possumus orationes fundere.

Item illi qui sunt in purgatorio sunt Deo multum coniuncti, quia sunt in gratia, & sunt oẽs impeccabiles, & iam certi de sua salute, & sic sunt in meliori statu, quam nos: ergo possumus ad eos orationẽ facere.

Item Greg. 4. dialogorum refert de Paschasio, qui miracula fecit post mortem, ꝙ reuelatus est B. Germano Episcopo Capuano esse in purgatorio, & sic ad illos qui non sunt adhuc in patria potest oratio dirigi, & possunt nos iuuare, cum orãtibus nobis ad eos Deus faciat propter ipsos miracula, ita vt exaudiat nos propter eos.

Dicendum, ꝙ oratio in Deũ solum dirigitur, tanquã in illum per quem explenda est, in sanctos aũt, tanquã in eos per quos impetrandum est, ꝙ petimus, & quia oratio nr̃a debet esse gratia, & gloria, quia ista sola petenda sunt, & ea quæ in ipsa dirigunt, impetrari tñ nõ põt beatitudo, nisi per illos qui illam habent, qui autẽ sunt in hoc mundo, vel in purgatorio nondum hñt beatitudinem, ideo non potest fieri oratio ad eos, ꝙ pro nobis orent, põt tñ fieri quædam petitio, vel supplicatio, vt orationibus suis nos adiuuent, istud autẽ est minus, q̃ orare ad eos. pro hoc aũt sciendũ, ꝙ nos possumus conuenienter petere ab aliquo, ꝙ ꝓ nobis oret Deum si orare põt, qui aũt sunt in vita ęterna, &

A qui viuunt possunt orare pro nobis, q aũt sunt in purgatorio non possunt pro nobis orare, patet de existentibus in purgatorio, quia si illi orant, & prodesset oratio sua nobis, esset nobis meritoria, & satisfactoria, sed neutrum istorum est.

Primum patet, quia existentes in purgatorio non possunt mereri, nec pro se, nec pro nobis, quia sunt iã in termino. Secundum patet, quia ipsi nondum satisfecerunt pro se, sed manent in pęna quousque satisfaciant, ideo non possunt pro nobis satisfacere, vt ostensum est supra q. 83. possent ergo existentes in purgatorio orare pro se, & pro nobis, cum sint naturę rõnalis, & sciant formare petitiones, quia tñ sciunt, ꝙ oratio ad nihil est vtilis, non orant, & sic non est orandũ,
B nec petendum vllo modo ab eis quos scimus, vel putamus esse in purgatorio, ꝙ pro nobis orẽt. De existẽtibus autem in paradiso, patet ꝙ orare possint, qa oratio sua, licet non sit nobis meritoria. i. non possint mereri pro se, nec pro nobis, possunt tamen impetrare, ꝙ petunt, & istud nobis sufficit. viuentes autem per orationem suam possunt mereri, & satisfacere, tam pro se, quàm pro aliis, ideo oratio sua prodesse põt aliis, tã viuentibus, quàm mortuis: ex hoc patet, ꝙ a sctĩs quos credimus esse in vita ęterna, & a viuis quos credimus esse bonos, petere possumus, ꝙ orent Deum pro nobis, & tamen ad viuos non dicimur orare licet hoc ab eis petamus.

Ad sanctos autem orare dicimur, quando hoc pe-
C timus: ratio differentiæ est, quia orare ad aliquẽ dicit quandam excellentiam eius ad quem oratur: ista aũt competit eis qui sunt in patria, quia sancti sciunt volũtatem Dei quantum ad ea, q̃ nos petimus a sanctis, & ipsi nihil petunt, nisi ꝙ sciunt Deo placere, ex quo sequitur, ꝙ nẽs orationes existentiũ in patria exaudiuntur. viri aũt sancti quãdiu sunt in hoc sęculo, licet sint maioris meriti, & gratię quibusdam manentibus nũc in vita ęterna, tñ voluntatem Dei aperte non cognoscunt quandiu hic manent, ex quo sequitur, ꝙ orationes eorum non semper exaudientur, quia interdum orabunt aliquid, ꝙ est contra voluntatem Dei, qa nesciunt illam, & tunc non exaudientur. Et de illis qui sunt in vita ęterna sumus certi, ꝙ sunt accepti Deo:
D de illis autem qui manent hic quantumcunque sint sancti nõ est hoc certũ, ꝙ oĩa facta sua placeãt Deo, quia possunt adhuc peccare, ideo sancti qui in patria sunt habent excellentiorem gradum quantũ ad hoc, ꝙ pro nobis orare possint, quam sancti qui hic viuũt, ideo ad sanctos qui sunt in patria oramus, vt ꝓ nobis orent, ad illos aũt qui hic manent non oramus, sed petimus, vt pro nobis orent, quia quidam maior honor impenditur ei ad quem oramus, quam ei quem petimus pro nobis orare. non est tñ dicendum ex hoc, ꝙ orationes sanctorum existentium in patria sint semp efficaciores pro nobis, q̃ sanctorum orationes hic manẽtium, & hoc quia regulariter actus meritorius quẽ homo facit pro seipso magis acceptatur a Deo, quam
E actus quem alii fecerint pro eo, & ideo aliquis pro seipso orans poterit interdum magis sibi mereri, & magis proficere, quam si aliquis sanctus manens in patria oraret pro eo.

Secundo patet, quia etiam interdum aliquis de viuentibus orando pro alio impetrabit sibi magis, & proderit, quam aliquis sanctus in patria manens impetrare posset, & patet quia dum viueret virgo in carne, & beati Apostoli, magis poterant per orationes suas prodesse cuicunque viuenti, quam omnes sancti, qui tunc erant in patria, eodem modo potest nunc esse, ꝙ sit aliquis tam acceptus Deo, ꝙ orationes suæ magis prosint viuentibus, quam quorundam sanctorum in patria manentium.

Ad primum dicendum, ꝙ quamuis sancti manẽtes
in mundo sint Deo viciniores, quam nos, & oratio-
nes eorum acceptentur magis, quam nostrę: nondũ
tamen peruenerũt ad beatitudinem, ideo licet possint
pro nobis orare non possumus orare eos, vt pro no-
bis orent, quia iste honor, scilicet orandi ad aliquem
est maior, quam vt competere possit alicui viuenti
propter causam supra positam.

Alia causa potest esse, s. quia si volumus, ꝙ aliquis
viuens pro nobis oret, aut volumus ei significare, vt
pręsenti, aliquando aũt vt absenti petendo in mente,
vel in voce. si primo modo non est oratio, sed allocu-
tio quędam, vel deprecatio, si secundo modo nihil
possumus significare viuentibus, quia non intelligũt
affectus nostros, nisi verbo, vel motu expresserimus,
& hoc in pręsentia, quia si absentibus loquamur
non audiunt, sancti autem in patria manentes habẽt
hęc, quia licet sint absentes sciũt quid nos loquamur,
& etiam affectus nostros, & conceptus quos in eos
dirigimus nouerunt, vt dictum est praecedenti q. ideo
ad eos proprie possumus orare, ad viuentes autem nõ
possumus, & ista videtur esse causa potissima quare
dicimur orare ad beatos, & non ad viuentes, si enim
viuentes aliqui a nobis longe positi voces nostras au-
dirent, & affectus nostros, & conceptus cognoscerẽt,
ita ad eos, sicut ab beatos oraremus.

Ad secundum dicendum, ꝙ licet existentes in pur-
gatorio sint iam impeccabiles, & de sua salute securi,
non tamen sunt in meliori statu, quam nos, quia sunt
in maximis angustijs, vnde magis indigent, ꝙ pro eis
oremus, quam quòd ipsi pro nobis orare possint.

Causa tamen potissima est, quia oratio sua nõ põt
nobis, nec ipsis in aliquo prodesse, vt ostensum est,
ideo nunquam orant, alioquin non esset inconueniẽs
quin ad eos aliquando orare possemus. Ad tertium
dicendum, quòd Paschasius, qui erat in purgatorio
miraculum fecit eo, quòd in miraculis non attendi-
tur pręcipue sanctitas eius, qui oratur, sed fides, & de-
uotio orãtis: nam Dominus infra 9. & Luc. 8. mulieri,
quam sanauit a fluxu sanguinis dixit, fides tua te saluã
fecit, & quia de Paschasio propter excellentiam me-
ritorum, quę habuerat in vita putabatur, quòd es-
set in patria, ideo orabatur ad eum, talis oratio exau-
diebatur propter fidem orãtium, & etiam, quia Deus
per hoc volebat approbare sanctitatem Paschasij, qa
vir sanctus fuerat, licet adhuc in purgatorio maneret,
non tamen exaudiebatur oratio eorum, qui orabant
ad Paschasium, quasi Paschasius in purgatorio existẽs
oraret pro eis, quia pro nullo orabat, & si oraret esset
oratio inutilis, sicut cęterorum existentium in pur-
gatorio, vt supra ostensum est.

An oratio fiat ad Deum sub ratione personæ, aut sub ratione attributi. Et an possimus orare vnam personam Trinitatis non orando omnes tres. Et quòd Personæ diuinæ distinguuntur, & constituuntur proprietatibus relatiuis. Quæst. LXXXVIII.

QVAERETVR quando fit oratio ad Deum
an fit sub ratione naturę, siue attributi, aut
sub ratione personę. Dicunt quidam, quòd
sub ratione personę, quia sic nos orare debe
mus, sicut Christus nos orare docuit, ipse tamen do-
cuit nos orare ad patrem dicens, si quid petieritis pa-
trem in nomine meo Io. 16. etiam ipse ad patrem ora-
bat infra 26. pater si fieri potest tran. a me ca. is. & Io. 14.
dicitur ego rogabo patrem, & alium paraclitum da-
bit vobis, & Io. 4. dicitur pater tales adoratores quæ-
rit, idest qui adorent eum in spiritu, oratio tamen per-

F tinet ad illum cui exhibetur adoratio, ergo sub ratio-
ne personę patris adoratio fit. Item omnia, quę perti-
nent ad essentiam, siue ad attributa sunt communia
tribus personis, ideo si ratione essentię oratio fieret
ad Deum, fieret ad omnes tres personas simul, vel ad
quãcunque earum indifferenter, cum in quacunque
sit tota essentia, & perfectio attributorum, & tamen
ad Spiritũ Sanctum non fiunt orationes, sed ad patrẽ,
vel ad filium, ergo ratione personę fit oratio.

Item patet hoc, quia non pertinet orare, & orari
ad eundem, & tamen ad filiũ & Spiritum Sanctum
pertinet orare: nam de filio patet Io. 14. ego rogabo
patrẽ, &c. de Spiritu Sancto ad Ro. 8. spiritus postulat
pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ergo non per-
tinebit orari ad filium, & Spiritũ Sanctum, sed solus
G pater, de quo nunquam inuenitur, quòd orauerit ad
aliquem, erit ad quem debeat orari.

Dicendum, quòd oratio fit ad Deum non sub ra-
tione personę, sed sub ratione attributorum essentia-
lium, & patet, quia oratio fit ad Deum, vt per ipsum
impleatur, quod petimus, istud autem implere perti-
net ad potentiam, sapientiam, & bonitatem Dei: in-
quantum summe sapiens est, scit quomodo fieri de-
beat, id ꝙ petimus, & intelligit illud etiam si secreto
cordis nostri solum illud concipiamus.

Inquantum vero est omnipotens potest abundan-
ter facere, id ꝙ petimus, inquantum vero est summe
bonus dignatur concedere, ꝙ petimus licet illud non
meruerimus, ex parte, ergo istorum trium attributorũ
H diriguntur orationes in Deum, ipsa tamen attributa
ad essentiam pertinẽt. Item patet, quia in oratione
petimus aliquid a Deo, nemo tñ põt dare, ꝙ non hẽt,
& iõ oramus ad Deũ, tanq̃ ad hñtẽ, id ꝙ nos petimus
sed id ꝙ petimus est beatitudo, quia ipsa est caput
oĩum bonorũ. Deus aũt solus beatitudinẽ habet, tanq̃
solus essentialiter beatus, ergo ad Deũ, tanq̃ ad beatũ
oramus. Item patet, quia in oratione aliquid nobis cõ-
cedi a Deo poscimus: Deus tñ non habet aliq̃ habitu-
dinẽ ad creaturã sub ratione personę, iõ est impossi-
bile, ꝙ sub ratione personę aliquid faciat, vel conce-
dat creaturę, patet quia personę constituuntur, & di-
stinguũtur proprietatibus relatiuis, sed ꝑ relatiuas ꝓ-
prietates personę solum ad seipsas referuntur, s. pater-
I nitate, filiatione, & passiua spiratione, sub his aũt re-
ferri personã aliquã diuinã ad creaturas est impossi-
bile, quia referretur tunc pater per paternitatem ad
id cuius non est pater, & filius per filiationem ad id
cuius non est filius, hoc autem contradictionem in-
cludit, ideo impossibile est personas diuinas sub ra-
tione personalitatis ad creaturas referri, sed refertur
Deus ad creaturam, vt artifex, vt creator, vt guberna-
tor, vt causa, & sub similibus relationibus, ista autem
pertinent ad essentiam, ideo Deus sub ratione perso-
nalitatis non potest referri ad creaturam, quia ratio
personalitatis non est, nisi ad constituendum, & di-
stinguendum in diuinis, refertur ergo sub ratione
alicuius attributi essentialis, & tamen oramus ad
K ipsum inquantum aliquid nobis concedit, vel facit,
ergo oratio dirigitur in Deum non sub ratione per-
sonę, sed sub ratione essentię, vel attributorum essen-
tialium, quæ incidunt in essentiam, & ob hoc non
est magis orandum ad vnam personam, quam ad
alteram, quia nihil est, quod nos petamus, quod
possit vna persona sine altera conferre, sed omnes
tres simul conferunt, tanquam sit vnum princi-
pium conferens, quia quantum ad essentialia per
quæ ad nos referuntur sunt omnes tres personę ve-
re vnum, tanquam si essent vnica persona, quia
non differt ad hoc esse vnicam personã, vel multas
cum non constituatur pluralitas per essentialia, sed

orandum

õrandum eſt ad tres perſonas ſimul, vel ad Deum nõ inuocata aliqua perſona ſpecialiter.

Siquis autem oraret ad patrem ſolum, vel ad filiũ ſolum, quaſi magis affectus ad vnam perſonam, quã ad alteram, peccatum grauiſſimum eſt, & ad hęreſim pertinet, quia præſupponitur vna perſona melior altera, vel habens ſpecialem bonitatem, ꝙ falſum eſt, quia omnes tres ſimul habent vnicam, & eandem eſſentialem bonitatem. ſiquis etiam actualiter conſiderans de omnibus tribus perſonis orationem ſuam velit dirigere ad vnam perſonam, & non ad alteram, tanquam ab illa ſuſcepturus aliquid, ꝙ non ab alijs, ad hæreſim pertinet, quia præſupponit poſſe aliquid vnã perſonam, ꝙ non poſſit alia cum ſit eadem poteſtas omnium trium ſiquis etiam velit orare ad vnã perſonam non orando ad alias, quia vult vni dare iſtum honorem, & non alteri, ad hęreſim pertinet, quia orare actus latriæ eſt, & eadem latria debetur omnibus tribus perſonis, dum latria debeãt ratione eſſentię. quocunque ergo modo quis oret ad vnam non orãdo ad alias, ſed excludendo eas ab oratione ſuſpitionem habet de hæreſi, quia videtur ponere gradus in trinitate, ſicut poſuit Arrius, & Neſtorius, ſed orandum eſt ad omnes tres perſonas, vel ad Deum abſolute non expreſſo nomine alicuius perſonæ, vel ſi exprimimus nomen vnius perſonæ, non debemus per hoc intelligere, ꝙ aliæ perſonæ ſint excluſę, vel ꝙ ad illãm perſonam ſpecialiter oretur, ſed ꝙ ad omnes tres fiat, licet vnica exprimatur, & tunc bene poteſt fieri, quia cum oratio debeatur ratione naturæ, quæ ita perfecte inuenitur in vna perſona diuina, ſicut in tribus, poteſt oratio dirigi ad vnicam nominatam. Et non intelligitur dirigi ad eam ſolam, ſed ad omnes tres cum in ea inueniatur natura omnium trium, & ſubſtantia perfecte, interdum tamen eccleſia dirigit orationẽ ad vnã perſonã non nominando alias, quia orat pro actu alicuius appropriati alicui perſonæ, & non alteri, vt quãdo oratur pro gratia, vel charitate in illa oratione, veni creator ſpiritus, & in alia, nunc ſancte nobis ſpiritus, oratur ad ſpiritum ſanctum, quia charitas, & ardor attribuuntur Spirituiſancto, & tamen non debet intelligi, ꝙ ipſe Sanctus ſolus iſta conferat, quia tunc eſſet hęreſis, cum non poſſit dare per ſe aliquid, ꝙ nõ deni alię perſonę, & hoc caute innuitur in orationibus quas dirigit eccleſia ad ſpiritum ſanctum, quia licet ad ipſum dirigat, tamen innuit id ꝙ petit, etiam alijs perſonis conuenire, vt in illa oratione, veni creator ſpiritus, quia vocatur ſpiritus creator, & tamen rõ creatoris omnibus tribus competit, vnde innuitur, ꝙ in hoc, ꝙ petitur a ſpiritu ſancto etiã aliæ perſonæ cũ eo conueniunt, & in alia oratione, nunc ſancte nobis ſpiritus, licet ad ipſum ſolum ſermo dirigatur, innuitur etiam ad alias pertinere perſonas conferre, ꝙ petitur, vnde dr̃ vnum patri cum filio. i. ex ea parte qua ſpiritus, pater & filius ſunt vnum, id eſt vnus Deus cõpetit eis conferre quidquid petimus.

Ad primum dicendum, vno modo, ꝙ pater accipitur ibi non perſonaliter, ſed eſſentialiter, & ſic tota trinitas vocatur pater, ſic dicitur infra in litera. Pater noſter, &c. Luc. 11. & præced. c. dicitur pater veſter cęleſtis miſericors eſt, & tamen non intelligitur ibi de perſona patris, ſed de tota trinitate. Et hoc poteſt conuenire, quia non dr̃ ſi quid petieritis a patre meo, ſed ſi quid petieritis a patre.

Aliter poteſt dici, ꝙ accipitur pater perſonaliter ꝓ ſola perſona patris, non tamen innuitur, ꝙ ad ſolũ patrem ſit orandum, ſed quia etiam ea, quæ ſunt eſſentialia ſunt in alijs perſonis, quaſi deriuata a patre cum alię duę a patre procedant, & per iſtam proceſſionẽ generationis, & ſpirationis accipiunt totum quicquid

A habent, & ideo fit quędam reductio ab alijs perſonis in patrem, vt dicit Hilarius. & propter hoc etiam pater dicit principium totius Deitatis, & ſic nos in patrem tanquam in principium, non de principio reducens Chriſtus orare docuit ad patrẽ, ſed forte melius erit, ꝙ accipiatur pater eſſentialiter, quia in forma orãdi quã Chriſtus tradidit accipitur pater eſſentialiter, & non perſonaliter. ſ. Pater noſter, &c.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſpiritui ſancto cõpetit ex perſonali proprietate, ꝙ ſit donum, & non donator, & quia quã ſoloramus petimus aliquid nobis dari, vel fieri, non conuenit dirigi orationem in donũ, ſed in donatorem, oramus ergo vt detur nobis ſpiri-
B tuſſanctus, ſed non oramus ipſum ſpiritumſanctum, quia pater, & filius illum donant.

Aliter poteſt dici, & melius, quòd oratio ad omnes perſonas dirigitur, vel ad quamque earum per ſe, inquantum in qualibet perfecte reperitur tota eſſentia, & perfectio trium, & ita eccleſia dirigit aliqñ orationem ad patrem, & aliqñ ad filium, & interdum ad ſpiritumſanctum, licet rarius ad eum, & tamen aliqñ ad eũ oratur, vt in illis duabus orationibus. ſ. veni creator, & nunc ſancte nobis ſpiritus.

An oratio debeat fieri in ſecreto vel in publico. Et quomodo oratio eſt duplex. Et quare Chriſtus iuſſit orare in ſecreto.

C *Quæſt. LXXXIX.*

QVAERETVR de loco orationis, & circa hoc eſt dubium. Primo an oratio debeat fieri in publico, vel in ſecreto.

Dicunt quidam, quòd ſolum in ſecreto, quia cauere debemus imitari errantes, ſicut dixit Chriſtus de Ethnicis ſupra in litera, ꝙ putant ſe exaudiri in multiloquio ſuo, & ſubdidit nolite ergo illis aſſimilari, & tñ hypocritæ errabant in hoc, ꝙ orabant in publico. ſ. in ſynagogis, & angulis platearum, ergo etiam non debemus imitari eos, ſed orare in ſecreto.

Item peccatum eſt agere cõtra formam traditam nobis a Chriſto, & tamen Chriſtus dixit, tu autem cũ
D oraueris intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem, ergo non eſt orandum in publico.

Dicendum, quòd oratio eſt actus bonus in ſe, & ideo ſiue fiat in publico, ſiue in ſecreto, dum bona intentione fiat bene fiet, & non differt quantum ad ſe orari in publico, vel in ſecreto, ſed ſolum differt quãtum ad orantem, ſecundum quòd poteſt impediri, vel adiuuari ex hoc, quòd eſt orare in publico, vel ſecreto, debet autem quilibet orare eo modo, & eo loco, vbi maiorem fructum, & deuotionem in oratione ſe aſſequi putat, & quia quibuſdam vtilius eſt in ſecreto orare, conſuluit Chriſtus orare in cubiculo, alijs vero nullum præſtatur impedimentum in publico orando, ideo illis competit orare in publico.

E Sciendum autem, ꝙ oratio cum ſit ſecundum ſe bona conuenienter fit in publico, quia honeſta volũt manifeſta eſſe, ſolum autem turpe latere vult. Secundo, quia orare in publico pertinet interdum ad maiorem charitatem, & fructum: inquantum orans non ſolum orat, ſed etiam alijs orandi exemplum tribuit, & hoc modo, & hac intentione Chriſtus ſuaſit opera noſtra facere palam pręcedenti capitulo, luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant bona opera veſtra.

Tertio, quia hoc prodeſt ad maiorem Dei cultum & laudem, eſt. n. oratio actus latriæ, & pertinet ad diuinum honorem, & tñ Deus magis laudatur ex operibus noſtris, qñ illa innoteſcunt alijs præceden. capit.

videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, & 1. Pet. 2. conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum.

Quarto, quia scriptura suadet in publico orare Psal. 21. narrabo nomen tuum fratribus meis, & in me. ecc. lau. te. i. in medio multitudinis, & Psal. 25. in ecclesiis benedicam te domine, & Psal. sexagesimoseptimo, in ecclesiis benedicite domino, & hoc propheta ad Dei laudem pertinere existimat dicens, vota mea red. in conspe. omnis populi eius. Psal. 115. ergo corā multitudine orare bonum est.

Quinto, quia per hoc aufertur suspitio male sentiēdi, quia siquis nunquam oraret in publico putaretur de Deo male sentire, & contemnere totum diuinum cultum, & tamē quilibet debet solicite agere ne proximis scandali occasionem tribuat.

Sexto, quia si orare in publico non esset bonū, non instituisset Deus orationis loca, in quibus congregarentur homines ad orandum, & tamen in veteri testamento instituit Deus sanctuarium, ad quòd conueniebant omnes Israelitæ ter in anno. Exod. trigesimotertio, & trigesimoquarto capitulo, instituit etiam synagogas per singula loca. Apostoli etiam in nouo testamento instituerunt ecclesias, in quibus conueniebāt ad orandum fideles, vt innuitur prima Corinthiorum vndecimo, & decimoquarto, ergo bonum est orare in publico.

Pro hoc autem sciendum, quòd oratio est duplex, quædam est oratio necessaria, quæ fit a ministris ecclesiæ, & exhibetur Deo nomine totius communitatis, quia cum non possit tota communitas simul Deo vacare orando, & exhibendo alios actus latriæ, dat ministros loco sui quorum sit officium vacare Deo, & his constituitur victus de communibus expen. & eleemosynis, scilicet de decimis, primitiis, & oblationibus fidelium: istud autem obseruatur in nouo testamento, quia Deus sic instituerat in veteri eligens sibi Aaron, & filios suos, & deinde fecit, quòd totus populus offerret ei Leuitas loco primogenitorum suorū, & insuper pecuniam daret. Numer. 3. & octauo capitulo, & pro omnibus istis ministris dabat populus decimas, & oblationes, & alia iura ad sustentationem ipsorum. Numer. decimooctauo, ita nunc ministri loco communitatis ponuntur, & de bonis communibus sustentantur, & quia orationes quas ipsi fundunt sunt nomine communitatis, decuit vt manifeste fierent, vt tota communitas hoc perciperet, & sic orationes ministrorum ecclesiæ in publico fieri debent.

Aliæ sunt orationes non necessariæ, vt illę quas singuli faciunt, & de istis dicendum, quòd possunt fieri in publico, vel secreto, sicut viderit quilibet expedire sibi, quidam enim sunt qui in publico non impediuntur orare, & illis conueniens est orare in publico: est autem duplex impedimentum vnum, quando impedit quis in oratione, aliud quo impeditur in fructu orationis. De primo patet, quia aliqui sunt qui si viderint alios præsentes, nihil possunt attente dicere, sed diuertitur mens eorum, & diuagatur, & istis bonum est in secreto orare. De secundo patet, quia quidam & si non impediant ab oratione, vel orationis attentione, sunt tamen mente infirmi, & facile subintrat, & extollit eos inanis gloriæ amor, qui licet in oratione non impediantur, orationis tamen fructum perdunt, & ideo istis melius consultum est in secreto orare, hoc enim Christus voluit dicens: intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem, scilicet ibi nemo orantem impediet, vt diuertatur attentio: nulla etiam insurgendi inanem gloriam occasio aderit, qui tamen his non tangitur, & præcipue, quia inanem

F gloriam contempsit multum fructuose, & laudabiliter in publico orat, scilicet in loco ad hoc constituto, nam alibi orare, vt in plateis, & in concursu viarū laudabile non est, quia hoc manifeste iudicaretur ad superstitionem, vel ad inanem gloriam pertinere, & p hoc proximi scandalizarentur.

Ad primum dicendum, quòd Christus non vetuit orari in publico absolute, sed solum orare ea intentione, vt ab hominibus videamur, & laudemur: nam dixit hypocritæ amant in synagogis orare, vt videantur ab hominibus, sic dicit Chrysostomus super Matthæ. puto autem non ad locum hoc refert Dominus, sed ad propositum orantis: in conuentu enim fideliū orare laudabile est: sic dictum est in ecclesiis benedicite Deum, qui ergo sic orat, vt ab hominibus videa-
G tur non Deum aspicit, sed homines & ideo quantum ad propositum suum in synagoga orat, cuius autem orantis mens solum aspicit Deum, quamuis in synagoga, oret apud se tamen in secreto videtur orare. eo ergo proposito in conuentu velat orare, vt a conuentu videatur, & in hoc peccant illi qui in oratione sua, quam in publico faciunt aliquas cæremonias nouitatum foris prætendunt ad quas cæteri aspiciunt, & ideo videntur illi orare, vt videamur ab hominibus. Et si hac intentione non egerint etiam malum agūt, & indiscrete agunt, quia per has nouitates publice introductas cæterorum oculos in se conuertunt, sic dicit Chrysostomus super Matth. orans nihil nouum faciat, quod aspiciant homines, vel clamando, vel pe-
H ctus percutiendo, vel manus expandendo, scilicet nihil autem nouitatis faciendo, nec gloriam ab hominibus appetendo quis in publico oret non est increpabile, sic dicit Aug. lib. de sermo. do. non autem videri ab hominibus nefas est, sed ideo hoc agere, vt ab hominibus videaris.

Ad secundum dicendum, quòd Christus non dedit nobis istam formam orādi clauso cubiculo, quasi ad hoc nos velit obligare, sed consilium fuit pro eis qui infirmi sunt, & timent inanem sibi gloriam insurgere, quam si non timeant, nihil differt orare in publico, vel in secreto, sic dicit Hieronymus super Matthæ. supra hoc verbo intra cubiculum, scilicet hoc simpliciter intellectum erudit auditorem, vt vanam
I orandi gloriam fugiat, potest esse vtile orare in secreto ad augmentum fidei, vel potius ad excusandum errorem, quia aliqui putabant Deum res nostras ignorare, vel constare de eis, nisi cum has testibus confirmaremus. Cum autem quis in secreto orat ostendit se credere, quòd Deus secreta sciat, & quod testibus apud eum opus non sit. sic dicit Cyprianus, in abditis locis orare magis conuenit fidei, vt sciamus dominum, vbique esse præsentem, & maiestatis suæ plenitudine occulta penetrare. aliqui tamen intelligunt hoc figuraliter, scilicet per cubiculum cor nostrum per ostium cubiculi carnalem sensum, qui ad orationem nostram pertingere non debet, scilicet, quia nihil carnale in oratione petere debemus, & cum ora-
K mus omnes carnales cogitationes a nobis debemus abiicere, sic dicit Augustinus libro de sermo. domini, vel per cubicula nostra sunt intelligēda corda nostra, de quibus dicitur, quòd dicitis in cordi. ve. & in cu. ve. compun. ostium est carnalis sensus, foris sunt omnia temporalia, quæ per sensum cogitationes nostras penetrant, & turba variorum phantasmatum orantibus obstrepunt: melius tamen accipitur ad literam, quòd sit consilium pro infirmis mente orare intra cubiculum.

An aliquis locus sit determinandus ad orationem. Vbi de templo Apollinis in Delpho. Et de causis propter quas laici habere debent locum determinatum ad orandum. Vbi explicantur pulchre verba, quæ dixit Christus Samaritanæ de adorando, nec in monte, nec Ierosolymis.

Quæst. XC.

QVAERETVR an sit determinandus aliquis locus ad orationem, vel sit æqualiter vbiq; orãdũ. Dicunt quidam, quòd nullus locus debeat determinari, quia Ioannis quarto, dixit Christus Samaritanæ, venit hora, qñ nec in monte hoc, nec in Ierosolymis adorabitis patrem. & eadem ratio videtur esse de omnibus locis, quod Christus expressit ibi dicẽs, venit hora, quando veri adoratores adorabũt patrem in spiritu, idest spiritualiter, & tamen adoratio spiritualis non respicit aliquem determinatum locum, ergo non est aliquis locus determinandus, & patet magis, quia Christus dixit spiritus est Deus, & eos, q adorant eum oportet in spiritu adorare, idest sicut ipse est spiritus, ita spiritualiter est colendus, nõ respiciendo tempora, nec loca. Et, q dr̃ de adoratione intelligẽdũ est etiam de oratione, quia vtrunque simul. Itẽ patet, quia oratio exterior ordinat̃ ad interiorẽ orationem, & est propter illã, sed interior oratio fit ad Deum, vt vbique existentem, ergo exterior oratio non requireret determinatum locum. Item si determinatus locus deberet esse in oratione hoc esset, quia Deus alicubi nos audiret, & alibi non, sicut qui alicui loquitur accedit ad ipsum, quia de longinquo audire non potest, vel quia forte loca aliqua conferunt aliquid ad exauditionem orationũ ad quam alia non conferunt, neutrum tamen est.

De primo patet, quia Deus vbique est, & ideo non magis in vno loco, quam in alio audit: etiam non est, secundum quia loca non continent aliquam virtutẽ ad hoc, q Deus exaudiat nos, nec ad hoc q aĩus noster disponatur ad orandum conuenienter, quia ista est operatio spiritualis, quæ loco conuenire non potest: maxime quia est operatio virtutis infinitæ, q̃ nec loco, nec corpori competit.

Dicendum, q ad orationem directe locus non cõfert, vt nunc tangebatur, gentiles tamen qui circa naturam deitatis errabant putantes eam esse finitam, & etiam conuenire corpori, credebant virtutẽ diuinam esse alicubi, & non alibi, vel potius alicubi, quã alibi, & isti determinarent locum ad orandum, ita q crederent se exaudiri ibi, & non alibi, ita innuit Lucan. li. 5. loquens de templo Apollinis Delphici vbi mirabilia responsa dabantur ingrediente fœmina virgine sacerdote Apollinis in quoddam antrum, vel cauẽa, nam tunc arripiebatur, & velut amens ferebatur, & respondebat veritates occultas: dixit enim Lucanus in loco illo diuinam esse virtutẽ, quę hoc faceret, & ideo gentiles illic ibant ad accipienda responsa, & non ad aliũ locum, quasi ibi solum, vel præcipue diuina virtus esset. hæc autem paganorum insania fuit, nos autẽ qui veritatem clare nouimus scimus vbique esse Iere. 23. scilicet occultabitur a me vir, & ego non videbo eũ, quoniam cœlum & terram ego impleo, & propheta. Psal. 138. Dicit quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? si ascendero in cęlum tu illic es si descendero in infernum tu ades, si sump. pen. me. dilu. & habita. in extre. ma. etenim illuc ma. tu. dedu. me. vbiquẽ ergo ad Deum orari potest, quia vbique est, & exaudire potest, loca etiam nihil conferunt ad hoc, q oratio nostra exaudiatur, quia ex sola Dei bonitate prouenit, q petitiones nostras exaudiat, quia etiam si iusta petierimus non obligat̃ nobis illa dare, quia Deus

A ad nihil tenetur. Quamquam ergo Deus dat ex sola bonitate, & liberalitate, voluntatem tamen Dei nulla virtus corporalis cogere potest, nec inclinare, ideo loca nihil conferunt secundum se ad hoc, q orationes nostræ exaudiantur. Etiam nihil conferunt loca ad disponendum animum nostrum directe, vt melius oret, quia loca, & corpora non communicant cum ratione nostra, quæ est pure incorporea, ideo non possunt eam disponere ad orãdum, maxime quia virtus, quæ disponit mentem ad orandum diuina est, quia Deus qui orantes exaudit oraturos concitat ad petendum, non est ergo aliquid in loco, propter q debeat specialiter locus eligi ad orandum in ipso.

Sciendum tamen, sicut dictum est præceden. quæstione, quòd oratio est duplex, quædam est oratio necessaria, sicut est oratio ministrorum ecclesiæ. Alia
B est oratio spontanea, sicut oratio priuatorum. De prima dicendum, quòd sicut requiritur eam esse in publico, vt communitati pro qua fit innotescat, ita debet esse in loco determinato, quia aliàs non posset bene innotescere si liceret ministris ad libitum eorum orationis locum mutare, & esset aliquid valde inordinatum, & ob hoc Deus approbauit, immo ipse instituit iubens fieri sibi sanctuarium. Exo. vigesimoquinto, & vigesimosexto capitulo, & postea factũ est templum Salomonis a Deo iubente, ad quod totus Israel concurrebat, tertio Regum octauo capitulo, & secundo Paralipomenon sexto capitulo, & in isto loco ma
C nebant ministri laudes diuinas semper decantando, sic etiam in nouo testamento ecclesiæ sunt institutæ in quibus ministri diuinis laudibus, & orationibus vacant.

De oratione priuatorum dicendum, q sicut non obligantur orare in publico, vel in secreto determinate, vt ostensum est, præceden. q. ita nec obligantur in loco aliquo determinato orare, sed possunt orare in domibus intra cubiculum, vt Christus dixit, vel vbicũque voluerint, fuit tamen pro orationibus priuatis ẽt conueniens locum instituere, quia licet non teneantur priuati ibi orare, est conueniens ibi orare, potius quam alibi, vel saltem potest ad aliquid prodesse. Et
D ideo non solum ministri ecclesiæ, sed ẽt laici ad orandum in ecclesia conueniunt, sic ostendit Ap̃s. 1. Cor. 14. dans modum quõ viri, qñ conueniunt in ecclesia orare debeant, q non se impediant mutuo, & istũ modum Christus approbauit, nam in veteri testamento, præter sanctuarium dñi, q erat vnicum in tota terra Iudęorum, in singulis locis erant synagogę, in quibus Iudæi conueniebant ad orandum, & ad doctrinã legis, Christus aũt oĩbus diebus sabbati ibat ad synagogam, sic dr̃ Luc. 4. q cum esset Christus in Nazareth, vbi erat nutritus, intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, & sic innuit, q etiam oẽs fideles diebus festis in ecclesias conuenire dẽant ad orandum, quia non sine causa illud fuit de Christo expressum. Sunt autem aliquæ causę propter quas
E etiam laicis conueniat esse locum determinatum ad orandum.

Prima est, quia quando venerint in locum illum locus ipse monet eos, vt orent, nam ideo vocatur domus orationis. Isa. 66. domus mea, domus orationis vocabitur, vnde ibi nihil aliud facere licet, nisi orare, sic dicitur 42. dist. c. oratorium. s. nec ibi quidquam aliud geratur, aut contractetur, q̃ q diuinis ministeriis cõueniat. Et ideo dicitur oratorium hoc, vt sit q dr̃. i. sicut vocatur oratorium, ita sit oratorium, q nihil aliud fiat ibi, nisi orare, & ea quæ nomine orationis cõprehendi possunt. s. legere, & audire diuina verba, & sacra misteria tractare, sic etiam dicit August. eadem distinction. c. in oratorio. s. in oratorio præter orandi,

& psallendi cultum penitus nihil agatur, vt huic nomini opera iugiter impensa concordent, vnde si aliquid aliud agatur in oratorio, i. in ecclesia cõqueritur Deus: sic dicit Christus Io. 3. quando ementes, & vendentes de templo eiecit. s. domus mea, domus orationis vocabitur, & vos fecistis eam speluncam latronũ. s. constituendo locum emendi, & vendendi, vnde non permittebat, nec saltem vas transferri per templum. Marc. c. 11.

Secunda causa, vt deuotius fideles orent, quia ipse locus incitabit eos, nam licet locus secundum se, nihil conferat ad bene, vel male orandum, tñ qñ sciunt locum specialiter esse constitutum ad hoc deuotius agunt, quã alibi agerent, quia locum esse ad hoc determinatum confert quandam auctoritatem, & pp hoc solent talia loca specialiter consecrari per episcoporum cæremonias, vt ex hoc cõcipiant orãtes quandam deuotionem specialem.

Tertia est, quia licet locus virtutẽ nullam habeat placet Deo interdum propter meritum alicuius, vel pp aliquam aliam causam cæteris paribus exaudire magis orantes in quibusdam locis, quam in alijs, sic fuit de templo Salomonis. 3. Re. 8. & 2. Paralip. 6. nam ipse petiuit a Deo, q orantes in illo loco exaudirentur, & specialiter expressit quædam, in quibus maxime exaudirentur, & Deus concessit ea, quæ Salomon petiuit, & tunc populi hoc scientes concipiebant maiorem deuotionem orandi ibi, quã alibi, & ex hoc exaudiebantur, & si nulla causa alia esset, hoc tñ rarum est, nec oportet asserere loca aliqua in quibus Deus magis hoĩes exaudiat, quam in alijs, nisi in quibusdã locis sint sepulchra sanctorum. Et ad ostẽsionẽ sanctitatis eorum orantes ibi exaudire vult, & ab ęgritudinibus sanare, potius quam alibi. Nam istud frequẽtissimum est: alias autem vbi nõ apparent aliqua talia, dementissimum est dicere, q in vno loco potius exaudiatur oratio hominis, quam in alio.

Quarta est, quia in ecclesia qui est locus determinatus ad orandum fiunt sacra mi[s]teria, & alia sanctitatis signa, quæ homines multum mouent ad deuotionẽ.

Quinta est, quia dato loco cõi ad orandum conueniunt illuc oẽs, iam perfecti, q̃ imperfecti, & licet quidam imperfecti, & frigidi, vel tepidi p se nõ moueantur ad orandum: videntes tñ eos qui perfecti sunt deuote orare, incitabuntur ipsi ad orandum.

Sexta est, quia in loco cõionis orant, & cõcursu multorum fit oratio magis exaudibilis, quia infra 28. dicit, vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo in medio eorum sum, & iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quãcunque petierint fiet illis a patre meo. fuit ergo conueniens esse locum aliquem determinatum ad orandum, non solum pro ministris qui orant pro cõmunitate, sed etiã ad orationes priuatas, licet priuati non obligantur ibi orare quandocunque orauerint, siquis autem putat inutile esse conuenire in ecclesia ad orãdum, tanquam non sit bonum, vel melius sit orare in domo, quam in ecclesia ad hæresim pertinet, sicut dicitur 30. distinct. c. siquis docet domum Dei contemptibilẽ debere esse, & congregationes, quæ in ea fiũt anathema sit.

Ad primum dicendum, q Christus per illud non indicauit, q tempore noui testamenti non deberet eẽ aliquis locus determinatus ad orandum, quasi hoc esset spiritualiter orare, sed innuit, q adueniente nouo testamento cessare debebat ritus Iudaicus, quantũ ad omnes cæremonias, & quia erat quædam cęremonia Iudæis orare in Ierusalem, & facere ibi sacrificia, ita quod non liceret alibi sacrificia fieri. Deuteronõ. 12. & 16 Samaritanis autem erat cæremonia orare, &
F facere sacrificia in templo constructo in monte Garizim, ostendit Christus, q vtrunque cessare debebat, & apparet manifeste, q Christus non loquebatur ibi de loco, vel oratione, sed potius de ritu sacrificiorũ, & patet quia Christus respondit ibi ad quæstionẽ Samaritanæ. s. an esset adorandum Ierosolymis, vel in monte illo, idest in templo Garizim. Et tamen non erat dubium inter Iudęos, & Samaritanos de loco orationis, quia Iudæi concedebant orationis locum esse vbique, & in omnibus ciuitatibus, & locis synagogas habebant, vt innuitur supra in litera vbi dicitur de hypocritis. quòd amant in synagogis orare, & infra c. 23. vbi Christus nominat multas synagogas Iudæorum, & in multis alijs locis, locus autem sacrifi-
G ciorum erat, vnicus. s. templũ dñi in Ierusalẽ: Samaritani aũt habebãt aliud tẽplũ in monte Garizim, q pec dissensionem quandã Iudęorũ factũ est, vt dicet Io. 4. & in illo faciebant sacrificia, & omnes ritus quos Iudęi faciebant Ierosolimis, & sic erat contentio Iudęis, & Samaritanis, asserentibus Iudęis debere fieri ritus illos solum in Ierusalem, Samaritanis autẽ asserentibus debere fieri in templo montis Garizim, & de hoc volui mulier certificari a Christo, quia agnouit eum esse prophetam, & tunc Christus dixit, q veniebat hora in qua, nec in Ierusalẽ, nec in mõte illo adoraretur, s. quia adueniente nouo testamento cessarẽt oẽs ritus cęremoniales sacrificiorum, & ita factum
H est, quia in vno loco nunc exhibentur tales cęremonię, de oratione aũt Christus nihil dixit, ideo illa vbique manet, & propheta hoc significauit annuncians cessatura sacrificia Iudęorum, & q in omni loco offerẽtur alia sacrificia, & orationes ab alijs gentibus Malachi. 1. nõ est mihi voluntas in vobis dicit dominus, & munus nõ suscipiam de manu vestra, ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco offertur nomini meo oblatio munda.

Ad secundum dicendum, q licet oratio interior non respiciat locum, nec tempus, sed Deum absolute vbique existentẽ, oratio tamen exterior, quia consistit in quibusdã signis sensibilibus, & particularibus, necesse est, qđ in loco & tempore fiat, q tñ fiat hoc
I tempore, vel loco potius, quã illo non est simpliciter de necessitate orationis, & tñ fuit conueniens locum dari pp causas supradictas. Ad tertium dicendum, q non oratur in loco determinato, quasi Deus ibi sit, & non alibi, vel magis, quã alibi, aut magis ibi exaudiat, quam alibi quantum est ex natura loci, sunt tamen aliquę cõmoditates pp quas conuenientius est locũ esse determinatum ad orandum, quam incertum.

An orans debeat conuertere vultum ad orientem dum orat, vel ad occidentem. Quæst. XCI.

QVAERETVR cum sit conueniens locum esse determinatum orationi, quæ debet
K esse positio orantis: nam necesse est, quòd orans conuertat vultum suum ad aliquam partem, an debeat potius ad vnam, quam ad alteram conuertere, & quia communiter oratur contra oriẽtem est dubium an sic orari debeat. Aliqui dicũt, q cõ occidentem debeat orari, quia idem Deus est ad quẽ oratur in nouo, & in veteri testamento, & tamen in veteri testamento oratio fiebat versus occidentem, quia in sanctuario erat domus sancti Sanctorum ad occidentem, & ostium tabernaculi ad orientem, vt innuitur Exodi vigesimosexto, & sic intrabatur per partem orientalem: etiam orabatur contra occidentalem, scilicet contra sancta Sanctorum, quia ibi

dicebatur

dicebatur esse gloria Dñi.s. Deus sedens super cherubin vocabatur oraculum. Leui.16.eo ꝙ ꝯ partem illā orandum erat, sic igitur nos orare debebimus.

Dicendum, ꝙ licet necesse sit orantem hr̃e aliquā positionem secundum se, tñ nihil confert ad orõnem orare versus occidentem, aut meridiem, orientē, vel aquilonem, quia non est aliquid vtilitatis, ꝙ accrescere posset orationi ex his. Et licet sicut dictum est præced. q. determinatio loci non est necessaria simpliciter ad orationem, tñ aliqualiter erat conueniēs, & realiter confert, & adiuuat orantes propter multa ibi dicta: determinatio autē positionis, nec secundum se, nec per accidens confert aliquid realiter ad orõnem, ideo ad hoc non est multum aduertendum, nisi quis faceret hoc propter aliquam superstitionem, vt si putaret orationem factam versus talem, vel talem partē exaudiri, vel non exaudiri, quia versus talem partē fit. Nam istud est superstitio detestabilis. s. putare ibi esse virtutem, vbi nulla est.

Obtinet tñ consuetudo cõis ecclesiç orari ꝯ orientem, & ideo capita ecclesiarum constituuntur versus orientem, vt existentibus in ecclesia versus orientem orare necesse sit, hēt aũt ecclesia consuetudinē istam ad quandam decentiam propter aliqua.

Primo propter ostensionem diuinç maiestatis: nā oramus ad Deum omnipotentem, ideo versus illam partem orare debemus in qua ipse magis esse vr̃. & licet ipse vbique sit çqualiter, quia tñ operatio sua manifestatur magis in quibusdam partibus, quam in aliis versus illas magis orandum est, quia ibi magis esse vr̃ ostenditur tamen nobis Dei maiestas ex gubernatione mundi ad quam præcipue confert motus cçlorũ, & quia motus suus habet principium suum in oriente, videtur motor esse in oriente, ideo versus orientē orandum est.

Apparet hoc, quia motus talis indicat nobis diuinā maiestatem. Psal.18. Cœli enarrant gloriam Dei, versus orientem ergo oratur. Et sic Iudæi, quia putabant specialiter Deum esse in templo Salomonis, quando erant extra Ierusalem, orabant versus templum illud, 3.Reg.8.& 2. Parali. 6. Daniel quoque existens in Babilone apertis fenestris domus suæ, tribus temporibus in die flectebat genua, & orabat contra Ierusalem Danielis 6.

Secundo fit hoc propter paradisum, qui a parte orientis constitutus est Gen. 2. vbi dicit litera nr̃a plantauerat Dominus a principio paradisum, dicit litera hebraica ab oriente paradisum, & idem est, quia oriēs est principium terræ, sed hoc intelligitur de terrestri paradiso, in quo Adā moratus est, & peccauit, & non de cçlesti, quia cçlestis est in cçlo empyreo, & non determinamus illi aliquam partem: quia tamen per terrestrem paradisum cçlestis ostenditur oramus versus orientem, vbi est paradisus terrestris, vt per hoc ostendamus in oratione, nihil nos petere, nisi vitam æternam, quæ paradisus dicitur.

Tertio fit hoc propter Christum qui vocatē oriēs, quia ipse est lux mundo oriens Luc.1. visitauit nos oriens ex alto illu. hi. qui. in tenebris sedent, & etiam vocatur Christus Zacha. 6. Vir oriens, etiam ascensus suus in cçlum dicitur fuisse versus orientem, Psal. 67. Qui ascendit super cçlum cçli ad orientem, & aduentus suus ad iudicium expectatur futurus a parte orientis, infra 24. scilicet sicut fulgur exit ab oriente, & apparet vsque ad occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Ecclesia ergo ista, & similia attēdit, vt orare versus orientem introduceret, siquis tamen oret versus quamcunque partem orbis, dum tamen non in contemptum ecclesiastici ritus nihil differt, ꝙ verũ est in orationibus priuatis, secus autem est in orationibus

A ministrorum ecclesiæ: quia ipsi habent iam determinatas cçremonias orandi, quantum ad locũ, & quantum ad positionem, vt quia euangelium legatur in tali loco, & epistola in tali, hæc.n. omnia tanq̃ recte instituta ab ecclesia tenentur obseruare ministri.

Ad argumentum dicendum, ꝙ orare versus occidentem fuit cçremonia legis veteris, & nunc eā obseruare non tenemur, nec valet cum dr̃, ꝙ erat idem Deus, ergo debet eodem modo orari ad ipsum, quia tunc sequeretur, ꝙ cum ipse dederit legem veterē, ꝙ esset nunc obseruanda, ꝙ falsum est cũ potius sit nũc peccatum obseruare illam ad Galat.4.& 5.s. Dies obseruatis, & tempora: timeo, ꝙ sine causa laborauerim

B in vobis, idest inutiliter, & vocantē dies, & tēpora festa Iudçorum, & iterum, si circũcidimini Christus nihil vobis prodest. Et nõ est increpabile, ꝙ ista mutentur secundum conditionem temporum, & gentiũ, extra de consang. & affi. c. non debet, ideo vt non coincidamus cum Iudçis conueniens fuit, ꝙ nõ oraremus versus eandem partem versus quam Iudçi orabant, maxime quia non erat generale Iudçis orare versus occidentem, sed qñ erant in sanctuario orabāt versus occidentem, nam quando erant extra orabant versus Ierusalem, siue illa esset ad orientem siue ad meridiem, siue ad aquilonem. 3.Reg.8.& 2.Paralip.6 sic patet de Daniele qui existens in Babylone orabat contra Ierusalem Daniel. 6. & tamen Ierusalem est ad partē me-

C ridianam respectu Babylonis, nam respectu Ierusalē est Babylon aquilonaris Iere 1. ab aquilone pandetur omne malum super habitatores terrç, & loquitur de Nabuchodonosor rege Babylonis, ergo econtrario Ierusalem est meridiana respectu Babylonis, & sic & ipsi Iudçi poterant orare versus quamcunque partē. Causa aũt quare Deus iussit in sanctuario orari cõtra occidentem forte fuit, quia gentiles orabant versus orientem, nam ipsi adorabant Solem, & Lunā, & cætera astra. Sap.13. motus autem illorum est ab oriente, ideo illam partem respiciebant, Deus aũt voluit valde distrahere Iudços a cultu corporum cçlestium dicens, ꝙ illa non timerent, nec honorarent, sicut gentiles Iere. 10. iuxta vias gētiũ nolite discere, & a signis

D coeli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt, & intantum voluit distrahere Iudæos ab hoc, ꝙ iussit ne aspicerent Solem, & Lunam, & cætera astra, vt errore decepti non colerent ea Deuteronom. 4. nunc autem non est eadem suspitio, nec idem periculum in nobis, sicut in Iudçis, ideo licitum est versus orientem, aut quamcunque aliam partem orare.

An oratio sit conueniens cum Deus cognouerit quid homo oraturus sit & ad quid prosit. Et an per orationes immutetur diuina dispositio, & ordo. Et quod vtilitates sunt septem, quæ de oratione proueniunt.

Qõ. XCII.

E QVAERETVR circa hoc, ꝙ dicitur in litera: scit.n. pater vester quid opus sit vobis, an oratio sit homini conueniens.

Aliqui dñt, ꝙ non, quia oratio cum sit quçdam petitio non vr̃ esse conueniens, nisi ad intimandum id quod indigemus ei a quo petimus: Deus tñ scit hoc etiam antequam petamus, vt dicitur supra in lr̃a, ergo nõ est opus orare, sed superfluum: in cultu autem Dei nihil debet esse superfluũ, quia cultus superfluus vocatur superstitio, ergo nõ est ꝯueniens orare. Item per orationem flectitur aĩus eius ad quem oratē ad concedendum, ꝙ petitur: Deus tñ est immutabilis 1.Re.15. triũphator in Israel nõ parcet, & pçnitudine

non flectetur, & Nume. 23. nō est Deus, quasi homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur, ergo non est conueniens orare ad Deum cum per hoc nō flectatur.

Item non videtur hoc conuenire diuinę bonitati, scilicet quòd petamus aliquid a Deo, quia liberalius est dare non petenti, quam petenti, quia dicit Seneca, quòd nulla res carius emititur, quam quæ precibus empta est: Deus autem est liberalissimus, ergo non est conueniens, quòd petamus aliquid ab eo.

Dicendum, quòd Deus orandus est, quia tota sacra Scriptura hęc suadet, & Christus nos in hoc instruxit orare iubens, & orandi formam tribuens: fuerunt tamen circa hoc errores quorundam gentilium dependentes ex ignorantia modi diuinę prouidentię.

Primus fuit quorundam dicentium, quòd res humanę non reguntur diuina prouidentia, sed temerario casu sine rectore fluctuant, & isti iudicabant vanū esse petere aliquid a Deo cum de rebus nostris curam nullam habeat, sicut dicitur Mala. 3. dixistis vanus est, qui seruit Deo, & quod emolumentum, quia custodiuimus pręcepta eius, & ambulauimus tristes coram domino?

Secundus error fuit dicentium omnia tam in rebus naturalibus, quam humanis ex necessitate accidere, siue hoc fiat ex immutabilitate diuini consilij, siue ex necessitate stellarum, siue ex connexione causarum, aut quocunque accidat, & isti etiam excludūt orationem, quia etiam si Deus aduertat ad res nostras, dum tamen illę eueniant ex necessitate, oratio nihil prodest, quia nihil potius fiet orando, quam non orando.

Tertius error fuit quorundam dicentium res humanas a Deo gubernari, & tamen esse contingentes, quia asserebant dispositionē diuinę prouidentię variabilem esse, & quòd Deus precibus, & alijs actibus latrię flectatur ab eo, quod semel determinauerit in fauorem orantis, vel latriam exhibētis. Omnes istę tres positiones errant, sed varie.

Primę duę excludunt penitus orationem. Tertia autem attribuit orationi plusquam iustum est, scilicet quòd mutare possit diuinam dispositionem. de causis errorum illorum ostēdetur magis infra 10. c. cum agetur de prouidentia Dei.

Dicēdum autem, quòd oratio vtilis est apud Deū, quia aliquid efficit: non tamen mutat diuinam dispositionem. modus est, quia Deus in suo esse ęternitatis de singulis rebus disposuit quid in illis fiat, & ad quem finem perueniant, & non solum disposuit de effectibus rerum, vel finibus, sed etiā de causis illorum effectuum, & de modis perueniendi ad finem determinatum, & inter cęteras causas rerum sunt humani actus causę aliquarum rerum, ideo oportet homines agere aliqua non, vt per suos actus diuinam dispositionē immutent, sed vt per actus suos impleant quosdā effectus secundum ordinem a Deo dispositum, & ita mediante tota natura, & Angelis, & dęmonibus aliqua a Deo disposita deducuntur in esse, quia sicut Deus illas res aliquando futuras esse disposuit, ita etiā, quòd per istas, vel illas causas ad esse deducentur disposuit: & simile est de oratione, quam Deus disposuit, tanquam causam inducendi quosdam effectus. oportet ergo interdum orare, vt illi effectus fiant, qui sine orationibus deduci ad esse non possunt, quoniā ita deduci eos oportere dispositum est. quando ergo oramus, non ideo oramus, vt per hoc diuinam dispositionem immutemus, quia scimus eam esse inuariabilem, sed vt impetremus, id quod Deus disposuit Sanctorum orationibus impetrandum, & quia nos rationabiliter præsumere possumus gratiam, & glo-

F riam, & alia bona spiritualia circa nos sic esse a Deo disposita, quòd illa precibus obtineamus, pro omnibus illis instanter orare debemus, & inducere alios ad orandum pro nobis, sic dicit Grego. 1. dialogo. quòd bona, & prędestinatio nostra sunt, ita disposita interdum, vt non, nisi precibus sanctorum obtineantur, & sic oratio apud Deum est multum vtilis pro illis, quæ Deus disposuit nos per orationem assecuturos, quæ autem disposita sunt a Deo aliter euenire, etiam si frequenter petantur, nunquam euenient, sed potius in talibus Deus reuelat viris sanctis ne illa petant, sicut fuit de Moyse Deut. 3. qui sępe orauit dñm, vt permitteret eum transire Iordanem in terram Chanaan, cui Deus dixit sufficit tibi, nequaquam vltra loquaris de hac re ad me: sic etiam fuit de Samuele, qui
G orabat pro Saule, quia Deus abiecerat eum ne regnaret, & lugebat pro eo 1. Reg. 15. & postea Deus dixit Samueli vsquequo tu luges Saulem, cum ego proiecerim eum ne regnet super Israel? 1. Reg. 16. & tunc cessauit Samuel orare pro Saule. vel si Deus non reuelat orantibus se non concessurum hanc rem facit hoc, vt illi consequantur meritum in orando, quia licet non consequantur, quod petunt forte merebuntur aliud, quod est melius, quam id, quod petunt, & ita non erit oratio inutilis.

Ad primum dicendum, quòd nos non porrigimus Deo preces, vt ei nostra desideria, vel indigentias ostēdamus, sed vt per hoc nosipsi incitemus nos in Deū, sic dicit Hiero. super Matth. consurgit in hoc loco
H quædam hęresis Philosophorū dogma peruersum dicentium, si nouit Deus quid oramus, antequam petamus scit quo indigemus frustra scienti loquimur, & respondet nos nō esse narratores, sed rogatores: aliud est enim enarrare ignoranti, aliud petere scienti.

Ad secundum dicendum, quòd oratio nostra non ordinatur ad immutationem diuinę dispositionis, sed vt obtineatur nostris precibus, quod Deus precibus obtinendum disposuit.

Sed obijcietur, quia dicit Chry. super Matth. non oras, vt doceas, sed vt flectas. Dicendum, quòd non accipitur proprie flectere, idest quòd Deus a dispositione sua mutetur, quia quidquid disposuit ęternum
I est, & impossibile est mutari, sed dicitur flectere, scilicet quia Deus aliter facturus non esset, nam sicut disposuit rem euenire, ita disposuit media per quę eueniret. si ergo disposuit aliquid orationibus impetrandum, impossibile est illud sine orationibus obtineri, quia tamen Deus dare disposuerat illud alicui, mouebit ad orandum eum citius precibus res illa obtineri debet, & ita non frustratur sua dispositio. dicitur ergo Deus flecti per orationē non, quòd det id, quod alias nullo modo esset daturus, sed quod det per orationem id, quod sine oratione daturus non erat. prodest ergo oratio hoc modo.

Secundo etiam prodest ad meritum, quia etiam si homo non obtineat orando, meretur aliquid aliud
K saltem gradum in vita ęterna, etiam si obtineat quod petit, adhuc meretur per orationem.

Tertio prodest ad humiliationem: nam per orationem humiliat se homo Deo, quia quicunque petit humiliat se ei a quo petit.

Quarto, quia per orationem homo reducit se in memoriam peccatorum suorum, quia orandum est principaliter pro gratia, & gloria, hæc autem non habentur sine peccatorum remissione, ideo oportet orantem peccatorum suorum recordari. de his Chryso. vbi supra dicit non oras, vt doceas, sed vt flectas, vt familiaris efficiaris continuitate interpellationis, vt humilieris, vt remoreris peccatorum tuorum.

Quinto oratio prodest, quia mentem reddit serenam,

nam, & purgat a turbationibus sęculi. Sexto, quia per meritum orationis homo efficitur capacior diuinorum bonorum, quam prius, quia quanto quis plura opera bona exercuerit, tanto est capacior diuinorum charismatum.

Septimo, quia per orationem homo disponit se actualiter ad recipiendum diuina beneficia, ad quæ prius non erat dispositus: Deus enim semper est dispositus nobis benefacere, nos tamen non sumus dispositi omni tempore recipere, & hoc, quia sumus conuersi ad alia: orando autem ad Deum conuertimur, & purgatur cor nostrum a terrenis, & in Deum tendit, & tunc apti sumus suscipere dona Dei, de his Aug. li. de sermone Domini dicit, rursum quæri potest, siue rebus, siue verbis orandum sit quid opus sit ipsa oratione si Deus iam nouit quid nobis necessarium sit, nisi quia ipsa orationis intentio cor nostrum serenat, & purgat capaciusque efficit ad excipienda diuina munera, quę spiritualiter nobis infunduntur: non enim ambitione precum nos exaudit Deus, qui semper paratus est dare suam lucem, sed nos nō semper parati sumus accipere cum inclinamur in alia. fit ergo in oratione conuersio cordis ad Deum, & purgatio interioris oculi cum ea, quę cupiebantur temporaliter excludantur, vt acies cordis simplicis ferre possit simplicem lucem, & in ea manere cum gaudio quo beata vita perficitur.

Ad tertium dicendum, quòd Deus multa nobis præstat ex sua liberalitate, quæ nunquam petimus, nec cogitamus: quædam autem alia vult dare nobis petentibus, & hoc non repugnat suæ liberalitati, quia derogat liberalitati dare aliquid, quasi venditum, vel pro precio, & ita, qui non vult dare aliquid, nisi precibus victus, quia erubescit, vel quia gloriatur in hoc, quòd petens se ei subijcit, non dat liberaliter: Deus autem non vult orari, quasi preces eum erubescere cogant, vel importunitate petentium aliquid det, quasi fastiditus, quia tunc non iuberet nobis orare, sed potius dissuaderet, nec etiam orari vult, tanquam gloriā aliquam ex hoc consequatur, quia non indiget ipse gloria, vel laudibus humanitus exhibitis. Psalmo 15. Dixi domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sed ideo iubet nobis orare, vt per hoc nobis ipsis proficiamus, quia orando multa meremur, quæ aliàs non mereremur, & ideo non est minus liberalis dando nobis aliquid petentibus, quam non petentibus, quia sicut dando non petita intendit bonum nostrū ad quod nos nō aduertimus, ita petere suadendo bonum nostrum intendit nos ad merendum promouendo: nam orando, vt ait Chryso. accipimus specialiter quandam familiaritatem cum Deo, quandam, etiam confidentiam recurrendi ad ipsum cum experiamur, quòd nobis petita concedit, & per hoc eum bonorum nostrorum auctorem cognoscimus: cum dicit Chryso. vbi supra considera, quanta est tibi concessa fęlicitas, quanta gloria attributa orationibus fabulari cum Deo: cum Christo miscere colloquia optare, quod velis, quod desideras postulare.

An oratio sit necessaria, & sub præcepto, & quo tempore, & ad quas personas. Et qui teneantur ad horas canonicas, & qui ad missarum celebrationem. Et laici quibus diebus teneantur orare. Quæst. XCIII.

QVAERITVR an oratio cum sit conueniens sit etiam necessaria, & sub pręcepto, Dicūt quidā, quod non, quia quòd est voluntatis non est necessitatis, sed oratio est maxime voluntatis, quia est quædam petitio volitorum, vt ostensum est supra q. 81. ergo nō est necessaria, & sic non cadit sub præcepto.

Item si necessarium esset orare, aut oraremus super eo, quòd Deus vult nobis dare, aut super eo, quod non vult. Si primo modo videtur oratiò esse superflua, quia volūtas Dei impediri nō potest Iob. 9. Deus cuius voluntati nemo resistere potest. Si secundo modo non est conueniens, quia Deus non iubet alicui velle contra id quod ipse vult, cum potius pertineat ad quandam perfectionem Deo conformare voluntatem nostram in volito, sicut beati faciunt, etiā quia Deus non iubet alicui inutiliter agere, petere tamen id, quod Deus dare non vult, nunquam habebit successum, ideo hoc Deus non iubet. Dicendum, quòd oratio potest considerari dupliciter, vt supra dictum est, quędam est oratio determinata, sicut ministrorū ecclesię: alia indeterminata, sicut personarum priuatarum.

Prima cadit sub præcepto, quia ex statuto ecclesię tenentur ecclesię ministri orationes certas dicere ab ecclesia institutas loco ipsius communitatis cuius vicem gerunt, & de cuius eleemosynis, & salarijs sustētantur, & secundum hoc tenentur omnes ecclesiæ ministri, idest tam beneficiati, quam in sacris constituti ad horas canonicas, idest ad omne illud, quòd intelligitur nomine horarum canonicarum quidquid illud sit: nam non sunt ęquales horę canonicę secundum consuetudinem omnium ecclesiarum, & ita in quibusdam ecclesijs dicere quotidie, aut tere defunctorum officium pertinet ad horas canonicas, in alijs autem non pertinet. De hoc tamen, qui teneantur ad officium, & quomodo teneantur, & de multis circa hoc dictum est li. nostro de oratione.

Tenentur etiam ministri ecclesię ad missarum celebrationem, sed hoc non pertinet ad omnes, sicut dicere canonicas horas, quia missam celebrare est onus ecclesię, vel certi beneficij, & non personę. Dicere autem canonicas horas est onus personale, quod apparet, quia siquis habeat minimum beneficium tenetur ad horas canonicas quotidie semel plene dicendas, qui autem habet mille beneficia non tenetur etiam, nisi ad semel dicendum canonicas horas, & tamen si ista mille beneficia seruitium exigant, tenebitur forte eodem die ad mille missas dicendas, idest vt illas dici faciat, ergo istud est onus reale, & non personale, vtrū que tamen pertinet ad orationem determinatam, & ministri ecclesię tenentur de necessitate ad tales orationes complete dicendas iuxta ritus ecclesiarum suarum.

Secunda oratio, scilicet indeterminata, quæ est personarum priuatarum cadit aliquando sub præcepto & aliquando non: nam quilibet homo tenetur sibi ipsi spiritualia bona procurare cum teneatur seipsum ex charitate diligere, quędam tamen bona spiritualia sunt, quę non possunt obtineri, nisi per orationes, vt scilicet quādo Deus disposuit sic illa debere obtineri, vt dictum est præcedenti q. ideo tenebitur in talibus orare Deum pro seipso. etiam patet, quia interdum tenetur quis orare pro proximo suo, vt si videret eum in periculo, & maxime in periculo spirituali, & crederet posse illum orationibus suis iuuari, a fortiori, ergo pro seipso tenebitur orare aliquando, & quia orare pertinet ad affirmationem non obligabit ad semper, sed ad aliquod tempus, non est tamen determinatum istud tempus, ita præcise in personis priuatis, sicut in ministris ecclesię. Videntur tamen teneri ad orandū personę priuatę diebus illis quos ad hoc ecclesia instituit, huiusmodi autem sunt omnia festa solemnia in quibus a laboribus corporalibus abstinendum est: nam ideo ecclesia induxit vacationem istam a laboribus, vt possint omnibus diebus istis vacare, & intendere

dere orationi conueniendo in ecclesiam, & audiendo diuina, & intentionem suam ministris ecclesię conformare, scilicet quòd orent pro seipsis, sicut ministri pro toto populo orant, non tamen est determinata oratio istorum ad istud, vel illud, & ad multum, vel paucum, sicut oratio ministrorum, sed sufficit, quòd orent. Ad primum dicendum, quòd si aliquid pertinet ad voluntatem non pertinet ad necessitatem idest coactionem, quia liberum, & coactum opponuntur, potest tamen aliquid esse voluntarium, & esse necessarium necessitate finis, vel conditionis, vt siquis vult sanari de ęgritudine necesse est, quòd curetur, & tamen curari liberum est, quia non curaretur si nollet: ista etiam solet vocari necessitas consequentię, & non consequenter, vt si currit necesse est, quòd moueatur, & tamen absolute non est necesse, quòd moueatur, quia poterit, nec currere, nec moueri, hoc modo ea, quę sub præcepto cadunt sunt necessaria, scilicet siquis vult habere vitam ęternam necesse est facere, quæ præcepta sunt, & tamen absolute non est necessarium illa facere cum sępe contra veniamus.

Ad secundum dicendum, quòd Deus vult, quòd petamus ab eo interdum id, quod ipse vult dare, & interdum id, quod ipse non vult dare, & vtrunque est nobis necessarium petere. De primo patet, quia Deus multa pertinentia ad salutem nostram disposuit nobis dare, quæ non, nisi precibus impetrando disposuit, ad hoc, ergo quòd impetrentur necesse est orare. De secundo patet, quia quædam sunt, ad quę nos ex charitate tenemur, vt illa petamus, sicut interdum existētibus amicis nostris in angustia cū putamus nō posse eis prodesse, nisi orationibus, & si hoc modo ꝓdesse credimus orare tenemur, & tamen interdum Deus ista, quæ nos oramus disposuit non facere: apparet etiam maxime, quia quilibet tenetur ex necessitate præcepti orare aliquando, vt perueniat ad vitam ęternam: multi tamen sunt, qui illuc nunquam peruenturi sunt, scilicet quia continget istos incidere in aliquod peccatum de quo non resurgent, manifestum est tamen, quòd illi tenentur a Deo petere aliquando vitam ęternam, ergo sępe tenetur homo orare id, quod Deus disposuit non facere, & generaliter quandocūque est aliquid, quod parum est petere, & Deus de illo disposuit nobis non dare, tenemur petere id, ꝙ Deus dare non vult: nos tamen nescimus an Deus hoc dare nolit: nam si determinate constaret, quòd Deus hoc nollet dare, non deberemus illud petere, sed Deus ista non reuelat, vt maneat nobis occasio orandi, & ex oratione fructum consequamur, nisi interdum circa quasdam res, quæ non pertinent de necessitate ad salutem nostram, sic in Moyse orante, vt transire Iordanem permitteretur Deu. 3. & in Samuele orando, vt Saul non spoliaretur regno: nam ista erant impertinentia ad salutem, & ideo, quòd obtinerentur, vel non obtinerentur nihil differebat, & quòd cessaretur a petitione istorum non multum differebat, in illis tamen, quę pertinent ad salutem alicuius, vt gratia, & gloria non reuelat Deus alicui ne oret pro aliquo quandiu ad salutem peruenire potest, ratio huius est, quia Deus omnem hominem vult saluum fieri, & ad veritatis agnitionem venire 1. ad Timo. 2. ꝙ ergo aliqui homines pereant non prouenit ex hoc, quod Deus velit illos perire, quasi prohibeat eos saluari, scilicet faciendo aliquid, per quòd non possint ipsi saluari, sed ideo non saluantur, scilicet quia ipsi tales sunt, quòd mala eligant, in quibus permanere volunt, quandiu ergo aliquis viuit, quia non est contra voluntatem Dei illum saluari, bonum est semper orari pro salute illius, & ideo nō est possibile,

F quòd Deus reuelet alicui, quòd non oret pro salute spirituali alterius adhuc viuentis. Secus autem est post mortem, quia iam determinatus est status hominis, & non potest mutari de malo in bonum, nec econtrario, si ergo interdum viri sancti soliciti sunt pro anima alicuius mortui orando, vt assequatur beatitudinem, si verum est, quòd ille perijt solet Deus interdū istis viris sanctis reuelare ne amplius pro re illa orent: in illis autem, quæ non sunt necessaria ad salutem hominis, vt fieri Episcopum, vel regem, & similia secus est, quia Deus interdum disposuit de homine, quòd illa non habeat, quę desiderat scilicet, quòd est voluntas Dei determinata ad hoc, & tunc est impossibile, quòd iste homo, siue sit bonus, siue malus etiam si
G totus mundus rogaret pro eo, quòd assequeretur ea, quæ desiderat, quia ista sunt in Dei iudicio fieri prohibita, & tunc interdum viuente homine quandiu adhuc est in potentia ad habendum ista, reuelat Deus viris bonis orantibus pro hoc ne orent, quia non est voluntatis suę ista concedere, in eis autem, quæ pertinēt ad salutem alicuius, scilicet gratia, & gloria, nunquam Deus facit tales prohibitiones, sed manet res libera vsque ad mortem, ideo semper est bonum pro hac re orare, & Deus, nunquam reuelabit, quòd pro hac re non oretur.

H *An oratio debeat esse mentalis in solo corde, vel vocalis. Et quod horæ canonicæ debent dici vocaliter. Et propter quid sit ipsa oratio.*
Quæst. XCIIII.

QVAERITVR circa hoc, quod dicitur hic de multiloquio orationis, scilicet an oratio hominis debeat esse prolixa in verbis, & quia hoc præsupponit vocalem orationem est dubium an debeat esse vocalis, vel solum mentalis. Aliqui dicunt, quòd debeat esse mentalis solum, quia voces sunt ad significandum conceptum mentis, 1. Perih. sunt ea, quæ in voce earum, quæ in anima passionum notę: non est, ergo vox necessaria, nisi vt
I conceptus exprimatur, qui si per se posset cognosci omnino esset vox superflua: Deus tamen conceptum mentis agnoscit etiam antequam loquamur, vt dicitur supra in litera, scit pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis, ergo non debet esse vocalis oratio.

Itē Deus per verba nostra nihil percipit, quòd aliàs non percipiat, quia verba ab audiente solum percipiūtur, Deus autem non audit, quia non est animal: intelligit tamen, quia est intellectus, & ideo oratio conuenit sibi mentalis, quia nihil est in mente, nisi purum intelligibile, quæ autem in voce sunt sensibilia sunt, vocalis ergo omnino non conueniet Deo.

Item patet, quia oratio fit, vt homo per eā in Deū eleuet mentem suam, vt dicit Damascenus, oratio est
K ascensus mentis in Deum, voces tamē hoc impediūt, quia quidquid est disparatum alicui rei impedit illam maxime circa operationes animę, quæ non potest simul ad plura se habere intense, ergo non debet fieri oratio in voce.

Item oratio debet in occulto fieri, vt dicitur supra in litera, tu autem cum oraueris intra cubiculum, vox tamen facit orationem non esse occultam, ergo non debet fieri in voce.

Item oratio ponitur pars contemplationis, sed contemplatio non consistit in aliquo exteriori, ergo nec oratio in voce. Dicendum est, vt supra dictum est orationem esse duplicem, quandam determinatam, quæ est oratio communis, & aliam indeterminatam,

quę

quę est oratio priuatorum. De prima dicendum, ꝙ A fit in voce, & non sufficit fieri in solo conceptu, vnde siquis, qui tenetur ad horas canonicas dicat illas per solum conceptum nullum verbum formando tacite, nec aperte, non satisfacit, tenentur ergo ministri ecclesię ad quos pertinet oratio communis eam in voce facere verba formando, siue illa submisse, siue alte proferant, & hoc propter multa.

Primo, quia ista oratio fit a ministris ecclesię non pro seipsis, sed pro tota communitate cuius in hoc ministerio vicem gerunt, & cuius sumptibus sustentantur, expedit ergo, quòd taliter orationes istę fiant, vt communitas sciat, quòd pro ipsa oratur, & assumat ex hoc fiduciam quandam, & spem ad dominum, B sed non potest notificari hoc, nisi in voce, ideo oportet ecclesię ministros in voce orare, & propter hoc, etiam non solum vocaliter, sed etiam solemniter, & alta voce orationes ecclesiæ dicuntur, & in loco determinato, vt communitas nouerit, quid & quando pro ipsa oratur.

Secundo fit hoc propter certitudinem, & determinationem orationis, quia oratio ministrorum est determinata quidquid ecclesia statuit illos dicere tenētur bene, & complete dicere, verum est, quòd hęc, sicut animo concepta sunt, antequam dicerentur, ita & sine prolatione vocali a quolibet ministro dici possent, sed plurimi sunt, qui nescirent se hoc cōplete dicere, quia conceptus, & partes conceptuum etiā a nobis concipientibus non ita distincte cognoscun- C tur, sicut ea, quæ in voce sunt: nam sensus multum determinate notificat, quia rem particularem particulariter proponit, ideo cum quis orationem aliquam vocaliter protulerit, cognoscit an illam complete dicat, vel si omittit aliquid de ea saltem vnam syllabam, quòd non potest videri siquis conceptualiter solum aliquid dixerit, scilicet cogitando de eo, ideo multū necessarium fuit ministros ecclesię in voce orare propter obligationem ad determinatam orationem cōplete dicendam, & ista ratio est communis omnibus ministris tam actualiter, quam non actualiter ministrantibus, præcedens autem ratio solum competebat ministris illis, qui actualiter deseruiunt ecclesiæ.

Tertio fit hoc propter communitatē pro qua oratio funditur: nam sicut oratio ecclesię prodest populo impetrando pro ipso aliqua bona, quæ petuntur, & auertendo indignationem Dei, ita & prodesse debet incitando ipsum populum ad orandum, vt intentio plebis continuetur intentioni ministrorum: nam si populus non intelligit ea, quę ministri orant saltem sciens, quòd ministri ad Deum orant, & videns eorū deuotas cęremonias incitatur ad orandum, & ista est magna vtilitas, quia ministri efficiunt populum orantem. Si vero populus hoc intelligat maiori deuotione mouetur audiens sacra illa verba, & a Spiritu Sancto dictata, quæ ministri proferunt, & ex hoc causatur dulcedo quædam spiritualis in mentibus populi, sic dicit Aug li. confes. loquens de cantibus ecclesię, quòd a principio conuersionis suę flebat vberrime in hymnis, & canticis suaue cantantis ecclesię, & quòd influebant voces illę auribus eius, & eliquebatur veritas in corde eius. Ist etiam alia vtilitas, quia per hoc continuatur intentio plebis intentioni ministrorum: nam audientes laici ea, quæ ministri ecclesię dicunt, quando illa intelligunt, desiderant ita impleri, sicut dicuntur, & hoc exoptare, & sic efficiuntur omnes orantes per continuationem eiusdem orationis, scilicet cum eandem rem oratam tam orantes, quam audientes fieri optant, quod non accideret, nisi ministri in voce orarent.

Quarto fit hoc propter Deum cuius isti sunt ministri, quia plebs ponit istos, tanquam ministros, vt exhibeant Deo cultum vice totius communitatis, eo ergo modo exhibere debent quo melius potest exhiberi, & tamen maior est laus Dei, quando in voce, & corde laudatur, quam si in solo corde: nam vult Deus nomen suum laudari, vt dicitur infra sanctificetur nomen tuum, ista autem laus ordinatur ad gloriam, idest ad notificationem Diuini nominis, scilicet vt magnitudo eius omnibus annuncietur, hoc autem nō esset si in solo corde ministri orarent: nam omnino esset Deus populo ignotus, si de eo nihil audiret, ideo ad gloriam Dei fuit conuenientius, quod ministri orarent in voce, quam in solo corde.

Quinto fit propter ecclesiæ præceptum: nam instituit, quòd vocaliter diuinę laudes dicantur, vt in cle. grauiextra, de cele. mis. vbi diuinum officium vocat fructum labiorum nostrorum, scilicet quia labijs exprimi debet, ecclesia tamen, vt hoc constitueret ex præcedentibus causam habuit: nam etiam sic in veteri testamento Deus voluit per ministros sibi laudes vocales fieri. Nam Leuitæ cantores in omnibus festiuitatibus, & diebus cęteris laudes diuinas decantabant die, & nocte 1. Paralip. 23.

De oratione priuata, quæ non est ministrorum dicendum, quòd non est necesse, quòd fiat in voce, sed potest fieri, sicut voluerimus, siue in mente, siue in voce, sicut orans viderit sibi magis expedire. Nam oratio est ad hoc, quòd homo seipsum in Deum eleuet per deuotionem, & quandam familiaritatē eius, & fiduciam animo concipiat, si ergo experitur quis, ꝙ magis se excitat in deuotionem solo spiritu per modum meditationis orando, quam verba proferendo, ita orare debet, si vero verba ipsum excitent debet verbaliter orare, & si alternatio istorum iuuat ipsum etiam alternare debet, vt interdum cogitet, & interdum verba proferat, ex quo sequitur, quòd omnes illas cęremonias debet tenere quilibet in orando per quas experitur se magis excitari: dum tamen non introducat nouitates aliquas, sicut dicit Chryso. super Mat. quòd orans nihil faciat nouum, quod aspiciant homines, vel clamando, vel pectus percutiendo, vel manus expandendo, hoc verum est, quando oraneit D in publico: si tamen quis oret in secreto etiam istas nouitates facere licitum est, & laudabile est si p eas se in deuotionem excitari sentit, & ista fuit vna de causis quare Christus suasit orare intra cubiculum clauso ostio, scilicet vt orans possit ibi facere qualcunque cęremonias voluerit sine alicuius scandalo, vel turbatione: solet tamen communiter oratio vocalis esse conueniens etiam priuatis propter multa.

Primo, vt homo seipsum excitet ad deuote orandum: nam ex verbis, quæ quis profert si illa intelligit seipsum excitat, quòd non fit si solum concipiat, quia ea, quæ per sensum sunt magis animum mouent, quā quæ in solo animo concipiuntur, quòd experimur, quia si sit aliquis vir sapiens, qui nouerit ea, quę præ- E dicator dicturus est, & cogitet ea, nihil mouetur, quasi nulla sit actio, si vero audierit ea, quæ ipse cogitauit prædicatore dicente mouetur interdum ad lachrymas, & nouis affectibus stimulatur quos ex sola cogitatione non senserat, quasi aliquas vires habeat ipsa prolata vox quas animus concipiens non habuit. sic dicit Hiero. in Epistola ad Paulinum habet nescio quid latentis energię viuę vocis actus, & in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat. Energia enim est vis intrinseca, idest vox habet quandam virtutem intrinsecam ad mouendum cor, nec solum fit hoc siquis ea, quæ concepit ab alio audierit, sed etiam sibi ipse met formet in vocē, quæ animo concepit magis seipsum mouet, sicut videmus de illis, qui in calamitate

mitate aliqua existentes status sui anxietatem voce, F aut scriptura plene explicare sciunt. Nã per hoc, quòd explicãt mouentur in lachrymis. Ita videmus in illis, qui passi sunt malum aliquod, qui si cogantur, vel admoneantur referri, q̃ passi sunt per hoc, quòd referunt lugent cum prius hoc cogitantes non lugerent, sic dicit Aeneas Didoni Reginę suadenti sibi referre Troianos casus, scilicet infandum Regina iubes renouare dolorẽ 2. Aeneidos, idest iubes, quòd ego renouem dolorem in animo meo referendo tibi patrię ruinam, & domesticas clades, sic etiã Boetius statum suum miserabilem cum poetice describeret ex ipsis, quę scribebat fletus ei accidebat, vt patet de cõso. lib. 1. Metro. 1. Heu mihi latere dicant scribenda camenę, & veris elegi fletibus ora rigant, idest versus illi la- G chrymas eijciebant quas non pateretur, nisi statum suum sciret describere, ita ergo in oratione interior conceptus parum accendit affectum, & si in verba expressus fuerit, vehementius mouet.

Secundo competit hoc maxime propter simplices, quia non mouentur, nisi a rebus magnis propter suã ruditatẽ, sicut qui habent sensum tactus grossum nõ patiuntur, nisi ab excellẽti sensibili, scilicet magno frigore, vel calore, aut rebus multum duris, sensibilia autẽ sunt multum perceptibilia, & ideo ista sunt apud omnes cognita, vt inducit Arist. de delectationibus corporalibus 7. Eth. di. has solas cognitas esse: intelligi- H bilia autem parum perceptibilia sunt nobis, & ideo raro perueniunt ad ea, nisi assuefacti, vnde simplices vix intelligũt aliquid vltra ea, quæ sensu percipiunt, & ita cum conceptus sui sint pure spirituales eos non intelligunt licet forment, & sic si sola mente orandum esset nescirent plures simplices quid orarent, ideo fuit conueniens propter eos voce orare, quia sic, siue verba, quę proferunt intelligant, siue non, sciunt quòd illa dicant, vnde est eis melius sic orare.

Tertio fit hoc ad tenendum mentem fixam, quia difficile est mentem tenere ne euagetur, eo quòd cogitatio nostra est faciliter transuertibilis, si autem solum concipiamus aliquid, difficile est mentem illi intentam tenere, eo quòd conceptus videtur esse ali- I quid paruę entitatis, & quòd modicum mouet, ad tenendum autem animum fixum in aliqua re, oportet illam esse multum perceptibilem, & ita est in magno dolore, vel magna delectatione: nã siquis acerbissimos dolores toleret, etiam si aliquid aliud cogitare velit, vel attendere, non potest, quia dolor non sinit alicui rei, nisi sibi soli attendere. Nam aliàs facile erat homini nullam pœnam sentire: si posset omnino animam suam transferre ad aliud cogitandum non attendendo ad id, quod patitur, sed non potest, quia ea, quę magna sunt naturaliter trahunt animam totam ad seipsa, ita vt ad aliud nihil attendat, in delectationibus excessiuis idem experimur, siue illę spirituales, siue corporales sint, quia illa, quę magna fuerit omnes K alias absorbet, ita vt nulla aliarum sentiatur, vt patet 10. Ethico. simile est de luce, quia lux magna licet minorem non extinguat, sicut lux solis lucem candelę: illam tamen penitus absorbet, vt nullo modo sentiatur. cum ergo voces sint sensibiles conceptus autem non, anima non poterit teneri attenta circa cõceptus nimium, & diu, ne diuagetur, & tamen voces, quæ sunt sensibiles possunt animam magis tenere ne cogitationibus euagetur. Nam siquis fortiter nobis pręsentibus clamet, etiam si nolimus intendere vocibus illius necessario mouemur, quia non est in potestate nostra non pati, & non intendere rei multũ perceptibili, ita ergo si nos ipsi loquamur etiã si aĩa distrahatur a cogitatione eorum, quæ loquimur, ipsa verba eam retrahunt, quod experiuntur illi homines, qui patiũtur magnam mentis euagationem, nam si conentur aliquid cogitare cum parum attenderint subito in aliam cogitationem transuolant, & nesciunt quomodo priorem cogitationem dimiserint, nec quomodo in istã inciderint, & interdũ est tã male firma, & tam vagans mens nostra, q̃ cum nunc aliquid cogitare cęperimus subito in aliam cogitationem incidentes etiam pręteritę cogitationis obliuiscimur, ita vt postea inuenire nesciamus quid ante hoc cogitabamus. Si autem, qui talem mentis euagationem patiuntur conceptus suos vocaliter exprimant, ipsę voces tenent aliqualiter mentem attentam. Et si eam subito elabi contingat, quasi fugientem retrahunt, sicut sępe in voce proferimus aliqua, quę dicere soliti sumus, & mens deserit nos incidens in aliam cogitationem, & nescit homo quid tunc dicat licet recte ex habitu dicat, sed rursus vocibus compellentibus in nos ipsos redimus, & inuenimus nos dicere ea, quę cęperamus, & miramur quid dicamus, vel ad quam partem dicendorum peruenerimus, hoc tamen non fieret si voces non fuissent, quia cum nihil externus animam ad se traheret cum illa semel a cogitatione incępta euagari inciperet nihil esset, per q̃ retraheretur. Vtile ergo est in voce orare ad resistendum euagationi mentis, & maxime pro eo, qui diuturne orare vult, nemo enim diu in sola cogitatione eidẽ omnino rei plene intentus esse potest, est ergo vtile esse orationem vocalem.

Quarto fit hoc propter deuotionem, non quidem sequentem, sed præcedẽtem, quia interdum ex vehementia deuotionis in orante sequitur vox: nam motus virium superiorum, quando fuerint intensi redũdant in inferiores propter naturalem colligantiam, iõ cum mens orantis per deuotionem attenditur in fletus, & suspiria, & iubilos, & voces interdum inconsiderate prorumpit, ita vt videatur insanire, vel insipiẽter ad horam agere, qui talia patitur, differt iste modus a primo, quia primus est, quòd oretur in voce ad deuotionem causandam, iste autem quartus est, quòd sequatur vox ex deuotione, & istud est, quasi iam ex necessitate orare vocaliter. De primo dicit Augu. in Epistola ad proban. quòd verbis, & alijs signis nos incitare debemus, scilicet ideo per certa interualla temporum etiã verbis rogamus Deũ, vt illis rerum signis nos ipsos admoneamus, quantumque in hoc desiderio profecerimus nobis ipsis innotescamus, & ad hoc augendum nos ipsos acrius excitemus, quod varijs curis tepescere cęperat omnino frigescat, & penitus extinguatur, nisi crebrius inflammetur, de isto 4. patet in Psalmo 83. lętatum est cor meum, & exultauit lingua mea, idest lętitia cordis, quę est intrinseca saltauit in lingua per redundantiam virium superiorum in inferiores.

Quinto fit hoc propter debitũ iustitię, quia homo tenet Deũ colere, quasi dñm vniuersalẽ, & creatorẽ suũ, secundũ ergo oĩa illa, quę accepit ab eo tenetẽ eũ colere, iõ non solũ aĩus, sed ẽt vox, & oĩa alia, quę in hoĩe deseruire pñt Deo debent cõuerti ad eius cultũ, vt Psal. 83. cor meũ, & caro mea exultauerunt in Deũ viuũ, & Psal. 102. benedic aĩa mea dño, & oĩa, quę intra me sunt no. s. e. & quia vox nostra potest deseruire Deo laudando ipsum, iõ aliqñ vocaliter orãdũ est, sic dr̃ Oseę 14. oẽm aufer iniquitatẽ, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorũ nr̃orum, vituli labiorũ dñr laudes, quia sicut vitulus offertur Deo in sacrificium, ita laudes nostrę offeruntur Deo in sacrificium. Psalmus 49. immola Deo sacrificium laudis. Et iterum ibidem sacrificium laudis honorificabit, & inquantum dicitur reddemus vitulos significat debitã esse laudem vocalem, quia redditio pertinet ad satisfactionem,

ctionem, vel solutionem debiti. propter hoc ergo, & similia orare in voce communiter est vtile, siquis tamen senserit sibi melius esse solo corde orare, illud potius eligere debet.

Ad primum dicendum, quòd Deus nouit omnia quę oramus antequã oremus, vt in litera dicitur, nec ideo nos oramus vocaliter, vt aliquid Deo notificemus, sed vt in multis nobis ipsis per vocalem orationem proficiamus, sic dicit Hiero. nos orantes nõ esse narratores, sed oratores. aliud est enim narrare ignoranti, aliud petere a sciente, sicut etiam Chryso. dicit non oras, vt doceas, sed vt flectas.

Ad secundum dicendum, quòd Deus tam verba, quam conceptus nostros percipit, verba tamen non audit, quia non est animal, sed non audiendo percipit, quia superiores vires appręhendunt ea, quę inferiores, sicut intellectus non videndo, nec audiendo iudicat de voce, & colore, ita Deus cum sit intellectus supremus, qui non solum est intelligens speculatiue, sed etiam per intellectum est artifex omnium rerum intelligibilium, quia scientia Dei causat res, intelligit omnia quęcunque sint licet non appręhendat ea omnibus modis illis quibus sunt appręhensibilia, sed appręhendit per quendam modum imminentē continentem excellenter perfectionem omnium illorum modorum quibus res sunt perceptibiles, & ideo non differt quantum ad Deum, ꝙ oratio in voce, vel solo corde fiat, quia ęqualiter vtranque intelligit. Cum autem dicitur, ꝙ magis ei conuenit oratio mentalis, quia ipse est purus intellectus: dicendum, ꝙ hoc est verum si Deus intelligeret per species intellectus nostri, & tamen Deus nõ intelligit aliquid, per id ꝙ est extra se. vnde sicut Deus non iudicat de albo per speciem albedinis, sed per essentiam suam, ita & de cõceptu nostro non iudicat per ipsum conceptũ, vel per aliquid ab eo abstractum, sed per essentiã suã, & illa in infinitum differt tam a conceptu mentis, q̃ ab albedine corporis, q̃ a voce animalis, ideo nihil magis, aut facilius Deus intelligit per conceptum, quam per vocē, q̃ ēt per lapidem, ideo non differt quantum ad ipsum vocaliter, vel mentaliter orare.

Ad tertium dicendum, quòd vocalis oratio non impedit mentalem, sed potius adiuuat, vt dictũ est: voces autem, quando sunt disparatę ab eo, ꝙ cõcipit impediunt conceptum, eo ꝙ sunt tunc duę operationes animę necessarię, scilicet attendere voci, & conceptui, anima tamen quanto ad plura diuiditur minor fit ad singula, vt dicit Grego. 1. dialo. ideo voces extraneę impedient, quando voces tamen prolatę significant conceptum interiorem, non sunt duo actus animę, sed vnus, q̃a vnus est propter alterum, & vbi vnũ propter alterum vtrobique tm̃ vnum, & sic tales voces non impediunt illum conceptũ, sed potius adiuuant, quia animam volentem euagari ab illo conceptu retrahunt ad eundem, vt supra dictum est.

Ad quartum dicendum, ꝙ potest fieri oratio in occulto ēt si vocaliter fiat, vt siquis intra cubiculum suũ vocaliter oret. Aliter potest dici, ꝙ Christus non dixit orandum esse in occulto, tanquam non liceat publice orare, sed esse occultum refertur ad mentē, sicut dicit Augu. in sermone confessorũ, & Greg. ēt dicit, ꝙ intentio operantis debet manere in occulto licet operatio fiat in publico, non enim debet quis orare in cõuentu, vt a conuentu videatur, vt Chryso. dicit etiam Augu. lib. de sermone domini. dicit non aũt videri ab hoībus nefas est, sed ideo hoc agere, vt ab hoībus videaris. Sed obiicietur, quia Chryso. super Matth. dicit non clamosa voce oremus Deũ, sed tacito corde ꝑꝑ tria. Primo, q̃a Deus nõ voce clamosa pulsandus est, sed cõscientia recta, quia est cordis auditor. Secundo, A quia secretas petitiones tuas non oportet alterum scire, nisi te, & Deum. Tertio, quia clamose orans alterũ iuxta te non permittis orare: cum summo etiam silentio orandum est, vt inimicos nostros lateat nostrę petitionis intentio, & dicit hoc significatum esse inquantum Christus dixit orandum esse in cubiculo, scilicet vt non clamosa voce oremus.

Dicendum, ꝙ Chryso. non innuit nõ esse orãdum vocaliter, sed non esse orandum voce clamosa, ꝙ verum est de orantibus priuatim. Secus autem de ministris ecclesię, qui cantare tenentur, & ratio est, quia vt dicit ibidem ipse Chryso. orans nihil nouũ debet facere, ꝙ aspiciant homines, vel clamando, vel pectus percutiendo, & sic clamare nouitas quędam est in B orante priuate, ideo est euitanda clamositas, licet non euitetur vox. Aliter potest dici ad causas allegatas per Chryso. in prima dicitur, Deus non clamosa voce pulsandus est, verum est si putemus, ꝙ per clamorē potius nos exaudiet, quia tunc erraremus, sicut ethnici, qui in suo multiloquio se exaudiri putant, si tamen ex alia causa clamose quis oret, non pręhibetur.

In secunda dicitur, ꝙ non oportet secretas petitiones tuas alterũ scire, istud procedit contra clamosam orationem solam, non aũt contra quãlibet vocalem cum fieri possit voce submissa nemine audiente, & generale est, ꝙ qñ quis aliquid specialiter petit pro se, vel pro alio, ꝙ non sit de eis, quæ communiter petuntur debet secrete orare, & ob hoc ministri ecclesiæ C clamose orant, quia nihil speciale petunt, sed omnia sunt generalia, & si quid specialiter petunt, sicut in canone missę, illud submissa voce dicunt.

Tertia causa ad idem pertinet, s. ne impediamus orãtes iuxta nos, ꝙ solũ fit per orationem clamosam. Hoc autē Apostolus valde prohibuit 1. Corin. 14. s. ꝙ orantes, vel loquentes in ecclesia non se impediant, quia Deus non est Deus dissensionis, sed pacis, ideo tradit ibi modum qualiter quibusdam loquentibus alij taceant. Ad quintum dicendum, ꝙ oratio vocal̃ pars contemplationis, accipiendo contemplationem large secundum, ꝙ omnes actus directi immediate ad Deum etiam si sint exteriores pertinēt ad contēplatiuam vitam, & quia oratio etiam si sit vocalis ad D solum Deum est pars contemplationis est. Stricte tamen contemplatio non accipitur, nisi pro ipsa meditatione sapientię.

An semper sit orandum, & quomodo intelligitur verbum Christi, oportet semper orare. Et quomodo accipitur tentatio. Quæst. XCV.

QVAERETVR an oratio debeat semper durare. Aliqui dicũt, ꝙ debet incessanter oratio fieri, quia Christus dixit Luc. 18. oportet semper orare, & nunquam deficere.

Item Apostolus 1. ad Thessa. vlti. dicit sine intermissione orare, ergo nunquam oratio interrumpenda E est, sed continuanda. Item remedium semper debet apponi quandiu morbus durat, oratio autem est remedium contra pestes animę, sicut ieiunium cõtra pestes corporis, vt dicit. g. infra 17. sup̃ illo verbo hoc genus dęmoniorum nõ eijcitur, nisi in ieiunio, & oratione: pestes tamen animę, nunquam desunt, scilicet prauę cogitationes, quia diabolus semper insidiatur, circuit enim quęrens quem deuoret 1. Pe. 5. ergo semper debet apponi remedium orationis.

Item oratio est quędam annunciatio desiderij ad eum per quem explendum expectatur. homo tamen semper debet desiderare ea, quę oranda sunt, scilicet spiritualia bona, ergo semper orare debet.

Item, quia Hiero. ad Rusticum monachum, & de

conse.

conſe.di.5.c.nunquam de manu tua, aut oculis tuis liber pſalterij diſcedat, ergo ſemper orandum eſt.

Dicendum, quòd aliquo modo debet homo ſemper orare, & alio modo non. Dicitur enim orare homo quandiu oratio ſua durat, & quia oratio noſtra aliquo modo ſemper duraret eo modo ſemper orandũ eſt. Actus enim aliquis dicitur durare dupliciter, ſcilicet ſecundum eſſentiam ſuam, vel ſecundum virtutẽ, & effectum inde ſecutum, ſicut iacere lapidem, quãtum ad eſſentiam actus nõ durat, niſi quandiu homo manum apponit lapidi ad iaciendum illud, tamen iacere ſecundum virtutem durat quandiu lapis ille iactus non ceſſat moueri. Nam iſte lapis non mouetur, niſi inquantum iacitur, quia omne, quod mouetur ab alio mouetur 7. Phy. ergo quãdiu mouetur iacitur, & dicitur durare ille actus iaciendi, cum vero ceſſauerit moueri ceſſat actus iaciendi, tam quãtum ad eſſentiam, quam quantum ad virtutem, & hoc intelligitur de ceſſatione a motu recto quo mouetur a iaciente, nam quando incęperit declinare verſus centrum iam non mouetur a iaciente, ſed natura grauitatis eſt principium huius motus, quia ſi diſtaret centrum, vel locus in quo quieſceret in infinitum non ceſſaret vſque illuc moueri, & tamen manifeſtum eſt, ꝙ iaciens nihil ad hoc cõfert. De oratione eodem modo eſt, nam durat oratio quantum ad eſſentiam, quandiu durat formatio conceptuum ſi eſt oratio mentalis, vel quãdiu durat prolatio verborum, ſi eſt oratio vocalis, quãtum ad virtutem durat oratio quandiu efficacia orationis durat in operibus, ſcilicet illud deſiderium, ꝙ ad orãdum mouet durat in opere noſtro etiam dudum iam ceſſante oratione.

Primo modo non poteſt, nec debet oratio ſemper durare, patet quia tunc non poſſemus ſumere cibũ, nec dormire ſine quibus mortalis vita non agitur: etiã dato, quòd poſſet aliquis iſtud facere non deberet, quia tenetur homo ad opera miſericordię pro certo tempore, quę interdum ſunt omnino neceſſaria, ſicut ſubuenire ei, qui eſt in extrema neceſſitate, quę fieri non poſſent ſi quis ſemper actualiter oraret, ergo non debet ſemper quis orare, maxime quia oratio eſt pars vitę contemplatiuę, vt ait Hugo de ſancto Victore, & tamen nemo debet ſemper contemplationi vacare, ſed ad actionem ſe interdum extendere cogitur.

Oratio autem ſecũdo modo debet durare ſemper, ſcilicet quantum ad effectum, inquantum motiuum ex quo fieri debet oratio debet durare ſemper in omnibus operibus noſtris, patet quia motiuum orandi eſt habere vitam ęternam, quandiu ergo aliquod facimus, quod ordinatur ad vitam ęternam manet oratio, & quia omnis bona operatio ad vitam ęternam tendit, quandiucunque quis meritorie operatur, orare dicitur ſicut dicit glo. 1. ad Theſſaloni. non ceſſat orare, qui non ceſſat bene agere, & tamen obligatur homo ſemper bene agere, ideſt nunquam agere malum, ergo obligatur homo ſemper orare.

Aliud ẽt principium orationis eſt glorificare Deũ, & maxime in oratione vocali, cum oratio ſit actus latrię, & latria eſt virtus qua Deo cultum debitum exhibemus, ſcilicet gloriam, & honorem, & laudem, omnia tamen opera noſtra debent fieri ad laudem Dei. 1. Cor. 10. ſiue manducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite, ergo quãdiucunque quis bonum fecerit dicetur agere in laudem Dei, quia bona ſola ſunt, quæ ad laudem Dei eſſe poſſunt, de malis autem Deus laudari nõ poteſt, quia Deus deteſtatur malum, & odit omnes operantes iniquitatem, Pſalm. 5. Quandiucunque, ergo quis bonum fecerit dicetur orare, & quia obligatur homo ſemper agere bonum, vt dictum eſt, ſemper obli-

F gatur orare ſic dicit Auguſti. ad proband. in ipſa fide ſpe, & charitate Deum ſemper oramus continuato deſiderio. Sicut tamen erat in motu lapidis iacti, quia virtus iacientis debilitatur ſemper in eo, ſcilicet virtus illius motionis, ita vt per continuam debilitationem perueniatur ad hoc, quod lapis iactus quieſcat, vel cõtrario motu moueatur, niſi iterum impellatur, ita & de oratione eſt, quòd licet operando bonum ex illo deſiderio quo mouemur ad orandum dicamur ſemper orare, debilitatur tamen ille feruor operandi cauſatus ab orõne, & ideo ad hoc, quòd non frigeſcamus omnino a bono opere, oportet orationem interruptam reſumere, ideo dicit Aug. ad proban. etiam verbis rogamus Deũ, vt illis ſignis nos ipſos admoneamus per certa horarum, & temporum interualla, &
G quantum in hoc deſiderio profecerimus nobis ipſis innoteſcamus, & ſic apparet ex verbis illis, quòd non eſt ſemper orandum, nec etiam ſemel pro tota vita, cum per interualla horarum iſtud negocium agendum ſit, & hoc modo manebit bonum deſiderium operum, quod ſumpſit originem ab oratione, & etiã feruor ille non refrigeſcet omnino, cum aliquando oratio interrupta poſtea per interualla reſumatur, & hoc modo quilibet homo obligatur ſemper orare.

Ad primum dici poteſt vno modo, quod Chriſtus dixit ſemper orandum eſſe, nõ ꝙ actus orandi duret ſemper quantum ad eſſentiam, ſed ꝙ duret quantum ad virtutem, vt expoſitum eſt, vel dicitur durare ſemper oratio non quantum ad actum orandi, ſed quãtũ
H ad propoſitum orandi, i. ꝙ q̇q̄ ceſſet actus orandi, propoſitum tñ de orando, aliquando nunquam ceſſet, dicitur autem ceſſare propoſitum orandi, qñ poſtquã aliquis orauit proponit, vel intendit poſtea, nunquam orare, & iſtud malum eſt, quia quilibet fidelis tenetur certis temporibus aliquid orare ſaltem diebus feſtis, vt dictum eſt ſupra quęſtio. 93. ſi aliquis autem proponeret ſemel, nunquam poſtea orare per hoc faciebat contra obligationem, qua tenetur certis temporibus orare, ideo ſic ceſſare ab oratione peccatũ mortale eſt, qui autem aliquando orare ceſſat proponens poſtea orare, quando ſibi fuerit opportunum, nũquã dicitur ceſſare ab oratione, & iſte modus loquendi
I conuenit verbis Chriſti, quia ipſe dixit oportet ſemper orare, & non deficere, & ponit ad hoc exemplum de vidua, quæ importuna erat iudici petendo vindictam de aduerſario, & tamen illa vidua non ſemper actualiter petebat a iudice vindictam, ſed nunquam deſinebat, inquantum etiam ſi a iudice repelleretur, poſtea redibat non confuſa, nec deficiens animo propter repulſam, & hoc eſt, quòd proprie Chriſtus intendit. nam loquitur contra quoſdam, qui aliquid a Deo petunt, & quia mox, vt petierunt non obtinent, ceſſant petere, nunquam vltra petentes, quod malum eſt, quia etiam ſi Deus ſemel petitus non dederit, pluries petitus dabit, ſicut Chriſtus dixit Lucę 11. ponens exemplum de illo, qui noluit amico com-
K modare panes propter amicitiam, & commodauit propter importunam petitionem, & ſic, qui petens a Deo non impetrat illico, quod petebat, redit iterum, & iterum ad petendum, dicitur ſemper orare.

Tertio modo poteſt intelligi, quòd oporteat ſemper orare, ideſt ſępe, quia iſti modi exceſſiui loquendi ſunt frequentati, tam in ſacra Scriptura, quàm in vulgari locutione, ſicut ſemper dicitur dormire, qui ſępe, vel multum dormit. de oratione, ita eſt, ꝙ eam frequẽtare valde debemus, quia eſt nobis remedium contra dęmones, & omnia genera peccatorum ſpiritualium infra 17. hoc genus dęmoniorum non eijcitur, niſi in ieiunio, & oratione, idõ dicitur, ꝙ debemus

ſemper

semper orare. Quarto pôt intelligi, ꝙ debemus orare semper per nos, vel per alios: nã qui pauperibus eleemosynam tribuit, aut quęcunque opera misericordię exercet, obligat ad orãdũ pro se eos quibus tribuit, & sic licet ipse nõ oret, dicitur semper orare, quia habet alios, qui pro se semper orent, & ita exponit quidam sanctus Abbas in collatio. patrum. Ad secundũ dicendum, sicut ad pręcedens, quòd orare sine intermissione est, non quòd ipse actus orandi quantum ad essentiam, nunquam intercumpatur, sed ꝙ nunquam interrumpatur quantum ad affectum, vel quantum ad propositum, vel quòd sępe oremus, vel ꝙ habeamus aliquos, qui pro nobis sine intermissione orent.

Ad tertium dici potest vno modo, quòd pestes spirituales non semper sunt in anima, quia non cogitat semper homo mala, quia licet diabolus semper quęrit quem deuoret, nõ semper inuenit, quia interdum est homo occupatus in aliquibus operibus in quibus diabolus locum non hẽt tentandi hoĩem, siue quia per Deum, vel Angelum custodem arcetur diabolus ne tentet, & ita diabolus non tentat hominem semper actualiter, & ita caute dictum est, quòd diabolus circuit quærens quem deuoret, & non, quòd diabolus semper tentat hominem ad deuorandum eum.

Sed obijcietur, quia Iob. 7. vbi dicit litera nostra militia est vita hominis super terram, dicit alia litera tentatio est vita hominis super terram, ergo quandiu viuit tentatur. Dicendum, quòd accipitur ibi tentatio pro experimento, quia omnia, quę homo agit, vel patitur in tota vita sunt talia, quę possunt secundum virtutem, vel vitium agi, & nihil est in quo homo non operetur secundum alterum istorum. per quamlibet, ergo operationem habetur experimentum de homine an bene, vel male viuat, & sic tota vita, idest oẽs actus, & passiones vitę sunt tentatio, idest experimentum de bonitate, vel malitia hominis, non ergo tentat diabolus semper hominem, & consequenter non est necesse, quòd semper oret. Aliter potest dici, ꝙ etiam non oportet semper orare actualiter quandiu quis habet pestes animæ, idest prauas cogitationes, sed tandiu orandum est quandiu oratio remedium est contra illas, sicut est in morbis, si enim aliquis morbus est, qui solum sanetur per euacuationẽ non oportet semper dare actualiter laxatiua, & euacuatiua quãdiu manet morbus actualiter, quia iam remedium excederet mensuram remedij, & lęderet potius, quam prodesset, sed tandiu debet dari remedium quandiu commensuratur morbo, vnde apparet, quòd nõ debet fieri ista commensuratio quantũ ad quantitatem durationis, idest quòd quandiu durat morbus tãdiu duret appositio remedij, sed quantum ad virtutẽ, i. ꝙ tanta sit virtus illius remedij quanta sufficiat expellere morbum, & ideo si remedium semel appositum sufficit ad excludendum morbum, qui durat per mensem, tantum est de remedio quantum de morbo, & tandiu durat virtus remedii quandiu morbus, quia aliàs non expelleret eum: ita in oratione non oportet, ꝙ quãdiu homo est in tẽtatione tãdiu actualiter oret, sed tandiu quandiu ad expellendã tentationẽ, vel alias animę pestes oratio vtilis est: nam nõ est semper vtile orare contra tentationem, immo fortassis hoc augeret tentationem, sic dicitur in collatio. patrũ breuiter orandum est, ne im morãtibus nobis inserere aliquid cordi nostro insidiator possit inimicus. sed vtile est aliquando orare, aliquãdo ad sapientũ, & amicorũ cõsilia, & collocutiones recurrere, aliqñ aliis se operibus occupare, ne cogitationibus insistendi locus sit. Ad quartum dicendum, ꝙ licet semper debeamus bona appetere, non oportet semper orare actualiter, sed sufficit, quòd maneat oratio secundum virtutem,

A quia ibi manet appetitus boni, vt expositum est.

Ad quintum dicendum, ꝙ non est intelligendum nullo tempore psalterium debere cadere de manu, sed ꝙ non cadat temporibus ad hoc constitutis ar. 26. di. c. si quis vult. vbi dicitur, ꝙ Moyses erat indesinenter in tabernaculo domini, & tñ certum est, ꝙ nõ erat ibi semper, quia sępe erat exterius cum populo, & ibat, & redibat Exo. 33. sic dicit Glo. in eo. c. nunq̃.

An oratio debeat fieri breuis, vel prolixa. Et quando est parui profectus. Et an officia diuina sint magna, vel parua. Quæst. XCVI.

B QVAERETVR an oratio nostra dẽat esse ꝓlixa, qa licet nõ semper duret actualiter, qñ fuerit incępta poterit esse breuis, vel ꝓlixa. Dicunt quidã, ꝙ non debet esse prolixa, sed breuis, quia supra in litera dr̃ orantes nolite multum loqui, & tñ, qui prolixam orationẽ agit multũ loquitr̃, ergo non debet esse prolixa. Itẽ oratio est ad explicãdũ desideriũ orantis, sed tanto est desideriũ melius quanto ad vnum magis restringitur Luc. 10. Martha solicita es erga plurima porro vnum est necessarium, idest non oportet attendere ad multa, sed ad vnũ, & Psal. 26. dr̃ vnã petij a dño hanc requirã, i. vnicã petitionem feci, & de hac sola curabo, qui tñ prolixe orat multa petit, ergo non est prolixe orandũ. Item oratio facta ad Deum debet esse cum magna confidentia,

C quia aliàs nihil impetrat Iacobi primo, qui tñ orat ꝓlixius non petit confidenter, quia multitudo verborũ ad hoc dirigitur, vt animus eius, qui oratur ꝑ hoc flectatur, si tñ orans confideret, ꝙ ille sine dubio concederet, ꝙ petitur non curaret, nisi exprimere quid vellet, ergo non est facienda prolixa oratio ad Deum.

Item modus agendi pręfixus nobis semper debet teneri, & maxime in eis, quę ad Deum pertinent Exo. 19. contestare populũ ne forte velit transcendere propositos terminos ad videndum Deum, & pereat ex eis plurima multitudo. sed ꝑfixit Christus nobis modum, dicens non esse multa in oratione dicẽda, ergo non debet esse prolixa. Dicendum, ꝙ aut quærimus in oratione de debito, vel de expedienti, scilicet an

D obligemur determinate multum orare, vel determinate paucum orare, vel dato, ꝙ non obligemur determinate ad multum, vel paucum, quid istorum magis expediat. Dicendum pro hoc, ꝙ aut quęrimus de communi oratione, quæ est ministrorũ ecclesię, vel de oratione priuata. Si de communi dicendũ, ꝙ ista cadit sub obligatione, & tenentur ministri ecclesię, i. oẽs habentes beneficia, vel ordinẽ sacrũ ad diuinũ officiũ integre persoluendũ, siue illud longũ, siue breue sit, & non dñt prolixe orare, siue multa loqui licet officium in se magnum videatur, & longo tempore egeat ad plene dicendum, quia multũ, & paucũ magnum, & paruum ad alterũ dicuntur, & nihil est, ꝙ non sit magnũ, & paruum ad aliud, & aliud sumptũ:

E absolute, ergo non potest dici magnum, & paruum, nisi per relationem ad mensuram, quia quod mensurę ęquatur non dicitur magnum, & paruum, sed cõmensuratum, quidquid aũt excedit magnum dicitur quidquid vero deficit dicitur paruũ, ita in moralibus est, quia mensura operationum est recta ratio secundum, ꝙ a sapiente determinatur, & ideo illud, ꝙ sapiens dictum, idest prudens per rectam rationem non est multum, nec paucum, sed medium, & in illo consistit virtus 2. Ethi. ideo illud est regula, quidquid autẽ supra illud est dicitur superabundantia, quidquid autem infra dicitur defectus, quod autem est determinatum secundum rectam rationem quantumcunque sit secundum quantitatem magnum, non dicitur magnum,

gnum, sed medium, & commensuratum, vnde poterit esse, φ aliquid sit minus secundum quātitatem, & dicatur superabundantia, quia excedit mensuram, sic dicitur 2. Ethicor. φ in cibo non est idem mediū omnibus, sicut nec Miloni, & Terarchæ, vel magistro gymnasiorum, quia φ multū erat Terarchæ erat defectus Miloni. Idem dicit ibi de calceis, quia calceus, qui vni est valde superabundans, est alteri valde deficiens.

In orationibus antem ministrorum ecclesiæ lex posita est quantum dicere debent, & ideo tantum dicere iustum est, & est medium: non est ergo magnum, nec multum quantumcunque in se videatur lōgum, sed φ esset minus illo diceretur paucū, quia per illud non satisfaceret orans, & sic ministri ecclesiæ non agunt contra hoc, quod Christus dixit orantes nolite multum loqui, quia non loquuntur multum, sed cōmensurate: si autem sit oratio priuata, aut illa est determinata ex necessitate, vel non. De primo patet, vt si alicui iniungat confessor dicere certam orationē, & tunc dicendum, φ siue magna, siue parua sit, tenetur complete eam dicere, & non dicitur multa loqui, sed commensurate, quia tantum loquitur, quantū tenetur. Si autem non sit oratio determinate necessaria.

Dicendum, quòd tunc non potest dubitari, an sit necessarium multum, aut paucum loqui, quia nō est quis obligatus ad dicendum certū quid, ideo licitum est dici paucum, vel multum, quia dicendo multum non est peccatum, quia non agitur contra præceptū, & si pauca dicantur non fit minus debito, cum nihil sit determinate debitum, ideo vtrunque est licitum. Si etiam obiiciatur, φ Christus vetuit multa loqui dicetur sequenti quæstione, quō sit hoc intelligendum, ideo solum manet dubium an in tali casu sit magis expediens pauca, quam multa dicere.

Et dicendum, φ aut quis vult orare principaliter ad satisfaciendum, aut principaliter ad merendum, si ad satisfaciendum solum, vel principaliter dicendum, φ bonum est diutine orare, ratio huiusmodi est, quia ad satisfaciēdum solum requiritur, quòd sit opus bonum in charitate, & pœnale bona intentione factum, φ siue cum feruore deuotionis fiat, vel non, nō differt, & sic cum orare multum, vel paucum nō sit propter aliud, nisi quia in parua oratione potest retineri deuotionis feruor, in longa autem non potest, & ad satisfactionem non requiritur deuotio, sufficit, φ oratio fiat bono animo etiam si homo non possit semper deuotionis habere feruorem, vel attentionem, quia nihilominus manet oratio semper, tanquā opus difficile, & pœnale, quod sufficit ad satisfactionē. An tamen homini volenti satisfacere de peccatis suis per aliqua opera laboriosa, quando non potest feruenter, & deuote orare, expediat potius orare saltem indeuote, quam subire alia opera bona laboriosa, non potest determinari generali sermone, quia oporteret considerare qualitatem illorum bonorum operum in se, & alias particulares circunstantias secundum quas cōtingit vnum opus melius esse altero, hoc tamen notum est, φ oratio quando nullam habet attentionē, aut deuotionem parui profectus est. De attētione tñ, & deuotione orationis quātum sint necessaria, & quid conferant, dictum est libro nostro de oratione.

Si autem attendatur principaliter ad merendū, dicendum φ præcipuum in oratione est deuotio, siue excitare feruorem desiderii nostri, & quia quantitas vniuscuiusque rei debet esse proportionata suo fini, sic quantitas potionis proportionatur in magno, & paruo ad sanitatem inducendam. φ detur magis, vel minus, secundum φ est magis, & minus necessarium ad inducendam sanitatem, cum ergo oratio sit ad ex-

F citandum feruorem desiderii, tandiu expediens est orationem durare, quandiu feruor excitatur. Cum autem feruor non excitatur, sed potius fastidiū gignitur, oratio non est vlterius extendenda, sic dicit Augu. ad proban. Dicuntur fratres in Aegypto crebras habere orōnes, sed eas tamen breuissimas, & raptim quodammodo iaculatas, ne illa vigilanter erecta, quę orāti plerunque est necessaria per longiores moras hebetetur intentio, & sic tandiu, quādiu potest durare deuotio debet extendi oratio, & non dicitur prolixa, cū autem fastidium gignitur etiam si breuis fuerit oratio, interrumpi debet. nam non est prudenter factū, φ quis aliquando tandiu orare velit, φ seipsum multum fatiget, & attędiet, quia per hoc valde tardus, &

G piget ad orationem redire, quia ad ea quæ naturaliter sensit sibi semel grauia & fastidiosa, refugit postea redire, sed detestatur ea, tanquam inimica, si autē oret quis circa fastidium cum natura non senserit illud sibi onerosum, non recusat sæpe ad illud redire, & ita magis, & ardentius orare poterit, quam ille qui semel vult orare, vsque ad fastidium, & hoc innuitur in eadem auctoritate Aug. cum postea dicitur: at per hoc ipsi satis ostendunt hanc intentionem sic nō esse obruendam, sed perdurare non potest, ita si perdurauerit non cito esse rumpendā, & ob hoc ad hoc, φ quis deuote, & multum orare possit, consilium est, φ oret sæpe, & semper breuiter citra fastidium, sic dicitur in collatio. patrum, frequenter enim, sed breuiter est o-

H randum, ne immorantibus nobis inserere aliquid nostro cordi insidiator possit inimicus. Aug. quoque ad prob. vt supra dictum est dicit: dicūtur fratres in Aegypto crebras habere orationes, sed eas tñ breuissimas, & raptim quodammodo iaculatas, ne per lōgas moras intentio hebetetur.

Ad primum dicendum, φ prolixe orare nō est multa verba dicere, sed est affectum circa eandem rē continuatum habere, sic dicit August. ad proban. non vt quidam putāt hoc est orare in multiloquio si diutius oretur, aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus, & sic potest quis orare prolixe, licet pauca verba dicat, si circa eundem affectum, & rem desideratam, diutius illam considerando, & desiderando moretur, vt dicetur sequenti q. Quid sit prolixe orare.

I Ad secundum dicendum, φ oratio est melior quātum magis ad vnum reducitur, si illud vnum est, φ petendum est: poterit tamen esse melior oratio in qua multa petuntur, quorum nullum malum est, quā illa in qua vnum petitur, & illud non est honestum, vel est minus honestum, quam illa multa, quæ in alia oratione petuntur: aliter potest dici quantum ad breuitatē orationis, φ potest esse prolixior oratio in qua vnicum petitur, quam illa in qua petuntur multa, quia prolixitas orationis non attenditur in verborum multitudine, sed in temporis prolixitate, potest autē quis diutius immorari circa vnicam rem idem desiderando, φ circa multas illas summatim enarrando, & tamen

K oratio dicitur prolixior ex tempore, & non ex verbis, sicut dicit Aug. vbi supra non est hoc orare in multiloquio si diutius oret, aliud est sermo multus ad diutumos affectus.

Ad tertium dicendum, quòd quando homines petunt aliquid ab aliis hominibus petunt ab illis, qui cōceptum eorum cognoscere non possunt, nisi verbis exprimatur, & quia plenius exprimitur in multiloquio vtuntur interdum multiloquio gratia expressionis, interdum etiam homines disponentes aliquid facere vel non facere propter petentium importunitatem mutant dispositionem, Lucæ vndecimo, de illo qui dedit panes propter importunitatem amico, & non propter amicitiam, & ad hoc præcipue vtuntur homines multi-

multiloquio, vt rogati superari multitudine verborum flectantur a dispositione sua, & tunc prouenit multiloquium a quadam diffidentia, vel pauca confidentia quam quis habet de alio, apud Deum autem non vtuntur multiloquio propter maiorem expressionem, quia omnia nouit, nec ad flectendum eum, quia nunquam mutatur sua dispositio, sed ad exercitandum affectum nostrum, scilicet, vt deuotio p verba excitetur, & sic nõ prouenit multiloquium ex diffidentia: vnde possumus multiloquio vti interdum in oratione non peccando, vt dicetur magis sequẽti qõ.

Ad quartum dicendum. ꝙ vetuit Christus multiloquio vti, & est peccatum vti illo modo, quo ipse ꝓhibuit, scilicet, inquantum venit ex infidelitate, vt dicetur sequenti q. interdum tamen prouenit ex alijs causis, & non prohibetur.

In oratione quid sit multa loqui, & quando sit reprehensibile in oratione loqui multa. Et quid a Deo petendum Et quo genere verborum sit vtendum. Et quid sit orare: & quid oratio. Et ad quid officium diuinum dicatur. Quæst. XCVII.

QVÆRETVR cum Christus arguerit hic multiloquium, & dixerit, quòd nõ loqueremur multa in oratione, quid sit multa dicere, & quãdo.

Dicendum, quod potest aliquis vti multiloquio erga Deum ad notificandum intentionem suam quasi plenius notificet quando plura dixerit, & hoc modo C prohibitum est. Alio modo, quòd quis credat per verborum multitudinem flectere Deum a dispositione sua, vt velit contrarium eius, quod disposuerat, & etiã hoc modo est prohibitum, quia vterque modus prouenit ex infidelitate: nam Deus cõceptus nostros plene nouit etiam si nos nihil exprimamus, nec plura nouit per hoc, quòd plura dicimus, etiam Deus a dispositione sua non flectitur etiam si multa loquamur, vtrũque ergo de Deo sentire infidelitas est. & hoc solum Christus vetat, sic dicit gl. scilicet, damnat autem multiloquium orationis veniens de infidelitate, & patet quia vtrunque motiuum istorum Christus tetigit, & excludit. Nam cum dixit orantes nolite multum loqui subdidit: scit enim pater vester qd opus sit vobis D antequam petatis, quasi dicat, non oportet vti multiloquio ad pleniorem expressionem, quia iam nouit antequam petatis id quod vultis, de secundo pater, quia dixit Ethnici putant, quòd in multiloquio suo exaudiantur, idest. quòd multiloquium præster virtutem orationi ad hoc, quod exaudiatur flectendo Deũ viribus multiloquij, alios autem modos Christus nõ prohibuit: istis autem modis peccat mortaliter multiloquio vtens, & etiam si paucis verbis vteretur intẽdens hoc per illa mortaliter peccaret, si autem multiloquium non venit ex infidelitate, aut petit quis multa, & non honesta, vel non vtilia, aut non. si primo modo prohibitum est multiloquio vti, quia a Deo non E est petendum, nisi honestum, scilicet, gratia, & gloria, & illa, quæ ad hęc ordinantur: siquis ergo petat inhonestum, vel inutile etiam si pauca petat, dicitur multa loqui, quia multum est, ꝙ supra rationem est, qui tamen petit inhonestum, supra rationem petit: ergo est multiloquus, maxime autem si multis verbis ad hoc vtatur, & hoc etiam est vetitum, sic dicit Chryso. in Homelia, scilicet, dissuadet per hoc inanem locutionem in orando puta cũ non petimus decentia a Deo, vt potentatus, & glorias, & inimicos superare, & pecuniarum superabundantiam. Si autem non petitur inhonestum, vel inutile, sed id quod petendum est. Aut vult petere, quis istud verbis ornatis, & composi tis artificiose dictis, & tunc etiam si pauca dicat mul- A tiloquus est, quia ita oportet eum circa illa pauca inutiliter, & diu occupari, sicut circa multa, quia verba ornata, & artificiose dicta nõ possunt dici sine magna attentione, & tunc mens hominis, quæ deuotioni vacare debebat attenta artificiosę prolationi nullum fructum deuotionis consequitur, & hoc malum est, quia oratio magis pertinet ad animum quàm ad verba ornata, sic dicit Grego. 33. Moralium veraciter orare est amaros in compunctione gemitus, & non composita verba resonare, & maxime, quia ornatus in verbis cum sit aliquid artificiosum, & laboriosum, non apponitur sine causa, sed vt habeat oratio maiorem vim ad flectendum, & ita oratoris officium est apposite dicere ad persuadendum: apud Deum tamen verba orna- B ta nec suadent, nec delectant, sed potius cordis simplicitas placet, error ergo est illi rei multum dare, & se in ea implicare, quæ est omnino inutilis relinquendo eã, quæ valde necessaria, & vtilis erat oranti, scilicet, deuotionem, & hoc modo Bernardus in Meditationibus accusat se dicens sępe ad sacrum misterium vocẽ meã fregi, vt dulcius cantarem non attendens, quòd cantor dum vocibus prouocat populum Deum stimulat prauis moribus, & sic peccatum erat totaliter attendere ad dulcedinem cantus in diuinis misterijs, sic dicit Grego. 92. distinctio. capit. In sancta, scilicet, quod consuetudo reprehensibilis erat constitutos in diaconatu modulationi vocis inseruire, quos ad prædicationis officium ad eleemosynarum studium vacare con C gruebat, & subditur, vnde fit plerunque in sacro misterio dum blanda vox quæritur congrua vita negligatur, & cantor Deum moribus stimulet cum populũ vocibus delectet. Non tamen ex hoc est intelligẽdum, quòd semper sit vetitum in oratione vti verbis ornatis, & artificiose compositis, sed hoc verum est, quando iste ornatus propter seipsum quæritur, vel vt habeat vim suadendi, sicut apud oratores, si tamen quis talibus verbis vtatur, vt seipsum magis per hæc verba excitet laudabile est: nam sicut ornatus Rhetoricus vires habet ad suadendum, & magis humanos animos incitat quàm verba simpliciter, & incomposite dicta, ita & ad seipsum homo patitur hoc, quòd si aliquid legat composite factum magis seipsum mouet quàm si legerit rudes senten D tias. ad hoc tamen oportet, quòd oratio non componatur de nouo, nec formetur, quia siquis velit nouiter verba composita formare, oportet deditam esse animam illius artificio conficiendi hanc orationem, ita vt nihil attendere possit deuotioni, quòd tamen verba ornata in scriptis orando quis legat, aut ea tam diu memoretur retenta orando proferat deuotioni non obest, quia non oportet animam formandis artificiose verbis intendere, sed magis tunc verborum dulcedine, & fructum capiet, & sic verba ornata in oratione proferre laudabile est.

De melodia, quæ est in cantu Ecclesiæ ad diuinum misterium idem est: nam si propter seipsam E quæratur, & ita quæratur, quòd alia relinquantur, quæ principaliora sunt malum est, sic dicit Gregorius vbi supra, fit plerunque, vt in sacro misterio dum blanda vox quæritur congrua uita negligatur, si tamen quæratur dulcedo cantus inquantum concitat animos ad quoddam spirituale gaudium laudabile est, & propter hoc Ecclesia introduxit cantus, sic dicit Augustinus de seipso lib. confessionem, quòd flebat vbertime in hymnis, & canticis suaue cantantis Ecclesiæ, & quod uoces illæ influebant auribus eius, & eliquebatur ueritas in corde eius.

Si aũt nõ attẽdant uerba composita, sed fiut multa quæ quis habeat memoriter dicere etiam non est ual-

delaudabile, quia ad multa dicendum oportet animam esse attentam,& dum in his occupatur in deuotionem non assurgit: sic dicit Chrysostom. in Homilia,scilicet, nõ tamen iubet decem millium versuum orationem componere, & corde tenus enunciare, quòd occulte insinuat cum dixit nolite multum loqui, quasi dicat, illud est non multum orare,sed multum loqui. & rectè dicitur, quòd in oratione pręcipue deuotio attenditur, in loquendo autem solum ipsa verba,& dicitur componere orationem, & dicere corde tenus.in quo innuitur,quòd sit hoc difficile, & oporteat esse magnam attẽtionem animæ ad hoc dicendum,& ideo deuotioni locus non relinquatur, si tamen esset multiloquium, in quo non esset difficultas vtpote quia non corde tenus, sed legendo oratio dicitur, non est prohibitum multa dicere, quia tũc non occupatur anima principaliter in dicendo, eo ꝙ illa scripta sunt,& sic posset ad deuotionem attendere: dicendum tamen, quòd qui orando multa vult dicere, aut hoc est proprie per modum orationis, aut per modum diuinę laudis: in oratione enim attenditur petitio, quia oratio secundum Damascenum est petitio decentium a Deo, & tunc siquis multa loquatur oportet multa petere.

Hoc autem non est conueniens, quia difficile est scire quid nobis conueniat, nisi loquendo generaliter, vt siquis petat gratiam, & gloriam, & illa quę dirigunt ad hoc.

Si tamen se reducat ad petendum aliquid particulariter nescimus quid petendum sit, quia quid nobis conueniat ignoramus ad Rom.8. nam quid oremus, sicut oportet nescimus, petere autem quod fortassis nobis malum est,periculosum est,ideo non est bonũ, ꝙ homo se extendat petendo per multa, sed reducat se ad pauca. Nam & propter hoc Christus dedit nobis formam orandi, vt sciremus quid esset petendũ: non est ergo vtendum multis verbis in oratione quãdo petimus. Si autem sit oratio per modum diuinę laudis,sicut est in quibusdam Psalmis,in quibus nihil petitur,sed solum enarrantur diuinæ laudes, non est periculum multa dicere,quia ibi non oramus,sed laudamus. Christus tamen dixit orantes nolite multum loqui, idest, multa petere:cum ergo quis orat volẽs proprie orare, scilicet, petendo,debet orationem in verbis breuem proferre,vt sic pauca petat, & tamen diu morari potest circa orationem illam non diu loquendo,sed diu desiderando, & ita Christus tradidit nobis formam, orauit prolixe, & nihil petiit,nisi vnicum, scilicet, si fieri potest transeat a me calix iste: Lucæ 22.scilicet,& positis genibus orabat dicens: pater si vis,&c. & postea dicitur, & factus in agonia, prolixius orabat,& tamen totum, quòd orabat erat iste sermo,scilicet, pater, &c. patet Matth.decimoquarto,scilicet,& iterum abiens orauit eundem sermonẽ, idest, in prima vice orauit pater si fieri potest &c. & in secunda vice idem orauit, & tamen prolixius orabat,scilicet,quia longo affectu tenebatur circa hoc, ꝙ petebat,licet pauca verba diceret, sic dicit August.ad proban.non vt quidam putant hoc est orare in multiloquio si diutius oretur, aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus: nam & de ipso Domino scriptum est,quòd pernoctauerit in orando,& quòd prolixius orauerit, vt nobis præberet exemplum. & sic in oratione debent esse pauca verba, & longus affectus, vt per desiderium immoretur homo circa id quod petit, & ista immoratio circa desiderii est quę dam præparatio cordis nostri quam Deus valde attendit, & exaudit, sic dicitur Psalm.9.desiderium pauperum exaudiuit Dominus, & præparationem cordis eorum audiuit auris tua, & taliter orantes dicuntur

F multum deprecari,vel multum orare, & tamen pauca dicere: sic dicit Augustinus ad probandum: absit enim ab oratione multa locutio, sed non desit multa precatio, si feruens perseuerat intentio.

Nam multum loqui est in orando rem necessariã superfluis verbis agere. Multum autem precari est eum,quem precamur diuturna cordis excitatione pulsare.nam plerunque hoc negotium plus gemitibus quàm sermonibus agitur, plus fletu quàm afflatu:expedi ergo homini prolixam orationem facere ad tumulum mitti si deuotionem orandi potest diu retinere, pauca tamen verba dicere debet ne petendo erret aliquid fortassis optans, quòd sibi nociuum est,& ita Chrysostom.in Homelia laudat orationes longas

G tempore, sed non verbis dicens. Christus iubet non longas orationes facere, longas autem dico non tempore, sed multitudine eorum, quæ dicuntur, permanere tamen oportet eos, qui petunt: nam Apostolus ait orationi instantes.In his autem omnibus nihil intelligitur de orationibus ministrorum Ecclesiæ, quia illę sunt determinatę, & oportet eas dicere non omittendo verbum de eis, sic dicit Hierony.in Epistola ad Rusti. mo. & de consecratione distinctione quinta cap. Nunquam, scilicet, nunquam de manu tua, aut oculis tuis liber Psalterij discedat: dicatur ad verbum oratio, idest, dicatur de verbo, ad verbum nihil omittendo, & loquitur de orationibus institutis ab Ecclesia, quia ad Monachum loquitur, & de

H libro Psalterij, licet glos.exponit ibi, quòd dicatur ad verbum, idest, quòd mens concordet cum verbo, & non sit euagatio, & hoc etiam verum est, & tamen non negatur, quoniam illa littera velit orationem Monachalem, quæ erat ordinaria, & canonica debere dici de verbo, ad verbum, & ita dicit Bernardus, quòd in diuino officio vsque ad vnam syllabam debitores sumus, idest, tenemur nihil omittere de eo, nec vnam quidem syllabam, de quo magis dictum est libro nostro de oratione. Nam diuinum officium magis pertinet ad laudes quàm ad orationem, & ideo tanquam debitum soluendum est potius quàm habendum tanquam orationem,& ita vocatur quotidiana pensio, vel seruitus quotidiana ex-

I tra de celeb.Mis.cap.presbyter.

Quomodo Gentiles poterant putare,quòd exaudirentur per multiloquium,& de cõditione Deorum Gẽtiliũ. Qũ. XCVIII.

QVAERITVR cum Christus dixerit hic, quòd Ethnici putant se exaudiri in multiloquio quomodo hoc putant. Dicendum, ꝙ Ethnici secundum Aug.lib.de serm.Domini,& Rabanum sunt, Gentiles:isti enim orabãt ad deos suos, & credebant se exaudiri in multiloquio, quia errabant circa naturam deitatis:nam si vere naturã Deitatis agnoscerẽt, hoc nullo modo credidissent: Deus.n.ad multitudinem verborum non attendit: immo ad nullum ver-

K bum attendit, quia nec est necessarium sibi ad cognoscendum conceptum nostrum, quem etiam sine verbo cognoscit,nec ad flectendum eum,quia verbis nõ persuadetur.Gentiles tamẽ putabant hoc iuxta cõformitatem deorum suorum:plures enim deos habebãt quos homines aliquando fuisse crediderant, aut saltẽ plurimos eorum,& ideo eis humanam conditionem adhuc dabant,est autem humanum aliquid ignorate.Dicebant,& adinuicem se fallere, & falli, & quosdam aliorum fraudes, & crimina reuelare, vnde Iotem deorum maximum multis fraudibus, & astutijs vsum fuisse Poetæ introducunt, vt adulteria sua, & incestus Iunonem vxorem suam, quæ deorum maxima erat,laterent, & hoc modo aliquid occultari

cultari putabant, & ob hoc eo modo Deos suos exorari credebant, quo homines exorantur, & quia hominibus non est notus conceptus noster, nisi verbis expresserimus prima Corinth. secundo, quis hominũ scit, quæ sunt hominis, scilicet, secreta, nisi spiritus hominis, qui in ipso est, quasi dicat, nemo alius scit, & ideo verbis vtimur ad notificationem, vt dicitur 1. Periherm. ita & de Dijs suis putabant Gentiles, ꝙ non intelligerent orationes eorum, nisi verbis vterentur, & quia quanto plura dicuntur tanto magis res aperitur cum breuitas obscuritatem pariat, vt dicit Horatius.

Obscurus fio dum breuis esse laboro.

Putabant vtile esse Gentiles vti multis verbis orando ad Deos suos, & consequenter formare verba voce alta, vel submissa credebant proficere ad hoc, quia non credebant Deos suos esse vbique pręsentes, & ideo per voces clamosas possent audire si longe erant vel si circa aliud erant occupati, & ita obiecit Elias irridendo, & illudendo Sacerdotibus Baal quando clamantibus eis non exaudiebat Baal ipsos, tertio Regũ decimooctano, scilicet, cumque esset Meridies illudebat eos, dicens clamate voce maiori Deus enim vester est, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur, & Sacerdotes Baal non suscipiebant hoc ad illusionem, sed clamabant voce magna, sicut dixit Elias, vt exaudirentur: nam dicitur ibidem clamabãt ergo voce magna, & incidebant se iuxta ritum suum cultris, & lanceolis donec perfunderentur sanguine, & istud est verũ, quia licet Gentiles errarent putando Deos suos esse Iouem, Saturnum, & alios, qui nihil erant, & vere haberent in Deos ipsos dæmones, qui sub his nominibus se coli faciebant, tamen ad hoc, vt ab istis dæmonibus exaudirentur necesse erat, quòd vocaliter orarent, quia dæmones desideria, & conceptus cordis non nouerunt, nisi quatenus exteriori signo, scilicet, verbo, vel nutu exprimantur, vnde ipsi dæmones sacerdotibus suis formam tradebant, qua a cultoribus suis oraretur, vt sic ipsi intelligerent, quid peteretur, & possent ludificare petentes faciendo aliquid, vel nihil faciendo eorum, quæ petebantur.

Alia causa multiloquij erat, vt exaudirentur Gentiles a dijs, quia sicut homines verbis artificiosis, & ornatis suadentur, aut longo sermone, vel importuno fatigati concedunt ea, quæ aliàs non erant concessuri, ita & de dijs suis putabant, quòd in verborũ multitudine possent eos flectere: nam & poetę introducunt coram dijs fieri contentiones vocales, & obtinere eum, qui melius oraret, vel posset Deos magis ad affectum suum mouere, & ita Virgil. introducit decimo Aeneidos, Iunonem, & venerem Deas coram Ioue in Deorum concilio ex aduerso disputare, & orare, & alteram earum obtinere: conueniens ergo Gentilibus videbatur multiloquium ad orationes.

Alia causa potest esse ex consuetudine, scilicet, quòd sicut Gentiles consueti erant inter se multiloquio cõfidere ad causarum persuasionem, ita & apud Deos orando faciebant, sic dicit Augustinus lib. de sermone Domini, omne multiloquium teuera a Gẽtilibus venit, qui exercendę linguæ potius quàm mũdando animo dant operam, & hoc studij genus etiã ad Deum prece flectendum transferre conantur: melius tamen potest dici, quòd ista causa coincidat cũ præcedenti, scilicet, quia apud homines per multiloquium suadebant, ita & apud Deos in multiloquio confidebant, istæ duæ erant vere causæ propter quas Gentiles hoc faciebant, & has Christus tangit in litera, De prima patet cum dicit scit enim pater vester

A quid opus sit vobis antequam petatis, quasi dicat, nõ est necesse vti multiloquio, nec etiam est simpliciter necessarium vti aliquo verbo, quia Deus nouit, quæ petenda sunt, antequam petantur. De secunda patet, quia dixit putant se in multiloquio exaudiri, id est, obtinere, quod volunt, & non dixit putant se per multiloquium intelligi, quasi dicat, etiam si in paucis verbis intelligerentur, ad flectendum, & persuadendum putant efficax esse multiloquium. ambę istæ causæ proueniunt de infidelitate, idest, ex mala opinione circa Deitatem, & ideo simpliciter in istis duobus casibus prohibitum est multiloquium orationis veniens de infidelitate.

B Sic ergo vos orabitis. Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tẽtationem. Sed libera nos a malo. Amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet, & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis

C hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.

Lucæ 11. de pę. di. 3. c. de quotidianis. de conse. di. 2. c. in calice. de pę di. 2. ca si enim. Mar. 2. de pę. di. 4. c dicit Dominus. infra 18.

SIc autem orabitis. Posuit Christus supra modum orandi quantum ad locum, in quo est orandum, hic autem ponit modum quantum ad formam rerum petendarum ostendẽs quid petendum sit summatim colligens in quadam breui oratione omnia, quæ optanda, & petenda sunt & dicitur. *Sic ergo vos orabitis*. Idest, non orabitis, sicut Gentiles, qui vtuntur multiloquio in oratione,

D sed dicetis istam orationem, quæ breuia est. *Pater noster*. Ista est oratio quam vocamus dominicam, quia Dominus eam primo formauit, & nobis dicendam tradidit, quæ est excellentissima omnium orationum, & in ea sapientissime recollecta sunt omnia, q̃ petenda, & appetenda sunt: non enim petimus, nisi quæ appetimus, bonum autem solum est, quod appetitur primo Ethi. quia tamen ꝙ non est bonum sæpe nobis videtur, & per errorem illud appetimus, oportuit in oratione eligi vera bona, quæ sola peterentur: & ideo Christus hic per vnum documentum instruit nos in duobus, scilicet, quid est desiderandum, & quid est petendum: fuit autem ista valde vtilis, & necessaria ad doctrinam, scilicet, scite quid appetendum est. nam ex hoc nobis notum est, quòd extra ista, quæ hic ponuntur, & illa quæ reducuntur ad ea nihil petendũ

E est, nec desiderandum, & hoc competit orationi, quia oratio est petitio decentium a Deo, vt dicit Damascenus, & amplius, quia petenda ponuntur hic eo ordine, quo petenda sunt: nam sicut bona inter se differũt in magno, & paruo & magis necessario, & minus necessario, ita est ordo in petendo, & taliter sunt hic ordinatę petitiones, quæ scriptæ sunt. illud autem quod primo cadit in appetitu hominis est beatitudo, & secundo cadit in appetitu illud per quod consequitur homo beatitudinẽ: ideo primo ponitur hic beatitudo, secũdo mediũ perueniendi ibi. *Fiat voluntas tua*. Circa primum Considerandũ, ꝙ beatitudo accipitur dupliciter: I. obiectiue, & formaliter, obiectiue est beatitu-

Cur hęc oratio pater noster Dominica nuncupaf.

Beatitudo duob' modis accipif.

do illud bonum, quo fruentes se beatos facit, & istud solum est diuina bonitas, quæ est summum bonum, Formaliter est beatitudo ipsa fruitio, qua illi summo bono vnimur, & formaliter illo fruimur, prima autem beatitudo est Deus: & ideo istam præ omnibus amare debemus, & quia amare aliquid est velle ei aliquod bonum, sicut amare amicum 8. Ethic. amare Deum est illi velle bonum, & hoc desiderare ei, vel pro eo gloriam, & honorem plus quàm alias res, & ideo sicut magis velle debemus honorem Dei quàm quicquam aliud, siue sit bonum nostrum, siue alienum, oportet quòd istum petamus ante omnia alia tanquã præcipue desideratum: & ideo prima petitio huius orationis est de honore diuino, scilicet. *Sanctificetur nomen tuum*. Et ad hoc præmittitur hic quasi prologus orationis inquantum dicitur. *Pater noster*. Et hoc fit primo, vt sciamus ad quem verba dirigũtur quod nesciretur si absolute inciperemus in prima petitione dicentes sanctificetur nomen tuum, secundo fit ad captandam beniuolentiam, quia cum vocamus patrẽ eum, a quo petimus, inclinare volumus affectum eius vt nobis tanquam filijs concedat, quæ petimus, quia pater nomen amoris, & dulcedinis est. 2. Politi. cap. 1. dicitur autem Deus pater noster per creationem, & gubernationem: Deuter. 32. nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, fecit, & creauit te. *Qui es in cælis*. Deus proprie loquendo non est in cœlo nec in terra, quia hoc est esse in loco Deus autem in loco nõ est, quia spiritualia locari non possunt, sed solum corpora, vt ait Boet. lib. de hebdomadibus, sed dicitur qui es in cœlis ad differentiam patris nostri carnalis, qui in terra est, quia ad istum non est orandum, quia nihil dare potest: vel dicitur, qui es in cœlis propter simplices, qui putant Deum esse alicubi, & tunc melius est putare, quòd sit in cœlo quàm in aliquo alio loco, quia cœlum est locus excellẽtior totius naturæ, & isto modo loquendi Christus vtitur sæpe vocãdo patrem nostrũ cœlestem, vel qui est in cœlis, vt pater hic, & præce. ca. *Sanctificetur nomen tuum*. Ista est prima petitio, in qua petimus diuinum honorem: nam sicut tenemur diligere Deum plusquam nos, ita tenemur magis & prius velle bonum eius quàm bonum nostrum, & istud est quòd sanctificetur nomen eius. sanctificari secundum communem acceptionem est sanctum fieri, & hoc modo non potest nomen Dei sanctificari, quia in se sanctum est: sicut enim Deus est essentialiter sanctus, ita & nomen suum est sanctum propter ipsum inquantum ipsum significat, quia vox non refertur, nisi ad rẽ significatam, aliàs autem voces nullius virtutis sunt, & sicut Deo non potest aliqua sanctitas acquiri eo quod in infinitum sanctus est, etiam non potest aliquid sibi de nouo aduenire, quia æternus est, & quicquid habet per modum æternitatis habet: ita nomen Dei non põt aliquam sanctitatem acquirere, quam semper non habuerit: hoc ergo modo nõ petimus sanctificari nomẽ Dei. Alio modo accipitur sanctificare. i. sanctum reputare, & ita iubetur, quod sanctificemus diẽ Sabbathi. i. tã quam sanctum reputemus obseruãdo illum in honore. Exo. 20. & Deut. 5. & tñ nos non sanctificamus diẽ Sabbathi dando illi de nouo aliquem honorem, vel sanctitatem, quia Deus dedit hanc sanctitatem Gen. 2. benedixit Deus diei septimo, & sanctificauit illum, ita accipitur hic sanctificetur nomen tuum. i. sanctum reputetur: petimus enim quod nomen Dei apud omnes gentes honoretur, ita quod omnes reputent illud tãquã sanctum, & excellens, & per hoc Deum honorabũt.

Alia vt diximus est beatitudo formaliter dicta, s. ipse actus, quo immediate coniungit illi summo bono quod nos beatificare põt, & ista vocatur fruitio, vel visio Dei, & illa est maximum bonum nostrum; nam

F Deus est maximum bonum simpliciter, & ad quodcunq; comparetur, ista tñ fruitio est maximum bonum nostrum, quia Deus non est bonum nostrũ, nisi inquantum applicatur nobis, vel nos ei, & istud est per istam visionem beatificam: & quia bonum nostrũ est quod nos formaliter bonos reddit, Deus autem non est aliquid formale in nobis, sed effectiue, vel obiectiue nos bonos facit, visio autem, vel fruitio reddit nos formaliter beatos: quamquàm ergo nõ sit ista visio summum bonum simpliciter, est tñ summum bonũ nostrum, quia tñ nos tenemur diligere Deum magis q̃ nos, tenemur desiderare magis honorẽ Dei q̃ nostrã beatitudinem: ideo in prima petitione ponitur honor Dei, in secũda ponitur nostra beatitudo cum dicitur.

G *Adueniat regnum tuum*. In hoc precamur quod Deus faciat nos beatos: nam beatitudo regnũ Dei dr̃, vt ostensum est cap. præce. q. 31. & sic Christus dixit, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. i. in cœlesti beatitudine. Luc. 22. quia sicut regnum in terrenis dicit maximam potestatem, & honorem quem aliquis homo viuens habere possit, & sẽ in abundantiã omniũ rerum, ita beatitudo maximum bonum nostrum est, & non fuit aliquid per quod nobis conuenientius significaret q̃ per regnum quod putat̃ esse maxime excellentiæ inter bona humana, & dr̃ adueniat regnum tuum. i. veniat beatitudo tua in nos, & non dr̃ eamus nos in beatitudinem tuam, sed illa veniat in nos, quia
H magis illa venit ad nos quàm nos eamus ad ipsam, & hoc est, quia principium veniendi ex parte eius est, & non ex nostra, quia nos non meremur ex cõdigno beatitudinem, vt ad illam quasi iure nostro ire possimus ad Rom. octauo, non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, illa ergo ad nos venit, quia potius ex Dei liberalitate & gratia, quàm ex meritis nobis conceditur, sic dicit August. super Ioan. ille venit quem gratia Dei præuenit: Ioan. sexto, dicitur nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me traxerit eum, & sic prius Deus ex liberalitate motus trahit nos ad se nos per hoc dignos faciens, vt postea tanquam dignis vitam æternam concedere posit.

Fiat voluntas tua. Posuit Christus supra id, quòd
I propter se appetendum est, scilicet, beatitudinem in præcedenti petitione, hic autem adiungit illa per quæ ad beatitudinem peruenitur: peruenimus autem in beatitudinem dupliciter, scilicet, directe, & per se hoc est per collationem alicuius boni. Alio modo, & quasi per accidens, scilicet, per ablationem alicuius mali ibi. *Et dimitte nobis*. Prima in duas, quia ad beatitudinem consequendam directe facit aliquid dupliciter vno modo principaliter, alio modo instrumentaliter ibi. *Panem nostrum*. Primum, & principale quod facit nos consequi vitam æternam est conformare nos voluntati diuinæ, scilicet, vt tales simus quales ipse nos esse iubet, & hoc significatur in ista tertia petitione, scilicet.

In beatitudinem dupliciter peruenimus.

K *Fiat voluntas tua*. Potest dupliciter intelligi. Vno modo fiat voluntas tua, idest, oramus, quòd des nobis facere voluntatem tuam. Alio modo fiat voluntas tua, idest, oramus, quod omnes homines obediant voluntati tuæ, & tunc aliquo modo concordat ista cum prima petitione, scilicet, sanctificetur nomen tuum, nam ibi petimus nomen Dei sanctificari. i. honorari ab omnibus gentibus: hic autem petimus, quòd omnes gentes Deo obediant, quòd etiam ad diuinũ honorem pertinet, & tamen illud petitur inquãtum est bonum ipsi Deo, istud autem petitur inquantũ est nobis medium perueniendi ad beatitudinẽ, oramus aũt hoc, quia etiam voluntatem Dei complere non potest homo nisi Deus eum mouerit ad hoc. Nã per hoc,

Fiat voluntas tua dupliciter intelligitur.

hoc, quòd homo complet voluntatem Dei accedit ad Deum,& efficitur ei valde propinquus infra duodecimo,quicunque fecerit voluntatem patris mei, q in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est, non poteft aliquis accedere ad Deum, nisi Deus adiuuerit eum ad hoc Ioan.6.nemo poteft ad me venire,nisi pater traxerit eum:ergo ad hoc φ homo compleat Dei voluntatem indiget Dei adiutorio, & fuit necessarium, quòd hoc peteremus à Deo. scilicet, fiat voluntas tua, idest, da nobis, quòd possimus cōplere voluntatem tuam.

Impeditur autem homo complere voluntatem dupliciter. Vno modo per hoc, quòd ignorat quid Deus vult. Alio modo,quòd voluntas hominis non inclinatur ad complendum illam, sed potius ad vana & delectabilia huius sęculi: pro vtroque ergo indiget homo exteriori auxilio, sic innuitur Deuteronom.5. cum dixit Deus bene omnia sunt locuti, scilicet, si fecerint, sicut dicunt. & sequitur quis det talem eos habere mentem,vt timeant me,& custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore, quasi dicat, quòd indigebant,quòd aliquis concederet eis, vt possent hoc facere, nemo autem poterat hoc concedere, nisi Deus:ideo ad ipsum pro his orandum est,sic orat pro vtroque Psalm.118.scilicet,da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam,& custod.il.in to.cor. meo, quasi dicat,ad hoc,quòd custodiam legē tuam oportet, quòd intelligam illam: da ergo mihi intellectū: de secundo patet ibi inclina cor meum de.in testi. tua & non in aua.i.licet mihi dederis intellectum ad legē tuam intelligendam adhuc non sufficit, quia possum sciens peccate, sed inclina ad hoc cor meum in testi. tu.& non in aua.i.fac quòd magis diligam legem tuā quàm auaritiam prosequi, & alia vana sęculi inquantum dicit.auerte oculos meos ne vi.va.& sic Salomō. tertio Regum octauo, in fine omnium petitionum suarum ad Deum tanquam potissimam posuit istam dicens,sit Deus noster nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris non derelinquens nos, nec proiiciens, sed inclinet corda nostra ad se, vt ambulemus in vniuersis vijs eius. necesse est ergo à Deo petere, quòd adiuuet nos facere voluntatem suam ostendendo nobis quid velit, & inclinando ad hoc, quòd nos illud velimus: nam si ipse hoc non fecerit,nos non poterimus hoc facere, vnde si aliquis sit quàm Deus ad hoc non adiuuet, vel parum adiuuet, vel ipse ad adiutorium Dei non adnertat, non poterit facere voluntatem Dei, sed na erit indispositus ad Dei voluntatē complendam, ac si Deus impediret eum ad hoc faciendum. Sic conqueritur Isa.nomine Iudæorum quando se inueniebant indispositos ad bene agēdum dicens.quare errare nos fecisti de vijs tuis, & indurasti cor nostrum ne timeremus te Isa.sexagesimotertio, hic ponuntur illa duo econtrario. nam ad bene operandum, vel complendum diuinam voluntatem requiruntur duo, scilicet, quòd Deus ostendat nobis quid vult, & inclinet nos ad volendum id quod ipse vult. Contra primum dicitur hic quare errare nos fecisti de vijs tuis, idest,non solum non ostendisti nobis illas, sed etiam posuisti nobis impedimentum ne inueniremus eas, sed cogeremur errare.

Ad bene cōplēdum volūtatē diuinā duo requirunt.

Contra secundum dicitur, & indurasti cor nostrū ne sequeremur te, idest, dato, quod aliquando voluntatem tuam sciremus indurasti tamen cor nostrū, vt non inclinaremur ad sequendum te, hæc tamen falsa sunt, quia Deus neminem errare cogit, maxime in vijs suis, nec etiam quemquam indurat, sed ipsa dicebant Iudæi, quia quando non sentiebant in se manifestum adiutorium Dei ad bonum,ita se indispositos, & graues ad benefaciendum inueniebant,

A ac si Deus ex industria cogeret eos errare, & indurare cor ipsorum: de præcipuis ergo bonis, & maxime necessarijs, quæ homo petere poteft est, quòd Deus det ei facere volontatem illius.

Sicut in cœlo, & in terra. Idest, sicut volntas Dei impletur in cœlo, idest,a spiritibus cœlestibus,ita impleatur in terra, idest, ab hominibus, qui habitant in terra, vel quibus data est terra ad habitandum Psal. 113. cœlum cœli Domino,terram autem dedit filijs hominum. impletur autem voluntas Dei generaliter in omnibus spiritibus cœlestibus, quia omnes illi sunt beati, & beati sunt coniuncti immediatæ regu-

B læ Diuinæ: ideo non possunt deficere, nec deuiare à voluntate Dei: de Angelis patet, quia Angeli diuidū tur in assistentes, & ministrantes Daniel.septimo, millia millium ministrabant ei, & decies milies centena millia assistebant ei. assistentes complent voluntatem Dei, quia iuxta voluntatem eius assistunt sibi ministrantes etiam complent voluntatem eius, quia vadunt quo mittuntur ad Hebræ.primo, omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, & velociter obediunt Deo Angeli isti, vnde propter veloci tatem obedientiæ vocantur ignis vrens. Psalm.103. qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem, vel flamma ignis ad Hebræ.primo,

C ministros suos flammam ignis isti omnes faciunt voluntatem Dei. Psalm.102. Benedicite Domino omnes Angeli eius potentes virtute facientes verbum illius.Dicitur, & in terra, idest, quòd in hominibus, qui morantur in terra compleatur voluntas Dei: sunt enim homines peccabiles potentes deficere, quia nō sunt coniuncti immediate summæ veritati, & summæ bonitati, & ideo non possunt Dei voluntatem line speciali adiutorio complere: immo nec possunt velle complere,quia hoc velle quoddam bonum est, & tamen nullum bonum sine Deo facere possumus Ioannis decimoquinto. Sine me nihil potestis facere.

Panem nostrum supersubstantialem. Ista est quarta petitio, in qua petitur illud per quod instrumentaliter peruenitur ad beatitudinem. Et exponunt quidam

D de pane sacramentali, scilicet, de Eucharistia, & per hoc intelligunt omnia sacramenta, quia omnia sacramenta ordinantur ad Eucharistiam tanquam ad principale, & sunt ista medium quoddam perueniē di ad beatitudinem inquantum omnia sacramenta legis nouæ gratiam conferunt, & gratia disponit nos ad vitam æternam, & mouentur ad hoc, quia hic dicitur panem nostrum supersubstantialem: nullus tamen est panis supersubstantialis, nisi corpus Christi, quia ille est panis viuus, Ioannis sexto, alij sunt panes de naturali materia, & substantia: ideo non sunt supersubstantiales.

De quo pane intelligitur ista petitio.

Alij dicunt, quòd accipitur panis pro cibo, & petimus hic sustentationem necessariam à Deo, quæ in-

E telligitur nomine panis, vel ponitur de pane specialiter, quia iste est cibus magis necessarius quàm cæteri, & patet hoc, quia Lucæ vndecimo, vbi ponit ista oratio dicitur panem nostrum quotidianum, & non supersubstantialem,ex quo apparet,quòd intelligitur de cibo quotidiano. Eucharistia autem licet vocetur cibus,non est tamen cibus quotidianus, quia non est quotidie communicandum, vt ait August. ad Ianuarium, & de consecratione distinct.2. cap. Quoudie, sed de hoc magis dicetur infra: vtroque tamen modo poteft applicari petitio ista ad propositum. Nam in ea petuntur ea, quæ sunt nobis instrumenta ad beatitudinem, ista autem sunt duplicia, scilicet,quædam ex parte Dei,& quędam ex parte nostra. Ex parte Dei sunt sacramēta, q̄ sunt vasa grē p q̄ san-

Instrumenta ad beatitudinem sunt duplicia.

ctificat nos, & ad se trahit. Ex parte autem nostra sunt instrumenta illa sine quibus ad fœlicitatem non itur, non potest autem homo fœlicitatem mereri, nisi quandiu est in vita: nam post vitam immediate est in termino, & non potest iam mereri, nec demereri, sed manere in eo quod meruit, vel demeruit Apoca. 14. Beati mortui, qui in Domino moriuntur amodo dicit spiritus, i. ex nunc, vt requiescant a laboribus suis & subditur: opera enim illorum sequuntur illos, idest, iam non est tempus laborandi, vt consequantur beatitudinem, sed opera ipsorum sequuntur eos, idest, habent præmium pro operibus suis, & econtrario in alijs, hæc autem vita, in qua beatitudo acquiritur sine cibo, & potu non agitur: ideo petitur hic panis per quem intelliguntur omnia necessaria in cibo, & potu, & vestitu. *Et dimitte nobis*. Hic ponitur illud per quod beatitudo acquiritur indirecte tanquam per remotionem mali, & diuiditur in duas, quia primo ponitur malorum remotio. Secundo adiungitur quorundam antedictorum ratio ibi.

F *Si enim dimiseritis*. Prima diuiditur in tres partes secundum tria mala, quæ nos impediunt consequi beatitudinem. Primum est peccatum commissum. Secundum est peccatum de proximo committendum. Tertium est, quod est ad vtrunque inclinatiuum: secunda ibi. *Et ne nos inducas*. Tertia ibi. *Sed libera nos*. Quòd autem principaliter, & directius nos impedit a beatitudine est peccatum commissum: nam non possumus assequi beatitudinem quousque fuerit peccatum totaliter dimissum, scilicet, quantum ad offensam, & quantum ad reatum totius pœnæ, vnde dicit. *Dimitte nobis debita nostra*. Idest, peccata, & vocauit ea debita, quia per peccatum cōstituitur homo debitor Dei ad pœnam tolerandam, & licet peccatum sit simul peccatum, & debitum, vocauit tamen Christus illud potius debitum quàm peccatum, quia quando istud oramus iam non manet peccatum, nec ratio peccati, quia ablata est macula, & offensa, sed manet solum reatus cuiusdam pœnæ, idest, obligatio ad pœnam temporalem, eo quod quando homo petit istud iā est in charitate, vel præsupponitur esse, & cum charitate non manet offensa Dei nec macula peccati, sed solum reatus cuiusdam pœnę temporalis, & iste reatus vocatur proprie debitum. *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. Hoc Christus apposuit in ista forma orandi ad innuendum, quòd eo modo se Deus habebit ad quemlibet hominem quo ipse se habet ad proximum dicitur Luc. 6. in qua mensura mensi fueritis remetietur vobis: si quis ergo dimittere voluerit proximo debitum, idest, peccatum contra se cōmissum Deus dimittet ei, si autem dimittere noluerit, nec dimittetur ei, vt dicitur infra in litera, & non intelligitur de debito pecuniali, vel quod potest in pecuniam extimari, sed debito iniuriæ, vel peccati contra nos cōmissi, de quo infra dicetur, & ista est quinta petitio.

Et ne nos inducas in tentationem. Ista est petitio sexta, & hic oramus tolli secundum malum, quod nos impedit a beatitudine, scilicet, malum quod nmetur de proximo committendum, nam homo cognoscit se fragilem ad peccandum, & si incitatum ab altero erit durum resistere, hoc autem accidit in tentatione, quæ triplex est, vt ostensum est supra quarto capitu. & per quamlibet earum potest homo faciliter cadere in peccatum: ideo petit ne inducatur in tentationem, idest, vt non permittatur succumbere tentationi: non enim petitur per hoc ne vnquam tentemur, cum interdum vtile sit nobis tentari, sed petimur ne inducamur in tentationem, idest, vt non permittamur cadere, quia hoc semper malum est.

Sed libera nos a malo. Ista est septima & vltima petitio, & potest intelligi dupliciter. Vno modo de malo exteriori pœnali, idest, quòd liberemur a fortuitis malis, vt ferro, & igne, & aquarum submersione terræmotu, peste, & subitanea morte, & ita de ceteris. nam ab his non potest homo liberari, nisi Deus eum liberauerit, quia etiam si diligentissime custodiat se manens in locis tutissimis, non potest euadere omnia pericula quin aliqua casualia in eum incidant, causa autem quare nemo per quamcunque diligentiam potest ista euitare est, quia Deus ab intētione infert ista mala, quæ a nobis casualia putantur, sic dicitur Exodi vigesimoprimo, de eo qui occidit alterum non intendens aliquid agere, scilicet, constitues ei locum, in quem fugere debeat, quia Deus tradidit illum in manus eius, idest, Deus voluit occidere illum, & constituit eum istum nescientem ministrum suum ad hoc: ideo nihil mali meruit, quia Deo sine culpa ministerium præbuit. *Sed libera nos a malo intelligitur dupliciter.*

G Alio modo potest intelligi de malo interiori, scilicet, de fomite, quia fomes peccati, qui manet in nobis est malum quoddam per quod inclinamur ad omne malum, & tunc est istud malum inclinanuum ad vtrunque, idest, tam ad tentationem quàm ad peccatum committendum: nam si in nobis non esset peccati fomes non esset locus diabolo ad tentandum nos saltem ita faciliter, sicut tentat, & superat, sed nos a nobisipsis tentamur, sic dicitur Iacobi primo. Vnusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illectus, & tunc consonat diuisioni superiori, scilicet, quòd in ista vltima petitione petitur remoueri malum quod est ad vtrunque inclinatiuum, scilicet ad tentationem, & ad peccatum, & istud est fomes: melius tamen videtur, quòd intelligatur de liberatione a malo exteriori, vt infra dicetur. *Amen*. Posuit Christus in fine orationis istud verbum quod pertinet ad confirmationem, In quo petimus, quòd ita fiant omnia, sicut supra petiuimus, & ex hoc consuetudo in Ecclesia introducta fuit, quòd in fine omnium orationum populus tota secundum antiquum morem, vel omnes ministri respondentes dicant Amen, idest, ita fiat, in quo etiam ipsi orant petendo in generali quicquid fuit petitum in speciali, & per hoc continuant intentionem suam intentioni ministri orantis, & secundum hoc ipsi dicuntur orare cum oratio consistat in mente, sicut in voce, & per hoc quod isti respondentes intenderunt orationi, & nunc dicunt Amen approbantes quod dictum est, & optantes illud confirmari, orant sicut minister, & fuit modus valde conueniens, vt sic oratio, quæ ab vno dicitur omnium esse videatur.

H *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum*. Hic ponitur ratio, & declaratio quædam præcedentium, scilicet, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus, & dicitur, quòd si homo dimittit homini dimittetur ei a Deo, aliàs autem non. & dicitur peccata eorum, in quo declaratur pręcedens dictum, quia ibi dictum fuerat, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & sic videbatur intelligi de debitis, hic autem dicitur, quòd intelligitur de peccatis, quia debita pecuniaria remittere non obligamur, nisi esset quis ita pauper, quòd nullo modo soluere posset, nam in alio etiam secundum ius humanum inopia excludit actionem illam inanem reddens, peccatum autem, idest, iniuriam tenemur dimittere hominibus, vt infra dicetur. *Dimittet vobis pater vester cælestis*. Idest, peccata vestra: nam vult Deus, quòd homo habeat charitatem ad ipsum, & ad proximum, & ideo. sicut Deus ex amore remittit homini peccatum, ita vult, quòd homo ex eadem charitate proximo remittat peccatum, idest, iniuriam in se admissam.

I

K

Si

Si autem non dimiseritis. Scilicet, ex toto corde, hoc addirur intra decimooctauo, vbi Christus dicit, quòd si non remiserimus ex toto corde fratribus nostris Deus non remittet nobis, quia Deus non attendit solum factum, sed præcipue animum, si ergo quis remittat non bono animo, non reputatur ei, scilicet, si non est plena remissio, sed habet adhuc animum aliquid vindicandi. *Nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.* Quia non vult misereri ei, qui ad alterum misericors non est, sic dicitur Iaco. 2. Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam, & non solum Deus nō remittit peccata talium, sed etiam quæ iam remissa erant repetit ac si non remiserit infra decimooctauo, vbi ponitur exemplum de eo cui fuerat magnum debitum a Domino remissum, & inueniēs conseruum suum, qui ei pauca debebat suffocabat illum donec redderet, vnde Dominus tradidit istum rursus cui dimiserat debitum quousque redderet vniuersum debitum, & dicitur ibi sic pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

An sola hac oratione Dominica nobis vti liceat. Quæst. XCIX.

QVAERITVR an sola ista oratione liceat nobis vti.

Dicunt quidam, quòd non licet vti alia. Quia Christus dixit supra in litera, sic ergo vos orabitis, & subiunxit istam orationem: ergo cum dederit nobis certam formam orandi tenemur illam sequi. Item patet, quia Christus posuit istam formam ad tollendum errorem: nam dixerat orantes nolite multa loqui, sicut Ethnici, qui putant se exaudiri in multiloquio suo: nolite ergo assimilari eis, & sequitur sic ergo orabitis: ergo vt nos euitemus errorem, propter quem Christus introduxit istam formā oporter quòd sequamur eam, quia aliàs non poterimus esse sufficienter securi, an oratio nostra contineat multiloquium, & an sit Deo accepta, cum ipse dederit certam formam & nos non sequamur illam.

Dicendum, quòd non oportet restringi homines ad istam orationem solam, ita quòd non liceat eis alteram dicere, vel facere, nam oratio est petitio decentium a Deo: multa tamen sunt decentia, quæ non habentur hic expresse: ergo multa licet peti præter ea, quæ continentur hic.

Item Christus introduxit orationem propter deuotionem, quia vt supra ostensum est oratio proficit ad hoc, quòd homo exerceat seipsum per eam, & nō ad hoc, quòd notificet aliquid Deo, qui omnia nouit antequam petantur, & tamen homo potest excitare deuotionem suam per multa alia verba præter ista: ergo licebit vti multis alijs orationibus, quia deuotio nō est coarctanda, sed potius amplianda, & tamen aliqui homines sunt, qui magis gaudent in quibusdam alijs orationibus quàm in ista, licet sit simpliciter melior omnibus, & generaliter omnes homines gaudent in quadam mutatione, vt dicitur 7. Ethi. circa finem, si autē tenerentur solam istam orationem dicere fastidirent eam sæpe repetendo, quòd non fit si interdū vna oratione, & interdum alia vti liceat: ergo nō tenemur hac sola vti, quia hoc contra charitatem militaret arctando viam charitatis, & deuotionis. Quia tunc rarius hō oraret, & minus deuote propter fastidiū eius dem repetitę sępe orationis. Item nullus ita legitur in regulare in operationibus suis quam Ecclesia, q̃ a Spiritu sancto regitur, & tamen Ecclesia vtitur diuersis orationibus pręter ista: ergo etiam nobis licet alijs orationibus vti.

Item Iaco. 1. dicitur si quis indiget sapient iapetat a Deo, qui omnibus dat affluenter, & nemi ni improperat, & tamen petere sapientiam est extra istam orationem: ergo licet petere alia, quæ non ha bentur hic, etiam Apostolus dicit ad Ephes. 5. ꝙ opor ter nos semper esse in hymnis & canticis spiritualibus: ergo p̄ter istam orationem alia sunt, quia aliàs non distinguerēt hymni, & cantica.

Item Apostolus iubet prima Timoth. 2. orare pro regibus, vt sub eis quietam vitam agamus, & tamen non continetur hic in ista oratione: etiam Apostoli petebant sępe operationem miraculorum qu ando super ægrotos, aut in illis, in quibus mirac ula fieri volebant orabant illa fieri, & tamen illud non continet in hac oratione: ergo licet alijs orationibus vti.

Dicendum, quod oratio licet habea t alias species tamen loquendo large potest distingui in laudes, vel gratiarum actiones, & in petitiones. Quantum ad primū dicendū, ꝙ Christus nō dedit h ic nobis formā aliquam, sed licet nobis laudare Deum qualitercunq; voluerimus, & de quibus voluerimus, & ratio est, ꝙ non posuerit forma laudandi, quia poni forma petendi fuit necessarium ad tollendum errores, vt dicetur seq. q. sit laude autem non est error, quia si quis vtatur multiloquio in Dei laude non errat, quia nemo pōt Deum tantum laudare quantum ipse laudabilis est, & sic nunquam est excessus, secus autem in petendo, quia potest aliquis petere plura quàm expediat, vel ea, quæ petere non expedit: ideo formam petendi coarctari oportuit, & certificari, sed non formam laudandi, maxime quia in tota sacra Scriptura continentur Diuinæ laudes, & quicquid illorum dicatur bene dicitur, quia Scriptura sacra nihil, nisi verum & bonum continet, de oratione autem non sic, quia non determinatur modus orationis alicubi in sacra Scriptura, sicut ponuntur multæ diuinæ laudes: ideo non debuit de laudibus poni regula, sed quòd laudaret quilibet, sicut vellet, nisi in eis, qui ad certam formā tenerentur, sicut Ecclesiæ ministri.

De gratiarum actione idem est, quia quantum cunque aliquis abundet in reddendo gratias vocaliter pro beneficijs collatis non superabundat, quia maiora sunt beneficia Dei in nobis quàm vt quisquam possit per gratiarum actiones satisfacere. 8. Ethic. Dijs & parentibus non possumus ęqualia retribuere.

Si autem loquamur de petitione, quæ est proprie oratio, dicendum, quòd Christus non instituit istam orationem tanquam ea sola vtendum esset, quia per hoc arctaretur deuotio, & charitas, vt dictum est, sed voluit nobis dare quandam summariam collectionem eorum, quæ petenda sunt, & ita artificiose sub istis petitionibus comprehenduntur omnia quæ a Deo peti licet: nam oratio est petitio decentium a Deo, vt dicit Damascenus: decentia autem particulariter sumpta possunt esse infinita, reducuntur tamē omnia ad ista septem, nec potest inueniri aliquod bonum quod peti liceat, vel appeti, quòd non reducatur ad ista, vel ad aliquod eorum, Posuit etiam Christus hic ordinem, quo res petendæ sunt, vt sciamus, quid est magis appetendum, & consequenter quid sit principalius petendum, quòd autem ista, quæ hic ponuntur nos petamus per eadem verba, vel alia, nō differt, & sic dicendum, ꝙ nemini licet aliam orationem quantum ad substantiam facere quàm istam, quia qui faceret aliam peteret aliquid, ꝙ non continetur sub istis pœnalibus, & tunc malum peteret, quia omnia bona appetenda, & petenda sub istis continentur malum tamen peti non licet. quantum ad verba tamē licet facere orationes alias ab ista, quia nō differt diuersis verbis petere quando idem in re petitur: sic enim

enim dicit Augu. quæcunque verba dicamus nihil aliud dicimus quàm quod in ipsa oratione Dominica positum est: dicit etiam Glo. hic non tamen his solis verbis oratur, sed etiam alijs sub eodem sensu conceptis quibus cor nostrum attenditur, & attendendum est, quæ oratio est, in qua præcipue inflammatur homo ad deuotionem, & illam dicat, licet in verbis differat ab ista, quia in sententia differre non poterit nisi aliquod malum in ea petatur.

Ad primum dicendum, quòd Christus non dixit, sic ergo vos orabitis quasi voluerit nos astringere ad ista sola verba orandi, cum ipse multa alia sæpe orauerit, quæ non continentur hic expresse, vt quando petiuit clarificari nomen suum, & petiuit se exaudiri super suscitatione Lazari. Io. 11. & iterum orauit si fieri potest transeat a me calix iste infra 26. & Mar. decimoquarto, orauit etiam animam suam a Deo suscipi. s. in manus tuas commēdo spiritum meum infra 27. & Luc. 23. sed voluit astringere nos ad petenda determinata, idest, quidquid peteretur pertineret ad ea, quę continentur in hac oratione.

Ad secundum dicendum, ꝙ Christus posuit istam formam orandi ad euitandum errorem Gentilium, qui errabant in duobus,

Primo, ꝙ petebant res inhonestas, vel inanes: nam sola bona huius sęculi petebant quasi ea sola appetentes eo, quòd futurum sęculum nullum putabant, & quantum ad hoc Christus instruxit nos assignās, quæ sunt illa, quæ peti debent, & omnia ista sunt bona spiritualia, præter illud panem nostrum supersubstāntialē da nobis hodie. in quo petuntur temporalia non tamen diuitię aliquę, sed solum sustentatio necessaria, quæ nomine panis intelligitur, & hoc inquantum non potest spiritualis vita acquiri nisi in temporali vita manentibus, & illa sine alimentis agi non potest, vnde alimenta reduci possunt ad spiritualia inquantū ad ea ordinantur, quoniam spiritualia sine temporalibus diu esse non possunt. Secundo errabant Gentiles in forma petendi, quia erant multiloqui supra in litera. s. qui putant, quòd in multiloquio suo exaudiantur, & quantum ad hoc Christus dat nobis formam orandi sub breuitate. s. quòd quidquid petierimus sub breuitate petamus, sicut istę septem petitiones, licet in sensu multa contineant in verbis, tamen succinctæ sunt: & ideo quandocunque oramus si breuiter oramus sic oramus, sicut Christus, hic docuit, & hoc vtile est, quia vt supra ostensum est nō oportet esse orationem longam in verbis, licet sit prolixa in tempore.

An fuit conueniens, quòd Christus daret nobis aliquam formam orandi. Quæst. C.

QVÆRITVR an fuit conueniens, vel necessarium, quod Christus daret nobis formā orandi. Dicunt aliqui, quòd non, quia oratio est aliquid voluntarium, & est ad excitandam deuotionem mentis, & tamen non conuenit omnibus hominibus eodem modo excitari: ergo non conuenit omnibus eadem forma orandi. Item oratio est petitio decentium a Deo, idest, eorum quæ nobis sunt necessaria, vel expedientia, non tamen est idem expediens omnibus hominibus: ergo non debet poni aliqua vna oratio pro omnibus hominibus. Dicendum, quòd Christus conuenienter dedit nobis formam orandi, & quòd fuit necessarium aut valde vtile, quod illam nobis daret. Primo, quia Apostoli petiuerunt, quòd daret eis modum orandi: ergo dare debuit. Lucæ vndecimo: cum esset in quodam loco orans cum cessauit dixit vnus ex discipulis eius ad eum, doce nos

F orare, sicut Ioannes docuit discipulos suos, & ait illis cum oratis dicite pater noster, &c.

Secundo fuit hoc propter ignorantiam, quia Christus instruere nos voluit in omnibus, quæ ignorabamus, & erāt nobis necessaria, & tamen orare homo nescit, idest, quid in oratione petendum sit, nisi Deus doceat ad Rom. 8. scilicet, nam quid oremus, sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Tertio fuit hoc ad tollendum errorem Gentilium, quia dictum fuerat supra, quòd Ethnici errabant circa orationem putantes se exaudiri in suo Multilogo, vt ergo nos non erremus orando, sicut illi fuit conueniens, quòd traderet nobis forma orandi, per quam

G sciremus quid in oratione petendum esset, & qualiter, scilicet, an breuiter, vel prolixe.

Quarto propter magnam necessitatem, & complementum doctrinę, quia Christus venit tanquam legislator ordinans nos in moribus, pendet tamen bonitas, vel malitia moralis ex appetitu, quia qui bona vult bonus est, qui vero mala vult malus est, & sic in recte tristari, & recte gaudere consistit recta disciplina moralis 2. Ethico. debuit ergo dari regula de appetibilibus: eadē est regula petibilium, & appetibilium, quia quòd licite potest appeti poterit licite peti in oratione, hoc autem Christus fecit instituendo hanc collectionem petitionum, quia ostendit per hoc, quòd ista sola sint appetenda cum ipsa sola peti debeant:

H ideo fuit valde vtile, quòd daretur ista forma orandi, & in illa simul agit Christus duo, scilicet, quia ponit nobis numerum appetendorum in generali, & etiam numerum petendorum in oratione, vt sciamus, quòd quicquid extra ista petimus, malum est.

Quinto fuit hoc ad dandam nobis maiorem fiduciam orandi: nam homines cum non habeant cōuersationem cum Deo, sicut dicitur Dan. 2. exceptis dijs quorum non est cum hominibus conuersatio, timēt petere aliquid a Deo hęsitantes an Deus velit dare, nunc autem cum oratio sit facta ab ipso Deo est fiducia nobis, quòd ille exaudiet eam quando formauerimus ipsam, quia dabit fauorem verbis suis, sic dicit Cyprianus lib. de oratione Dominica, qui sic viuere docuit, & orare, vt dum in oratione quam filius do-

I cuit apud patrem loquimur, facilius audiamur, amica & familiaris oratio est Dominum de suo rogare, agnoscat pater filij sui verba cū precē facimus, & cū ipsum habeamus aduocatum apud patrem pro peccatis nostris, quando peccatores pro delictis nostris petimus aduocati nostri verba promamus: etiam glo. dicit inter salutaria monita, quibus consulit credētibus formam orandi proposuit, & orationem composuit breuibus verbis, vt sit fiducia cito annuendi, quòd breuiter vult rogari.

Sexto, quia videbatur pertinere ad perfectionem doctrinę docere orare: nam beatus Ioannes, qui discipulos habuit docuit eos orare. Lucæ 11. Dn̄e doce

K nos orare, sicut Ioannes docuit discipulos suos, sed Christus habuit discipulos deducēdos ad perfectionē statum: ergo magis fuit necessarium, quòd doceret eos orare, quàm quòd Ioannes doceret suos.

Ad primum dicendum, quòd non est idem modus concitandi deuotionem omnibus hominibus, & ideo non oportet, quòd sit eadem oratio in verbis: bene tamen poterit esse eadem sententia, quia deuotionem concitare non conuenit principaliter ex sententia, sed ex verbis taliter, vel taliter se habentibus ad sententiam, sicut videmus in Rhetoricis orationibus, quia eadem sententia sine artificio, & ornatu prolata nihil efficit, cum autem artificiose, & ornate modo oratorio processerit ad suadendum, &

concitan-

concitandum animos efficax est, Christus autem noluit nos obligare ad dicendum istam solam orationẽ quantum ad verba, sed solum quantum ad sententiam, vt dictum est præcedenti quæstione, & sic stat eandem esse orationem omnium, scilicet, in sententia, & diuersam esse in verbis, vt possit diuersimode concitare homines.

Ad secundum dicendum, quòd licet non expediant particulariter eadem omnibus hominibus in generali: tamen omnibus expedit habere idem, scilicet, gratiam, & gloriam, & temporalem sustentationem, & peccatorum habere remissionem, & ita de cæteris, oratio autem ista Christi continet bona, quæ competunt generaliter omnibus hominibus nõ descendens ad bona particularia, quæ possunt competere isti, & non illi: ideo ista oratio omnibus est conueniens.

Cur in veteri testamento Deus nullam dedit orandĩ certam formam, sicut in nouo.

Quæst. CI.

SED quæretur, quare in veteri testamento Deus non dedit aliquam formam certam orãdi, sicut in nouo.

Dicendum, quòd si accipiatur oratio generaliter pro laude, & gratiarum actione, & petitione bene fuit data in veteri testamento aliqua forma orãdi, quia quando Iudæi offerebant primitias suas coram Sacerdote, faciebant coram eo quãdam professionem sub certis verbis, quæ habentur Deuterono. 26. & illa pertinent partim ad laudem Dei, & partim ad gratiarum actiones, si accipiatur stricte oratio pro petitione dicendum, quòd non fuit data aliqua forma orandi toti populo, sed fuit data Sacerdotibus quædam forma orandi quando benedicerẽt Israelitis offerentibus aliquid, vel quandocunque benedicere expediret, & habetur Num. 6. scilicet, benedicat tibi Dominus & custodiat te, ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. ista per modũ orationis dicuntur, potius tamen vocantur benedictio quàm oratio, quia in oratione principalius orat quis pro se quàm pro alijs, & tamen hic solum oratur pro alijs, & ita vocatur benedictio Nu. 6. scilicet, sic benedicetis filijs Israel: licebat ergo Iudæis orare petendo quicquid vellent, & qualitercunque vellent quòd non esset manifeste malum, quia non erat eis certa forma præfixa in rebus petendis, nec in modo petendi.

Causa autem huius fuit, quia oratio est pars contemplationis, & sic pertinet ad viros contemplatiuos, & anhelantes ad perfectionem, status autem legis Iudaicæ erat hominum valde imperfectorum: ideo non pertinebat ad eos status contemplatiuus, status autem legis nouæ est status hominum perfectorum respectu legis veteris: ideo pertinet contẽplatio ad istum statum, oratio autem est pars contemplationis: ideo ad istum statum pertinet statutam esse formam orandi, & in veteri lege non fuit ita necessarium: huius signum est, quia in nouo testamẽto sæpissime fit mentio de oratione: nam Christus dixit semper orare, & nunquam deficere Luc. 18. & in omnibus alijs bonis, quibus indigemus iubet orandum, vt infra vigesimoquarto, orate ne fiat fuga vestra hyeme, vel Sabbato, & infra decimo, dicitur orate Dominum messis, vt mittat operarios in messem, & Apostolus suadet prima Thessa. 5. orationi semper instare, & ꝙ semper vacemus hymnis, & canticis spiritualibus ad Ephe. 5. quòd autem cõpetit hoc ex statu

A perfectionis apparet, quia viris, qui sunt in excellẽtiori statu iubet magis orationi intendere. f. Episcopis, sicut loquitur Apostolus Timotheo, & intantum oratio competit ad Episcopum, & ad alios existentes in gradu excellenti, ꝙ dicitur, ꝙ ad Episcopum non pertinet nisi oratio, & lectio. 88. distin. cap. Episcopus nullam. f. Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed orationi, & lectioni, & verbo prædicationis tantummodo vacet, in veteri autem testamento rarissime, vel quasi nunquam inuenitur, ꝙ Deus iubeat hominibus orare, & ideo non erat ibi necessaria forma orandi: si tamen in veteri testamento vole-

B bant aliqui accipere formam perfectioris vitæ quam populus non haberet, illi vacabant orationi, & habebant formam orandi, sic patet de Ioanne Baptista, qui fuit vir totus contemplationi deditus, & quando discipulos habuit, voluit eos aliqualiter abstrahere a modo populari viuendi, & instruere in vita contemplatiua: ideo docuit eos orare sic dicitur Luc. 11. Domine doce nos orare, sicut Ioannes docuit discipulos suos, & etiam sæpe orabant Luc. 5. f. quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt tui autem edunt, & bibunt?

Secunda causa fuit, quia tota lex vetus fuit temporalis, idest, exterius vel in cortice sola temporalia promittens, si igitur orandi forma aliqua dari debuisset

C oportebat, ꝙ ibi continerentur solum bona temporalia cum ista sola in lege expresse promitterentur, non fuit tamen conueniens, ꝙ Deus daret talem formam orandi, quia per hoc incitaret homines valde ad amorem bonorum temporalium, & obfuscaretur cognitio spiritualium bonorum, & aboleretur de animo desiderium spiritualium si aliquod ibi erat, Deus tamen non vult incitare homines ad desiderium bonorum temporalium, sed potius retrahere ab eis, quia cupiditas istorum est radix omnium malorum, & illi, qui volunt diuites fieri incidunt in laqueos diaboli. 1. ad Timoth. 6.

Sed obijcitur, ꝙ Deus in lege promisit temporalia bona: ergo eodem modo oratio circa temporalia esse debuit, & non erat inconueniens, quòd ista talia

D in oratione peterentur.

Dicendum, ꝙ multa Iudæis data sunt, non quidẽ ex præcepto, sed ex necessaria permissione sic dicitur infra 19. ad duritiem cordis vestri libellus repudij datus est, in his autem, quæ mala sunt, vel saltem non sunt per se bona, non oportet incitare, sed retrahere, & ideo inquantum aliquid fuerit necessarium poterit licite permitti, suaderi tamen ad illud nunquam potest esse necessarium: & ideo nunquam ad talia debet fieri suasio, sicut meretrices esse in vrbe secundũ leges humanas permissum est, quia necessarium est propter turpiora euitare, lex tamen humana non suadet nec hortatur esse meretrices, nec fauet illis, sed potius eas tanquam infames habet, ita in lege veteri conueniens fuit fieri promissionem bonorum

E temporalium, quia ille populus, qui de gentilitate nouiter ad cultum Dei deducebatur erat valde rudis cui sola bona temporalia nota erant, & cui nequaquam posset a principio suaderi optare quędam spiritu alia bona, quæ essent post hanc vitam; & ad illam assequendum totam vitam ordinare: ideo erat necessarium, ꝙ vel Deus nullos cultores ad se de nouo adduceret, vel ꝙ illos omnes supernaturaliter sine operatione humana faceret perfectos, vel deduceret eos a principio per solum desiderium bonorum temporalium, Deus tamen voluit habere aliquos cultores, & non fuit conueniens, ꝙ supernaturaliter perficerẽtur, quia hoc repugnabat intentioni Dei, qui volebat & semper vult, sicut & iustum est, homines assuefa-

ctos

ctos per legem bonam bonos fieri, quia aliàs nec erit locus meriti nec demeriti si Deus nobis omnia supernaturaliter conferret: ętiam frustra videbitur datum esse homini, ꝙ sit rationalis ex quo habet principium ad dirigendum ex seipso operationes suas, si omnia ei supernaturaliter, & ab extrinseco dari deberent ipso nihil agente: decuit ergo ꝙ Deus traheret ad se homines illos adhuc rudes eo modo quo trahi poterant, & hoc erat per desiderium temporalium bonorum, quæ sola cognoscebant, & ita promisit eis Deut. 28 si audieris vocem Dei tui, vt custodias omnia mādata eius faciet te Deus tuus excelsiorem cunctis gētibus, quæ versantur in terra, & sic fuit necessarium ad hoc, ꝙ Deus haberet a principio aliquos cultores promitti eis temporalia bona sola, G ꝙ tamen iuberet eis petere ista bona, & daret eis formam ad petendū non erat necessarium, & erat incitare eos ad magis illa desiderandum: ideo conuenientius fuit, ꝙ Deus nullam formam orandi daret in veteri testamento nec iuberet orare quàm, quòd daret formam orandi, in qua sola bona temporalia peterentur.

Secus autem in nouo testamento, in quo non promittuntur temporalia aliqua, sed sola spiritualia, oratio autem debet esse conueniens promissioni bonorum: ideo fuit hic conueniens dari formam orandi, quia in illa nihil contineretur nisi spiritualia bona immo nihil aliud continere deberet, quia cum in lege H Christi nulla nobis temporalia promittantur, nulla causa erat ex qua temporalia petere deberemus, ꝙ autem petatur in ea panis, qui est aliquid temporale dicendum, ꝙ non petitur inquantum est bonum tēporale, sed inquantùm est aliquid necessarium ad vitā spiritualem, quæ non potest esse sine naturali, & illa non est sine pane.

Quare in principio huius orationis dicitur pater noster. Quæst. CII.

QVAERETVR quare in principio orationis huius dicitur pater noster, cum non pertineat hoc ad aliquam de petitionibus.

Dicendum, ꝙ propter multa. Primo, quia I cum Christus det formam orandi oportet, quòd in ea exprimatur ille ad quem oratur, quia ad aliquem debet dirigi, & ille debet poni in principio orationis: ideo antequam petitio aliqua inciperet poni debuit nomen eius ad quem oratur, licet ex hoc non sequitur, ꝙ debeat determinate dici pater noster, quia posset dici Deus noster, vel Domine noster aut creator, & sic de cęteris nominibus, quæ Deo competere possunt, sed solum sequitur, quòd debeat pręponi nomē eius ad quem oratur.

Secundo fit hoc specialiter ad significandum dignitatem status noui testamenti, in quo Deum patrē vocamus: nam nulla maior excellentia nobis aduenire potest quàm ꝙ filij Dei simus, & in hoc excellimus eos, qui erant in veteri testamento, quia nūquā K in oratione aliqua Deum patrem vocauerunt, sic dicit Aug. lib. de sermo. do. multa quidem dicta sunt in laude Dei, nusquam tamen inuenitur pręceptum populo Israel vt dicerent pater noster, sed est eis insinuatus, vt Dominus tanquam seruis, sed de populo Christiano Apostolus dicit, ꝙ spiritum adoptionis accepit, ꝙ autem dicit Aug ꝙ ostensus fuit Israelitis tanquam Dominus seruis verum est, & tamen non est negandum, quin ipse Deus vocaret Israelitas filios, & Israelitæ vocarent eum patrem: de primo patet, quia Exo. 4. cum Deus loquitur Pharaoni dicit filius meus primogenitus Israel dimitte filium meum, vt seruiat mihi quam Deutero. 32. dicitur nunquid non ipse est F pater tuus, qui possedit te, fecit, & creauit te? De secundo patet Isa. 61. vbi loquuntur Iudæi ad Deum. s. tu enim pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos, tu Domine pater noster redemptor noster a sęculo nomen tuum, sed verum est, ꝙ dicit Augu. s. ꝙ Deus nunquam accepit Iudęos ad tantam familiaritatem, vt iuberet eis dicere pater noster, idest, quòd eum sic vocarent.

Tertio fit hoc ad ostendendam quandam cōfidentiam de impetratione eorum, quæ petimus. nam nō est aliquod nomen maioris amoris, & dulcedinis, q̄ pater, vt innuitur 2. Politi. cap. 1. & nihil est, ꝙ pater negare possit filio iuste petenti: nam ꝙ petit iam suū est, quia omnia, quæ patris sunt filij sunt: nam si filius G est hęres est ad Ro. 8. non ergo debet sic orans dubitare de impetratione sic dicit Aug. hoc nomine pater charitas excitatur: quid enim charius debet esse filijs quàm pater: cum enim homines dicunt Deo pater noster quædam impetrandi præsumptio est, quid iam non debet filijs petentibus, cum hoc ipsum eis ante dederit, vt filij essent? & hoc competit valde oranti, nam debet orans habere magnam fiduciam de impetrando aliàs nihil obtinebit Iaco. 1. postulet autem in fide nihil hæsitans: qui enim hęsitat similis est fluctui maris, qui a vento mouetur: non ergo extimet homo ille, quòd accipiat aliquid a Domino.

Quarto fit hoc ad reddendum attentū ipsum orantem H qualis esse debeat: nam tanquam filius petit, & tanquam filius impetrare debet: attendat ergo ꝙ talem se constituat, vt filius Dei sit, & dici mereatur aloquin se falsartum ostendit cum illum patrem nominet cuius filius esse non vult, sic dicit Augu. quanta cura animum tangit, vt qui dicit pater noster, tanto patre non sit indignus?

Cum oratio dominica fiat ab vno, quare non dicitur pater meus, & non pater noster. Quæst. CIII.

QVAERETVR, quare dicitur noster: nam poterat dici meus, vel mi, & videtur, quòd hoc potius conueniat cum fiat oratio ab illo, qui est vna persona, & pro seipso petit.

Dicendum, ꝙ Christus ex industria posuit noster I propter multa. Primo ad significandum differentiam paternitatis, quia Deus est pater suus, & pater noster, sed aliter suus, & aliter noster: nam est pater suus naturali generatione, noster autem pater est gratuita adoptione: nam accepimus spiritum adoptionis, in quo clamamus Abba pater ad Rom. 8. idest, per adoptionem quam accepimus competit nobis vocare Deū patrem, & alias non liceret. Christus ergo qui specialiter est filius Dei debet alio modo vocare eum. s. pater meus, idest, specialiter meus, & nullius alterius: sic dicitur. Psal. 88. ipse inuocabit me pater meus es tu, ꝙ de Christo solo intelligitur secundum doctores, licet de Salomone posset aliquo modo intelligi, nos autē K omnes conuenimus in vna ratione paternitatis. s. per adoptionem: ideo nemo dicit pater meus quasi Deus speciali modo sit pater eius, sed dicit pater noster, quia eadem ratione est pater eius qua omnium, idest, adoptione, sic dicit hic Glo. dicitur pater noster, quod commune est omnibus, non pater meus, quòd soli Christo conuenit, qui est filius per naturam.

Secundo factum est, quia Christus voluit charitatem constituere inter omnes homines, ita ꝙ adinuicē sibi communicarent spiritualia bona: & ideo voluit, ꝙ nemo quando oraret pro se solo oraret, sed pro omnibus: ideo dixit noster, ita ꝙ necesse sit ex forma orandi pro omnibus orare: nam dicitur pater noster, & postea dicitur dimitte nobis debita nostra, & nerū,

&ne

A &ne nos inducas in ten. quæ omnia non ad orantem solum, sed ad omnes proximos necesse est extendi sic dicit Cypria. lib. de oratio do. s. nõ autem dicimus pater meus, sed pater noster, quia pacis, & vnitatis magister noluit sigillatim, & priuatim precẽ fieri, vt quis cum precatur pro se tantum precetur. publica est enim nobis, & communis oratio, & quando oramus non pro vno tantum, sed pro populo toto oramus, quia totus populus vnum sumus: sic enim vnũ orare pro omnibus voluit quando in vno oẽs ipse portauit, & est valde accepta oratio quam quis facit pro alio apud Deum magis quàm si pro se solo oret, sic dicit Chrysosto. super Math. pro se enim orare necessitas cogit, pro altero autem charitas fraternitatis hortatur, dulcior est autẽ ante Deum oratio nõ quã B necessitas transmittit, sed quàm charitas fraternitatis commendat.

Tertio fit hoc ad auferendum quibusdam superbiam, qui putant se alijs excellentiores, quia se nobiliores natales habere gloriantur, & tñ non est locus huic, quia non est altior nobilitas q̃ esse filium Dei, & tamen hoc oĩbus Christum colentibus commune est: ergo nemo de nobilitate gloriari potest, ꝙ si gloriatur ad Christum non pertinet, quia non putat se habere Deum in patrem, vel credit se nobiliorem esse ex alijs natalibus q̃ inquantum Deum patrem habet, sic dicit Aug. admonentur hinc diuites, vel genere nobiles non superbire aduersus pauperes, & ignobiles, quoniam simul dicunt Deo pater noster, ꝙ nõ possunt vere ac piç dicere nisi se fratres esse cogno- C scant, sic etiam dicit Chrysost. in quadam Homilia, ꝙ enim nocumentum est ex inferiori cognatione esse cum secundum superiorem omnes simus copulati.

Quare dicitur hic Deo, qui es in cęlis. Quæst. CIIII.

QVAERETVR quare dicitur hic Deo qui es in cęlis. Dicendum, ꝙ non dr̃ hoc quasi Deus sit in cęlo, & non alibi, q̃a Deus vbique est, vel proprie loquendo Deus in nullo loco est, vt supra fuit dictum, nec ẽt quia cęli sunt corpora excellentiora totius naturç putandum est, ꝙ D Deus sit in eis, & non alibi, quia tunc potius esset in auibus, & iumentis, immo, & in plantis, quia omne viuens excellentius est non viuente, sic dicit Augusti. lib. de sermo. Domi. non enim spacio locorum continetur Deus: sunt quidem cęli excellentia mundi corpora, & si in eis locus Dei esse credatur, melioris meriti sunt aues quarum vita est Deo vicinior.

Sed dicetur Deus esse in cęlis pp multa. Primo ad differentiã patris nostri carnalis, quia nos habemus patrem in terra ad illum tñ non oratur, quia nihil nobis concedere potest cum ipse pariter egeat istis bonis, quç petimus, vt ergo videat ad quẽ oramus dr̃ paternoster qui es in cęlis, quasi dicat, ꝙ ad cęlestem oramus, & non ad terrestrem. Secundo fit hoc ad significandum, ꝙ homo debet subtrahere desiderium suũ E a terrenis cum patrem in cęlis habeat, sic dicit Chry. super Mat. addit qui es in cęlis, vt sciamus nos habere patrem terrestrem, & erubescant se terrenis rebus substernere, qui patrem habent in cęlis.

Tertio fit ad ostendendum conditionem orationis: nam ea, quæ petuntur debent esse talia qualis ille, a quo petuntur, sicut pudor esset a milite libros petere, & a clerico canes venaticos, vel equum phaleratũ, ita & pudor est a cęlesti terrestria petere, innuitur ergo ꝙ ille, a quo petimus in cęlis habitat, vt per hoc intelligamus qualia sunt, quæ cum dare decet, & quæ nobis petere conuenit, & ita tota ista oratio de rebus cęlestibus est: nam nihil in ea terrenum petitur.

Quarto fit ad accendendum mte in desiderium bonorum cęlestium, & diuinoru amor enim conuiuere desiderat, quia actus amicm est conuiuere 8. Ethi. patris autem ad filium mnus amor est, vt pater ibidem, vbi ergo pater est filius esse desiderat. inquantum ergo dicimus, q pater noster est in cęlis innuitur, quòd nos debemdesiderare ire in cęlum, sic dicitur in collationibuatrum. s. patrem in cęlo dicimus, vt ad illam region in qua patrem nostrum esse fatemur summo derio properemus. sic etiam Aug. lib. de sermo. dicit, quòd admonemur conuertere nos ad Deu huius rei gratia orantes ad Orientem conuerti vnde cęlum surgit, non tanquam Deus ibi sit ccis mundi partes deserens, sed vt admoneatur anis ad naturam excellentiorem se conuertere, idest d Deum cum corpus eius quod terrenum est ad ous excellentius, idest, ad corpus cęleste conuerti sic etiam dicit Chrysosto. in quadam Homilia. ilis dicit esse Deum non illic eum concludens, sedtra abducẽs orantem, & excelsis regionibus affig

Quinto dicitur hoc propter simps, qui non possunt intelligere Deum nec aliquam spiritualem extra locum esse, & pro illis meli, quòd intelligant in cęlo Deum esse quàm in quãdiu aliter eum intelligere non possunt, sic diug. conuenit sensibus omnium paruulorum, & norum, vt bene sentiatur de Deo: & ideo qui non possunt aliquid incorporeũ cognoscere, toleror est eorum opinio si Deũ in cęlo potius esse cnt quàm in terra.

Quare dicitur sanctificetur nomen tuum. q. CV.

QVAERETVR quare dicitur sanctiur nomen tuum.

Dicendum, quòd ista est prima petirationis huius. nam postquam positum est proum capiando beneuolẽtiam Dei, a quo petimcantes eum patrem nostrum, & excitando nosd amorem cęlestium, & contemptum terrenorquantum dicimus, qui es in cęlis, quæ sunt ditiones quędam ad hoc, quòd conuenienter peta, incipit prima petitio. s. sanctificetur nomen tun qua honorem Dei petimus, & ista petitio ccedit omnes alias, vt quia homo tenetur maigere Deum quàm seipsum prius petat bonum nàm bonum proprium, licet bonum nostrum er, ꝙ petatur, quia possumus consequi bonũ, ꝙ mus, vel deficere ab eo. Dei autem bonum dei non potest: excellentia tamen amoris quam ad habere debemus facit, vt de bono illius potius de nostro soliciti esse debeamus, sic dicit Chrygna est enim Deum precantis oratio nihil peterepatris gloriam, sed omnia eius laudi postponer

Potest autem intelligi istud vno modo, ꝙ ns nomen Dei sanctificari, idest, sanctum habere- putari ab omnibus gentibus, scilicet, quod nutent esse aliquid magis sanctum quàm nomi, & illud super omnia honorent, & istud est, qte omnia petendum est sic dicit Augu. lib de o. do. postquam dictum est quis est, qui petituri habitat iam videamus, quæ sint petenda. Primtem omnium, quæ petuntur hoc est, scilicet, scetur nomen tuum, quòd non sic petitur qua sit sanctum Dei nomen, sed vt sanctum habca omnibus, idest, ita innotescat Deus, vt nõ exti aliquid sanctus.

Secundo potest intelligi sanctificetur nome idest, da nobis bene viuere, vt p bona opa nost de

deiur nomen tui sic dicit Chrysosto.rogare iubet
vrantem per nos opera glorificari ac si dicat, ita
tic nos viuere,vt nos vniuersa ie glorificent: san-
ct ficeiur enim im est,quòd glorificetur: sic enim
D. us aliquandet opera nostra glorificaiur, & ali-
quando blasph atur:nam si bonum faciamus illi,
qui viderint laint Deum, & sanctificant præce.ca.
videant bona cra vestra,& glorificent patrem ve-
strum, qui in is est, & prima Petri 2.conuersatio-
nem vestram er gentes habentes bonam,vt ex bo-
nis operibus considerantes glorificent Deum in
die visitation De blasphemia patet,quia quando q;
malum opert blasphematur Deus per eos,qui vi-
dent inquam detrahunt Deo,quia taliter agentē
viuere patit gaudere bonis huius sęculi,vel pręes-
se in aliqua itate,& hoc maxime est quando ille,
qui male agit talis,qui alios docere debebat, con-
tra tales loiur Apostolus ad Roma.2.Qui alium
doces teipi non doces,qui prædicas non furandū
& furaris equitur,nomen enim Dei per vos bla-
sphematuter gētes.etiam est ista blasphemia quā-
do peccat qui alios ex conditione status pro deli-
ctis punit ber, sic fuit de Dauid, qui erat rex ad
quem pebar punire delicta,& quia ipse commi-
sit adulten,& homicidium blasphemabant homi
nes de Dicentes.Deus non est iustus,vel non tole
rabit eu vt ipse conqueritur Psal.3.multi dicunt
animæ: non est salus ipsi in Deo eius, de hoc 2.
Reg.1. blasphemare fecisti inimicos nomen Dñi H
propte bum hoc,idest,propter peccatum, quod
comm,& in talibus grauius videtur esse peccatū
ex malemplo quàm in seipso eum propter malū
exem Deus blasphemetur vnde 3.Reg.12.non
infligpena Dauid,quia commisit peccatum, sed
quia eccato suo commissa fuit blasphemia Dei,
cum t Dauid peccaui, & Nathan dixit ad Dauid
Dors transtulit peccatum tuum non morieris,ve
runin,quia blasphemare fecisti inimicos nomen
Do propter verbum hoc, filius, qui natus est ti-
bi etur.
o potest accipi,quòd per hoc petam' a Deo,
quas efficiat sanctos, ita quòd intelligamus non
quomen Dei in seipso sanctificetur, sed quòd
sa ceiur in nobis,idest,quòd nos efficiamur san-
dicit Cyprianus nō optamus Deo, vt sanctifice
tationibus nostris: quia enim ipse dixit sancti
o quia ego sanctus sum,id petimus,& rogamus,
qi baptismo sanctificati sumus in eo cē quo cępi-
perseueremus. Duo tamen sensus præcedentes
ores sunt, quia hoc modo nihil in hac oratione
remus pro Deo,sed omnia pro nobis,quod non
onuenienter dictum,quia sicut tenemur Deum
ere,ita tenemur bona eius optare,& pro illis ora
præ cęteris illa petere.etiam pater,quia Ecclesia
ationibus suis sequitur istum modum,scilicet,q;
Deo petit gloriam,& honorem,oportet ergo q;
oc fuerit instructa a Christo, nihil est tamen,in K
Christus in hac oratione iusserit peti bona Dei
hoc intelligatur de illis:ergo oportet,quòd intel
atur,quòd hic petimus honorem Dei.
Item patet hoc,quia etiam si intelligeretur de bo-
humanis,idest,de sanctificatione nostra non esset
onuenienter ordinata ista petitio:nam tota Ecclesia
sentit,quòd Christus hic non solum ostendit nobis,
uod etiam appetenda,& petenda, sed etiam quo or-
ine desiderari,& peti debebant, & tamen inter om-
nia bona humana,quæ veniunt in cogitationem ho-
minis primum quod occurrit est beatitudo, quia il-
lud est maximum,& finis omnium bonorum, illud
autem petitur quando dicimus adueniat regnū tuū;

F ergo incongrue poneretur ista petitio ante illam,qa sanctificari nos est medium perueniendi ad beatitudinem: ideo non debuit poni ante beatitudinem, sed beatitudo ante omnia, quia est prima in intentione. Vel si considerentur inquantum est finis, & finis est vltimus in assecutione, deberet poni post omnes petitiones, quia omnia, quæ petuntur hic, quę ad nos pertinent sunt media perueniendi ad beatitudinem, non potest ergo intelligi conuenienter nisi de sanctificatione, idest, honore nominis Dei, & tunc ista petitio est prior ceteris dignitate, quia petimus in ea bonū Dei: etiam differt ab alijs, quia in ea sola petimus id quod Deo bonum est, in cęteris autem petimus id quod pertinet ad nos.

G

Quomodo petimus, vt Dei nomen sanctificetur cum in nostra potestate sit sanctificare. Quæst. CVI.

SED dicetur quomodo petimus, quòd sanctificetur nomen Dei, quia cum ista sanctificatio nihil sit nisi glorificatio nominis Dei, & istud a nobis fit, quia nos Deum glorificamus, quomodo petimus hic a Deo, quòd sanctificetur nomē eius, quia nemo petit ab alio nisi id quod ipse non potest per se facere, quod autem per se faciliter facere potest ab alio non petit, & si peteret irrideretur, & iuste repelleretur: etiam quia istud est documentum commune quod homo in eis, quæ potest via humana
H facere, non debet ad Deum recorrere, nec se committere ei, quia istud esset tentare Deum, vt si quis potens se eruere a periculo faciliter nollet fugere, sed peteret a Deo, quòd liberaret ipsum, vel si potens habere cibum per laborem laborare recusaret, & peteret sibi cęlitus cibum dari, & tamen sanctificare Deū est in potestate nostra laudando ipsum: ergo nō oportet, quod a Deo illud petamus.

Dicendum, quòd in ista oratione nihil petimus nisi quod per nos facere non possumus, quod de quali bet petitione posset particulariter induci. Et quod dicitur de sanctificatione, dicendum quòd non est in nostra potestate, quia ad hoc, quòd homo faciat aliquod bonum, oportet quòd iudicet illud esse bonum, & inclinetur ad illud, ista tamen duo non po-
I test homo facere a seipso, sed opus est, quòd Deus ostendat ei quid sit bonum, & inclinet mentem eius in illud, vt probatum est supra in expositione literę, ita ergo licet sanctificatio nominis Dei per nos fieri debeat, oportet tamen q; cognoscamus quod sit bonum, & quòd ad hoc inclinemur, & ista duo solus Deus nobis pręstat: ideo ab eo petendum est, q; nomen eius sanctificetur.

Aliter potest dici, quòd istud, quod petimus non est in potestate nostra: nam ista oratio fit a quolibet particulariter, & tamen non fit nomine suo, sed nomine totius Ecclesię, vel populi, vel omnium proximorum, vt ostensum est supra quęst. 103. non est ta-
K men in potestate alicuius orantis, quòd ab omnibus hominibus laudetur nomen Dei: ideo iuste petit hoc a Deo tanquam nullo modo existens in potestate sua, sed Dei, qui potest conuertere corda omnium hominum, vt sequantur eum 3. Reg. 8. scilicet, sit Deus noster nobiscum, & inclinet corda nostra ad se, vt ambulemus in vijs eius.

Alio modo potest dici, quòd istud est aliquo modo in Deo, & aliquo modo in potestate nostra. Nam Dei est, quòd inclinet corda nostra ad faciendum hoc, & nostrum est, quòd exequamur illud, & pp hoc quātum ad id, quod pertinet ad Deum petimus ab eo, q; præstet nobis sanctificare nomen suum; & hoc significat oratio ista passiua, scilicet, sanctificetur

nomen

nomen tuum, & non dicitur ſanctifica nomen tuum in nobis, vel nos ſanctificemus illud, per quę videtetur attribui ſoli Deo, vel ſoli homini. Nunc autem cum nulla perſona exprimatur habet ſe medio modo. ſ. quòd aliquid de hoc pertineat ad nos, & aliquid ad Deum, & idem eſt de alijs ſequētib᷒ petitionibus, ſic dicit Chryſoſto. ſuper Mat. ſ. vide quàm caute locutus eſt, non dixit pater ſanctifica nomen tuum in nobis, adueniat regnum tuum ſuper nos, fac voluntatem tuam in nobis, nec iterum dixit ſanctificemus nomen tuum, ſuſcipiamus regnum tuum, faciamus voluntatem tuam, ne hæc aut Dei tantum aut hominis tantum eſſe videantur, ſed medie dixit, & imperſonaliter: nam ſicut homo non poteſt facere bonum niſi habuerit adiutorium Dei, ſic nec Deus bonum B operatur in homine niſi homo voluerit.

Ad primum patet, quòd licet glorificatio Dei per nos fiat, tamen nos neſciemus quando, & quomo glorificandus ſit niſi ipſe nobis hoc oſtenderit, & cor noſtrum ad hoc inclinauerit, ex ea ergo parte qua adiutorium Dei eſt nobis neceſſarium petere debemus a Deo in iſto, & in quolibet alio opere bono.

Ad ſecundum dicendum, quòd Deus nunquam eſt tentandus, quòd fieret ſi ea, quæ per noſipſos facere poſſemus nolentes facere peteremus ab eo, hic autem non eſt ſimile, quia inclinatio cordis noſtri ad bonum nunquam eſt nobis niſi per influxum Diuinæ C bonitatis, & notitia boni nunquam eſt in nobis niſi ꝑ Deum, & ideo iſta a Deo petenda ſunt, & quia iſta ſunt principia operis noſtri poſſe operari bonum in nobis non eſt a nobis, ſed a Deo, ſic dicitur 2. Corin. 3. non ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Secus autem eſt in illo, qui poſitus in periculo mortis faciliter poteſt fugiendo euadere, & nolens fugere petit a Deo, quòd eum liberet, quia id quod a Deo petendum erat pro iſta liberatione iam datum eſt. ſ. ꝙ homo ſciat agere, & inclinetur: nam inquantum iſte eſt in periculo, & ſcit ſe eſſe in periculo habet primū, & non oportet, ꝙ Deus illuminet amplius intellectū eius: inquantum vero habet poteſtatem fugiendi, & naturaliter deſiderium ſe conſeruandi habet inclinationem mentis ad opus, & ſic iam iſte habet illa duo, D quæ a Deo petenda erant, & illa duo Deus ſibi ante hoc dedit: nihil ergo reſtat a Deo petendum ad hoc, ꝙ ſe liberet cum ſciat, & velit, & poſſit, quòd ergo omiſſis iſtis petat a Deo, quòd liberet eum non eſt petere aliquod neceſſarium, ſed tentare Deum, & iſtud nunquam licet, ſecus autem eſt in faciendo opera bona, quia ad illa ex ſeipſo eſt homo grauis niſi Deus inclinet eum, quia etiam ſi nihil aliud obſtet, ſaltem inuenit homo legem contrariam in membris ſuis, quæ impediat illum ad Rom. 7.

Sed obijcietur, quia ſi homo ex ſeipſo non poteſt bonum cognoſcere ſine Deo illuminante, nec inclinare ad bonum, ſine Deo inclinante, non erit homini imputabile ſi malum faciat cum non ſit in poteſta- E te eius, ſed oporteat hoc a Deo petere. Deus tamen non concedit nobis ſemper, quæ petimus.

Dicendum, quod ſicut ea, quæ totaliter pendent ex poteſtate noſtra dicimur poſſe facere, & ſi non faciamus illa quando expedit ſumus ex hoc culpabiles, ita ſi ea, quæ poſſumus facere per alios non fecerimus, culpamur inquantum facere per alios ſubſtat poteſtati noſtrę, & dicimus illa poſſe facere: ſic dicit tertio Ethico. quòd dicimur poſſe facere illa, quæ poſſumus per amicos, de nomina autem boni, & veri ita eſt, quòd homo illa non poteſt per ſeipſum, ſed Deus cauſat ea in homine, & ſic homo poteſt illa per Deum: eſt autem Deus ita promptus ad iſta faciendum, quòd mox, vt homo petiuerit concurrit Deus, cum eo, immo antequam homo petat Deus pręuenit eum oſtendendo ei quid ſit bonum, & inclinando, vel pulſando cor hominis aliqualiter ad hoc faciendum Apoca. 3. Ecce ego ſto ad oſtium, & pulſo. ſ. inclinando hominem ad bonum, ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, ideſt, conſenſerit pulſationi meæ volendo facere id quod ego ſuadeo ſibi, & ad quod inclino illum, intrabo ad illum, ideſt, ad habitandum cum eo, & cęnabo cum illo, & ipſe mecum, ideſt, habebo eum mihi gratum, & amicum, & ipſe etiam habebit me in amicum: eſt ergo in poteſtate hominis, quòd Deus inclinet eum ad bonum: & ideo ſi aliquando non agit bonum quaſi non B inclinatus ad illud non excuſatur, quia non eſt inclinatus eo, quòd non petit a Deo inclinari, vel quòd pulſationi Dei non conſentit.

Quare dicitur adueniat regnum tuum, & quid ſit illud. Et quòd ea quæ petuntur in oratione Dominica, nobis quotidie ſunt neceſſaria. Queſt. CVII.

QVAERETVR, quarę dicitur hic adueniat regnum tuum.

Dicendum, quòd iſta eſt ſecunda petitio, & iſta, & omnes ſequentes pertinent C ad hominem, ſcilicet, quia in eis homo petit bonum pro ſeipſo, & communiter exponitur de beatitudine, quæ vocatur regnum Dei, vt ſupra dictum eſt, & ſic petimus regnum Dei aduenire, ideſt, beatitudinem, quæ nobis a Deo dabitur petimus dari, vel cito nobis dari, & conuenienter exponitur de beatitudine, quia tunc dicuntur ſancti regnare cum Chriſto Apocal. vigeſimo, ſic exponit Cyprianus lib. de oratione Dominica dicens, quòd noſtrum regnum petimus aduenire a Deo nobis repromiſſum, & Chriſti ſanguine acquiſitum, vt qui in ſęculo ante ſeruiuimus poſtmodum Chriſto dominante regnemus, & iſta eſt conueniens expoſitio, quia cum hic petamus a Deo ea, quæ ſunt nobis bona, iuſtiſſimum eſt, vt petamus id quod eſt nobis maximum bonum, iſtud autē eſt beatitudo: ideo illa petenda eſt hic: nam ſine cauſa D cętera peterentur cum omnia ordinentur ad beatitudinem, ſi ipſa beatitudo peti non deberet, & quia ipſa eſt maximum, & primum omnium bonorum, ſi petenda eſt oportet, quòd ante omnia petatur, & quia iſta eſt prima petitio earum in quibus bonum noſtrum petimus, neceſſarium videtur, quòd iſta de beatitudine intelligatur, & ſic communiter exponitur.

Secundo modo poteſt accipi, quòd petamus aduenire regnum Dei, ideſt, tempus illud, in quo Deus ſolus regnabit, hoc eſt autem petere diem iudicij, quia tunc manifeſte apparebit regnum Dei, & ceſſabit omnis principatus in terra: nam vſque ad diem iudi- E cij durabit iſte modus principatus, & ſubiectionis inter homines, poſtea vero nemo dominabitur niſi ſolus Deus, licet ſancti dicantur regnaturi cum Deo Apocal. vigeſimo non tamen habebunt iſtum modū regnandi, qui nunc eſt inter homines, ſed dicentur regnare, quia participabunt Deo in illa ineffabili plenitudine, nunc vero dicitur regnum hominum, quia homines regnant, & ſubijciuntur, tunc autem erit regnum Dei, quia ipſe ſolus regnabit, quia tunc auferet principatum, & poteſtatem omnem, & manebit ſola ſua poteſtas, ſic dicitur prima Corin. decimoquinto in Chriſto omnes viuificabuntur, ideſt, reſurgent, deinde finis, ideſt, tunc eſt finis ſęculi, & tunc ſubditur cum tradiderit regnum Deo, & patri cum

euacuauerit

euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem, oportet illum regnare, idest, tunc regnabit. Non est autem intelligendum, quòd nunc non regnet, quia etiam Deus nunc regnat super homines Dan. quarto, scilicet, septem tempora mutabuntur super te donec scias, quòd dominetur excelsus super regnum hominum, & cuicunque voluerit det illud, sic dicit Augustinus lib. de sermone Domini, non est ita dictum quasi Deus nunc non regnet etiam in terra semperque in ea regnauerit, accipiendum est ergo, vt manifestetur, nulli autem licebit ignorare regnum Dei, non solum intelligibiliter, sed etiam inuisibiliter cum cęperit venire iudicare viuos, & mortuos: tunc enim futurum esse iudicium Dominus docet, cum Euangelium prędicatum fuerit in omnibus gentibus, sed hoc intelligendum est, idest, cum conuersi fuerint ad Christum omnes, qui per prædicationem Euangelicam conuertendi sunt: manifestum est enim quòd dies iudicij non veniet quousque compleatur numerus electorum, quia necesse est impleri numerum illum a Deo præordinatum, & tamen post diem iudicij nullus damnabitur nec saluabitur, quia ibi erit finis damnationis, & saluationis: ergo oportet ante diem iudicij compleri numerum electorum, hoc autem est conuersos esse ad Christum omnes, qui per Euangelij prędicationē conuertendi, & saluandi sunt, non tamen oportet, quòd immediate, vt Euangelium per totum orbem fuerit prædicatum sequatur dies iudicij, quia iam hoc factum est tempore Apostolorum, & successorum suorum, qui per totum orbem Euangelium prædicauerunt.

Tertio potest accipi adueniat regnum tuum, idest, fac quòd cesset regnum diaboli, & regnum tuum sit super omnes homines, & intelligitur de præsenti tēpore, in quo diabolus videt regnare super homines omnes, eo quòd diabolus est rex super omnes superbos Iob. 41. primo ipse est rex super omnes filios superbię, plurimi tamen hominum sunt superbi, & peccatores: ideo Diabolus regnat quasi super omnes homines, & ob hoc vocatur princeps mundi huius Io. 12. nunc iudicium est mundi, & princeps mundi hu[9] eijcietur foras, idest, diabolus, & Io. 14. venit princeps huius mundi, & in me non habet quidquam, idest, diabolus. petimus cessare regnum istius. i. vt omnes efficiantur boni, & Deus regnet in eis. vel intelligitur de regno in quolibet homine, scilicet, quòd non regnet diabolus per peccatum in homine ad Rom. 6. non regnet peccatum in vestro mortali corpore, & per hoc petimus, quòd homines efficiantur boni, & obediant mandatis Dei sic dicit Hierony. super Mat. scilicet, vel generaliter pro totius mundi petit regno, vt diabolus in mundo regnare desistat, vel vt in vnoquoque regnet Deus, & non regnet peccatum in mortali hominum corpore.

Quarto potest intelligi, quòd per hoc homines petant conseruationem in sanctitate, vel bono, quòd habent: nam per hoc, quòd nomen Dei sanctificant, vt in præcedenti petitione petitur, boni sunt, & istam bonitatem in se conseruari petunt: sic dicit Augusti. lib. de bono perseuerantię. cum petitur adueniat regnum tuum quid orant, qui sunt iam sancti nisi, vt in ea sanctitate, quæ illis data est perseuerent? nec enim vt veniat Dei regnum, quod his, qui perseuerant vsque in finem, certum est esse venturum.

Considerandum, quod omnes istę petitiones sunt tales, quòd quotidie peti possunt, quia ista oratio potest a nobis dici quacunque die, & quacunque hora: & ideo oportet, quòd petitiones sint tales, quòd pro omni hora conueniat nobis illas petere, & non

F sint tales, quòd aliqua earum semel impetrata postea peti non possit, sed sunt quædam bona, quæ quotidie dari nobis possunt, & quotidie perdi, & quando manent possunt meliora effici, sic innuit Cyprianus lib. de oratio. Domini, scilicet, hoc etiam vt sanctificemur quotidie deprecamur: opus est enim continua sanctificatione, vt qui quotidię delinquimus, delicta nostra sanctificatione purgemus.

Quid petamus cum dicitur fiat voluntas tua. Et quòd multipliciter intelligitur, quòd nos desideramus Dei voluntatem compleri.

Quæst. CVIII.

G QVAERETVR de hoc, quòd dicitur fiat voluntas tua.

Dicendum, quòd ista est tertia petitio, & quia in præcedenti petebatur ipsa beatitudo, hic petitur in omnibus sequētibus id per quod ad beatitudinem peruenitur, & præcipuum istorum est, quòd per hoc, quòd fiat voluntas Dei, idest, compleatur, sic dicit Chrysosto. in quadam homilia, scilicet, vide consequentiam optimam: quia enim docuit concupiscere cęlestia per hoc, quod dictum est adueniat regnum tuum antequam ad cęlum perueniatur ipsam terram iussit fieri cęlum per hoc, quod dicit fiat voluntas tua, sicut in cęlo, & in terra, & conuenit
H valde, quòd nos faciamus voluntatem Dei, quòd ipse Christus secundum, quòd erat homo, & habebat voluntatem humanam distinctam a diuina, dixit quòd non venerat ad faciendum voluntatē suam, sed Dei. Io. 6. non veni, vt faciam voluntatem meam, sed eius, qui misit me, sic etiam infra vigesimo sexto, dicitur transeat a me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.

Et potest intelligi multipliciter, quòd nos desideremus vluntatem, Dei compleri, sicut Deus multa de nobis vult. prima voluntas Dei est de nobis, vt habeamus vitam ęternam. Deus enim non creauit nos inutiliter, idest, sine causa. Psal. 88. nunquid vane constituisti omnes filios hominum? idest, nunquam fecisti
I eos in vanum non ordinando ipsos ad aliquem finē quem consequerētur, quasi dicat, non: & tamen non fuit homo creatus propter aliquod minus bonum quàm vita ęterna: ideo vita ęterna est finis hominis; & quia Deus fecit hominem ad eam vult, quòd consequatur ipsam, quando autem res consequitur finem suum dicitur saluari, quando vero non consequitur dicitur perire: qui ergo vitam ęternam consequitur saluatur, & hoc est voluntas Dei, sic dicitur Ioannis sexto, hæc est voluntas patris, qui misit me, vt omnis, qui credit in me nō pereat, se habeat vitam ęternam. ista voluntas iam completa est in sanctis, & in Angelis, qui sunt in patria, in nobis autem, qui in terra manemus nondum est completa: ideo petimus fiat vo-
K luntas tua in cęlo, idest, in his, qui in cęlo sunt, quia iam illi peruenerunt ad beatitudinem quam pro eis volebas, ita voluntas fiat in terra, idest, in nobis manentibus in terra, vt aliquando perueniamus ad illam beatitudinem quam etiam tu pro nobis vis, & tunc concordat ista petitio cum pręcedenti, scilicet, adueniat regnum tuum, in qua petebatur fęlicitas, sed ibi petebatur inquantum est bonum nostrum, & finis vltimus, hic autem petitur inquantum a Deo pręordinata est, & volita pro nobis.

Secundo potest exponi de voluntate Dei, quæ est, vt nos seruemus mandata eius: nam agens secundum rationem cum pręstituit sibi aliquem finē; ordinat ea, quæ ad illum finem sibi conueniunt. medium tamen perueniendi ad vitam ęternā est seruare

mandata

mandata Dei infra decimonono, ſi vis ingredi ad vitam ſerua mandata: ideo ſicut Deus vult, quòd habeamus vitam ęternam, ita vult, quòd mandata eius ſeruemus, & tunc petimus fiat voluntas tua, ideſt, cõcede nobis, quòd faciamus voluntatem tuam obediendo mandatis tuis, ſic dicitur ad Roma. duodecimo, rationabile ſit obſequium veſtrum, ideſt, ordinatum ſecundum rationem, vt probetis, quę ſit voluntas Dei bona beneplacens, & perfecta, ideſt, agendo ſecundum rationem probabitis, ideſt, experiemini, quę ſit voluntas Dei, ſcilicet, quòd complebitis illam ſic faciendo. Et dicitur, ſicut in cęlo, ſcilicet, quia in Angelis, & ſanctis, qui in cęlo ſunt completur voluntas Dei, quia nihil Deus vult, quod illi non faciant, cum non poſſit intellectus eorum errare a ſupremo lumine, nec volũtas deficere a ſummo bono, nos autem, qui ſumus in terra nondum habemus iſtam propinquitatem ad Deum, vt errare non poſſimus: ideo petimus, quòd concedat nobis in terra poſitis facere voluntatem ſuam, de vtroque ſenſu ſupra poſito dicit Chryſoſtom. ſuper Matthę. fiat voluntas tua, ſicut in cęlo, & in terra, ideſt, ſicut in Angelis, qui ſunt in cęlis voluntas tua fit, vt te perfruantur nullo errore obnubilante ſapientiam eorum, nulla miſeria impediente eorum beatitudinem, ita fiat in ſanctis tuis, qui in terra ſunt, & de terra quantum ad corpus facti ſunt: etiam fiat voluntas tua recte intelligitur obediatur pręceptis tuis, ſicut in cęlo, & in terra, ideſt, ſicut ab Angelis ita ab hominibus.

Tertio poteſt exponi de voluntate Dei qua vult, vt reſtituamur ad ſtatum, & dignitatem, in qua homo creatus eſt: fuit enim tanta dignitas primi hominis, vt anima nullam contrarietatem, vel inobedientiam ſentiret a carne, nec ratio a ſenſualitate: quandiu enim anima hominis fuit Deo ſubiecta, ſcilicet, ante peccatum erat anima domina corporis ita, vt nullam corruptionem nec pœnalitatem nec grauedinem ſentiret in corpore, cum vero anima, quæ erat media inter Deum, & corpus fuit Deo inobediens, cępit ſentire in corpore corruptionem, mortalitatem, & grauedinem, & inobedientiam ſenſualitatis ad rationem ita, vt iam ſit alia lex carnis, & alia animæ Ad Romanos 7. inuenio aliam legem in membris meis repugnãtem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. & ad Galatas quinto, caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem: hæc enim inuicem ſibi aduerſantur, vt non quęcunque vultis illa faciatis: & per iſtam pugnam continue homo deterioratur faciens voluntatem carnis, & non ſpiritus, Deus autem vult, quòd reſtituatur homo in ſtatum creationis ſuę ablata iſta contrarietate, & tunc ſanctificabitur corpus, ſicut ſpiritus prima Theſſa. quarto, hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra, vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, ideſt, corpus ſuum ſeruare liberum a vitijs, iſta ſanctificatio poteſt ex parte haberi hic in terra, ſed non compleri, complebitur autem in patria in reſurrectione mortuorum, quia tunc reſurgent corpora incorruptibilia. prima Corin. 15. ſeminatur in corruptione, ſurget in incorruptionem, ſeminatur in ignobilitate, ſurget in gloria, ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute: & hoc petimus a Deo fieri in reſurrectione, in præſenti autem poteſt eſſe aliqua concordia inter corpus, & animam, ita vt caro ſubijciatur deſiderijs animæ, quod eſt neceſſarium ad bene viuendum, & hoc petimus dicentes fiat voluntas tua, ſcilicet, compleatur iſta reſtitutio, ſicut in cęlo, & in terra, ideſt, ſicut in anima, quæ vocatur cęlum propter excellentiam naturæ completur iſta voluntas Dei, quia homo eſt inclinatus per rationem ſemper ad bonum, vt

A dicitur primo Ethicorum ratio deprecatur ad optima: ita in terra, ideſt, in corpore, quod eſt de terra cõpleatur voluntas Dei, ſcilicet, quòd per deſideria eius non repugnetur Deo, ad Romanos ſeptimo, igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati.

Quarto poteſt exponi de omnibus hominibus, ꝙ omnes ſeruent legem Dei, ſunt autem quidam eorũ iuſti, & alij iniuſti, iuſti vocantur cęlum, quia cęleſtia amant, iniuſti autem dicuntur terra, quia ſola terrena ſapiunt, & oculi eorum ſunt in fęcibus terræ. petimus ergo quòd voluntas Dei, ideſt, mandata eius fiant, ſi-
B cut in cęlo, & in terra, ideſt, ſicut complentur a iuſtis, ita compleantur a peccatoribus, de his duobus ſenſibus dicit Aug. lib. de ſermo. Domini in cęlo, & in terra, ideſt, ſicut in iuſtis, ita & in peccatoribus tanquam ſi diceretur voluntatem tuam faciant, ſicut iuſti, ita & peccatores, vt ad te conuertantur. Vel per cęlum, & terram accipiamus ſpiritum, & carnem, vt dicit Apoſtolus mente ſeruio legi Dei, videamus factam volũtatem Dei in ſpiritu, in illa autem immutatione, quæ permittitur in iſtis fiet voluntas Dei, ſicut in cęlis, & in terra, ideſt, ſicut ſpiritus non reſiſtit Deo, ita & corpus non reſiſtit ſpiritui.

Quinto poteſt exponi de retributione, quæ fiet in die iudicij, in qua fiet voluntas Dei, quia retribuetur
C vnicuique, quod Deus vult, ſicut ipſe meruit, & vocãtur boni cęlum, & mali terra propter cauſam ſupradictam, & ſic petimus, quòd ſicut Deus voluntatem faciet retribuendo bona bonis, ita etiam faciat illam retribuendo malis mala, ſic dicit Auguſtinus. vbi ſupra, ſiue ita, vt ſua cuique tribuantur, quod fiet in extremo iudicio.

Sexto accipi poteſt cęlum pro Chriſto, & terra pro Eccleſia, quia eſt ſponſa ſua. ſ. quòd ſicut fit voluntas Dei in cęlo, ideſt, in Chriſto, qui eſt perfecte ſubditus patri, ita fiat voluntas Dei in terra, ideſt, in Eccleſia, ita quòd omnia membra Eccleſiæ obediant Deo, ſicut Chriſtus, qui habuit pleniſſimam obedientiam ad Phili. 2. humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, de hoc etiam Augu. vbi ſupra, ſicut
D in cęlo, & in terra, ideſt, ſicut in Chriſto, ita & in Eccleſia.

Quomodo petimus, quòd fiat voluntas Dei, cum illa neceſſario fiat, velimus nolimus. Et quę ſit diſtinctio voluntatis diuinæ.
Quæſt. CIX.

QVAERETVR quomodo petimus hic, ꝙ fiat voluntas Dei, quia etiam ſi nos nolimus fiet voluntas eius, & nihil adiuuat ad hoc, quòd illa fiat, quod nos velimus, vel nolimus.

Dicendum, quòd oramus, quod voluntas Dei fiat, ideſt, quòd ipſe permittat, vel potius concedat nobis facere voluntatem ſuam, vel per alios modos
E poſitos præcedenti quæſtione: fuit autem conueniens iſta peti a Deo, quia in quibuſdam non completur Dei voluntas ſine nobis.

Pro quo ſciendum, quòd voluntas Dei diſtinguitur in antecedentem, & conſequentem, & in voluntatem ſigni, & beneplaciti, de voluntate antecedente, & voluntate ſigni dicimus, quod non ſemper impletur, & quod multa Deus vult, quę nunquam fiunt: de voluntate conſequenti, & beneplaciti, dicimus quòd ſemper impletur. Eſt enim voluntas antecedens voluntas Dei abſoluta de bono non referendo ſpecialiter ad aliquem finem, nec ad aliquam cauſam meriti aut demeriti, hoc modo Deus vult omne quod in ſe bonum eſt, deteſtatur quod malum eſt, &

est, & quia absolute melius est omnes homines bonos esse, & saluari quàm, quod aliquis ꝯdemnetur, & malus sit, vult Deus omnem hominem saluari. prima ad Timoth. secundo, acceptum est coram Deo nostro, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis vult venire, hac voluntate Deus non vult infernum, nec vult bella, nec mortes hominum, sed omnibus vult gaudium, & tranquillitatem, quia absolute melius est sic esse quàm econtrario.

Voluntas consequens dicitur voluntas qua Deus vult aliquid respectu alicuius finis, vel consideratio merito, & demerito, & sic Deus vult aliqua ad gloriã suam esse perfecta, & alia non vult esse perfecta, quia ita est gloria sibi, & pulchritudo rerum existentium in quadam disparitate, & potissime respicit meritum, & demeritum, & tunc, quia boni merentur vitam æternam Deus vult, quòd illam habeant, & hic concordant voluntas antecedens, & consequens, mali autem pœnam merentur: ideo Deus vult, quòd puniantur, & quòd sint in inferno: etiam merentur aliqui mala temporalia: ideo Deus vult, quòd illa patiantur, & immittit hostes in eos, vt ipsos funditus deleant, vel affligant, & hic discordant voluntas antecedens, & consequens, quia bonum istorum vult Deus voluntate antecedente, & voluntate consequente vult malum ipsorum.

De voluntate signi, & beneplaciti idem est. Est enim voluntas signi in illis, quæ Deus significat se velle, & distinguitur ista in tria, scilicet, in præceptum consilium, & prohibitionem: nam id quod Deus præcipit nobis facere significat, quod vult, quod illud faciamus, quia aliter frustra inhiberet, quod illud faceremus, quod etiam prohibet significat se velle, quòd illud non faciamus, quod autem consulit significat se velle, quòd faciamus illud.

Voluntas beneplaciti est secundum quam Deus determinate aliquid vult quod vere placet ei, & hoc modo siquis peccat, illud Deus vult, quia ipso nolente, vel inuito impossibile erat, quòd quis peccare posset, vel vellet peccare.

Et distinguitur ista in duas, scilicet, in operationem, & permissionem, dicitur operatio quantum ad bonum, quia Deus non solum vult bona fieri, sed etiam adiuuat, vt illa velimus, & facere possimus, quia aliàs nec possemus velle nec facere vt supra ostensum est.

Permissio est quãtum ad mala, quæ Deus quidem velle dicitur inquantum mala, quæ fiunt, fieri non possunt contra voluntatem suam, idest, si ipse vellet quod nullo modo fierent: ad ista tamen nihil adiuuat, scilicet, quia nec inclinat hominem, vt malum velit, nec etiam adiuuat ad faciendum inquantum malum est, & ideo dicitur voluntas permissionis, idest, quia vult non prohibere, vel impedire istos male operantes. voluntas ista beneplaciti semper impletur, quia quidquid Deo placet, siue bonum, siue malum operando, vel permittendo illud fit, voluntas autem signi non semper impletur, quia Deus significat se velle, quòd omnes homines custodiant mãdata eius, & prohibitiones, non tamen faciunt hoc omnes, & propter hoc dicendum, quòd voluntas Dei est vnica, quæ vere est voluntas eius, & illa est voluntas beneplaciti, siue consequens secundum diuersas rationes, voluntas autẽ signi, & voluntas antecedens non sunt vere voluntas Dei, quia in Deo nihil est repugnans, & tamen voluntas consequens, & antecedẽs repugnãt interdum, vt supra dictum est, & voluntas beneplaciti, & signi repugnant, quia per voluntatem signi vult Deus de omnibus hominibus, ꝙ seruent mandata eius, per voluntatem tñ beneplaciti vult de malis, ꝙ

F mali sint: iõ voluntas signi non est voluntas determinata Dei ad hoc, ꝙ aliquid fiat, vel non fiat, sed accipitᷓ ista voluntas penes bonum in generali, sicut voluntas, & electio in moralibus, quia voluntas per se est de bono inquantum bonum est, & iõ ẽt impossibilia sẽt cõprehendantur sub ratione boni caduni sub voluntate, vt velle hunc esse immortalem, & velle habere montem aureum, vnde de istis est voluntas, sed non determinata, quia aliàs si se voluntas determinaret ad ista prosequeretur ea, & tñ non prosequitur, electio autẽ est voluntas determinata, & iõ id quod eligimus prosequimur. Simile est in iudice, & legislatore, qui vellet malum hominem esse malum, & neminem puniri, & nulla esse vincula aut carceres, quia tñ aliqui ma-
G li sunt punit eos in vinculis ligans: illud ergo quod est velle nullum puniri, & non esse vincula nec carceres non est voluntas determinata legislatoris aut iudicis, quia tunc istud determinate faceret, sed potius pœnas vincula, & carceres determinate vult. Ita de Deo est quantum ad voluntatem antecedentem, & signi, quæ non sunt voluntas determinata Dei. Voluntas autem consequens, & beneplaciti sunt vere volũtas eius, & propter hoc voluntas consequens, & beneplaciti semper impletur, scilicet, quia est vere voluntas Dei. voluntas autẽ antecedens, & signi nunquam impletur nisi inquantum redit in voluntatem consequẽtem, & beneplaciti, eo quòd illa non est voluntas
H Dei, & determinata, melius tñ nobis esset, ꝙ impleretur voluntas antecedens, & signi q̃ voluntas ꝯsequẽs, & beneplaciti: nam per voluntatem antecedentem oẽs essemus beati cum Deus velit oẽs hoĩes saluos fieri, per voluntatẽ aũt signi oẽs essemus boni, & iusti, quia Deus vult, ꝙ obseruemus mandata eius, & prohibitiones, & per ista fit hõ bonus. His præsuppositis apparet, ꝙ necessarium est, ꝙ nos oremus, ꝙ volũtas Dei fiat: nam vel hoc intelligetur de voluntate antecedente, & signi, aut de voluntate consequẽte, & beneplaciti. Si primo mõ voluntas Dei non semꝑ impleĩ, & hoc fit ꝑꝑ culpam nostram: nã sicut Deus vult oẽs hoĩes saluos fieri voluntate antecedente, ita oẽs saluarentur nisi ipsi impedimentũ ponerent: ẽt sicut Deus vult præcepta prohibitiones, & consilia sua seruari ab
I oĩbus, ita fieret si hoĩes vellent, sed ipsi resistũt, necessarium est ergo, ꝙ nos oremus ad Deum, ꝙ taliter gratiam suam nobis conferat, ꝙ possit impleri in nobis voluntas antecedẽs, & signi, q̃ nõ poterat impleri si nos nõ curemus conferre ad hoc. Si secundo mõ. s. de voluntate cõsequente, & beneplaciti loquamur. Dicendũ, ꝙ necesse est voluntatẽ istam cõpleri, quia tñ Deus quædam ita præordinauit futura, ꝙ non nisi precibus nostris implerentur necesse est nos orare, vt illa impleanĩ, q̃a si nunquã oraremus nunquã implerentur, & ita quomodocunque accipiatur voluntas Dei est nobis necessarium orare, vt volũtas Dei impleatur. Secundo potest dici, quod etiam si voluntas Dei fiat in quibusdam nobis non orantibus, bonum
K est, quòd oremus, quia per hoc excitamus nos ad Dei voluntatem complendam, idest, quòd congaudeamus Deo complenti voluntatem suam, congaudeamus bono quod nobis ex impletione Diuinæ voluntatis prouenit, sic dicit Augustinus ad probandum regnum Dei veniet, siue velimus, siue nolimus, sed desiderium nostrum ad illud regnum excitamus, ut nobis ueniat atque in eo regemus.

Tertio potest dici, quòd petimus uoluntatem Dei completi, quia uoluntatis Dei completio partim est ab ipso, & partim a nobis: nam licet Deus uelit nobis bona facere, non faciet nisi nos illa uelimus, sic innuitur in illo, scilicet, conuertimini ad

me,& ego conuertar ad vos, scilicet vtrunque est necessarium,& Iere. 15.conuertentur ipsi ad te,& tu cōuerteris ad eos,sic dicit Chryso.super Matthę.ꝙ non dicitur fac pater regnum tuum venire super nos,nec etiam suscipiamus regnum tuum,ne hoc aut Dei tātum,aut hominis tantū esse videatur, sed medie dixit,& impersonaliter, nam sicut homo non potest facere bonum, nisi habuerit adiutorium Dei, sic nec Deus operatur bonum in homine, nisi homo voluerit, & ista intelliguntur de completione voluntatis Dei,quantum ad ea,quæ ipse facit in nobis.

Quarto potest accipi, quòd petamus hic diuinam voluntatem fieri, idest quòd Deus adiuuet nos ad faciendum ea,quæ ipse vult, & etiam hoc est valde cōuenienter dictum, quia ipse vult, quòd nos impleamus legem suam, & tamen non possumus, nisi ipse nos adiuuerit, & sic petimus, quòd concedat nobis implere voluntatem suam, sic dicit Cyprianus li.de oratio. domini.scilicet non ergo petimus,vt Deus faciat,quod vult,sed vt nos facere possimus,quod Deus vult, vt faciat in nobis opus est Dei voluntate, idest ope eius, & protectione, quia nemo suis viribus fortis est,sed Dei misericordia tutus.

Quid petamus in quarta petitione cum dicitur panem nostrū quotidianum. Et an istæ septem petitiones compleantur hic,aut in patria, & quomodo differant inter se. Et quomodo intelligitur quod panis sacramentalis sit quotidianus.

Quæst. CX.

QVAERETVR, quare dicitur hic panem nostrum,&c.

Dicendum,ꝙ ista est quarta petitio, & est de illis, quæ pertinent ad consequendum beatitudinē instrumentaliter. Et sciendum,ꝙ ista,& tres sequentes differunt a tribus præcedentibus petitionibus, quia tres præcedentes hic incipiunt,& complētur in patria.Istę autem quatuor sequentes totaliter habentur hic: patet de primis. nam prima ipsarum.s.sanctificetur nomen tuū in qua petitur diuinus honor, hr̄ hic aliquo mō, nā Deū laudamus hic, & honoramus iuxta nostram fragilitatem, sed quod non plene cognoscitur non pt ex integro honorari, nec laudari ignorata illa magnitudine,de qua laus debet esse. In patria autem Deus a nobis plene cognoscetur, quia videbimus eū sicuti est 1.Io.3.siue facie ad faciem.1.Corin.13, ideo poterimus laudare ibi & honorare, & hoc in æternū faciemus, sic.n.dr̄ de quatuor animalibus, quæ sunt ante thronum Dei, quę non habent requiem die, ac nocte dicentia Sanctus,Sanctus do.De.o.Apo.4. & p hoc significari potest status omnium bonorum.

De secunda petitione.s.adueniat regnum tuū patet,quia in via assequimur aliquo modo regnū Dei, inquantum per gratiam hic illud meremur, & ad illud disponimur, & tamen complete non habemus, nisi in patria,quia hic nemo beatus est.

De tertia.s.fiat voluntas tua patet, quia hic incipit homo voluntatem suam diuinę subiicere, & tñ non omnino completur, inquantum caro resistit spiritui, & non sumus omnino Deo subiecti, vt ostensum est, supra q.107.& 108.complebitur aūt in patria, quia ibi restituto hoīe ad dignitatē in qua creatus est, immo ad maiorem erit totaliter Deo subiectus, quia iā corpus nostrum nullo mō repugnabit spiritui, quia non erit corpus animale,sed spirituale.1.Cor.15.

De quatuor aūt sequentibus petitionibus apparet, ꝙ totaliter compleantur in præsenti:prima est panem nostrū, &c. quæ siue intelligatur de pane sacr̄ali,siue naturali,solū hr̄ in præsenti, nam post hāc vitā nullus

A erit vsus sacrorum, quia non erit opus illis cum sint quædam instr̄a perueniendi ad fęlicitatem, qn̄ fuerimus in ipsa fęlicitate,& maxime de eucharistia, quid enim opus erit Christum sub speciebus sacr̄alibus velatum assumere, qn̄ eum facie ad faciem præsentē videbimus.1.Cor.13.& quia tunc adueniet visio illa,& fruitio,quæ perfecta est, oportet ꝙ euacuetur omnis sacr̄alis vsus,qui ex parte est.i.imperfectus. eo.c.vnde & ipsa eucharistia viaticum dr̄ quasi ad viam solū nobis datum: si intelligat̄ de pane naturali ibi nullus vsus eius erit,quia panis est in remedium famis, fames tñ, & sitis, & omnis pęnalitas in illa beatitudine abscissa erit.Apoc.7.non esurient,nec sitient amplius,nec cadet super illos sol, aut vllus ęstus, & hoc verum est,
B nisi accipiatur comedere, & bibere secundum metaphoram,nam hoc modo beati comedere dñr, & bibere. Isa. 65.serui mei comedent,& vos esurietis, serui mei bibent,& vos sitietis,& Luc.14.dr̄ beatus hō qui manducabit panem in regno Dei, bibere ēt est in regno Dei,infra 26.cum dixit Christus non bibā ammodo de hoc genimine vitis, vsque in diem illum cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei; bibituros simul aūt,& manducaturos Christus ꝓmisit beatos Luc.22.vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo, sed hęc oīa intelligunt̄ de visione,& fruitione in qua erit plena saturitas, & omnis iocunditas, & suauitas, plusquam intelligi possit in aliquo cibo,aut potu.pro præsenti ergo petimus pa
C nem,& non petetur in futuro.

De secūda.s.dimissione debitorum patet, quia hic hoī remittuntur peccata,in futuro aūt nullum peccatum remittetur,sed qualis qsq; hinc egreditur talis in iudicio præsentabitur,vt dicit Aug.25.di. c.qualis, & hoc verum est de mortalibus, secus de quibusdā venialibus, vt ibi dr̄, quæ post hanc vitam remitti pñt, & tñ cum illis nemo perueniet ad vitam æternam.

De tertia.s.& ne nos indu.in ten.patet, quia tētatio solum est in hac vita, post vitam aūt nemo tentatur, quia tentatio est ad bonum, vel ad malū,sed post hāc vitam,nemo bonum,aut malum facere potest, sic dr̄ Iob 7.vbi dicit litera nostra militia est vita hominis,dicit alia litera tentatio est vita hominis super terram.i.
D solum manet super terram.

De quarta.s.sed libera nos a malo, patet ꝙ intelligatur solum in præsenti, quia post hāc vitam nullum erit malum in beatis,quod affligat eos,aut si in qbusdam hoībus fuerit malū illi erunt damnati, & ab illo malo,nemo poterit liberari, & ꝯñr nec hoc petetur solum ergo dum viuimus a malo possumus liberari, nec igitur petitio ista solum locum habet.

Considerandum ad quæsitum,ꝙ ista petitio de pane potest intelligi vno modo de pane sacramentali q est nobis necessarius in hac vita, nam nisi quis manducauerit de hoc pane qui est caro filii hominis,non habebit vitam in se. Io.6. & iste est panis qui de cœlo descendit.eod.c.sic exponit Hieron.super Matthæ.&
E vocat istum panem supersubstantialem.i.præcipuum vel egregium,vel peculiarem.i.specialem,& recte vocatur supersubstantialis.i.super omnem substantiam, q est excellentior oībus rebus, cū ibi sit vera Christi humanitas & veritas,vel dr̄ supersubstantialis.i.substātia de.s̄.veniens.s.de cęlo,sic dixit ipse Chr̄s.Ego sum panis viuus,q de cęlo descendi Io.6.& intelligit,ꝙ det nobis panē istū.s.vt faciat nos dignos accipere illū, & petimus istum panē quotidie nobis dari,quia vocatur quotidianus,qđ potest dupliciter intelligi. Vno modo, ꝙ sit quotidianus.i.ꝙ quotidie petamus ne in aliqua die incidamus in peccatum per quod mereamur priuari manducatione eucharistiæ, & separari a corpore Christi:sic dicit Cyprianus lib. de oratione do-

minica hunc panem dari nobis quotidie postulamus: ne qui in Christo sumus, & eucharistiam quotidie accipimus intercidēte aliquo grauiori delicto, dū a cęlesti pane prohibemur a Christi corpore separemur, petimus ergo, vt q in Christo manemus a sanctificatione eius, & corpore non recedamus. Idem dicit Aug. li. de bono perseuerantiæ. s. perseuerantiam sctī a dño poscunt ne a Christi corpore separentur, sed in eo sanctificati permaneāt, vt nullum crimen admittāt. Vel dr̄ panis quotidianus, quia quotidie sumendus est, q a non est dies quo non opus sit nobis huius panis perceptione cor interioris hoīs cōfirmare, vt dicit Chry. in homilia, & hr̄ in collatio. patrum dr̄ iste panis nr̄, quia eucharistia non est panis oīum, sed solum fideliū, sic dicit Cyprianus, vbi supra, panis vitæ est Christus, & panis hic olum non est, sed nr̄ est, de pane aūt materiali intelligi pōt hoc conuenientius, vt dicetur seq. q. Aliqui tamen intelligūt de pane verbi diuini. i. de præceptis, & eloquiis Dei, & iste est cibus, qui nō perit, sic dixit Christus Io. 6. operamini non cibū qui perit, sed qui permanet in vitam æternam quē filius hoīs dabit vobis, & postea dixit, ꝙ iste panis erat, ꝙ crederent in eū, & sic solet intelligi illud Tren. 4. paruuli petierunt panē, & non erat qui frangeret eis. i. petierunt simplices qui vocantur paruuli intellectum sacræ scripturæ, & non erat qui frangeret eis. i. exponeret per particulas, & minutos sensus, ita accipit Aug. li. de sermo. do. dicens, vel quotidianum panem accipiamus præcepta. s. diuina, quæ quotidie oportet meditari, & operari.

An accipiatur hic panis pro materiali, vel sacramentali s. eucharistia, & an nomine panis intelligantur omnia necessaria, & de sex vitijs, quæ possunt accidere in petitione temporalium, quæ omnia excluduntur in oratione dominica.

Quæst. CXI.

QVAERETVR quō accipietur hic panis pro materiali.

Dicendum, ꝙ petitur hic panis materialis. i. sustētatio in oībus necessariis, nam hō qui tanq̄ viator tēdit in vitam ęternam, non pōt ad illam peruenire, nisi per hanc vitā, q̄ est mediū, & in illa meremur hr̄e postea beatitudinem, cū postea non sit locus meriti, nec demeriti, sed hic vita mortalis sine multis necessitatib⁹ agi non pōt, sicut ergo necessarium est nobis ire ad vitam æternam ad hoc, ꝙ nobis bene sit, ita necessariū, est sustentationem hr̄e quandiu viuimus, vt sic viuentes beatitudinem mereri possimus, ꝙ aūt licitum est appetere ēt licitum est petere, ideo petimus nobis necessaria ad vitam, & oīa intelliguntur noīe panis, quia modus sacrę scripturæ est per panem intelligere qdquid in cibum, & potum venit, vnde 1. Reg. 14. dixit Saul maledictus hō qui comederit panem, vsque ad vesperā, & tñ Ionathas filius Saulis, quia comędit mel incurrit in pęnam, & sic vr̄ ꝙ noīe panis intelligebat ēt mel, & eadem ratio est de omnibus aliis, quę ad cibum pertinent, sic ēt dr̄ Luc. 4. ꝙ intrauit Iesus in domum cuiusdam Pharisæi sabbato manducare panē, & tñ certum est, ꝙ nō manducaret solum panē cum inuitaretur ab homine diuite, vnde non solum nomine panis intelligitur cibus necessarius, sed ēt cibus copiosus, & solennis, sic patet 4. Re. 6. cum dixit Eliseus pone panem, & aquam coram eis, & sequitur, & apposita est eis ciborum magna præparatio, In præsenti aūt noīe panis omnia necessaria intelliguntur, tam in victu, quam in vestitu, sic dicit Hiero. super Matt. Alii putant panem simpliciter secundum Apostoli sermonem dicentis habentes victum, & vestimentū his cōtenti sumus. Et sciendum, ꝙ licet doctores exponant

F hoc tam de pane sacramentali, quam de naturali, seu materiali, melius tamen videtur intelligendū de materiali, nec est satis verisimile, ꝙ Christus intellexisset de sacramentali.

Primo patet, quia sacramentum Eucharistiæ nondum erat institutum, quando ista oratio facta est, quia illud fuerat institutum in vltima cęna domini, ideo si de illo loqueretur Christus non intelligerent discipuli quid loqueretur: maxime, quia ista oratio multis data est, non est tamen dicendum, quòd Christus diceret aliquid discipulis, vel populo, quod non intelligerent, quòd si diceret vtpote si vellet loqui in parabolis discipuli quærerent immediate, quòd declararet eis, sicut infra 13. dicitur edissere nobis parabolam, & infra 15. petiuerunt declarari illud dictum, scilicet quod intrat in os nō coinquinat animam, & Io. 16. quando Christus dixit eis modicum, & non videbitis me, & non intelligentes quid diceret conquerebant inter se dicentes nescimus quid loquatur, & tamen nunc nihil interrogauerunt, nec dubitasse ostenduntur, vt patet hic, & Lucę 11. ergo non loquebatur de pane sacramentali.

G

Secundo patet, quia si sacramentum Eucharistiæ peteretur eadem ratione omnia alia, quia omnia ad salutem proficiunt, & tamen non petuntur, nec videt̄ esse causa aliqua specialis petēdi, quia ista intelligi pōt

H in illa petitione, fiat voluntas tua cum cadant sacramenta ista sub præcepto. Tertio, quia dicitur panem nostrum in quo innuitur, quòd iste panis quem petimus pertinet specialiter ad nos, quòd in sacramentali non conuenit, sed in materiali, quia ille pertinet specialiter ad naturam corporis nostri.

Quarto, quia dicitur quotidianū, & tamen Eucharistia non est panis quotidianus, quia non est necesse quotidie istum panē sumere, & non solum nō est necesse immo non est laudabile, sed indifferens, vt ait Augu. ad Iannariū, & de conse. di. 2. c. quotidie, oīa tñ quæ petuntur in hac oratione sunt necessaria, iō non intelligitur de pane sacramentali, & si aliqñ dicatur, ꝙ non est dies in qua non sit nobis opus huius panis

I perceptione, intelligendum est secundum mādūcationem spiritualem tm̄, quæ est per deuotionē illum sumere. i. manere in deuotione cibi illius, sed non de manducatione sacramentali.

Quinto patet, quia ista oratio omni tempore fieri potest sæpe in eadem die, & tamen eucharistiam sumere non contingit sæpe eadem die, ista ratio tangit̄ per Chryso. & in collat. pat.

Sexto patet, quia motiuum eorum, qui dicunt istū panem esse sacramentalem est, quia dicitur in sr̄a panem nostrum supersubstantialem, ꝙ putant conuenire sacramentali, & non materiali, sed hoc nihil mouet, quia vbi dixit Mat. supersubstantialem dixit Luc. 11. quotidianum in quo innuitur, ꝙ supersubstantialis, & quotidianus idem sunt, debet ergo intelligi de

K pane materiali, & ideo ecclesia qñcunque istam orationem recitat dicit quotidianum, & nunquam dicit supersubstantialem innuens, ꝙ id quod petitur est panis quotidianus materialis, est ergo sensus panē. s. alimētum in cibo, & potu quotidianum. i. qui est necessarius nobis quotidie ad vitam agendam, da nobis hodie. i. pro ista die, & sic pro qualibet die. In hoc considerandum, ꝙ in his verbis, in quibus docet nos petere omnia temporalia nobis necessaria, ostendit vitia, quæ accidunt circa appetitum, & vsum temporaliū, & quia non licet petere, nisi ad vsum licitum ostēdit qualiter petendum sit.

Primum vitium circa temporalia est, quia ēt si aliqui desiderent ea, quę sunt necessaria ad vitā. s. victū, & vestitum, desiderant tamen ea in maiori quantitate

quam

quam sint necessaria statui suo, vt si miles vult habe-
re vestitum necessaria petit, si tamen velit habere illũ,
sicut comes, vel dux vltra statum, & necessitatem pe-
tit, idem si clericus velit habere sustentationem, ita
abundantem, sicut episcopus: vitium enim est, & hoc
tollitur cum dicitur panem, in quo significatur sola
necessitas, quia nihil est magis necessarium, quam pa
nis. Eccl. 29. initium vitæ hominis panis & aqua, sic di
cit Aug. ad proban. hic sufficientiam petimus aperte,
quæ excellit totam signantes, & Chrys. super Mat. dicit
pro pane iussit orationẽ facere non pro pecuniis, nec
lasciuia, sed solum pane quotidiano.

Secundum vitiũ est, quia homines ẽt si interdũ ve-
lint temporalia ad necessitatẽ, vel sufficientiã solã, ac-
quirunt tñ ea per rapinas, & fraudes, & per iniquitatẽ,
sic dicitur Prouer. 4. comedunt iniquitatis panem, &
istud est magnũ vitiũ, & periculosum, quia nõ est salus
in eo, qui aliena abstulit, nisi restituat, vt ait Augu. ad
Macedoniũ &. 14. q. 6. c. si res aliena iõ petimus a Deo
dicentes panẽ nostrum, i. qui de iure põt nobis cõ-
petere, nam panis inique acquisitus nõ est noster, sed
alienus, etiã si quis aliena non tollat sua tñ pauperi in
necessitate non tribuat, etiam si de suis comedat, alie-
na tñ, & non propria comedit sic dicit Chryso. s. dicit
autẽ nostrũ pp duo: primo, quia oĩa, quę Deus nobis
dat per nos alijs dat, vt de eo, quod accipimus partẽ aliis fa
ciamus, qui ergo de laboribus suis indigentibus non
præstat, non tãtum panem suum mãducat, sed ẽt alie-
num. Deinde, qui de iustitia acquisitum panẽ mandu-
cat suũ panẽ manducat, qui autem cũ peccato alienũ.
Tertium vitium est superflua solicitudo, quia ẽt si ali-
qui habeant, quod eis sufficiat plura semper quærunt, de-
siderium tñ diuitiarũ si secundum seipsum attendatẽ
in infinitũ extendetur, quia quod pp se appetitur sine
mensura appetitur, vt patet primo Poli. cũ ergo sint
diuitię bona vtilia primo Ethi. solũ sunt pp vsum ad
expendendum in eis, quæ conueniunt vsibus nostris,
& ita necessitas vtendi debet eẽ mensura in diuitijs
Prouer. 30. nec paupertatem, nec diuitias mihi dede-
ris, sed tantum vitę mecę tribue necessaria, & propter
hoc dicitur hic quotidianum, idest non debemus pe-
tere, id quod multum superabundat, sed id quod est
necessarium ad vsum quotidianum.

Quartum vitiũ est vsus immoderatus, quia aliq habẽ-
tes temporalia immoderate volunt expendere, i. quod
vno die consumunt cibum, qui vtenti moderate du-
raret per multos dies, & pro tali cibo non potest orari,
quod innuitur ẽt in isto verbo quotidianum, idest qui
pro vno die sufficit, sic dicit Cyprianus li. de oratione
Dominica, vel addit quotidianum, vt tantum quis
manducet quantum ratio naturalis exigit non quan-
tum lasciuia carnis impellit, si enim in vno conuiuio
tantum expendis quantum sufficere tibi potest cen-
tum diebus, iam non quotidianum cibum mandu-
cas, sed multorum dierũ. Quintum vitium est circa
tpalia ista ingratitudo, vt si quis ex abundantia istorũ
superbiat, & non cognoscat a Deo fuisse collata. nam
oĩa, quæ habemus a Deo accepimus. 1. Paral. 29. quis
ego, & quis populus meus, vt possimus tibi hęc vni-
uersa promittere? tua sunt omnia, & quæ de manu
tua accepimus dedimus tibi. & istud vitium tollitur
cum dicimus da nobis, per quod cognoscimus nos a
Deo vniuersa recipere, & tacite per hoc gratias agi-
mus, quia confiteri se ab aliquo recepisse laudem illi
præstare est, etiam per hoc innuitur, quòd solum pe-
timus ista temporalia nobis iuste euenire, quia quod
a Deo est iustum est, sic dicit Chryso. non solum a
Deo oramus panem nostrum da nobis, vt habeamus,
quod manducemus, quod cõmune est inter iustos,
& peccatores, sed vt quod manducamus de manu

A Dei accipiamus, quod est tantum sanctorum: nam illi
Deus dat panem, qui cum iustitia præparat, diabolus
autem ei, qui præparat cum peccato.

Sextum vitium est, quòd aliqui non solum pro prę-
senti sunt supra modum soliciti, sed etiam pro tem-
pore futuro in longinquum, & ista est superflua soli-
citudo, quam Christus infra in litera improbat, dicens
nolite soliciti esse in crastinum: nã nõ solũ de super-
fluis, sed etiam de eis, quæ putantur esse necessaria nõ
oportet solicitum esse pro tempore valde longinquo,
hoc autem tollitur hic cum dicitur hodie, idest non
petimus, nisi pro hodie, sic dicit Chryso. iussit oratio-
nem facere non pro pecunijs, sed pro pane quotidia-
B no, nec hoc sufficit, sed apposuit da nobis hodie, vt nõ
conteramus nosipsos solicitudine superuenĩẽtis diei,
sic etiam Cyprianus vbi supra diurnum cibum disci-
pulus Christi debet petere ne in longum petitionis
desiderium extendat, quia contrarium sibi fit, & repu-
gnans, vt quæramus in seculo diu manere, & quòd
petamus regnum Dei velociter aduenire. Ex hoc ali-
qui putant, quòd ista oratio solum competit illis, qui
non habent victum pro ea die qua orant, quia qui
habet frustra orat, quia superfluum peteret.

Dicendũ tamen, quòd omnibus hominibus hoc
competit, quia non est conueniens, quòd Christus
istam orationem solum fecit pro pauperibus ostiatim
mendicantibus, quales erant (vt quidam putant) ipsi
C Apostoli, qui & si non mẽdicarent ostiatim, nihil ta-
men habebant, quia non licebat eis possidere pecu-
niam aliquam infra 10. quia isti sunt minima pars
Christianorũ: Christus tamen orationem dedit pro
omnibus fidelibus, ideo oportet, quòd posset cõueni-
re omnibus. Istud autem potest dupliciter stare. Vno
modo, quòd iste cibus hodiernus non intelligatur
tam stricte, quod petens non habeat cibum pro illa die,
sed largius aliqualiter, & tunc etiam habentes cibum
possunt petere sustentationem istam.

Secundo modo, & melius põt intelligi, quod ista peti-
tio in non habentibus cibum hodiernum intelliga-
tur, quod petunt eum, in habentibus autem, quod intelliga
tur non, quòd petunt, vt habeant, sed quod petũt, id quod
D habent conseruari: sic dicit Augu. ad proban. scilicet
ista, ergo cum habentur petuntur, vt teneantur, cum
non habentur, vt habeantur orandum est, de hoc etiã
Chryso. super Matth. dicit in prima facie vidẽtur hæc
verba, vt qui hoc dicunt non habeant in crastinum,
aut in post crastinum pręparatum, quod si ita est ora-
tio ista, aut paucis potest conuenire, sicut Apostolis,
qui docendi gratia omni tempore vagabant, aut for-
sitan nulli: rñdet aũt postea, s. doctrinã Chri, ita debe-
mus aptare, vt omnes in ea proficiant, & sic innuit, quod
non est ita stricte intelligendum. Tertio modo potest
dici, quod quilibet quantumcunque diues potest hoc
petere, quia hanc orationem non facit quilibet pro
seipso solo, sed pro tota ecclesia, vt dicit Cyprianus, &
probatum est supra q. 103. & tamen in ecclesia sem-
E per sunt pauperes quibus istud conueniat infra 26.
pauperes semper vobiscum habebitis, me autem nõ
semper habebitis, ideo quilibet potest hoc petere,
quia licet non conueniat ei, conueniet alijs.

An liceat in oratione petere bona temporalia, & qualiter.
Quæst. CXII.

QVAERETVR an liceat in oratione peti bona
temporalia, cũ dr̃ hic panẽ nostrũ. Dicunt qui-
dam, quod non licet, quia non licet petere, quæ non li-
cet quærere, sed temporalia non licet quærere, quia
ipsa per se veniunt infra in litera, primum quærite re-
gnum Dei, & insti. e. & hęc omnia, scilicet temporalia
adijcientur vobis. ergo non licet pro tẽporalibus orare.

Item oratio fit pro eo, de quo quis est solicitus, sed
pro temporalibus non debemus esse soliciti, infra in
litera, nolite soliciti esse animæ vestræ quid manduce-
tis, ergo non sunt ista petenda.
Item oratio eleuat mentē in Deum, vt ait Dama-
scenus: temporalia autem potius deprimunt, ergo nō
est pro eis orandum.
Item oratio solum fit pro eo, quod bonum est, tē-
poralia autem sępe mala sunt, quia multi pp diuitias
perierunt, Eccl. 10. ergo non est orandum pro illis.
Dicendum, ꝙ Christus docuit nos orare hic pro tē-
poralibus, nam oratio fieri debet pro eo, quod deside-
randū est, & per nosipsos haberi nō p̄t, temporalia au-
tē desiderari licet, non quidem, ꝙ petantur, tanquā p
se bona, & in quibus pp se quiescamus, quia hoc repu-
gnaret petitioni secundæ, cum diximus adueniat re-
gnum tuū in qua fęlicitatem petimus, nemo tñ p̄t ha-
bere duas fęlicitates, ideo non licet temporalia pp se
appetere, nec petere: possunt tñ appeti, inquantū sunt
quædam adminicula, quibus adiuuamur ad tenden-
dum in ipsam fęlicitatem, inquantum per ista susten-
tatur vita corporalis, & sunt nobis organa ad actus vir-
tutum. 1. Ethico. s. quia expendendo pecuniam pote-
rimus virtuose operari, licebit ergo ista a Deo petere,
sic dicit Augu. ad proban. sufficientiam vitæ non in-
decenter vult quisquis vult, & non amplius: hæc autē
sufficientia non appetitur pp seipsam, sed pp salutem
corporis, & cōgruentēm habitum personę hominis
quo habitu non sit inconueniens ei cum quibus ho-
neste viuendum est, ista ergo cum habentur, vt teneā-
tur cum non hñr, vt habeantur orandum, & hoc iudi-
cium est de omnibus, quę sunt nobis quocunque mo-
do necessaria, siue ad viuere, siue ad bene viuere, qđ
autem superfluit non habet rationem appetibilitatis,
ideo nec petendum est, & isto modo Christus docuit
nos temporalia petere.
Ad primum dicendum, ꝙ bona temporalia peten-
da sunt in oratione, & cum dr̄, ꝙ adijcientur nobis nō
prohibetur ex hoc ea peti, sed innuitur, ꝙ nō debent
tanquam principalia peti, sed velut accessoria, & adia-
centia, sic dicit Augu. lib. de sermo. domi. s. cum dixit
illud primo quærendum est regnum Dei signauit, ꝙ
hoc. s. temporale bonum posterius quærendū est nō
tempore, sed dignitate, illud tanquam bonū nostrū,
hoc tanquam necessarium nostrum.
Ad secundum dicendum, ꝙ solicitudo quædam ꝓ
temporalibus habenda est, quia aliàs non teneremur
corporaliter laborare pro aliis. Apostolus tamē dicit,
qui non laborat non manducet, ergo solicitudo ꝓ eis
habenda est. Christus autem vetuit solicitudinem ha-
beri de superfluis, non tamen de necessarijs, de quo
magis dicetur infra.
Ad tertium dicendum, ꝙ si mens nostra tenderet
in bona temporalia propter se, turbaretur circa ea, &
deprimeretur, quia cresceret solicitudo in infinitum,
3. Poli. cum autem quærit illa in ordine ad beatitudi-
nem tantum illa quærit, quantum ad beatitudinem
pertinere putat, & quia de beatitudine solicitari bo-
num est, non erit malum solicitúm esse de bonis tem-
poralibus isto modo, nec est ista solicitudo diuersa a
solicitudine de beatitudine, quia vbi vnum propter al-
terum vtrobique tm̄ vnum. Ad quartum dicendum,
ꝙ ex acquisitione, vel possessione temporaliū potest
homini malum euenire, siue quia ista bona sunt ēt ab
aliis appetibilia, quæ vocat Aristo. circumpugnabilia
bona. 9. Ethic. 1. quia pro eis omnes pugnant, siue ex a-
lijs causis, qui autem petit ea propter beatitudinem
cum ad rectum finem petat, sub ea conditione tacite
vñr esse petita, ꝙ nobis ad salutem proficiant, & non
conuertantur in malum petentibus.

F *Quare dicitur dimitte nobis debita nostra, & quid petimus*
remitti. Et quæ qualiave hic ponuntur duo do-
cumenta. Quæst. CXIII.

QVAERETVR quare dicitur hic dimitte no-
bis debita nostra.
Dicendū, ꝙ ista est quinta petitio in qua
petimus liberari a peccatis p̄teritis, & istud
ordinatur ad beatitudinem tanquam remouens pro-
hibens, nam per peccatum impedimur a consecutio-
ne beatitudinis, sic dicit Cyprianus, vbi supra post sub-
sidium cibi petitur venia delicti, vt qui a Deo pascitur
in Deo viuat, nec tantum præsenti vitę, sed æternæ
consulatur ad quam venire potest si ei peccata donē-
G tur. Sciendum, ꝙ Christus dixit hic debita, idest pecca-
ta, inquantum ex quolibet peccato causatur debitū,
fit. n. debitum per hoc, ꝙ quis accipit ius alienum, si-
ue volente, siue nolente illo, de primo vt in mutuo,
& cōmodato efficitur debitor ille qui accipit. de secū-
do, vt in furto, rapina, & fraude, quia etiā debitor est,
qui taliter aliquid vsurpat, ita qñ quis peccat efficitur
debitor Dei, quia cum homo sit naturaliter seruus
Dei. i. creatura, & possessio eius, tenetur viuere in le-
ge, quam Deus ei imponit.
Quandocunque autem peccat agit ꝯ legem, agen-
do aūt contra illam vsurpat aliquid de iure Dei, scili-
cet quia non vult manere subiectus cui subijci tene-
H tur, sed vsurpat sibiipsi dominium cum seruus sit: ex
hoc ergo tenetur Deo ad poenam aliquam pro iure
ablato, & ideo manet debitor, istam autem pęnam
petimus hic dimitti dicentes, dimitte nobis debita
nostra.
Considerandum circa hoc, ꝙ in hac petitione in-
nuuntur nobis duo necessaria ad mores. Primum est,
ꝙ homo semper maneat in timore quodam, & hu-
militate reputando semper se esse debitorem, hoc au-
tem est contra quosdam hęreticos præsumptuosos, q
putauerunt hominē posse manere in hac vita immu-
nem ab omni pctō, & isti putabant se nullius rei debi-
tores, sed hoc falsum est, quia hoc nulli, nisi Christo
datum est, qui habuit spiritum, & non ad mensuram.
I Io. 3. & Beatæ virg. M. quæ fuit gratia plena Luc. 1. de
qua Aug. dicit, ꝙ cum de peccatis agitur nullam vult
fieri mentionem. s. ꝙ nullum pctm̄ habuerit: nulli au-
tem alteri, quantūcunque sancto concessum est quin
aliqñ saltem venialia incurreret. 1. Ioa. 1. si dixerimus,
ꝙ peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & ve-
ritas in nobis non est. etiam colligitur ex hac petitio-
ne, quia Christus tradidit istam orationem dicēdam
oībus fidelibus, qui tñ eam dicit confitetur se esse de-
bitorem, inquātū petit debitorum remissionem: ne-
mo ergo est qui non sit debitor, & sic errant illi q pu-
tant hominē posse p totā vitā immunē manere ab oī
pctō, & isti sunt pelagiani, sic dicit Aug. li. de bono p-
seuerantię hoc telo pelagiani confodiuntur hęretici,
quia audent dicere hoīem iustum in hac vita nullum
K oīno hr̄e pctm̄, & in talibus hoībus esse iam in p̄senti
tpe ecclesiam non habentem maculam, nec rugam,
Secundū documentum est, ꝙ semper hoīes debēt vi-
uere in spe, licet enim quilibet se debitorē credat, de
venia tñ sperare dēt, ne p desperationē incurrāt ho-
mines in grauiora mala, sic dr̄ ad Eph. 4. qui desperan-
tes seipsos tradiderunt impudicitię. i. pp desperationē
de vita æterna tradiderunt se, & aliis peccatis, ideo bo-
num est, ꝙ homo semper habeat spē, quia quantum-
cunque peccauerit si dolet, & conuertitur ad Deū re-
mittunt ei peccata, & ista spes innuitur, inquātum dr̄
dimitte nobis debita nostra. istam spē abstulerunt ali-
qui hæretici, scilicet Nouatiani dicētes, ꝙ post baptis-
mū non poterat hoī fieri remissio peccatorū, vt dicit

Chrys.

Chryſ.in homilia.ſ.qui fidelibus iubet remiſſionem peccatorum petere demonſtrat,quòd poſt baptiſmũ contingit peccata dimitti contra Nouatianos, & apparet ẽt falſum, quia Chriſtus non induceret nos ad ſuperfluum,eſt n̄ ſuperfluum petere, ꝙ nunquã obtinendum eſt,ſed Chriſtus docuit quotidie petendam remiſſionem peccatorum, ergo quotidie obtineri poteſt.Conſiderandum pro hoc,ꝙ Deus dimittit homini debitum,ſiue peccatum totaliter. Pro quo ſciẽdum,ꝙ homo offendens Deũ duo agit.ſ.Deum contra ſe prouocat agens ꝯ legem amicitiæ, quia alterũ magis,quã ipſum amat,per quod dr̄ incurrere offenſam,& ẽt Deo ius debitum aufert,inquantũ non vult manere ſub lege ſibi conſtituta a Deo,ſed vult facere quod ſibi placet,& ſic committit ꝯiuſtitiã, & p hoc efficitur debitor pęnę:vtrunque remittitur ad hoc, ꝙ ſit plena remiſſio peccati, cum.n.dolet hõ de pctõ p hoc offenſa Dei tollitur,& reconciliatur hõ Deo,ſed adhuc manet obligatus ad pęnam, q̃ pro pctõ debita erat non quidem ad ęternam, quia illa tollitur per cõtritionem,& cõmutatur in tpalẽ, & pro iſta dẽt ſatisfacere peccator recompenſando hic eã p bona opera laborioſa,vel tolerando eam in purgatorio. Pars autẽ huius tolliẽ p confeſſionẽ ex virtute clauiũ ſacerdotaliũ,vñ toties p̄t quis de eodẽ pctõ confiteri, ꝙ tota pęna debita in purgatorio tollat̃ virtute clauium,& iſta eſt poteſtas,q̃ Chriſtus tradidit Apl̃is dicens accipite ſpm̃ ſctm̃,& quorũ remiſeritis peccata remiſſa erunt. Ioan.20.

Alius modus eſt remittendi iſtam pęnam auctoritate clauium.ſ.per indulgentias,q̃ dantur de theſauro eccleſiæ,quæ ſunt de meritis paſſionis Chriſti,& aliis ſupererogationibus bonorũ operũ quas eccleſia ſeruat, & pñt facere diſtributiones de ipſo theſauro illi qui pręſunt in eccleſia, & ſic ẽt tollitur pęna debita pro peccatis in totũ,vel in partẽ ſm̃ ꝯditionẽ indulgentiarũ,& vtraque iſtarũ remiſſionũ eſt a Deo,quia ſine laboribus noſtris ipſe confert hoc nobis,p̄camur ergo dimitte nob.debi.noſt. i. peccata auferendo offenſam,& relaxando pęnam modo ſuprapoſito.

An exaudiatur in oratione dominica qui non dimittit debitoribus. Quæſt. CXIIII.

QVAERETVR an neceſſe ſit,ꝙ nos dimittamus debitoribus noſtris ad hoc, ꝙ exaudiamur in hac oratione.

Aliqui dicunt,ꝙ non,quia dicit Aug. lib.de ſer.do. hoc tam magnum bonum.ſ.dimittere peccata, & diligere inimicos non eſt tantæ multitudinis, quantam credimus exaudiri in oratione cum dr̄,dimitte nobis deb.no.ſicut & nos dimit.debi.no.

Dicendum,ꝙ non p̄t exaudiri in iſta oratione, qui non dimiſerit proximo peccatum,ꝙ patet,quia orans ex verbis ſuis hoc profitetur dicens dimitte nob.debita noſtra,ſicut & nos dimit.deb.no. ſic ẽt dicit Chryſ. ſuper Mat.cum qua ſpe orat,qui inimicitiã ſeruat aduerſus alterũ a quo forſitan lęſus eſt,ſic.n. ipſe orans mentitur,dicit.n.remitto,& non remittit, & ideo petit indulgentiã,& non indulgetur illi,ſic ẽt dicit Aug. in enchiridion:dicendũ etiam, ꝙ peccatum non ſolũ eſt proximo remittendũ, ſed ẽt ex vero corde remittendum eſt,ſic dixit Chriſtus ſupra in litera, & magis ꝯ.18.ſic pr̄ meus cęleſtis faciet vobis ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus ſuis, & Aug.in enchiridion dicit quiſquis aũt roganti,& deprecanti ſuis pęnitenti ex corde non dimittit nullo modo exiſtimet a dño ſua peccata dimitti. Dr̄ dimittere ex corde,qui ex pura intentione dimittit non habens intentionem nocendi,vel vindictam petendi,ꝙ dicitur cõ-

A tra illos qui dicunt ſe dimittere proximo pctm̃, & tamen ſeruant rancorem in corde,& habent deſideriũ vindicandi.q.d. non ſufficit remiſſionẽ fieri verbo,niſi etiam fiat ex corde,quia Deus intuetur cor. Requiritur etiam,ꝙ homo prius proximo ſuo dimittat, q̃ a Deo petat ſibi dimitti, quia Deus non vult ſibi dimitti,niſi prius ille dimiſerit,ſic dicit Gregor. 10. Moral. vult Deus,vt bonum, ꝙ ab ipſo cõpſ.ẽti petimus hoc primum conuerſi proximo faciamus,& hoc eſt,quia ſi Deus prius remitteret debitũ homini, q̃ hõ proximo ſuo,fieret remiſſio pctõrum homini manenti in peccatis quod eſt impoſſe, & tamen quandiu quis nõ remittit proximo manet ĩ odio fraterno,& eſt in peccato mortali,iõ non p̄t remiſſio tunc fieri ſibi, ſed o- B portet,ꝙ ipſe prius remittat.alia etiam ratio eſt.ſ.quia Deus vult remittere hoĩ cũ hac conditione, ꝙ ipſe remittat proximo, ſi tñ prius remitteret Deus homini ſi tñ poſtea homo nollet remittere, & ſic non hẽret locũ conditio a Deo interpoſita, ſic dicit Chryſ.ſuper Mat.non aũt dixit,vt prius nobis dimittat, & nos poſtea debitoribus noſtris: ſcit.n.Deus hoĩes eſſe mẽdaces,qm̃ & ſi acceperint remiſſionem peccati ſui, ipſi ſuis debitoribus non dimittunt,ideo ſic dicit, vt prius dimittamus,& poſt petamus dimiſſionẽ.eſt ergo neceſſaria dimiſſio proximo facienda,quia aliàs non remittitur nobis per hanc orationem. Ad arg dicendũ, ꝙ Aug. dixit exaudiri multitudinem magnã per hãc orationem,q̃ nõ hẽt hoc bonũ.ſ.dimittere debita, & C diligere inimicos,& tamen nõ exauditur aliquis, qui non dimittat debita,nam de dilectione inimicorum Chriſtus non dixit hic, ſed ſolũ de dimiſſione debiti, diligere autem inimicum eſt maius, q̃ remittere ſibi debitũ,& iõ ad remittendũ debitum tenẽtur omnes, ad diligendũ aũt non,quia pertinet hoc ad pfectiores vel proficientes,ſic dicit Aug. ibidem.ſ.proculdubio verba ſponſionis huius implentur,ſi homo nondum ita proficit,vt iam diligat inimicum tñ qñ rogatur ab homine,qui peccauit in eum, vt ei dimittat, dimittit ex corde,& accipitur de dilectione inimici quantum ad ſigna exteriora familiaritatis ad quæ non tenetũ quilibet,ſecus autem de dilectione, quæ eſt in corde, vt dicetur ſequenti q. quia ad illam omnes tenentur, & D ſine ea non exauditur orans.

Quæ ſunt, quæ orans tenetur dimittere proximo ad hoc, quod exaudiatur. Et an teneatur dimittere debitum pecuniale. Et quod duo ſunt in iniuria. Quæſt. CXV.

QVAERETVR quæ ſunt, quæ homo tenetur dimittere proximo ad hoc, quod exaudiatur in iſta oratione.

Dicendum,ꝙ tenetur dimittere debita, ſicut Chriſtus dixit,quia nos petimus a Deo dimitti debita, ſicut nos dimittimus debitoribus noſtris, accipiuntur E autem iſta debita pro peccatis. Debitor enim efficitur quis alterius quandocunque tollit aliquid de iure eius,ſiue hoc volente illo accipiat,vt in mutuo,& cõmodato,& aliis contractibus voluntariis, & iſto modo ſolemus vocare debitores eos qui obligantur aliis ad aliquam ſummam pecuniæ, vel ad aliquid extimabile in pecunia: efficitur etiam quis debitor alterius, quando tollit ius illius nolente eo, vt in furto, & rapina,& quacunque iniuria,& damno,& hoc modo quicunque peccat contra alterum,efficitur debitor eius:hic autem nõ accipitur debitum primo mõ, ſed ſecundo,qa Chriſtus dixit in lr̃a ſi dimiſeritis hoĩbus peccata eorũ: pater veſter dimittet vobis delicta vr̃a:ſi autem nõ dimiſeritis, nec pater veſter dimittet

vobis peccata vestra, de debito autem pecuniali Christus non loquitur, quia nemo obligatur alteri hoc dimittere, sic dicit Augu. li. de serm. do. hic non de pecunia dicitur, sed de omnibus, quæ in nos quisque peccat, & ratio est, quia Christus obligat nos ad dimittẽdum ea quibus non dimissis, non potest charitas seruari, nam tenemur oẽs ex charitate diligere. quando ergo debitum non dimissum aufert charitatem tenemur dimittere illud, cum vero debitum stare pōt cũ charitate nõ tenemur illud dimittere, & ita est dę debito pecuniali, quia non impedit charitatem, ꝙ vnus sit debitor alterius, & repetatur ab eo debitum, quia sicut sine peccato contractum fuit istud debitum, ita sine peccato potest solui, & repeti, siquis tamen deueniat ad extremam inopiam debitum sibi remittendum est, vel saltem non est affligendus immoderate vt debitum recuperetur, sed vel dimittetur debitum, vel expectabitur, ꝙ iste perueniat ad pinguiorem fortunam, vt soluere possit. Sed obiicietur, ꝙ etiam debitum pecuniarium teneamur dimittere, sic dicit August. li. de sermo. do. scilicet de pecunia peccat in te q pecuniam tibi debitam cum habeat vnde reddere nõ reddit, quod peccatum si non dimiseris non poteris dicere dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus.

Dicendum, ꝙ Ang. non loquitur de debito pecuniæ, sed de peccato causato post debitum pecuniæ, vt siquis pecuniæ debitor habens, vnde soluat non vult soluere, vel nõ tempore determinato per hoc ipsum peccat, & istud peccatum est vltra debitum: istud peccatum tenetur quilibet dimittere proximo suo, quia est quędam offensa commissa in eum, debitum antẽ pecuniæ non tenetur dimittere.

De iniuria autem dicendum, ꝙ tenetur semper q. liber dimittere eam proximo suo, sed in iniuria duo sunt, scilicet odium, quod quis habet ad iniuriantẽ. Et ius quoddam agendi cõtra eum ad condemnationem pro illa iniuria. De primo dicendum, ꝙ quilibet tenetur dimittere inimico odium, quod habet aduersus eum, quia tenetur diligere inimicos, & tñ odium, & charitas formaliter opponuntur. De secundo dicẽdum, ꝙ potest stare prosecutio iuris cum charitate, quia ea, quæ iure ordinata sunt, iusta sunt, si igitur ea intentione quis prosequatur ea, quæ a iure fuerũt introducta, licite agit, sic dicitur. 23. q. 5. c. officia, ꝙ officia vindictæ possunt implere boni bono animo, quomodo lex, idest ea intentione qua lex agens: siquis igitur diligens inimicum suum in corde accusat eũ criminaliter, vt per hoc reprimatur a malis quibus assuesceret si non puniretur non peccat, quia bono animo agit. s. vt liberet proximum a peccato, vt ait Augustin. ad Macedonium, & a 3. q. 5. c. non est iniquitatis. s. non est iniquitatis, sed humanitatis societate deuictus qui propterea criminis est persecutor, vt sit hominis liberator. si tamen agit quis iudicialiter contra inimicũ, vt consequatur vindictã, & gaudeat in pęnis eius peccat, quia contra charitatem est, nam etiam ministri legis, vt iudex, & ministet iudicis si occidãt ex desiderio pęnę infligendę in eum qui alias mortem meretur peccãt 23. q. 5. c. cum minister, & c. lex ęterna, ob hoc ergo difficile est, ꝙ quis accuser inimicum suum capitaliter, & seruet charitatem erga eum, quia tales accusationes potius fiunt ad vindictam obtinendam, q̃ vt ille emendetur, vel reprimatur ne grauiora mala faciat. securius est ergo inimico dimittere etiã ipsam iuris prosecutionem, nam si quis sentit se non posse prosequi accusationem contra inimicum quin vindictam quærat, ex hoc tenetur dimittere prosecutionẽ, vt charitatem non perdat.

In damno autem dato idem est, quia per damnum

F si sponte datum est causata fuit offensa ex parte inferentis, ex qua sequitur odium in patiente, & istud odium, quia est contra charitatem auferẽdum est, causatur etiã diminutio, & perditio rerũ, & ex hoc insurgit obligatio ad restituendum tantundem quantum fuit damnum datum, & ista obligatio est debitũ pecuniarium, & sicut non tenetur quis dimittere debitũ pecuniarium, quia potest stare repetitio illius cũ charitate, ita nõ tenetur dimittere extimationẽ damni dati, sed charitatę manente poterit eã repetere, manent autem post inimicitias quędam reliquiæ. s. ꝙ qui fuerunt inimici non conuersentur inter se, nec colloquãtur, nec benefaciant sibi mutuo, & ista sunt quæ auferuntur ablata dilectione, restituta autem dilectione

G non semper restituuntur, vñ tenetur quilibet indifferenter inimico suo remittere rancorẽ, ita ꝙ non desideret ei nocere, nec noceat, etiam si possit, sed potius velit ei bonum in generali, non tamen tenentur oẽs ad recipiendum inimicum ad signa dilectionis, idest ad familiaritatem, & collocutionem.

Sed in hoc distinguendum est, quia aut inimicus est in extrema necessitate, aut non. Si primo mõ tenetur quilibet ei benefacere, & colloqui, etiam si ille nõ petient, quia in tali casu negare sibi familiaritatis signa est vindictam petere, quæ illicita est. Si autem nõ est in extrema necessitate, aut inimicus petit recon-

H ciliationem, aut non. Si petit danda est, nisi forte putetur, ꝙ iniquo animo agat, vt magis nocere possit receptus ad familiaritatem. Si vero non petit, aut se ingerit familiaritati, vtpote, quia ipse prius loquitur inimico quem lęserat, aut nõ: si se ingerit videtur expresse petere, immo plus est, quam petere, & tunc nõ est neganda familiaritas, nisi putetur, quòd hoc irrisorie, vel in dolo agat. si autem nec petit, nec se ingerit nemo tenetur ei signa familiaritatis ostẽdere, quæ sunt signa dilectionis, sed pertinet ad perfectionem, quòd quis offensus ab alio velit eum sibi reconciliare, & sibi colloqui, antequam ille reconciliationem petat, de his Augustinus libro de sermone domini, dicit proculdubio verba huius sponsionis implentur, si

I homo nondum ita proficit, vt diligat inimicum, tamen quando rogatur ab homine qui peccauit in eũ, vt ei dimittat dimittit ex corde, quia etiam sibi roganti vtique vult dimitti, iam vero qui eum in quem peccauit si peccato suo mouetur, vt roget, non est adhuc deputandus inimicus, vt eum diligere sit difficile, sicut difficile erat quando inimicitias exercebat. Quod autem dictum est de signis familiaritatis, vel dilectionis, non est intelligendum, quòd etiam si inimicus petat reconciliationem, teneamur recipere eum ad familiaritatem, ita quòd pandamus ei secreta nostra, vel tractemus cum eo res nostras, sicut forte prius faciebamus, antequam esset inimicus, quia ad hoc non tenemur, & fortassis non est iustum confidere ei qui semel læsit, vnde licet instanter petat non tenemur

K eum recipere ad hoc, sed erit supererogationis, siquis illud facere vult, sed tenemur ad generalia signa dilectionis, vt salutare in via, & similes collocutiones, & non subtrahere nos ab eo, & similia, quæ quis facit etiam cuicunque ignoto: hæc sunt debita, quæ quis tenetur dimittere ad hoc, ꝙ orans exaudiatur.

An dicens orationem dominicam peccet, nisi dimittat proximis debita. Quæst. CXVI.

QVAERETVR an dicens istam orationem peccat si non dimitut proximis debita.

Dicunt quidam, quòd peccat mortaliter semp, qa mẽtitur coram Deo cum dicat dimitte nob. deb. uo.

sicut

sicut, & nos dimitti. & tamen ipse non dimittit. Item Chryso. dicit nulla tibi excusatio est in die iudicij cũ secundum tuam sententiam iudiceris, & quod feceris hoc ipse patiaris, & tamen in die iudicij nemo cõdemnabitur, nec patiẽt quicq̃, nisi p̃ peccato mortali, quia pro venialibus iã erit satisfactum in purgatorio cum post diem iudicij non maneat, nisi locus pœnę ęternę, vel beatitudinis, purgatorij autem locus non erit postea ad pœnam, quia ille est locus viatorũ, scilicet eorum, qui fuituri ad vitã ęternã, & tñ condẽnanẽ in die iudicij orantes sic, & non remittentes debitoribus, ergo peccatum mortale est orare non remittendo. Aliqui putauerunt, quòd peccabat orans non dimittens debitori, & ob hoc dixerunt, ꝙ ille, qui non intendebat proximo remittere odiũ, quòd diceret istam orationem, & non solũ diceret dimitte nobis debi.no. & non diceret sicut, & nos dimitti. debi.no. & per hoc putant se euadere inconueniens, quia non dicunt aliquid contra se.

Dicendum, quòd hoc non stat. Primo, quia istis non proficit oratio, quia etiam si non dicant sicut, & nos dimittimus, sed solum dimitte nobis, Christus nõ dimittet eis, quia ipse dixit supra in litera si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.

Secundo, quia detruncare istam orationem est peccare, Christus enim instituit eam sic dicendam, quę autem ab eo instituta sunt optime se hñt, quia q̃cunque a Deo sunt ordinata sunt ad Ro. 13. sed pfectio rei tolliẽ p diminutionẽ eius, ĩõ valde peccaret, & p̃iudicaret Christo, q̃ diceret istã orõnẽ subtrahẽdo aliqua verba, quasi id quod Christus fecit possit esse nobis vtile aliter, q̃ ipse voluit, melius ergo esset omnino tacere, q̃ orõnẽ istã detrũcatã dicere, & ẽt si peccatũ esset dicẽdo eã nõ remittẽdo debita, grauius eẽt dicere eam truncatam, quã dicere integram sic dicit Chryso. super Matth. scilicet multi nolentes dare veniam peccantibus in se fugiunt istam orationem sic orare, stulti primo, quia qui nõ sic orat, vt docuit Christus non est Christi discipulus.

Tertio, quia nec pater libenter audit orationẽ, quã filius non dictauit, cognoscit enim pater filij sui sensus, & verba, nec suscipit, quę vsurpatio humana excogitauit, sed quæ sapientia Christi exposuit. Alij putãt, ꝙ nolentibus dimittere inimicitias melius sit istam orationem non dicere, & motiuũ est, quia qui inimicitias, & odium seruat, siue istam orationẽ dicat, siue aliam, Deus non exaudit, sic dicitur supra, ꝙ Deus nõ remittet nobis debita si non dimiserimus proximis nostris, etiam quia qui non dimittit debitũ est in peccato mortali, & vt asseritur tñ Deus peccatores non exaudit Io. 9. siue ergo in oratione ista poneretur ista conditio, s. sicut, & nos dimittimus, siue non poneretẽ, non esset nobis vtilis oratio, & rursus cum sit posita ista conditio orans loquitur cõtra seipsum, & ex hoc se iudicat, & tñ si non diceret istã orationẽ solũ haberet, ꝙ non mereretẽ per eam, melius ergo videbatẽ, ꝙ non diceretur. Dicendum, quòd melius est dici orationẽ etiã manẽtibus hominibus in fraterno odio, q̃ non dici, quia quantumcunque homo sit in grauissimis mortalibus cõstitutus, nunq̃ a bono opere cessaret debet, quia ꝙ quis cesset a bono opere p̃p peccatũ in quo est desperare est, siue habere volũtatẽ, nũquã excĩdi de illo, & istud est periculosissimũ, & grauissimũ omniũ delictorum, ideo, siue orare, siue quidquid aliud boni facere semper est vtile etiam ipsis manentibus in odio fraterno, & quia inter orationes ista est præcipua non est bonum cessare ab ea in quocunque statu homo sit, maxime quia etiam si quis non remittat proximo odium, non peccat mortaliter dicendo

A istam orationem, vt tenent communiter doctores, & ratio huius est, quia ista oratio non fit ab aliquo, tanquam a persona priuata, sed tanquam a tota ecclesia cum omnes clausulę ponantur in plurali: nam dicimus pater noster, & non pater mi: & ita de cęteris, sic dicit Cyprianus li. de oratio. domi. non dicimus pater meus, sed pater noster, quia pacis, & vnitatis magister noluit priuatim, & sigillatim precem fieri, vt cũ quis precatur pro se tantum precetur, publica est.n. nobis, & communis oratio, & qñ oramus non pro vno tãtũ, sed pro populo toto oramus, q̃a totus populus vnum sumus, sic enim vnum orare pro omnibus voluit, qñ in vno oẽs ipse portauit, & tamen in ecclesia semper sunt multi, qui dimittunt debitoribus suis, ideo oratio ista semper conuenit ecclesię, & patet, quia specialiter in ista clausula dr̃ dimitte nobis debita nr̃a, sicut & B nos dimittim⁹. Secus aũt esset si dicerctẽ dimitte mihi debita mea, sicut & ego dimitto, quia tunc fortassis nõ possit excusari peccatum. semper ergo oratio ista dicenda est, quia omni tempore vtilis est, & colligiẽ ex hoc, quia istam orationem solã Christus nobis dedit, tanquã istã præcipue frequẽtandã, & sępe dicendã, si ergo dicẽdo eam illi, qui manerent in odio fraterno per hoc mortaliter peccarent, cũ ipse sciret, ꝙ istud vitium cõmune, & quotidianũ erat, laqueũ nobis pararet dando talẽ orationem ad dicendum: nam satis nobis erat perdere fructũ orationis si essemus in odio fraterno, & non erat decens, ꝙ incurreremus C peccatum mortale, quia ex bono opere, ꝙ est bonũ in genere suo, nunquam quis incurrit peccatum, etiã si propter malum finem agat, vt si quis eleemosynam dei propter inanem gloriam non peccat mortaliter, sed perdit fructum eleemosynę, vt dicitur supra in litera. receperunt mercedem suam.

Ad primum dicendum, quòd manens in fraterno odio, & sic orans non mentitur Deo, cum non loquatur in persona sua, sed ecclesię, & illa remittit debita, secus autem si diceret, sicut ego dimitto debitoribus meis, quia tunc non posset excusari a mendacio, & tñ quando loquitur nomine ecclesię non mentitur, cum multi in ea remittant debita, nec oportet, quòd omD nes de ecclesia hoc faciant ad hoc, quòd sit vera ista propositio, sicut & nos dimittimus, quia non dicitur, sicut nos omnes dimittimus.

Ad secundum dicendum, quòd in die iudicij condemnabitur, & non habebit excusationem ille, qui orauit, dicens dimitte nobis, &c. & non dimisit debitoribus, non tamen condemnabitur, quia manens in odio fraterno sic orauit, sed quia in odio manebat, & in eo mortuus est, & tunc ex oratione conuincitur, scilicet quòd Deus non debeat ei remittere in die iudicij pœnam cũ ipse viuens proximo non remiserit.

Quare dicitur, & ne nos inducas in tentationem, & qualis sit tentatio carnis mundi, & dæmonis, & quæ sit fortior. Quæst. CXVII.

E QVAERETVR quare dr̃ hic, & ne nos indu. in tenta. Dicendum, ꝙ ista est sexta petitio in qua homo a tentatione liberari petit, vt dr̃ sequẽ. q. Et tñ videndũ est primo, quę sit ista tentatio, & licet de ea late dictũ est supra 4. c. est nunc dicendũ, ꝙ tẽtare proprie nihil aliud est, nisi experimentum accipere de aliqua re, & sic tentare hominem est velle habere experimentum de virtute eius.

Habetur autem dupliciter experimentũ de virtute hominis, secundũ quod pertinent duo ad virtutẽ, scilicet declinare a malo, & facere bonũ Psal. 33. declina a malo, & fac bonũ. Habetẽ aũt, vel quęritẽ experimẽtũ de virtute hominis quãtũ ad hoc, ꝙ est benefacere, & hoc est an inueniatẽ p̃mptus, & sufficiẽs ad

jllud bonum de qno experimentum, quare, & tunc est virtus hominis magna. Hoc modo dicitur Deus tentare hominem, non quidem, quòd lateat eum aliquid, quod in homine est, quia ipse scit, quid est in homine, & non est opus, vt quis sibi testimoniũ de hoc perhibeat Ioan. 2. sed ad hoc, quòd ostendat alijs virtutem eius, & detur in exemplum cęteris bene operandi, sic tentauit Deus Abraham. Gene. 22. sic etiam tentat sæpe viros bonos tribulationes eis multas mittendo, vt per patientiam in his probati mereantur, quia virtus in infirmitate perficitur. 2. Corinth. 12. & sic dicitur Deuterono. 13. tentat vos Deus, vt palam sciat vtrum diligatis eum an nō in toto corde vestro, & sic tentatio Dei semper est ad bonum.

Secundo modo tentatur homo, vt habeatur experimentum de virtute eius inducendo ipsum ad malum, & si tunc resistit non consentiendo suadẽti, virtus hominis magna est, si vero succumbit tentationi non est virtus aliqua, & hoc modo nunquam tentatur aliquis a Deo, quia Deus semper ad bonum mouet, & facit vtilitatem ex tẽtatione. 1. Corin. 10. fidelis est Deus qui non patietur vos tentari supra id qđ potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt sustinere possitis: tentatio autem si in malo finitur ad malum finem facta est. s. vt succumberet tentatus, vel si fiebat ad bonum, nesciuit tentans vires tentati: neutrum autem cõpetit Deo. De primo patet, quia Deus non potest malum velle cum ipse sit ipsamet essentia bonitatis. De secundo patet, quia Deus scit fortitudinem, & infirmitatem nostram, & quãtum possumus sustinere. Psalm. 102. ipse cognouit figmentũ nostrũ, & Ioan. 2. ipse enim sciebat quid esset in homine. & ob hoc de tentatione, quæ in malo consumatur dicitur Iacob. 1. nemo cum tentatur dicat quoniã a Deo tentatur, ipse enim neminem tentat, sed vnusquisque tentatur a concupiscentia sua, tentatio ergo mala est triplex. est. s. a carne, a diabolo, & a mundo.

De prima dicendum, quòd est grauis, & est duplex prima ad malum inducendo, secunda a bono distrahendo. De prima patet, quia caro inclinat semper ad delectabilia, quæ sibi conueniunt, & disconueniunt spiritui ad Gala. 5. caro concupiscit ad. s. & spiritus ad c. hæc inuicem sibi aduersantur, & de hoc dicitur Iacob. 1. vnusquisque tentatur a concupiscentia sua.

Secundo tentat caro retrahendo a bono, quia spiritus delectatur in bonis spiritualibus, & semper vellet in illis vacare, nisi caro eum impediret, & tamẽ caro impedit eum non solum per modum contrarietatis in quam inclinat ad delectabilia carnalia, quæ sunt contraria spiritualibus, de quibus est pręcedens tentatio, sed etiam per modum fragilitatis, inquantum caro propter suam infirmitatem, & corruptibilitatem non potest sustinere, quòd spiritus tendat semper ad spiritualia. Sap. 9. corpus, quòd corrumpitur aggrauat animam, & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem, & ad Ro. 7. dicitur condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem, video tamẽ aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meę.

Hæc tentatio carnis est difficilis, quia est nobis intrinseca, & naturalis, & ideo, vt dicit Gregorius nulla pestis erit efficacior ad nocendum, quam iste familiaris inimicus: vnde non videtur homo tentari ab alio, sed a seipso, & propter hoc ista tentatio est tam difficilis, quòd non solum videtur suadere homini malũ, sed cogerę ad illud Iac. primo, vnusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illectus, & illicere dicit suasionem per modum blanditiarum, abstrahere autem dicit violentiam, & hoc est quando carnis tentatio incanduerit in aliquo, qui est mente infir-

F mus, & a principio non fuit diligens excludendo illã cito de cogitatione sua, quia tunc ita dominabitur, ꝙ non videbitur tentatio, sed absoluta coactio, nisi De specialiter tangeret hominem.

Secunda tentatio est diaboli, si quis enim carnem superauerit, diabolus illum aggreditur tẽtando, nam istud est officium suum, supra 4. c. accedens tentator, idest diabolus cuius est officium tentare, & prima ad Thessal. 3. ne forte vos tentauerit is qui tentat. i. diabolus cuius est officium tentare, vt dicit Glo. ibi ista tentatio diaboli est grauissima omnium non quidem, quòd in se sit violentior, quia durior est in se tentatio carnis, sed quia est sagacior, nam diabolus est agẽs secundum rationem, & ideo potest procedere decipiẽ-

G do, caro autem est naturale agẽs, & habet inclinationem determinatã, & ideo quando a carne tentamur scimus quid caro velit. s. delectationem experiri, cum autem diabolus tentet nos nescimus quid velit, immo sæpe nescimus nos tentari, est enim valde astutus, & per naturale ingenium, & solicitudinem quotidianam, atque experientiam cognoscit ex qua parte infirmiores sumus, & ex ea parte nos tentat, vt facilius succumbamus, & hanc solicitudinem inquirendi circa infirmitatem nostram ostendit beatus Petrus 1. Pet. 5. aduersarius vester diabolus circuit quęrens quẽ deuoret. i. facit circuitus, & fraudes, caro autem non circuit, sed directe inclinat ad id quod suum est, obser-

H uat etiam diabolus hoc, quòd nunquam directe in tẽtatione procedit ostendendo tentatis quid velit, sed longe ab alio capite incipit, nam non proponit a principio ipsum malum, ad quod nos deducere intendit, sed proponit aliquod bonum apparens, vt ex desiderio illius moueatur homo, & distrahatur aliqualiter a suo proposito principali, & postquam mouerit facilius trahit eum inducendo ad malum, quod intẽdit, quia homo tunc non aduertit illud esse malum propter speciem boni prius ostensi, & ita diabolus fingit, quòd non est. hoc innuitur 2. Cor. 11. Sathanas transfigurat se in angelum lucis, postquam vero deduxerit hominem in peccatũ inquirit modos, vt detineat

I hominem inducens diuersas perplexitates, secũdum quas videtur valde difficile de peccato exire, hoc innuitur Iob. 40. nerui testiculorum eius perplexi sunt, idest Leuiatam, siue diabolus, de quo ibi dicitur perplexitates inquirit, vt hominem detineat in peccatis. De ista magna sagacitate diaboli in tentando dicitur Apoc. 2. an ignorãtis altitudinem Sathanę, idest profunditatem sagacitatum eius, propter hoc autem difficilius est, vt communiter euadere tentationes diaboli, quam tentationes carnis ad Ephe. 6. non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinẽ, sed aduersus principes, & potestates aduersus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitię in cęlestibus, idest contra diabolos qui sunt principes, & rectores mundi, & tenebrarum, idest aeris caliginosi, nam ideo vocantur nequitię spirituales in cęlestibus,

K idest spiritus mali habitantes in aere qui vocatur coelum. est autẽ difficile resistere tentationi diaboli, non quòd sit dura, sed quia est occulta, vnde si esset tam aperta, sicut tentatio carnis, fortassis nemo in ea succumberet, & si tentatio carnis habens violentiã, quã habet esset tam occulta, & sagax, sicut tentatio diaboli, fortassis nemo posset eam euadere, sed Deus prouidit in vtroque, ita vt vtraque sit tolerabilis. Dicit tamẽ Arist. 7. Ethicorum. capitu. 8. concupiscentiam carnis esse occultam, & fallacem, & insidiatricem, & non esse turpiorem, quam sit ira.

Dicendum, ꝙ illud dicit Arist. comparando concupiscentiam ad iram, quia ira est apertissima supra modum, & respectu eius concupiscentia, & quęlibet pas-

sio

sio est latẽs, tamen absolute non potest vocari concupiscentia latens, vel sagax, quia cum naturaliter inclinet semper agit vno modo, & manifestum est nobis quid ipsa velit.

Tertia tentatio est mundi, non quòd sit mundus aliquid tentans nos, quia mundus non est aliqua viua res, quæ agere possit: etiam accipiendo mundum pro rebus mundanis non competit mundo tentare, quia illę res nihil possunt agere, sicut sunt diuitię, & simia, nam ista non sunt aliquid agens secũdum rationem, vt suggerere malum nobis possit, sicut diabolus, nec etiam est aliquid naturaliter agens per inclinationẽ, sicut caro, quia per vim concupiscibilem, & irascibilẽ inclinat ad quædam obiecta, sed dicitur mundus tentare nos, inquantum bona sęculi apprehenduntur a nobis, vt bona, & mouemur tunc nos ad habendũ ea, & quia ad hoc, quòd possideamus illa mouemur ad faciendum aliquod malum, dicimur tentari a mũdo. Dicitur autem mundus ipsa bona fortunæ, vt diuitiæ potestas, honor, fama popularis fauor, & similia, quia ista sunt quæ manentes in mundo acquirere possunt, & ad quæ inclinantur exceptis ipsis, ad quæ natura mouet.

Tentat autem mundus dupliciter. Vno modo inclinando ad malum, scilicet ad immoderatum appetitum rerum temporalium. 1. ad Tim 6. radix omniũ malorum est cupiditas.

Alio modo in persecutiones, & afflictiones hominem deiiciendo, nam per tyrãnos, & hostes affligitur homo, vt perdat ista bona exteriora, quia nihil est pp quod principaliter tyrannides, & inimicitiæ inter homines extenus exerceantur, nisi desiderium bonorũ sęculi. s. desiderium diuitiarum, honoris, vel potentiæ & famæ, & similium: dum quis oĩa hæc pro seipso solo vult, vel immoderate ea vult, & ideo omnes exteriores persecutiones principaliter pertinent ad tentationem mundi, quia ex ea originem habent, & ista tẽtatio secundum se non est tam grauis, quantum tentatio carnis, eo quòd illa est naturalis, & ista non, quæ tamen naturalia efficaciora sunt in agendo, non est etiam ita difficilis, & intricata tentatio, sicut diabolica cum diabolus sit agens secundum rationem, mũdus autem non: inquantum tamen diabolus vtitur rebus mundi, tanquam instrumentis suis ad tentandũ efficitur grauis tentatio ista, & est eadem cum tentatione diaboli, quia diabolus vtitur ea ad tentandum. 1. ad Tim. 6. qui volunt diuites fieri incidũt in laqueos diaboli, & tentationes varias, quæ mergunt hominem in interitum.

Quare petimus liberari a tentationibus, & quid in hoc petamus. Quæst. CXVIII.

QVAERETVR quare petimus, ne inducamur in tentationem.

Dicendum, quòd petimus liberari a tentatione, inquãtum est quoddam malum, p quod homo priuatur fęlicitate, quia sicut per peccatũ commissum impedimur assequi fęlicitatem, & ita petimus dimitti nobis debita, ita per tentationem timemus de proximo incidere in peccatum, per quod impediamur a beatitudine consequenda.

Sciendum autem, quòd non petimus hic a Deo ne tentemur vel vt non permittat nos tentari, sed vt non permittat nos induci in tentationem. i. succumbere in ea, quia tentari interdum est bonum nobis, & non oramus, vt bono priuemur, succumbere tamen tentationi per se nunquam est bonum, ideo hoc petimus a nobis auferri, sic dicit Augustin. lib. de serm. dom. aliud est induci in tentationem, & aliud tentari, nam

A sine tentatione probatus nemo potest esse, siue sibi, siue alteri: Deo autem ante omnes tentationes quisque notissimus est, non igitur oratur hic, vt non tentemur, sed vt non inferamur in tentationem, vt si q̃spiam sit cui necesse est igne examinari non orat, vt igne non contingatur, sed igne non exuratur.

Inducimur enim in tentationes, si tales sint quas ferre nõ possumus, & dicitur, & ne nos inducas. i. nõ patiaris induci, quia Deus per seipsum neminem tentat, nec tẽtationi succumbere facit, sed induci patitur eum quem suo auxilio deseruerit, vt dicit Augustin. lib. de sermo. domini, & sic petimus hic ne Deus deserat nos per quod tentationi succumbamus, vt ait Augustinus ad proban. s. cum petimus, & ne nos in-
B du. in tenta. admonemur petere ne deserti eius adiutorio alicui tentationi, vel assentiamus decepti, vel cedamus afflicti, ex quo innuitur, quòd tentatio nihil aduersus nos potest, nisi Deus permiserit, sic dicit Cyprianus lib. de oratio. domi. hac in parte ostendit contra nos nihil aduersarium posse, nisi Deus ante permiserit, vt omnis timor noster, & deuotio conuertatur ad Deum, & sic petimus hic, quòd Deus det nobis pseuerantiam in bono, quod si fecerit nulla tẽtatio nobis nocebit.

Hoc autem Deus facit dupliciter, scilicet per feruorem charitatis, & per illuminationem intellectus, qa in tentationem homo incidit, vel succumbit dupliciter. Vno modo per ignorantiam, vt frequenter in tẽ-
C tatione diabolica cum homo putat se ad bonum moueri, & ad malum trahitur. Alio modo per difficultatem tolerandi, vt si homo videat malum esse id ad quod mouetur, & tamen quia difficile est sibi resistere illi malo, mouetur ad illud. istos duos modos tangit Aug. ad proban. dicens admonemur petere ne deserti eius adiutorio alicui tentationi, vel cõsentiamus decepti, vel cedamus afflicti.

Contra primum Deus prouidet illuminando intellectum nostrum, ne per ignorantiam peccemus, quia omne peccatum est cum quadam ignorantia, scilicet tunc quando committitur, tertio Ethicorum, capitulo omnis malus est ignorans, & cõtra hoc petimus Psalmo 12. illumina oculos, ne vnquam obdormiã
D in morte. i. illumina intellectum meum ne in tentatione inducente ad mortem. i. ad mortale peccatum obdormiã. i. seducar, ne quando dicat inimicus meus, idest aduersarius noster diabolus. 1. Pe. 5. præualui aduersus eum. i. decipi eum.

Contra secundum petimus a Deo, quòd det nobis fortitudinem, & charitatem feruentem, quia charitas est, quæ omnes tentationes superat etiam si parua sit, quia aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem Cantic. octaua, & si ista duo nobis Deus dat liberamur a tentatione, & hęc significantur Psalmo 31. intellectum tibi dabo, & instruam te. s. ne seducaris in tentationibus, in via hac qua gradieris firmabo super te oculos meos, idest dabo tibi firmita-
E tem respiciendo te, & adiuuando: ne propter difficultatem tentationum cogaris succumbere, & per hoc dat nobis perseuerantiam in bono, quia ipse solus est qui hoc facere potest, & si adiuuent tentatio non nocebit. & petendo liberari a tentatione petimus in bona vita perseuerare semper, quia nemo ad malum deducitur, nisi tentatus de hoc August. lib. de bono perseuerantiæ dicit, nec enim quisquam in proposito Christiano perseuerare desistit, nisi in tentationẽ primitus inferatur, & petimus, vt hoc non fiat, & si non fit Deus non permittit, vt fiat, nihil enim fit, nisi quòd aut ipse facit, aut fieri permittit, potens est. n. a malo in bonum flectere voluntates, & in lapsum pronas conuertere ac dirigere, & sibi placitum gressum dare

cui

qui non frustra dr̄ ne nos inferas in tētationem, nam qui in tentationem suæ malæ voluntatis non infertur in nullam prorsus infertur.

Quid petamus cum dicimus, sed libera nos a malo, & de quatuor modis quibus Deus liberat a tribulationibus. Quæst. CXIX.

QVAERITVR quare dicitur, sed libera nos a malo.

Dicēdum, quòd ista est septima petitio, & volunt multi intelligere eam de malo, quod est causa peccati, & tentationis. s. de somite, nā fomes est causa, vt tentemur, & vt peccemus. Non tamen intelligitur conuenienter de hoc, quia qui petit liberari a fomite, vel petit, quòd auferatur, ita vt fomitem non habeat, vel petit ne per fomitem ad malum inclinemur. Si primo modo non est petendum, quia Deus non concedit alicui, quòd viuens fomitē non habeat, quia ab hoc liberabimur in resurrectione reformata natura in pristinum gaudium, & hoc verum est, nisi forte de beata virgine, aut de aliquo sanctificato in vtero, cui credi posset fomes ablatus. Si autem secundo modo petere liberari a fomite nihil est, nisi liberari a tentatione, & coincidit cum pręcedenti petitione, ideo debet intelligi de alio malo, & est malum, quod nos habemus, & in quo iam sumus, sic dicit August. lib. de serm. dom. orandum est non solum, vt nō inducamur in malū quo caremus, sed vt ab illo etiam liberemur in quod iam inducti sumus. Alii exponunt, ꝙ liberemur a malo. i. a diabolo, qui est excellenter malus, sic dicit Chrysostomus in homilia, vel malum hic diabolū vocat propter excellentiam malitiæ non quæ est ex natura, sed quę est ex electione, & quia ad nos implacabile bellū gerit.

Dicendum tamen, & melius, quòd intelligitur ista petitio de omni malo, quod est præter peccata prętérita, & tentationes ad peccata, quia de illis iam habitū est in præcedentibus petitionibus, scilicet de infirmitatibus aduersitatibus, & omnibus periculis, & generaliter ab omnibus malis, quæ ab extrinseco inferuntur, sic dicit Augustinus ad prob. hoc vltimum, quod in oratione dominica positum est, tam late patet, vt homo Christianus in qualibet tribulatione constitutus in hoc gemitus edat, in hoc lachrymas fundat. Ab istis malis Deus hominem liberat quadrupliciter.

Primo modo faciendo ne nobis aduersitas superueniat, hoc tamen raro facit, quia potius viri sancti in mundo affliguntur, quia qui piæ viuere volūt persecutionem patiuntur, vt dicitur 1. ad Timoth. 3. Interdum tamen Deus liberat quosdam viros bonos ne affligantur, eo quòd scit eos esse impotentes ad sustinendum, & in malum flecterentur si in tribulationes inciderent, sicut medicus ęgrotanti debilis complexionis non dat violentas medicinas, sic dicitur Apoc. 3. ecce dedi corā te ostium apertum, quod nemo potest claudere, quia modicam habes virtutem, & seruasti verbum meum, idest, quia habes paucam fortitudinem ad resistendum dedi coram te ostium apertum. i. promptitudinem ad euadendum omnes persecutiones. & dicitur nemo potest claudere, i. nemo potest te impedire quin euadas persecutiones, ista autē intelliguntur de pręsenti vita, nam in futuro seculo ab omni persecutione, & malo erimus liberi, sicut proprię dicitur Iob 5. in sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.

Differt liberari a tentatione, vel persecutione, & non tangi a malo, quia liberari est quādo quis aliquo modo affligitur, sed non deprimitur, quia in fine liberatur. Non tangi a malo est, quando malum non

F peruenit ad hominem, nec saltem secūdum partem minimam. per sex tribulationes significantur omnes tribulationes huius vitę, vel sęculi, ꝙ per sex ætates distinguitur. Septima tribulatio est, quæ pertinet ad statum post mortem, quia ibi computatur septima ętas, & in sex tribulationibus affliguntur aliquo modo electi, licet a tribulatione liberentur, quia quādiu manent in hoc sęculo semper aliquid patiuntur. Septima autem tribulatio, quæ est post vitam non tangit eos, quia post mortem non manet eis, nisi perpetua beatitudo, & nulla valet eos aduersitas tangere Apoc. 7. absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & iam non erit luctus, nec clamor, nec
G vllus dolor, nec tanget eos sol, nec ęstus, quoniā priora abierunt.

Secundo modo liberatur homo a malis per hoc, quod Deus hominem consolatur in aduersitatibus præsentibus, & grauantibus, nemo enim esset q possset aduersitates tolerare, nisi Deus eum consolaretur 2. ad Corinth. 1. nolumus vos ignorare de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modū grauati sumus supra virtutem, ita vt tęderet nos etiā viuere, sed ibi dicitur, quòd Deus cōsolatus est eum, & consolatio ista Dei in tribulationibus est, interdū ita magna, quòd non solum homo in seipso consolatur, sed etiam sufficiens est consolari alios afflictos. eodem ca. Deus totius consolationis consolatur nos
H in omni tribulatione nostra, ita vt possimus etiam ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt per exhortationem. Et est ista consolatio multiplex secundum multitudinem aduersitatum nostrarum. sic dicitur. Psal. 93. secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lętificauerunt animam meā, idest tot fuerunt consolationes tuę, quot dolores mei, & tam excellentes fuerunt, quod non solum cōsolatę sunt me, sed etiam lętificauerunt me. Differt enim inter consolari, & lętificare, quia consolari solum est remedium tristitię, ita quòd homo per tristitiam non affligatur. Lętificare autem non solum dicitur remedium contra tristitiam, sed etiam specialiter addit vltra quoddam gaudium, & hoc est, quando consolatio valde maior, quā tristitia est, quia
I tunc non solum aufert illam, sed etiam ponit gaudiū, quando autem non est maior, aufert quidem tristitiā, sed nihil de gaudio ponit. Tertio modo liberatur homo a Deo, quia afflictis tot bona facit post tribulationem, quot præterita mala obliuioni traduntur, sicut sol post tempestatem, & temporis serenitas in obliuionem tre facit tempestatem priorem, & sic liberat Deus hominem a tribulatione, idest ab angustia inducta per tribulationem.

Quarto liberatur homo a Deo, quia tribulatio, & angustia conuertuntur homini in bonum, & ideo nō dicimus libera nos a tribulatione, sed libera nos a malo, quia tribulationes sunt sanctis ad coronam, & gloriam 2. Cor. 12. libenter gloriabor in infirmitatibus
K meis, vt inhabitet in me virtus Christi. liberat autem Deus hominem a malo tribulationis, qn̄ tribulationem in bonum conuertit, & hoc pertinet ad Dei sapientiam, quia sapientis est ordinare malum ad bonū, & hoc fit per virtutem patientię, quę vtitur malis ad bonum, sicut cęterę virtutes vtuntur bonis ad bonū, propter hoc autem tribulationes non sunt timendę in hoc sęculo, quia facile tolerantur etiam, quia consolationem habent admixtam, etiā quia breues sunt, & quasi momentaneę, & etiam, quia per eas peruenitur ad fęlicitatem: ab his tamen liberari petimus inquantum malę sunt, scilicet, quòd sicut ipsę sunt malę non efficiantur nobis malę, sed in bonum conuertantur.

Tribulationes cur nō timendæ.

Quare

Quare orationis Dominicæ sint 7. petitiones, & de sufficientia earum, & ad quid singulæ pertinent. Et mala, quæ petimus amoveri quibus bonis petitis opponantur, Quæst. CXX.

QVAERETVR circa petiones istius orationis quomodo se habeant.

Dicendum, quòd ista oratio dividitur per petitiones, quia nihil aliud continet, nisi petitiones, cũ enim oratio sit petitio, continentur hic solum petitiones, & quia petenda sunt illa, quę sunt appetenda honeste, sicut dicit Damascenus, quòd oratio est petitio decentium a Deo, petitur hic quicquid honestè appeti potest, Appetitur autem bonum, quod est duplex, scilicet consequi, id quod est conveniens, & evitare, id quod est inconveniens, unde sicut homo desiderat in bono gaudere, ita desiderat malum fugere, & quia bonum, & conveniens consequi est per se appetibile, Fugere autem malum est appetibile respectu boni, idest quia per fugam mali quiescit homo in bono, ponuntur prius bona, quę desiderantur deinde mala, quę fugiunt ibi. *Dimitte nobis debita nostra.* In bonis autem illud, quòd maxime amamus est summum bonum, & istud est Deus de quo fit mentio in prologo orationis, cum dicitur pater noster, & huic bono volumus bonum, scilicet honorem, & gloriam inquantum Deus amatur a nobis, non solum inquantum bonum nostrum, quod pro nobis volumus, sed etiam, tanquam amicus cui bonum volumus: nam fęlicitas bonum nostrum est, & illam pro nobis volumus, sed non volumus illi bonum, idest pro ea, quia non est amicus cui communicamus: Deo autem bonum volumus, & quia ipsum magis, quam nos diligere debemus, prima petitio est de bono eius, & istud est honor, & gloria, scilicet quòd ab omnibus gentibus laudetur, quòd sanctificetur, cum dicitur. *Sanctificetur nomen tuum.* Deinde sequuntur bona nostra, unde cęterę petitiones sunt de eis, quę pertinent ad nos, & quia maximum bonum nostrum est fęlicitas, quę est divina visio, & fruitio, hãc primo petimus cum dicitur. *Adveniat regnum tuum.* Nam fęlicitas dicitur regnum Dei: deinde sequuntur ea, quę dirigunt nos in fęlicitatem, & quędam principaliter dirigunt, scilicet observare legem Dei, alia autem minus principaliter, scilicet necessaria nobis ad vitam cũ dicitur. *Fiat voluntas tua.* Secunda cum dicitur. *Panem nostrum quotidianum,* Sive nomine panis intelligantur cibus, & potus, & omnia necessaria ad vitam, sive intelligatur panis sacramentalis, idest Eucharistia cum cęteris sacramentis, & istę petitiones quantum ad istum ordinem ponuntur infra in litera, scilicet primum quęrite regnum Dei, & iustitiam eius, & hęc omnia adijcientur vobis, inquantum dicitur regnum Dei significatur prima petitio de pertinentibus ad nos, scilicet adveniat regnum tuum: inquantũ dicitur, & iustitiam eius significatur secunda, scilicet fiat voluntas tua, quia iustitia nostra est voluntatem Dei facere, cum dicitur hęc omnia adijcientur vobis significatur tertia, scilicet panem nostrum, in quo intelliguntur omnia temporalia ad sustentationem nostram, quę non dicuntur ibi peti, sed adijci, idest quasi ex abundo venire, & hoc est, quia spiritualia bona cum sint vere bona, sunt principaliter petenda, corporalia autem non sunt bona, nisi inquantum ordinantur, & proficiunt nobis ad spiritualia, ideo minus principaliter sunt petenda.

Sequuntur mala, quę fugienda sunt: a quibus petimus eripi, & quia malum opponitur bono est assumendus numerus malorum fugibilium iuxta numerum bonorum appetibilium. Quatuor autem bona supra

A petita sunt in quatuor petitionibus, ideo quatuor mala econtrario nunc erant petenda, tanquam a nobis removenda,

Primum tamen bonum, quòd supra petebatur, scilicet gloria, & honor Dei non habet malum oppositum, quia sive de bonis, sive de malis gloria Deo insurgit: nam si boni fuerimus retribuet nobis abundãter, & de hoc laudabitur, tanquam clementissimus, & abundantissimus retributor, & bonorum largitor: si autem mali fuerimus puniet nos, & de hoc laudabitur, tanquam iustus distributor pœnarum, ideo qũocunque se homo habeat semper insurgit Deo gloria, sic dicitur Iob. 35. quid ei nocebit si nequam fueris?

B quasi d. nihil minuetur de onere Dei, etiã si homo malus sit, quia in ipsis malis hominis fulgebit gloria Dei malum hominem pro delictis puniendo,

Secundum bonum, quod petebatur erat fęlicitas nostra, sive regnum, & huic directè opponitur peccatum, quia peccata impediunt nos a consecutione beatitudinis 1. Corin. 6. nec fornicatij, nec idolis servientes, nec adulteri, &c. regnum Dei possidebunt, idest beatitudinem, ideo petimus hic inter mala prius peccatum commissum auferri, dum dicitur. *Et dimit. no. debi. no.*

Tertium bonum erat iustitia, quę erat complere voluntatem Dei, huic opponitur malum, quod est tentatio, quia nunquam homo desistit operari secun-

C dum legem Dei, nisi in tentatione prius inducatur, ut dicit Aug. li. de bono perseverantię, ab hoc malo petimus liberari cum dicimus. *Et ne nos induc. in tentat.*

Quartum bonum erat provisio in rebus necessarijs ad vitam, malum autem oppositum huic est tribulatio, adversitas, & omnis psecutio, & generaliter quodcunque malum, per quod ipse status corporis, idest sanitas, & lęntia impeditur, & necessaria ad hoc, scilicet bona exteriora auferuntur, vel quomodocunque in eis lędimur, & quia istud malum est multiplex sub nomine mali in generali petimus ab eo eripi, cum dicimus. *Sed libera nos a malo.* Idest ab omni tali malo, & ita complentur petitiones nostrę, quia ultra hęc nihil honestum restat, quod peti possit. ponitur

D autem in fine orationis, quędam clausula, quasi finẽs, & claudens orationem, sicut literę nostrę sigillis clauduntur, & designatur in ea petentis desiderium cum dicitur. *Amen.* Idest ita fiat, sic dicit Hiero. super Mat. amen, enim quod in fine constat scriptum, signaculum est Dominicę orationis, quod Aquila interpretatus est fideliter, & nos vere possumus dicere, idest vęre sic erit, ut petimus,

Quomodo oratio Dominica est melior, & nobilior qualibet alia oratione in 6. proprietatibus, & excellentijs, & quæ sint illæ. Quæst. CXXI.

QVAERETVR circa orationem istam an ipsa sit melior alijs orationibus,

E Dicendum, quòd excellentior videtur omnibus orationibus. Primo ex parte auctoris, quęlibet enim res accipit dignitatem quandam ab auctore, ista autẽ oratio sola a Christo facta est: cęterę autem ab hominibus, ideo ex hac parte ista excedit omnes alias in dignitate, sicut sacra Scriptura excedit omnes scripturas humanitus confectas, & adinuentas,

Secundo excedit, quia ista oratio exaudibilior est cęteris paribus, quam omnes alię orationes: nam ille met, qui eam dici instituit est, qui per eam nos exaudire debet: nam filius eam instituit, & ad patrem dirigitur cum quo filius in ęternum manet, sic dicit Cyprianus li. de oratio. do nunt, qui sic vivere docuit, & orare, ut dum orationem, quam filius docuit apud pa-

uem

trem loquimur facilius audiamur, amica, & familiaris
oratio est dominum de suo rogare, agnoscat pater fi-
lij sui verba cum precem facimus, & cum ipsum ha-
beamus aduocatũ apud patrem pro peccatis nostris,
quando peccatores pro delictis nostris petimus aduo-
cati nostri verba proponamus.

Tertio excellit alias, quia ista non potest esse sine
fructu: nam dicit beatus Aug. quòd per istam oratio-
nem peccata venialia dimittuntur, quod de alijs ora-
tionibus non constat.

Quarto excellit in breuitate, quia ad orationem
pertinet, quòd breuis sit supra in litera orantes nolite
multum loqui, & tamen nulla fuit oratio, nec potest
esse, quę sub tam paucis verbis tanta contineat, quæ
petuntur, vt dicetur sequenti q. Causa autem breuita-
tis in oratione ista fuit duplex. Prima fuit ex condi-
tione orationis, quia nulla debet esse longa in verbis,
vt dictum est. Secunda propter eos quibus tradebat,
quia omnibus fidelibus magnis, & paruis, doctis &
indoctis dabatur, debuit ergo breuis esse, vt ab omni-
bus faciliter caperetur, vt ait Cyprianus vbi supra, sci-
licet quid mirum si talis oratio est, quã Deus docuit,
qui magisterio suo omnem precem nostram salutari
sermone breuiabit: hinc per Isa. scilicet cap. 10. & ad
Ro. 9. fuerat ante prædictum, sermonem abbreuiatũ
faciet Dominus super terram: nam cum Dominus
Iesus omnibus venerit, & colligens doctos pariter, &
indoctos omni sexui, & ętati pręcepta salutis edide-
rit, pręceptorum suorum fecit grande compendium,
vt in disciplina cęlesti addiscentiũ memoria non la-
boret, sed quòd esset simplici fidei necessarium velo-
citer disceret.

Quinto excellit in securitate: nam pertinet ad ora-
tionem, quòd confidenter proponatur, quia qui non
orat confidenter nihil accipit Iaco. 1. postulet autem
in fide nihil hęsitãs: nam qui hęsitat similis est fluctui
maris, non ergo extimet homo ille, quòd accipiat
aliquid a Deo, & ad Hebr. c. 4. dicitur accedamus, ergo
cum fiducia ad thronum gratię eius, vt misericordiã
consequamur, & tamen maior fiducia est in nobis
impetrandi per istam orationem, quam per alias, quia
a Christo fuit edita, qui & ipse exauditor est: etiam in-
quantum breuem eam fecit, signum est, quòd breui-
ter per eam nos exaudire vult, sicut dicit gl. orationẽ
composuit breuibus verbis, vt sit fiducia cito conce-
dendi, quòd breuiter vult rogari.

Sexto excedit omnes orationes in certitudine: nã
difficile est hominibus scire quid petere debeant: nã
id petendum est, quod est appetendum, & tamẽ sę-
pe nescimus quid appetere debeamus, & consequen-
ter, nec quid petere, vnde Christus dixit duobus Apo-
stolis, & matri eorum infra 20. nescitis quid petatis.
sępe enim putat quis sibi bonum esse, quod malum
est, quia est via, quę videtur homini recta, & extrema
eius ducunt ad mortem Prouer. 14. ideo generaliter
homines nesciunt quid petere debeant a Deo in ora-
tione ad Roma. 8. quid oremus, sicut oportet nesci-
mus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus
inenarrabilibus. & sic quando quis format aliquam
orationem non est certus omnino an placeat Deo,
id quod petit, ista autem oratio est in hoc certissima,
& securissima, sumus enim certi, quòd quidquid hic
petitur Deo placet, quia illud petendum instituit.

Septimo excedit oratio ista alias, quia est petenti
conueniens: nam cum nõ sit petendum, nisi bonum,
scilicet quòd est bonum petenti, & non sit semper
idem bonum isti, & illi. contingit orationem isti con-
uenientem alteri non conuenire, & sic cum aliqui
sancti formauerint aliquas orationes, quę eis compe-
tebant, & nos recitamus eas, sicut illi, forte non con-
F ueniunt nobis ea, quę petuntur ibi, sicut illis, hic autẽ
oratio ista omnibus est conueniens, quia bona, quæ
petuntur hic ad omnes sunt communia, nec est ali-
quis cui omnia simul non conueniant.

Octauo excedit alias in deuotione, quia debet ora-
tio quęlibet esse deuota, sicut dicitur Psalmo 62. in
nomine tuo leuabo manus meas, sicut adipe, & pin-
gue repleatur anima mea, idest quando manus meas
leuauero ad te in oratione erit mihi quædam pingue-
do deuotionis, sicut si repleatur anima mea adipe, &
pinguedine, & tamen oratio ista conuenit valde de-
uotioni. Quia consurgit hic deuotio ex duobus.

Primo ex breuitate. nam diuturnitas fastidium gi-
gnit, & deuotionem aufert. vnde dominus dixit supra
in litera orantes nolite multũ loqui, & Aug. ad pro-
G ban. dicit absit ab oratione multa locutio, sed non de-
sit multa precatio, si feruens perseueret intentio.

Secundo ex charitate, quę in ista oratione maxime
exprimitur tam quantum ad Deum, quam quantum
ad proximum. De Deo patet, quia ad insinuandum
amorem dicimus in principio pater noster, quod est
nomen maximę dulcedinis, & amoris 2. Politi. c. 1. De
secundo patet, quia oratio ista non fit specialiter pro
orante, sed pro omnibus fidelibus, quia in plurali ora-
mus, ad quod proximorum charitas inducit.

Nono excedit in compręhensione, quia in alijs ora-
tionibus petunt aliqua particularia bona, quę quisque
pro se desiderat. in hac autem nullum bonum manet,
quod non petatur, vnde siquis velit petere aliquid,
H quod sit extra istam orationem, inhoneste, & carna-
liter petit, vt dicit Augu. ad proban. & dicetur sequen-
ti q. Decimo excellit in ordine, quia sicut in oratione
requiritur, quòd petantur ea, quę petenda sunt, & nõ
alia, ita etiam requiritur, quòd inter illa quædam prin-
cipalius, & quædam minus principaliter petantur, &
istud est esse ordinem in petendis, qui ordo maxime
obseruatur in ista oratione, vt dicetur sequenti q.

Vndecimo excellit ista oratio in humilitate, quia ad
hoc, quòd oratio recipiatur, & exaudiatur oportet ex
humilitate fieri Eccle. 35. oratio animę humiliantis
se cœlos penetrabit, & Psalmo 50. cor contritum, &
humi. de. nõ deí. & Iudith. 9. nec superbi ab initio pla-
I cuerunt tibi, sed humilium, & mansuetorũ tibi sem-
per placuit deprecatio. ista autem oratio fundatur val-
de in humilitate, quam Christus tenere docuit, & lau-
dauit in omnibus, & maxime in oratione Luc. 18. vbi
publicanus, qui in oratione se humiliauit, licet esset
peccator, iustificatus est. Pharisæus autem, qui se lau-
dauit non fuit iustificatus. hic autem seruatur humi-
litas, quia vera humilitas est, quando quis ex viribus
suis nihil pręsumit, sed totum ex diuina bonitate im-
petrandum confidit. ista humilitas significatur hic cũ
homo confitetur se debitorem, & peccatorem, dicẽs
dimitte nobis debita nostra. humilium autem oratio-
nem exaudiri necesse est. Psalmo 101. respexit in ora-
tionem humilium, & non spreuit precem eorum.

K Decimosecundo excellit ista oratio inquantum est
remedium contra mala: nam pertinet ad orationem,
quòd per eam in malis homo habeat remedium, &
quia maximum malum est peccatum, quod com-
missum est ab hoc maxime liberat oratio Psalmo
31. & tu remisi. impie. pe. me. pro hac ora. ad te. o. sã.
pro remissione peccati, hęc autem remissio speciali-
ter obtinetur in hac oratione, quia petitur cum dici-
tur dimitte nobis debita nostra, sic enim per oratio-
nem remissionem peccatorum obtinuerunt quicun-
que illam petiuerũt, sicut publicanus dixit. Deus pro-
pitius esto mihi peccatori Lucę 18. & dicitur ibi, quòd iste
descendit iustificatus. fit autẽ iustificatio per remissio-
nem peccatorum, sic autem Latro, qui pendebat in
cruce

cruce petiuit, dicens domine memento mei cum veneris in regnum tuum Lucę 23. & remissionem obtinuit. Decimotertio excellit, quia ista oratio etiam liberat a timore peccatorum superuenientium, quia siquis timet se in peccatum incidere per tentationem aliquam, oratio liberat eum: istud enim datur in remedium Iaco. 5. scilicet tristatur aliquis vestrum oret ęquo animo est, psallat, idest per orationem tolletur tristitia, & hoc est 13, in quo excellit ista oratio: nam in ea expresse contra tentationes petitur, & nę nos inducas in tentationem.

Decimoquarto excellit, quia ista oratio etiam liberat ab omnibus malis exterioribus, scilicet ab hostibus, & a sterilitate terrę, ęgritudine, & cibus passionibus, patet de hostibus 2. Paralip. 20. cũ rex Iosaphat sciens non posse resistere hostibus orauit dicens, in nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos, sed cũ ignoremus quid agere debeamus hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. de sterilitate, & fame patet, quia cum tribus annis, & sex mensibus non pluisset orauit Elias, & cœlum dedit pluuiam Iaco. 5. & 3. Reg. 18. de ęgritudine, & morte patet, quia Deus dixerat per Isaiam Ezechię dispone domui tuę morieris enim, & non viues, Ezechias autem cum lachrymis flens obtinuit quindecim annos vitę 4. Regum 20. & Isaię 38 & generaliter ab omnibus malis exterioribus oratio liberat, hoc autem est 14. in quo ista oratio excellit cum in ea petitur, sed libera nos a malo, quòd de omnibus malis intelligitur, vt dicit Aug. ad proban. scilicet hoc vltimum, quod in oratione Dominica positum est, tam late patet, vt homo Christianus in qualibet tribulatione constitutus in hoc lachrymas fundat, hinc exordiatur, in hoc terminet orationem.

Decimoquinto excellit ista oratio, quia pertinet ad quamlibet orationem, quòd per eam omnia desideria nostra compleantur, quia dicitur sequenti c. omnis, qui petit accipit, & qui quęrit inuenit, in ista autẽ oratione est hoc maxime, quia id quod impedit obtinere, quod petitur est, quod oratio non fiat in nomine Dei, sic enim dicitur Io. 16. vsque nunc nihil petistis patrem in nomine meo, petite, & accipietis, ista tamen oratio est in nomine patris, quia est facta a filio, & ad patrem dirigitur, ideo est conueniens ad impetrandum omnia desiderata, vnde & in ea ponuntur omnia, quæ homo honeste desiderare potest.

Decimosexto excellit oratio ista in familiaritate, nã ad orationem pertinet facere nos familiares Deo ex assiduitate orandi, vt dicit Chrysost. non oras, vt doceas, sed vt flectas, & vt familiaris efficiaris continuitate interpellationis, & sic dicitur Psalmo 140. dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Nam hoc significat, quòd sicut odor incensi est gratus nobis, ita oratio nostra sit Deo grata, & ista gratitudo, vel acceptatio facit nos Deo familiares, ꝙ isti orationi maxime competit propter dignitatem eius, qui instituit eã, quia idem est institutor, & exauditor, & ob hoc incipit a familiaritate cum dicitur pater noster, quia pater est nomen amoris, & familiaritatis.

De quibusdam alijs conditionibus, quæ specialiter competunt isti orationi Dominicæ. Quæst. CXXII.

QVÆRETVR de quibusdam conditionibus, quę specialiter competunt isti orationi.

Est aũt prima, quod in ista continetur quidquid petendum est: vnde non solum fuit ista oratio, sed maxime fuit regula orationum, quia in omni oratione

A petitur aliquid: nihil tamen est, quod in aliqua oratione debeat peti, quòd hic non contineatur, vt patet ex sufficienti diuisione bonorum appetibilium, & malorum fugiendorum, vt ostensum est supra q. 120. patet etiã, quia siquis inquirat omnia, quę in sacra Scriptura petita inueniuntur, omnia reducere poterit ad istas septem petiones, quod exemplariter facere docet Augu. ad proban. dicens nihil aliud, quam quod in ista Dominica oratione positum est dicere possumus, si recte, & congruenter oramus, qui enim dicit clarificare in omnibus gentibus, sicut in nobis clarificatus es, scilicet 3. Regum 8. quid aliud dicit, quam sanctificetur nomen tuum? qui dicit ostende faciem tuam, & salui erimus Psalmo 84. quid aliud dicit, quam adueniat regnum tuum? qui dicit gressus meos dirigere secundum eloquium tuum Psal. 118. quid

B aliud dicit, quam fiat voluntas tua? qui dicit paupertatem, & diuitias ne dederis mihi Prouer. 30. quid aliud dicit, quam panem nostrum quotidianum da nobis hodie? qui dicit memento domine Dauid, &c. o, man. e. Psal. 131. & illud si reddidi retribuentibus mihi mala. Psal. 7. quid aliud dicit, quam dimitte nobis debita nostra si. & nos dimit. de. no. qui dicit aufer a me cõcupiscentias ventris Ecclesiastici 23. quid aliud dicit, quam & ne nos indu. in tenta. qui dicit eripe me domine ab homine malo Psal. 139. quid aliud dicit, quã libera nos a malo? & si per omnia precationum sanctarũ verba discurras nihil inuenies, ꝙ in ista oratio-

C ne Dominica non inueniatur. quisquis autem id dicit quod ad istam euangelicam precem pertinere non possit, carnaliter orat, quod nescio, quando non dicatur illicite, cum renatos dominus non nisi spiritualiter docet orare, qui autem dicit in oratione domine multiplica diuitias meas, & honores meos auge, & hoc dicit eorum concupiscentiam habens nõ ad id attendens, vt ex his secundum Deum prosit hominibus: puto eum non inuenire in oratione Dominica quibus possit hęc vota aptare, quamobrem pudeat saltem petere, quod & pudet cupere.

Secunda conditio est, quòd in ista oratione ponũtur petitiones ordinatissime, scilicet eo ordine quo

D petendum est aliquid ordinatur hic. nam vt dictum est ponuntur hic omnia quæ petenda sunt: petitur autem aliquid, tanquam bonum, & necessarium nobis, & quia non sunt omnia bona ęqualia, oportet petere quędam principalius, & maiori desiderio, quam alia, & ad hęc innuendum, sicut est ordo in dignitate bonorum, ita est ordo in situ, vel positione petitionum, & quia maxima bona sunt illa, quæ ad Deum pertinent est prima petitio de illis, scilicet sanctificetur nomen tuum, postea autem sequuntur bona nostra inter quæ maximum est beatitudo, ideo istud ponitur immediate cum dicitur adueniat regnum tuum, & ita est ordo in omnibus sequentibus petitionibus secundum differentiam gradus bonorum, sicut ostẽdimus supra q. 120. & ista est magna excellentia huius

E orationis, quia potius est documentum, quam oratio, & vtrumque est plenissime, quia hic scimus, quæ sunt illa, quæ desideranda sunt, & petenda, & quę magis, & quæ minus desiderari debent, & insuper ponitur forma petendi, nec potuit melius ordinari forma ista, quia cum tot, & tanta hic ponuntur, nullo modo breuius describi potuerunt.

Tertia conditio est, quòd ista oratio non sit specialiter pro orante, sed pro omnibus proximis, & maxime pro populo fidelium, qui ad Christum specialiter pertinet, & hoc Christus voluit propter charitatem inter nos copulandam: sic dicit Cyprianus non dicimus pater meus, sed pater noster, quia pacis, & vnitatis magister noluit sigillatim, & priuatim precẽ fieri,

vt

vt quis cum precatur pro ſe tantum precaretur. publica eſt enim nobis, & communis oratio, & quando oramus non pro vno tantum, ſed pro populo toto oramus, quia totus populus vnum ſumus, ſic enim vnum orare pro omnibus voluit, quando in vno omnes ipſe portauit.

Quarta cõditio eſt, quòd iſta oratio competit omnibus hominibus magnis & paruis, doctis, & indoctis. Ratio huius eſt, quia aliquę orationes ſunt in quibus particulariter petuntur quædam bona, & illa poſſunt competere quibuſdam, & non omnibus, ea vero, quæ petuntur hic ſunt quędam bona generalia, quę cuilibet homini ſunt neceſſaria, ideo omnibus competit ſic orare: ſic dicit Cyprianus, quòd cum dominus Ieſus omnibus venerit colligens doctos pariter, & indoctos omni ſexui, & ętati præcepta ſalutis edidit. Quinta eſt, quòd iſta oratio competit homini pro omni tempore, nullum enim tempus eſt in quo licite ea, quę habentur hic, non petantur, & eſt eadẽ ratio, quæ ſupra, ſcilicet quia quædam orationes ſunt reſpicientes aliqua bona ſpiritualia in quibus poſtquam impetratum eſt, non eſt conueniens illa oratio, hic autem petuntur talia, quę etiam ſi concedantur ſemper eſt neceſſe, quòd concedantur iterum, & iterum, quia ſemper de nouo ſunt neceſſaria, ſicut illud dimitte nobis debita noſtra, & illud, & ne nos inducas in tentationem, omni enim hora iſtis indigemus maxime, quia quędam ſunt, quę non conferuntur hic homini plene, ſed in vita ęterna, & ideo pro illis ſemper oportet, vt oremus: ſic dicit Cyprianus vbi ſupra, ſcilicet hoc etiam, vt ſanctificemur quotidie deprecamur. opus eſt enim nobis continua ſanctificatione, vt qui quotidie delinquimus, delicta noſtra ſanctificatione purgemus.

Sexta eſt, quòd in hac oratione ſunt quędam petitiones, quæ pertinent partim ad præſens ſeculum, & partim ad futurum, ſcilicet quia hic habentur, ſed nõ plene. Alię autem totaliter pertinent ad pręſens: nam tres primę non complentur hic, ſed in futuro, quia licet Deum hic ſanctificemus tamen ſanctificatio ſua, quæ eſt quidam honor non habetur hic plene, ſed in futuro: cum etiam dicimus adueniat regnum tuum, quod eſt petere beatitudinem non obtinetur hic, niſi incitatiue quantum ad gratiam, quæ eſt principium beatitudinis, ſcilicet merendo illam, in futuro autem conſummabitur per gloriã, quòd etiam dicitur volũtas tua non habetur hic complete, quia licet faciamus aliquid, quod Deus vult, non tamen plene, & etiam non faciunt hoc omnes.

Alię quatuor petitiones ſequentes habentur hic complete, & nihil de eis ſperatur in futurum: ſic eſt prima earum, ſcilicet panem noſtrum, nam ſiue ſit panis ſacramentalis, ſiue materialis hic habetur, & nõ in futuro, ſic etiam ſecunda, ſcilicet dimitte nobis debita noſtra, quia hic dimittũtur peccata mortalia, quę autem hic non fuerint dimiſſa non dimittentur in futuro, ſed ęternaliter punientur, ſic etiam tertia, ſcilicet & ne nos indu. in tenta. completur hic, quia ſoli viuentes tẽtantur, mortui autem, vel omnino requieſcunt a laboribus ſuis, ſcilicet illi, qui in domino moriuntur Apoca. 14. vel in ęternum puniuntur, & illud iam non eſt tentare, cum nullum vlterius de rebus experimentum quæratur, ſed quælibet in ſuo termino manent, ſic etiam quarta, ſed libera nos a malo, quia in futuro nullum malum tanget hominem, vel ſi tetigerit erit tale a quo iam non poterit liberari, ſed ſunt magis oſtenſum de his ſupra quæſtio. 119.

F *An melius ſit dicere ſemper orationem hanc, quam aliquam aliam. Quæſt. CXXIII.*

QVAERETVR an melius ſit dicere ſemper iſtam orationem, quam aliquam aliam.

Dicunt quidam, quòd ſic, quia iſta eſt excellentior omnibus alijs orationibus in multis, vt oſtenſum eſt ſupra q. 121. ergo iſta ſemper dicenda eſt, quando orare voluerimus.

Dicendum, quòd hic ſunt duo dubia. Primum eſt an teneamur iſtam orationem ſolam dicere, cum dominus dixerit ſic autem orabitis, & dicendum, quòd non tenemur orare per iſtam ſolam, ſed tenemur
G nihil orantes petere, niſi quod ſub iſta oratione continetur, quia quidquid aliud petitur inhoneſte, & carnaliter petitur, vt dicit Aug. ad proban. & hoc oſtenſum eſt ſupra quæſtione 99.

Aliud dubium eſt dato, quòd liceat dicere iſtam orationem, & quamlibet aliam, an melius ſit dicere iſtam, quam alias. Dicendum, quòd de iſta oratione eſt ſpecialius, quam de alijs: nam nullam aliam obligatur quis determinate dicere, niſi ſit miniſter eccleſię, quia iſtis competunt determinatę orationes. De iſta tamen oratione Dominica videtur dicendum, quòd quilibet fidelis teneatur eam aliquã dicere cum dominus inſtituerit eam, vt ab omnibus fidelibus diceretur, & ob hoc eam breuem edidit, vt ab omnibus fa-
H ciliter memorię commendari poſſit, vt dicit Cyprianus, & ad hoc, vt nos confidamus per eam breuiter obtinere poſſe, quod volumus, cum Deus per eã breuiter rogari velit, vt dicit hic glo.

Dicendum tamen, quòd licet ad alias orationes nõ teneamur, melius eſt interdum homini dicere alias, quam iſtam: dum tamen iſtam penitus non omittat, & hoc propter duo. Primo, quia oratio principaliter inſtituta eſt, vt homo ſeipſum excitet in deuotionem, vt ait Chryſo. ſuper Matth. & Aug. li. de ſermo. domi. ſunt tamen aliqui, qui magis excitantur ad deuotionem per verba aliarum orationum, quam iſtius, licet verba huius ſint meliora, & ſanctiora, ideo melius eſt illis dicere orationes alias quæcunque illę ſint in quibus magis excitantur, ſicut non eſt dandus cuilibet
I homini ad ſalutem cibus, qui eſt optimus ſimpliciter, ſed ille, qui eſt ſibi optimus.

Secũdo propter conſeruationem deuotionis poſtquam excitata eſt, quia tandiu orandum eſt quandiu deuotio durare poteſt, cum autem illa ceſſat interrumpenda eſt oratio, vt ait Aug. ad proban. in homine tamen naturaliter cauſatur faſtidium ex aſſuefactione, quia natura humana propter ſuam imperfectionem, & corruptibilitatem gaudet ſemper mutatione quadam, & diu in eadem operatione conſiſtere non poteſt, licet illa ſit multum delectabilis, quia aduenit faſtidium quoddam, vt dicitur 7. Ethi. c. vltimo. ſic ergo ſi aliquis vellet ſemper dicere Dominicã orationem cito ſibi faſtidium pareret, & non poſſet
K diu manere orando, ſi vero mutauerit orationẽ nunc dicendo iſtam, nunc aliam, non adueniet ita cito faſtidium, & poterit deuotio diutius retineri. melius eſt, ergo homini dicere iſtam orationem, & alias, quam dicere iſtam ſolam quandocunque orare voluerit. De cęteris autem dubijs circa oratione, quæ plurima ſunt dicetur lib. noſtro de oratione.

Cum autẽ ieiunatis, nolite fieri, ſicut hypocritę triſtes. Exterminãt enim facies ſuas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuam.

Tu

Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

Cum autem ieiunatis. Instruxit nos Christus supra circa orationem, quæ erat actus latrię excludendo ab ea intentionem inanis glorię, hic excludit eandem intẽtionem circa ieiunium, quod est opus pęnitentię licet etiam ad latriam posset pertinere: Chryso. autem super Matth. dicit, quòd quia oratio non est fortis, nisi quæ fit in spiritu humiliato, & corde contrito, qui autem delitijs fruitur, spiritum humilem, & cor contritum non habet.

Oportuit, quòd post orationẽ de ieiunio diceretur, & diuiditur in duo, quia. primo excluditur ieiunium inutile. secundo ostenditur, quod est ieiunium vtile ibi. *Tu autem cum ieiunas.* Circa primum dicitur. *Cum autem ieiunatis.* Ad omnes fideles dicitur, & intelligitur hoc tã de ieiunijs spontaneis ex deuotione assumptis, quam de illis, quę per ecclesiam imponuntur, quia in omnibus tenenda est ista forma, quę hic ponitur ad hoc, quòd ieiunium sit vtile.

Nolite fieri, sicut hypocritæ tristes. Idest nolite fieri tristes, sicut hypocritę se ostendunt tristes, quando ieiunant, vt videatur eis prouenire hoc ex magnitudine ieiuniorum, & dura corporis maceratione.

Exterminant enim facies suas. Exterminare est extra terminos ponere, & pertinet ad exules, qui extra terminos Patriæ ponuntur, sic dicitur Psal. 79. exterminauit eam aper de sylua, idest vineam domini, scilicet populum Iudæorum exterminauit aper de sylua, idest rex Chaldæorũ, q Iudæos expulit de terra sua, Hypocritæ autem dicuntur facies exterminare, idest ponere extra terminos facierum humanarum, quia videbantur facies eorum facies mortuorum præ nimio pallore qualis non competit viuentibus, & talem colorem hypocritę ex quibusdam vnguentis, aut fumo aliquarum rerum assequebantur, vt dicit Chryso. super Matth. non enim causatus fuerat ille pallor ex magnitudine ieiunij: nam hypocrita non vere se affligit, sed exterius ostendit, quòd se affligat, quia aliàs non esset vituperabilis. melius tamen diceretur destruunt, vel demoliuntur facies suas, sed per improprietatem locutionis istud positum est, sic dicit Hierony. super Matth. verbum exterminant, quod in Ecclesiasticis scripturis vitio interpretum tritum est, aliud multo signat, quam vulgo intelligitur, exterminantur quippe exules, qui mittuntur extra terminos: pro quo sermone hoc verbum demoliuntur semper accipere debemus, demolitur autem hypocrita faciem suam, vt tristitiam simulet, & animo forte lętante luctum gestat in vultu.

Vt appareant hominibus ieiunantes. Nihil aliud intẽdit hypocrita, nisi humanam gloriam consequi, scilicet vt hominibus bonus videatur.

Amen dico vobis. Idest in veritate assero, & non dubitetis de hoc. Amen secundum aquilam interpretatur fideliter, sed Hierony. dicit idem esse, quod vere, vt dicit Hiero. super Matth. *Receperunt mercedem suam.* Idest etiam si aliquod bonum fecerunt ieiunando, quia ieiunare in se bonum erat, nullam mercedem ex hoc consecuti sunt in vita ęterna, quia hic receperunt eam, scilicet gloriam humanam, quam desiderauerunt, & licet interdum hypocrita propter humanam gloriam agens nullam inde gloriam consequatur, sed potius vituperium, non habebit tamen mer-

A cedem in vita ęterna, & sic vtrobique mercede carebit. nam cum hic desiderauerit gloriam, siue assequatur eam, siue non, nihil est sibi debitum in vita ęterna.

Tu autem. Hic ponitur secundum in quo ostenditur, quod ieiunium est vtile, & non imponit nobis Christus hic aliquod ieiunium, sed dicit, quòd quando ieiunare voluerimus teneamus istum modum, qui sequitur in quo solum vult excludere inanem gloriã.

Vnge caput tuum. Scilicet vnge oleo, ita erat cõsuetudo in terra Chanaan partim propter calores, & partim propter iocunditatem, quòd tam viri, quam fęminę oleo capita vngerent.

Et faciem tuam laua. Non innuit per hoc, quòd in
B alijs diebus facies lauanda non sit, vel quòd in alijs diebus homines ad lauandum faciem non essent assueti, sed dicit, vt die ieiunij hoc ex industria fiat in qua forte aliqui seipsos propter ieiuniorum afflictionem despectos, & incomptos permittere vellent. *Ne videaris hominibus ieiunans.* Idest vt per hoc non appareas hoĩbus ieiunãs, sed potius festiuus, qa ille q festiuus est nõ affligit se ieiunio, sed delectatione fruitur, & sic non habebis occasionem gloriandi apud homines cum credideris te apud illos non haberi, vt ieiunantem, & hoc est, quia consuetum erat in terra Chanaan in die festiuitatis, & lętitię capita vngere: sic dicit Hierony. super Matth. loquitur iuxta ritum prouincię Palestinę, idest Chanaan vbi diebus festis solent vngere capita. pręcipit igitur, vt quando ieiunamus lectos, &
C festiuos nos esse monstremus.

Sed patri tuo, qui est in abscondito. Idest non oportet, q cognoscant homines nos ieiunare, quia satis est, quòd Deus hoc cognoscat, qui est pater noster, & dicitur, qui est in abscondito, idest quia nemo videt eum. Nã Deum nemo vidit vn quam Io. 1. nec videre potest 1. ad Timoth. 6. & sic dicit glo. qui est in abscõdito, idest patri cęlesti, qui est inuisibilis, vel qui habitat in corde per fidem.

Et pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi. i. quando ieiunaueris non videntibus hominibus ieiunas propter solum Dèum, quia non quęris gloriam hominum, & tunc Deus, qui est in abscondito, idest qui scit ea, quę fiunt in abscondito retribuet tibi, & non indi-
D ges apud ipsum testimonio illorum, vt retribuat, quia ipse hoc cognoscit.

Quid sit ieiunium. Et eius diffinitio declaratur.
Quæst. CXXIIII.

QVAERETVR circa ieiunium primo quid sit ieiunium.

Aliqui dicunt, quòd ieiunium est parsimonia victus abstinentiaque ciborum, sic diffinit Isidorus. Alij dicũt, quòd ieiunium non diffiniatur sic cõpetenter, quia ponitur vna pars superflua. Nam idem est parsimonia victus, & abstinentia ciborum: nam parsimonia victus est parcitas, idest breui-
E tas. Item dicunt, quòd nõ est sufficiens diffinitio, quia solum ponitur abstinentia a cibis, & tamen in ieiunio oportet abstinere etiam a voluptatibus quibuscunque, sic dicit glo. infra 17. super illo verbo hoc genus dęmoniorum non ejicitur, nisi in ieiunio, & oratione, quòd ieiunare non solum est ab esca, sed etiam a cunctis illecebris abstinere.

Item ad ieiunij sęruationem requiritur non solum abstinere a cibis, sed etiam ab vnctionibus, & alijs delectamentis, & quòd homo lugeat, sic dicitur Daniel. 9. capitulo, ego Daniel lugebam in diebus illis trium hebdomadarum, panem desiderabilem non comedi, caro, & vinum non introierunt in os meum, sed nec vnguento vnctus sum, donec complerentur triũ

hebdoma-

hebdomadarũ dies, istud tamen non ponitur in diffinitione Isidori. Item patet, quia multi parsimoniam in victu obseruant, & tamen comedunt sæpe eodem die, & non dicuntur ieiunare, competit tamen eis diffinitio Isidori, scilicet parcitas victus, & abstinentia ciborum. Item vocatur homo ieiunus a ieiunio, & tamen quilibet homo quantumcunque immoderate cibos sumat, est quotidie ieiunus antequam comedat, ergo ieiunium est, vbi non est parsimonia victus, nec abstinentia ciborum.

Dicendum, ꝙ diffinitio Isidori est cõpetens. Est tñ pro presenti duplex ieiunium, s. quoddam naturę, & aliud institutionis, quod vocatur ieiuniũ ecclesię, s. quia ecclesia posuit consuetudinẽ, & cęremonias huius ieiunij. Accipiendo ieiuniũ primo modo dicitur quis ieiunus ab illo ieiunio, & de isto non datur diffinitio Isidori, nec de hoc est intentio aliqua. Accipiendo secundo modo denominatur quis ieiunans a tali ieiunio, & istud est de quo hic intenditur, & huic competit diffinitio Isidori. fuit autem ieiunium ab ecclesia præcipue institutum ad satisfaciendũ pro peccatis cũ sit opus bonum, & pęnale: ad satisfaciendum autem pro peccatis non solum oportet, ꝙ homo abstineat ab illis quibus virtus exigit abstinendũ, quia a talibus quilibet tenetur abstinere, etiam si nullo satisfactionis onere teneatur, sed etiam oportet abstinere ab illis quibus alias virtute seruata vti poteramus, quia qui commisit illicitum debet ẽt a licitis abstinere, vt ait Aug. & iste est proprie modus satisfaciendi, quia satisfactio pertinet ad iustitiã commutatiuã, & illa consistit in quadam ęqualitate, quę ęqualitas tollitur, qñ quis vsurpat sibi aliquid vltra id, quod debitũ est ei, ad hoc aũt, ꝙ satisfaciat oportet, ꝙ quantum accepit de eo ꝙ non erat sui iuris, tãtum cogatur perdere de eo, quod est sui iuris. quicunque ergo cõmisit aliquod illicitum, egit supra id quod sibi licebat, iõ necesse est, ꝙ ad hoc, ꝙ reducatur ad ęqualitatẽ iustitię, ꝙ cogatur abstinere a tanto de eo, quod sibi licitum erat, & hoc est, ꝙ qui cõmisit illicita cogatur abstinere a licitis, aliter enim non videtur posse fieri ęqualitatem, sicut si quis dederit alteri alapam non tenebatur aliquid pati. per hoc autem, ꝙ dedit alapam vsurpauit aliquid, quod non erat de iure suo, ideo vt maneat in ęqualitate, necesse est, ꝙ quantum iste excessit vltra ęqualitatem vsurpando ius alienum tantum cogatur perdere de proprio, s. quia ante hoc non erat obligatus ad aliquã pęnam, & tunc tenebitur tantã iniuriam pati quantã intulit, vt dicitur 5. Ethi. oportet ergo, ꝙ in ieiunio ab ecclesia instituto abstineamus ẽt a licitis. idest ab illis a quibus secundum virtutem temperantię, vel abstinentię vti liceret, & ideo in diffinitione Isidori ponuntur duo. Primum est, quòd significat vsum ipsum virtutis quantum ad illa quibus regulariter vsum virtutis non corrumpitur, idest non exceditur medium vtendo illis, & hoc est dicere abstinentia ciborum, quia abstinere a quibusdam cibis secundum qualitatẽ, vel secundũ quantitatẽ tenemur ad hoc, ꝙ tẽperãtiam, siue abstinentiam seruemus. Secundũ est, ꝙ abstineamus etiam ab illis quorum vsus non corrumpit mediũ virtutis, & propter hoc dr̃ parsimonia victus, idest breuitas, vel paucitas, quod significat quendam defectum ẽt ab eo, quod est licitum, ideo conuenienter diffinitur ieiunium ab Isidoro. Ad primum patet responsio per dicta, scilicet quòd non est aliqua pars superflua, quia non significat idem per vtranque, vt dictum est. Ad secundum dicẽdum, quòd illud dictũ glo. quòd est beati Hiero. intelligitur de ieiunio spirituali, nam ieiunium corporale de quo loquimur solum consistit in abstinentia a cibis secundum formã ecclesię traditam, ieiunium autem spirituale consistit

F in abstinentia ab omnibus vitijs, & etiam a quibusdã voluptatibus licitis quas Hiero. vocat illecebras, nam sicut ieiunium corporale dicit abstinentiam etiam a cibis alias licitis, ita spirituale ieiuniũ dicit abstinere a voluptatibus quibusdam, quibus alias licite vti poteramus, de isto autem ieiunio nihil hic agitur.

Ad tertium dicendum, quòd ieiunium, vt hic sumitur, importat solam abstinentiam a cibis, vel saltem istã directe: cęremonię autem austeritatis alicuius, vt lugere, indui cilicio, & non vngi, & similia a sanctis patribus introducta erãt ad maiorem perfectionem ieiunij, quia quodlibet bonum ex adiunctione alterius perficitur, & fit eligibilius, vt dicit Aristo. 1. Ethi. non tamen sunt de necessitate ieiunij, ideo non ponuntur in diffinitione: an tamen sint istę cęremonię necessa-
G rię ieiunio, vel repugnent ei, dicetur infra q. 273. Ad quartum dicendum, quòd abstinentia, quæ ponitur in diffinitione ieiunij, debet intelligi secundum ritum ab ecclesia introductum, non tamen oportuit, ꝙ oẽs ritus ieiunij in diffinitione exprimerent, scilicet quid comedendum sit, & quo tempore, & a quibus abstinendum sit, & quotiens comedendum, & ita de alijs, quæ dicere non esset diffinire, sed totam materiam ieiunij discurrere, & quia ecclesia instituit semel cibũ sumere in eo, qui ieiunat, qui plureis sumit licet in qualibet vice parcitatem obseruet, non dicitur ieiunare: vnde nõ concedetur, ꝙ iste obseruet parcitatem cibi si pluries comedat. Ad quintum dicendum, ꝙ intelligitur ista ratio de ieiunio naturę, a quo quis dr̃
H ieiunus, & non ieiunans, & de isto verum est, ꝙ non oportet esse aliquam ciborum parcitatem, nec abstinentiam, de hoc tamen non loquimur.

An ieiunare sit actus alicuius virtutis. Et eius medium in quo consistat. item ecclesiæ ieiuniũ, & naturæ ieiunium in quo consistant. Quæst. CXXV.

QVAERETVR an ieiunare sit actus alicuius virtutis. Dicunt quidam, ꝙ non, quia virtus corrumpitur per superabundantiam, & defectum 2. Ethi. ieiunium tamen importat secundum se diminutionẽ cibi, quia dicitur, ꝙ est par-
I simonia victus, ergo non pertinet ad virtutem cũ nõ sit in medio in quo conseruatur virtus. Item omnis virtutis actus consistit in operando aliquid, ieiunare tamen non est aliquid agere, sed cessare ab actu, ergo non est actus virtutis. Item ieiunium consistit non solum in abstinendo a cibis superfluis, sed etiam a necessarijs, vt dictum est præcedenti q. qui tamẽ subtrahit sibi cibum necessarium dat sibimet occasionem mortis: nam vt dicit Hierony. non differt vtrum magno, vel paruo tempore interimas, non licet tamen alicui se occidere, ergo nec licet ieiunare, & sic non erit actus virtutis. Item dicit Augu. 10. confessi. ꝙ alimentum debet sic sumi vt sit medicamentum famis, & tamen medicina est magis necessaria magis infir-
K mo, quam minus infirmo, & tamen si Adam in statu innocentię abstinuisset a cibo quousque fame præoccuparetur peccaret, vt patet 2. sen. di. 20. & tamen homines sunt nũc magis infirmi, quia est natura magis deficiens, ergo magis peccabit homo nunc abstinendo, quam tunc. Et sic ieiunium non erit actus virtutis.

Dicendum, ꝙ ieiunium est virtutis actus; nã Hiero. dicit ieiunium est perfecta virtus, & cęterarum virtutum fundamentum, & Isidorus diffiniendo ieiunium dicit illud esse abstinentiam a cibis: tamen abstinentia virtus est, quia pars temperantię, etiam Apostolus 2. Corin. 6. connumerat ieiunium alijs virtutibus dicens, in ieiunijs, in castitate, sicut ergo castitas

est

est virtus, ita & ieiunium vult esse virtutem. Pro quo considerandum, quòd omnis actus, qui in ratione sui includit aliquid quod pertinet ad modum virtutis dicitur, vel dici potest actus virtutis quantum de se est, licet possit bene, & male fieri, & hoc est, quia nō includit forte in ratione sui omne illud quod ad virtutem exigitur, & sic est de eleemosyna, quæ nominat actum de se pertinentem ad modum virtutis, & tamen eleemosyna potest dari interdum bene, & interdum non, & quia virtus subuenit infirmitati naturæ, quæ de facili inclinatur ad malum, necesse est quòd omnium virtutum existentium circa delectationes corporales, in quibus nos inclinamur ad superabundantiam propter cōnaturalitatem ad nos fit modus in retrahendo, & actus suus est magis ad retrahēdum, & diminuendum quàm ad prosequendum, & intendendum, sicut patet in ipsa temperantia, & omnibus partibus eius, quia illę se habent in retrahendo hominem a delectationibus corporalibus.

De ieiunio autem sic est, quia nomine ieiunij exprimitur actus quo quis retrahitur a delectationibus gustus, scilicet, a cibis: ideo pertinet ad virtutem, & erit virtutis actus cum alię virtutes sint similiter in retrahendo hominem a delectationibus corporis, vt castitas, virginitas, & continentia, quæ vel sunt virtutes, vel modi virtutum.

Ad primum dicendum, quòd ieiunium consistit in medio, sicut actus cuiuslibet virtutis. & cum dicitur, quòd importat diminutionem. Dicendum, ꝙ verum est, non est tamen illa diminutio cibi citra medium virtutis, ita quòd corrumpat illud.

Sed manet medium virtutis cum ista subtractione, & hoc potest dupliciter dici. Vno modo, quòd medium virtutis non accipitur secundum ęquidistantiam ab extremis, quia tūc pro omnibus hominibus poneretur idem medium quod falsum est. sed est medium secundum rectam rationem, sicut est medium in calceis: nam non dicitur calceus maior, nec minor idem respectu omniū, sed qui vni est magnus calceus est alteri paruus, ita & in cibo, ꝙ vni est multum de cibo est alteri paucum, vt patet in sano, & ęgroto. Ita de ieiunante, & non ieiunante, quia sicut infirmus curandus est per abstinētiam a cibis, & propter hoc minus de cibo est sibi necessarium quam sano, ita cum ieiunās velit curari a morbis spiritualibus, & curatio morbi spiritualis assimiletur magis virtuti quàm curatio morbi naturalis, ieiunanti erit satis de cibo, quia per abstinentiam curatur id quod est modicum non ieiunanti, & sic ieiunium non corrumpit medium virtutis, sed est aliud medium ieiunanti, & aliud non ieiunāti, sicut dicitur 2. Ethic. ꝙ non est idem medium Miloni, & Trierarchę in cibo.

Alio modo potest dici, quòd medium in qualibet virtute est vnicum, & tamen non consistit in indiuisibili, ita quòd quidquid infra illud sit vitiosum sit, & quidquid sit supra etiam sit vitium, sed est habens latitudinem, & cum fuerit in medio quis adhuc sumēs aliquid vltra in medio est, & sumens aliquid infra manet in medio, nisi excellenter, superabundetur, vel minuatur, vt dicitur 2. Ethico. circa finem, & 4. Ethic. cap. de mānsuetudine: ita circa vsum ciborum est, quia medium ciborum respectu eiusdem hominis vnum est, & tamen potest aliqn̄ accipere magis, & minus, & pp hoc non recedit a medio excedendo nec deficiendo, & intra illam latitudinem medij licitum est variari, vt medium in cibo est quod sufficit ad bonam corporis habitudinem, defectus est sumere cibū, qui non sufficit ad bonam habitudinem corporis, sed corrumpitur illa pp esse paucum cibum, superabundantia in cibo est excessus supra corporis bonam habitudinē,

A qn̄ per accipere illum cibum pp eius magnitudinem sanitas corrumpitur: hoc autem quod est sufficere ad bonam corporis habitudinem est medium, & in hoc est magna varietas, quia potest quis sumere cibum aliquem sufficiētem ad bonam habitudinem corporis, & sumendo minorem cibum adhuc conseruatur illa bona habitudo, & sumendo aliquid plus non perit illa bona habitudo. i. non corrumpitur sanitas propter excessum cibi: omnes ergo istę differentiæ, & multæ aliæ stabunt intra latitudinem medij, & sic manebit virtus cum omnibus, ieiunans autem accipit regulariter minus de cibo quàm cęteri, & tamen illud minus

B non est tam paucum, ꝙ propter paucitatem destruat habitudinem bonam corporis: & ideo manet semper in medio: quantum aut sit illud, quo sumpto, est quis vltra medium, & quantum est infra ꝙ existens nō est in medio, non potest determinari per regulam generalem, nec respectu eiusdem hominis, nec omnium, hoc tamen constat, ꝙ si alicui liceat accipere tantum vel tantum de cibo, non est necesse, ꝙ quidquid est infra illud sit, infra medium, & sit peccatum, sed manet adhuc in medio, & hoc modo ieiunans in medio manet, licet non accipiat totum illum cibum quem licite posset accipere.

Ad secundum dicendum, ꝙ ieiunium Ecclesiæ consistit in aliqua operatione. nam nominat quēdam

C actum secundum quem homo se regulat in sumēdo cibum per habitudinem ad statuta & cęremonias Ecclesiæ, nō potest ergo ieiunium esse pura negatio, vel cessatio ab actu cum per hoc, ꝙ quis ieiunat debeat attendere Ecclesiæ cęremonias & consuetudines circa hoc, non est tamen pura priuatio id quod præsupponit aliquid ad sui regulationem: vnde ieiunans comedendo dicitur ieiunare, quia comedendo se regulat, scilicet, vt illos cibos solum sumat, & illo tempore, & eo modo, quo Ecclesia diffinit, & ita actus est.

Ieiuniū aūt naturę non est actus, sed cessare ab actu s. non habere cibum in stomacho, & ideo qn̄ quis comedit, vel postquā quis comedit non dr̄ ieiunus esse, dr̄ tn̄ ieiunare ex quo apparet, ꝙ ieiunū esse, ꝙ denominat̄ a ieiunio naturę nō est actus, ieiunare aūt qđ

D denoīat̄ a ieiunio Ecclesię act' est, & sic dr̄ durare iste actus ieiunandi toto illo tpe, quo quis ieiunio vacat.

Ad tertium dicendum, ꝙ ieiunans nō subtrahit sibi cibum simpliciter necessarium, ita vt dicat̄ se interimere, quia tunc peccaret. Pro quo sciendū, ꝙ necessarium in cibis accipit̄ dupliciter. primo quod est necessariū ad naturę conseruationem. s. vt quis viuat, & tale necessariū non licet per ieiunium sibiipsi subtrahere, quia hoc esset seipsum occidere, hoc tn̄ necessariū est valde modicum in quantitate, qa natura paucis cōtenta est. Alio modo dicitur necessarium in cibo ad conseruandam corporis valetudinem vel vigorem.

Et ista valetudo, vel vigor potest dupliciter accipi. Primo modo secundum sufficientiam, idest, quòd quis habeat tantum vigorem corporis, quòd suffi-

E ciat ad agendum ea, quę sibi ex officio, vel ex statu, aut ex conditione hominum inter quos viuit agere incumbit, & hoc necessarium etiam non debet subtrahi, quia peccat ille, qui se facit voluntarie impotentem ad faciendum ea, quæ facere tenetur, quod per ieiunium fieret si quis vellet se multum macerare, & hic dicitur facere sacrificium de rapina si quis propter ieiunium impediretur ab operibus, ad quæ aliàs tenetur, quia subtrahit vni, vt alteri largiatur, sic dicit Hieronymus de rapina holocaustum offert, qui vel ciborum nimia egestate, vel manducandi, vel somni penuria immoderate corpus affligit: de consecratione, distinctione quinta, capitulo non mediocriter, & ita qui tenetur seruire alteri ad cer-

tum usum, & propter ieiunium sponte assumptum efficitur debilis, ita ut seruire non possit, aut saltem non plene, peccat, quia subtrahit debitum propter id quod non est debitum: sic etiam si vir ieiunijs immoderate se affligens uxori debitum reddere non sufficiat moderate, peccat, nisi ea consentiente istud ieiunium seruet. Siquis etiam tantam abstinentiam teneat, quòd impediatur ab operibus utilioribus etiam si non teneatur ad illa ex necessitate, est ieiunium indiscretum, licet non sit illicitum: magna enim abstinẽtia debilitat hominem valde, & impedit, vel impotentem reddit ad quædam charitatis opera, quæ posset proximis exhibere. Si autem illa sint in seipsis excellentiora quàm ieiunium indiscrete agit, qui propter ieiunium priuat se istis operibus, quia sicut bonum est eligibile, ita quanto maius bonum fuerit magis eligibile erit, qui ergo potest facere id quod est melius æque faciliter, sicut id quod est minus bonum, indiscrete agit si minus bonum agat omisso maiori bono propter minus, quia contra rationem agit. Non est tamen ieiunium tale illicitum, quia ad hoc, quòd sit aliquid illicitum oportet, quòd agatur contra id quod quis obligatur, scilicet, non faciendo totum ad quod obligatur, vel faciendo aliquid quod facere prohibetur; In illis autem ad quæ quis non obligatur non potest esse illicitum: ideo sicut siquis simpliciter omittat illa agere non agit illicitum, ita si propter minus bonum illa omittat nõ agit illicitum; quia non tenetur ad ea, sed indiscretio ista reprehensibilis est, vnde dicit Hieronymus, quòd rationalis homo dignitatem amittit, qui ieiunium charitati, vel vigilias sensus integritati præfert.

Alio mõ accipit valitudo, vel vigor corpis s̄m optimã corporis dispositionẽ, & quia caro in suo robore existens difficilius spiritui subditur q̃ cum aliqualiter debilitata est: ideo necessariũ in cibo ad talem valitudinem licet posset licite accipi, potest tamen laudabiliter subtrahi. Duæ autem subtractiones necessarij cibi suprapositæ mortem causant, vel accelerant, & illę non sunt licitę. ista autem subtractio huius necessarij non multum accelerat mortem, cum potius corpus humanum ex superfluitate quam ex defectu cibi ęgritudines grauissimas, & ad mortem incurrat, & peritissimi Medicorum fatentur abstinentiam esse summam medicinam, inuenitur etiam ad sensum, quòd homines abstinentes frequenter diutius viuunt quàm cęteri, & sic subtractio cibi necessarij isto modo non potest dici mortis occasio cum se habeat ad ad vtrunque, scilicet, ad prolongandum, & abbreuiandum vitam, subtractio autem cibi non necessarij aliquo de istis tribus modis est de necessitate virtutis temperantiæ, quia quidquid est supra necessitatem omnibus istis modis est supra bonam dispositionem corporis, & corrumpit sanitatem.

Ad quartum dicendum, quòd cibus subuenit corpori quantum ad passibilitatem, ex qua oritur fames, est autem alia passibilitas corporis, ex qua oritur libido, & huic subuenitur per ieiunium, est autem grauior, & periculosior morbus concupiscentiæ, quàm pœnalitas famis, tenetur tamen homo magis prouidere ad extirpandum malum illud quod est deterius, & periculosius, cuiusmodi est concupiscentiæ morbus: ideo melius est tolerare aliquando famem, vt non dominetur libido, quam volendo semper fami succurrere libidini locum dare: ideo ieiunium laudabile est nunc, quia per illud contra insanam libidinem remedium est: in statu innocentiæ secus erat, quia ibi nondum cęperat libidinis morbus, nec fuisset vnquam si homo non peccasset, & tamen ante peccatum poterat esse fames si homo se incibatum

Ieiuniũ est remedium insane libidinis.

F permittere vellet, cum igitur sola famis infirmitas in statu innocentiæ esse poterat, peccaret ille, qui tunc prouidere nollet quatenus fames non sequeretur. nunc vero, quia aliæ grauiores pestes dominabũtur in nobis, nisi caute prouiderimus, magis illis quàm fami obuiandum est.

Sed ad hoc objiciunt, quòd non sit ieiunium actus virtutis, quia actus virtutis non est communis bonis, & malis: ieiunium tamen commune est, quia omnis homo ante cibum sumptum est ieiunus: ergo ieiunium non est virtutis actus.

Item omnis actus virtutis est acceptus Deo: ieiunium autem non est semper Deo acceptum Isa. 58. G quare ieiunauimus, & non aspexisti: ergo non est virtutis actus.

Dicendum, quòd est actus virtutis, vt ostensum est. Et ad primum dicendum, quòd non est ieiunium omnibus commune, sed procedit ratio de ieiunio naturæ, quo quilibet dicitur ieiunus antequam comedat, & istud non est aliquis actus, sed sola negatio, vel cessatio ab actu, & de hoc ieiunio non agitur.

Ad secundum dicendum, quòd ieiunium est actus virtutis, non est tamen necesse, quòd quandocunque sit, virtuose fiat, quia multi sunt actus ex genere suo pertinentes ad virtutem, & tamen additis quibusdam circunstantijs efficiuntur vitiosi, ita est H de ieiunio, quod potest interdum esse vitiosum, sic dicitur eodem capitulo, ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie, & in diebus ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. ista autem sunt mala: ideo adiuncta ieiunio efficiunt illud vitiosum, vel saltem non meritorium: vnde ibi dicit Deus non est hoc ieiunium, quòd elegi: ieiunium ergo secundum se ad virtutem pertinet.

Cum pertineat ieiunium ad virtutem, cuius virtutis erit actus. Quæst. CXXVI.

I QVAERETVR cum pertineat ieiunium ad virtutem, cuius virtutis erit actus?

Aliqui dicunt, quod est actus iustitiæ, & nõ temperantiæ, quia de consecratione distinctione quinta, capitulo ieiunium: dicitur, quòd ieiunium quadragesimale est decima totius anni: dare tamen decimas non est actus temperantiæ, sed iustitiæ, vel religionis: ergo ieiunium erit iustitiæ actus.

Alij dicunt, quòd sit actus fortitudinis, quia pertinet ad fortitudinem molestias sustinere, sed in ieiunio sunt molestię famis: ergo ad fortitudinem pertinet ieiunare.

Alij dicunt, quòd pertinet ad prudentiam, quia cautela est pars prudentiæ: ieiunium tamen introdu K ctum est ad cauendum peccata carnis: principaliter ergo prudentiæ actus est ieiunare.

Alij dicunt, quòd ieiunare est actus omnium virtutum, quia vt dicit Hieronym. & est. glos. infra decimoseptimo, super illo verbo hoc genus dæmoniorum: ieiunium est non solum abstinere ab esca, sed etiam a cunctis illecebris, abstinere tamen a cunctis illecebris non est actus alicuius vnius virtutis, sed omnium: ergo ieiunare omnium virtutum est actus.

Dicendum, quòd cum ieiunare sit actus virtutis necesse est, quòd sit actus vnius: non est enim possibile eundem actum esse plurium habituum, potest tamen aliquis actus dici multarum esse virtutum imperatiue, vel adiuuatiue, non tamen

men proprie, & elicitiue, dicitur esse actus eliciti-ue ab illa virtute, a qua procedit immediate, & formaliter secundum similitudinem speciei, sicut calefacere procedit a calore, quia calefacere, & calor concordant in similitudine speciei, si autem calefacere procedat ab homine, vel ab igne, ita vt dicatur homo calefacere, vel ignis, vel Deus, a nullo istorum est elicitiue, quia non procedit ab eis secundum similitudinem formæ, & speciei, sed procedit imperatiue, vel applicatiue, aut causaliter. ita de virtutibus est, & de actibus earum: non enim potest alicuius virtutis habere similitudinem in specie, nisi cum vno habitu, & ab illo solo est elicitiue, a multis autē habitibus poterit esse, sed non elicitiue. Sicut abstinere a delectabili venereo est actus virtutis, & potest esse a quatuor virtutibus, vel quinque.

Nam abstinere a venereis est proprius actus castitatis, etiam actus charitatis, vt si propter Deum homo abstineat: sola tamen charitas est, quæ actus nostros in Deum dirigit cum Deus sit obiectum eius, & finis. virtutes autem morales non habent Deum pro obiecto, nec etiam habent eum necessario pro fine: si ergo aliquo modo debent dirigi in Deum, necesse est, quòd dirigantur per illum habitum cui per se competit esse ad Deum, sicut si aliquid est cui per se non competit esse calidum, sed aliquando fuerit calidum necesse est, quòd sit calidum per illud cui per se competit esse calidum, sicut homo, vel lapis est calidus per ignem, charitas autem est per se ad Deum tanquam ad obiectum: ideo quando actus nostri propter Deum fiunt necesse est, ꝙ illi dirigantur per charitatem in Deum.

Et ita abstinere a venereis inquantum fit propter Deum est, a charitate, & non a castitate, quia castitas per se impossibile est, quòd pertingat ad Deum, vel respiciat ipsum, sicut impossibile est terram esse calidam per se. Est etiam abstinere a venereis a iustitia, vt si quis abstineat ab vxore proximi, vel filia, aut a quacunque muliere, ad quam de iure accessus est prohibitus, quia ad tales accedere iniustum est: ergo abstinere ab illis iustum est, & sic ad iustitiam pertinebit ab his venereis abstinere: pertinet etiam ad prudentiam, quia ipsa iudicat, a quo abstinendum est, & quomodo, & propter quid: pertinet etiam ad abstinētiam prout est virtus circa cibos, quia per hoc, quòd quis a cibis abstinet faciliter a venereis continere potest, quia sine Cerere, & Bacho algescit Venus. vt ait Terentius: pertinet ergo ad abstinentiam adiuuatiue: ad omnes ergo istas virtutes pertinet continere a venereis, & tamen a nulla earum elicitur, nisi a charitate, quia ab ea sola procedit secundum similitudinem formalem, & specificam. de ieiunio idem est, quia potest ad multas virtutes pertinere, scilicet, ad charitatem, ad iustitiam, vel religionem, ad fortitudinem, ad prudentiam, & generaliter ad omnem virtutem.

Ad vnicam tamen pertinebit specifice, & elicitiue, & ista erit abstinentia, vel temperantia: patet, quia actus virtutum distinguuntur pęnes obiecta, & etiam habitus pęnes obiecta: nam ideo est varietas actuum, & habituum, quia est varietas obiectorum, sicut omne quod est si esset solū visibile non esset aliqua potētia, nisi solum visiua, & non esset aliquis actus, nisi videre, ex quo apparet, quòd actus pertinet ad illum habitum, & potentiam cum quibus concordat in obiecto, sicut videre est de visibili & potentia visiua est de visibili: ideo videre est actus potentiæ visiuę, sic etiam fides est de non apparentibus, & credere est de non apparentibus: ideo actus credendi pertinet ad habitum fidei, ita nunc abstinentia est virtus circa

A cibos, ieiunium autem est circa cibos. ideo ieiunium est actus abstinentiæ, & ab ista sola erit elicitiue, quia ad istam solam pertinet secundum similitudinem speciei. erit tamen ieiunium a charitate imperatiue, inquantum charitas tanquam habitus imperatiuus imperat abstinentiæ velut inferiori habitui elicere actum ieiunandi, vt dirigat ipsum charitas in Deum, qui est obiectum suum: est etiam ieiunium a iustitia inquantum iustitia iubet reddi alicui ieiunium tanquam debitum, vt sicut quando ieiunium est opus satisfactorium: nam omnis satisfactio est actus iustitię, quæ facit æqualitatem quinto Ethicorum, & est tunc ab ea ieiunium non elicitiue, sed imperatiue, quia etiam ipsa imperat abstinentiæ tan-

B quam minori habitui.

Pertinet etiam ieiunium ad religionem, idest, latriam non elicitiue, sed imperatiue, inquantum latria imperat impendi Deo ieiunium tanquam cultum ei debitum. Pertinet etiam ad fortitudinem inquantum in ieiunio tolerantur quædam molestiæ, ad quas sustinendas adiuuat fortitudo propter quandam similitudinem actus. Pertinet etiam ad omnes virtutes inquantum quælibet virtus adiuuat alteram, & expeditiorem reddit ad actum suum, sola tamen abstinentia est, a qua elicitiue est, & hoc modo de quolibet actu virtutis facile est reducere ipsum ad multas virtutes, quia tamen ab vnica est proprie, scilicet, a qua est elicitiue, & secundum similitudi-

C nem speciei, quando quærimus de aliquo actu cuius virtutis sit, semper respondemus de illa, a qua est elicitiue. ieiunium ergo dicetur sic esse actus solius abstinentiæ.

Ad primum dicendum, quòd ad iustitiam pertinet reddere debitum quando debet reddi in rebus illis, quarum administratio non requirit aliquem alium habitum, si autem requirat aliquem alium non fiet redditio huius debiti executiue per iustitiam: sed solum imperatiue, velut si iustum sit aliquem exponere se ad mortem pro altero, vt quia Dominus eius est, vel tolerare mortem indubitatam, vt fideles tenentur pro confessione fidei. nam vtrunque debitum est: ipsa ergo iustitia iubet se ad mortem exponere, vel sustinere, non est tamen actus

D eius exponere se morti: immo nec posset, quia si quis haberet habitum iustitiæ, & non fortitudinis, licet iudicaret in tali casu debitum esse morti se exponere, non tamen auderet, sed esset timidus circa hoc, sicut est de liberali, & forti, quia aliqui liberaliter se habent erogando pecunias, qui tamen circa opera bellica timidi sunt, vt dicitur tertio Ethicorum, capitulo de fortitudine: iustitia ergo est, quę iubet alicui se opponere morti inquantum debitum est, fortitudo tamen sola est, quæ istum actum se exponendi elicit, ita si decimę temporis sint debitę Deo ad ieiunandum, iustitia, vel religio, scilicet, latria imperat istas decimas reddi, abstinen-

E tia tamen sola est, quæ actualiter reddit ieiunando dies illos.

Ad secundum dicēdum, quòd in ieiunio sunt molestię aliquę, & tamen non pertinent istę ad fortitudinem, quia fortitudo tolerat molestias ab extrinseco illatas aggrediendo confidenter, vel sustinendo dura, in ieiunio autem toleramus molestias intrinsecas, scilicet, famem, & molestias consequentes ad famem: ideo non pertinet ad fortitudinem ieiunare. adiuuat tamen fortitudo ad ieiunium propter aliqualem similitudinem, licet largam, quia videmus, ꝙ ille hō, qui assuetus est tolerare angustias, & duram vitam circa vnum modum viuendi, faciliter assuefit ad tolerandum aspera in quocunque alio viuendi genere,

quod non sit in delicate nutritis, & quia fortitudo est F
circa maxime dura, qui assueti sunt ad opera fortitudinis facilius assuefiant ad ieiunia quàm alij non fortes cęteris paribus, & ita fortitudo confert ad abstinentiam.

Ad tertium dicendum, quòd prudentia est virtus gñalis, quia ipsa est circa oīa, circa q̄ sunt omnes virtutes morales, idest, complectitur omnia obiecta illarum, quę prudentia iudicare habet de actionibus, quę pertinent ad totam vitam humanam sexto Ethico. capit. sexto. virtutes tamen morales non sunt, nisi ad dirigendum actus humanos, ergo circa omnia obiecta, ad quæ se extendunt omnes morales virtutes, extendit seipsum prudētia, & hoc modo cuiuslibet virtutis actus ad prudentiam pertinet inquantum ipsa
G
iudicare habet de actu illo quomodo fiet ad hoc, ꝙ bene fiat. Sed dicetur, quòd tunc prudentia non differt ab alijs virtutibus, cum sit circa idem obiectū circa quod illę, & habitus non differunt, nisi per obiecta.

Prudentia est virtus generalis.

Dicendum, quòd differt ab omnibus moralibus, licet sit circa idem obiectum, & hoc, quia est in altera potentia. nam omnes morales sunt in appetitu, sola autem prudentia est in intellectu, si autem esset in eadem potentia, in qua cęterę non posset ab eis differre. aliter potest dici, quòd licet prudentia non differat ab alijs in obiecto materialiter sumpto: differt tamen in obiecto sumpto formaliter, quia ab alijs consideratur obiectum, vt bonum appetibile, ab ip- H
sa prudentia autem, vt aliquid consiliabile, & diffinibile: ideo differunt. ieiunium ergo est actus abstinentię elicitiue, sed pertinet ad prudentiam inquantum ipsa iudicat quando, & quomodo, & propter quid ieiunandum est.

Ad quartum dicendum, quòd ieiunium hic acceptum est corporale, & dicit solum abstinentiam a cibis: ideo non pertinet, nisi ad virtutem abstinentiæ, vel temperantiæ. Hieronym. autem accipit ieiunium spirituale quod est abstinere ab omnibus vitijs, vel abstinere a quibusdam voluptatibus, quibus aliàs licite poteramus vti: & istud pertinet ad omnem virtutem, quia non potest abstinere ab omni vitio, nisi per omnem virtutem, cum singula vitia singulis virtutibus opponantur secundo Ethicorum.

Ieiunium spirituale.

I
Aliter potest dici, quòd ieiunium corporale pertinet ad omnem virtutem, non inquantum est ieiunium, sed inquantum est meritorium, quia non potest quis mereri, nisi simul habeat omnes virtutes, quod patet, quia meritum non est sine charitate, & tamen cum charitate infunduntur omnes virtutes, quæ nunquam esse desinunt, nisi charitate pereunte: ideo necesse est, quòd quicunque meretur habeat omnes virtutes simul, & ita quilibet actus virtutis quando est meritorius dicetur esse actus omnium virtutum, idest, quia omnibus existentibus simul elicitur, licet non ab omnibus, sed ab vnica.

Aliter potest etiam dici, quòd ieiunium est actus K
omnium virtutum, scilicet, adiuuatiue, quia quælibet virtus adiuuat ad actum alterius: cum sit perfectior quælibet virtus, & expeditior in suo actu adiuncta alia quàm si sola sit, & hoc quia non possunt tantum differre inter se aliquę virtutes quin habeant aliquam similitudinem, quia talicem omnes concordāt in hoc, quòd bene disponunt hominem, & quanto melius fuerit dispositus tanto facilius operabitur, & hoc modo quilibet actus virtutis cuiuscunq; est actus omnium virtutum, quia ab omnibus adiuuatur illa virtus a qua est iste actus.

An ieiunium sit opus satisfactorium. vbi tres conditiones declarantur ieiunij. Et quando est satisfactorium, & meritorium, & quando solum meritorium. Quæst. CXXVII.

Qvaeritvr an ieiunium sit opus satisfactorium.

Aliqui dicunt, quòd non, quia satisfacere est actus iustitię, cum per satisfactionem reducantur homines ad ęqualitatem ad quam respicit iustitia. 5. Ethi. ieiunare autem est actus abstinentię vel temperantię, vt ostensum est præcedenti quæst. ergo non est satisfactorius.

Item ad hoc, quòd sit actus satisfactorius debet esse liber, idest, ad quem non sit homo aliàs obligatus, ieiunium tamen, vt in multis cadit sub præcepto: ergo non pertinebit saltem tunc ad satisfactionem.

Item cum satisfactio fiat pro peccato debet fieri ab eo, qui peccauit Ezechi. decimooctauo: anima quæ peccauerit ipsa morietur, anima tamen peccauit, & non corpus, ieiunium vero ad corpus pertinet, & nō ad animam: ergo non est satisfactionis opus.

Item sicut contingit hominem peccare in superabundantia cibi, ita interdum peccat in defectu, & tamen pro superabundantia imponitur ieiunium: ergo pro peccato in defectum cibi deberet imponi superabundantia, nunquam tamen imponitur hoc in satisfactione: ergo nec ieiunium erit satisfactionis opus.

Item opus satisfactorium est valde vtile, quia liberat nos a pœna debita. ieiunium autem est inutile, quia dicitur prima ad Timot. quarto corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, ieiunium autem est corporalis exercitatio: ideo est inutile, & consequēter non est satisfactionis opus.

Dicendum, quòd est opus satisfactorium, quia reperitur in eo ratio propria operis satisfactorij, scilicet quòd sit bonum ex genere voluntarie factum, & in charitate, & aliàs non debitum: dicitur opus bonum ex genere, quia per malum opus nullus satisfacit, sed potius se obligat ad pœnam: dicitur voluntarie factum, idest, quod aliquis propria sponte illud faciat, sicut in eo, qui ex arbitrio suo eleemosynam facit, vocatur etiam voluntarie factum opus sponte susceptum ex arbitrio alieno, sicut quando sacerdos imponit alicui pro peccatis agere certam pęnitentiā, quia tunc opera illa sunt satisfactoria, & accipit̄ hic satisfactio stricte: nam illi, qui in purgatorio sunt satisfaciunt per pęnam, & tamen nullum bonum opus ex genere est ibi cum nihil agant, sed patiantur, & etiā inuoluntarie tolerant pęnas illas, sed in illis potius dicimus, ꝙ sumatur de eis satisfactio quàm quod ipsi satisfaciant.

Dicitur autem aliàs non debitum. i. ꝙ non esset homo obligatus ad illud opus, quia si obligatus sit etiam si voluntarie agat non satisfacit, sicut ille, qui agit ea ad quę tenetur ex pręcepto Christi, vel Ecclesiæ, licet bona opera sint, non sunt directe satisfactoria, sed solum meritoria, licet non negatur in istis omnino esse vim aliquam satisfaciendi inquantum sunt opera laboriosa. maxime quando sunt ab Ecclesia imposita ad satisfaciendum.

De ieiunio autem dicēdum, ꝙ istę cōditiones tres competunt ei. Est enim opus bonum ex genere cum sit actus virtutis abstinentiæ. Est etiam voluntarie factum siue quis sponte suscipiat, siue a confessore, siue ab Ecclesia impositum exequatur. Est etiam opus alias non debitum, quia sępe ieiunare possumus quando nō cadit ieiuniū sub pręcepto: ergo pfecte reperitō rō satisfactionis in ieiunio: etiā quia in charitate fieri pōt, & adhuc apparet, ꝗa eleemosyna, & oratio dicūtur esse

tur esse opera satisfactoria: magis tamen habet ieiunium rationem satisfaciendi quàm illa cum sit magis pœnale, quod proprie competit operi satisfactorio.

Item patet, quia satisfactio dicitur etiã causas peccatorum excidere, & eis aditum non indulgere quod conuenit ieiunio, quia per ipsum caro comprimitur ad peccata futura, quia debilitatur, & in hoc causæ peccatorum exciduntur. etiam est hic quidam modus recompensationis: nam pertinet ad satisfactionem recompensare qđ ieiunium facit, quia pro prę teritis voluptatibus nunc carni afflictionem inducit, vt quia in voluptatibus excesserat nunc sustineat afflictionem macerationis: est ergo ieiunium opus satisfactorium.

Ad primum dicendum, quòd satisfacere actus iustitiæ est, non tamen oportet, quòd omnis actus per quem satisfacimus sit a iustitia elicitus, sed satis est, quòd sit ab ea ipse ratus: sic enim oratio & eleemosyna sunt satisfactoria, & tamen eleemosyna pertinet ad misericordiam siue liberalitatem, vt ostensum est supra, quæstio. vigesimatertia: oratio autem pertinet ad latriam cum sit ad Deum, & tamen inquantum ista redduntur, vt quædam debita iustitia imperat liberalitati, & latrię exequi actus istos, quia iustitia tãquam pręcipua virtus potest istis imperare. ita est de ieiunio quod elicitiue erit a temperantia, vel abstinẽtia. imperatiue autem erit a iustitia, & sic isti actus inquantum sunt satisfactorij, & generaliter omnis satisfactio ad iustitiam pertinet, non tamen oportet, quòd omnis satisfactio sit elicitiue a iustitia, sed satis est, quòd sit ab ea imperatiue, interdum autem est ab ea tam imperatiue quàm elicitiue, sicut qñ satisfactio est in sola restitutione pecuniæ, vel rerũ possessarum, quia non oportet tunc poni aliquam virtutem specialem ad quam pertineat ista executio, & sic erit proprie elicitiue ab ipsa iustitia: quando autem actus satisfaciendi est executiue, & elicitiue ab aliqua virtute imperata per iustitiam, non est actus ille ab ea, vt satisfactorius, sicut quando satisfit per eleemosynam, orationem, vel ieiunium, quia ratio satisfaciendi dicit recompensationem, & aliquid esse debitum: iustitia autem sola facit recompensationem, quia recompensare est ad ęqualitatem reducere quã æqualitatem sola iustitia considerat, liberalitas autem latria, & abstinentia, a quibus sunt eleemosyna, oratio, & ieiunium non eliciunt istos actus tanquam recompensatiuos, sed inquantum tales, idest, vt est succurrere indigenti, & aliquid a Deo petere, & carnem per ciborum subtractionem macerare, sed iustitia, quæ imperat istis virtutibus facit actus ipsarum esse recompensatiuos inquantum ordinat eos in finẽ suum, qui est satisfacere, vel æqualitatem causare, quia hoc competit sibi inquantum est virtus imperatiua. sicut enim artifex, qui est architectus considerat de forma artificij, & ideo præordinat quales debeant esse partes artificij in figura, & quantitate secũdum exigentiam formæ totalis, quam intendit inducere, & iubet artifici manuali vnam partem artificij taliter, vel taliter formare, quod ille quidem facit ex habitu quem habet, nescit tamen ad quem finem fiat, nec cur ita fiat, sed architectus inquantum est imperatiuus dirigit opus istius in finem proprium, quem ipse intendit.

Ad secundum dicendum, quòd quando ieiunium cadit sub præcepto, vt debitum est, non est satisfactorium, sed meritorium, & tamen potest cadere sub præcepto, & quòd sit satisfactorium, vt si ille, qui præceptum de ieiunando dedit ad hoc dedit, vt per ieiunium satisfieret. Pro quo sciendum, quòd vt

A dicetur sequenti quæstione, ieiunium est aliquãdo de lege naturæ, & cadit tunc sub præcepto, scilicet inquantum est necessarium ad salutem, & non est tunc satisfactorium, sed ad satisfactionem exigitur, idest, non faceret homo id ad quod tenetur, & peccaret, nisi tunc ieiunaret, quia quilibet obligatur ad ea, quæ sunt de necessitate salutis suæ, & quia ieiunium, vt est de iure naturali est necessarium ad salutem, tenetur quilibet ad illud, & per hoc, quòd ieiunat non satisfacit pro aliquo peccato commisso, scilicet, de pę na debita pro peccato, sed solum satisfacit isti præcepto ad euadendum peccatum mortale, & hoc modo omne opus quod fit ex præcepto est satisfactoriũ, scilicet, quia satisfacit præcepto ad hoc, quòd non in-
B curramus peccatum mortale per omissionem, & tamen isto modo non dicitur proprie satisfactorium opus, quia vocatur opus satisfactorium illud, pro quo satisfacimus pro pœna debita nobis ex aliquo peccato commisso. nam ad hoc oportet, quòd opus non sit aliàs debitum, idest, cadens sub obligatione, ita est de eleemosyna, quæ fit existenti in extrema necessitate. quia illi tenemur de iure naturæ, & sic non est satisfactoria, sed meritoria, nisi accipiendo esse satisfactoriam ad hoc, quòd satisfaciamus præcepto non incidendo in peccatum mortale per omissionem. si autem eleemosyna, & ieiunium non sint aliàs debita sunt satisfactoria, vt eleemosyna facta sine necessitate extrema, & ieiunium quando non fit ad necessitatem salutis, & quia interdum potest cadere ieiunium sub
C præcepto, & eleemosyna cum alias non essent debita, sed solum pręcipiuntur ad finem satisfaciendi, erunt tunc satisfactoria licet ex pręcepto fiant, & non erunt minus satisfactoria quàm si sine præcepto fierent, cũ intentio præcipientis non sit obligare ad ista opera, nisi vt per ea satisfiat. Patet hoc de pœnitentia iniuncta a confessore, quia aliquando imponit ieiunium, & aliquando eleemosynam, & tamen non est dubium qn ista opera sint satisfactoria, cum ista sit satisfactoria quam imponit confessor, & quæ est pars sacramenti pœnitentiæ, & tamen ad ista tenetur ex præcepto ille cui iniunguntur, & peccabit mortaliter si omittat:
D ergo esse ex præcepto, vel fieri propter præceptum non tollit operi esse satisfactorium si ad hoc p̃cepiũ fuit impositum, vt opus satisfactorium esset. Et ita est de ieiunijs impositis ab Ecclesia, quia Ecclesia imposuit ea, vt per ea satisfacerent fideles de aliquibus peccatis commissis, cum aliàs non essent debita, sic dicit Leo Papa in sermone, & 76. distinct. cap. igitur post sanctę Letitię, scilicet, ꝙ post Pentecostem ieiunamus, vt si quid in festiuitate Paschali lautius viuendo peccauimus, per hoc ieiunium castigetur, idest, satisfiat. de eo ergo erunt satisfactoria, ac si quis illa subiret non existente præcepto, & idem est si Ecclesia dedisset præcepta aliqua de dando eleemosynam extra tempus extremę necessitatis illę eleemosynæ essent satisfactoriæ eadem ratione, qua illę, quæ
E imponuntur faciendę per confessores pœnitentibus, & quia ieiunium, vt nunc loquimur, est ieiunium Ecclesiæ, cum de iure naturali non habeat determinatas cęremonias, dicetur, ꝙ generaliter omne ieiunium a nobis factum est satisfactorium.

Ad tertium dicendum, ꝙ satisfactio semper fit per eum, qui peccauit, & cum dr̃, ꝙ aĩa peccauit. Dicẽdũ, ꝙ proprie nec peccauit aĩa, nec corpus, sed homo, qa actiones sunt suppositorum, & non partium, vt colligitur secundo de aĩa. vbi lętari, & tristari non vult Philosophus attribuere animæ, sed homini, & ita satisfactio per hominẽ fieri debet, sic est in ieiunio, quia nõ ieiunat aĩa nec corpus, sed hõ, sunt tñ passiones q̃dã, quę competunt hoi ex parte corporis, & alię ex parte

animæ, sicut intelligere dicitur homo, & non intellectus, & tamen competit homini ex parte animæ, & non corporis, flagellari autē, & verberari, & occidi ad hominem pertinet, & non ad corpus, quia corpus non occiditur, nec verbera sentit, pertinet tamen ad hominem propter corpus, & non propter animam principaliter, ita homo ieiunat, & non corpus. tamen ex parte corporis sibi competit, quia cibi, qui subtrahuntur per ieiunium ad nutritionem corporis pertinent, & non animæ, redundat tamen ista pęna aliquo modo in animam, quia sicut anima corpori alligata per corpus fruebatur delectatione illicita in peccato, ita per corpus affligitur in subtractione delectationum licitarum.

Ad quartum dicendum, quòd subtractio cibi, quæ pertinet ad ieiunium potest esse satisfactoria, quia est opus bonum, & pęnale, superabundantia autem cibi nunquam potest esse opus satisfactorium, quia requiritur, quod sit bonum, & laboriosum, superabundantia autem nūquam est bona, quia pertinet ad vitium, ieiunium autem licet sit diminutio cibi aliàs liciti, nō tamen est tanta, vt corrumpat medium virtutis, sed manet intra latitudinem medij, vt ostensum est supra quæst. 125. & sic est actus virtutis. Etiam superabundantia cibi non est laboriosa, sed delectabilis, quàmquam non sit corpori vtilis, & tamen potissima ratio satisfaciendi est, quòd sit opus laboriosum, vel pęnale, nam istud solum manet in satisfactione, quæ fit in purgatorio, quia ibi nec est actus bonus de genere, nec aliquid sponte factum, sed sola pęna inflicta, & per illam fit satisfactio. ideo licet aliquis peccet in defectu ciborum, non debet, nec potest satisfacere per superabundantiam eorum: simile est, vt si quis peccauit in subtractione venerei actus, scilicet, quia aliquoties vxori exigenti debitum reddere noluit cum potens esset. nam non debet imponi in satisfactionem, quòd superabundet, scilicet, quòd vxori petenti debitum semper reddat, & non petentem etiam aliquando cognoscat, quia istud excedere non pertinet ad virtutem, & etiam si posset regulari virtute inquantum est actus coniugalis, est tamen voluptuosus, & ideo non potest esse satisfactorius, quia ad hoc requirebatur esse pęnalem.

Ad quintum dicendum, quòd per exercitationē corporalem, vt aliqui dicunt non intelligitur ieiuniū, sed aliqui labores corporaliter assumpti, & sic non innuitur ieiunium esse inutile. Aliter potest dici, & melius, quòd intelligitur ieiunium per corporalem exercitationem, quia cōsistit in sola corporali maceratione, & hoc dicit Apostolus ad modicum valere non quidem, quòd sit omnino inutile, sed quòd in cōparatione pietatis in qua ibi iubet Tim. se exercere, paruę vtilitatis sit ieiunium, vel dicitur paruę vtilitatis, quia directe ad vnicam rem prodest, scilicet, ad vitia carnis domanda, licet minus principaliter prosit ad multa alia, & hoc intelligendum est, vt est opus meritorium, quia maioris meriti est pietas quàm ieiunium, in satisfaciendo autem interdum potest ieiunium magis satisfacere quàm pietas, idest eleemosyna, & tamen vt communiter eleemosyna est magis satisfactoria, quàm ieiunium, & oratio, vt ostensum est supra quæstione 32.

An ieiunium cadat sub præcepto iuris naturalis. Et quæ cadunt sub prohibitione iuris naturalis. Quæ cadunt sub iure positiuo. Quæst. CXXVIII.

QVÆRITVR an ieiunium cadat sub pręcepto de iure naturali. Dicunt quidam, ꝙ non, quia illud quod est supererogationis non cadit sub præce-
F pto, sed ad consilium pertinet, ieiunium autem est huiusmodi: ergo non cadit sub præcepto, & sic non est de iure naturali. 3

Item ea, quæ sunt de iure naturali sunt eadē apud omnes, quinto Ethicorum, & tamen non obligantur omnes homines ad ieiunia, quia aliàs multas gentes diceremus esse in peccato semper, quia ieiunium non obseruant, quod est inconueniens.

Dicendum, quòd ieiunium aliquo modo est de iure naturali, & aliquo mō de iure positiuo: sunt enim de iure naturali sub pręcepto ea sine quibus non conseruatur hominis salus, & consequenter sub prohibitione iuris naturalis cadunt omnia, quæ secundum se mala sunt, quia omnia talia impediunt salutem homi-
G nis ad quam seruandam tenemur. De iure autem positiuo non solum cadunt ea, quæ sunt secundum se necessaria ad salutem, sed etiam ea, quæ ordinant hominem ad virtutem quam intendit legislator inducere faciendo ciues bonos, sub prohibitione autem iuris positiui cadunt non solum ea, quæ sunt secundum se mala, sed etiam illa, quæ sunt occasiones malorum, vt sicut id quod dirigit ad virtutem est sub præcepto, ita, quòd est occasio vitij debet esse sub prohibitione, hoc autem est inquantum ius positiuum est perfectiui a iure naturali, vt dicit Tullius. & debet habere quandam extensionem vltra illud, & quia ieiunium est interdum necessarium ad salutem pertinebit ad
H ius naturale: sicut enim in ęgro abstinere a cibis est de necessitate salutis corporalis, & licet affligatur abstinendo tenetur abstinere a tanto, vel a tali, quia alias mortaliter peccaret, si sciens aliquid esse corpori nociuum in cibis, & potibus sine vlla necessitate, aut virtutis causa illud sumeret, & hoc pertinet ad temperantiam, sic etiam in eo, qui sanus est abstinere a superfluo cibo, vel a tali, & tali est de necessitate salutis conseruandę: ideo de iure naturali abstinere tenetur, nisi aliqua necessitas, aut virtutis causa ad contrarium subesset, istud tamen non est ieiunare, quia ieiunium importat diminutionem cibi aliàs liciti, cibus autem intantum est licitus inquantum corporalem salutem non corrumpit, quia sumere quemcunque talem cibum ad tem-
I perantiam pertinet, tertio Ethicorum, scilicet, quod temperantia mensuram accipit ex conseruatione salutis corporalis, & tamen de iure naturali non obligatur quis in cibis magis abstinere, quàm exigit temperantia: ergo ex necessitate salutis corporis non obligatur quis ieiunare de iure naturali: anima tamen melior est copore, & tenemur magis conseruare illius salutem quam corporis de iure naturali, perit autem salus animæ per peccatum, & tamen peccata quædam sunt, quæ vix aut nullo modo euitari possunt sine ieiunio, sicut dicitur infra 27. hoc genus dæmoniorum, non eijcitur nisi in ieiunio, & oratione, & dicit ibi g. ꝙ pestes animę, idest, vitia aīæ eijciunt per orationē, vitia aūt corporis per ieiunium
K expellunt: erit ergo necessariū ieiuniū de iure naturali, sicut est necessariū expelli illa vitia, q̄ ieiunio nō expellunt. & tūc accipitur ieiuniū propriè, vt est subtractio cibi alias liciti, quia ad hoc, quòd caro maceretur ne libido insurgat, non solum oportet abstinere a superfluo cibo, & illicito: sed etiam ab eo, qui aliàs erat licitus, & sanitatem non corrumpens, & hoc est ieiunare. erit ergo interdum ieiunium de iure naturali. i. quando homo sentit, ꝙ incendijs libidinū nō poterit nisi subtrahēdo sibi partem cibi resistere. istud autem ieiunium est aliqualiter propriè dictum, nō tñ habet aliquas determinatas cęremonias, quia non obligatur quis ad ieiunandum potius illo tpe q̄ illo, nec oportet, ꝙ semel tantum in die cibus sumat, sicut

fit

fit in ieiunio Ecclesiæ, nec etiam quòd a carnibus abstineatur, nec quod fit manducatio post Meridiem, sicut Ecclesia obseruat, sed satis est, quòd subtrahat sibi homo aliquid de quantitate cibi, sicut expedire putat, & eo tempore quo credit sibi necessarium ad euitandam libidinem, & istud est quotidie esurire, & quotidie prandere, non tamen accedit istud ad perfectam rationem ieiunij, cum non sint ibi cęremoniæ aliquæ secundum quas dicuntur aliqui ieiunantes.

Dicendum ergo, quòd ieiunium inquantum est subtractio cibi aliàs liciti est interdum de iure naturali, & tamen nulla cęremonia ieiunij est de iure naturali, sed omnes introducuntur de iure positiuo, & maxime hoc factum est ab Ecclesia.

Ad primum dicendum, quòd ieiunare non sit semper supererogationis, sed aliquando necessitatis, & pertinet ad ius naturale: tunc.

Aliter potest dici, quod ieiunium sit supererogationis accipiendo propriè ieiunium. Est tamen duplex genus supererogationum, quædam supererogatio totaliter excedit salutem, idest, quod non est necessaria ad salutem, & ista nunquam cadit sub præcepto iuris naturalis, nec positiui, sicut seruare virginitatem, sed totaliter ad consilium pertinet prima Corint. 7. de virginibus præceptum Domini non habeo, cõsilium autem do. Aliud genus supererogationis est, quod aliquo modo pertinet ad salutem, idest, ad salutis necessitatem: licet fieri secundum istum, vel illum modum non sit de necessitate salutis, & ideo illud absolute sumptum quantum ad hoc, quod fiat necessarium est, & cadit sub præcepto iuris naturalis, & non est supererogatio, quod autem sic, vel sic fiat non cadit sub præcepto iuris naturalis, sed est supererogatio, quia tamen fieri oportet non potest fieri nisi obseruetur aliquis modus particularis, vel cęremonia in actione, oportet determinari hanc, vel illam cęremoniam, & hoc fit per ius positiuum: ideo tales supererogationes bene cadunt sub præcepto, immo necessarium est dari præceptum aliquod de illis, & sic est de ieiunio, quia quantum ad subtractionem cibi liciti in casu, in quo non potest aliter libido frænari cadit sub præcepto iuris naturalis, & non est supererogatio, quod tamen subtrahatur talis cibus, & tali tempore, & sic de alijs cęremonijs est supererogatio, & hoc non pertinet ad ius naturale, sed sub præcepto iuris positiui cadit.

Ad secundum dicendum, quod ieiunare in casu iam dicto est de iure naturali, & ideo apud omnes gentes æqualiter se habet, & quæcunque gens in casu illo nõ ieiunaret peccaret, cęremonia tamen ieiunandi sic, vel sic non est de iure naturali, & ideo nõ obligantur omnes gentes eodem tempore, nec eodem modo ieiunare.

An apud Gentiles fuit ritus ieiuniorum. Et qui Gentiles erant virtuosi & saluabantur. Et qua credebant de Deo. Quæst. C X X I X.

QVAERITVR an apud Gentiles fuit ritus ieiuniorum.

Dicendum, quòd inter Gentiles erant quidam qui habebant de Deo rectam fidem, vt illi, qui non colebant idola, sed credebant esse vnum Deum, licet non haberẽt cognitionem multum explicitam, nec exercerent aliquem ritum specialem colendi. Alij erant Gentiles, qui prauè de Deo sentiebant putantes Deorum pluralitatem, & colentes idola.

De primis dicendum, quod apud istos fuerunt ieiunia, & alius ritus colendi Deum, licet non colerẽt omnes eodem modo, sed quilibet, sicut volebat, & apparet, quod isti cum haberent de Deo aliquam rectam opinio-

A nem, credebant enim esse retributorem pro bonis, & punitorem pro malis, quia ista sunt prima fundamenta credentium ad Hebr. 11. oportet accedentem credere, quia est, & quia in se sperantibus remunerator est: ex hoc autem homines sciunt Deum prouidere super rebus nostris, & habere curam de bonis operibus ad præmiandum, & de malis ad puniendum, & consequenter quòd Deus sit placabilis super peccatis nostris si conuertamur ad eum, quia qui vult infligere pœnam pro peccato potius acceptabit eam si peccans sibi ipsi illam infligat, quia deliquit in eum: ex hoc ergo Gentiles illi, qui de Deo rectè aliquid sentie-

B bant conarentur sibimet inferre pœnas aliquas pro peccatis ad satisfaciendum Deo, ne Deus ab eis grauiores exigeret, & quia ieiunium est vna de pœnis, quas sibi ipsi homo infligere potest, manifestum est, quòd Gentiles, qui boni erant ieiunarent, vt per hoc satisfacerent de peccatis, & auerterent a se iram Dei, sic patet de Niniuitis Ionę 3. qui erant viri Gentiles, & audito, quòd Deus vellet subuertere ciuitatem, imposuerunt sibimet ieiunium cum dicitur. homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quidquã nec pascantur, nec aquam bibant, & operiantur saccis homines, & iumenta, & clamẽt ad Dominum in fortitudine: ita ergo de alijs Gentilibus esset, qui pro pec-

C catis ieiunarent. vnde aliqui Gentiles ita se exercebãt ad opera cultus Diuini, sicut Iudæi, licet non obseruarent legem eorum, sicut patet de illis Gentilibus, qui veniebant ad adorandum Deum in templo Salomonis 3. Regum 8. & secundo Paralip. 6. nec tamen propter hoc conuertebantur ad ritum Iudaicum, sed manebant in Gentilitate, & redibant in terras suas, sic fuit de Regina Saba, quę venit ad Salomonem 3. Regum 10. quam Christus laudat infra duodecimo, sic etiam fuit de illo Eunucho Reginę Aethiopię Actu. 8. similis erat Cornelius Italicus, & Gentilis princeps militiæ, de quo dicitur Actu. decimo, quod erat vir religiosus timens Deum cum omni familia sua faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans Dominum semper. dicuntur autem religiosi, qui circa cultum Dei multum se exercent, quia religio idem est, quòd latria, ita

D ergo se exerceret iste circa ieiunia cũ circa omne bonum opus se exerceret, & ieiunium etiam pertinet aliquo modo ad latriam.

De secundis Gentilibus, scilicet, qui de Deo prauè opinabantur, dicendum, quòd non habebant ritum ieiuniorum, quia ieiunium est in se aliquid pęnale, & non est eligibile per se, sed propter aliquod bonum ad quod potest dirigere.

Præcipua autem videntur esse duo bona ex ieiunio, primum est esse satisfactorium pro peccato, istud autem non conueniebat his Gentilibus, quia non habebant rectam cognitionem de Deo, ad hoc tamen, quòd quis pro peccato suo se velit affligere, oportet quòd credat esse diuinam prouidentiam, scilicet, quòd Deus aliquis est, qui curam habeat de

E actibus nostris bonis ad præmiandum, & de malis ad puniendum, & insuper, quòd credat Deum esse placabilem per actus nostros, ad hoc, quòd remittat pœnas nobis debitas si nos ipsi afflixerimus nos voluntariè, si autem hoc non supponatur non est possibile velle pœnitere, nec cogitare aliquam satisfactionem: ergo Gentiles, qui male de Deo opinabantur, nunquam vellent de aliquo peccato satisfacere: immo nec crederent aliquod peccatum contra Deum fieri, nec esse satisfactionem necessariam.

Sed obijcietur, quia Gentiles credebant esse inferos, & pœnas post mortem, vt Virgilius, & Ouidius, & alij Poetę communiter referunt, & sic proficeret

proficeret satisfactio ad euadendum illas pœnas. Dicendum, quòd Gentiles communiter non credebãt hoc, sed ista dicebantur a Poetis metapho. ad significandum aliquid aliud quod in homine viuente est. Vel vt alij volunt fiebat propter simplices, vt incuterent eis timor futuri sęculi, & per hoc cauerent peccata, & fierent prompti ad obediendum legibus, quę erat magna vtilitas politica. Philosophi tamen quorum studium erat veritatem dicere, asserebant ista nihil esse, sed ficta esse a Poetis, & frustra timeri: sic enim dicebat Pithagoras, & allegat illud Ouidius 15, Metam. dicens:

O genus attonitum gelidæ formidine mortis,
Quid styga quid amnes, quid numina vana timetis?
Materiem vatum falsique pericula mundi.

Idest, non timeatis hoc, quia nihil est, & mundus futurus, qui vobis a Poetis annunciatur falsus est, & dedit causam dicens, ꝙ animæ transibant semper de corpore in corpus, & non erat aliud sęculum cum ait;

Morte carent animæ semperque priore relicta,
Sede nouis habitant domibus manentque receptæ,

Hoc etiam asserebant Poetæ Satyrici, quibus erat cura arguere vitia hominum, & eos in moribus instruere. sicut fuit Iuuenalis dicens:

Esse aliquos manes, & subterranea regna,
Et Charon. & stygio ranas in æquore nigras;
Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lauantur.

Quasi dicat, quòd sint dij, qui vocantur manes, & alia regna animarum corpore solutarum sub terra irrisorium est, & nullus credit, nec etiam pueri, nisi qui omnino sunt rudes, & nihil intelligentes. Quòd tamen essent aliqui Gentiles, qui ista pro veris tenerent non est inconueniens, & tamen ex hoc nõ sequitur, quod vellent habere aliquos actus satisfactorios pro peccatis, cum non sit ista positio communis de statu animarum post mortem.

Item dato, ꝙ omnes Gẽtiles istud pro vero tenuissent de statu animarum post mortem, non sequebãt ex hoc, ꝙ ieiunare vellent, aut aliquid facere in remissionem peccatorum, quia licet ponerent loca distincta animarum post mortem, non tamen putabãt pro peccatis infligi pœnas eo modo, quo fides sacra asserit, & dato ꝙ aliquas pœnas ponerent non putabant, ꝙ animæ possent euadere illas per mutationem vitæ, vel per aliquem modum satisfactionis: ideo Gentiles isti, qui de Deo praue opinabantur, nullum opus satisfactorium faciebant.

Secundum pro quo ieiunium fit est ad tollendum vitia carnis debilitando carnem, ista autem cura nunquam fuit istis Gentilibus, qui errabant circa Deum, sed potius toto conatu tẽdebant ad carnis vitia, sicut equus, & mulus, in quibus non est intellectus. Et hoc propter duo. Primo, quia dij eorum hortabantur homines ad hoc, & in cęremonijs festiuitatum suarum res turpes, & ad venerea pertinentes fieri iubebant, sic patet in ludis deę Floræ, & in cultu Priapi, & generaliter in alijs ritibus, vt ostendit August. 2. de Ciuitate Dei, arguens ex hac parte deos Gentilium esse turpissimos, qui tam turpes, & infames cultus sibi exhibere iuberent, vnde erant apud Gentiles aliquæ fœminæ, quæ non præcipue pro desiderio libidinis, sed ad augendum Deitatis cultum libidini vacabant assistentibus pontificibus deorum, quòd mulier, quæ plures reciperet amatores, dijs suis esset acceptior, & sic miscere turpitudini tanquã religioni vacabant. Secundo, quia inclinatio ad venerea est naturalis omni animali perfecto, & ea ad quæ homo naturaliter inclinatur immoderate desiderat, maxime vbi naturæ sagacitas delectationis irritamentum apposuit, sicut est in venereis: vnde nisi sit aliquid

F prohibens, vel retractiuum ab eis facile est homines velut pecora fieri, ab his autem solet retrahere honestas Diuinæ legis, & amor, & timor futuri sęculi, & quandiu homines ista sperant abstinent a venereis illicitis, qui vero desperant de futuro sęculo non abstinent, sed fruuntur voluptate præsentis sęculi: ad Ephes. quarto, qui desperantes semetipsos tradiderunt se impudicitiæ: Gentiles autem nihil de futuris sperabant cum non cognoscerent Deum: ideo venerea tota intentione sequebantur: Tob. octauo cum dixit Tobias Sarrę, filij sanctorum sumus, idest, Iudæorum, qui Deum agnoscunt, & non possumus ita coniungi, sicut gentes, quę ignorant Deum, quasi dicat gentes immoderate, & bestialiter vene-
G rea prosequuntur, nos autem temperate, & cum timore, & prima Thessal. quarto, sciat vnusquisque vas suum, idest, corpus possidere in sanctificatione, & honore, & non in passione desiderij, sicut gentes, quæ ignorant Deum. etiam non erat aliquid quod prohiberet Gentiles ab his impudicitijs, quia nec diuinæ leges eorum, nec publicę istud vetabant: ideo luxuriæ irrefręnatæ intendebant, & quia ebrietas, & crapula, & comessatio libidini coniuncta sunt, non poterant ieiunijs vacare, cum venerea sequerentur, sic dicitur prima Pet. 4. sufficit præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam, qui ambulauerunt in luxurijs, & desiderijs vinolentijs, comessatio-
H nibus potationibus, in quibus nunc obstupescunt, & admirantur non concurrentibus nobis in eãdem luxuriæ confusionem. non ergo fuerunt ieiunia apud huiusmodi Gentiles.

An Christus instituerit aliqua ieiunia. Et Christus quare non posuit ieiunium sub consilio.
Quæst. CXXX.

QVAERETVR an Christus instituerit ieiunia aliqua.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia dicitur hic cum ieiunatis nolite fieri, sicut hypocritę tristes, & iterum, tu autem cum ieiunas vnge caput
I tuum.

Item infra nono, & Marc. secundo, & Luc. quinto, dicitur venient dies in quibus auferetur ab eis sponsus, & in diebus illis ieiunabunt, & hoc Christus dixit: ideo ieiunia imposuit.

Item Christus sufficienter hortatus est ad omnẽ bonum. Sunt autem quædam bona necessaria, & ad illa hortatus est imponens ea sub præcepto. Alia autem sunt non necessaria, & ad illa induxit homines ponendo ea per modum consilij: ieiunium tamen est bonum quoddam: ideo oportet, quòd Christus illud posuerit, vel sub præcepto, vel sub consilio.

Dicendum, quòd Christus non instituit ieiunia
K aliqua quod patet, quia si legatur tota Euangelica doctrina nullum inuenietur de ieiunijs præceptum aut consultum. Secundo patet, quia si Christus imposuisset ieiunia sub pręcepto, vel consilio ipse maxime frequẽtasset ea, & instruxisset discipulos suos assuefaciendo eos ad illa, & tamen non faciebat, sed potius ipse, & discipuli sui increpabantur a discipulis Ioannis Baptistę dicentibus. quare nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? ergo non imposuit ieiunium aliquod de quo infra 9.

Tertio patet, quia si Chrs imposuisset aliqua ieiunia faciẽda teneremur sequi illa, & tñ circa ieiunia est liberum cuicunque prouinciæ facere, sicut voluerit, sicut dicit Hierony. ad Lucinum loquens de ieiunijs

vnaquæque prouincia abundet in suo sensu, & præcepta maiorum leges Apostolicas arbitretur 76.di.c. vtinam: ergo Christus non instituit ieiunia.

Est dicendum, ꝙ Christus nō instituit ieiunia, nec etiam posuit ea expresse sub consilio, reliquit tamen Ecclesiæ de illis ordinandum, & prænunciauit, ꝙ illa essent in posterum habenda inter fideles suos. Ratio huius fuit, quia Christus voluit dare legem breuissimam: & ideo noluit eam replere præceptis non necessarijs, sed solum ea, quę necessaria erant: dedit: enī voluit dare legem libertatis, vt dicitur ad Gala. 5. tollitur autem libertas per multitudinem cęremoniarū, & obseruantiarum si ad illas sit homo astrictus, sicut erat in veteri testamento: ideo obseruantias nullas dedit Christus in lege, sic dicit Augustinus in lib. de vera religione, ieiunium autem obseruantia quædam ceremonialis est: ideo de ieiunijs legem nullam dedit.

Alia ratio fuit, quia ieiunium, vel erat imponendum sub præcepto, vel sub consilio, non autem sub præcepto, quia illa ponuntur sub pręcepto, quæ sunt simpliciter necessaria, ieiunium autem non est simpliciter necessarium cum sit ad domandum vitia carnis, vel ad satisfaciendum, aliquis tamen potest esse cui non sit necessarium carnem per ieiunia comprimere, nec satisfacere per ieiunia, quia potest fieri satisfactio per eleemosynam, vel orationem, etiam ꝗa satisfactio debita Deo qualis fit per ieiunia, non est simpliciter necessaria in hac vita, cum possit homo satisfacere post mortem: ideo Christus ieiunia sub præcepto non instituit, quia solas res simpliciter necessarias ad bene viuere sub præcepto imposuit. etiā non fuit conueniens, quòd Christus ieiuniorum legem imponeret, quia tunc traderet eā sub aliquo certo modo, & oporteret illam obseruare tota Ecclesia, & quia lex Christi a toto orbe recipienda erat, obligarentur omnes homines ad ieiunia, non tamen cōpetit omnibus hominibus ijdem modus ieiunandi, sicut nec ijdem cibi apud omnes gentes. ideo non fuit conueniens Christum sub præcepto ieiunia aliqua instituere.

Alia etiam causa fuit præcipua, quia nullum præceptum Christi est dispensabile per aliquem hominem: si ergo Christus instituisset ieiunia, nullo modo fuissent dispensabilia. hoc autem erat inconueniens, quia ex multis causis conueniens est, quòd liceat homini absoluere se a debito ieiunandi, quia aliàs incidere rent multa inconuenientia: ideo non decuit, quòd Christus sub præcepto poneret ieiunium aliquod: etiam patet, quòd non fuit conueniens poni sub consilio, quia consilia sunt de illis per quæ homo efficitur perfectus infra decimonono, si vis esse perfectus vade, & vende vniuersa, quæ ha. &c. charitas autem est per quām homo perfectus efficitur: ideo illi actus cadunt sub consilio, qui pertinent propriè ad charitatem Dei; & proximi. ieiunare autem secundum se non est opus charitatis, sed pęnitentiæ, vel satisfactionis, & non dicit secundum se aliquam perfectionem nisi inquantum potest prodesse ad aliquid. Consilia autem dicunt immediatè perfectionem, ideo propriè non debuit poni ieiunium inter consilia, quia quantum est aliquod consilium de opere perfectiori tanto pertinet ad maiorem charitatem, possunt tamen esse magna ieiunia cum parua charitate: ideo ieiunium non perficit hominem, sicut alia opera, quæ Christus posuit sub consilio. potest dici tamen, quòd ieiunium pertinet ad consilium inquantum omne opus supererogationis, idest, quòd non cadit sub præcepto dicitur ad consilium pertinere: Christus ergo non posuit consilia expressè nisi de rebus illis, quę pertinent ad excellentem charitatem, ieiunium autem, quia non erat tale, non fuit ab eo positum expressè sub consilio, & tamen tacitè posuit illud sub consilio, indicans quòd vtile erat ad aliqua cum dixit infra 17. hoc genus dęmoniorum non eijcitur nisi in ieiunio, & oratione & infra 9. significauit, quòd discipuli sui aliquo tempore ieiunaturi essent, ipse quoque, in aliquo nobis ieiuniorum doctrinam tradidit inquātum ieiunauit 40. diebus supra 4. & Luc. 4.

Ad primum dicendum, ꝙ Christus non pręcepit nobis ieiunare, sed præsupposuit, ꝙ aliquādo ieiunaturi essemus, s. quia ieiunare erat actus pęnitentię, & ꝗa ipse prædicauerat pęnitentiam supra 4. præsupponebatur, ꝙ aliquando ieiunaremus, non tamen erat necesse simpliciter, quia potest alio modo pęnitentia fieri nullo ieiunio facto. Christus ergo non præcepit hic ieiunare, sed quia sciebat, quòd aliquando ieiunaturi essemus tradidit nobis doctrinam, quàm seruaremus ieiunando.

Ad secundum dicendum, ꝙ Christus non pręcepit ibi ieiunare post absentiam suam, sed pręnunciauit, quòd discipuli ieiunaturi essent post mortem eius, quia tunc erat tempus luctus, & afflictionis: etiā dedit ibi Christus aliam causam quare discipuli sui eo viuente non ieiunabant. s. quia nemo mittit vinum nouum in veteres vtres, idest, quòd discipuli erant noui in doctrina Christi, & non oportebat immediatè exercitare eos in rebus duris, & difficilibus. mortuo autem eo essent iam viri, & assuefacti, & tunc possent ieiunare, & ieiunarent.

Ad tertium dicendum, quòd sub pręceptis, & consilijs comprehenditur omne bonum quod quis facere potest, non tamen determinatè ponuntur omnia bona, quæ quis potest facere, sed exprimuntur aliqua, & ita verum est, ꝙ ieiunium Christus non posuit sub præcepto, & ideo pertinebat ad consilium, quia tamē non erat de illis consilijs, quæ dicunt magnam perfectionem non expressit Christus illud, sicut expressit quędam alia.

An fuit conueniens, quòd Ecclesia instituerit aliqua ieiunia sub præcep. Et quæ conditio sit præceptorum Christi, & Moysi. Quæst. CXXXI.

Quæritur an fuit conueniens, quòd Ecclesia poneret ieiunium sub præcepto.

Dicunt quidam, quòd non, quia pręcepta non dantur de operibus supererogationis, quia illa pertinent ad consilium: ieiunium autem est huiusmodi: ideo non debuit poni sub pręcepto.

Item dicit. g. super illud. Psal. 44. omnis gloria eius filiæ regis ab intus, quòd gloria Ecclesiæ consistit in interioribus virtutibus, sicut sunt spes, fides, charitas, omne tamen pręceptum Ecclesiæ ordinatur ad gloriam Ecclesiæ: ergo debet dari de solis interioribus operibus: ieiunium autem consistit in exterioribus: ergo non debuit imponi ab Ecclesia sub præcepto.

Itē imponere ieiunia sub præcepto est imponere obseruantias, quæ militant contra libertatem legis Christi, nam dicitur lex Christi esse libertatis, & lex Moysi esse seruilis. ad Gala. quarto, & quinto, & hoc propter multitudinem obseruantiarum cęremonialium veteris testamenti, ita vt viderentur importabiles Actuum decimoquinto, hoc est onus, ꝙ nec nos nec patres nostri ferre potuimus: ergo non deberit esse obseruantiæ istę in nouo testamento. vnde Augustinus increpat quosdam introducentes multas cęremonias in nouo testamento in lib. ad inquisitiones Ianuarij, scilicet, quidam ipsam religionem nostram quam manifestissimis, & paucissimis celebrationum sacramentis

sacramentis Dei misericordia voluit esse liberum seruilibus premunt oneribus, non ergo debent in ea imponi ieiunia sub pręcepto.

Dicendum, quòd per Ecclesiam imposita fuerunt multa ieiunia, & omnia obligant, quia posita sunt sub præcepto. nam Ecclesia per statum suum obligat fideles, sicut si esset Dei præceptum, quia Christus dixit discipulis, qui vos audit me audit infra decimo: ergo sicut præceptum Christi seruandum est, ita præceptum prælatorum Ecclesiæ, Ecclesia tamen statuit super ieiunijs: ergo sub præcepto tenemur ad ieiunia.

Item dicit Hierony. ad Lucinum, & habetur 76. distin. cap. vtinam. quòd de ieiunijs vnaquæque prouincia abundet in suo sensu, & præcepta maiorum leges Apostolicas arbitretur: ergo statuta de ieiunio facta a maioribus, idest, a prælatis Ecclesiæ obligant, sicut leges Apostolicæ, illæ tamen si essent simpliciter obligarent: ergo ieiunium sub præcepto cadit.

Amplius Dicendum est, quòd fuit conueniens statuere Ecclesiam aliqua ieiunia, quia ad prælatos Ecclesiæ pertinet habere curam de fidelibus, sicut ad principes sęculares de tota republica. Principes tamen sęculares tradunt pręcepta legalia de omnibus illis, quæ putant esse vtilia reipublice determinando in particulari ipsa, quæ vniuersaliter continebantur in iure naturali, ita ergo ad prelatos Ecclesię pertinebit dare leges præcipiendo ea, quę pertinent ad communem statum fidelium in spirituali profectu, principes tamen sęculi per legem disponunt de cibis reipublicæ inquantum pertinēt, & ad sanitatem, & bonam habitudinem corporalem, vt dicit Aristote. decimo Ethicorum. s. quòd ad legem Politicam pertinet ordinare nutritiones iuuenum, & adinuentiones ipsorum virorum, idest, studia & opera, vt arceantur a malis, & ad bona perducantur. pertinebit ergo ad pręlatos Ecclesię ordinare de cibis fidelium inquantum pertinēt ad salutem spiritualem. hoc autem est, quòd aliquando fideles ieiunent, & tamen valde pertinet ad salutem spiritualem ieiunare, tam vt abstineatur a vitijs carnis, quàm vt satisfiat de peccatis præteritis, & propter multa de quibus dicetur infra quęstione 174. fuit ergo conueniens, quòd Ecclesia institueret ieiunia aliqua sub præcepto, & ita instituit multa, & quotidie potest instituere, si viderit opportunum.

Ad primum dicendum, quòd supererogatio est duplex, quædam quæ nullo modo pertinet ad necessitatem salutis, & ista nunquam cadit sub pręcepto, sed sub consilio, vt seruare virginitatem prima Corintio. septimo. Alia pertinet aliquo modo ad necessitatē salutis sumendo eam generaliter, determinando tamen ad talem, vel talem modum non est de necessitate salutis, & de talibus potest dari præceptum immo debet dari, ita est de ieiunio. nam est ieiunium ad reprimendum vitia carnis, quia illa concupiscit aduersus spiritum ad Galatas quinto, istud autem, & similia est commune ad omnes fideles Iaco. tertio, in multis offendimus omnes: fuit ergo conueniens dari aliqua remedia generalia ad omnes fideles, & tale est ieiunium: ideo Ecclesia debuit instituere aliqua ieiunia.

Ad secundum dicendum, quòd pulchritudo spiritualis Ecclesiæ, & cuiuslibet hominis consistit principaliter in actibus interioribus, & maxime in virtutibus, quę habent actus pure spirituales, vt sunt spes fides charitas. nam per istas colitur Deus, vt ait Augustinus in Enchiridion. actus tamen boni exteriores pertinent ad spiritualem pulchritudinem inquantum illi imperantur a virtutibus interioribus, quę faciunt, & conseruant interiorem decorem, & sic est

F ieiunium: minus tamen pertinent ad spiritualem decorem exteriores actus quàm interiores, quia non sunt boni nisi inquantum ab interioribus progrediuntur.

Ad tertium dicendum, quòd lex Christi consistit pręcipue in charitate infra 22. scilicet, in hoc pendent leges, & prophetę. ideo occupatio fidelium debet esse circa dilectionem Dei, & proximi. non ergo debet lex, vel status fidelium repleri obseruantijs, ne pre multitudine obseruantiarum auertatur animus ab operibus necessarijs, scilicet, charitatis. sicut Christus redarguit Pharisæos, quia tendebant ad paruas cęremonias, & omittebant ea, quę erant præcipua in lege, scilicet, misericordiam, & iudicium infra duode-
G cimo, & vigesimotertio. in lege Moysi erat aliquis modus talium obseruantiarum, quia tot erant cęremonię, quòd satis erat homini obseruare illas, etiam non attendendo ad alia, tales autem cęremonię causabant seruitutem, & non sunt introducendę in nouo testamento, quòd tamen sint aliquę obseruantię deuotę, & vtiles ab reprimendam peccata non est seruitus, sed potius liberari a seruitute peccatorum, quia illa repugnat libertati spirituali. nam debet esse nobis libertas ab oneribus obseruantiarum, non tamen tanta libertas, quòd vertatur nobis in occasionem peccandi. sic dicitur ad Galatas quinto, vos autem fratres in libertatem vocati estis tantum ne libertatem detis in occasionem carnis.

H Sciendum autem, quę sunt cęremonie vtiles fidelibus, & deuotę, non est standum iudicio cuiuslibet, sed solum Ecclesię, idest, prælatorum: & ideo cęremoniæ illę, quę introducuntur ab Ecclesia, vt obseruentur debent obseruari, & ita est de ieiunijs ab Ecclesia impositis, & hoc non improbat Augustinus, sed solum illas obseruantias, quę nec sanctarum scripturarum auctoritatibus continentur, nec in concilijs Episcoporum statutę inueniuntur, nec consuetudine vniuersalis Ecclesię roboratę sunt, vt dicitur ibidem: tales autem velle introducere cęremonias ad hoc, quòd obseruari debeant malum est.

Vnde ieiunium habuit ortum. Et quòd tripliciter accipitur. Quæst. CXXXII.

I

QVAERITVR de ieiunio vnde habuit ortum.

Dicendum, quòd si quęramus quis fuit prius ieiunans sciri non potest: constat. n. quòd ieiunia sunt antiquissima, & in omni tempore quo homines cognouerunt Deum, fuerunt ieiunia, vnde antequam daretur lex Moysi ieiunia erant, vt præsupponitur Nume. 30. scilicet, si vouerit, vt per ieiunium, vel ceterarum rerum abstinentiam affligat animam suam, vnde non habuit ieiunium ortum a lege Dei, sed in lege naturę secundum rectam rationem ortum est: ex quo apparet, quòd sit antiquissi-
K mum, quia ea, quę per legem naturę, vel rationem ortum habent antiquissima sunt: motiua etiam quę sunt ad ieiunandum ostendunt, quòd istud ieiuniū sit antiquissimum. Fuit enim ieiunium a principio introductum inter homines ad significandum tristitiam, quia ieiunium est quędam poena cum subtrahat homo sibi cibos aliquo modo necessarios: nam delectatio sensibilis hominis, quę maxime cognita est, est corporalis, vt dicitur septimo Ethicorum circa finem, ista autem consistit pręcipue in tactu, & gustu circa quos temperantia est, vt dicitur tertio Ethicorum cap. de temperantia, subtractio ergo istarum delectationum est tristitia hominis, & quia delectatio gustus est in cibo, & potu,

A quæ tolluntur, vel minuuntur per ieiunium, pertinet ieiunium communiter ad tristitiam, & propter hoc homines ab antiquo, qui volebant tristari, vel se tristes ostendere ieiunabant, & quia homines pro mortuis solent plangere, & affligere se, fuit consuetum apud antiquos, quòd quando faciebant planctum solemnem pro aliquo, quòd inter cęteras afflictiones etiam tunc ieiunarent, vt per hoc tristes se ostenderent sic dicitur primo Reg. trigesimoprimo, quod viri Iabes tulerunt cadauera Saul. & filiorum eius, & combusserunt ea, & sepelierunt in nemore Iabes. & ieiunauerunt septem diebus, idem patet. primo Paralipo. decimo: etiam quando Dauid, & viri sui audierunt Saulem, & filios eius corruisse in bello, planxerunt fletu magno, & ieiunauerunt tota die vsque ad
B vesperam 2. Regum primo, sic etiam quando Ioab occidit Abner principem exercitus Isboseth in dolo, doluit valde Dauid, & venit multitudo populi, vt consolaretur eum, & vt sumeret cibum cum illo, & ille noluit consolari nec comedere, sed iurauit, quòd vsque ad solis occasum non comederet, secundo Regum tertio, & hoc erat, quia nolebat cessare a planctu pro Abner, & tamen si solueret ieiunium cessaret per hoc a planctu: voluit ergo ieiunare vsque ad vesperam.

Ex hoc etiam sequebatur, quòd si homines volebant esse tristes, vel ostendere tristitiam propter aliqua mala, quæ eis acciderant ieiunabant. sic innuitur
C Zacha. 8. cum Deus dicit Israelitis ieiunium quarti, & ieiunium quinti. &c. domui Iudę. & Ierusalem in dies festos vertetur, & in gaudium, in quo innuitur, quòd ieiunium opponitur gaudio, & lętitiæ festiuæ, & sic erat, quia Iudæi faciebant illa ieiunia anniuersarie in memoriam quorundam malorum, quę eis acciderant, vt dicetur infra quęstion 134. patet etiam hoc ex modo loquendi Christi infra nono, & Mar. secundo, & Luc. quinto. s. non possunt filij sponsi lugere quandiu cum illis est sponsus, venient autem dies in quibus auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt, & sic in pręsentia sponsi, idest, tempore nuptiarum, quę est festiuitas non possunt filij sponsi, idest, sodales eius lugere nec ieiunare, sed cum sponsus fuerit ab eis ablatus per mortem, vel alias, ita quod videre eum
D non possint, tunc lugebunt, & ieiunabunt, & sic pro tristitia est ieiunium, & patet maxime, quia vbi Matthęus dixit infra nono, nõ possunt filij sponsi lugere, dicitur Mar. 2. non possunt filij sponsi ieiunare, in quo innuitur, quod ieiunare, & lugere idem sunt, & ita etiam Luc. quinto, dicitur ieiunare pro lugere: ista ergo duo accipiebantur tanquam contraria, scilicet, habere diem festum, & ieiunare, sicut ridere, & lugere, & ita Esdras suasit populo, quòd in die festo non lugerent, sed comederent, & biberent, & mitterent partes pauperibus, & tamen lugebant illi pro peccatis suis, vt patet primo Esdrę decimo: sic etiam Christus hic dixit, tu autem cum ieiunas vnge caput
E tuum oleo, & faciem tuam laua, & hoc dixit, quia ista pertinebant ad festiuitatem, & in festiuitate nemo ieiunabat, & sic posset quilibet ostendere se non ieiunare, sic dicit Hieronymus super Matth. scilicet, loquitur iuxta ritum prouincię Palestinę vbi diebus festis solent vngere capita. pręcipit ergo vt quando ieiunamus lętos, & festiuos nos esse monstremus. Ex hoc apparet, quòd ieiunium est antiquissimum cum fuerit introductum ad luctum mortuorum, & etiam ad ostendendum tristitiam pro malis, quę homo patitur, vel ei acciderunt, lugere tamen mortuos, & tristitiam ostendere pro malis, quę patimur a principio sęculi est. ideo ex tunc est ieiunium.

Aliud motiuum ieiunij est propter Deum, & hoc potest esse tripliciter. Vno modo inquantum est actus latrię. Alio modo inquantum est ad impetrandum. Tertio inquantum est ad satisfaciendum.

Primo modo est proprie actus latrię: nam Deo inquantum est Dominus noster, & creator, & gubernator, tenemur exhibere honorem quendam: etiam si nihil ab eo expectaremus recipere, & hoc modo laudamus ipsum orando: sic etiam propter ipsum ieiunare possumus, inquantum per hoc quendam honorẽ exhibemus ei, & possumus per hoc expectare ab ipso retributionem, sicut pro omnibus bonis operibus, & hoc modo loquitur Christus, scilicet, tu autem cum ieiunas &c. & pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.

Secundo modo fit ieiunium ad impetrandum aliquid a Deo, vt si aliqui sunt in tribulationibus, & petunt a Deo liberari ieiunant, vt hoc obtineant, sic patet de rege Iosaphat, qui putans se non posse resistere hostibus ieiunauit cum toto populo, secundo Paralip. vigesimo: sic etiam Iudęi quãdo Holophernes voluit vastare totam terram eorum per omnia loca ieiunabant. Iudith quarto, & sexto. & sic Niniuitæ quando petiuerunt, ne subuerteretur Niniue, Ionę tertio, & tunc est ieiunium per modum orationis, quia sicut est oratio ad impetrandum, ita etiam ieiunium, & quando ambo fuerint simul melius est sic dicitur Tobię 12. bona est oratio cum ieiunio: nam ad hoc, quod quis facilius impetret non sufficit orare solum, sed etiam ieiunare, vt ait Augustinus lib. quęstio. vete. testam. & habetur trigesimotertio quęstione quinta, capitu. Christiano, scilicet, temporibus ieiuniorum ab vxore abstinẽdum est, quia etiã a licitis abstinendum est, vt facilius impetrari possit quod postulatur.

Tertio modo est ieiunium actus pęnitentię inquãtum est recompensatio quædam pęnę pro peccatis commissis, & isto modo ieiunium imponitur illis quibus iubetur pęnitentiam agere, & de hoc etiam sępe scriptura loquitur, & potest intelligi, quòd habetur Num. trigesimo, scilicet, si per ieiunium, vel cęterarum rerum abstinentiam affligat animam suam: affligere tamen est punire se quod maxime pertinet ad recompensationem pęnarum debitarum pro peccatis. Ex his etiam patet, quod ieiunium etiam sit antiquissimum, quia cum Deus a principio sęculi fuerit a multis hominibus cognitus, illi exhiberent ei cultum latrię, & orarent ad ipsum pro liberatione ab angustijs, & satisfacere vellent pro aliquibus peccatis, & pro his facerent ieiunium.

An in lege veteri fuerint aliqua ieiunia sub precepto, & quare ibi fuerunt cum in noua nullum sit sub precepto. Et quid contritio ac satisfactio.

Quæst. CXXXIII.

QVAERITVR an in lege veteri fuerunt aliqua ieiunia sub pręcepto, & quare ibi fuerunt, cum in noua nullum sit sub pręcepto.

Dicendum, quòd apud Iudęos fuerunt ieiunia multa, sicut dixerunt discipuli Ioannis ad Christum quare nos, & Pharisęi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? infra nono, & Luc. quinto, quędam tamen istorum fuerunt introducta ex lege, alia vero ex voluntate Iudęorum de quibus dicetur sequenti quęstione. ex lege solum fuit introductum vnum ieiunium proprie loquendo, pro hoc tamen dicendum, quod ieiunium dicit subtractionem cibi, & hoc ad macerandam carnem, large ergo quęcunque cibi subtractio, vel afflictio carnis in cibo,

in cibo potest vocari ieiunium, & hoc modo dies azymorum apud Iudæos vocabantur ieiunium, quia per septem dies non licebat eis mãducare panem fermentatum, Exodi duodecimo, sed manducabant panes azymos, & illi inducunt quandam afflictionem carnis, quia nec sunt suaues gustui, nec vtiles stomacho, & maxime quando incipiunt durescere: ideo vocantur afflictionis Deuteronom. decimosexto, septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem, & ita poterant dies azymorum vocari dies ieiunij accipiendo large, & tamen non vocabantur, quia in his diebus non cogebantur Iudæi abstinere ab aliquo cibo nisi a pane fermentato, cętera autem comedere poterant, sicut solebant, & quoties vellent quotidie. ideo dies ieiunij propriè non erat apud Iudæos ex præcepto legis nisi vnicus, scilicet, dies propitiationis. Leui. decimosexto, & vigesimotertio: nam in hac die Deus iubebat Iudęis, quòd affligerent animas suas, & quicunque non affligeret se periret de populo, & erat ista afflictio in abstinendo a cibo, & ab omnibus delectationibus.

Sed tunc dicetur quare in veteri testamento fuerunt imposita aliqua ieiunia, & non in nouo, cum potius debuissent poni in nouo, quia ieiunium est opus bonum, & tamen ad bonum perfectius mouentur homines per legem Christi, quàm per legem Moysi, quia lex Moysi erat imperfecta, & data hominibus imperfectis, lex autem Christi perfecta est.

Dicendum, quòd in veteri testamento erant multa figuralia, quæ in nouo non fuerunt, quoniam omnia in figura Iudæis contingebant. prima Corint. decimo, & hoc, quia lex illa habebat quasi quandam vmbram, vel imaginem leuem bonorum futurorum, & ad hoc pertinet esse figuram ad Hebrę. decimo, vmbram futurorum bonorum lex continet. ista autem figuralia erant aliqua sensibilia exterius facta, & sic talia debuerunt esse in lege Moysi, & tale fuit hoc ieiunium. nam Deus voluit Iudęis ostendere, quòd ipse remitteret omnia peccata ad se conuersis, & pro illis peccatis oportebat, quòd homo faceret pęnitentiam, ad hoc autem iussit fieri confessionem omnium peccatorum super caput hirci. Leui. decimosexto, non quidem, quòd peccata pronunciare super caput hirci esset alicuius vtilitatis, sed vt per hoc ostenderetur, quòd homo debet peccata sua Deo manifestare, licet illa sciat dolendo de illis, & proponendo satisfacere, & ad hoc iussum est Iudæis, quòd affligerent se illa die ieiunando, per quod significatur contritio, & satisfactio. nam contritio est afflictio cordis, satisfactio autem est afflictio operis, siue in opere. vnde magis fuit ieiunium istud Iudæorum ad significandum quàm ad aliquid efficiendum, quia non fiebat per illud ieiunium perfecta satisfactio pro omnibus peccatis, maxime, quia tunc Iudęi non confitebantur singulariter peccata sua quasi singuli pro peccatis suis satisfacere vellent, sed solum peccata populi. fuit ergo hoc ieiunium ad significationem, in nouo autem testamento nihil ponitur ad significationem: ideo non oportuit poni tale ieiunium: nam etiam si ieiunium sit opus satisfactionis pertinẽs ad pęnitentiam, nõ oportuit, quòd in nouo testamento poneretur sub pręcepto, quia alij modi sunt satisfaciendi pręter ieiuniũ, Christus tamen non posuit sub præcepto nisi ea, quæ erant simpliciter necessaria, nec tamen sequitur ex hoc, quòd lex veteris testamenti esset perfectior tanquam iubens plura bona, quia non iussit fieri ieiunium istud tanquam pertinens ad perfectionem operis, sed principaliter ad significationem, nã

F aliàs plura ieiunia imposuisset: nam vnicum diem in toto anno ieiunare nihil esse videtur.

Quæ ieiunia erant non per legem apud Iudæos introducta. Et qui modus ieiunandi Iudæorum, Saracenorum, & Christianorum, & in quo concordant. Quæst. CXXXIIII.

QVAERETVR de alijs ieiunijs, quæ apud Iudæos introducta fuerunt non per legem.

Etiam dicendum, quòd ista erant duplicia. Quędam pertinebant specialiter ad aliquos
G homines. Alia vero ad totum populum. Etant nanque inter Iudæos aliqui habentes vitam religiosiorem, & isti multa ieiunia faciebant, sic erat de Pharisæis, qui reliquo populo sanctiores videri volebant: sic etiam erat de discipulis Ioannis Baptistæ quos ipse erudiebat ad aliquem modum sanctitatis: nam etiam isti ieiunabant sępe infra nono, & Marci secundo, vbi discipuli Ioannis dixerunt Christo, quare nos, & Pharisęi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? & maxime competabat hoc discipulis Ioannis, quia Ioannes prædicabat pęnitentiam dicens pęnitentiam agite supra tertio: ad pęnitẽtiam autem pertinet seipsum affligere, quod fit per ieiunium: ideo ieiunia frequentabant discipuli Ioan-
H nis, & etiam Pharisęi, quia Pharisęi veniebant ad Ioannem, & baptizabantur ab eo, quibus Ioannes dicebat facite fructus dignos pęnitentiæ supra tertio, & Luc. tertio: ipsi ergo ieiunarent tanquam in ieiunio consisteret totus fructus pęnitentiæ: sic etiam fuerunt inter Iudæos aliæ sectæ, sicut Esenorum, & Saducęorum, qui habebant diuersos modos viuendi, & Eseni maxime ieiunijs vacabant, de quibus dictum est supra 3.

Alia erant ieiunia toti populo communia, quæ per modum statuti, vel legis ab omnibus Iudæis obseruabantur, & illa sunt de quibus dicitur Zachar. octauo. Ieiunium quarti: ieiunium quinti, ieiunium septimi, ieiunium decimi in gaudium, & dies festos
I vertetur domui Iuda, & Ierusalem. ista ieiunia, quæ fiebant in quatuor mensibus, scilicet, quarto, & quinto, septimo, & decimo non fuerunt a Deo præcepta, sed a populo introducta in memoriam alicuius tristitiæ, & malorum, quæ Iudæi tolerauerunt, & ad repręsentandum anniuersarie illam tristitiam ieiunabant illis temporibus, quibus tolerauerant ista mala.

Ieiunium quarti mẽsis fiebat a Iudęis propter duo. Primo propter fractionem tabularum legis, quia in quarto mense Iudęorum, idest, in Iulio die septima, vel decima, vt ipsi putant, Moyses descendens de monte accepta lege, cum videret, quòd populus colebat vitulum confregit tabulas ad radicem montis.
K Exodi trigesimosecundo, & Deuteronom. nono. Secundo propter captiuitatem Iudęorum, & captionem vrbis Ierusalem: nam hoc tempore in mense Iulij muri ciuitatis per Caldæos rupti sunt.

Ieiunium quinti mensis fuit propter alia tria, licet causa institutionis eius a principio solum duplex fuit. Prima fuit, quia hoc mense redeuntibus exploratoribus de terra promissionis murmurauit populus, & pro hoc iussi sunt manere in deserto quadraginta annis Numeri decimoquarto, cum aliàs immediate intraturi essent in terram promissam. Secunda fuit, quia in mense quinto, idest, Augusto Nabuchodonosor, & Caldæi ingressi Ierusalem succenderunt templum Domini, & subuerterunt illud. hoc etiam mense post multa tempora capta iterum Ierusalem

rusalem a Romanis sub Tito, & Vespasiano post Christi mortem euersum, & succensum est templum, & multa millia Iudęorum cęsa sunt, Iudæi tamen propter duo prima istorum instituerunt ieiunium istud, quia quando Deus per Zachariam dixit hoc, scilicet, ieiunium quarti &c. nondum acciderat euersio templi per Romanos: nunc tamen a Iudæis obseruatur istud ieiunium propter omnes istas causas.

Ieiunium septimi putant aliqui esse Ieiunium diei propitiationis quod fiebat mense septimo die decima mensis Leui. decimosexto, & vigesimotertio, & tamen falsum est, quia Deus significabat, quòd ista ieiunia mutarentur a Iudęis, quia dictum est ieiunium quarti &c. erit in gaudium, & dies festos, & tamen de ieiunio diei propitiationis non potest intelligi, quia illud erat ieiunium legis, & nunquam cessaturum erat quandiu lex duraret. Ieiunium autem quod fiebat ex voluntate Iudæorum in memoriam alicuius tristitiæ, si aduenirer postea contraria lętitia poterat conuenienter mutari, & hoc innuitur cum dicitur, quòd verteretur in gaudium, & dies festos: ideo dicendum, vt vult Hieronymus, quòd fuit istud ieiunium mense septimo, quia tunc occisus est Godolias, qui relictus fuerat a Caldæis princeps terrę Iudæorum, & propter mortem illius omnes Iudęi, qui relicti fuerant in terra, fugerunt in Aegyptum quarto Regum vigesimoquinto, & Ieremia quadragesimosecundo, & non reuersi sunt amplius in terram suam eodem cap. sed mansit terra Iudæorum sine habitatore per septuaginta annos quousque redierunt Iudæi, qui ducti fuerunt in Babylonem, & propter hoc Iudęi ieiunauerunt, quia ista fuit eis magna desolatio.

Ieiunium decimi mensis, qui coincidit cum Ianuario nostro factum fuit a Iudæis propter planctum quem Iudęi existentes in Babylone habuerunt, cognito quòd templum Dei esset succensum, & ciuitas destructa: nam ante illam captiuitatem erant multi de Iudæis in Babylone, qui ante hoc per regem Nabuchodonosor translati fuerant sub rege Ioachin rege Iuda, vt ostensum est late supra secundo cap. quæstione nonagesimaprima, & erant ibi Daniel, & Ezechiel Prophetę, & cum succensio templi, & vrbis facta fuisset mense quinto, Iudęi in Babylone existentes cognouerunt hoc mense decimo, & tunc ieiunauerunt: ista igitur erant ieiunia communia Iudęorum, quæ per legem non fuerunt introducta, sed ex volũtate populi de his Hier. super Zacha. & patet 76. distin. cap. ieiunium, & hoc est quantum ad ieiunia Iudęorum.

Considerandum autem, quòd ieiunia Iudæorum, siue introducta ex lege, siue per eorum voluntatem aliquo modo concordant cum nostris, sed non in totum: nam ipsi die ieiunij carnibus vescuntur, & tamẽ per totam diem nihil comedunt. Sic etiam alię gentes ieiunant, vt sarraceni, quorum ieiunium turpe est, Ecclesia autem a carnibus abstinere facit in ieiunio, semel tamen per diem cibum sumere concedit: omnes ergo gentes ieiunantes concordant in hoc, quòd carnem macerant subtrahendo sibi cibum, & tamen in cęremonijs specialibus ieiunij non concordant: ideo quandocunque de ieiunio loquimur, intelligitur ieiunium illud quod Ecclesia instituit, quia ipsa introduxit cęremonias rationabiles ieiunandi.

A *An violans ieiunium Ecclesiæ peccet semper mortaliter. Et quæ proprie appellantur præcepta positiua, & præcepta iuris naturalis. Et quòd omnia præcepta legis Christi sunt naturalia. Quæst. CXXXV.*

QVAERATVR an violans ieiunium Ecclesię peccet semper mortaliter.

Dicendum, quòd pręceptũ obligat, ita quòd si non fiat pęnam habet, vt ait Augu. 14. quęst. 1. cap. quisquis, & cap. quod præcipitur, & dicitur, quòd habet pęnam. s. peccati mortalis, vt solet exponi. Ecclesia autem sub pręcepto instituit
B ieiunia: ideo videtur, quòd transgressio eorum peccatum mortale sit. Dicendum tamen, quòd præcepta Ecclesiæ sunt præcepta iuris positiui, sunt autem positiua illa, quę antequam fiant non differt, sic vel sic fieri, differt autem postquam fuerunt posita, vt dicitur 5. Ethic.

Pręcepta autem iuris naturalis sunt de bono necessario, & de malo quod necesse est vitari: & ideo differt sic vel sic esse: ideo contra præcepta iuris naturalis nemo potest agere in aliquo casu, quin peccet mortaliter. Et ita est de pręceptis legis Christi, quia ipse nihil posuit quod esset pure positiuum, sed ea, quæ aliàs naturaliter obligabant: ideo quandocunque fiat aliquid contra Christi legem, peccatum mor-
C tale est. Secus autem est de pręceptis Ecclesię, quia illa sunt ius positiuum, & talia non dicunt bonum necessarium, sed illud per quod homo dirigitur ad bonum, & principalem vim obligandi habent ex institutione legislatoris, & intentione eius: nam ipse vult illa obligare inquantum dirigunt hominem ad id quod est simpliciter bonum. Cõtingit autem, quòd in aliquo casu obseruatio eorum potius impediat rectitudinem ad verum bonum, & tunc obseruare talia præcepta non est de intentione legislatoris, & ille, qui obseruaret, licet concordaret verbis legis, non cõcordaret intentioni legislatoris.

Ita autem est de ieiunijs, quia instituta sunt ab Ecclesia, vt hominem dirigant in bonum. s. vt non dominentur in eo vitia carnis, & propter alias causas.
D si tamen in omni casu ieiunandum esset quando Ecclesia pręcipit, acciderent inconuenientia, vt siquis esset languens, vel si alicui accideret subito aliqua fames, quòd si non comederet videretur moriturus, & similia accidentia: nam in talibus non solum licitum est frangere ieiunium, sed etiam peccatum esset siquis subijceret se periculis, vt ieiunium non frangeret. Ideo dicendum est, quòd non est necesse, quod omnes frangentes ieiunia Ecclesiæ peccent mortaliter, sed quicunque frangit illa ex contemptu peccat semper mortaliter. s. quia putat, quòd Ecclesia non obligat eum, id est, non potest obligare, vel non curat de illa obligatione, & quidquid fiet ex tali contemptu etiam si esset circa leuissimas cęremonias mortale peccatum erit. Etiam quia requiritur, quòd
E quicunque frangere vult ieiunium habeat causam rationabilem ad hoc faciendum talem, quam si legislator vidisset dispensaret cum eo, vel non obligasset ad ieiunandum, & tunc poterit ieiunium frangere sine peccato mortali, & sic aliquando frangens ieiunium peccat mortaliter, vt si nullam causam habeat rationabilem, cum aũt habent causam aliqñ nihil peccãt, aliqñ autem venialiter solum s̃m differentiam causę pro qua ieiunium soluunt. Aliqui autem ad pauca aduertentes dixerunt, quòd non peccet mortaliter frãgens ieiunium Ecclesiæ nisi agat ex contemptu, ẽt si non sit aliqua causa frangendi. Est enim istud absurdum, quia tunc præcepta Ecclesiæ data de moribus nihil obligarent quod falsum est, quia ẽt agens

contra

contra legem humanam datam de moribus dirigendis, ideſt, non de modo ordinandi iudicia, & actiones formales, ſed de vita hoīs dirigenda peccat mortaliter: ergo a fortiori agens contra legem Eccleſiæ datam de moribus: nam ſi ſolus contemptus cauſaret peccatum mortale lex Eccleſiæ per ſe nihil faceret, quia etiam vbi nulla lex poſita eſt ſiquis contemnat ea, quæ in Eccleſia ſunt, vt ſi contemnat quācunque cęremoniam mortaliter peccat: ſic enim Deus conqueritur contra Sacerdotes, qui dicebant menſa Domini polluta eſt, ideſt, altare Dei Mala. 1. debet ergo dici, quòd agens contra quodcunque præceptum Eccleſiæ datum de moribus peccat mortaliter, non ſolum ſi ex contemptu agit, ſed etiam ſi non habet iuſtam cauſam ad hoc agendum, & ita eſt in ieiunijs: ideo neceſſe eſt, quòd frangens ieiunium habeat iuſtam cauſam ad hoc faciendum, alias peccabit mortaliter.

An aliquis poſſit peccare propter multum ieiunium.
Quæſt. CXXXVI.

QVAERO an poſſit aliquis peccare propter multum ieiunium.

Aliqui dicunt, ꝙ non, quia ieiunare eſt actus religionis, & pertinet ad dilectionem Dei, quia vt ait Grego. in quadam Homil. probatio dilectionis eſt exhibitio operis, & tñ Deus non poteſt diligi ab homine ſupra modum, & quantumcunque diligatur eſt adhuc magis diligibilis cum ſit bonus in infinitum: ergo quātumcunque quis ieiunet, vel alia opera bona faciat pro eo non poteſt excedere. Dicendum, ꝙ aliqn̄ ieiunare multum eſt peccatum, quia ieiunatur ſupra modum: ſic enim beatus Bernardus confitetur ſe peccaſſe in hoc, ꝙ corpus ſuum interdum nimis ieiunio, & vigilijs debilitauit. Pro quo ſciendum. quòd licet aliqua bona opera ſint, non eſt bonum ſemper facere ea in quacunque quantitate: nam ſm Ariſt. primo Politi. aliter iudicandum eſt de fine, & aliter de eis, quæ ſunt ad finem: illud enim quod tanquam finis, quęrit̄ abſque menſura quęrendum eſt. In his autem, quæ ſunt ad finem adhibenda eſt menſura ſm proportionem rei ad finem, ſicut medicus intendens ſanitatem tanquam finem cauſat illam maiorē q̄ pōt, potiones tamen, & medicinas quas ad cauſandum ſanitatem propinat non exhibet quanto maiores poteſt, ſed inquantum credit conuenire ſanitati introducendę: ſic autem eſt in vita, & ſalute ſpirituali, quia dilectio Dei eſt finis omnium operum noſtrorum, & ideo quantomagis potuerimus dilectionem iſtam habere tanto melius eſt, nec eſt in ea exceſſus, quia propter ſeipſam quęrit̄, ieiunia autem vigiliæ peregrinatio, & alia corporalia exercitia, licet bona ſint non quęrunt̄ propter ſeipſa, ſed pp dilectionem Dei, quia ipſa non ſunt finis, ſicut dr̄ ad Rom. 14 ꝙ non eſt regnum Dei eſca, & potus, ſed iſta adhibentur tanquam neceſſaria ad finem. ſ. ad domanda vitia carnis, iuxta illud prima Corin. 9. caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem illud redigo: ne cum alijs prædicauerim ipſe reprobus efficiar: iō iſta exercitia corporalia ſunt adhibenda in quadam menſura rationis ita, vt concupiſcentia reprimatur, & tamen natura non extinguatur. iuxta illud ad Ro. 12. exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentē, & Deo placentem, & ſubditur ibi rationabile ſit obſequium veſtrum. ſiquis ergo incaute per ieiunium aut vigilias, vel ſimiles labores debilitaret naturam ita, vt non ſufficeret ad opera ad quæ alias tenetur, vt prędicator ad pręedicandum, doctor ad docendum, cantor ad canendum, & ita de cęteris, peccat, & ita ſi vir per multa ieiunia debilitaret ſe ita, vt non ſufficeret

F reddere debitum vxori, peccaret ſi hoc faceret ſine eius licentia: tales dicuntur offerre holocauſtum de rapina, vt dicit Hierony. & etiam irrationabiliter agūt ſi propter ieiunia multa debilitant ſe, ita vt non ſufficiant ad alia opera meliora, quę facere poſſent, niſi debilitati eſſent per ieiunia, licet ad illa opera aliàs non tenerentur, & in hoc non eſt dicendum, quòd peccet, qui ita agit, quia non eſt peccatum niſi quando agimus contra id ad quod ſumus obligati, ſi igitur nō ſumus obligati ad iſta magna bona, licet poſſemus illa facere, & omittamus ſolum propter minora non eſt peccatum, eſt tamen irrationabiliter factum, quia potius eligenda erant meliora quàm minus bona, & maxime cum in vtriſque ęqualis labor apponendus G eſt, vel forte maior labor in minoribus bonis, & de hoc dicit Hiero. quòd rationabilis homo dignitatem amittit, qui ieiunia charitati, vel vigilias ſenſus integritati pręfert, & de conſe. diſtin. quinta, capitu. non mediocriter.

Ad primum dicendum, quòd in diligendo Deum, ideſt, in ipſa dilectione, quæ eſt charitatis actus, quantumcunque ſit vehemens, & intenſa non poteſt eſſe exceſſus, ſed ſemper erit melius, & tamē in operibus, quæ ordinantur ad charitatem, ſicut in ieiunio, & vigilijs, & ſimilibus ſecus eſt, quia interdum poteſt eſſe exceſſus ita, vt iam ſint contra charitatem, vt dictum eſt: ideo oportet iſta ſub quadam menſura ra-
H tionis fieri.

An in ieiunio ſtatuto per Eccleſiam poſſit aliquis diſpenſare, & quis. Et quòd diſpenſatio in legibus Eccleſiæ ad ſolos prælatos pertinet, cum neceſſe fuit pręcepta poſitiua eſſe diſpenſabilia. Et quòd præcepta Eccleſiæ ſunt honoranda ſicut præcepta Chriſti. Et in quo differt lex Chriſti a lege Moyſi.
Quæſt. CXXXVII.

QVAERETVR an in ieiunio ſtatuto per Eccleſiam poteſt eſſe diſpenſatio aliqua, ita vt interdum homo non teneatur ad ieiunandum, vel poſſit licite frangi ab aliquo ſine alia diſpenſatione.

Dicunt quidam, quòd non poteſt diſpenſari, quia omnes tenentur ad præcepta Eccleſię, ſicut ad præ-
I cepta Chriſti, quia ipſe dixit Luc. 10. qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit, & loquitur Apoſtolis, qui erant prælati Eccleſiæ, contra præcepta tamen Chriſti nulli facere licet, nec in eis diſpenſare: ergo nec contra præcepta Eccleſiæ, inter quæ ſunt præcepta de ieiunio: ergo non licet in ieiunijs diſpenſare.

Item, quòd vtiliter ſtatutum eſt, non poteſt niſi inutiliter relaxari, ieiunia tamen Eccleſiæ propter magnam vtilitatem ſunt ſtatuta: ergo nocumentum erit diſpenſari in illis, non poteſt fieri tamen diſpenſatio, vt fiant ea, quæ ſunt in damnum Eccleſiæ, quia poteſtas eſt data ſolum prælatis a Chriſto in conſtructionem, & non in deſtructionem ſecūda
K Corinthiorum decimo, & decimotertio: ergo non poterit diſpenſari in ieiunijs.

Item non poteſt inferior diſpenſare in pręcepto ſuperioris, vt ait Bern. lib. de pręceptis, & diſpenſati. quælibet tamen ſingularis perſona eſt inferior Eccleſia: ergo non poteſt aliquis diſpenſare in ieiunijs Eccleſię niſi caput Eccleſiæ, ſcilicet, Chriſtus, vel habens locum capitis, ſcilicet, Papa, alijs autem minoribus videtur, quòd non licebit diſpenſare.

Dicendum, quòd pręcepta Eccleſię de ieiunijs, & omnia alia pręcepta ſunt iuris poſitiui, & per ea iubentur aliqua, quę non ſunt ſimpliciter, & determinate bona, ſed ſolum inquantum ordinant ad id quod eſt ſimpliciter bonum, quale eſt illud quod per

ius

ius naturale fieri præcipitur, prohibentur etiam aliqua in præceptis Ecclesiæ non quæ sunt secundum se mala, sed quia sint occasio ad id quod est secundum se malum, potest tamen contingere, quòd illud quod dirigit hominem ad simpliciter bonum, interdum non dirigat, sed magis impediat, & illud per quod tollitur occasio ad malum, interdum non tollat occasionem, sed potius obseruatum causet maius malum, & in talibus recedere ab obseruatione iuris positiui non solum est licitum, sed etiam est necessarium, & propter hoc necesse fuit iura positiua esse dispensabilia quantum ad errorem suum, quia interdum non concordant cum intentione condentis ea, quę intentio legislatoris fuit per leges facere ciues bonos, & ad virtutem deducere secundo Ethicorum: lex tamen habet vigorem a legislatore: ideo quando discordat ab intentione eius, scilicet, quia non dirigit in bonum, sed est occasio mali non est seruanda, quia hoc potius esset agere contra legem, sicut dicitur. ff. de. ll. l. contra legem, & lege, fraus & de regu. in. lib. sexto in regula certum, scilicet, certum est eum in legem agere, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem, idest, contra voluntatem legislatoris, qui est lex viua. dispensatio ergo est in iure positiuo, ius autem naturale, quia prohibet solum ea, quę simpliciter, & determinate mala sunt, & iubet solum ea, quę sunt simpliciter de necessitate salutis non est dispensabile, quia non est possibile in iure naturali esse errorem aliquem assumendo illud vniuersaliter, licet quædam determinationes aliqualiter particulares iuris naturalis possint interdum effici iniustę, sicut reddere depositum, & seruare fidem promissam, sic patet quinto Ethicorum vbi dicitur iura naturalia esse immutabilia, sicut etiam res naturales sunt immutabiles, vt ignis ardet hic, & in persis: aliquando tamen naturalia iura mutantur, sicut etiam res naturales mutantur, vt hominem habere dextram, & sinistram: est naturale, & tamen contingit interdum ambidextros fieri, præcepta autem Ecclesiæ sunt de iure positiuo: ideo necesse est, quòd sint aliquando dispensabilia: nam licet, vt communiter conueniant, & contineant iustum, tamen propter diuersitates, quæ contingunt circa singularia, non potest in omni casu applicari bene lex ad omnia.

Sicut est in medicina, quia etiam in omnibus patientibus eundem morbum non conuenit eadem medicina propter varietatem, quæ in ipsis accidit, nullum ergo præceptum potest poni generaliter de particularibus, quod in aliquo casu non contingat effici iniustum si obseruetur, & tamen legislator ponit legem vniuersaliter, quia vt communiter bonum est illud quod præcipitur, in casibus autem illis in quibus obseruare legem esset inconueniens, oportet eam omitti, & istud est dispensari in ea.

Ista tamen dispensatio non committitur cuilibet, & hoc pp duo. Primo, quia non iudicaret quilibet bene, an conueniens esset seruare legem, vel non in casu dato: ideo oportuit hoc solum relinqui arbitrio eorum de quibus præsumitur, quòd in hoc iudicando non errarent. Secundo, quia lex habet iurisdictionem quandam, & ideo effectum suum tolli, vel impediri ad tempus, aut diffiniri quando obseruari deberet, non debuit pertinere ad quoslibet, sed solum ad habentes iurisdictionem, quia interpretari, vel diffinire iurisdictio quędam est.

Et propter hoc dispensatio in legibus Ecclesiasticis ad solos prçlatos pertinet. Primo, quia de ipsis pręsumitur, quòd non errabunt iudicando de lege,

A an debeat in casu illo obseruari, vel non cum assumpti fuerint ad hoc, quod præsint, & iudicent. Secundo, quia pręlati iurisdictionem habent, non tamen ex hoc innuitur, quòd quilibet prælatus possit dispensare in quacunque lege Ecclesiastica, sed solum, quòd ad nullum pertinet dispēsare in aliqua lege Ecclesiastica nisi ad prelatum.

De dispensatione autem circa ieiunia est nunc dubium per quem fiat, & si quæratur de Papa non erit dubium quin possit in omnibus ieiunijs dispensare. De alijs autem pręlatis est dicendum, quòd aut ieiunia in quibus dispensare volunt, sunt generalia, & instituta per Ecclesiam conciliariter congregatam, vel per Papam, vel sunt ieiunia Synodaliter instituta in Episcopatu aliquo.

B De secundis non est dubium quin Episcopus possit dispensare in ieiunijs constitutis specialiter in Episcopatu suo, siue per eum, siue per antecessores suos, quia tanta est potestas cuiuslibet Episcopi quanta omnium pręd ecessorum suorum.

Si autem sint ieiunia instituta per totam Ecclesiā videbatur quibusdam, quòd non possent Episcopi dispensare, quia sunt minores.

Dicendum tamen, ꝙ possunt, quia Ecclesia permisit cuicunque prælato dispensationem circa ista: ideo in quibuscunque ieiunijs potest dispensari cum quolibet per pręlatum existente aliqua causa.

De ipso autem ieiunante, qui est persona priuata.

C Dicendum est, ꝙ non potest dispensare secum in ieiunio, tamen quia nemo dispensat proprie secum, quia omnes actus iurisdictionis exercentur ad alterū tamen etiam quia est persona priuata, & tamen dispensare requirit iurisdictionem, existente tamen aliqua causa propter quam non possit commode ieiunare, vt propter ęgritudinem, vel aliàs potest licite frangere ieiunium: etiam non requisita dispensatione prælati, & tamen non dicitur dispensare secum proprie, sed vtitur permissione iuris, quia ius non vult eum obligare, immo in quibusdam casibus non posset eum obligare, vt si esset in necessitate famis, quia D necessitas non subijcitur alicui legi positiuę: etiam quia non potest ius naturale tolli per positiuum, & tamen naturale est homini sustentare naturam quandocunque indigeat: ideo si tempore ieiuniorum accidat nobis aliqua specialis indigentia cibi, non tenebimur lege positiua de ieiunijs.

Ad primum dicendum, quòd pręcepta Ecclesiæ honoranda sunt, sicut præcepta Christi, & sicut contemnere præceptum Christi est peccatum mortale, ita contemnere præceptum Ecclesiæ, pręcepta tamē Christi ex parte materiæ sunt plus obligatoria quàm præcepta Ecclesiæ, quia Christus solum pręcepit ea, quæ sunt de iure naturali, non addens aliquas cęremonias nec pręcepta particularia, idest, de rebus multum particularibus.

E Ideo præcepta Christi habent duas conditiones quas habet ius naturale, scilicet, quòd non sunt dispensabilia, & ꝙ sunt æterna.

Vtrunque competit iuri naturali: nam in iure naturali nemo dispensat: etiam istud ius nunquam reuocatur, vt aliud ius ei succedat, ita lex Christi non est dispensabilis: nam inquantum est vniuersalis, & solum pręcipit ea, quę sunt secundum se bona, & necessaria ad salutem non accidit aliquis casus particularis, in quo sit malum obseruari illam, & oporteat dispensari in ea.

Nam ista est necessitas dispensationis, scilicet, quia id quod vniuersaliter positum in aliquo, vt communiter bene conuenit, particulari casu non conuenit,

& in

& in hoc differt lex Christi a positiua lege Ecclesiæ, quia cum ista sit de particularibus interdum obseruari illa non conuenit, & ideo oportet dispensari in ea etiam ex alio fundamento, non est lex Christi nunc dispensabilis, quia eiusdem potestatis est legem condere, & dispensare in ea: ideo nemo potest dispensare in lege nisi ille, qui condidit, aut æqualis sibi, vel ille cui lex potestatem commiserit, Christus tamen æqualem non habet nec commisit alicui potestatem dispensandi in lege sua: ideo indispensabilis est. etiam lex Christi est æterna, quia lex, quæ semel bene posita est non debet mutari nisi postea inueniatur continere aliquod malum, vel nociuum reipublicæ, & etiam non debet lex mutari quandocunque inueniatur cōtinere iniustum aliquod nisi illud graue sit, vt dicitur secundo Politi. cap. 5 & propter hoc, quia lex, quæ aliquando bona est, interdum propter varietatem temporum efficitur iniusta, solent mutari leges per tempora, & non est inconueniens factum extra de consangui. & affini. c. non debet. §. non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta quoque varientur humana. & hoc modo necesse est leges particulares quantumcunque fuerint iustæ, quando positæ sunt effici aliquando iniustas, & mutatione dignas: nam sicut illæ leges, quæ sunt iustæ ad regendum hominem quando est puer, non sunt iustæ ad regendum eum quando est vir, ita & illæ leges particulares, quæ a principio sæculi essent vtiles, vel multo tempore ante hoc ad regendum aliquam ciuitatē, vel gentes erunt nunc inutiles, & multæ earum superfluæ, quia multa negocia, vel modi viuendi erant tunc inter homines de quibus leges datæ erant, & nūc cessantibus illis modis viuendi omnino sunt leges in peruacuæ, sic apparet in pluribus legibus trium librorum vltimorum. C. qui iam ad nihilum vidētur prodesse, & etiam in primo li. C. quia officia, & administrationes illæ de quibus dabantur iam non sunt: etiā quondie multa negocia de nouo emergunt, quæ nouis legibus, & nouis remedijs indigent: ideo leges particulares etiam si per diuturnitatem temporis non efficerentur iniustæ necesse erat per seipsas deficere multis earum superfluis factis, & in hoc differt lex Christi a lege Moysi, quia licet lex Moysi non erat dispensabilis, quia erat lex Dei, fuit tamen mutabilis inquantum erat de cæremonijs, & de rebus multum particularibus, quæ licet fuerint vtiles genti Iudæorum, quæ habebat statum imperfectum, & quasi puerilem, iam nō erant vtiles, cum gentes ad perfectum modum viuendi venire deberent: ideo licet in lege Moysi nunquam per aliquem dispensatum est, ipsa tamen per Deum mutata est. Lex autem Christi non solū est indispensabilis, sed ēt est vniuersalis, & est solum de bono simpliciter quod est necessarium ad salutem, nunquam ergo successione temporum potest effici ista lex inconueniens: ideo nunquam alia lex ei succedere poterit, sicut nec iuri naturali potest succedere alterum ius deleto eo. leges autem Ecclesiasticæ dispensabiles sunt, & æternæ non sunt, quia dātur de rebus multum particularibus, vt declaratum est: ideo licet essent æqualis auctoritatis cū lege Christi, iustum esset in eis dispensari aliquando, in lege autem Christi nunquam.

Ad secundum dicendum, quòd leges Ecclesiasticæ vtiliter statutæ sunt, & tamen interdum per varietatem temporum efficiuntur inutiles totaliter, & tūc tollendæ sunt per Ecclesiam, quæ eas instituit, & istud non est dispensare, sed abrogare, sicut multi antiqui canones iam reuocati sunt, vt canones illi, qui taxabāt pœnas certas pro singulis peccatis: nam iam Ecclesia reduxit omnia hæc ad arbitrium confessorum, de

F pœni. distin. 1. cap. mensura, & extra de pœni. & remi. c. Deus, qui Ecclesiam. Interdum autem lex manet vtilis, & tamen accidit aliquis casus, in quo non est bonum seruare. & tunc non est lex abroganda, sed dispensandum in ea, scilicet, quantum ad illum casum solum.

Aliter potest dici, quòd leges Ecclesiasticæ institutæ sunt vtiliter quantum ad intentionem condentis, quia ille instituit solum inquantum per eas homines diriguntur ad per se bonum, & arceantur a malis, quādiu autem manet istud, lex nunquam est dispensabilis, quia nihil aliud est dispensare nisi, quòd daretur homini licentia faciendi malum, & istud malum est nec cadit sub dispensatione, & cum nocumento fieret, quia tamen accidit interdum obseruationem legis quantum ad literam militare contra intentionem legislatoris non debet tunc lex seruari, & non est inutile dispensari in ea, sed potius esset nocumentum si non dispensaretur. G

Ad tertium dicendum, quòd inferior non potest dispensare in statuto facto a superiore, nisi de hoc superior expresse disposuerit, & quia in legibus ieiuniorum permittitur dispensatio inferioribus, & etiam, quod ipse ieiunans imminente necessitate famis, & in similibus casibus possit propria auctoritate ieiunium frangere: ideo licebit dispensari in ieiunijs Ecclesiæ.

H *An viri iusti teneantur ad ieiunia Ecclesiæ. Et quòd dupliciter intelligitur, quòd lex non est posita iusto, sed peccatori. Quæst. CXXXVIII.*

QVÆRETVR nunc, qui sunt, qui tenentur ad ieiunia Ecclesiæ, & primo de viris iustis, qui habent excellentiam vitæ an teneantur ad hæc ieiunia.

Dicunt quidam, quòd non tenentur, quia dicitur prima Corint. quòd vbi spiritus Domini ibi libertas, & illud. qui spiritu Dei aguntur non sunt sub lege, & prima ad Timot. primo. lex non est posita iusto, sed peccatori, sed vir sanctus est iustus, & spiritu Dei agitur: ergo non tenetur ad legem ieiuniorum.

I Item infra nono dicitur, quòd non possunt filij sponsi quandiu sponsus cum eis est, lugere, & Mar. secundo, & Luc. quinto, dicitur non possunt ieiunare, & tamen cum viris iustis Christus semper habitat spiritualiter ad Ephe. 3. habitare Christum per fidem in cordibus vestris, & ille est sponsus Ecclesiæ ad Ephe. quinto: ergo non tenentur iusti ieiunare.

Item cum ieiunium sit satisfactionis opus, non debet imponi nisi ei, qui peccauit, aliqui tamen sunt, qui nunquam peccauerunt mortaliter: ergo non tenebuntur illi ieiunare.

Dicendum, quòd iusti quantumcunque sint sancti etiam si nunquam peccauerint mortaliter immo K ēt si ex priuilegio nunquam peccauerint venialiter adhuc tenentur ad ieiunia Ecclesiæ, & patet, quia Apostolus erat vir perfectissimus, ipse tñ ieiunabat, & alia corporalia exercitia faciebat 1. Cor. 9. castigo corpus meum, & in seruitutem illud redigo, & inter cætera opera bona, quæ de ipso, & de alijs narrat ponit ieiunium 2. Corin. 6. & 11. ideo quilibet quantumcūque iustus debet ieiunare. Etiam quia virtus hominis nō subuertit ordinem Ecclesiæ, sed potius perficit, & adiuuat ad conseruandum illum, & tamen quandiu manet ordo, manet obedientia inferiorum ad præcepta superiorum, quia hoc est eis debitum. Ergo iustitia hominis non absoluit ipsum a lege, sed solum a peccato, lex autem bona est, & mandatum sanctum

sanctum ad Ro. 7. ergo non absolnetur iustus a lege ieiniorum, nec ab aliqua lege, nam si iustitia absolueret a debito ieiunandi, absolueret etiam a quacũque alia lege, quia eadem est obligatio vnius legis positiuę, & omnium, si tñ absolueretur ab omnibus legib' esset licitum ei malefacere: hoc tñ nemini licet, ideo iustus non absoluitur a lege ieiunandi.

Pro quo sciendum, ꝙ præceptum positum a legislatore semper obligat, nisi q̃ñ obseruatio eius esset contra intentionem legislatoris, & tñ non impedit intentionem legislatoris iustos obligari ad legem, qa intentio eius est ciues bonos facere 1. Ethicorum, q autem bonus est per legem non efficietur malus, sed melior, quia saltem obediendo merebitur, ideo non excusatur iustus ab aliqua lege, & ita non absoluitur a lege ieiuniorum, nam etiam iustis ad multa possunt proficere ieiunia.

Ad primum dicendum, quòd duplex est libertas, quædam est libertas spiritualis, quæ opponitur seruituti peccati, quia qui facit peccatum seruus est peccati. Ioan. 8. vnde quicunque est sine peccato est liber, & ista est causata a spiritu Dei, & de istis verũ est, quòd vbi est spiritus ibi est libertas. i. si spiritus Dei operatur in aliquo ille erit liber a peccato, ad Gala. 5. spiritu ambulate, & desideria carnis nõ perficietis: etiam qui spiritu Dei aguntur non sunt sub lege. s. sub lege peccati; bene tamen sunt sub lege iustitiæ.

Alia est libertas ab obligatione iuris, vel ab obediẽtia mandatorum, & ab ista nemo est liber, nisi qui nõ habet superiorem, sicut Deus, vel si non manet in hac vita, sicut angeli, & animæ beatorum, & dęmones, & generaliter omnes animę solutę a corporibus, quia lex est quoddam medium dirigens rationalem creaturam in finem suum, qui autem in fine est lege non regitur, dęmones tamen, & Angeli, & omnes animæ solutæ corporibus sunt iam in termino suo, ideo legibus non subijciuntur, & sic quamquam aliquid agerent contra legem Dei non peccarent, quia iam non subijciuntur ei.

Cum autem dicitur, quòd lex non est posita iusto, sed peccatori potest intelligi dupliciter. Vno modo quantum ad causam introducendi legem, scilicet, qa necessitas introducendi legem est iniquitas hominũ, vt dicitur in procemio Dec. si autem essent omnes homines boni, & esset certum, quòd nunquam vellent facere malum, non oportuisset, introduci aliquã legem, quia homines per seipsos bona facerent, & a malis cauerent, qa tñ multi mali sunt, oportuit legem ꝑꝑ eos introduci, lex ergo nõ est posita iusto, sed peccatori, non fuit posita propter iustũ, sed propter peccatorem, & tamen postquam posita est, obligat tam iustum, quam peccatorem cum generaliter ponatur.

Aliter potest dici, ꝙ lex non est posita iusto, scilicet lex prohibitiua, lex tamen præceptiua, ita ponitur iusto, sicut peccatori, ratio differentię est, quia in lege prohibitiua prohibetur id quod malum est, iustus autem non inclinatur ad faciẽdum malum cum iustus sit, ideo non est necessaria ei prohibitiua lex, lex autem præceptiua deducit hominem ad bonum, quod interdum non erat aliàs necessarium, & tunc per legem efficitur necessarium, vnde ante hoc poterant esse iusti non facientes istud, nunc vero non possunt, nisi legem obseruent, ideo lex præceptiua posita est, tam iusto, quam peccatori, sed prohibitiua soli peccatori. s. quia peccator indiget illa, & iustus non, & tñ quantum ad obligationem, ita obligatur iustus ad legem prohibitiuam, sicut ad præceptiuam.

Ad secundum dicendum, quòd duplex est ieiuniũ, scilicet ieiuniũ luctus, & exultationis, ieiunium luctus dicitur, quod homo facit cum amaritudine peccato-

A rum præteritorum propter illorum recordationem, volens de illis satisfacere, vel ieiunium, quod exercetur in miseria, & angustia sęculi.

Ieiunium exultationis dicitur cum quis ex abundantia spiritualis iocunditatis a carnalibus delectationibus aliàs licitis se subtrahit, quia gustato spiritu desipit omnis caro. Iustis autem semper Christus sponsus ecclesię habitualiter adest, sed non est eis semper præsens actualiter, immo q̃ñque est eis præsens actualiter non vt sponsus, sed vt iudex punire potẽs, & hoc q̃ñ recogitant peccata præterita, vel ea in quæ incidere possunt, nisi carnis desideria fręnauerint, & tũc cõpetit iusto ieiunium męroris.

B Aliq̃ñ autem est præsens iusto, tanquam sponsus, & remunerator. s. quando eius delectatione perfruitur, & tunc ei competit ieiunium exultationis. & nõ męroris. etiam argumentum istud, quod procedit ex metaphora non est efficax, quia metaphora nõ debet extendi ad omnia, nam Christus dixerat de filiis sponsi. i. de amicis sponsi mundani, ꝙ non conuenit eis ieiunare, quando secum sponsum habent, quia gaudiũ illorum est carnale, & ideo non debent abstinere a cibis, in quibus consistit magna pars corporalis delectationis. Sponsus autem spiritualis causat iocunditatẽ spiritualem ad quam nihil pertinet comedere, iõ nõ est inconueniens, ꝙ habentes secum spiritualẽ sponsum ieiunent, quod autem Christus dixit hoc de di-
C scipulis transferendo ad eos istam metaphoram conueniebat aliqualiter, quia discipuli Christi erãt a principio carnales, & noui in doctrina, ideo tanquam imperfectis, & nondum assuefactis permittendæ erant aliquæ corporales delectationes, & hoc Christus significauit dicẽs, nemo mittit vinum nouum in vtres veteres, sed vinum nouũ in vtres nouos, quasi dicat isti sunt adhuc noui, & ideo præcepta noua, vel modus viuendi nouus. i. nondum perfectus dẽt eis imponi, cum autem fuerint veteres puriora, & altiora præcepta eis conuenient.

Ad tertium dicendum, ꝙ ieiunium non est solum satisfactorium pro peccatis præteritis, sed etiam est adiuuans ad euitandum futura, & præseruandum se
D ab eis, & ideo etiam iustis, qui nunquam peccauerũt competit ieiunium, tanquam medicina præseruans a morbo, nam & siquis possit esse sine peccato non p̃t tamen esse sine tentatione ad peccandum, & quia tẽtationibus locus tollitur per ieiunium debilitata carne proficit ieiunium etiam viris iustis, quia iustitia nõ aufert quin caro concupiscat aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem ad Gala. 5. vnde sicut nemo potest esse sine aliquali contradictione corporis, & spiritus, & ita nemo esse debet, qui interdum, ad ieiunia non teneatur: dato tamen ꝙ aliquis ex priuilegio haberet, quòd nunquam tentaretur a concupiscentia, sicut in virgine, teneretur tamen ad ieiunium, quia ista excellentia non absoluit eum a lege, quia sicut nemo quandiu viuit, quantumcunque sit perfectus
E desinit esse pars ecclesiæ, & filius eius, ita nemo ꝑꝑ excellentiam vitæ absoluitur ab obedientia ecclesiæ, & sic tenebitur ad ieiunia imposita per eam.

An pueri, & adolescentes teneantur ad ieiunia ecclesiæ, & quo tempore incipiunt homines obligari ad ieiunium.
Quæst. CXXXIX.

QVAERETVR an pueri teneantur ad ieiunia ecclesiæ.

Quidam dicunt, quòd sic, quia Ioel 2. dicitur sanctificate ieiunium, & postea dicitur aggregate paruulos, & sugentes vbera, ergo paruuli tenentur ad ieiunia.

M Item

Item magis potest obedire præcepto cuicunque puer quã bestia, & tamen ieiunium extenditur vsque ad bestias, vt dicitur Ion. 3. s. homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquam, nec pascantur, & aquam nõ bibant, & hoc est ieiunare, ergo potius tenebuntur pueri ad ieiunium. Item prouecti tenentur ad ieiunium, & tam de paruulis videtur, ꝙ plus possint ieiunare, quam prouecti, quia habẽt plus de humido, & qui plus potest plus tenetur, ergo ad ieiunium tenebuntur.

Dicẽdum, ꝙ si loquamur de pueris paruulis, & infantibus, manifestum est, ꝙ non tenentur ad ieiuniũ, quia isti non computantur inter illos ad quos lex extenditur, quia isti per se nihil agunt, sed aguntur. i. mouentur per imperium alterius, ideo ieiunare eis non competit, etiã quia si talibus pueris ieiuniũ iniungeretur, debilitaretur in eis valde virtus naturalis, & fieret magna lęsio, quia paruuli indigent frequenti cibo eo, ꝙ sine lęsione non possunt simul totum accipere, quod eis sufficiat ad totum diem propter naturæ debilitatem, ideo debent sępe comedere. Etiam quia ieiuniũ, licet ad multa proficiat tamen præcipue ordinatur ad duo. s. ad tollendum peccata præterita per modum satisfactionis, & peccata futura euitãdo illa per quandam macerationem carnis, in pueris autem nihil istorum est intelligendo de paruulis, quia illi peccatum nullum habent, cum sint infra tempus discretionis.

Secus autem de pueris grandiusculis, quia illis multa peccata competunt extra de delic. pue. cap. pueris etiam non est in pueris concupiscentia actualiter impugnans eos, licet sit habitualiter vt dicit August. s. qa habent fomitem, quia generaliter est in omnibus, iõ paruulis ex nulla parte videtur esse ieiunium vtile, & sic ecclesia non obligauit eos ad ieiunandum. Ista supradicta intelliguntur de pueris paruulis: manet tamẽ dubium de adultis, qui sunt iam vltra pueritiã in adolescentia vtrum teneantur. Causa autem dubitandi est, quia præcepta ecclesiæ dantur omnibus fidelibus, & non exprimuntur magni, nec parui, & ideo oportet recurrere ad arbitrium prudentis viri, secundum conformitatem ad ius, qui sint qui tenentur ad ieiunium, & aliqui volunt, ꝙ omnes illi qui per se cõputati possunt in populo ad ieiunium teneantur, computãtur autem illi qui matrimonium cõtrahunt, quia per hoc, ꝙ quis accipit vxorem incipit per se habere curam rei familiaris, & tales ad nomen, & numerũ transeunt. i. habet quilibet per se nomen, & computatur, tanquam vno de populo, ꝙ prius non fiebat, contrahere tamen matrimonium possunt homines in anno 14. & fęminæ in duodecimo, quia eo tempore iudicantur puberes, ideo ex tunc tenebuntur ad ieiunium,

Alia etiã causa est, quia ieiunium datur principaliter ad comprimendum vitia carnis, & tamen in eis, qui in anno quartodecimo & vltra sunt, iam insurgit concupiscentia, ideo indigent remedio ieiunii ad debilitandum eam.

Dicendum autem pro hoc, ꝙ aut quærimus de illis qui tenẽtur simpliciter ad oĩa ieiunia ecclesię, vel de illis, qui tenentur ad aliquid ieiunandum, licet nõ ad omnia ieiunia.

De primis dicunt plurimi Iuristarum, & Theologorum, quòd a vicesimo anno incipit obligatio ad obseruandum ieiunia integre, & inducunt ad hoc, quia illo tempore incipit homo numerari ad exercitum, & militiam corporalem Num. primo, vbi Deus a viginti annis, & supra totum populũ numerari iussit, & dicitur ibi, ꝙ isti erant, qui poterant ad bella procedere, ita ergo in spirituali militia ascribentur homi-

F nes ab anno vicesimo. ieiunare autem pertinet ad spiritualem militiam, quia est nobis colluctatio contra carnem, & sanguinem.

Alij autem dicunt, ꝙ teneantur homines ab anno vicesimo primo, quia ibi est status adolescentię, siue augmenti, ante hoc autem non debet homo debilitari ieiuniis, & multominus quãto fuerit ętas minor, quia pueri, & adolescentuli indigent multo cibo, qa cibus non exigitur in eis solum ad actum nutritiuę, sed etiam ad actum augmentatiuę, nam nutritio est ad restaurationem deperditi, & ideo fit per partes æquales ad plus scilicet. Vt tantum restauretur, quantum deperit per continuam resolutionem, residuũ **G** autem nutritionis exigitur in eis ad augmentationẽ, quia augmentum fit per maiores partes, quam fuerit facta deperditio; & sic ex residuo nutritionis fit augmentum, scilicet quòd aliquid est; quod ad nutritionem non erat necessarium, & est necessarium ad augmentationem, qui autem sunt in ętate prouecti, scilicet vltra adolescentiam, iam non indigent augmentatione, quia non fit in eis, sed solum nutritione, quæ est restauratio per partes æquales, & ideo nõ est eis tantus cibus necessarius, sicut illis qui sunt in augmento, & ita existentibus in augmento cum sit multus cibus necessarius nocet ieiunium, quòd non facit existentibus vltra augmentum: etiam ex alia parte, quia illi qui sunt in augmentari non solum multo **H** cibo indigent, sed etiam potentia eorum digestiua est debilis, scilicet quia non possent vna vice tantum de cibo sumere, quantum eis sufficeret pro tota die, & sic oportet sępe comedere, ideo ieiunium est eis nociuum, augmentatio autem secundum Arist. fit in tribus septenniis. s. vsque ad annum vicesimum primum, & hoc vt communiter, quia in quibusdam interdum acceleratur, & in aliis post vicesimum primũ adhuc est augmentum, ideo vsque vicesimũ primum annum regulariter non obligantur homines ad ieiunia ecclesiæ integre soluenda.

Si autem quæratur an ad aliqua ieiunia isti teneantᷓ dicendum, ꝙ sic, quia istæ duę causę, quę excusant existentes in augmentatione, non sunt æqualiter in homine toto illo tempore.

I Prima est, quia indiget multo cibo propter augmentationem, quæ fit per maiores partes, quã fuerit deperditio, & tamen non est æqualis augmentatio in toto isto tempore, sed quanto quis peruenit magis ad finem augmentationis est minor augmentatio, nam vt dicit Aristo. in primis quinque annis peruenit homo ad medietatem augmenti, ideo ex necessitate augmentationis repugnat magis ieiunium hominibus paruę ętatis, quam iam procedentibus per adolescentiam.

Secunda causa erat debilitas potentiæ non potentis conuertere in vna vice tantum de cibo, quantum sit necessarium tota die pro corpore: potentia tamen tanto est debilior in homine, quanto est minoris ęta- **K** tis, quousque semel expleuerit augmentum, ideo nõ est eadem causa abstinendi a ieiunio toto tempore augmenti, ideo existentes in parua ętate, vtpote ad annum decimũ, vel vndecimũ non obligantur ad aliquod ieiunium ecclesiæ, quia natura pateretᷓ magnũ nocumentum ex duabus causis suprapositis: cũ autẽ procedunt, vt quia sunt in quintodecimo, vel decimooctauo anno incipit in eis natura roborari, ideo sunt iam sufficientes ad aliqua ieiunia. Quando tamen incipiat obligatio ieiunandi, scilicet in quo anno, non potest dari regula, sed ad arbitrium boni viri, quia quidam homines sunt, qui prius dispositi sunt ad ieiunandum, quam alii: etiam postquam inceperint ieiunare, non potest dari certa regula

nisi ꝙ quanto quis fuerit proximior anno vicesimoprimo tanto tenetur ad plura ieiunia, sed ad quanta teneatur quilibet non est regula certa, sed ad arbitrium boni viri dabitur, cuilibet tantum, vel tantum, postquam autem compleuerint annum vicesimumprimum tenebuntur integre ad omnia ieiunia ecclesię. Quod autem dicitur, ꝙ in anno vicesimo incipiat homo ad omnia obligari, quia ab illo tempore computabantur bellatores, non est applicatio necessaria de comparatione belli corporalis ad spirituale, quia bellum spirituale, quod est tentationibus resistere non inchoat in homine, in anno vicesimo, sed multo ante, quia omnes passiones, scilicet tam ira, quam libido, quam cupiditas possidendarum rerum insurgunt in homine ante tempus istud, & ideo oportet ante hoc esse bellum spirituale: ieiunium autem ad bellū spirituale pertinet, quia adiuuat ad resistendum vitijs carnis, ideo debet incipere ante annum vicesimum, cum concupiscentia fortis ante tempus illud insurgat, quod autem in anno vicesimo ad omnia ieiunia ecclesię debeant teneri, non est iam naturaliter dictum, sicut ꝙ teneri incipiant expleto vicesimo primo, quia ibi finitur augmentum cui ieiunium nocebat.

Cum autem dicebatur, ꝙ in anno quartodecimo homines possunt matrimonium contrahere, & transeunt ad nomen.

Dicendum, ꝙ ecclesia voluit prouidere morbo concupiscentię, nam matrimonium non est iam datum principaliter in officium. s. ad prolem gignendā, sed in remedium. s. ad euitandum fornicationem, prima Cor. 7. & quia puer in quartodecimo, & puella in duodecimo, vt communiter sunt puberes; & tūc est in eis potestas ad opus carnis, quia incipit in puero, tunc generatio seminis; & in puella generatio menstruorum, concessit ecclesia, ꝙ tunc matrimonium contrahere possint, vt auferatur occasio peccandi ex libidine, & tamē nec puer in quartodecimo, nec puella in duodecimo habent completam augmentationem, & ideo multum noceret eis si illo tēpore ad omnia ieiunia ecclesię obligarentur, ideo obligantur ad aliqua pauca, & interdū ad nulla, sed postea incipiunt obligari, vt dictum est.

Ad primum dicendum, ꝙ ibi non dicitur, ꝙ pueri, & infantes debeant ieiunare, sed solum ꝙ congregentur, & hoc est ad diuinam misericordiam implorandam, vt omnes simul concurrant ad orandum, vel clamandum ad dominum, & sic Deus facilius misereatur. Alio modo potest dici, ꝙ etiam si tunc paruuli ieiunauerint. i. aliquid de cibo fuerit eis subtractum, nō fuit hoc ex obligatione præcepti, sed quia populus volebat Deo placere, fecerunt ex cōsilio prophetę plusquam tenerentur.

Vel potest dici, ꝙ tunc fuit specialis necessitas ieiunandi, vt Deus exaudiret populum, ideo illi qui non tenebantur aliàs ad ieiunium tenerentur tunc.

Ad secundum dicendum, ꝙ non probatur ex illo, ꝙ pueri ieiunarent, quia licet dicatur homines, & iumenta non gustent quicquam, forte nomine hoīum non intelliguntur ibi infantes, & paruuli quantū ad istum actum, quia iste actus est talis, qui nō competit omnibus hominibus, sed solū eis qui sunt aliquantę ętatis. Vel potest dici, ꝙ ibi fuit specialis casus pp magnitudinem tribulationis, erat enim ciuitas subuertēda, ideo cum esset periculum omnibus, fuit omnibus conueniens se affligere.

Ad tertium dicendū, ꝙ pueri non sunt magis apti ad ieiunandum quam prouecti, quia licet habeāt plus de humido, illud tamen est minus inspissatū, & solidum, ꝗ humidum, ꝙ est in prouectis, ideo est facilius

A consumptibile, & sic indigent cibo pluries, quia aliàs fieret in eis magnum nocumentum.

An peregrini, & itinerantes excusentur a ieiunio ecclesiæ. Et quod duplex est peregrinatio.
Quæst. CXL.

QVAERETVR an a ieiunio excusentur aliqui propter iterationem, & peregrinationem.

Dicunt quidam, ꝙ non, quia illud, quod non est necessarium debet dimitti, vt fiat id quod est necessarium quando non possunt ambo simul stare, & tamē peregrinari non est necessarium cum non sit sub præ- **B** cepto, ieiunium autem ecclesię sub præcepto cadit, ergo dimittenda est peregrinatio propter ieiunium.

Dicendum, quòd aut peregrinatio, & ieiunium se impediunt, aut non. s. quòd peregrinans possit simul ieiunare, & peregrinari, si vtrunque potest simul, non absoluitur a ieiunio. si non potest vtrunque debet considerari qualis sit peregrinatio. s. an necessaria, vel spontanea.

Necessaria est, vt siquis cogatur ire in exilium, & debet certo tempore exire de certa terra, nam tunc siue ex culpa sua exulet, siue sine culpa, absoluitur a ieiunio. si non potest simul ieiunare, & peregrinari, & non obstat, quòd iste ex culpa sua exulet, quia licet crimen fuit voluntarium, nunc exulare est necessarium, & non potest simul ire in exilium, & ieiunare, **C** esset ergo in perplexitate si teneretur ad vtrunque cū non posset vtrunque simul facere. sic etiam siquis cogatur ire in exercitum pro defensione reipublicæ, vel a domino suo qui potest eum cogere ad eundū, nam si non potest ieiunare simul & in exercitum ire absoluitur a ieiunio. & ita est in omnibus necessitatibus simpliciter peregrinationum, vel operum in quibus non potest quis simul ieiunare, & illa opera facere. sic etiam siquis peregrinetur propter aliquam causam piam, sicut si qui intuitu ecclesiæ faciāt aliquod bellum tempore ieiuniorum mandante eis ecclesia, vel proficiscantur ad bellum vltra marinum, sicut olim faciebant cruce signati. nam certum est, quòd isti absoluti erant a ieiunio si peregrinabantur tempore **D** ieiunii, & non poterant commode ieiunare peregrinando, quia tunc ecclesia, quæ iubet peregrinari vī per hoc dispensare in ieiuniis

Alia est peregrinatio spontanea, & dicendū quòd siquis potest extra tempora ieiuniorum facere illa, & non facit, videtur in culpa, & ideo non est omnino absolutus a ieiunio, sed tales monendi sunt, vt ieiunia illa, quæ violauerunt propter voluntariam peregrinationem alio tempore agant, & insuper pęnitentiam agant pro peccato. s. quia contra ecclesiæ præceptum fecerunt. si autem incęperunt peregrinationem tali tempore, vt possint eam finire ante tempora ieiunii, & postea accidat, ꝙ non possint, si sine culpa sua hoc accidit videntur a ieiunio absoluti, aliàs au- **E** tem non sunt omnino absoluti.

Sunt tamen quædam peregrinationes, quę nō possunt differri sine incommodo, & illæ excusant a ieiunio, vt quia forte peregrinandum est ad aliquā ecclesiam, vbi conceduntur indulgentię certo die, & ad pueniendum illuc illo die necesse est peregrinari aliqbus diebus ieiuniorum, nam etiam tunc si ista peregrinatio sit multum vtilis, videntur isti absoluti a lege ieiuniorum.

Etiam sunt aliquæ peregrinationes multum longę quas quocunque tempore homo faciat necesse est intercidere multos dies ieiuniorum tempore medio, & tunc si illa peregrinatio sit multum pia, & solum diuino intuitu, vt siquis vellet visitare

sepulchrum Domini,& sic videtur absolui a lege ie- F
iunii, secus autem si quis peregrinaretur nõ deuotio-
nis causa, sed vtilitatis vt mercatores, & similes, quia
tales non videntur absolui a lege ieiunij, nisi forte ta-
les essent qui nihil aliàs haberent vnde viuerent, & ita
victū acquirerent, etiam dicit S. Tho. ꝙ si peregrina-
tio sit alicui imposita in pęnitentia, quæ alio tempore
posset expleri, & tamen timetur aliquod periculum
spirituale, vel corporale, si cito non expleatur, potest
in talibus solui ieiunium, vnde vbicunque videtur eē
maior necessitas peregrinandi, ꝗ ieiunandi, aut valde
maior pietas, videtur posse solui ieiunium propter pe
regrinationem.

Ad arg. dicendum, ꝙ licet ieiunium sit de necessi-
tate non excludit omnem peregrinationem, ita ꝙ po
tius peregrinandum, quam ieiunandum sit, cū aliquæ G
sint peregrinationes simpliciter necessarię, vt cū quis
in exilium ire cogitur. si autem sit peregrinatio volū-
taria, etiam non sequitur, ꝙ ieiunium pręponendum
sit, quia licet regulariter pręceptum debeat præponi
consilio, quia tñ intentio dantis istud præceptum nõ
fuit excludere alias causas magis pias, potest omitti id
quod est de præcepto, vt fiat id quod est de consilio
cum non videatur hic agi contra intentionem con-
dentis legem, secus autem est de præceptis legis na-
turæ, quia illa iubent illud, quod est bonum simplici-
ter, & vetat illud, quod est malum simpliciter, & huic
iuri non debet præponi aliquod consilium, quia ad
istud ius sumus obligati in omni casu, non autem ad
ius positiuum, quod in multis recipit dispentatio- H
nem.

An cursores dominorum excusentur a ieiunio ecclesiæ.
Quæst. CXLI.

SED quæretur quid de cursoribus dominorum
& aliis quorum est istud officiū velociter per-
transire an a ieiunio absoluātur. Aliqui dicunt,
ꝙ non, quia isti agunt vtilitatis causa, & nõ de-
uotionis, etiam est peregrinatio ista voluntaria, & nõ
sub præcepto. Dicendum ꝙ peregrinatio cursorū est
aliquo modo necessaria, quia officium istorū est ne-
cessarium, vel multum vtile reipublicę, & sicut illa q̄ I
sunt necessaria ad salutem animæ nõ impediuntur p
aliquod præceptum ꝯtrium, vel prohibitionem, ita ēt
ista, quæ sunt necessaria, vel multum vtilia ad salutē
corporis, & hmōi sunt illa, quæ faciunt quasi necessa
rio ad bonam habitudinem reipublicę, quia si talia
tollerentur non possent hoīes conuenienter viuere,
quod iniustum est, & ideo lex prohibens talem vtili-
tatem esset iniusta di. 4. c. erit aūt. s. erit lex honesta iu-
sta possibilis s̄m naturam, & s̄m consuetudinem pa-
triæ, & loco ipsi conueniens. cum ergo officium cur-
sorum sit reipublicæ valde vtile, & impediretur si te-
nerentur cursores ad oīa ieiunia ecclesiæ, ideo nõ vīt
teneri. Ideo dicendum, ꝙ cursores aut possunt ieiuna
te, & peregrinari, & tunc tenentur ieiunare, si autem K
non possunt. i. non possunt commode non tenentur,
sed est distinguendum, quia aut actualiter peregrinā-
tur, aut non, si peregrinantur videntur excusari a ieiu
nio, si autem non peregrinentur actualiter, vel modi-
cum quotidie peregrinentur, vt quia non est peregri-
natio multum necessaria tenentur ieiunare. si tamen
manentes in aliquo loco ieiunarent, & ex ieiunio de-
bilitarentur, ita vt peregrinationem sequentem, quā
immediate facere tenerentur, non possent conuenien
ter explere, videtur ꝙ etiam tempore illo quo quie-
scunt non teneantur ieiunare, sic dicit Guil. in glo. su-
per Raymun. & Ioan. in sum. confe. lib. 1. Tim. 12.

An aliquis excusetur a ieiunio propter paupertatem.
Quæst. CXLII.

QVAERETVR an propter paupertatem ex-
cusentur aliqui a ieiunio. Dicunt quidam,
ꝙ non, quia illud, quod est causa ieiunandi
non excusat a ieiunio.

Dicendum, ꝙ pauperes dupliciter accipiunt̄. Vno
modo dicuntur pauperes illi, qui non habent sufficiē
ter omnia, quæ eis ad vitam conueniunt, & sic illi q
possident aliquanta adhuc pauperes vocantur, si non
habeant copiam omnium necessariorum ad vitam.
Alij sunt pauperes, q quasi nihil habent, nisi ꝙ quo-
tidie ostiatim mendicant, ista distinctio colligitur
Deut. 15, vbi dicitur non deerunt pauperes in terra ha
bitationis vestrę, & iterū dicitur ibi omnino pauper,
& mendicus non erit inter vos, & sic oportet, ꝙ illi,
qui vocantur primo pauperes non sint mendicantes,
sed illi solum, qui non habent omnia necessaria ad vi-
tam. De istis pauperibus dicendum, ꝙ non excusan-
tur a ieiunio, quia licet non habeant omnia ad suffi-
cientiam, sicut diuites, habent tamen saltem rudes,
& pauperes cibos quibus sustentati ieiunare possunt,
si autem sunt mendicantes dicendum, ꝙ aut possunt
habere simul cibum pro vna vice, qui sufficiat eis pro
tota die, vt si hora cęnę possint habere cibū sufficien-
tem ad diem, & tunc tenentur ieiunare. si autem non
possunt illa hora habere cibum sufficientem ad peni
tus famem extinguendam pro tota die non tenentur
ad ieiunium, & sic accidit frequenter pauperibus mē
dicantibus qui sæpe ad horam prandii, vel cęnę non
habent cibum sufficientem pro die tota, & tunc pos-
sunt pluries comedere.

Idem est de viatoribus si habeant interdum itine-
rando intentionem ieiunandi, & perueniunt hora cę
nę ad locum in quo non possunt habere cibum suffi
cientem pro tota die, vtpote, quia non inueniunt, nisi
modicum de pane, vel similia, quæ ad cibum non suf-
ficiunt, nam licebit eis pluries comedere etiam si pe-
regrinatio ista sit omnino voluntaria, & nõ causa de-
uotionis, sed solius vtilitatis.

Ad argu. dicendum, ꝙ paupertas præstat occasio-
nem ieiunandi, inquantum pauper non habet delitias
& opulentiam in cibis qui irritent eum ad comeden
dum pluries, quam oportet propter delectationē, ꝗ
tñ paupertas p̄ esse tanta, ꝙ nõ sit cibus sufficiens ad
extinguendum famem, excusabit paupertas a ieiunio.
istud etiam excusaret generaliter oēs, tam diuites, ꝗ
pauperes, tam peregrinantes, quam manentes, vt si
interdum a casu in aliquo loco tpe ieiunii deficerent
victualia ad horam cęnę, & non haberetur, nisi aliqd
de cibo, quod non sufficeret ad famē extinguendā p
tota die, nā tunc liceret istis ea die pluries comedere.

An manualiter laborantes excusentur a ieiunio. Vbi quod ho-
mo non est deuinctus facere omnia, quæ potest. Quid item
vocatur lucrum necessarium, quid superfluum. Et
in quo consistat virtutis status.
Quæst. CXLIII.

QVAERETVR an illi, qui manualiter laborant
excusentur propter hoc a ieiunio.

Aliqui dicūt, ꝙ non, quia opera manualia ordinan-
tur ad lucrum temporale: ieiunium autē proficit ad
lucrum spirituale, sed spiritualia præponderant tēpo-
ralibus, ergo non debet omitti ieiunium propter la-
bores corporales. Dicendum, quòd labores manua-
les, vt communiter ordinantur ad vitę sustentationē,
& ad hñdum inde aliqua lucra. Pro quo dicendum, ꝙ
sunt aliqui labores manuales leues cū quibus ieiuniū

stare potest, & taliter operantes tenentur ieiunare, sicut qui pannos, vel coria consuunt, & similia opera faciunt, in quibus est paruus motus, & corporis exercitatio: nam si aliqua excusatio laborantibus manualiter esse debet ad non ieiunandum hęc sola est, scilicet quia per laborem, & motum fit magna resolutio corporum, & si non restauratur deperditum oportet cito corpora perire, restauratio autem fit per nutrimentum, ideo oportet taliter laborantes sępe cibum sumere. Si autē sint labores aliqui cũ paruo motu, & exercitio, fit in eis parua resolutio, & sic nō oportet excusare istos a ieiunio. Qui aũt habēt fortes labores, aut possunt laborando ieiunare, aut non, si possunt tenebuntur, nō est autē intelligendũ, ꝙ debeat quis facere totum, quod pōt, quia nunquam ad hoc tenetur homo, nisi in necessitate magna, quia aliàs si homo teneretur semper facere quantum posset, in breui deficeret, & ita est in labore corporali. Nam siquis locauerit operas suas per diem ad laborandũ in vinea, vel in alio opere, tenetur fideliter laborare, quia aliàs peccat mortaliter fraudans eum cuius mercedem accipit, & non potest licite retinere totam mercedem, quam accipit, non tamen tenetur propter hoc laborare ex totis viribus suis, vt faciat quidquid omnino pōt. nã si forte vna die fecerit homo totũ, quod pōt sequenti die nihil facere poterit: debet ergo facere ad sobrietatem secundum consuetudinē terrę in qua operatͣ, & ꝑꝑ hoc ēt dominus, qui cogit operarios fortius, q̃ debent vrgēdo per increpationes, vel aliàs peccat mortaliter, quia forte debilitabit eos pro sequentibus diebus, & sic iniustum facit, quia pro mercede vnius diei voluit extorquere ab eis labores multorũ dierum, ideo siquis coegerit laborare operarios vltra modum, & ex hoc incurrerint debilitatem, vel aliquod damnum, tenetur eis ad omnia hæc. Idē aũt est de illis, qui conducunt animalia ad opera, si cogũt ea vltra modum laborare innerando, vel aliàs, quia tenentur dominis ad superfluos labores, & damna, quę incurrerint illa animalia, & sic non oportet, ꝙ hō faciat totum, quod pōt in quacumque re. idem ēt est circa spirituales labores: vnde siquis laborando corporaliter posset aliquando ieiunare faciendo totum, quod pōt cũ magno tñ nocumento corporis, quia multũ debilitaretur, & esset forte causa ęgritudinis, vel impotentię ad postea laborandum, non solũ non teneretur laborare ieiunãdo, sed etiam peccaret mortaliter, sed teneretur alterum eorum dimittere, scilicet ieiunium, vel labores. Pro hoc autem distinguendum, ꝙ aut isti, qui per labores lucrum acquirunt, pñt sine isto lucro sustentare se, & familiam suam, aut nō si possunt tenentur potius cessare a laboribus, vt ieiunare possint, si autem non possunt, vt quia sunt multum pauperes, & indigent quotidiano lucro, aut pñt parum laborando, & paruam mercedem habendo sustentari, aut non, vt quod quis non laboret per totam diem, & sic possit ieiunare, & laborare, & tunc si cũ ista parua mercede possunt sustentare se, & familiã suam non excusantur a ieiunio, si autem nō possint sustentari sufficienter, nisi laborent tota die, & integras mercedes accipiant a ieiunio excusantur, & sic illi, qui intendunt per laborem consequi lucrum nō necessarium non excusantur a ieiunio.

In hoc tñ caute aduertendum est, quia nō vocatur lucrum necessarium illud solum, quod requiritur ad quotidianam sustentationem, & lucrũ superfluum, quod est vltra sustentationem quotidianã, sed dr̃ lucrum necessarium illud, quod requiritur consideratis communiter necessitatibus humanis, quia homo nō indiget solo cibo, & potu, quæ quotidiana sunt, sed etiã vestimento, & domo, & aliis adminiculis ad vitam, vt

A quia interdum potest esse languens debet sibi prouidere, vt aliquid habeat vnde sustētari possit, quando languens fuerit.

His consideratis quidquid putatur superabundare dicitur lucrum nō necessarium: si tamen quis habeat ad quotidianum cibum non dicitur habere sustentationem, nisi etiam aliquid sibi superabundet, vnde possit vestes, & alia necessaria habere, & si habet filios & filias, vt habeat ad assignandum eis aliquid, vt matrimonium cōtrahere possint, quousque autē habeat quis omnia hęc dicitur habere nondum sustentationē, & iō ꝑꝑ laborem manualem fortem dicit̃ excusari a ieiunio. in hoc tamen cauenda est superabundans prouidentia, scilicet vt quis iudicet plura esse sibi ne-

B cessaria, quam sint, quia si credatur auaritię nihil erit satis, sed moderate in his computandum est, vt dicatur quis habere necessaria, vel non habere: etiam circa labores moderate iudicandum est, quia non debet putare quis se excusatum a ieiunio propter quamcũque afflictionem, quam sentiat ieiunando, & laborãdo, quia etiam illi, qui non laborant si ieiunent affliguntur aliqualiter, & tamen non excusantur propter hoc a ieiunio, nec etiam nimis stricte agendũ, scilicet vt sustineat homo quamcunque afflictionē, q̃ sustinere potest, vt laborando ieiunet, quia non tenetur ad hoc cum sequerentur ex hoc inconuenientia, scilicet, & debilitas, & ęgritudo, vt dictũ est & in talibus lex nō obligat, quia intentio legislatoris est cōseruare

C re homines, & inducere ad bonũ statum virtutis, qui quidē cōsistit in cōseruatione vitę, & valetudine sufficiente corporis ad illa opera, quæ quisque facere debet, nec in præcepto suo exigit ab homine, vt faciat totum, quod omnino potest, quia nō intendit ordinare statum hominis quantũ ad vnũ diē solũ, vel quãtum ad paucũ tempus, sed quantum ad totã vitã, & tñ deuiaret lex ab intentione legislatoris si per eam iuberetur homini, quòd faceret simul totum, quod posset, quia per hoc debilitaretur ad postea faciendum eadem opera. ideo non solũ non tenetur quis ex lege hoc facere, sed etiam contra intentionē legis ageret, qui sic faceret: mediocriter ergo taxandum est de laboribus, scilicet in quibus potest homo ieiu-

D nare, & in quibus non. Interdum tamen operarij volentes ieiunare, & laborare simul, coguntur non ieiunare, quia multi sunt, qui nolunt conducere eos ad labores suos, nisi interposita conditione, quòd nō ieiunent, & hoc quia minus laborant cum ieiunant, sed tunc dicendum, quòd aut isti ieiunantes volunt ex labore suo tantam mercedem habere, sicut si non ieiunarent, cum tamen non ęqualiter laborent, & tunc non peccant illi, qui nolunt conducere illos, sed ipsi ieiunantes si vident manifeste, quòd non possunt tantũ laborare, sicut non ieiunando, idest non possunt tanto tempore laborare, vel laborando ęquali tempore non possunt ęqualem rem efficere, tenentur velle accipere minores mercedes, & tunc conducen-

E tes eos non possunt illos repellere propter ieiunium, si autem conducentes eos nullo modo volunt pro maiori, nec pro minori mercede conducere illos, nisi interposito pacto, quòd non ieiunent, tunc peccant illi, qui tale pactum interponunt, mercenarij non tamen peccant si necesse sit eis locare operas suas, vt victum habeant vnde excusabuntur tunc a ieiunio. Quod autem dictum est de conducentibus operarios est verum, nisi opus ad quod conducunt eos sit magnę festinationis, ita vt non possit commode differri ad aliud tempus, sed oporteat in illo instantissime laborare, ad quod non sufficerent operarij ieiunantes: nam tunc non peccabit interponendo istam conditionem conducens operarios.

Ad arg. dicendum, quòd lucra temporalia non sunt pponenda spiritualibus si sunt lucra voluntaria, secus autem si sunt necessaria, quę magis vocantur sustentatio, quam lucrum, & potissime si sit sustentatio quotidiana. nam contra talia lucra nullum præceptum de spiritualibus lucris obligat cum procurare sustentationem corporis sit de iure naturali, contra quod nulla obligatio esse potest.

An famuli, qui seruiunt dominis ad mensam possint ieiuniorum diebus aliquid comedere antequam seruiant, & quòd postea cænent. Quæst. CXLIIII.

SED quęritur de seruitoribus dominorum, qui seruiunt eis ad mensam diebus ieiuniorum an possint licitę comedere aliquid antequam seruiant, vt sustententur.

Dicendum, quòd aut domini tali hora comedunt, quòd tempus comedēdi ipsis seruitoribus nō differtur valde extra horam, ita vt possint sine graui labore expectare illud tempus, vt post dominos comedant, & si possunt sine graui labore, vt quia non multum hora comedendi differtur, tenebuntur illam expectare nihil prius comedendo. Si autem in longum expectandum sit, vt quia cęna dominorum extenditur in longum, vel quia post cęnam oportet eos adhuc in aliquo ministrare, quòd & tunc, quia valde confligerentur tanto tempore expectando poterunt modicum de cibo prius comedere ne deficiant seruiendo, & postea cęnabunt, & per hoc non dicuntur frangere ieiunium, vel saltem non peccant frangendo, & dato, quòd possent expectare vsque post cęnam dominorum, si ex hoc eis afflictio magna sequeretur non tenerentur expectare, quia nemo tenetur facere totum, quod potest, vt dictum est præcedenti quæstione.

An diebus ieiuniorum cænante conuentu ad cænam legentes possint ante lectionem aliquid comedere. Quæst. CXLV.

QVAERETVR etiam quid de religiosis, qui diebus ieiuniorum cœnante conuentu ad mensam legunt, an possint ante lectionem aliquid de cibo sumere.

Dicendum videtur idem, quod dictum est præcedenti quæstio. de seruitoribus dominorum, si enim parum legendum est immediate cibum capere possunt, non licet eis aliquid de cibo sumere ante lectionem: si vero lectio in longum extendenda est, & diu expectandum, potest nocumentum incurrere lector si prius aliquid non comederet, & hoc tam propter temporis diuturnitatem, quia fit magna resolutio tum etiam propter lectionem, quia capiti extenuato per ieiunium valde nocet clamare, si igitur nō habeat contrarium consuetudo, licet illis aliquid de cibis sumere ante lectionem ne legendo deficiant. Hęc autē vera sunt de ieiunijs institutis communiter per ecclesiam. secus autem de ieiunijs, quæ incumbunt ipsis religiosis ex consuetudine ordinis sui, quia in illis omnia fiunt secundum dispositionem præsidentis, & maxime fit hoc circa nouitios, & iuuenes in ordine, qui debent ieiunare, vel non ieiunare secundum arbitrium præsidentium, vnde aliquando etiam si ipsi velint ieiunare statuta ieiunia ab ordine, si præsidēs qui in his potest dispensare, iubeat ne ieiunent tenentur non ieiunare, quia magis debent vitam suam spiritualem, & temporalem ponere in manu prælati, quam in seipsis, cum prælatus magis scire possit quid eis expediat.

F *An mulieres pregnantes, & lactantes teneantur ieiunare. Quæst. CXLVI.*

QVAERETVR de mulieribus prægnantibus, an teneantur ieiunare.

Dicendum, φ non est aliqua causa, q̄ pręgnantem excusare possit, nisi timor de periculo pp fętum, quia fętus in vtero nutritur, vnde pręgnans non soli sibi cibum sumit, sed ēt fętui. si ergo timeatur periculū fętui, vel pręgnanti ex ieiunio, non solum non tenetur pręgnans ieiunare, sed ēt peccabit si ieiunat cum se constituat in manifesto periculo, & vr̄ esse eadem rō de pręgnantibus. & de pueris, & infantibus, & adole- G scentibus qui sunt in augmentari, scilicet citra annū vicesimum primum, vt dictum est supra q. 139. quia in illis requiritur multus cibus, eo φ non solum est eis cibus ad nutritionem, sed ad augmentationem, etiā non possunt in vna vice tantum de cibo assumere, quantum eis sufficiat pro tota die.

Istæ duæ causę sunt in prægnantibus. Prima, quia ipsę indigent cibo pro seipsis, quod est ad nutritionē, & indigent cibo pro fętu, & istud est loco augmentationis, quia licet non augmententur ipsę augmentatur fętus, maxime si ipsę prægnantes sint adhuc infra terminum augmentationis, quia tunc ex triplici causa indigent sæpius cibo. etiam prægnantibus non est securum accipere simul multum de cibo, scilicet to- H tum necessarium ad diem, quia posset ex hoc periculum esse fętui. De mulieribus quæ nutriunt paruulos, siue sint filii sui, siue alieni, eadem ratio est, indigent enim cibo non solum ad nutritionem suam, sed etiā ad generationem lactis, & ideo est eadem causa in eis quæ in illis, qui habent augmentationem, nam si ieiunent minuetur lac, & erit periculum pueris qui lactantur, etiam ipsum lac alteraretur in seipso propter magnam resolutionem, quæ fit in ieiunante propter longam abstinentiam a cibo, & tamen ad hoc, quod lac sit bonum, & recens, & non alteretur in qualitatibus suis ad hoc, quod sit calidum, vel multum decoquatur, oportet fieri continuam generationem lactis ad quod necesse est cibum sæpe sumi, ideo non expedit nutrientibus paruulos ieiunare, & nō differt I an proprii, vel alieni sint, quia necesse est, φ paruuli ab aliquibus mulieribus lactentur, & interdū est vtilius ab alijs, quam a matribus lactari.

An senes teneantur ieiunare ieiunia ecclesiæ. Vbi dupliciter considerantur senes. Quæst. CXLVII.

QVAERATVR de senibus, an ad ieiunium teneantur.

Dicendum, quòd illi tenentur ieiunare qui sine nocumento manifesto corporis ieiunare possunt.

Sunt autem quidam senes in parua senectute qui K adhuc sunt bene dispositi in corpore, & isti obligan̄r ad ieiunium eadem ratione qua viri,

Alii sunt in magna senectute, in qua naturaliter corpus incipit deficere in viribus, & isti non obligantur ieiunare, sed ad hoc non sunt anni determinati, quia potius consideratur in hoc corporis valetudo, quam annorum numerus, cum non accidat senectus omnibus hominibus eodem tempore, sed quibusdā prius alijs posterius secundū conditionē corporū, & s̄m varia accidentia, quia illi q multa mala in iuuentute sustinent, citius senescunt, vt ait Boetius de consol. lib. 1. Metro. 1. venit. n. properata malis inopina senectus, & dolor ætatem iussit inesse suam. Istis aūt senibus quocunque tp̄e senescant ieiunium non incübit

ex necessitate, & est quasi eadē causa, quæ in pueris, nam sicut pueri propter continuam augmentationē indigent cibo frequenter, ita & senes, nō enim senes indigent multo, sed frequenter cibo, & hoc propter continuum corporis defectũ: magis enim resoluuntur, quam iuuenes, quia virtus eorum pauca est, & habent modicum de humido naturali, quia ætas senectutis est melãcholica, & terrea, & ideo oportet refocillari eos continue per humidum nutrimentale, nō possunt autem vna vice sumere totum cibũ, qui est eis necessarius, quia virtus digestiua non posset illum regulare, & esset nocumentum naturæ. Nam conuerteretur in humiditates superfluas, & indigestas, quæ essent causa velocis corruptionis. nam etiam sumendo modicum de cibo, & frequenter, fiunt in eis multæ accidentales humiditates indigestæ, quæ mortem accelerant, quæ a fortiori fierent si cogerent senes totum cibum necessarium pro die vna vice sumere, ideo ad ieiunium non obligantur senes.

An infirmi, ac debiles teneantur ad ieiunium. Et quod debilitas ex duobus procedit.

Quæst. CXLVIII.

QVAERETVR de infirmis, & debilibus, an teneãtur ad ieiunium.

Dicendum, ꝙ quidam sunt infirmi. i. ęgri. s. quia patiuntur aliquem morbum accidentem ex corruptione, vel alteratione humorum, sicut fit in febricitantibus, & in omnibus similibus, & isti ad nihil tenenē, quia necessitas curandi corpus excusat eos, vnde isti non tenentur ad regulam ieiuniorum, sed medicorũ an comedere, vel abstinere debeant.

Alii sunt infirmi. i. debiles qui nō patiuntur specialiter aliquam ęgritudinem, sed solum est in eis naturalis impotentia, sicut fit in senibus, & de istis idem quod de senibus dicendum est. Quia si talis infirmitas, vel debilitas non proueniat specialiter ex aliqua ægritudine, sed ex vniuersali defectu corporis. s. quia oēs virtutes corporis debilitantur, sicut fit in senibus, iudicandum est istam debilitatem esse quandam senectutem, licet ante tempus adueniat.

Aliquando est debilitas procedens ex ęgritudine, sicut illi, qui sanati sunt de morbo, & tamen nōdum redierunt in pristinum vigorem, & de istis dicendum ꝙ non tenētur ad ieiunium, quasi ex eadē causa qua senes, nam si semel sumerent totum cibum necessarium eis pro die, cum sit adhuc virtus eorum debilis non posset illum digerere, sed grauaretur, & relinquerentur aliquæ humiditatis indigestæ generantēs malos humores, qui essent causa facilis corruptionis, iō talés non solum non obligantur ieiunare, sed etiam peccant, si velint ieiunare.

An mulieres habentes viros propter eorum prohibitionem excusentur ieiunare. Et quod duobus modis accipitur ieiunium. *Quæst. CXLIX.*

QVAERETVR de mulieribus habentibus viros an propter virorum prohibitionem excusentur a ieiunio.

Dicendum, ꝙ mulier est in potestate viri, & nō potest ipsa facere aliquid, quod sit in præiudicium eius, & ideo si ieiunium prȩiudicaret viro, mulier non deberet ieiunare. Est duplex tamē ieiunium, quoddam voluntarium, & aliud necessarium.

Voluntarium est, quod ex voto, vel sine voto ex sola deuotione fit præter ecclesię prȩceptum. Et de hoc dicendum, quòd mulier non potest ieiunare viro prohibente, nam si sit ieiunium ex voto, vir potest

A infringere votum vxoris, si contradixerit cum primum venit ad notitiam eius, & hoc siue mulier votum emiserit, postquam est in potestate viri, siue antequam esset in potestate eius, dum tamen ille sciuerit, postquam venit mulier in potestatem suã, & immediate contradixerit Nume. 30. Si autem ieiunium sit ex deuotione, a fortiori prohibente viro tenetur illud vxor dimittere, quia maius vinculum est votum, quam sola deuotio: si potest ergo tolli votum tolletur a fortiori, id qđ ex deuotione fit, & hoc maxime, quãdo ieiunium præiudicat redditioni debiti, vel nutritioni filiorum, vel efficitur mulier minus sufficiens ad tolerãdum labores necessarios in dispositione rei

B familiaris. Et non solum vir potest prohibere vxorem a ieiunio, sed etiam vxor potest prohibere virũ si ieiunium impediat redditionem debiti, vt quia vir per ieiunium se macerat, ita vt non sit sufficiens ad redditionem debiti moderate, quia tunc mortaliter peccat, quia facit se impotentem ad faciendum illud, quod de iure tenetur: magis tamen vir potest prohibere fęminam a ieiunio, quam econtrario, quia vir potest prohibere foeminam ex multis causis cum sit caput eius. 1. Cor. 11. & illa debeat viuere ad dispositionem viri, vnde in omni ieiunio voluntario poterat eã prohibere. vxor autem non potest virum prohibere, nisi in ieiunio, quod impedit directe redditionem debiti, vel per accidens, quia in debito carnis sunt ęquales. 1. Cor. 7.

C Si autem sint ieiunia necessaria. s. introducta ab ecclesia non potest vir regulariter fęminam prohibere, quia magis est fęmina obligata Deo, quam viro: hoc verum est nisi fęmina haberet aliquod de impedimētis supra positis, vt quia esset prȩgnans, vel puerum lactans, aut debilis, aut infra terminum augmentationis, quia in istis de iure erat absoluta a ieiunio etiam si vir non prohiberet, tunc enim si ipsa ex deuotione ieiunare velit, nō obstantibus istis potest vir eam prohibere, & tenebitur non ieiunare viro prohibente, quia iuste illam prohibet, si autem non sit aliquod de istis impedimentis, & tamen vir scandalizetur, & irascatur vxori, quia ieiunat potest vxor petere dispē-

D sationem iuste ad non ieiunandum, & debet cum ea dispensari, quia ista est iusta causa dispensandi: multa namque ad euitandum scandalum permittuntur, quæ aliàs non permitterent. 50. di. c. vt constitueretur, & extra, de cleri. excom. mi. c. latores sic tenet Inno. & Ho. si tamen antequam mulier obtineret dispensationem, vir multum scandalizaretur si ieiunaret, posset ieiunium frangere, quia charitas ieiunio præponenda est, vt ait Hierony. & de conse. di. 5. non mediocriter.

An propter aliquam istarum causarũ ieiunium frangens teneatur petere dispensationem, vel possit agere propria authoritate. Et quod multæ causæ iustæ reperiuntur in ieiunio ad dispensandum.

E *Quæst. CL.*

QVAERETVR qñ quis ex aliqua cã ieiuniũ frangere vult ꝑꝑ aliq̃ cãm de ꝑcedētibus, vel de aliis similibus, an teneaĩ petere dispẽsationē, vel pōt agere hoc propria auctoritate. Dicendũ, ꝙ aut ista cã frangendi ieiuniũ est aliquid subito accidens, & periculosum, nisi succurrat immediate, aut nō: si est tale nō tenet quis petere dispẽsationē, sed sua auctoritate aget, quia necessitas excludit oēm legē extra de obseruatione ieiu. c. consiliũ, & nō imponet aliqua pnīa pro hac fractione ieiunij: sic etiam siquis in necessitate famis existēs carnes comederet in quadragesima, non erat ei poenitentia imponenda eodem c. consiliũ. si autē

non sit tale impedimentum, sed potest aliquandiu tolerari, vt debilitas, vel esse prægnantem, aut lactantē, & similia.

Aut ista causa est nota ipsi volenti ieiunium frāgere, & cęteris inter quos conuersatur, aut non, si est nota, non oportet peti dispensationem, sed iure suo poterit ieiunium frangere, & maxime vbi consuetudo habet, ꝙ non petatur licentia in istis. Si aūt nō sit causa nota omnibus, aut est nota ipsi volenti ieiuniū frangere, aut non, si est nota, vtpote quia sentit in se aliquam ęgritudinem, vel debilitatem, quam alii nō vident, & tunc vt vitetur scandalum eorum inter quos conuersatur, tenetur petere licētiam ab ep̄o si in prōptu haberi pōt. Si vero non pōt sufficit, ꝙ obtineat illam a proprio curato, quia ille in istis poterit, dicit tamen Ho. quòd non potest simplex sacerdos dispensa-
G re in ieiuniis ēt ex causa iusta, nisi immineat necessitas aliqua. s. quia non potest adiri episcopus sine periculo, vel non faciliter: hæc enim sufficiēs causa est, vt dispenset simplex sacerdos.

Causas aūt iustas ad dispensandum in ieiunio dicit esse istas. s. infirmitatem, debilitatē, ciborū caristiā paupertatem, peregrinationem laborem fortem manualem, & nimiam protractionem in mensa, vt in seruitoribus dominorum, sic ēt esse prægnantem, vel nutrientem, & alia de quibus supra diximus.

Si autem etiam ipsi volenti frangere ieiuniū sit dubium an habeat iustam causam ad frangendum.

Dicendum, ꝙ non licet ei sine dispensatione ieiunium frangare, vt si exerceat laborem corporalē, de
H quo dubitet an excuset eum a ieiunio, vel non, & ita de debilitate corporis in qua propter paruitatem potest dubitare patiens an excusat eum, vel non, & ita de similibus causis.

Quare ieiunia sint instituta ab ecclesia certis anni temporibus, & non sunt relicta, vt quilibet ieiunaret quandocunque vellet. Vbi quod ieiunium est propter nos ipsos. i. propter nonnullas causas nostrum institutū.

Quæst. CLI.

QVAERETVR nunc de temporibus ieiuniorum. Pro quo sciendum, ꝙ sunt duplicia. s. voluntaria, & necessaria. de voluntariis dicēdum, ꝙ non habent temporis determinationem, sed qñ quilibet voluerit. de necessariis qua-
I lia sunt ieiunia ecclesiæ dicendū, ꝙ hñt determinata tpa. Sed dicet aliquis, ꝙ non fuit cōueniens designari tpa ieiunii, quia ieiunium est pars satisfactionis, sicut eleemosyna, & tñ pro eleemosyna non sunt aliqua tēpora determinata, ergo nec pro ieiunio.

Dicendum, ꝙ pertinet ad legislatorem ordinare ꝑ legem ea quæ competunt bonæ habitudini vitæ humanæ. Ita est in spirituali regimine ecclesiæ, quia ea quę pertinēt ad bonam habitudinem spiritualem debent per legem diffiniri, vt magis conuenienter, & ordinate fieri possint, quia si relinquaī cuilibet dispo-
K sitio forrassis non benefieret, fuit cōueniens assignari modum, & tpa rerum agendarum, & quia nō semper ieiunare debemus, nec possumus, & vnum tempus pōt esse conuenientius, quam alterum ad ieiunādum, fuit conueniens, ꝙ ecclesia institueret tempora ieiuniorum.

Ad arg. dicendum, ꝙ non est simile de eleemosyna, & ieiunio, quia eleemosyna fit alteri, & propter alterum. i. ꝑꝑ indigentiam, quam patitur ad releuandū eam, ideo indigentia accipientis eleemosynā est mensura, & regula temporis. i. ꝙ qñcunq; occurrerit pauper existens in necessitate extrema, sit danda eleemosyna ex necessitate, vel si non est in extrema necessi-
F tate, est tamen in aliqua, tenemur dare eleemosynam si habeamus superfluum, aliàs est superęrogationis, vt ostensum est supra q. 34.

Ieiunium aūt est ꝑꝑ nosipsos. i. ꝑꝑ aliquas causas, q̄ in nobis sunt, vt ad comprimendum vitia carnis, & ieiunium pro eo tempore pro quo fit debilitat carnē, & relinquit eam debilitatā pro aliquāto tpe, & quia concupiscentia carnis insurgit potius vno tpe, quam alio, fuit conueniens assignari tempus ad ieiunium. s. tempus illud in quo ieiuniū esset nobis vtilius ad carnis vitia domanda.

Secunda causa fuit propter aliqua extrinseca, nam ecclesia instituit ieiunia quędam ꝑꝑ repræsentationē quorundam præteritorum, vt diem veneris ꝑꝑ Christi mortem, & quartam feriam ꝑꝑ eius venditionem,
G & ita de similibus: ad hoc ergo ꝙ mittemus res illas, quas significamus oportuit certa tempora designari, sicut etiam fit quantum ad festiuitates, quæ fiunt in veneratione sanctorum defunctorum, ideo illis diebus festa eorum celebramus, quibus de hac luce subtracti sunt.

Tertia causa est, quia si ecclesia non assignasset tēpora ieiuniorum nesciremus quantum, nec quando ieiunare deberemus, nam non semper obligamur ieiunare, quia non possumus, ideo si tpa non assignarē ab ecclesia, non erit causa quare magis teneamur hac die, quam illa ieiunare, & eadem ratione, nec ista, nec illa, oportuit ergo assignari aliqua tēpora, & ista fuit causa potissima. ꝙ tamen assignarentur ieiunia tali
H tempore, vel tali potius, quam alio fuit propter alias causas, de quibus infra dicetur. Et ista etiam fuit causa de assignatione temporis ad orandum, nam tenetur quilibet hō orare non tamen semper, quia nemo potest, ideo oportuit assignari tēpora aliqua, & ista sunt dies festi, nam in festiuitatibus tenentur fideles orare aliquid, ꝙ propter hoc inducta fuit vacatio a laboribus, vt orationi intendere possint, debuit ergo assignari tempus pro ieiuniis, licet non assignetur pro eleemosyna.

Sed dicet aliquis, ꝙ poterat ecclesia instituere certum numerum dierum ieiunii, vtpote quinquaginta, vel sexaginta dies, quolibet anno, quos quilibet fideles teneretur ieiunare quandocunque vellet.
I Dicendum, ꝙ hoc non conueniebat ꝑꝑ multa: primo, quia vnus ieiunaret vno tempore, & alius altero, & fieret magna diuersitas, hoc autem non conuenit, quia sicut vnus est qui colitur, ita modus colendi exterior saltem in necessariis debet esse idem, quia diuersitas in cultu generaret scandalum, & videretur esse, quædā inordinatio, & propter hoc ecclesia iussit aliquando, ꝙ omnes prędicantes euangelium haberent vnū habitū, sicut vnū euangeliū prædicabant, ne scandalum oriretur apud eos, quibus prędicabant extra de vi. & ho. cleri. c. Deus qui ecclesiam.

Secunda, quia quidam ieiunarent vtiliter. s. tempore quo eis ieiunium prodesset ad reprimendā concupiscentiam. Alij autem inutiliter, s. tempore quo mo-
K dicum prodesset: pertinet tñ ad legem ordinare actus humanos, vt fiant eo modo quo magis prodesse pñt facientibus, ideo non debuit sic statui. Tertia, quia nō seruaretur significatio aliqua in ieiuniis cum significatio eis accidat ex tempore in quo fiunt, vt supra dictum est, & tamen conueniens fuit seruari significationem aliquam in ieiunio, quia per hoc fideles scientes causam ieiunij deuotius ieiunant, & habent maius incentiuum ad ieiunandum, quod non fieret si tēpus ieiunandi non esset determinatum.

Quarta fuit ad tollendum fraudes, & mendacia, quia si non essent determinata tempora ad ieiunium non ieiunaret vnus quando alius, & quilibet posset dicere

iam

iam ego expleui ieiunium meum, & esset locus mentiendi, quia nesciretur de aliquo an ieiunasset toto tempore, vel non, nunc vero cum ieiunia sint assignata pro certis temporibus, omnes fideles tenentur illis diebus ieiunare, & si quis non ieiunauerit iam apparet de eo, quòd non obseruat legem ecclesię: conueniens, ergo fuit sic statui.

Quinta fuit ad tollendum perturbationem politicam, & ista etiam fuit causa multum vrgens: nam tempore ieiunij fideles abstinent a carnibus, & vtuntur solis piscibus, & secundum hęc politia per generale ieiunium regulatur bene, quia idem tempus est omnibus ieiunandi, & tunc toti communitati prouidetur de piscibus. Econtrario autem tempore quo non ieiunatur. si autem non esset ieiunium tempore determinato esset perturbatio in prouisione victualium reipublicę, quia nesciretur, quando prouidendũ erat de piscibus, & quando de carnibus, & ista confusio destrueret rempublicam, ideo fuit necesse assignari tempora certa, in quibus omnes ieiunarent.

Quæ sint tempora ieiuniorum statuta ad ieiunandum, & quare fideles ieiunant quadragesimam. & quis eam instituit. Et quare etiam Hebræi ieiunant quadragesimam.

Quæst. CLII.

QVAERETVR quæ sunt tempora ieiuniorum statuta ad ieiunandum.

Dicendum, quòd quædam tempora fuerunt statuta ad ieiunandum, & tamen non ieiunantur ab omnibus, alia autem fuerunt statuta, & etiã ab omnibus ieiunantur. De primis autem est aduentus domini, & sabbatum: nam aduentus apud quosdam ieiunatur extra de obserua. ieiu. c. consilium. In sabbato etiam a quibusdam abstinetur. eodem c. & di. 12. ca. illa, & de conse. di. 3. cap. sabbato.

De secundis dicendum, quòd ieiunia, quę obseruantur a tota ecclesia sunt ista, scilicet quadragesima di. 4. c. quadragesima, & de conse. di. 3. c. sacerdotibus, Ieiunium quatuor temporum 76. di. c. ieiunium, & c. constituimus. Vigilia natiuitatis Domini, & omnium Sanctorum, & omnium Apostolorum pręter tres. Et beati Laurentij extra de obserua. ieiu. c. ex parte, & c. consilium. etiam in omnibus sextis ferijs e. ti. c. explicari, ista sunt ieiunia, quæ a tota ecclesia obseruantur. Possunt deinde prouincię, & Episcopatus constituere ieiunia, & tenebunt illa ieiunia in ipsis prouincijs.

Circa ista ieiunia generalia totius ecclesię est nunc dubium, & quia maximum omnium ieiuniorũ est quadragesima, de illa primo dicetur, scilicet an debuit institui, vt ieiunaretur, & an isto tempore quo instituta est, vel alio tempore. Aliqui dicunt, quòd non debuit quadragesima ieiunari, quia sicut legislator noui testamenti, scilicet Christus quadragesimam ieiunauit supra 4 & Lucę 4. ita, & Moyses legislator veteris testamenti ieiunauit quadragesimam Exo. 34. & Deutero. 9. & tamen licet ipse ieiunauit non ieiunauerunt Iudęi quibus lex data est, ergo nec Christiani debuerunt ieiunare quadragesimam licet Christus eam ieiunauerit.

Dicendum, quòd quadragesima a fidelibus ieiunanda est, & ab omnibus integre debet ieiunari. Et putant aliqui hoc fuisse, quia Christus illam ieiunauit, Sed dicendum, quòd ex hoc non obligamur ad ieiunandum illam, quia licet Christus ieiunauerit quadragesimam, non pręcepit illam ieiunari, & tamen ad hoc, quòd teneremur necesse erat, quòd nobis præciperetur, ita quod vel de iure naturali esset innatum, vel illud Christus expresse præciperet, sed neutrum horum fuit, ideo non obligamur ex hac parte.

A Item si propter hoc, quòd Christus ieiunauit quadragesimam teneremur nos ieiunare, teneremur ieiunare eo modo quo ille, scilicet nihil comedendo, quòd falsum est, quia nemo hoc potest, & consequenter, nec ad illud obligari potest, ideo non obligamur propter Christi ieiunium.

Dicendum igitur, quòd quadragesimam ieiunare obligamur, quia ecclesiam instituit illam ieiunandam de conse. di. 3. ca. sacerdotibus. Dicitur autem, quòd quadragesimam primus omnium instituit ieiunari beatus Petrus, qui etiam instituit aduentum domini, vt dicunt doc. in allega. c. sacerdotibus, sed aduentus domini postea non fuit ab omnibus receptus, quadragesima autem recepta est, & in concilijs generalibus, & etiam a summis pontificibus ieiunium istud confirmatum est de conse. di. 5. c. quadragesima, & de
B conse. di. 3. c. non licet, & c. non oportet, & extra de obserua. ieiu. c. consilium.

Motiuum autem ecclesię ad statuendum hoc ieiunium fuit multiplex. Primũ, vt imitaretur Christum qui hoc ieiunium egit, sic dicit Grego. quòd saluator hoc ieiunium consecrauit de conse. di. 5. c. quadragesima, iustum est enim nos imitari Christum in moralibus eo modo quo possumus, ieiunare autem morale est cum proficiat homini ad multa: Christus autẽ ieiunauit, ideo sicut ipse ieiunauit decens est nos ieiunare: ipse autem quadraginta diebus sine cibo ieiunauit, quod nos facere non possumus, ideo conuenit
C nobis quadraginta dies quotidie aliud comedendo ieiunare, sicut Apostolus dicit quotidie esurire, & quotidie prandere.

Secunda causa ponitur a Gregorio propter decimas temporis, quia sicut rerum nostrarum Deo decimas damus, ita & iustum est dare decimas temporis, quod facimus quadragesimam ieiunando: nam in tota quadragesima, scilicet a prima dominica vsque ad festum paschę sunt hebdomadę sex, quę cõtinent dies quadraginta duos, a quibus subtractis sex diebus dominicis, qui ad ieiunium non pertinent, manent dies triginta sex, qui sunt, quasi decima totius anni, quia annus 365. dies continet quorum decima sunt
D 36. dies, & dimidius, sed dimidium diem inuenire nõ possumus, istis autem triginta sex diebus adiunguntur quatuor dies, vt compleatur numerus 40. dierum, vt sicut Christus ieiunauit quadraginta diebus, ita & nos, & ad hoc adduntur quatuor dies de pręcedenti hebdomada, & sic incipit ieiunium in quarta feria, quæ caput ieiunij appellatur sic dicit Grego. de conse. di. 6. c. quadragesima.

Tertia causa fuit, quam ponit Aug. & est mystica, scilicet quadraginta diebus ieiunamus, vt per hęc satisfaciamus de omnibus peccatis commissis contra decalogum præceptorum, & contra quatuor euangelia, id est contra nouum, & vetus testamentum, quę per decalogum, & quatuor euangelia designantur, vel vt satisfaciamus de omnibus, quę contra Dei pręcepta per inclinationem prauam corporis peccaui-
E mus: nam omnia præcepta Dei per decalogum intelliguntur, corpus autem nostrum per quatuor, quia ex quatuor humoribus constat, ex quorum complexione sequuntur in nobis passiones per quarum motum in lege Dei præuaricamur: de istis causis magis dictũ est supra 4. cap. q. 18.

Ad arg. dicendum, quòd quadragesima ieiunatur a nobis propter causas iam dictas. Et cum dicitur de Moyse dicendum, quòd non fuit simile de Moyse in veteri testamento, & de Christo in nouo, quia Moyses fuit, tanquam seruus in domo aliena, licet esset seruus fidelis: Christus autem erat, tanquam filius, & dominus in domino propria ad Hebrę. 4. ideo non oportuit,

oportuit, quòd lex vetus deduceretur ad conformitatem Moysi, scilicet, quòd Iudæi facerent talia qualia Moyses, sed lex noua debuit conformari Christo, vt omnes, qui in ea essent Imitarentur Christum: minister enim non intendit deducere aspectum eorum quibus ministrat in seipsum, sed in dominum cuius minister est, quia etiam intentio Angelorum, qui nõ sunt domini, sed serui Dei, & ministri, Psalmo 130. & ad Hebręo. 1. & conserui nostri Apocali. 19. non est, vt homines reducant in seipsos quasi, vt eos respiciãt, sed vt reducant eos in Deum, vt ait Dionysius.

Aliter potest dici, quòd Iudæi non ieiunauerunt quadragesimam, quia Moyses legislator eorum ieiunauit eam, non quidem intentione inciiandi eos ad ieiunium: Christus autem ieiunauit, vt nos ieiunaremus, ideo fuit iustum, quòd nos imitaremur Christũ ieiunando quadragesimam, & quòd Iudæi non imitarentur Moysen ieiunãdo illam. Primum patet, quia Moyses non ieiunauit ex intentione, sed quasi coactus est ieiunare, quia manebat in consortio sermonis domini, & non erat ei locus sumendi cibum, nec potum, nec etiam erant ei necessaria, & hoc ieiuniũ bis fecit, quia bis cum Deo mansit in monte, vt acciperet tabulas legis, scilicet quadraginta diebus pro primis tabulis, & quadraginta pro secundis, & vtroque tempore ieiunauit Exo. 34. & Deuter. 9. nõ ergo erat hoc ieiuniũ ad instructionem populi, sed vt Moyses colloqueretur cum domino eleuatus iam ad modum supernaturalem, scilicet, vt nec cibis, nec potibus indigeret.

De secundo patet, quia Christus licet propter multas causas alias ieiunauerit, vt ostensum est suprà 4. c. q. 10. vna tamen de eis fuit, vt nobis ieiunandi doctrinam traderet, vt ibi dictum est: debuimus ergo imitari Deum.

Aliter potest dici, quòd Iudæi non debuerunt imitari Moysen in ieiunio 40. dierum, quia ipse ieiunauit; sed non instituit ieiunari per aliós, nec ab aliquo postea constitutũ est: Christus autem ieiunauit quadragesimam, ideo nos eam ieiunamus, & ista est causa necessitatis, duę autem pręcedentes fuerunt causę motiuę.

An tempore quo nunc ieiunamus fuit conueniens quadragesimam ieiunari. Et vnde prouenit vitium carnis. Quæst. CLIII.

QVAERETVR, an tempore quo nunc ieiunatur fuit conueniens quadragesimam ieiunari.

Aliqui dicunt, quòd non: quia ieiunamus quadragesimam, eo quòd Christus illam ieiunauit, ipse tamen ieiunium incępit immediate post baptismum, vt colligitur supra 3. & 4. simul sumptis, & Lucę 3. & 4. c. baptismus autem Christi fuit die Epiphanię, vt ostensum est supra 3. & 4. cap. & sic incępit Christus post Epiphaniam ieiunare, ergo ibi nos deberemus incipere.

Dicendum, quòd licet nos moti fuerimus ad ieiunandum quadragesimam, quia Christus ieiunauit non tamen obligamur ieiunare, quia ipse ieiunauit, sed quia ecclesia ieiunandam instituit, vt dictum est præcedenti q. vnde ergo venit obligatio ad ieiunandum, ex eo venit obligatio ad sic, & ad tali tempore ieiunandum, & quia ecclesia ieiunare obligauit, etiam obligauit quo tempore ieiunaremus, & instituit fieri ieiunium quadragesimę ante Pascham, vt continuaretur ieiunium cum Pascha. Primo propter temporis conditionem, quia ecclesia vult, quòd ieiunemus ad vitia comprimenda, vitium autem carnis ex calido, & humido prouenit, istud autem incipit maxime

F abundare in principio veris, quia est ver huius complexionis sanguineę, ideo nisi homines se temperent in cibis eo tempore, erit magna occasio ad libidinem, hoc ergo tempore salubriter ecclesia ieiunium instituit: nam licet non sit semper idem principium quadragesimę, maxima tamen pars quadragesimę, vt cõmuniter est in Martio, vbi incipit ver, si aũt ieiunium fieret immediate post Epiphaniam, fieret in fine hyemis, & non esset nobis tam vtile ad comprimenda vitia carnis, ideo melius fuit sic quadragesimam institui, vt continuetur cum Pascha, quam vt incipiat a die Epiphanię.

Secunda causa, quia ecclesia propter sacramenta Paschalis voluit sibi quadragesimam continuari: nam
G in Pascha fideles debent communicare extra de pęni. & remi. c. omnis. Ad digne autem communicandũ oportet præcedere dispositionem magnam, scilicet orationis, & ieiuniorum, ideo conueniens fuit quadragesimam coniungi paschali festiuitati, & ista fuit causa, quòd non haberet determinatum diem quadragesima quo inciperet, quia debet continuari cum Pascha, sed Pascha mutatur, vt non incidamus in Pascha Iudęorum, ideo mutatur principium quadragesimę, vt consequatur Pascha.

Ad arg. dicendum, quòd Christus ieiunauit non, quasi ieiunio indigens, sed vt per ieiunium aliquid ostenderet: nos aũt ieiunamus, quia ieiunio indige-
H mus. Christus ergo, quia volebat innuere, quòd post baptismum debet immediate vacare bonis operibus, & munire se contra carnis, & diaboli tentationes, voluit immediate post baptismum ieiunare, vt ostensum fuit supra 4. c. q. 10. nos autem ieiunamus, quia ieiunio indigemus: tunc ergo ieiunandum est, quando est ieiunium nobis maxime vtile, sed hoc est in principio veris propter causam dictam, ergo ibi conuenientius a nobis quadragesima ieiunatur, quam incipiendo ab Epiphania. Aliqui volunt, quòd incipiat quadragesima immediate post ascensionem domini, alij vero, quòd post pentecostem, de quibus dicetur infra 9. cap. q. 77.

I *An debeat dici quadragesima, vel quinquagesima, & quot diebus ieiunandum est, & an clerici teneantur pluribus diebus ieiunare, quam laicus. Quæst. CLIIII.*

QVAERETVR de ieiunio quadragesimę an debeat dici quadragesima, vel quinquagesima.

Quidam dicunt, quòd quadragesima, ita enim ecclesia iubet de conse. di. 3. c. sacerdotibus, scilicet nõ quinquagesima, sed quadragesima teneatur.

Sed obijcietur, quòd quinquagesima dicenda sit, quia a quinquagesima debet incipere tempus ieiunandi di. 4. c. statuimus, & c. denique, ꝙ ob hoc vocatur tempus istud quinquagesima eadem distin. cap. quadragesima.

K Dicendum, quòd vocari quinquagesimam, vel quadragesimam proprie ob hoc dicitur, quòd quadraginta dies, vel quinquaginta ieiunantur, & tamen dies 40. ieiunamus, & ideo quadragesimam appellamus: nam si computentur omnes dies quadragesimę nõ sunt solum quadraginta, sed quadragintasex, quia tamen sunt solum 40. dies ieiunabiles, eam quadragesimam appellamus. Quinquagesima autẽ non potest dici hac ratione, quia quinquagesima dicitur tempus septem hebdomadarum, scilicet a Dominica in quinquagesima vsque ad Pascha. di. 4. c. quadragesima, & cap. denique, sed istud non est tempus quinquaginta dierum, siue accipiantur soli ieiunabiles, siue omnes: nam omnes simul sunt dies quadraginta nouem: soli

autem

autem ieiunabiles sunt quadragintaduo, ideo eo modo quo vocamus quadragesimam istud tempus ieiunandi non possumus vocare quinquagesimam.

Sed dubium manet an ieiunandum sit a dominica in quinquagesima vsque ad Pascha: nam hoc dicitur di.4.c.statuimus, & c.quadragesima, & c.denique. Dicendum, quòd quadraginta dies solum cadunt sub obligatione ieiunij: ad illa autem capitula in contrarium dicunt quidam, quod sunt iam abrogata.

Alij dicunt, quòd tenent de consilio, sed non de præcepto. Veritas tamen est, quod 40. dies solum cadunt sub obligatione ieiunij quantum ad omnes fideles, & de hoc intelligitur c. sacerdotibus de conse. di.3. scilicet quod non vocetur quinquagesima, sed quadragesima c.autem statuimus, & c.denique intelliguntur de solis clericis, quia in cap. statuimus dicitur statuimus, vt septem hebdomadas ante Sanctum Pascha omnes clerici in sortem domini vocati a carne ieiunent: idẽ dicitur in c.denique, & tangitur causa in vtroque, scilicet quòd sicut clerici excedunt laicos ordine, & dignitate, ita debent excedere eos conuersatione. non obligant tamen iam illa capitula, nec peccant mortaliter clerici, qui non ieiunant a quinquagesima incipiendo, scilicet quia ista constitutio, nunquam fuit recepta, nec communi vsu approbata, vt dicit Gratianus di.4. c.denique. §.hoc, & si legibus, dicit tñ Hosti. su.ti.de obser.ieiu. quod satis deberent clerici, & maxime sacerdotes incipere ieiunium a quinquagesima, quia tota differentia est duorum dierum, & saltem ad curandos dentes deberent addere istos duos dies. verum est tamen, quòd non obligantur, licet honestum sit sic fieri debere.

An quadragesima sit ieiunanda ab omnibus integraliter, & an quinta feria cœnæ domini sit bis comedendum. Et an in die dominica sit ieiunandum.
Quæst. CLV.

QVAERETVR de modo ieiunandi quadragesimam. Dicẽdum, quòd quadragesima debet integraliter ab omnibus ieiunari, & quicunque vnam diem soluerit, totam quadragesimam soluere videtur, & honor quadragesimę aufertur de conse.di.3.c. non licet, & c.non oportet. non est tamen intelligendum, quòd soluat totam quadragesimam, idest quòd ita peccet ac si totam quadragesimam solueret nulla die ieiunãdo, sed soluit totam quadragesimam, idest rumpit eam, vel integritatem aufert, quia quadragesima est quoddam solidum ieiunium, idest integrum, quæ integritas, ita tollitur non ieiunando vno die, sicut non ieiunando viginti.

Considerandum autem, quòd quidam totam quadragesimam ieiunabant, putabant tamen, quòd quinta feria vltimę hebdomadę, scilicet die cęnę domini bis comedendum esset, & sic quadragesimam soluebant, & contra hoc statuitur de conse.di.3.c.non licet, & c.non oportet. Motiuum autem istorum erat, quia Christus die cęnę surrexit de cęna, & lauit pedes discipulorum, & iterum rediit ad cęnam: volunt ergo quidam ad similitudinem Christi pedes alijs abluere, & bis comedere, quæ consuetudo reprobatur, quia ieiunium soluitur, sic dicit glo.c.c.non licet, dicunt tamen quidam, vt Hugu. quod non soluitur ieiunium in illa feria quinta, nisi quis splendide, & perfecte comedat, & surgens de mensa pedes aliorum lauet, & iterum comedat, secus autem si parum comederet, & postea ad mandatum faciendum insurgeret, quo facto ad mensam rediret, & inceptam comestionem cõpleret: nam iste diceretur ieiunus. Hoc tamen non est satis securum, licet videatur ar. de ser-

A uitoribus dominorum, qui comedunt parum antequam seruiant diebus ieiuniorum, & post cęnam dominorum ipsi cęnant, & excusantur a fractione ieiunij, vt ostensum est supra. Non est tamen simile, quia illud fit ex necessitate, quia illi seruitores nõ possunt aliter viuere, nisi vt dominis seruiant, & si expectarẽt prorsus ieiuni vsque post cęnam dominorum deficerent, ideo necessitas excusat: hic autem non est talis necessitas, quia potest tota cęna fieri ante lotionẽ pedum, vel post lotionem, & non est vlla causa interrumpendi eã, maxime quia ecclesia non approbat istam consuetudinem bis manducandi in alle.c.non licet, & c.non oportet, etiam non est conueniens vel-
B le imitari Christum in hoc, quia Christus illa die nõ ieiunabat, sed potius faciebat festum paschale, & carnes comedit, nos autem ieiunamus, ideo non licet nobis interrumpere cœnam licet ipse illam interruperit. Considerandum vlterius, quòd in quadragesima omnibus diebus ieiunandum est præter diem dominicam de conse.di.3.c.placuit, & hoc quia dies dominica, nunquam est dies ieiunij e.di.ca.ieiunium, & c.ne quis. fuit tamen consuetudo antiqua, quòd etiã tempore Gregorij durabat, vt ipse scribit Augu. epõ Anglorũ, quod omnibus dominicis quadragesimæ cum non essent dies ieiunij, vescebantur fideles carnibus, & vltra modum se ingurgitabant per totas noctes carnibus vescentes, & illis diebus auidius, & studiosius cibos parabant di.4 c.denique, quòd valde de-
C testatur ibi Grego. & tamen propter scandalum non ausus fuit prohibere illud, quia timuit, quòd laici nollent obedire, & efficerentur deteriores, vnde dicit a tali consuetudine auerti non possunt, & ideo suo ingenio, idest desiderio relinquendi sunt ne forte peiores existãt, si a tali consuetudine prohibeantur, quia vt ait Salomon, qui multum emungit sanguinem elicit, nunc tamen ablata est illa consuetudo, & ideo ecclesia, vt excessum in esu carnium auferret, totaliter carnes illis diebus abstulit: dies tamen ipsos non fecit ieiunabiles, quia dominici erant. De hora autem cænandi in quadragesima, & alijs cæremonijs, quæ obseruantur, dicetur infra q.163. & 172.

D *Quare ieiunium obseruatur in quatuor temporibus, & quare potius in istis, quam in alijs temporibus.*
Quæst. CLVI.

QVAERETVR de alio ieiunio necessario, scilicet quatuor temporum quando, & qualiter ieiunatur, & ex quibus causis. Aliqui dicunt, quòd non conuenienter statuta sunt tempora huius ieiunij, quia in veteri testamento obseruabatur etiam ieiunium quatuor temporum, scilicet ieiunium quarti ieiunium quinti, ieiunium septimi, & ieiunium decimi, vt patet Zacha.8. & tamen non distinguebantur illa ieiunia per quatuor quartas anni, vt ęqualiter inter se distarent, scilicet quodlibet ab altero per tres
E mẽses, vel quasi, sed vnum erat in quarto mense aliud in quinto, aliud in septimo aliud in decimo. ergo non debemus nos per quatuor tempora habere ieiunium distractum, cum ad similitudinem Iudæorum ieiunare videamur. Dicendum primo de tempore huius ieiunij, & sciendum, quòd a principio non ieiunabatur quater in anno, sed ter. Calixtus tamen Papa statuit ieiunium fieri per quatuor tempora 76.di.c.ieiuniũ, scilicet ieiunium, quod ter in anno apud nos celebrare didicimus, conuenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus. fuit tamen diuersitas in assignatione istorum temporum. Quia primum ieiuniũ istorum fiebat prima hebdomada Martij a principio. Secundum hebdomada secunda Iunij. Tertium

hebdomada tertia septembris. Quartum hebdomada quarta decembris 76.di.c.constituimus, iste tamen modus assignationis in nullo concordat cum modo quem tenemus: postea fuerunt aliter designata ista tēpora, scilicet quòd si Calendę Martij feria 4. vel ante euenirēt, ieiunium celebraretur eadem hebdomada. Si autem Calendę euenirent feria 5. vel post, fieret ieiunium secunda hebdomada. De secundo ieiunio eodem modo, scilicet quòd si Calendę Iunij essent 4.feria, vel ante, esset ieiunium hebdomada secunda Iunij. Si vero quinta feria, vel post esset ieiunium 3. hebdomada iunij, hoc addito, quòd si istud ieiunium eueniret in hebdomada, quæ est ante pentecosten non celebraretur in eadem, sed in sequenti in qua erat pentecostes. De 4.ieiunio generale erat, quòd in sabbato ante vigiliam natiuitatis domini finiretur, sic patet.e.di.c.de ieiunio, sed etiam iste modus non obseruatur a nobis in totum nunc. Sed primum ieiuniū istorum est prima hebdomada quadragesimæ. Secūdum in hebdomada pentecostes. Tertium vero in septembri, sicut dictum est 4.in decembri.e.modo. e.distin.c.statuimus.

Causa autem huius ieiunij quatuor temporum putatur a multis fuisse, quia Iudæi quatuor ieiunia faciebant. Sed non est verum, quia Iudæi ex causis, quæ nullo modo pertinent ad nos ieiunabant illis quatuor temporibus eadem di.e.ieiunium, & vt tangit Hiero. super Zachariam: vnde non ieiunamus eisdem temporibus quibus illi ieiunant. Potest ergo esse vna causa, quòd istud ieiunium sit in laudem Dei, & fit per quatuor tempora, idest per quatuor radices temporum: nam totus tempus vitę nostrę per annos mensuratur, annus autem habet quatuor quartas, quę pertinent ad diuersas complexiones temporis, in quibus diuersimode disponuntur corpora nostra, & omnia generabilia, & quia Deus gubernat vitam nostram per istas temporum vicissitudines, dignum est, vt in qualibet temporis parte ei ieiunium vnum in honorem offeramus, & potest istud esse in gratiarū actionem, scilicet quia bene nos gubernat in istis temporibus, vel potest esse obsecratorium, scilicet vt petamus per hoc ieiunium nos a Deo in quolibet horū temporum bene gubernari. Simile erat apud Iudęos: nam ipsi tempora sua per lunam computant facientes annos lunares, & menses lunares, & ideo Deus dedit eis, quòd quolibet mense prima die mensis, scilicet in coniunctione lunę festum celebrarent, quod vocatur festum Calendarum, vel Neomenię Nume. 29. & hoc erat, quasi ad reddendum Deo gratias pro gubernatione bona, quam faciebat secundum temporum mutabilitates, quas ibi a luna principaliter accipiebant: nos autem tempora nostra secundum cōsuetudinem latinorum per solem computamus, ideo in quartis motus solis in quibus incipiunt quatuor tempora anni, ieiunia quatuor facimus, quasi in gratiarum actionem pro ista gubernatione, vt dictum est, & ista videtur esse causa, quare quodlibet istorum quatuor ieiuniorū habeat tres dies, scilicet quia sicut annus habet quatuor tempora, ita quodlibet istorum temporum habet tres menses, qui sunt partes præcipuæ temporis, ideo tribus diebus ieiunamus, & sic ieiunia quatuor temporum simul accepta sunt duodecim dies, qui correspondent duodecim mensibus anni, qui sunt etiam duodecim minores mutationes temporis secundum, quòd sol mouetur per duodecim signa, quæ complent circulum suum.

Alia tamen causa esse potest horum trium dierū, scilicet quia ieiunia quatuor temporum fiunt in gratiarum actionem pro gubernatione Dei, & quia illa gubernatio fit a tota beata Trinitate velut ab vnico

F gubernatore, in vno ieiunio tribus diebus ieiunamus. Secunda causa est ad remissionem, & satisfactionem pro peccatis, scilicet vt quidquid in istis quatuor temporibus anni delinquimus, per ieiunia quatuor temporum satisfaciamus, & hoc innuitur 76.di.c.igitur vbi dicitur, quòd in hebdomada pentecostes ieiuniū institutum fuit, vt si quid forte inter ipsa festiuitatis gaudia negligens liberalitas, & licentia immoderata præsumpserit, hoc religiosę abstinentię censura castiget: istis duabus causis conuenit, quòd dicit Calixtus Papa ead.di. c.1. scilicet ieiunium conuenientius nūc per quatuor tempora fieri decernimus, vt sicut annus per quatuor tempora voluitur, sic & nos quaternum solemne agamus ieiunium per quatuor anni G tempora. Tertia causa est ad ostendendum, quòd toto tempore ieiunamus, nunquam enim ab abstinentia cessandum est, & cum in toto anno solum sint quatuor tempora, ieiunando in principio illorum videmur ieiunare toto tempore, sic dicitur 76.di.c.huius obseruantię, scilicet huius obseruantię vtilitas in Ecclesiasticis præcipue est constituta ieiunijs, quæ ex doctrina Sancti Spiritus, ita per totius anni circulum distributa sunt, vt lex abstinentię omnibus sit ascripta temporibus. Quarta causa est, vt istos dies ieiunii demus, quasi in primitias dierum nostrorum: nam sicut de fructib' terrę damus decimas, & primitias, ita etiā H de diebus nostris. Decima autem dierum est ipsa quadragesima, quia ibi totius anni dierum est decima pars, vt dictum est supra. Ieiunia autem quatuor temporum dantur in primitias, & conuenienter hoc fit, quia primitię in fructibus sunt ipsi primi fructus: nā hoc modo primitię apud Iudęos soluebantur, vt nemo auderet mittere falcem in segetem, nec comedere inde panem, pultes, aut polētam, vsquequo offerretur domino manipulus spicarum de segete in primitia Leui.23. ita, & nunc ipsa ieiunia quatuor temporum sunt in principijs ipsorum temporum, vnde dicuntur esse in cardinibus temporum 76.di.cap.huius obseruantię. Nam primum est in principio veris, scilicet prima hebdomada quadragesimę: secundum I in principio ęstatis. tertium in principio autumni. quartum in principio hyemis.e.c. Quinta causa est ad significandum quatuor euangelia, scilicet vt significemus, quòd nos viuentes in obedientia quatuor euangeliorum obseruamus ieiunium per quatuor tempora anni, quasi per hoc ipsa quatuor euangelia designemus eodem capit.huius obseruantię, scilicet intelligentes diuinis nihil vacuum esse pręceptis, & verbo Dei ad eruditionem nostram omnia elemēta seruire, dum per ipsius mundi cardines, quasi per quatuor euāgelia incessabili tuba dicimus, quòd prędicamus, & agimus istud ieiunium quatuor temporum est generale, & de necessitate 76.di.c.constituimus, scilicet constituimus, vt quatuor tempora anni ab omnibus hominibus communi ieiunio obseruen- K tur. Ad ar. dicendum, quòd conuenienter fuerunt tempora istorum ieiuniorum assignata propter causas supra dictas. quòd autem dicitur de quatuor ieiunijs Iudæorum dicendum, quòd non fuit conueniēs eisdem temporibus celebrari, quia nec celebrantur ex eisdem causis, quia apud Iudæos erant ista ieiunia mœroris in memoriam quarundam tribulationū, quę illis mensibus eis acciderant, vt dicit Hiero. super Zacha. & 76.di.c.ieiunium quarti, & positę fuerunt istę causę supra q.134. ad nos autem nihil attinēt illę causę, ideo non obseruamus tempora ieiuniorum suorū.

Sed adhuc obijcietur, quòd non fuerunt conuenienter assignata ista quatuor tempora, quia temporibus lętitię ieiunium nō competit, sicut vigilia Apostolorum Philippi, & Iacobi non ieiunatur, quia tem-

pes

per cadit inter Pascha, & pentecosten, & vigilia Ioannis Euangelistę non ieiunatur, quia cadit intra octauas Natalis Domini extra de obseru. ieiu.c.consilium, & tamen tota hebdomada pentecostes pertinet ad paschale gaudium, ideo non deberet ibi esse ieiunium, & tamen ibi est secundum ieiunium quatuor temporum. Dicendum, quòd hoc factum est ad emendandū peccata aliqua, quæ in festiuitate paschali per quinquaginta dies forte superflue comedendo perpetrauimus, vt patet 76.di.cap.igitur, scilicet vt si quid inter ipsa festiuitatis gaudia negligens libertas, & licentia immoderata pręsumpserit, hoc religiosę abstinentię censura castiget: differt tamen istud ab alijs ieiunijs quatuor temporum, quia istud est ieiunium exultationis in quo alleluia cantatur, & nō fit genuflexio. Alia autem sunt ieiunia mœroris.

An vigilia Apostolorum sint sub præcepto, & sint ieiunandæ: Et quare. Quæst. CLVII.

QVÆRETVR de ieiunijs, quę fiunt in festiuitatibus Apostolorum, scilicet in vigilijs an sint sub præcepto, & an omnes vigilię Apostolorum ieiunandę sint.

Dicunt quidam, quòd non fuit conueniens vigiliam alicuius sancti ieiunari, quia in solennitatibus sanctorum recolimus gloriam eorum, ad quam träslati sunt, ieiunium tamen, & afflictio non competit statui glorię Apoca.7.non esurient, nec sitient amplius, ergo non est in vigilijs sanctorum ieiunandum. Dicendum, quòd ecclesia consueuit in vigilijs sanctorum aliquorū ieiunare, & sunt quædam ieiunia istorum generalia, vt vigilia Assumptionis Virginis extra de obseruā.ieiu.c.ex parte, & vigilia beati Laurentij, & festiuitatis oīm Sanctorum, & de istis nō est dubiū. Sunt tamen etiam Apostolorum vigilię obseruandę, & tñ circa istas est dubium, quia quidam putant solū aliquorum Apostolorum vigilias ieiunari, & aliorum non. Sed ad hoc dicitur extra de obser.ieiu. c.cōsiliū, q̃ oīum Apostolorum vigilię sunt in obseruatione ieiunū obseruandæ præter vigilias Apostolorum Philippi, & Iacobi, & B.Ioannis Euangelistæ, & subditur ibi causa.s.quoniam illorum festiuitas, infra solennitatem paschalē.s.ſtius aūt ſ̃.natalem dñi celebratur. Sed tpś paschale a pascha, vsque in pētecoste est tpś lętitię in quo non ieiunatur.76.dist.§.non aūt, sic ēt dies, qui cadunt infra octauas natalis dñi ad lætitiam natalis dñi pertinent pp hoc dicit eo.c.consilium in gl. q̃ omnium aliorum Apostolorū vigilię ieiunandę sunt non obstantibus illis versibus.s.Petrus, & Andreas, Paulus cum Simone Iudas, vt ieiunemus nos admonet atq; Matthęus. De festo B.Matthię ēt dubiū erat an deberet ieiunari vigilia eius, & hoc pp bisextum, quia nesciebant quidam quo die ieiunarent, etiā propter carnispriuium, quod eo tempore accidere solet, quo tempore laicis grauissimum est a carnibus abstinere, & ideo plurimi violabant ieiunium, & sic deducebatur in dubium, an ieiunandum esset, & tamen diffinitum est, q̃ debent ieiunari, extra de obser. ieiu. c.ex parte.

Alij dicunt, vt Ho.in su.titu.de obser.ie.q̃ circa vigilias Apostolorum consuetudo tenenda est, vt ieiunentur, vel non ieiunentur, & hoc dicit de illis, quæ non solent generaliter, vbique ieiunari, vnde dicit, q̃ ille versus.s.Petrus, & Andreas, &c. non sunt abrogati, sicut dicit glo. & aliqui Doc. sed dicit, q̃ in illis vigilijs Petri, & Andreæ, Simonis, & Iudę, & Matthęi debet teneri ieiunium generaliter, & non valebit cōsuetudo in contrarium, sed cogendi sunt omnes ad ieiunandum: in alijs autem vigilijs tenenda est con-

A suetudo, & allegat ad hoc, q̃ consuetudo Parisien.est, non ieiunari vigilias omnium Apostolorum, & tamen Deus ibi recte timetur, & colitur, magis tamen videtur standum dicto gl. & aliorum Doct. quia hoc expresse vult.c.consilium.s. q̃ omnium Apostolorum vigiliæ ieiunandæ sint, nisi Philippi, & Iacobi, & Ioannis Euangelistæ. de B.Bartholomæo, dicitur q̃ relinquendum est consuetudini, quia de celebratione eius est dubium apud multos e.c.consilium, & intelligitur non de festiuitate an sit obseruanda, sed de vigilia quando sit ieiunanda, quia aliqui faciunt festū Bartholomæi die quo excoriatus est, & alij die sequēti, qua ille mortuus videtur, & ita variatur ieiunium, & in hoc cuilibet licet obseruare consuetudinem ecB clesiæ suæ, vigilia tamē eius ieiunabitur, vt dicit Host. vbi supra, & ratio est, quia in alle. cap. consilium non excipiuntur, nisi tres Apostoli.s.Philippus, & Iacob°, & Ioannes Euangelista.

Ad arg. dicendum, q̃ in solēnitatibus præcipuis sanctorum vigilias ieiunamus, vt simus magis parati ad deuotionem festinnans, & vt gaudium ęternū, quod significatur per solennitates temporales significetur non acquiri per iocunditatem, sed per tpales afflictiones, quas hic sancti passi sunt Luc.24. oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam. & Actuum decimoquarto, per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, & nos illas per ieiunium desi-gnamus.

C Conueniens est ergo ieiunari in sanctorum vigilijs, causa tamen potissima est dispositio mentis nostræ, quia ieiunium mentem eleuat, & in magnis festiuitatibus debemus esse multum dispositi, quia illa sunt tempora orationis, & ad orationem ieiuniū pręmittendum est, vt facilius exaudiamur.33.q.4. c.christiano, & propter hoc etiā quando coniuges orationi vacare debent abstinent a coitu coniugali 1.Corin.7. & 33.q.4.c.iciatis.

An ieiunium in rogationibus sit sub præcepto, vel consilio. Quæst. CLVIII.

D QVÆRETVR de ieiunio rogationum, q̃ nō solet poni generaliter inter ieiunia necessaria, an istud sit de necessitate ieiunandum.

Dicendum, q̃ de conse.dist.3. c. rogationes dicitur, q̃ in triduo rogationum, siue letaniarum omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis vtantur, & dī ibi placuit celebrari ieiunium triduanū ante solennitatem dominicę Ascensionis.

Sed obijcietur, quia inter pascha, & pentecostem nullum ieiunium est, vt dicit Ambro.76. distinctione §.non autem.

Dicunt quidam, q̃ illa est generalis regula, sed excipitur ab ea ieiunium rogationum, & ieiunium vigilię pentecostes, sic dicitur extra de obser.ieiu. c. consiliū in gl.q̃ nullum ieiunium necessitatis est inter pascha, E & pentecostē, nisi rogationes, & vigilia pentecostes. Melius tamen videtur dicendum, q̃ ieiunium rogationum, & vigilię pentecostes non est de pręcepto, sed de consilio, sic dicitur de conse.di.3.c.rogationes in gl.sic etiam tenet Hug. & Host.in sum.tit. de obseruā. ieiu. & tamen est dicendum, q̃ si alicubi per consuetudinem ista ieiunia fuerint recepta, & approbata efficitur ieiunium necessitatis, alias autem est sub cōsilio, sic dicit Host. vbi supra, & hoc apparet manifeste, quia licet ieiunium rogationū obseruetur, in multis prouincijs non fit, sicut dicitur in allegat.c.rogationes, quia ibi dī, q̃ per triduum ieiunandū est, & quadragesimalibus cibis vtendum, & serui, & ancillę ab opere laxandi sunt, vt vniuersa plebs ad ecclesiam conueniat,

tieniat.& tñ nunc famuli,& ancillæ non cessant ab opere; & i die secundo istorum carnibus vescimur, die aũt primo ieiunamus, sed non in quadragesimali cibo, die aũt tertio quadragesimaliter ieiunamus I quo apparet, ꝙ consuetudo introduxit istud ieiunium, qa lex non disposuit sic,& tñ consuetudo obligat iã nos. Etiam obligabunt ieiunia si imponantur per sacerdotes, qa non licet alicui ieiunium a sacerdotibus impositum violare, de conse.di.5.cap. ieiunia, & ita dixit Hier.ad Lucinũ,& 76.di.cap.vtinam, ꝙ circa ieiunia vnaquęque prouincia abundet in suo sensu, & pręcepta maiorum leges Apostolicas arbitretur. Si igitur alicubi sit consuetudo non ieiunare in rogationibus nec in vigilia pentecostes licite fiet.

An in quarta, ac sexta feria ieiunandum sit. Quæst. CLIX.

QVAERITVR de ieiunio quartæ, & sextæ feriæ an ieiunandum sit in eis. Dicendum, ꝙ antiquitus statutũ est, ꝙ ieiunaretur 4.& 6.feria, nec soluerẽt ieiunium, nisi grauis necessitas esset, de consec.dist.3. c.ieiunia, & datur causa.s.quia quarta feria Iudas traditionem Dñi cogitauit, & sexta feria crucifixus est, & subditur ibi, videbitur qui in his diebus sine necessitate soluerit statuta ieiunia cum Iuda tradente tradere saluatorem, & cum crucifigẽtibus crucifigere: & isti duo dies vocantur legitimæ feriæ.i.quia secundũ legem ecclesiasticam statuta erant ad ieiunandum. e. c. ieiunia. His addebatur ẽt secunda feria, quæ ẽt legitima vocatur 82.di.c.presbyter, & 11.q.3.c.de illis.

Dicendum tamen, ꝙ istæ tres feriæ non sunt de necessitate ieiunii, quia statuta de istis ieiuniis non fuerunt recepta, nec approbata per consuetudinẽ, sicut nec illud statutum, ꝙ inciperent clerici ieiunium a quinquagesima, di.4.c.denique.§.hoc,& si legibus,& maxime fuit hoc quantum ad secũdam feriam, quia in nulla regione obseruatur in ea ieiunium. In 4.aũt feria habet locum consuetudo regionum, quidam enim abstinent a carnibus, alii non. Sexta autem feria pertinet determinate ad ieiunium secundum cõsuetudinem generalem ecclesiæ, nam non licet in ea carnibus vesci, nisi acciderit dies Natalis Dñi 6.feria, quia tunc carnibus vesci, licet secundum consuetudinem generalem ecclesiæ propter excellentiam fẽstiuitatis extra de obser.ieiun.c.explicari, ꝙ verum est, nisi quis ex voto se obligauerit ad ieiunandum die veneris, qa non licebit ei die Natalis Dñi carnibus vesci, vel ẽt si teneatur ad hoc ex obseruantia regulari, sicut est in religiosis, qui vt communiter ex cõstitutionibus suis tenentur singulis sextis feriis ieiunare, vnde ipsis non licebit vesci carnibus die Natalis, sed abstinebunt, sicut cęteris sextis feriis. De sexta ergo feria consuetudo communis hoc interpretata est, ꝙ non licebat in ea carnibus vesci, & tamen nemo astringitur in ea ieiunare, nisi aliàs inciderit ibi aliquod ieiunium, & tñ sicut a carnibus, ita & ab omnibus, quæ a carne originem ducunt in ea abstinendum est, sicut in diebus ieiuniorum, di.4.c.denique.

An die sabbati ieiunandum sit. Quæst. CLX.

QVAERITVR an die sabbati ieiunandũ sit. Dicendum, quòd antiquitus statutum fuit de ieiunando in sabbato, vt dicit Innoc.Papa, de conse.di.3.c.sabbato,& datur ibi causa.s.quia sicut sexta feria propter passionem Domini ieiunamus, ita sabbatum prætermittere non dẽmus, quia inter tristitiam, & lætitiam temporis illius videtur inclusum, nam constat Apostolos isto biduo in

F mœrore fuisse,& propter metum Iudęorum se occultasse. De hoc tamen dicendum, ꝙ non est necessitas ieiunii in eo, sed seruanda est consuetudo, sic dicitur dist.12.cap.illa, nam Romæ erat consuetudo sabbato ieiunandi. Mediolani autem erat consuetudo non ieiunandi,& dicit August. ad Ianuarium ex auctoritate Ambrosii, ꝙ ad quamcunque ecclesiam quis accesserit illius consuetudinem tenere debet in ieiuniis, & in aliis, ideo non est necessitas ieiunãdi in sabbato. Etiã tamen videtur quibusdam necessitas abstinẽdi a carnibus, de conse.di.5.c.quia dies, s.quicunque christianæ religionis participem esse desiderat ab esu carniũ die sabbati abstineat.

G Dicendum tamen, ꝙ etiam istud pertinet ad cõsuetudinem, vnde si alicubi sit consuetudo comedendi carnes in sabbato licite comedi possunt, si sit cõsuetudo abstinendi ab eis abstinendũ est, & peccat mortaliter qui non abstinet, pertinet autem ad episcopos vt cogant omnes sibi subditos obseruare talem consuetudinem extra de obseru.ieiu.c.consilium, debilibus tamen,& infirmis carnibus vesci permittendum est ne periculum incurrant.eo.c.

An in aduentu Domini obligemur ad ieiunium. Et quod Roma ieiunium seruat in aduentu, alia vero ecclesia minime. Quæst. CLXI.

H

QVAERITVR de aduẽtu Domini an in eo obligemur ad ieiunium.

Dicunt quidam Doct. ꝙ ieiunium quadragesimæ, & aduentus Domini a beato Petro instituta sunt, sed quidquid sit non astringit nos aduentus ad ieiunãdũ, nisi forte sit ex consuetudine, sic dicitur extra de obserua.ieiun.c.consilium, ꝙ Roma ieiunium seruat in aduentu. Alię tamen ecclesię non ieiunant, ideo nõ obligamur, dicit tamen Host. ꝙ clerici deberent ieiunare in aduentu,& hoc verum est de honestate, quia sicut ipsi dignitate, & ordine excellentiores sunt laicis, ita in vitæ obseruatione excellere debent dist. 4.c. statuimus, & c.denique: non tamen tenentur de ne-

I cessitate, quia etiam si fuisset statutum hoc ieiunium non fuit tñ receptum,& approbatum per consuetudinem, ideo nõ obligaret.e.c.denique.§.hic, & si legib. Considerandum circa omnia ieiunia generaliter, quę fiunt in vigiliis sanctorum, ꝙ si sit vigilia die dominica, ꝙ non possit illa die ieiunari, vt dicetur sequenti q. transfertur ieiunium ad diem sabbati præcedentẽ extra de obserua. ieiu.c. ex parte,& c.consilium. Sed alii qui dicunt, ꝙ non deberet ieiunari die sabbati præcedenti, quia dies dñica intermedia aufert debitum ieiunii, quia sicut locus sacer positus inter duo pręDIA impedit seruitutem.ff.de seruitu.l.seruitutes §.vltimo. ita dies sacer qui non potest habere debitum ieiunii positus inter duos dies tollit seruitutem vnius ad alium, sic enim quodlibet prædium medium, quod non ser-

K uit tollit seruitutem duorum inter quæ est.ff.de seruitu.rusti.præd.l.qui in sella.§. in rusticis. Dicendum, ꝙ ista tenent locum in seruitutibus prædialibus.siue realibus, secus autem de obsonibus personalibus, nã illę non pertinent ad diem, sed ad personam, ideo si vna die non possunt solui, alia die soluuntur.

An debuit esse aliquod tempus in quo non liceret ieiunare. Et cur die dominico non est ieiunandum. Et quod duobus de causis non debemus celebrare ieiunium die dominico, & quinta feria. Quæst. CLXII.

QVAERITVR an debuit esse aliquod tempus in quo non liceret ieiunare.

Dicunt

Dicunt quidam, ꝙ quædam tempora sunt quibus ieiunare non licet. sic enim dicit Gregorius secundo dialogorum de quodam sacerdote, qui venit ad Benedictum diuinitus missus, dicens dies resurrectionis est, non licet tibi abstinere hodie. Item secundo Esdrę vbi dicitur dies domini Sanctus est, nolite contristari comedite pinguia, & ibi populus volebat lugere, & contristari, & non permisit Esdras.

Dicendum, ꝙ ieiunium secundum se est bonum opus, & si propter bonum finem fiat nullo tempore vituperabile est quantumcunque sit tempus solēne: nam Natalis domini est solemnis valde festiuitas, ita vt ꝑꝑ eius excellentiam infra octauas eius non fiat ieiuniū in vigilia Ioannis Euangelistę extra de obserua. ieiu. c. consilium, & ēt si ipsa dies Natalis acciderit sexta feria licet vesci carnibus quibus in nulla. 6. feria vescimur. e. ti. c. explicari, & tñ si quis voluerit ex deuotione abstinere a carnibus, & ieiunare illo die Natalis non repręhenditur, sed laudatͬ. ita igitur de omnibus alijs festiuitatibus magnis erit, quia licet aliàs nō fiat in eis ieiunium licitum, tamen erit illud facere. ecclesia tamen quibusdam temporibus ieiuniū interdixit ostendens, ꝙ de necessitate nullum ieiunium sit temporibus illis propter aliquas causas lętitię. Nā ieiuniū. cōiter pertinet ad męrorē, diebus ergo quibus exultandū est ieiunia nulla sunt: sic est tēpus inter Pascha, & pentecostem, & dies Dominica, & dies Natalis domini, & quęlibet 5. feria extra quadragesimā de primo patet 76. §. nō autem, vbi dicit Amb. per hos quinquaginta dies nobis debet esse continuata festiuitas, ita vt hoc tempore, nec ad obseruandū ieiunia indicamus, nec ad exorandū Deū genua flectimus, ad instar, ergo dominicę resurrectionis tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & oēs isti dies velut dominici deputanͭ, & subditur causa ibi, s. resurrectio enim dominica est, in dominica enim resurgens saluator reuersus est ad homines, & post resurrectionem tota quinquagesima cū hominibus est cōuersatus. ęqualis, ergo his necessariū est, vt sit festiuitas quorū est ęqualis sanctitas, non igitur ieiunamus in quinquagesima, quia his diebus dominus nobiscū fuit, & ꝑꝑ hoc licet oēs vigilię Apostolorum sunt aliàs ieiunabiles, quia tñ Philippus, & Iacobus semper inter Pascha, & pentecostem cadunt, vigilia eorum non ieiunatur extra de obserua. ieiu. c. consilium, & hoc est propter gaudiū, quia toto illo tempore Christus, qui est sponsus ecclesię fuit cum hominibus, vt dicit Amb. & tñ iuxta 9. & Lucę. 5. dr̄. ꝙ non pñt filij sponsi ieiunare quandiu sponsus cū eis est, hoc aūt intelligitur de ieiunio necessitatis, i. ꝙ licet alias ieiunia fieri deberent ꝑꝑ aliquos dies vel festiuitates, non est necesse illa fieri, quia ecclesia absoluit nos a necessitate ieiunij, nō tñ ex hoc prohibet ieiunia tunc fieri, sed licitū est homini ieiunare in tota illa quinquagesima, vt patet 76. di. §. vnde nō necessario: idē dicit Isido. e. di. c. post Pascha, s. post Pascha vsque ad pentecostē licet traditio ecclesiarū abstinentię rigorē prandijs relaxauerit, tñ si quis monachorū, vel clericorum ieiunare cupit non sunt prohibendi. ēt apparet hoc, quia sancti patres hoc tempore ieiunabāt, vt dicit ibi Isidorus, scilicet Antonius, & Paulus, & cęteri antiqui patres ēt in his diebus in heremo leguntur abstinuisse, nec soluisse abstinentiā, nisi tantum die dominico. ēt. e. di. c. vtinam dicitur, ꝙ in pentecoste leguntur Apostoli, & fideles ieiunasse, & iō sicut licet cuilibet ieiunare ex deuotione hoc tempore, ita licet cuilibet prouincię introducere ieiuniū hoc tempore, & facere, ꝙ illud ieiuniū sit iam de necessitate, vt ait Hiero. in allega. c. vtinam, s. nec hoc dico, quòd festiuis diebus ieiunandū putem, & solennitates quinquaginta diebus auferam, sed vna-

A quęque prouincia abundet in suo sensu, & præcepta maiorum leges Apostolicas arbitretur. ecce dicit, ꝙ ipse non vult auferre solennitatem quinquaginta dierum, quę est a Pascha vsque in pentecostem, & tamen dicit, ꝙ quęlibet prouincia abundet in suo sensu, i. faciat, ꝙ sibi bonū vr̄ ieiunando, vel non ieiunādo hoc tempore, & præcepta maiorū leges Apostolicas arbitretur, i. si Prælati illius prouincię iusserint ieiunari illo tempore, ieiunandū est ex necessitate, sicut si Apostoli hoc iuberent, vel sicut si esset lex Apostolica, i. lex summi pontificis, qui vocatur Apostolicus: nam ieiunia, quę per sacerdotes constituunͭ ab omnibus seruanda sunt de conse. di. 5. c. ieiunia. De secundo, scilicet de die dominico dicendum, ꝙ non est ieiunādum in eo propter lętitiam resurrectionis Christi, qui surrexit die dominico, & per omnes dominicos dies repręsentatur ista lętitia de conse. di. 3. c. sabbato, vnde contra illos, qui die dominico ieiunāt est suspitio quædam de hęresi, quia Manichęi hęretici sic ieiunabant de conse. di. 3. c. ieiuniū, s. ieiuniū diei dominicę nemo celebrare debet, vt inter ieiuniū Christianorum, & gentiliū, & veraciter credentiū, & infideliū atque hęreticorū vera distinctio habeaͭ, i. distinguaͭ inter fideles, & hęreticos, & 30 di. c. si quis tanq̃, vbi ponuntur errores hęreticorū dicitur, si quis tanq̃ hoc continentię conuenire iudicans die dominico ieiunauerit anathema sit, est enim dies dominicus lętitię magnę, & non flectuntur in eo genua, nec ecclesia C ostendit in eo aliquā tristitiā ēt tempore quadragesimę, sicut alijs diebus, vnde cū in omnibus diebus quadragesimę sit continuū ieiuniū, & ad orationem genua flectuntur, solo die dominico, nec ieiunatur, nec genua flectūtur de conse. di. 3. c. placuit, & c. qm̄ sunt. immo, & antiquitus dominicis diebus quadragesimę fideles carnibus vescebantur, vt ait Greg. di. 4. c. denique, & tñ, quia excedebant valde in hoc, vt dr̄. e. c. ecclesia abstulit consuetudinem illam, ita vt carnibus non liceret vti his diebus non tamen ieiunatur in eis. Hęc aūt intelliguntur de necessitate, i. ꝙ nunq̃ est necessarium ieiunare die dominica, & tñ ex deuotione licet alicui ieiunare: nam solū vetatur ieiuniū, quod fit in contēptum diei 30. di. c. si quis tanq̃. s. si quis die D dominico ieiunauerit in contemptū huius diei anathema sit: vnde dicitur ibi in glo. ꝙ qui sine contēptu agit licite ieiunare potest, & idem dr̄ de conse. di. 3. c. ieiunium in glo. Dicitur aūt aliquis ieiunare in contemptū diei, qñ putat, ꝙ dies ille non habeat aliq̃ specialē lętitiam supra cęteros dies, ꝑꝑ quam non oporteat ieiunari, nā ieiuniū, vt communiter ad męrorem pertinet, qui aūt putat omnibus diebus ęqualiter ieiunandum esse, iudicat non esse aliquem diē maioris excellentię, vel priuilegij in lętitiā, q̃ alium diem, & hoc ad hęresim pertinet: nam quidā dies totaliter ad lętitiā pertinent, sicut dies paschalis de quo dicimus, hęc est dies, quā fecit dominus, exultemus, & lętemur in ea, Manichęi aūt putabant nullā esse excellentiam E vnius diei super alteriū, & ꝑꝑ hoc dicebant omnibus diebus ęqualiter ieiunandum esse, & ita ieiunabant die dominico, sicut sexta feria, tale autem ieiunium ecclesia reprobat, & istud dicit esse in cōtēptum diei, vel dicitur ieiuniū in contemptū diei, si aliquis, ita pertinaciter ieiunet die dominico, ꝙ credit, ꝙ deuotio festi non potest compensari vtilitati ieiunij illius diei, sic dicit Sanctus Tho. esse illicitum ieiunare, i. ꝙ quædam festiuitates sunt de se tantę deuotionis, ꝙ meritum deuotionis illius est ęquale, vel maius fidelibus præcelebrantibus illa festa merito ieiunij alicuius diei non festi. qui ergo crederet pertinaciter maius esse in quolibet festo meritum ieiunij, quam sit deuotio festi, & ꝙ non posset vnum per alterum recompensari.

&

& propter hoc ieiunaret, contemneret diem, & peccaret: aliàs autem etiam die dominico ieiunare licet, quia ita inueniuntur Apostoli ieiunasse, vt ait Hieron. ad Lucinum, & 76. dist. c. vtinam. §. die pentecostes, & die dominico Apostolum Paulum, & cum eo credẽtes ieiunasse legimus. & cum omnibus diebus dominicis regulariter non sit ieiunandum, maxime tamẽ die resurrectionis, quia propter gaudium diei istius omnis dies dominica ad gaudium pertinet, de conse. dist. 4. cap. sabbato. De 3. §. de die Natalis Domini patet, quia iste dies est magnæ solẽnitatis, quia ex eo fuit initium ad omne bonum nostrum, nam tunc datus est nobis puer cuius imperium est super humerũ suum Isa. 9 & propter hoc, vt dictum est inter octauas Natalis nullum est ieiunium, & etiam ipso die Natali, si sexta feria accidat carnibus vesci licet, quòd aliàs non fit in toto anno, & tamen siquis velit ex deuotione ieiunare in Natali, & in octauis eius laudabile est, nec debet prohiberi, extra de obseruation. ieiun. capitulo explicari.

De quarto. §. de quinta feria patet, de consec. dist. 3. c. ieiunium. §. ieiunium diei dominicæ, & quintæ feriæ nemo celebrare debet, hoc autem fuit propter duo. Primo propter errorem auferendum, nam infideles, & hæretici ieiunabant die dominica, & quinta feria, vt ergo ieiunia nostra distinguantur a ieiuniis ipsorũ non debuimus hoc tempore ieiunare, & ista causa redditur. eod. cap. §. vt fidelium, & hęreticorum ieiunantium vera sit discretio. Secundo propter excellentiam istorum dierum: de excellentia dominici diei dictum est. Excellentia autem quintæ feriæ magna fuit, nam hoc die Christus instituit sacramentum corporis sui: ẽt sacerdotes, & episcopos constituit dãs Apostolis consecrandi potestatem, hoc ẽt die ad cęlos ascendit in quo locum felicitatis nostræ manifestissime aperuit, & spẽ certissimam de cęlesti beatitudine dedit, vnde antiquitus in ecclesia fuit magna contentio quis dies præcipuus haberetur. §. an dominicus ꝑꝑ resurrectionem, vel quinta feria ꝑꝑ ascensionem, & quibusdam colentibus magis quintam feriam diffiniuit Siluester Papa diem dominicum magis esse colendum, manebant tamen ambo dies in magno honore, vnde ecclesia in eis ieiunia non celebrat, ista causa redditur, de consec. di. 1. c. ieiuniũ, in glo. i. ꝙ in istis diebus duobus fecit Deus, quidquid insigne fecit, antiquitus autem obseruatum fuit hoc in quinta feria, sed postea paulisper desiit honor eius, & ita in ea ieiunatur sicuti in aliis diebus. Nam in quadragesima indifferenter omnibus diebus præter diem dominicã ieiunatur, de conse. di. 3. c. placuit, & c. ne quis, immo illi qui in quinta feria vltimæ hebdomadæ quadragesimæ ieiunium soluunt dñr totam quadragesimã dehonorare, & redarguuntur. e. di. c. non licet, & c. non oportet ẽt si qñ festiuitas aliqua habens vigiliã acciderit secunda feria, vigilia illius non potest ieiunari die dñica, sed transfertur ad sabbatum præcedens, extra de obser. ieiu. c. ex parte, & c. consilium, si tñ accident vigilia festiuitatis quinta feria non mutatur, sed ipsa die ieiunatur, quia soli diei dñico hoc datum fuit, ergo iam quinta feria priuilegium antiquum perdidit, & factus est dies communis, sicut cęteræ feriæ.

Hoc autem sciendum, ꝙ licet prædicta tempora ab ecclesia celebrentur, & non fiat in eis ieiuniũ nullũ, tamen est tempus in quo ieiunare non liceat ex deuotione, ẽt in die resurrectionis. 76. di. c. vtinam. §. vtinã oĩ tp̃e ieiunàre possemus, inter oẽs tñ dies quibus abstinemus a ieiunio nullus est in quo magis sit abstinẽdum, q̃ dies dominicus, quod patet, quia quinquaginta dies inter Pascha, & Pentecosten, sine ieiunio sunt, & tamen dicit Isido. 76. di. c. post Pascha, ꝙ Paulus, &

F Antonius, & cæteri antiqui patres in heremo legũtẽ abstinuisse his diebus, nec soluisse abstinentiam, nisi tantum die dominico, & sic innuitur, ꝙ maioris celebritatis erat dies dominicus, quam cæteri, & propter hoc nolebant ieiunare in eo.

Ad primum dicendum, ꝙ dies resurrectionis non pertinet ad ieiunium, quia lętitia excludit ieiunium, nulla tamen dies tantæ lætitiæ est in toto anno, sicut dies resurrectionis, ideo in illa minus ieiunandũ est, quam in aliis, nam propter gaudium ipsius omnibus diebus dominicis lætitia est, & a ieiunio cessatur de consuetudine generali ecclesiæ, ideo dixit sacerdos ille Benedicto, ꝙ illa die abstinere non debebat: verũ
G est tamen, ꝙ etiam si Benedictus sciuisset esse diem resurrectionis poterat abstinere in ea dum solũ ageret ex deuotione, & non in contemptum, quando tamen sacerdos ille a Deo missus ad ipsum detulit prandium non licebat iam Benedicto abstinere, qa Deus miserat illum sacerdotem, vt Benedictus cibum haberet, & ideo non licebat ei iam contra Dei volũtatem abstinere, quia tunc non esset deuotio, sed cõtemptus manifestus.

Ad secundum dicẽdum, ꝙ Iudæis in festiuitatibus suis vetitum erat tristari, & ieiunare, quia populus ille erat carnalis, & Deus volebat eos, tanquam paruulos non abstrahere ab istis sensibilibus, ideo iocunditatem temporalem eis præstare volebat, maxime, qa
H quando Esdras dixit eis, isti erant vallati multis angustiis, & tristitiis, tum quia nouiter redierant de Babylone, & inueniebant totam terram desertam, & cogebantur multum laborare ad reficiendas ciuitates, & domos, tum propter generalem separationẽ ab vxoribus alienigenis quas acceperant, tũ ꝑꝑ improbitatẽ, & insidias habitatorum terræ, qui conabant disperdere eos, ideo Deus voluit eos consolari dissuadens lugere, sed ꝙ gauderent, & comederent pinguia, nã ista est consolatio, & lætitia hominum carnalium.

An ieiunantes debeant habere horam determinatam ad cibum, & quæ hora sit. Et quod hora nona dupliciter sumitur. Et quomodo occupatur natura in cibo assumpto
I *dupliciter. Quæst. CLXIII.*

QVAERETVR circa ieiunantes an debent habere horam determinatam ad cibũ, quia solet dici ꝙ hora determinata est hora nonæ.

Dicunt quidam, ꝙ non, quia determinatio circunstantiarum ieiunii debet fieri secundum conditionẽ personarum, quantum ad potentiam abstinendi, & tamen omnes qui ieiunant non sunt æqualis potentiæ ad abstinendum, sed quidã facilius resolubiles, vt cholerici quibus nociua est longa abstinentia, ergo nõ est omnibus eadem hora determinanda.

Item ieiunium ecclesiæ imponitur oĩbus, & tamẽ non possunt omnes scire quando est hora nona, ergo non debet determinari hora nona ad cibum.

K Item status noui testamenti est perfectior statu veteris testamenti, & tamen in veteri lege ieiunia seruabantur vsque ad noctem, sicut nunc Iudæi seruant, & colligitur Leu. 23. cum dr̃ de die propitiationis, ꝙ in eo Iudæi affligerent aĩas suas, & subditur a vespera in vesperam celebrabitis sabbata vestra. i. a principio noctis, vsque ad principium noctis, toto ergo hoc tẽpore ieiunabatur, ergo ita deberet esse nunc.

Dicendum, quòd hora nonæ determinatur in ieiuniis ad sumendum cibum. Pro quo sciendum, quòd ieiunia statuuntur ab ecclesia, vt homines aliqualiter affligantur in eis, & per hoc mereantur, & satisfaciãt, & quia afflictio est in hoc, ꝙ homo abstineat a cibo maiori tempore, quam aliàs, voluit ecclesia, ꝙ diebus

ieiunio-

ieiuniorum tardius homines comederent, quam alijs diebus, & ad hoc fuit conueniens hora nona. nam extra ieiunia hora consueta ad cibum secundum cōem cursum est hora sexta, quia cibus nō debet apponi in stomacho quādiu natura occupata est circa cibū pręcedentem. Occupatū aūt natura in cibo assumpto dupliciter. Primo dirigendo eum, & quia digestio fit p calorē, illud tempus est conueniens digestioni, in quo calor naturalis ad interiora reuocatū, & hoc fit in nocte pp frigus noctis absentibus radijs solaribus, & ēt, quia tunc in sopore virtutes naturales confortanī, & intenduntur in actibus suis cessantibus virtutibus animalibus ab operatione. Secundo occupatū natura circa cibū iam digestū, & decoctū deducendo ipsum p mēbra quibus debet assimilari, & quia ad huc cibus, qui est in stomacho debet transire ad oēs partes extremas membrorū, quod totū fit per calorē naturalē, tanquā per instrumentū, necesse est, ꝙ iste calor deducens cibum ad partes extremas corporis euocetū ad exteriora. hoc autem non fit, nisi per calorem exteriorem, quia simile trahitur a simili, calor ergo solis euocat naturalē calorem ab intimis partibus corporis vsque ad extremas: hoc autem non potest compleri, nisi quando sol confortatur in calore suo, quod fit quando complet ascensum, s. in meridie, vel quasi quando dicimus esse horam sextā, ideo tunc est communis hora sumendi cibum. & quia ecclesia, vt dictū est vult esse afflictionem, & pęnam, non concedit, ꝙ immediate cibū sumamus, vt affligamur aliqualiter p famem: nam quando natura cessauerit a conuersione cibi immediate incipit appetere alium cibum, & iste appetitus est fames, si autem postquam incipit fames diu toleranda esset, exsiccaretur humor cibi, & virtus naturalis debilitaretur, ideo non vult ecclesia, quòd fine cibo maneamus vsque ad noctem, sed diuidit reliquum tempus diei in duas partes, & in fine primę medietatis est hora nona, in qua ieiunanti sumere cibum conceditur, & ita licet hō aliqualiter affligatur, virtus tamen naturalis non multum debilitatur, nec corpus lęditur. Causa autem quare illa hora comedimus est ista, quæ dicta est. Etiam est alia, & præcipua, quia ieiunium est afflictio quędam, & nos volumus affligi, vt Christo afflicto conformemur, & postea congregemur ei, sicut dicitur si fuerimus socij passionum, erimus, & cōsolationum, si compatimur, & conregnabimus secundo Corin. primo. Christus autem vsque ad horam nonam in cruce pendens passus est, & hora nona inclinato capite emisit spiritum, ideo nos vsque ad horam nonam ieiunamus famem patientes, & postea comedimus, quia post horam nonam gustata morte Christus nihil vltra passus est, ita nec nos vltra affligimur, sed vsque ad horam illam carnem nostram affligentes quodammodò cum Christo crucifigimur ad Gala. 5. qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs.

Cum aūt dictum est naturę operationem transferendo cibum ad membra finiri hora sexta, quando sol est in maximo ascensu, est intelligendum de cursu communiori. nam quidam sunt, qui habentes calorem naturalem fortem ante tempus illud naturæ operationem expletam habent, etiam differt secundum labores, & exercitia hominū, & secundū multitudinem, & paucitatem cibi assumpti, quia secundū hoc tardius, aut citius expletur naturę operatio, signum enim certissimum in his est fames: nam in corpore sano, quando fames insurgit, natura iam finiuit operationem suam circa cibum. Quod autem dictum est de hora nona potest sumi stricte, vel secundum interpretationem consuetudinis.

A Primo modo dicitur hora nona finis tertię quartę diei artificialis, non. n. debet intelligi, ꝙ sit hora nona, idest ꝙ transierint nouem horę ab ortu solis vsque ad tempus cęnandi, quia quidam dies sunt, qui ab ortu vsque ad occasum non habent nouem horas, & alij habēt plus, quam nouem vsque ad finem tertię quartę diei secundum diuersas partes anni, & varias regiones in quibus est dies maior, vel minor, & tunc non potest dari certa hora, qua comedendum sit accipiendo sic horas. Sed debet accipi dies artificialis, scilicet ab ortu solis vsque ad occasum, & diuidatur in quatuor partes ęquales, quælibet illarum dicitur habere tres horas, quæ vocantur horę inęquales, quia dies maxima habet solum quatuor quartas, &
B consequenter duodecim horas, & dies minima totidem quartas, & horas, & isto modo, etiam solent diuidere astrologi dies, & accipere horas inęquales. Vocatur ergo sic hora nona finis tertię quartę diei, & ibi est hora cęnę pro ieiunantibus accipiendo horam nonam stricte. Potest autem accipi hora nona large, & dr̄ hora nona quæcunque pars tēporis post finem horę sextę, quia ecclesia nō distinguit, nisi sextam, & nonam, & non horas intermedias, & ideo horę, quę sunt inter sextam, & nonam, computantur cum nona, ita quòd immediate, vt completa est hora sexta incipit hora nona, & dicitur esse hora nona, completur autem hora sexta existente sole in puncto meridiei: nam immediate incipit declina-
C re, & in principio declinationis dicitur hora nona, & licitum est ieiunantibus manducare, hoc autem interpretatur ecclesię consuetudo generaliter, quæ post meridiem concedit cibum immediate ieiunantibus, & ob hoc in diebus ieiuniorum ecclesia dicit semper nonam ante cibum, ita vt quandocunque dicto illo officio ieiunans comederit dicatur comedere post nonam, siue in nona hora. Patet etiam amplius hoc in obseruantia religionum in quibus strictissime obseruantur cęremonię ieiunij, & tamen nulla religio expectat ad sumendum cibum, quòd iam tres quartę diei sint completæ, sed in meridie, vel aliquantulum post meridiem omnes cibum sumunt. Amplius etiam patet ex consuetudine gene-
D rali ecclesiæ in ieiunijs strictissimis, nulla enim ieiunia strictius seruanda sunt, quam quadragesimalia, & tamen in his ecclesia diffiniuit licere cibum sumi mox, vt vesperi finiti fuerint. de conse. distin. 1. capi. solent, & tamen ecclesia in nulla parte terrarum expectat dicere vesperos finita tertia quarta diei, quia in meridie vesperi dicuntur, & tamen dicitur, quòd celebrans vespertinis officijs ad cibum accedendum est eodem capitulo solent, ergo non obligatur ieiunans expectare vere horam nonę, sed post meridiem quacunque hora comederit iam hora nona comedit, & licite agit. Et tamen adhuc non est necesse ad ieiunium, quòd ieiunans semper comedat post meridiem, quia multi propter conditionem regionis,
E vel propter alias causas excusantur ab hoc onere, & possunt comedere ante meridiem, vt dicetur infra quæst. 172.

Ad primum dicendum, quòd hora ieiunij est determinata nona hora, & tamen legislator posuit legem attendens ea, quæ sunt, vt communiter. aliqui autem sunt quibus nō adaptatur lex secundum suam generalitatem, & pro talibus relinquuntur ipsi ministri, vel dispensatores legum, qui secundum conditionem singulorum concedunt eis agere, quod concessisset legislator si præsens fuisset, ipse tamen non potuit ponere legem, nisi vno modo, scilicet quantum ad illa, quę communius accidebant.

Ad secundum dicēdū, ꝙ omnes possunt scire qua

N hora

hora licet sumi cibum, quia sine accipiatur hora nona pro fine tertiæ quartæ diei, siue pro toto tempore, quod est immediate post meridiem vsque ad finē tertiæ quartę non debet considerari hoc stricte, sicut astrologi considerant accipientes astrolabium, vel alia instrumenta, sed parum plus, aut minus secundum grossam existimationem accipi sufficit, dum tamen non fiat in fraudem.

Ad tertium dicendum, ꝙ non debet ieiunari in nouo testamēto, vsque ad vesperam, sicut in veteri, quia nos in ieiunio nostro conformamur Christo nouo homini, qui nos per passionem suam a vetustate, & tenebris reuocauit. & ideo illo tempore primum ieiunium soluimus, quando Christus passionem suam finiuit. s. hora nona vere, vel interpretatiue, quia ipse vere hora nonæ mortuus est. qa a sexta, vsque ad nonā tenebræ factæ sunt, infra 27. & tamen accipiendo nonam interpretatiue inter finem horæ sextæ, & horā nonam nullum est medium, sufficit autem ieiunanti hora nona interpretatiue ieiunium soluere, Iudæi autem hora vespertina ieiunium soluebant, ad significandum, ꝙ per cibum veteris hominis. i. Adæ in tenebris mortis. i. peccati deiecti erant, a quibus non liberabantur etiam post tribulationem præsentis vitæ, qa in morte ad limbum descendebant, qui erat locus tenebrosus. Nam status veteris testamenti comparatur nocti, & tenebris, status autem noui testamenti luci, & diei. ad Roma. 13. nox præcessit, dies autem appropinquauit,

An bibere ante cibum, vel post cibum semel. vel sæpe frangat ieiunium. Quæst. CLXIIII,

QVAERETVR circa ea, quæ sunt necessaria in ieiunio ad hoc, ꝙ non soluatur, & quę sunt ea p quæ frangitur, & primo est dubium an bibere ante cibum, vel post cibum semel, vel sępe frangat ieiuniū, Dicunt quidam, ꝙ sic, quia ieiunium est ad subtractionem nutrimenti, & tamen non solum cibus, sed etiā potus nutrit, ergo ieiunium soluit.

Item patet, quia nemo potest celebrare missam, nisi ieiunus, siquis tñ saltem modicum de aqua sumat non licet ei celebrare postea, quia non iudicatur ieiunus, ergo per potum frangitur ieiunium.

Item ieiunium est ad afflictionem corporis, & quia per subtractionem cibi affligitur subtrahimus cibū, & tñ ita ēt affligitur per subtractionem potus, ergo ēt potus subtrahendus est, & aliàs videbitur frangi ieiunium, sicut si non subtraheretur cibus.

Dicendum, ꝙ ieiunium dupliciter potest frangi, vno modo quantum ad meritum, alio modo quantū ad violationem præcepti dati de ieiunio. Primo mō ieiunium frangi dicitur, quando per ieiuniū nihil meremur, vel minus, ꝗ aliàs mereri possemus, & ista fractio ieiunii pt fieri infinitis modis multum extraneis, & accidentalibus, secundum quod in qualibet operatione contingit, ꝙ ex multis circunstantijs aliter, vel aliter se habentibus accidit operationem ipsam fieri meritoriam, vel non meritoriam, aut magis, vel min⁹ meritoriam, & hoc mō solui ieiunium non est proprium ieiunio, quia cuilibet operationi cōpetit fieri interdum meritoriam, & interdum nō meritoriam, & non dr̄ solui p hoc operatio illa: etiam quia ieiuniū dicitur solui per aliquid, quod pertinet ad ipsum, & tñ esse ieiunium non meritorium contingit fieri per aliquid, quod nullo mō pertinet ad ieiunium, vt siqs ieiunet pp inanem gloriam perdit meritum ieiunii, vt patet supra in sīa, & tñ ieiunare pp talem, vel talem finem nullo mō pertinet ad ieiunium, quod consistit solū in comedere, vel nō comedere, & iō sic nō ac-

F cipimus frangi ieiuniū. Alio mō accipitur frangi ieiunium prout violatur præceptum datū de ieiunio, & efficitur homo transgressor, vel non obseruator statuti de ieiunando, & quia præcepta de ieiunando ab ecclesia dantur, dicetur aliquis ieiunium frangere quando agit ꝯ formā illorum p̄ceptorum, nam tunc dicetur transgressor si ꝯ illa sine causa agat, dicetur aūt nō obseruator si agat ꝯ illa ex causa, siue cū dispensatione, & quia præceptū hēt vim ab instituente, oportet respicere intentionem statuentis, vt videatur quis est transgressor, ecclesia aūt iubens ieiunare intendit statuere certum modum manducandi. s. vt semel in die manducet ieiunans, & ideo si aliquis sumat aliqua p q̄ dicatur bis, vel plus, quam semel manducare ieiuniū soluit, si aūt sumit ea per quæ non dr̄ plus quam semel

G manducare, nō frangit ieiunium, bibere aūt quotiescunque fiat non est manducatio, & ideo siue quis ante cibum, siue post cibum bibat semel, vel pluries, nō frangit ieiunium, dum tamen non fiat in fraudem scilicet vt per hoc aliquo modo sustentetur homo, & cesset afflictio, quam inducit ieiunium, nam tunc non solum perit meritum ieiunii, sed etiam mortaliter peccat sic faciens.

Ad primum dicendum, ꝙ bibere non frangit ieiunium, quia licet potus aliquo modo nutriat, nō ordinatur tñ ad nutriendum, sed potius ad bonam dispositionem nutrimenti, & membrorum refrigerationem, nam cibus si non habeat potum sufficienter humectantem exureretur in cineres, & etiam non poterit

H deduci conuenienter p membra, quia ad hoc, ꝙ deducatur oportet eum esse valde passibilē, nā dēt transire per vias strictas, humiditas aūt facit rē valde passibilē. iō est necessaria cibo humiditas sufficiēs, vt bñ decoquatur, & vt decoctus per membra deducatur, ista autē dispositio requirit, ꝙ interdum potus sumatur post cibum sumptum secundum diuersa accidentia, ideo siue sumatur potus post cibum, siue ante cibum cum possit semper esse conueniens ad istam dispositionē causandam, non franget ieiunium, quia non est ad nutriendum, & tñ etiam siquis sumeret potum propter nutritionem non diceretur bis manducare, quia bibere non est manducare, inquantum tñ fit in fraudem est

I contra legem, & violator legis dicitur qui aliquid cōtra eam in fraudem agit, vt. ff. de legi. l. contra legem. & in l. fraus, & extra de reg. iur. libro sexto, in regula certum.

Ad secundum dicendum, ꝙ aqua etiam in modica quantitate sumpta, vel quæcunque res, quæ in stomachum vadit soluit ieiunium naturę, sed non ieiunium ecclesiæ, quia ieiunium naturæ accipitur strictius, ad hoc tamen, ꝙ quis celebret requiritur ieiunium naturæ, ideo etiam modica aqua sumpta impedit celebrationem, sed ieiunium ecclesiæ non soluit, quia istud non soluitur, nisi per sumptionem illius, quod principaliter ad nutriendum accipitur,

K *An comedere plus quam semel soluat ieiunium ecclesiæ. Quæst. CLXV.*

QVAERETVR an comedere plus quam semel soluat ieiunium ecclesiæ.

Dicendum, ꝙ comedere accipitur ab ecclesia pront est sumere cibum ad refectionem plus quā semel ieiuniū frangit, potest tñ quis sumere ita modicum de cibo, ꝙ non dicatur comedere pluries, licet pluries hoc fecerit, vt siquis sumeret vnicam micam panis, vel vnicum granum vuę, nam talis si agat sine causa. s. propter delectationem, vel solum ad experiēdum saporem perdit aliquid de merito ieiunii, non tamē violat ieiunium ita vt dicatur trāsgressor præcepti ecclæ,

si autem

si autem agat ex causa legitima, nec soluit ieiunium, nec peccat, & non solum in sumentibus valde paruā quantitatem, vt dictum est, sed ēt si aliquantulum maiorem sumat, potest stare, ꝙ quis sumat cibum bis, & non violet ieiunium, dum tñ vtraque vice nō sumat plenam refectionem, sed altera earum solum, & sic est in seruitoribus dominorū, qui seruiunt eis ad mēsam diebus ieiunii, nam vt non deficiant possunt modicum de cibo sumere ante cœnam dominorum, & postea cœnabunt sumentes plenam refectionē, & ieiunabunt, nec dicentur proprie pluties comedisse. & hoc non solum per dispensationem, & ex necessitate toleratur, & iudicatur esse ieiunium, sed etiam p̄t statui per ecclesiam, ꝙ quis comedat bis, & ieiunet: sic dicit Inno. extra de reliqui. & vene. sancto. c. cum ex eo. §. credimus posse statui, ꝙ ieiunans bis comedat in die, sed partim. i. non vtraque vice ad plenam refectionem, & subdit exemplum. §. sic faciunt Cistercië. qui ad remouendum scandalum, & charitatem seruādam statuerunt, ꝙ illi qui faciunt cibos prægustent illos, nec soluunt ieiunium ab ecclesia inditum. Eadē autem ratio est de omnibus coquis, & parantibus cibos. §. ꝙ licitum est eis prægustare dum parant ad sciēdum an habeant sufficienter de condimento, q̄a nisi sæpe gustarent in plurimis cibis nescirent qñ bene se haberent, non ergo soluunt ieiunium. Eadem etiam ratio est in illis qui ad mensas dominorum prægustāt de singulis cibis, vt illi caueant sibi a toxico, ita dicit Innoc. vbi supra, idem etiam est in medico, & in omnibus conficientibus medicinas, nam licet eis prægustare eas, vt sciant quomodo se habent, & etiam vt languens velit eas assumere, quia hoc opus necessitatis, & charitatis est, sic dicit Innocen. ibidem in omnibus autem his non dicitur quis soluere ieiunium, quando autem sine aliqua causa legitima sumit quis aliquantum de cibo qui solet sumi ad nutriendum, dicitur ieiunium soluere.

An si aliquis comedendo semel sumat de cibo immoderate per hoc ieiunium frangatur. Et an ieiunans debet vesci paruis pisciculis. Quæst. CLXVI.

QVAERETVR si aliquis comedēdo semel sumat de cibo immoderate, an per hoc ieiunium frangatur, vel etiā si sumat aliquos cibos speciales, etiam si non sint carnes.

Dicunt quidam, ꝙ frangitur ieiunium, quia ieiunium introductum est ad afflictionem corporis, qui autem immoderate sumit de cibo excusat per hoc afflictionem corporis, ergo soluit ieiunium, quia contra intentionem statuentis ieiunium agit.

Item quidam cibi sunt præter carnes multum delectabiles in quibus homines delectantur, & nutriuntur, sicut in carnibus, ergo sumere illos ieiunium frāgit. Item Gregor. dicit, dist. 4. c. denique, ꝙ in ieiunio christiano esus piscium relinquitur, vt licet ei sit infirmitatis solatium non luxuriæ pariat incendium, denique qui a carne abstinent, nequaquam sumptuosiora marinarum beluarum conuiuia præparent. etiam 82. dist. capit. presbyter, dicitur quòd ieiunans debet vesci paruis pisciculis, ergo manducans de magnis piscibus ieiunium frangit.

Item videtur, ꝙ ebrietas, vel immoderatus potus ieiunium soluat, quia dicit Greg. di. 4. c. denique, de ieiunantibus vinum, ita bibere permittimur, vt ebrietates omnino fugiamus, alioquin restat, vt omnia quæ corporibus libent similiter faciamus.

Dicendum, ꝙ cum ieiunium sit ab ecclesia statutum, non aliter illud frangimus, nisi quando cōtra intentionem, & statutum ecclesiæ de ieiunio facimus,

A ecclesia autem in ieiunio nihil taxauit, nisi semel comedere, & a quibusdam cibis specialiter abstinere, qñcunque ergo quis semel comedens a prædictis abstinuerit quidquid aliud comedat, vel bibat, siue moderate, siue immoderate, siue delectabiliter, siue aspere non frangitur ieiunium, potest tñ perire meritū ieiunii in totum, vel in partem secundum conditionē excessus quem quis fecerit, & etiam poterit interdum peccare mortaliter, vt si sit magnus excessus, qui etiā in non ieiunantibus esset increpabilis, pro hoc tñ non iudicabitur transgressor ieiunii ab ecclesia, nec etiā a Deo ad hoc, ꝙ puniatur, tanquam violator præcepti, punietur tamen ex alio capite. §. si peccauit excedēdo in quantitate, vel qualitate cibi, vel in alijs modis quibus quis peccat in gula, vt dicetur infra q. 172.

B Sed obijcietur, ꝙ isti excedentes in cibo frangant ieiunium ecclesiæ, quia ieiunium ecclesiæ est parsimonia victus, & abstinētia ciborum, vt dicit Isidorus, & ostensum est supra q. 124. isti tamen excedentes nō obseruant parsimoniam cibi.

Dicendum, ꝙ ieiunium ecclesiæ est abstinentia a cibis, non per omnem modum, sed eo modo quo ecclesia diffinit, & tamen ipsa solū iubet abstineri a carnibus, & quibusdam alijs cibis, & comedere semel tātum, ideo non obligamur amplius, & facientes hoc dicimur habere abstinētiam a cibis, quia aliàs licebat nobis sæpius comedere, & de quibuscunque cibis, nunc vero semel tm̄ comedimus, & non de omni-

C bus. sic dicit Innoc. vbi supra, ꝙ licet ieiunium sit abstinentia victus, tamen credimus eum ieiunare, qui consuetudinem seruat, licet ad ingurgitationem comedat quidquid sibi placet, quia in ieiunio non tātū abstinentia debet attendi, sed ecclesiæ consuetudo.

Ad primum dicendum, ꝙ qui sumit de cibo immoderate agit contra ecclesiæ intentionem nō tamē peccat, quia ad hoc ꝙ peccet, oportet ꝙ agat contra intentionem expressam, vel limitatam per statum, & sic patet in obseruatione omnium legum politicarū, quia intentio condentis est ciues bonos facere per legem, si quis ergo taliter obseruet legem, vt per eā bonus non efficiatur. §. quia propter timorem solum obseruat, agit contra intentionem legislatoris, qui vult

D ciues bonos facere. 2. Ethicorum. & tamen non peccat, quia non agit contra id quod in lege expressum est, nam lex licet dirigat in finem, non est de fine, sed de eo quod est ad finem, ita hæc intentio ecclesiæ est homines per ieiunium affligere, & ad hoc determinauit modum qui est abstinere a talibus cibis, & semel tantum comedere, licet ergo quis non affligat seipsum, dum tñ semel tātum comedat, & abstineat a cibis vetitis non frangit ieiunium, licet agat contra intentionem legislatoris, quia non agit contra intentionem legis expressam. Ad secundum dicendum, ꝙ licet aliqui cibi sint, ita delectabiles sicut carnes, & ēt plus, non violatur ieiunium sumendo de illis, quia ecclesia non vetuit illos, & vetuit carnes. Quod autem

E dicitur aliquos pisces esse ita nutritiuos, sicut carnes falsum est, & tñ dato, ꝙ essent aliqui nō frangeretur in eis ieiunium, quia ritus ieiunii solum hēt vigorem ex institutione ecclesiæ, & nihil est illicitū in ieiunio nisi ꝙ ecclesia vetuit. Ad tertium dicendum, ꝙ Greg. non loquitur ibi determinate imperando, sed magis ꝯsulendo q̄d fieri bonū sit, vt hoī ꝓficiat ieiuniū ad illū finē ad quē institutū est. §. ad macerandū carnes, & q̄a p̄ immoderatū cibū maxime ī piscibus magnis aliq̄uo confortatur libido, vel excitatur in homine consuluit, ne quis beluas marinas sumat in cibum, & non prohibet Gregorius simpliciter comedere de marinis beluis, sed facere de eis conuiuia sumptuosiora, quia istud importat de se excessum quendam, qui

etiam in non ieiunantibus culpabilis eſt,& tñ nõ frangit ieiunium, ſic dicit Inn. vbi ſupra, ꝙ ſi aliquis ſanus cibum capiat, vel beluas marinas comedat, vel ſi nimis ardenter comedat, non credimus, ꝙ pp hoc ſoluatur ieiunium, ſed in his, & in alijs exceſſibus eũ peccare credimus, & ſic intelligitur de conſ. di. 1. c. ſolẽt. & di. 5. c. quinque. & di. 4. c. denique, ꝙ autem dicitur. 82. di. c. presbyter de paruis piſciculis non intelligitur de ieiunante quolibet, ſed de illo cui erat impoſita pęnitentia pro peccato fornicationis, vt patet ibidem, nam multa alia grauia ei imponuntur, & ille ad literã tenetẽ obſeruare ea. ſ. ꝙ de paruis piſciculis comedat, & non de magnis, ſecus autem de alijs ieiunantibus, quia eccleſia non arctat eos ad hoc.

Ad quartum dicendum, ꝙ ebrietas proueniens ex exceſſu potus peccatum eſt mortale, vel veniale, ẽt in non ieiunantibus, & iõ ſemper eſt vitanda, & tamen ẽt ſi eſſet peccatum mortale non frangeret ieiuniũ, tum quia non eſt expreſſe vetita ieiunantibus, & tamen in ieiunio nihil tenemur obſeruare, nec cauere, niſi ꝙ expreſſe ponitur, cum aũt Greg. dicit cauendũ ab ebrietate dicendum, ꝙ non intelligitur diſſuaderi ebrietas, tanq̃ ieiunium frangens, ſed tanq̃ mala, quia oẽ pctm̃ fugiendum eſt, tum quia ebrietas directe nõ repugnat ieiunio quantumcunque ſit mala, quia ieiunium conſiſtit in vnica comeſtione, ebrietas autẽ nõ facit eſſe plures comeſtiones.

An per odorem aliquarum rerum ſoluatur ieiunium. Quæſt. CLXVII.

QVAERETVR an per odorem aliquarum rerum ſoluatur ieiunium, Aliqui dicunt, ꝙ ſic, quia in ieiunio auferuntur nobis ea, quæ nutriunt, vt nõ vtamur illis, niſi ſemel, odor tamen nutrit, & confortat aliqualiter, ideo ſoluere videtur ieiunium.

Dicendum, ꝙ non ſoluit, quia vt dicit Ari. li. de ſenſu, & ſenſato odor non nutrit, ſed ſolum confortat, ſi enim natura ſit debilitata confortatur aliqualiter per quoſdã odores, & vires eius fortificantur, non tamen reſtauratur aliquid de deperdito eo ꝙ odor eſt quędã ſubſtantia leuis, quæ non conuertitur in ſubſtantiam odorantis, ad hoc ꝙ reſtauret deperditum per reſolutionem; in nutrimento aũt fit conuerſio ipſius cibi in ſubſtantiam corporis nutriti, & illud eſt reſtaurare, & nutriri, nullus ergo odor quantumcunque excellens ſit nutrire p̃t, ſed ſolum confortare, & ideo ieiunium non ſoluit, etiam quia dato, ꝙ nutriret odor, nõ ſolueret tñ ieiunium, quia non eſt prohibitum, nihil tñ ieiunium frangit, niſi ꝙ prohibitum eſt, poteſt tamen quis peccare in vſu odorũ, ſicut in vſu ciborũ, licet ꝑ odorem non dicatur quis intemperatus, quia intemperantia ſolũ eſt in guſtu, & tactu, in quibus cõmunicamus cum beſtijs. 1. Ethi. c. de temperantia. in odoratu aũt nullum aĩal præter hominem delectatur, ſed ſolum ordinatur tn eis odor ad cibum. i. ꝙ per odorẽ quærunt cibum, vt dicitur ibidem. Ad arg. dicendũ, ꝙ non nutrimur odoribus, ideo non ſunt prohibiti odores in ieiunio, tanquam repugnantes directe ieiunio, nec oportet prohiberi.

An vſus medicinarum ſoluat ieiunium ſi ante cœnam, vel poſt ſumantur. Quæſt. CLXVIII.

QVAERETVR an vſus medicinarum ſoluat ieiunium ſi ante cęnam, vel poſt cęnam ſumantũ. Aliqui dicunt, ꝙ ſic, inquantum multę earum ſunt cibi quidam. i. cibi aſſumpti, tanquam remedium, vel curatiuum ęgritudinis.

Dicendum, ꝙ medicina poteſt large ſumi. ſ. pro oĩ

F illo, quod confert ęgris ad ſalutem qũocunque conferat, vel ſolum pro eo quod ſumitur directe contra morbum. Primo modo totus cibus quẽ ſumunt ęgri iuxta præcepta medicorum poteſt vocari medicina, & ſic manifeſtum, ꝙ medicina ſoluit ieiunium, quia iubent interdum medici ęgro comedere carnes, aut tales, vel tales cibos, & non eſt dubium quin iſti cibi frangant ieiunium, etiam ſi per hoc non peccent ęgri quia habent iuſtam cauſam frangẽdi. Alio modo accipitur medicina ſolum pro eo, ꝙ ſumitur ſolum, vt contrarium morbo, & eſt de rebus illis, quę cõmuniter non ſumuntur in cibum, & tunc dicendũ, ꝙ ęger ſumens medicinam, vt ſanetur ab ęgritudine, quam patitur, vel vt non incurrat in aliquam ęgritudinẽ, q̃ timet, non frangit ieiunium, ſiue añ cęnam, ſiue poſt
G cęnam ſumat medicinam, ẽt ſi illa multum nutriret, & famem extingueret, ſicut alij cibi. ſi autem medicinam quis accipiat ſolum ad conſeruandam ſanitatem nullam patiens actualiter ęgritudinẽ, nec timẽs aliquam de propinquo, videtur frangi ieiuniũ ſi medicina illa habeat modum cibi, ſic dicit Inno. vbi ſupra ſcilicet medicinam pro remouenda infirmitate, vel fugienda accipere licet ſine peccato in die ieiunij, ſed pro conſeruanda ſanitate tantum, vbi nõ eſt ſignum infirmitatis non credo.

An ſumere electuarium in ieiunio frangat ieiunium. Et an liceat aliquid poſt vel ante cœnam comedere, quod vulgo dicitur facere collationem, & quid.
H *Quæſt. CLXIX.*

QVAERETVR an ſumere electuarium in ieiunio frangat ieiunium. Aliqui dicunt, ꝙ ſic, quia cibꝰ eſt, & non licet cibum ſumere niſi ſemel.

Dicendum, ꝙ electuarium vt cõiter nõ frangit ieiunium. Quidam tamen dicunt, ꝙ ſi ſumatur electuariũ ad delectationẽ ſolam, ꝙ ſoluit ieiuniũ, ſi autẽ cã medicinæ. i. quia corpori prodeſt non ſoluit ieiuniũ. Dicendum tñ, ꝙ iſta diſtinctio nihil facit, quia intẽtio vel finis eſt oĩno extra naturam ieiunij, quia ad ieiunium non pertinet, niſi ſumere cibum, vel non ſumere, quia ſtatutum legis poſitiuę non attendit intẽtionem obſeruantis, ſed ſolum ipſum actum eo, ꝙ mo-
I dus virtutis non cadit ſub præcepto. i. non obligatur quis per legem poſitiuam, vt virtuoſe operetur, ſed ſatis eſt, ꝙ faciat id quod iubet: facere aũt ex tali, vel tali intẽtione facit ad meritum, vel demeritum in opere, quia meritum conſideratur reſpectu Dei, qui potius attendit intentionem, quam actum exteriorem, nam Deus intuetur cor. 1. Re. 16. homo autem iudicat, quæ foris ſunt, & quia lex poſitiua eſt humana, iudicat etiam ſolum, quæ foris ſunt. ſ. ipſum actũ, iõ dicendum vr̃, ꝙ electuarium aliquo mõ nutrit, quia q̃dam cibus eſt, cõiter tñ non ſumitur ad nutritionẽ, nec ad manducationem, ſed ſolũ ad bonam diſpoſitionẽ ſtomachi, ideo non frangit tunc ieiuniũ, ſicut nec potus, quia potus aliquo modo nutrit, & tñ ſiue
K añ cibum, ſiue poſt ſumatur non frangit ieiunium, vt dictum eſt ſupra q. 164. Electuarium aũt eſt ad eundẽ finem. ſ. ad ſtomachum diſponẽdum, ſicut eſt potus in adiutorium digeſtionis cibi, & ad bonam habitudinem membrorum, ita electuariũ eſt ſignũ huius, q̃a non ſumitur electuarium a ieiunantibus, niſi qñ bibunt ad veſperum, nam tunc potus videtur ſumi ex neceſſitate pp ſitim, & tñ in ieiunio vr̃, & ideo poſſet nocere, & vt non noceat ſumitur ſimul electuarium, quod ſtomachum confortat, & diſponit ad digeſtionem, & vocatur electuariũ quæcunque ꝯfectio facta qua hoĩes ſolent vti qñ bibũt, & tales ꝯfectiones ſunt regulariter de rebus delicatis, & parum nutritiuis, &

ideo ieiunium frangere non videtur. Si tñ quis sume ret electuarium sine potu, vel sumeret ante cibum, videretur ieiunium frangere, quia iam ad alium finem sumitur, etiam si quis sumeret illud in magna quantitate, vel vteretur eo, sicut aliis cibis ad extinguendū famem, frangeret ieiuniū, quia iam non esset electuarium, sed cibus, & fieret fraus legi. Si quis autem non sumat in tanta quantitate, nec ad famem extinguendam, sed solum ad delectationem, perit meritum in totum, vel in partem, & tantum pt esse desideriū huius delectationis, ꝙ peccaret mortaliter quis sumēdo electuarium, tamen non frangeret ex hoc ieiunium.

An assumentes panem, vel fructus pro collatione loco electuarij frangant ieiunium. Quæst. CLXX.

Sed quid si quis non habens electuarium acciperet modicum de pane, vel fructibus, aut quibuslibet aliis cibis, an frangatur ieiunium?

Aliqui putant, ꝙ frangatur, quia isti sunt veri cibi, & vsus cōis eorum est in cibum, & ad nutriēdū, quod non fit in electuario, quod non cōficitur, vt sit cibus, & tñ cibum bis sumere ieiunium frangit.

Dicendum, ꝙ nō est ita securum sumere ista, sicut electuarium, quia isti sunt cibi veri, pt tñ dici, ꝙ si sumantur solum, vt stomachum disponant ne potus sumptus noceat, ieiunium nō frangitur, quia licet isti sint cibi non sumuntur, tunc vt cibi, sed vt medicinæ, nam ēt electuarium quodcunque sit aliquo mō nutrit, sed quia vsus eius non est ad nutriendum, cōtter dr̄ non frangere ieiuniū, & ad hoc oportet ꝙ sit vase de parua quantitas panis, vel similium rerum, & ēt ꝙ non sumatur, nisi qñ potus sumitur, vt non noceat, quia aliàs videretur sumi aliqualiter in remedium famis, ēt ꝙ ille qui sumit credat potum sibi nociturū, nisi sumeret panē, vel similia, aliàs n. sumi nō debet, quia sumerentur ista sine causa, securius tamen est ab stinere ab eis, nisi quis credat, quòd potus sibi multū noceret, nam tunc non solueretur ieiunium maximè vbi consuetudo istud habet, quia circa talia consuetudo hēt magnum vigorem. Ad id quod dicebat, ꝙ panis, & similia sunt cibi dicēdum, ꝙ licet aliàs sint cibi, nunc non sumuntur, vt cibi, sed vt medicinæ, vt dictum est, de electuariis eadem ratio est, quia vsus communis est sumere potius hoc, vt medicinam ad disponendum stomachum, quam vt cibum ad extinguendum famem, nam vsus cibi est nutrire, & famē extinguere.

An esus carnium, & lactis, casei, & butyri frangat ieiunium. Et quibus ieiunando liceat carnes prægustare. Et quare potius carnes prohibentur in ieiunio, quam vinum, legumina, & pisces, cum magis incitent ad venerea, quam carnes. Et de incitantibus ad venerea, ad quæ tria sunt necessaria. Quæst. CLXXI.

Quæretur an esus carnium ieiuniū frangat. Aliqui dicunt, ꝙ non, quia ieiunium institutū est ad comprimendum vitia carnis, sed potus vini prouocat magis concupiscentiam Prouerb. 20. luxuriosa res est vinum, & ad Ephesi. 5. nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed non interdicitur vinum ieiunantibus, ergo nec carnes ieiunium soluent.

Item legumina spiritus gignunt, & inflant, & sic luxuriam prouocant, & tamen non interdicuntur in ieiunio, ergo nec carnes debent interdici.

Item sunt multi pisces qui ita nutriunt, sicut caro & delectabiliter comeduntur, & non soluunt ieiuniū ergo nec etiam vsus carnium.

Dicendum, ꝙ in ieiuniis omnibus generaliter est

A abstinēdum a carnibus, quia ieiunium ab ecclesia institutum est, & obligat eo mō quo ecclesia illud instituit, ecclesia autem instituit illud principaliter ad carnis vitia comprimenda, & quia nihil est, quod magis confortet ad venerea, quam vsus carnium, fuit vetitus cibus iste in ieiunio, & ista fuit causa, quare oībus monachis interdicuntur carnes, de conse. di. 5. c. carnem. s. quia debent cauere ab oī libidine, quia vouerunt continentiam perpetuam, iō vt eam facilius obseruarent fuerunt ipsis carnes generaliter vetitę, & in oī ieiunio vetantur, vñ ēt si quis non ieiunet, dū tñ sit dies ieiunii non licet ei carnē manducare, nisi pp infirmitatē, quia ēt monachis quibus sunt aliàs carnes vetitę licitum est in ęgritudine carnes comedere, vt

B in alle. c. carnem, ēt fames facit licitum esse carnibus vesci, vnde ēt in quadragesima si quis non hēret, nisi carnes quibus vesceretur, nō peccaret sumendo illas extra de obser. ieiu. c. consilium.

In ieiuniis aūt nullum est strictius, quam quadragesimale. & in eo non solum a carnibus abstinetur, sed etiam ab omnibus, quæ a carne originem ducunt. s. a sanguine, caseo, lacte, & ouis, vt ait Greg. di. 4. c. denique, & istud generale est apud omnes gentes, quòd in quadragesima abstineant ab istis, & hoc verum est nisi propter penuriam. s. quia regio illa non habet pisces ad sufficientiam, quia potest tūc recurri ad alios cibos, nam cum necessitas faciat licitum vsum carnium, a fortiori licitum faciet vsum lactis, casei, & o-

C uorum, etiam cōsuetudo antiqua in hoc excusare potest, cum ieiunia, vt in plurimum ex consuetudine vigorem habeant. De alijs autem ieiuniis extra quadragesimam, quia non sunt tam stricte seruanda, statur magis consuetudini, vt omnes Doct. asserunt quibus cibis vti liceat ieiunantibus, dum tamen carnibus nō vtantur, & si esset consuetudo alicubi, ꝙ in omnibus ieiuniis, extra quadragesimam ieiunans vtatur ouis, caseo, & lacte licitum erit, in quadragesima autē non, ita sufficienter excitat consuetudo, vt possimus vti lacte, & caseo, sicut in alijs ieiunijs. Ratio huius est, quia de ieiuniis quadragesimæ expressum est di. 4. c. denique, ꝙ ieiunans non solum a carne, sed etiam ab eis quæ a carne ducunt originem abstinere debet, de a-

D lijs autem non est expressum, ideo consuetudini relinquitur istud interpretandum, & sic aliquę prouinciæ sunt, in quibus per totum annum in sextis ferijs, & aliis diebus ieiuniorum oua, lac, & caseus comeduntur, præterquam in quadragesima. Aliæ aūt prouinciæ, quæ strictius ieiunia seruant nullos cibos permittunt in ieiuniis, nisi quibus in quadragesima vescimur, nisi in ieiuniis spontaneis, quę sunt inter Pascha, & Pentecostem, in quibus caseo, & lacte, & ouis vtuntur. Rō huius est, quia omne ieiunium putant esse ęquale ieiunio quadragesimæ, & ideo per totum annum in omnibus ieiuniis necessariis eisdem cibis vtuntur. Inter Pascha autem, & Pentecostem nullum ieiuniū ecclesiæ est. 76. di. §. non autem, & ca. post Pa-

E scha, nisi quis velit introducere ieiunium, ideo sicut sponte ieiunia illa introducta sunt, ita in eis voluerunt aliquid de rigore aliorum ieiuniorū tollere. Hic autē considerandū, ꝙ qñcūque licet alicui sumere caseū, oua, & lac, licet ēt comedere sanguinē. i. butyrum vel pinguedinem, sic dicit Host. in tu. ti. de obseru. ieiu. & est ar. ad hoc. 82. di. c. presbyter, vbi dr̄ ꝙ ille presbyter cui imponebatur pnīa pro fornicatione diebus dominicis possit vti vino, & sagimine, ouis, & caseo, iuxta canonicam mensuram, & sic ista ęquiparantur, & tamen in hoc sola consuetudo attendenda est, quia si habeat consuetudo, ꝙ vtamur solo lacte, vel solo caseo non licebit vti cæteris, & econuerso, quia consuetudo habet locū legis, & si lex pcederet expsse vnū istorum,

istorum, & non alia, non erat intelligendum, ꝙ cętera essent cõcessa. Quòd aũt supra dicitur ieiuniũ semper solui per esum carnium non debet intelligi in illis, qui ex necessitate carnes comedunt, vel pręgustãt, vt siquis nullum aliũ cibũ habeat, & ẽt in eis, qui seruiunt magnis dominis, & debent pręgustare cibos illorũ, vt caueant sibi a toxico, quia licet illi comedãt aliquid de carnibus die ieiunij sic prægustando non soluunt ieiunium, sic dicit Innocen. vbi supra seneschales aũt enxenia portantes, & quoscunque alios seruiẽtes prægustantes cibos ante dominos timentes toxicum non credimus soluere ieiunium: eadẽ cã est in monachis, quibus non licet carnes comedere, si tñ ipsi pro infirmis, vel aliàs ex necessitate, vel charitate carnium cibos parent, licet eis prægustare, vt conuenienter parare possint, sic dicit ibidem Inno. Cin his casibus credimus, ꝙ monachis licet prægustare carnes, & hoc dicimus propter generalem consuetudinem, quæ sic obtinet. Ad primum dicendum, ꝙ in ieiunio cibus carnium vetitus est, & non vinum, quia vinum non ita facit ad libidinem, sicut carnes, quia vinum solũ confert ad hoc per modũ alterantis, quę alteratio cito deficit, carnes aũt conferunt per modũ nutrimenti, quia materiã præstant, iõ magis sunt carnes prohibitę, sunt.n. tria necessaria in coitu, s. semen calor, spiritus, & iõ secundũ, ꝙ aliquid confert ad aliquid istorum trium dr̃ incitate ad libidinẽ, vinũ enim confert calorem, quia alterat, & inflammat, & sine actuali calore impossibile est esse coitum, nec concupiscentiam. Legumina aũt, & oẽs cibi ventosi conferunt ad generationẽ spirituum, quia spiritus grossos generant, idest inflationem quandam, quæ etiam necessaria est propter conditionem organi genitalis, & quantum ad hoc legumina ad venerea disponunt, Semen etiam requiritur, quia illud est generationis materia, & propter quod alia sunt: ad semen generandum faciunt carnes, quia sunt magni nutrimenti, & ideo generantur inde plures superfluitates, & tamen semen pertinet ad superfluitatem secundę digestionis, ad calorem confert vinum, & non carnes, ad spiritus generandos conferunt legumina potius, quam vinum, & carnes, non fuit tamen tam necessarium prohiberi aliquid istorum, sicut carnes, quia istę magis agunt ad venerea: nam calor, qui gignitur ex vino cum sit quędam alteratio cito transit: spiritus ẽt, idest inflatio causata ex leguminibus cito resoluitur, semẽ aũt, quod gignitur ex carnibus diu manet, & illud est, quod efficit hominem potentiorem ad venerea, omnia enim hęc tria in aliquo nocent volenti continentiam seruare inquantum ad venerea disponunt: legumina tamen inter cętera minime nocent, quia solã inflationem, vel spiritum gignunt, & non materiam seminalem, nec calorem venereum, inflatio autem illa non est multum periculosa, tum quia cito resoluitur, tum quia ad venerea hominem potentem non reddit, quia potentia soluni est ex abundantia humoris seminalis, tũ quia desiderium non incitat: nam desiderium est calore titillante, & ideo inflationes causatę ex cibo leguminum solent prouenire sine desiderio venereorum: nam multa etiam alia huiusmodi inflationem faciunt, quæ ad venerea non incitat, nec potentem reddunt, sed potius debilitant, ideo vsus leguminum non prohibetur, nec dissuadetur in ieiunio in parua, vel magna quantitate. De calore autẽ, & semine manet dubium quid illorum magis noceat volentibus continentiam seruare. Et dicendum, ꝙ directe magis nocet calor, quia tentatio, & peccatum insurgit ex desiderio venereorum, secundum quòd homo cõsentit appetitui, calor tamen est solus, qui suscitat desiderium titillando, & ideo immoderate

F videtur calor magis nocere, & tamen inquantum alteratio facta per calorem potest cito deficere, quod non fit in semine, quia postquam multum de semine genitum est non potest deficere, nisi per emissionem, vel per longam resolutionem, & macerationẽ corporis: nocet magis semen, quam calor. Sed obijciunt aliqui, quòd simpliciter magis noceat calor, quia si alteratio facta per calorem vini cito deficiat, iterum, & iterum sumetur vinum, & gignetur calor, & sic continuabitur illa alteratio. Item ostendunt hoc, quia mulieres magis abundant in semine, quam viri, & tamen non est in eis tam vehemens desiderium venereorum, sicut in viris, nisi quia propter defectum prudentię non compescendo aliqualiter desideria sua in G libidine magis insaniunt interdum, quam viri, & tamen reguraliter mouentur vehementius, & ferocius, quam fœminę, quod non fit, nisi ex abundantia caloris titillantis, cum tamẽ habeant minus de semine, quam fœminę,

Itẽ ostendunt hoc in colericis, & phlegmaticis: nã phlegmatici magis habent de semine, quã cholerici. & tamẽ cholerici sunt valde cupidi venereorũ, quod non accidit phlegmaticis, ideo dicũt, quòd abundantia seminis causati ex carnibus minus nocet, quam calor causatus ex vino, & ideo, quòd potius debuit prohiberi vinum in ieiunio, quam carnes, sed dicunt, quòd ecclesia vetuit carnes, & non vinum propter H duo.

Primo, quia facilius est abstineri a carnibus, quam a vino, & ideo esset facilius transgredi præceptum ecclesię si vinum fuisset prohibitum, quam prohibendo carnes: noluit igitur ecclesia statuere illud, quod difficulter seruari poterat,

Secundo, quia vinum non solum sumitur, vt cibus, & potus, sed etiam, vt medicina adiuuans ad digestionem, & confortans stomachum: subtrahi ergo vinum erat magnum nocumentum, quod apparet in eis, qui ieiunant in pane, & aqua, ideo ecclesia vinum non vetuit in ieiunio.

Dicendum, quòd prædicta satis rationabiliter di- I cta sunt, & tamen veritas est, quod carnes magis nocent volenti continentiam seruare, quam vinum, etiam si vinum generet plus de calore, quia calor genitus per vinum nihil agit ad venerea, nisi inquantum inflammat vasa seminaria, & loca vicina, & tunc fit titillatio magna, & apparet differentia manifeste: quia interdum quis calefactus vino incitatur parum ad venerea, & interdum vehementissime, quod non prouenit, nisi ex differentia multi, vel pauci seminis: nam illi, qui per coitum se exinanierunt, etiam si calefiant a vino non incitantur vllo modo, vel valde remisse, qui autem diu continuerunt etiam si parum calefiant a vino ferocissime incitantur, & est eis grauissimum abstinere. Non ergo prouenit, nisi ex seminis multitudine, quod cum fuerit calefactum pulsat ad exitum, multo ergo peius est abundare in K semine, quam in calore. Etiam quia calor non solum gignitur ex vino, sed etiam ex multis alijs cibis, & sępissime sine cibo, vt ex conditione regionis, vel temporis, vel laboris, & exercitij, ita vt siquis vellet vitare omnem calorem concitantem venerea, oporteret omnino exire extra naturã humanam nihil comedens, aut bibens, nec faciens, nec manens vbi cęteri manent, multitudinem tamen seminis vitare facile est, vt siquis euitet carnes in totum, & omnem excessum ciborum, ideo magis nocet cibus carnium continentię, quam potus vini. Et quando dicitur, quòd si tollitur calor inductus per vinum, iterum bibendo generabitur.

Dicendum

Dicendum, quòd non tenet, quia non quicunque calor causatus per vinum concitat venerea, sed solũ ille qui est aliqualiter excessiuus, nam vinum moderate sumptum, vel ad parcitatem digestionem adiuuat, & stomachum confortat, & non incitat venerea: potest ergo sumi vinum temperate, ita vt non causet illum calorem qui concitat venerea. De carnibus autem non est sic, quia carnes sunt multum spermaticæ, & ideo etiam si sumantur moderate per quotidianum esum generant multum de semine, quod semp manet quousque emittatur, vel resoluatur per longũ tempus, ideo difficilius est in hoc continere.

Quod autem dicebatur de abundãtia seminis in fęminis, & phlegmaticis.

Dicendum, quòd si posset poni abundantia seminis, sine vllo calore, & abundantia caloris sine vllo semine, neutrum ipsorum ad venerea conferret, licet calor posset concitare aliqualiter remisse, sed fortasse non esset sensibilis incitatio si semẽ omnino deesset, abundantia autem seminis sine calore non incitaret ad venerea, generaret tamen magnas, & graues tristitias, & morbos pessimos in corpore, quousque emitteretur, vel resolueretur, & tamen rarissime sunt ista separata, & cum fuerint simul dicendũ, quòd habens fortem calorem, licet hẽat minus de semine magis incitabitur, quam habens multum de semine etiam paucũ de calore, & ita est in cholericis, & phlegmaticis, & viris, & fęminis: non tamen sequitur ex hoc, ꝙ calor circa venerea sit magis præcipuus, quam semẽ, quia colericus exinanitus per sequentem coitum etiã si abundantissime calefiat remissius incitabitur, quã phlegmaticus modicũ habens de calore, & ita ecclesia volens comprimere per ieiunium carnis concupiscentiam conuenientius debuit carnes prohibere, q̃ vinum, & ita fecit.

Ad secundum dicendum, quòd legumina licet gignant spiritum, idest inflationem non causant directe appetitum venereorum, nec multiplicant materiam seminalem, ideo parum nocent continentię, nisi forte quis vellet omnino cauere illa ex quibus est qualiscunque occasio ad venerea, quia tunc nihil comedendum esset, nec bibendum cum nullus cibus sit, qui non conferat aliqualiter ad venerea, siue semẽ gignendo, siue spiritum, siue calorem: illa tamen nos vitare debemus, quæ multum manifeste ad ista conferunt, & ita est de carnibus animalium, & quia illa quæ originem trahunt ab animalibus, vt oua, lac, & caseus, habent etiam conditionem carnium aliqualiter quantum ad generationem seminis, quia magis multiplicant superfluum, quod in semen conuertitur, quam alii cibi, præcepit ecclesia ab eis abstineri in ieiuniis strictissime. s. quadragesimalibus distin. 4. c. denique.

Ad tertium dicendum, quòd nulli pisces sunt qui ita nutriant, sicut carnes, & consequenter non gignitur ex eis tanta seminis abundantia, & tamen dato, quòd aliquis piscis magis generaret semen, quam carnes, non teneremur vitare illum, nec solueretur ieiunium comedendo illum cum ecclesia non vetuerit, & tamen ieiunia solum obligant secundum quod ab ecclesia instituta sunt, vel secundum consuetudinem regionum, sic dicit Hierony. ad Lucinum, & septuagesimalexta distinctione, capitulo vtinam, scilicet circa ieiunia quælibet prouincia abundet in suo sensu, idest faciat, ꝙ vult, & ꝙ consueuit, & præcepta maiorum leges apostolicas arbitretur. i. præcepta data a p̃latis in singulis prouinciis circa ieiunia, ita sunt tenenda, sicut si essent leges apostolicæ.

A *An comedere ante tempus die ieiunij frangat ieiunium. Et quod circa horam comedendi diebus ieiuniorum multa sunt consideranda. Et quomodo vitium gula quinque modis nocoat.*

Quæst. CLXXII.

QVAERETVR an comedere ante tempus die ieiunii frangat ieiunium.

Quidam dicunt, ꝙ non, quia ecclesia statuit certã horam, & sicut non seruat illã horã, qui comedit ante tempus, ita nec ille, qui post tempus comedit, & tamen comedens post horam non frangit ieiunium, ergo nec comedens ante tempus.

B Item ieiunium est actus abstinentiæ, vt ostensum est supra q. 124. & 125. tollitur autem abstinentia nõ solum comedendo ante tp̃s, sed ẽt nimis comedẽdo, & delicate cibaria parando, vt ait Grego. & dict̃ ĩ j. & tñ comedendo nimis, vel cibos delicatos, non violat̃ ieiunium, ergo nec comedendo ante tempus.

Dicendum, ꝙ ieiunium nõ habet aliam obligationem, nisi q̃ ecclesia per legem suã introduxit, vel consuetudo habens locum legis: ecclesia aũt instituit certum tempus comedendi. s. hora nona, ideo q anticipat vr̃ quibusdam ieiunium frangere, est aũt tempus ieiunii hora nona, vt innuitur de conse. di. 1. c. solent. & non oportet, ꝙ sit nona stricte assumenda, sed interpretatiue. s. postq̃ transiuit meridies, & postquã ecclesia dixit nonam, q̃ semper diebus ieiuniorum dr̃ añ

C cibum, & quia ieiunia quadragesimæ voluit ecclesia strictius obseruari, quam cætera ieiunia dixit, ꝙ non sufficiebant audito signo ad nonam horam cibũ sumere, sed oportebat expectari vesperos, vt dr̃ eo. c. & tñ vesperi dñr in quadragesima ad meridiẽ, ideo sufficit post meridiem cibum sumi. Si autem anticipetur tempus dicunt quidam, ꝙ non frangitur ieiunium, sic dicit Innoc. vbi supra, ꝙ si aliquis horam anticipat vel serius comedit non credimus, ꝙ propter hoc soluatur ieiunium, sed in his, & in aliis excessibus eũ peccare credimus, & sic intelligitur, de conse. dist. 1. c. solent, & di. 5. c. quinque.

Alii dicunt, ꝙ frangitur ieiunium anticipando horam, sic dicitur in alleg. c. solent. s. solent plures qui se

D ieiunare putant in quadragesima mox, vt signũ audierunt ad horam nonam manducare, qui nullatenus ieiunare credendi sunt si ante manducauerint, quam vespertinum celebretur officium. Dicendũ, ꝙ qui ante tp̃s manducant si parum ante mãducant non frangũt ieiuniũ, q̃a nõ est stricte consideranda hora, nec oportet per astrolabium, aut alia instrumenta astrologica inquiri certitudinẽ horę, sed grosso modo, vt cuilibet vulgari potest esse cognitum, & quia in talibus non habetur æstimatio de paruo, manifestum est, quòd parua anticipatio non tollit ieiunium, si autem multum anticipetur. vt siquis vellet comedere hora tertia, vel in ortu solis, etiam si postea nũquam comedat videtur frangi ieiunium, quòd satis

E rationabile est. Siquis tamen velit intelligere, quod nullo modo frangatur ieiunium anticipando horam, sicut Inno. non est resistendum. Nam si esset statutum de certo die, quod qui tunc non ieiunaret solueret centum, siquis hora tertię comederet, & postea per totam diem non comederet, non videretur iste incidisse in pęnam statuti, ergo necesse est, quod intelligatur esse ieiunans. De merito tñ ieiunij dicendũ ꝙ perditur, & ꝙ iste peccat, quia agit contra statutũ, & tunc debet dici, ꝙ taxatio horę in ieiunio non est de principali intẽtione ecclesię, sed semel tñ comedere est de intẽtiõe ecclesię, & qñ dr̃ in alle. c. solẽt, ꝙ nullo mõ isti credẽdi sunt ieiunare, debet exponi, idest non sunt credendi mereri per ieiunium licet ieiunent.

Sed obijcietur, quòd anticipando nullo modo sollatur ieiunium, nec etiam meritum, quia licitum est debitori soluere pecuniam ante tempus conuentum: immo plus soluit, qui ante tempus soluit, vt insti.de acci.§.plus autem,

Dicendum, quòd quando dies solutionis appositus est in fauorem debitoris licitum est ante tempus solui: dicitur autem esse fauor debitoris, quòd ante tempus illud non teneatur soluere, si autem dies sit appositus in fauorem creditoris non liberatur soluēdo ante tempus: dicitur in fauorem creditoris quādo quis tenetur alteri dare rem, & quanto tardius dederit, res est maioris valoris, vt siquis agnos, vel hędos nūc natos teneatur alteri dare vsque ad quatuor menses, vel vsque ad annum: maioris valoris erunt post annum, quam post mensem, & idem est de vino nouo, & idō si iste debitor post mensem velit dare agnos, vel hędos, aut vinum, non liberatur dando, sed obligatur tenere vsque ad terminum conuentum. ff.de annui.lega.l.eū qui. ita est in ieiunio, qa quanto ieiunans tardius comedit tanto ieiunium est excellentius, quia magis se affligit ieiunans, & quia statuta est hora comedendi, vt abstinendo vsque ad illam affligat se ieiunans, non licet ei ante horam comedere, quia ieiunium esset minoris valoris tunc: etiam ista ratio procedit ex ęquiuocatione, quia soluere significat aliquādo dare, id quod debemus, & aliquando significat destruere, sicut dicimus, quòd aliquis soluit leges, idest violat, & ita Christus dicebat Ioan.8. quòd non soluitur sabbatum, nec lex, idest non violatur. Quod autē dicitur de soluendo debitum ante tempus accipitur soluere, idest dare rem debitam, & tamen, quando dicimus, quòd soluitur ieiunium comedendo accipitur soluere, idest destruere, quia vsquequo homo comederit manet ieiunium, postea autem non est ieiuniū, & ideo quanto tardius aliquis ieiunium soluerit melius agit, nisi forte multum excedens vltra horam affligeret se immoderate, quia tunc esset sacrificium de rapina, vt ait Hiero. de conse.di.5.c.non mediocriter. propter hoc ergo licet posset teneri, quòd non soluatur ieiunium, idest frangatur comedendo ante horam, sed solum meritum, videtur tamen rationabilius, & securius dici, quòd siquis multum anticipet horam tam meritum perdit, quam ieiunium soluit.

Consideranda tamen sunt in hoc multa. Primo ipsa consuetudo regionis: nam si sit consuetudo generalis in aliqua regione ieiunantes comedere ante meridiem non soluetur per hoc ieiunium, quia si consuetudo potest facere cibos licitos in ieiunio, qui sunt alias illiciti: a fortiori poterit circa tempus facere licitum, quòd tali, vel tali hora comedatur, cum nihil istorum sit secundum se malum.

Secundo consideranda est conditio regionis: nam quędam regiones sunt quarum dies sunt valde magni, scilicet peruenientes ad 18. vel 20. horas, & siquis in his terris cogeretur vsque post meridiem expectare ad cibum, natura valde debilitaretur, ideo isti ante meridiem possunt comedere.

Tertio consideratur in qualibet regione conditio temporis, & hoc propter magnitudinem caloris, vel dierum prolixitatem, aut propter aliqua accidentia contra quæ male se habet homo ieiunus: nam in talibus non oportet expectari horam nonę, nec meridiē, sed tunc cibum sumi, quando natura potest conseruari sine nocumento: nam licet ecclesia per ieiunia intendat aliqualiter nos affligere, vt sic satisfaciamus pro peccatis, non tamen intendit debilitare naturam, nec nocere, quia illud esset contra charitatem, & tamen ieiunia non sunt charitati pręponenda, vt ait Hiero. & de conse.di.5.c.non mediocriter.

F Quarto consideranda est conditio personarū, quia quibusdam est valde nociuum diu manere ieiunos, scilicet colericis, & omnibus valde resolubilibus: tamē si ista posset esse causa sufficiens ad excusandum istos totaliter a ieiunio, poterit a fortiori esse causa ad anticipandum tempus cibi, vt tunc comedant, quando eis expediuerit.

Quinto consideranda est varietas officiorum, & operationum, & aliarum opportunitatum, vt secundum varias conditiones negociorum, & operationū, ita ieiunantes comedant diuersis temporibus, sicut eis occurrerint, quia non debent per ieiunium impediri alia opera pia, quæ homo facere potest, cum interdum potius ieiunium, quam opera pia relinquendum est, vt dicit Hiero. quia rationabilis homo digni-
G tatem amittit, qui ieiunium charitati, aut vigilias præfert sensus integritati, vt propter immoderatam psalmorum decantationem amentię, aut tristitię notam incurrat de conse.di.5.c.non mediocriter: a fortiori, ergo poterit tempus anticipari ad sumendum cibū exigentibus causis pijs, vel honestis, & tunc anticipare tempus, nec tollit meritum, nec ieiunium aufert, sed quando quis notabiliter anticipat horam ab ecclesia constitutam sine aliqua causa legitima perdit meritum, & peccat, & forte, vt rationabiliter creditur ieiunium soluit.

Ad argumentum dicendum, quòd tempus præuenire est agere contra præceptum ecclesię, comedere autem post tempus non est agere contra præce-
H ptum, sed supererogare, sicut illi, qui obseruant omnia præcepta Christi, & aliquid vltra faciunt non dicuntur agere contra pręcepta, sed potius, illa plenissime obseruare, quia non solum præcepta, sed etiam consilia obseruant, qui vero non agunt totum, quod est in præceptis peccant, tanquam agentes contra pręcepta, ita illi, qui obseruant ieiunium vsque ad horam determinatam totum pręceptum obseruant, quia tantum se affligunt quantum pręcipitur, qui autem post horam statutam comedunt, affligunt se etiam plus, quam præcipitur, & sunt laudabiles, quia supererogant.

Sed obijcietur, quia dicitur Deut.12. quòd præcipio tibi hoc tantum facito domino Deo tuo, nec ad-
I das quicquam, nec minuas. dicendum quòd illud intelligitur solum de præceptis cæremonialibus datis Iudæis de modo colendi Deum. Deus enim volebat, quòd nullo modo imitarentur gentiles ne inciderent in cultum idolorum, vt patet eodem ca. & quia si Iudæi adderent aliquas cæremonias de corde suo in cultu Dei, poterant incidere in illas quas obseruabant idolatrę, iussit Deus, quòd non facerent aliquid, nisi id quod ipse iubebat, secus autem est in illis, quæ manifeste sunt bona, sicut est in consilijs, quia etiam siquis vltra præceptum fecerit non incidit in dubium an bene agat, sed manifeste constat, quòd bene agit, ideo non est vetitum, sed potius laudabile, & consultum nobis facere vltra, id quod præceptum est, & ita
K est in illis, qui ieiunant pluribus diebus, quam ab ecclesia præcepti sint, & conformiter de illis, qui tamē sustinent vltra horam statutam ab ecclesia ad comedendum, quia magis se affligunt, quam tenentur, dum tamen non immoderate agant penitus debilitando naturam, vt dicitur in alle.c.non mediocriter.

Ad secundum dicendum, quòd ieiunium pertinet ad abstinentiam cui opponitur vitium gulę, & illud quinque modis nocet nobis, vt ait Grego. in moralibus, & de conse.distin.5.c.quinque. Vno modo per hoc, quod quis præuenit tempora comedendi, siue in ieiunio, siue extra ieiunium. Secundo si comedit plus, quam debet de quocūque cibo, siue bono, siue malo.

Tertio

Tertio quando quis quærit plures cibos, quam expediat, & illos vult habere delicatos vltra necessitatem, vel conditionem suam. Quarto quando quis comedit quidquid sit cum magno ardore, & voracitate. Quinto quando quis cum magna solicitudine sibi cibos parat, & compræhenduntur isti modi his versibus, scilicet propere laute nimis ardenter, & studiose.

Dicendum, quòd nullius istorum modorum frangit ieiunium, nisi primus, scilicet propere, idest cito, vel ante tempus, licet quilibet eorum tollat in totum, vel diminuat meritum ieiunij, & hoc est, quia ecclesia statuit regulam ieiunandi, & non frangitur ieiunium, nisi quando fit contra statutum eius. ipsa autẽ statuit de tempore comedendi, & non de alijs modis, vel circunstantijs, ideo anticipando horam frangemus ieiunium, & non alijs modis.

Ratio quare ecclesia statuit de tempore, & non de alijs circunstantijs fuit, quia de ista potest poni generalis mensura, & non de alijs, potest enim inueniri vnum tempus, quod conueniat omnibus ieiunantibus ad comedendum, vt in plurimum, scilicet hora noua, in hoc autem, quod est nimis comedere non potest poni mensura, quia id quod est vni valde multum, est alteri valde paucum, vt patet in Milone, & Trierarcha, vt patet 2. Eth. De alio, scilicet laute non potest dari certa mensura, quia secundum conditionem personę, & status, & consuetudinis cõuenit quibusdam plures, & delicatiores cibos sumere, quam alijs, & quòd in vno est superabundans est in altero deficiens, vt patet in paupere, & diuite, quia diuites non astringuntur vti cibis grossis quibus pauperes vtuntur, sed eis licitum est cibos delicatos manducare, & grossos cibos pauperibus dare, vt ait Aug. di. 41, c. non cogantur. De alio, quòd est ardenter non potest dari regula, quia hoc consistit in animo, scilicet in solo desiderio, & exteriori voracitate inquantum quis ex magnitudine desiderij nõ patitur tenere modum in sumendo cibum, vt cito omnia voret, & vtrumque est vituperabile tam ipsum desiderium, quam etiam exterior voracitas, de primo patet per Augu. & 41. di. c. delitię quęlibet si absque desiderio percipiantur non officiunt, idest nocent, & viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abstinentię. De quarto patet eadem di. c. quisquis. & c. quòd dicitur de alio, scilicet de studiose etiam non potuit dari mẽsura, quia nihil bene potest fieri sine aliquo studio, idest attentione. vnde circa prouisionem corporis nostri non reprobatur solicitudo, sed nimia solicitudo. Quanta autem sit nimia solicitudo non potest compræhendi per aliquam regulam generalem, sed per prudentiam potest iudicari circa quemlibet casum particularem: maxime, quia non est conueniens eadem solicitudo omnibus hominibus circa cibos, quia potentibus, & viris illustribus per quos administrantur prouincię licitum est maiorem curam agere de cibis inquantum interdum per cibos occiduntur, nisi diligenter caueatur, & ideo oportet aliquos magnã curam agere circa cibos ipsorum, ne prauis hominibus ad nocendum locus sit, & præter hoc cum ex vita eorum pendeat vtilitas publica, quando bene administrant, debet esse magna cura de salute eorum, & quia quidam cibi magis conferunt ad vitam quam alij, haberi debet solicitudo circa istos. personis autem parui status quibus nulla talis administratio incumbit, & maxime illis, qui totam vitam suam Deo impenderunt, sicut sunt monachi, & omnes religiosi non conuenit magnam curam agere circa cibos parandos, & sic non potest dari regula, quæ sit magna, & quæ sit parua solicitudo, ideo ecclesia circa hoc non tradidit præceptum, & sic licet istis quinque modis gula tentet nos, & pereat meritum ieiunij in totum, vel in partem, non fuit positum præceptum, nisi de tempore, ideo per nullum aliorum de istis quinque violatur ieiunium.

Quæ conditiones requiruntur ad hoc quòd quis bene ieiunet, idest ad hoc, quod non frangat ieiunium, & ad hoc, quòd mereatur. Quæst. CLXXIII.

QVAERETVR quę conditiones requiruntur ad hoc, quòd quis bene ieiunet.

Dicendum, quòd in bono ieiunio requiritur ieiunare, & meritorie ieiunare, ad ieiunandum requiruntur aliqua, & ad meritorie ieiunandum requiruntur alia.

Ad ieiunandum requiruntur illa quibus non existentibus ieiunium soluitur. Primum istorum est semel tantum comedere, quia istud est, quòd principaliter ecclesia intendit introducere pręcipiẽndo ieiunium: an tamen per quamlibet rem comestibilem, vel potabilem sumptam extra vnicam comestionem soluatur ieiunium, ostensum est supra q. 164. & 165.

Secundum est, quòd abstineatur a carnibus, istud est enim generale in omnibus ieiuniis, & etiam interdum non obligamur ieiunare, & obligamur a carnibus abstinere, vt patet in omnibus sextis ferijs generaliter apud omnes gentes, & innuitur hoc extra de obseruat. ie. c. explicari vbi in sola die Natalis Domini, quando accidit sexta feria permittitur nobis esum carnium, & sic omnibus alijs sextis ferijs a carnibus abstinendum est, patet etiam de die sabbati in quo nõ est ieiunium de necessitate, tamen præcipitur saltem a carnibus abstineri, de conse. di. 5. c. quia dies, & licet nunc non obseruetur illud apud omnes gentes, saltem in illis vbi est consuetudo obligantur abstinere a carnibus licet non ieiunent, extra de obserua. ie. cap. consilium.

Tertium est, quòd in ieiunijs quadragesimalibus non solum a carnibus, sed etiam ab omnibus, quæ a carne originem ducunt, vt caseo, ouis, lacte abstinendum est di. 4. c. denique. in alijs autem ieiunijs abstinẽdum est a carnibus, de cęteris autem cibis a quibus abstineatur, a quibus non, standum est consuetudini, vt ostensum est supra q. 171.

Quartum est hora debita ad comedẽdum, quę nõ est pręuenienda notabiliter: nam si modicum præueniatur, ieiunium non soluitur, si vero multum perit tã meritum, quam ieiunium, vt ostensum est supra q. præcedenti. Ad hoc autem, quod est meritorie ieiunare etiam multa requiruntur. Primum est, quod scilicet ieiunetur propter debitum finem, & non propter inanem gloriam, vel ad aliquid malum inducendum, sed solum propter Deum, quia aliàs perit merces, vt supra in litera.

Secundum est, quòd non fiat aliquo tempore indebito in contemptum temporis, vt si quis ieiunaret die dominico in contemptum huius diei peccaret di. 30. c. si quis tanquam, & de conse. di. 3. c. ieiunium. in tex. & glo. quomodo autem ieiunet quis in contemptum diei ostensum est supra q. 162.

Tertium est, vt ieiunans non vtatur rebus delectabilibus ex industria, quia ieiunium introductum est ad afflictionem corporis, quærere tamen delitias corporis immoderate peccatum est quocũque tempore di. 41. c. delitię, & a fortiori tempore ieiunij, quia delitię repugnant ieiunio. Quartum est ciborum superfluitas, nam illa parit luxuriam, quæ directe repugnat ieiunio, cum sit introductum ieiunium ad comprimenda vitia carnis. Quintum est ebrietas, quæ non solũ luxuriam gignit Prouer. 20. & 25. di. c. luxuriosa,

sed

sed etiam rationem aufert, & istam dicit Greg. cauendam in ieiunio di. 4. c. denique, dicens quòd si ebrietas licita esset, omne, quod appeteret corpus licitum esset.

Sextum est magna apparatio ciborum delicatorum, quia hoc est laute comedere, & valde repugnat ieiunanti, sic dicit Grego. di. 4. c. denique, scilicet qui a carne abstinent, nequaquam sumptuosa marinarum beluarum conuiuia præparent.

Septimum est ardenter cibos sumere, quia hoc repugnat abstinentię, & est increpabile in quocunque homine, a fortiori autem in ieiunante di. 4. c. quisquis, & c. quòd dicit. Octauum est comedere ante tempus ex impatientia famis, vel ex alia causa non legitima, & differt hoc ab eo, quòd supra dicebatur de solutione ieiunii, quia prępeniendo tempus notabiliter perit ieiunium, & meritum.

Si autem non notabiliter præueniatur etiam si sine causa legitima præueniatur non frangitur ieiunium, si tamen scienter quis præueniat tempus sine vlla causa legitima, etiam si modicum prępeniat perit meritum, vel minuitur.

Nonum est in eo, qui curiose cibos parat vltra conditionem, & statum personę suę, vt ostensum est precedenti q. Decimum est in eo, quæ fraudem aliquam facit in ieiunio, vt sumendo electuarium non ad vtilitatem, sed ad delectationem, etiam si sit in parua quātitate. nam si in magna quantitate sit, & sumatur per modum cibi ad extinguendum famem non solum perit meritum, sed etiam ieiunium soluitur, vt ostensum est supra q. 169. sic etiam, qui bibendo fraudem agit ieiunio, quia siue quis bibat ante cibum, siue post directe non tollitur, eo quòd non soluitur ieiunium, nisi per manducationem, si tamen esset potus, qui accipitur, tanquam cibus, vt quando conteruntur aliquæ res, vt succus earum bibatur, quia succus ille nutrit, sicut cibus, & maxime si esset succus carnium, quia ille manifeste frangeret ieiunium.

De alijs autem succis esset aliqualiter dubium an ieiunium frangerent vel non, & tamen quandocunque bibatur ante cibum, vel post in ieiunio si non ad sitim extinguendam, sed ad delectationem bibatur, minuitur aliquid de merito ieiunij. & maxime, quando bibitur ante cęnam, quia ibi fit maior fraus ieiunio cum ille potus sit aliquo modo ad extinguendā famem, quia quidam potus tam sitim, quam famem auferunt, vel saltem aliquantulum sentire nō permittunt, sicut patet in potu inebriante, vel calefaciente, talis non solum minuit meritum, vel tollit, sed etiam dubium relinquit an ieiunium solutum sit.

Vndecimum est in illis, qui immoderate ieiunant, quia omnia opera nostra sunt meritoria propter charitatem, qui tamen immoderate ieiunat contra charitatem agit, quia magis diligenda est bona habitudo corporis, vt ea existente possimus exercere opera charitatis, & prodesse proximis, quam immoderate ieiunando auferre nobis potestatem hoc faciendi, quia tale ieiunium vocatur holocaustum de rapina, vt ait Hiero. de conse. di. 5. c. non mediocriter, scilicet de rapina holocaustum offert, qui ciborum nimia egestate, vel somnij penuria immoderate corpus suum affligit.

Duodecimum est, qn̄ quis per ieiunium immoderatum non solum affligit se quis, sed impeditur ab eo ad quod obligatur, vt si vir per nimium ieiunium efficiat se impotentem ad reddēdum debitum vxori, sic etiam in illis, qui impediunt se per ieiunium ab alijs operibus, quæ sunt magis meritoria, q̄ ieiunium, quia charitas facit esse opera esse bona, & sic charitas ordinem hēt, ideo p̄ charitatem maiora bona minoribus præponenda sunt e. c. non mediocriter, scilicet ratio-

Charitas facit oia opera esse bona.

F nalis homo dignitatem amittit, qui ieiunium charitati, aut vigilias præferet sensus integritati.

Decimumtertium est in eo, qui vult ieiunia nimis extendere, vt qui vult manere biduo, vel triduo sine cibo, quia ista sunt immoderata, & necesse est, quòd sint nociua, vt ait Hiero. de conse. di. 5. c. sint tibi, scilicet nihil prodest biduo, vel triduo transmisso vacuū portare ventrem si pariter obstruatur, idest si claudatur, sed ieiunium bonum est quotidie esurire, & quotidie comedere sequenti c. sint tibi ieiunia pura continua, & moderata quotidie esurire, & quotidie prandere. idem eadem distin. cap. non dico.

G Decimumquartum est si quis ieiunat a cibis, quòd ieiunet a vitijs, nam non prodest homini affligere carnem suam si adhuc manet in peccatis eadem di. cap. nihil enim, & debent caueri omnia peccata tā oris, quam operis eodem c. nihil prodest homini ieiunare, & orare, nisi mens ab iniquitate, & obtrectationibus linguę cohibeatur.

Ieiunium enim, quòd fit ab hominibus manentibus in peccatis, & diebus ieiuniorum peccata exercētibus Deus detestatur Isa. 58. ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie, cum autem quis abstinet a vitijs est perfectum ieiunium, melius est enim a cibis non abstinēdo abstinere a vitijs, quam econtratio, vt ait Augu. super Ioannem, &

H de conse. di. 5. c. ieiunium, scilicet ieiunium magnum, & generale est abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus seculi, quod est perfectum ieiunium.

Decimumquintum est, quòd qui ieiunat non solum nō noceat proximis iniuste, sed etiam abstineat ab eo, quod iuste illis facere potest, vnde non est litigandum diebus ieiunij, nec cogendi sunt debitores sub rigore ad aliquid soluendum Isa. 58. ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis, idest non debitis facere totum, quòd vobis placet, nec litigare, & repetere debita, sed illa die permittere liberos, idest non vexare debitores, sic dicitur eodem c. dissolue colligationes impietatis, idest abstine a peccatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt liberos, & omne onus eorum disrumpe, idest debitores tuos, qui

I confracti sunt, idest subiecti tibi pro debito dimitte liberos, idest non vexes eos die ieiunij.

Decimumsextum est, quòd ieiunans benefaciat proximis tribuendo de proprijs eleemosynam. de conse. di. 1. c. solent. vbi dicitur, quòd in quadragesima non debet quis manducare vsquequo sit celebratum officium vespertinū, scilicet currendū est ad missam, & auditis missarum solemnijs, & vespertinis officijs largitis eleemosynis ad cibum attendendum est, in quo innuitur, quòd non est perfectum ieiunium, nisi præcellent eleemosyna, sic dicitur Isa. 58. hoc est magis ieiunium, quod elegi frange esurienti panē tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum operi eum. aliàs autem ieiunium si so-

K lum sit non est Deo acceptabile, quia Deo non est gratum, quòd homo affligat corpus suum, & sternat se in cilicio, & cinere, nisi a vitijs abstineat, charitatis operibus vacet. e. c. hęc. n. & similia requirunt ad hoc, q̄ ieiuniū meritorie obseruetur, quia multę sunt circunstantię, quæ ieiunij meritum auferunt, vel minuūt, sicut circa quælibet bona opera accidit.

Ieiuniū sine eleemosyna nō est Deo acceptabile.

Ad quid est ieiunium, & quid proficit, & de vndecim vtilitatibus eius. Quæst. CLXXIIII.

QVAERETVR de ieiunio ad quid sit, & quid proficiat. Dicendum, quòd ieiunium ad multa est. Primo ad ostendendum tristitiam pro mortuis; nam

nā antiqui ieiunabant, quando moriebantur illi quos diligebant, & in honorem funeris ieiunium faciebāt, sicut & alias ceremonias honoris, vt plangere, & clamare 1. Re. 31. & 2. Re. 1. & ostensum est supra q. 132.

Secundo erat ad hoc, q homo ostenderet tristitiā in seipso, vt illi, qui volebant pro aliquibus malis, quæ eis acciderant ostendere se tristes ieiunabant, tanquā ista esset tristitia, sic patet de quatuor ieiunijs Iudęorum, quæ fiebāt in memoriam quorundam malorū, quæ eis acciderant illis temporibus, vt ostenderent tristitiam pro illis Zacha. 7. & 8. & 76. di. c. ieiunium quarti, vt ostensum est supra q. 114.

Tertio est ieiunium ad placandum Deum, vt liberet hominem a malo, & periculo, & ita per ieiunium liberantur homines ab hostibus, quando ieiunium est simul cum oratione, sic patet de Iosaphat, & Israelitis 2. Palip. 20. sic etiam tempore Iudith omnes Iudæi ieiunauerunt, vt liberarentur de manu Holophernis Iudith. 4. & 6. sic etiam Hester, vt liberaretur populus suus de manu hostium ab ęgritudine, sic Dauid orauit, & ieiunauit pro paruulo, vt non moreretur 3. Re. 12. & tamen, quando est ieiuniū ad impetrandū aliquid debet esse meritorium. sicut declaratū est pręcedenti q. & ideo non debet esse cū pctō, qui. n. in peccatis manet, & orat liberari a pęnis non exauditur, & maxime, qñ peccata iterantur Ecclesiastici 34. homo, qui ieiunat in peccatis suis iterum eadem faciēs quid proficit humiliādo se? orationem illius quis exaudiet? quasi dicat nullus.

Quarto prodest ad satisfaciendum pro peccatis, & ita est opus pęnitentię 1. Re. 7. s. conuenerunt in Masphat in conspectu domini, & ieiunauerunt die illa, & dixerunt tibi peccauimus domine, ibi enim erat contritio. & confessio peccati, & satisfactio quantum ad ieiunium. Quinto prodest ieiunium ad comprimēda vitia carnis, quia qui non abstinet a cibis necessario patitur scandalum in concupiscentia, quia venter, & genitalia sunt membra propinqua, iō si abundat venter necesse est scandalizari genitalia membra, sic dicit Hiero. 35. di. c. luxuriosa. & c. venter. & c. sexto die, & ideo præcipuum opus ieiunij est carnem affligere ne superbiat in concupiscentia, sic innuit Gregorius loquens de cibis ieiunij di. 4. c. denique, scilicet Christiano relinquitur eius piscium in ieiunio, vt sit ei infirmitatis solatium, non luxurię pariat incendium.

Sexto prodest, quia eleuat mentem hominis disponendo eā ad Deum, & ista est causa quare in præcipuis solennitatibus Sanctorum vigilias ieiunamus, scilicet vt per ieiunium mens nostra disponatur, & eleuetur ad digne celebrandum solennitatem illam, & percipiendum fructum ex ea, & ideo in pręfatione ieiunij dicitur, q Deus per obseruationem ieiunij vitia comprimit, & mentem eleuat. Septimo prodest ad habendum potestatem super dęmones. quidam enim dęmones sunt super quos nō recipiunt potestatem ad excludendum eos de corporibus, nisi qui se ieiunio macerant infra 17. hoc genus dęmoniorum non ejcitur, nisi in ieiunio, & oratione. Octauo prodest ad promerendum diuinam reuelationem; nam sancti patres, & prophetę antiqui, quando non tangebantur corda eorum a Deo, & ipsi volebant a Deo recipere reuelationem orabant, & ieiunabant, & tūc Deus reuelabat eis, q petebant: sic patet Dan. 10. cui post ieiunium trium hebdomadarum ostensa est reuelatio, quam petebat, simile etiam de Iere. qui etiam per decem dies orauit, & ieiunasse creditur, vt reuelaretur ei an descendere deberent Iudęi in Aegyptum Iere. 42. Nono proficit ad merendum vitam ęternam, est. n. opus bonū ex genere, & qñ taliū fuerit sicut oportet, necesse est, q mereatur hō per illud,

A sic dicitur in pręfatione de ieiunio, q Deus per ieiunium virtutem largitur, & pręmia. & non solum ęterna bona, sed etiam temporalia meretur homo per ieiunium, maxime qñ est cum eleemosyna: nam tunc salus corporis, & temporalia bona, & vita ęterna ieiunanti conceditur Isa. 58. vbi postquam dictum est de ieiunio & eleemosyna subditur, tunc erumpet, quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te: vbi ponuntur omnia bona simul.

Decimo prodest, quia ieiunium reddit hominem magis attentum ad quamcunque rem, & venerabiliorem, & ideo multi actus sunt, qui de iure nō fiunt, nisi a ieiunis, & hoc pp venerationem ipsorū actuū, B sic enim missa a solo ieiunio celebratur, baptismus & de honestate a solo ieiunio celebratur. de conse. di. 5. c. vt ieiuni. & c. vt Episcopi, omnia etiam sacramenta a ieiunis conferenda sunt de conse. di. 1. c. sacramenta etiam prædicatio a ieiunis fieri debet, vt doc. dñt sic dicit Ho. extra de test. c. placuit testes etiā de honestate ieiuni debent deponere. e. c. iura etiam de honestate a solis ieiunis pręstanda sunt 22. q. 1. c. honestum: ordines etiam non debent conferri, nisi ieiuno, & a collectore ieiuno 75. di. c. quòd a patribus.

Vndecimo prodest ieiunium, quia per ieiunia viuentium alleuiantur mortui a pęnis quas patiuntur in purgatorio, vt scribit Grego. Bonifacio, & 13. q. 2. c. animę defunctorum, Multa quoque alia sunt ad quæ C ieiunium confert.

An ieiunans peccet si ostendit vultum tristem, & an obligetur non se ostendere tristem.

Quæst. CLXXV.

QVAERETVR circa hoc, q dixit hic Christus, q ieiunantes non essent tristes, an ita obseruandū sit, & an peccet ieiunans cum tristem vultum ostēdit.

Dicendum, q Christus non vetat hic tristitiam ieiunantium, quæ est quædam grauitas naturalis: nam per ieiuniū corpus affligitur, & non est possibile, q id quod in corpore est non ostendatur vultu, sed prohibet Christus tristitiam voluntarie ostensam, quod D apparet, quia dicit, sicut hypocritę: nam hypocritę desiderant honorem, & volunt videri boni cum nō sint, quam opinionem vt possint consequi ab hominibus ostendunt foris signa sanctitatis: Christus autem prohibet nobis esse tales, eo q isti perdunt mercedem operum suorum, & sic intelligitur, q ieiunans nihil velit ostendere in vultu suo, per quod ab hominibus ieiunans esse videatur, & laudetur. nam ita hypocritę faciunt. Et potest dupliciter intelligi ista tristitia. Vno modo, q hypocritę ieiunabant, & tamen volebant se ostendere magis ieiunare, quam ieiunabāt, & ad hoc apponebāt vultui suo aliquid, per quod pallidiores, & tristiores viderentur, sic dicit Chrysostomus super Matthæum, scilicet non potest fieri, vt non sentiatur, E qui ieiunat, sed melius est, vt ieiunium te ostendat, q̃ tu ieiunium tuum: non potest autem fieri, vt sit hilaris, qui ieiunat, ideo non dixit nolite esse tristes, sed nolite fieri tristes, qui enim per imposturas aliquas fallentes apparent, illi non sunt tristes, sed fiunt, qui autem naturaliter propter assiduum ieiunium tristis est, non fit tristis, sed vere est.

Alio modo potest intelligi, q hypocritę non ieiunarent, sed vultum suum artificialiter pingerent, & gestum ieiunantis ostenderent, sic dicit Leo Papa nō sunt casta ieiunia, quæ non de ratione eueniunt continentię, sed de arte fallacię: & Chrysostomus super Matthæum dicit si ille, qui ieiunat, & tristem se facit hypocrita est, quanto magis iniquior est, qui non ie-

iunat

F iunat, sed argumentis quibusdã in facie sua pingit venalem pallorem, quasi ieiunij signum, vtrunque malũ est, quia in vtroque oñditur aliquid falsum, & ẽt quia humana gloria per illud appetitur: nã ẽt per bona opera non licet humanã gloriã appetere q̃tomagis per falsa opera, quę vera esse oñduntur: nã ibi duplex est iniquitas. Christus aũt loquitur de illis, qui vere ieiunant, ꝙ non velint quęrere per hoc humanã gloriã, & ad hoc ex intentione tristes se ostendant: aliàs.n. tristitia, quę ex ieiunio sequitur non est vituperabilis, sed potius a Deo laudatur, & conqueritur de illis, qui dñt tristitiam istam nihil proficere Mala.3. dixistis vanus est, qui seruit Deo, & ꝙ emolumentum, quia custodiuimus pręcepta eius, & ambulauimus tristes corã dño. s. tristes ex afflictione, q̃ voluntarie patiebamur pp
G Deum, & Deus vult, ꝙ ipsa tristitia putetur esse vtilis, quia ad ipsam tristitiã, & solicitudinẽ, quę ad idẽ redit hortatur nos Deus Michęę 6. s. indicabo tibi homo quid sit bonum, & quid Deus quęrat a te, vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo. s. tristem, & meditantẽ, nõ ergo prohibet nos Christus esse tristes in ieiunio, sed voluntarie tristitiam ostendere ad obtinendam humanam gloriam.

An ieiunans debeat vngere caput suum oleo, & quare hoc Christus iussit. Quæst. CLXXVI.

H QVAERETVR circa hoc, ꝙ Christus dixit cum ieiunas vnge caput tuum. Dicendum ꝙ Christus noluit nos obligare ad hoc faciendũ: nam nemo istud obseruat, nec ẽt est aliqua cęremonia, quę secũdum seipsam posset conferre aliquid bono operi, vt esset magis meritorium, sed voluit Christus distrahere Iudęos quibus prædicabat a praua consuetudine hypocritarũ q de operibus suis gloriam humanam quærentes artificiose tristitiam oñdebant, vt ieiunare viderentur. Vult ergo Christus totaliter in contrariũ reducere illos, s. vt lętitiam ostendant, qñ ieiunant, & iste est modus conueniens in doctrina morali ad distrahendũ aliquẽ a vitio ad quod multũ inclinatus est, scilicet ꝙ non reducat se hõ in mediũ, sed reducat se
I ad extremum oppositum, & deinde ipse paulatim reducetur in medium natura inclinante ipsum in oppositum, & paulisper cogente descendere: nã si quid inclinatus valde ad auaritiam assuescat solum ad opera liberalitatis paulisper reducetur ad auaritiam priorem, ad hoc autem, ꝙ non reducatur ad illam ponat se in altero extremo valde distante, scilicet prodigalitate, & tunc paulisper natura cogente, & priori inclinatione descendet ab illo extremo, & reducet se ad medium quemadmodum dirigentes ligna tortuosa faciunt, quia illi intendunt ea facere recta, & tamen non torquent dirigentes solum vsque ad rectitudinẽ, sed flectunt vsque ad oppositã tortuositatẽ, & ita ipsa reducunt se ad mediũ tortuositatis vtriusque, quod
K est esse rectũ, sic dr̃ 2. Ethi. c. 9. in contrariũ aũt nos ipsos attrahere oportet, multũ.n. abducentes a peccãdo in mediũ venimus, quia tortuosa lignorũ dirigentes faciunt, ita Christus volens distrahere Iudæos ab illo extremo vitioso, quod erat ostendere tristitia magnã in ieiunio posuit eos in extremo opposito, s. gaudere valde, & signa lętitię ostendere in ieiunio, vt ipsi se paulisper ad medium reducerẽt, quod erat modestiã obseruare in gestu, sic dicit Chrysostomus sup Matthæum intelligenda sunt ista, tanquam si dicat sic te longe facere debes ab ostentatione ieiunij tui, vt si posset fieri, quod tamen non decet, ea etiam facias, quæ ex aducto luxurię, & epulationis videntur esse indicia,

F Non tamen adhuc est intelligendum, ꝙ ẽt illis Iudæis quibus Christus prædicabat suadere vellet, quòd capita sua vngerent die ieiunij: nam per hęc inciderent in illud, quod Christus volebat vitare, quia sicut tristitiam ostendere erat signum ieiunantium, ita etiã si nunc ieiunantes faciem suam lauarent, & vngerent caput suum esset iam signum ieiunij, & per hoc inanem gloriam rursus quærerent. sic dicit Chysostomus, si ideo iubet nos non fieri tristes, ne per tristitiã appareamus hominibus ieiunare, si vnctio capitis, & lotio faciei a ieiunantibus semper seruentur, nihilominus erunt signa ieiunij, solũ ergo intendebat Christus dicere, quod ieiunantes non tristarentur, sed ostẽderent signa lętitię, sicut in festiuitatibus fieri solet, &
G quia Iudæi consueti erant ad ostensionem gaudij caput vngere, Christus dixit de vnctione capitis: sic dicit Hierony. super Matth. loquitur iuxta ritum prouincię palestinę vbi diebus festis solent homines vngere capita. præcipit ergo, vt quando ieiunamus lętos, & festiuos nos esse monstremus.

Sed dicendum, ꝙ adhuc nõ est necessariũ nobis, ꝙ diebus ieiuniorum ostendamus signa lętitię cum ecclesia non ostendat ea, sed satis est, ꝙ non ostendamus tristitiam, vt per eam humanam gloriam quæramus: nam aliàs etiam si tristes simus, & tales appareamus contra Christi præceptum non agimus, sed potius in ieiunio debet quis subtrahere sibi omnes voluptates, & iocunditates, vt efficacius, & magis
H meritorium sit ieiunium suũ, sicut ieiunabat Daniel, scilicet ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus panem desiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum, sed nec vnguento vnctus sum donec complerentur trium hebdomadarum dies, & per tale ieiunium Daniel meruit obtinere reuelationem a Deo Daniel 10. ideo bonũ est tale ieiunium, in quo quis ita se affligat, vt necesse sit in eo apparere signa tristitię, vel naturalis grauitatis.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo, & tinea demolitur, & vbi fu- Luc.12.
I res effodiunt, & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cęlo, vbi nec erugo, nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Vbi est thesaurus tuus, ibi est, & cor tuum. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autẽ oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te est tenebræ sunt, ipsę tenebræ quantæ erũt?
K Nemo potest duobus dominis seruire. Aut Luc 16.
enim vnum odio habebit, & alterũ diliget, 21. q. 1. c. 1. Luc. 12.
aut vnum sustinebit, & alterum cõtemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ.

Nolite thesaurizare. Exclusit Christus supra ab operibus nostris intentionem inanis gloriæ, nunc excludit intentionem auaritiæ, & conuenienter hoc fit, vt dicit Chrysostomus in homil. s. postquam vanę gloriæ expulit ægritudinem, opportune iam sermonem de contemptu diuitiarum inducit, nihil enim ita pecunias concupiscere facit, vt gloriæ cupido, propter

hoc

hoc namque famulorum greges, & auro opertos equos, & argenteas mensas expetunt homines non, vt vtilitatem, aut voluntatem impleant, sed vt multis ostendat in hoc proposito auaritię excludendo Christus agit duo. Quia primo ostendit propositum auaritię in actu exteriori. Secundo in actu interiori ibi.

Ideo dico vobis. Prima in tres secundum tres rationes per quas Christus excludit immoderatam congregationē diuitiarum. secunda ibi. *Vbi enim est thesaurus*. Tertia ibi. *Nemo potest duobus*. Prima ratio ad excludendum auaritiam est ex defectu rerum quas per auaritiam congregamus, ipsa enim thesauros congregat, & vult eos, quia putat per illos se habere plenam sufficientiam, & certam ad totam vitam: Christus autem ostendit, quòd non euenit sic, sed potius in contrarium, quia ipsi thesauri deficiunt in seipsis, vel ab alijs accipiuntur, ideo non sunt magno conatu appetenda bona. q̄ aut in se consumuntur, aut ab alijs diripi possunt. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra*, Idest non congregetis thesauros in terra potest dupliciter intelligi. Vno modo in terra, idest in hac vita, & distinguitur tunc terra contra cęlum, scilicet non est curandum habere thesauros in hac vita, sed in futuro, & iste sensus patet, quia dicitur infra thesaurizate vobis thesauros in cęlo.

Aliter potest intelligi thesauros in terra, idest thesauros sub terra, scilicet non congregetis thesauros ad ponendum sub terra, quia hoc peccatum est, & hoc innuitur, quia dicitur vbi fures effodiunt, & tamē effodere est in terra, quando illa foditur, vt aliquid de ea effossa educatur, scilicet thesaurus latens, & hoc etiam Christus specialiter improbat. Quia thesaurū congregare, vel diuitias posset interdum esse laudabile, vt si quis congreget ad subueniendum miseris, & ad cętera opera pia. Thesaurus tamen, qui in terra occultatur non est ad expendendū, sed ad conseruandū, & hoc semper est vituperabile, quia pecunia non prodest, nisi inquantum expenditur, quia iste est vsus eius cum sit de bonis vtilibus.

Vbi erugo, & tinea demolitur. Iste est defectus diuitiarū in quo ostenditur, quòd non sunt bonum perfectū cum faciliter in seipsis corrumpātur, & dicitur erugo rubigo ęris, idest quædam corruptio, quę naturaliter accidit metallis impuris, sicut ferro, & ęri, & cęteris de quibus formantur monetę auro autem, & argento, quia sunt corpora puriora non accidit, ita facilis corruptio, & tamen aliquando corrumpuntur, quia elementata, & mixta sunt, & ex contrarijs composita, & quęcunque corruptio ipsorum erugo appellatur.

Hic tinea est vermis corrumpens vestes, & etiam pertinet hoc ad diuitias, quia multi magnam partem diuitiarum suarum in vestibus constituunt, quia pulchrum esse vestibus fulgere putant. Potest etiam vocari tinea vermis consumens fruges, & tritici, & ordei grana, in his enim consistunt naturales diuitię, & vtręque corrumpuntur, sed minus laudabiles sunt artificiales, quam naturales, quia naturales per seipsas conueniunt vsui, artificiales autem non conueniunt, nisi vt quoddam medium commutationis, scilicet inquantum pro pecunia dantur homini omnia necessaria ad vitam, sic dicitur 5. Ethi. quod numinus, idest pecunia est, tanquam mensura, & fideiussor, & ad commutationes inuentus est, & propter hoc dicitur Ecclesiastes 10. pecunię omnia obediunt, scilicet omnia commutabilia dantur pro ea: nam de alijs rebus non est verum, quia sapientia, & virtus non obediunt pecunię, sed imperant ei, & contemnunt ipsam, nec possunt pecunia emi Prouer. 17. quid prodest stulto habere diuitias cum sapientiam emere non possit?

Et vbi fures effodiunt, & furantur. Iste est alius defectus diuitiarum, & thesaurorum, scilicet quia non solum ab intra corrumpuntur, sed etiam ab extra dirumpuntur, & dicitur vbi fures effodiunt ad ostendendum, quòd nunquam tam diligenter diuitię custodiri possunt quin diripi valeant: nam nusquam thesauri videntur securiores, quam cum in terebrosis terrę visceribus occultantur, & tamen nec ibi securi sunt, quia ibi fures illos effodiunt, & furantur.

Thesaurizate vobis thesauros in cælo. Ostendit quis thesaurus non est bonus, nec cum magna solicitudine quærendus, hic docet quis est perfectus thesaurus, & vbi secure reponitur. & dicitur, quòd thesaurizemus in cęlo, thesaurizare in cęlo est hic thesauros expendere, vt ibi illos recipiamus, sicut fit in pecunia traiectitia, quæ in vno loco datur, vt alibi sine periculo recipiatur, & ita nos quidquid pro Christo hic effuderimus in cęlo habebimus, & istud est thesaurizare in cęlo, sic dicitur infra 19. si vis esse perfectus vende vniuersa, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cęlo, scilicet quia ipsi pauperes quibus hic bona nostra dederimus in cęlo recipient nos Lucę 16. facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in ęterna tabernacula.

Vbi, nec erugo, nec tinea demolitur. Ostendit ex opposito thesaurum cęli esse meliorem thesauro terrę, quia non patitur eosdem defectus, scilicet non corroditur, nec demolitur a tinea, & erugine, hoc est propter duo.

Primo, quia illud, quòd in cęlo vocatur thesaurus non est pecunia aliqua, nec aliquid corruptibile simile eis, quæ possidentur hic, sed est ipsa beatitudo habens veram omnium bonorum sufficientiam, & in hoc contingit esse ibi veram rationem thesauri, quia per thesaurum quærimus hic sufficientiam, quæ non potest haberi in bonis istis, in cęlesti autem beatitudine est abundantia omnium bonorum plus, quam homo desiderare possit, aut cogitare Isa. 64. & 1. ad Corin. 2. oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt eum. ibi ergo est proprie thesaurus.

Secundo, quia in cęlo non est locus corruptionis, nec generationis, sed perpetuitatis, ideo nihil ibi manens corrumpetur, nulla igitur ibi erit erugo, quæ illos beatos Thesauros demoliri possit.

Et vbi fures non effodiunt. Aufert secundum defectū thesauri terreni a thesauro cęlesti, scilicet quia non potest ab aliquo diripi, ratio est, quia hic bona nostra diripi possunt, eo quòd iniustitię, & iniquitatis locus est: in illa autem cęlesti regione summa pax erit, & nulli vitio erit locus, ideo nullus thesauros alterius ibi auferet. secundo fiet hoc, quia illi thesauri sunt quædam bona homini inhęrentia, quæ sibi auferri non possunt, non enim sunt bona exteriora, quæ possideātur, quia talia auferri possunt, sed bona interiora, quæ vere nostra efficiuntur, quæ si contingeret hic alicui possidere, nemo posset ab eo illa tollere, sicut est de sapientia, & virtute, sic Christus dixit Lucę 12. de bono contemplationis Marię Magdalenę. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea; & hoc etiā pertinet ad beatitudinē cęlestem, quæ est quoddam gaudium, quod auferri non potest a possidente Ioan. 16. iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

Vbi est enim thesaurus tuus. Hic ponitur secunda ratio ad excludendum propositum auaritię in thesaurizatione inordinata, quæ accipitur ex quodam affectu pessimo diuitiarum scilicet, quia mentem humanam excęcant, & ipsam ad se totaliter trahunt, vt nihil aliud diues amet, nisi diuitias, & hoc malum

graue est, quia oportet alia magis amari, quæ meliora sunt, & diuinus illis esse intentum, quam terrenis thesauris, & sic dicitur.

Vbi est thesaurus tuus ibi est cor tuum. Idest diuitię attrahunt cor hominis, & ideo vbi illę fuerint ibi illud est non secundum rem, sed secundum amorem, quia anima verius est vbi amat, quam vbi animat, & tamē auarus nihil ardentius amat, quam thesaurum, ideo de illo semper cogitat, & sic anima sua semper cū illo est. sic dicit Amb. & habetur 47. di. c. sicut hi, scilicet mens auari semel vinculis cupiditatis astricta semper aurum semper argentū videt, semper redditus cōputat, gratius aurum, quam solem intuetur, & ipsa eius oratio ad Deum aurū quærit: per hoc ergo captiuatū humanus animus in diuitiarū seruitutem redactus, &

G tota intentio sua ad thesaurū festinat, & quia opera hominis per intentionem diriguntur, & iudicantur bona, vel mala, si intētio cęperit in homine mala esse nihil inde secutū poterit esse bonū: graue ergo est subijcere cor nostrum thesauris. vel potest intelligi aliter, ꝙ humanus intellectus est regula operationum eius, si autem occupetur totus in cogitatione diuitiarum, sicut fit in auaro, qui semper aurū cogitat, & redditus cōputat, non erit locus de cęteris operibus bene iudicandi, & ideo subditur. *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* Oculus materialis est lucerna corporis, quia sicut lucerna dirigit nos in tenebris, ita oculus dirigit nos in omni operatione, & dicitur lucerna corporis,

H idest totius corporis, quia oculus non videt ad vtilitatem suipsius, sed totius corporis, quia per hoc, quòd oculus videt, totum corpus cauere potest ea, quę sibi nociua sunt, & facit Christus metaphoram de oculo corporali ad intellectum, quia intellectus est quidam oculus 6. Ethi. in fine, scilicet quia sicut per oculum corporalem cognoscuntur omnia, quæ quocunque mō esse hñt, & sic intellectus est lucerna totius corporis, i. omniū operationū, congregando. n. oēs operationes nostras facimus ex eis vnum corpus, vel vniuersitatem, & istius corporis lucerna est intellectus, quia per prudentiam diriguntur omnes operationes virtutum moralium 6. Ethi. *Si oculus tuus fuerit simplex.*

I Idest si fuerit intentio recta, intentio enim in opere dicitur inquantum opus tendit in finem, quia intendere est in aliud tendere, & sic, quando opus dirigitur in finem suum, dicimus intendere aliquid, & secūdū, quod dirigitur opus in bonū, vel malū finē, ita intētio operantis dicitur esse bona, vel mala, dirigere autem in finem pertinet ad solum intellectum, cum hoc dicat ordinem quendam vnius rei in alteram, quod nō potest facere voluntas, quia non est potentia cognitiua, sed quę simplici motu fertur in suum obiectū nō sub ratione finis, sed solum boni, quæ est ratio obiecti, nec etiam aliqua potentia præter rationalē pōt considerare ordinē, quia potentię materiales nō pñt facere reflexionē, quæ fit necessario in consideratione ordinis, solus ergo intellectus est intentio operū in finē,

K & sic intentio recta, vel non recta ab intellectu est. Dicit̃ aūt oculus noster simplex, qñ recte intellectus sine aliqua duplicitate, & inclinatione in aduersum dirigit opera in finem debitum, qui naturaliter vnicus est, scilicet summum bonum, quod Deus est, & tunc opera nostra oīa bona efficiuntur. Hāc tñ directionē, vel intentionē impedit auaritia propter duo. Primo quia auaritia excęcat intellectum, vt pręponat diuitias omnibus rebus, necesse est, ergo quod dirigendo operationes in finem erret, quia dirigit omnia ad diuitias, vel ipsas maxime eliget, & iste error est cū alia sint meliora, & magis eligenda. Secundo, quia intellectus auari occupatur iudicando, & cogitando de diuitijs, quia semper de auro cogitat, & semper redditus

Qñ est noster oculus simplex.

F computat, vt dicit Amb. 47. di. c. sicut hi, & cogitando de his non poterit ad alia attendere, & sic interim de alijs rebus male iudicabit, tanquam non attendens ad eas, & ita auaritia recte iudicare impediet, & tunc non est oculus noster simplex.

Totum corpus tuum lucidum erit. Idest omnes operationes erunt bonę, quæ vocantur corpus, quia sunt quædam congregatio, & vniuersitas, quæ per solum intellectum dirigitur. & dicitur erit lucidum, idest splendens, quia bonitas oculi, idest rectitudo intentionis communicabitur operi. *Si autem oculus tuus nequam fuerit.* In hoc apparet. ꝙ non loquitur de oculo corporali, quia ille non potest esse nequam, cum nequitia non sit, nisi in operibus nostris, quæ sunt aliquo modo voluntaria, oculus autem est aliquid naturale, & non est in potestate nostra, ꝙ bene, vel male se habeat, intelligitur ergo de oculo intellectus, quia tale est iudicium cuiusque, & talem finem constituit qualis ipse est, qui autem malus est constituit sibi malum finem, & dirigit omnia ad illum malum finem, & tunc est oculus nequam: sic Christus loquitur infra 20. an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? & dixit oculum illius nequam, quia non recte iudicabat murmurando propter liberalitatem patrisfamilias, & sic quodcunque iudicium malum in intellectu circa moralia facit oculum esse nequam.

Totum corpus tuum tenebrosum erit. Idest omnes operationes simul aggregatę malę erunt, cum ipsę non habeant bonitatem completam, nisi ex intentione, quia dato, quòd aliàs operatio sit bona ex genere suo, si intentio non est bona non erit adhuc simpliciter bona operatio, nec meritoria. *Si ergo lumen, quod in te est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?* Potest intelligi. vno modo ut ipse intellectus, qui secundum se est lumen efficitur tenebra, idest conuertat se ad malum finem male iudicando, cęterę operationes, quæ sunt tenebrę, idest quę non hñt lucem in se, nisi ex directione intellectus quantę erunt? idest erunt valde tenebrosę, quasi dicat intellectus est in se lumen, & ideo non est facile ipsum errare, cęterę aūt operationes, scilicet voluntatis, & aliarum virium interiorū sunt in se tenebrę, quia non habent ex seipsis regulationē, sed solum ex intellectu, quando ergo intellectus errauerit male iudicans per excęcationem quandam lumē efficitur tenebra, a fortiori ergo in cęteris operationibus, quæ sunt tenebrę, erit maior error cum lumen suum dependeat ex intellectu.

Aliter potest intelligi, ꝙ auaritia peruertit humanū iudicium, quia auarus dirigit omnia in finem diuitiarum, & quia non est iste rectus finis quidquid propter solas diuitias fiat non bene fiet, vnde si aliquæ operationes bone ex genere suo fiant propter auaritiam non sunt meritorię, vt si quis oret, vel ieiunet, vt diuitias consequatur, vocatur autem lumen ipsa operatio, quæ est bona ex genere, vt ieiunare, & orare, tenebra vocatur operatio, quæ est mala ex genere suo,

K & tunc si propter malam intentionem operationes illę, quę sunt bonę ex genere efficiuntur malę, vel tenebrosę, idest non meritorię, a fortiori ipsę malę operationes ex genere erunt valde malę, siue fiant propter malum finem, siue non, cum habeant naturalem malitiam, & sic Christus innuit, quòd peruersio intentionis est valde nociua, quia existente ea peruersa nullum opus potest esse bonum, hic autem dicendum erat de thesaurizare an sit semper illicitum, sed dicetur de hoc infra decimotertio, de auaritia etiam dicendum erat, quæ facit thesauros congregari, sed dicetur ad Ephe. 4.

Ad quam virtutem pertinet dirigere intentionem operum an ad fidem, vel charitatem, vel prudentiam. Ordinare autem in finem contingit dupliciter. Et quod finis humanorum actuum accipitur dupliciter. Et quomodo iustitia, & lex se habent, sicut fides, & charitas, fidesque duo dicit.

Quæst. CLXXVII.

QVAERITVR tamen dictum est hic de intentione operis, quæ facit illud rectũ, vel non rectũ: est dubium quid est illud, quod dirigit intentionem, an sit fides, vel prudentia, vel iustitia, vel aliqua alia virtus. Aliqui dicunt, quod non sit aliqua vna virtus ad quã pertineat vniuersaliter facere intentionem rectam, quia intentio est mensura quædam: diuersorum autẽ specie sunt diuersæ mẽsuræ 10. Metap. quia mensura est omogenea mensurato, & tamen virtutes, & operationes sunt diuersæ secũdum speciem, ergo nõ põt aliqua vna dirigere operationes oẽs in finẽ, & tñ hoc est dirigere intentionẽ, ergo fides non dirigit vniuersaliter intentionem.

Item dirigere pertinet ad illum ad quem pertinet ordinare, quia directio est per quandam ordinationẽ in finem, & tamen ordinare non est fidei, sed rationis practicæ, fides autem pertinet ad partẽ speculatiuam, quia est de eis, quæ affirmantur, & negantur, ergo fides non dirigit intentionem, sed magis ratio, & consequenter pertinet ad prudentiam, quæ est in ratione practica.

Item patet, quia vt ait Bernar. prudentia est auriga virtutum, ergo ad ipsam pertinet dirigere intentionem, & non ad fidem, quia officium aurigæ est currum dirigere.

Alij dicunt, quod pertinet ad iustitiam dirigere intentionem, quia opus dicitur rectum, secundum quod conformatur legi, & tamen obedire legi pertinet ad iustitiam 5. Ethi. quæ vocatur iustitia legalis, ergo iustitia dirigit, & non fides.

Item patet, quia in Christo non fuit fides, nec spes cum hic existens esset comprehensor, & tamen ipse habuit intentionem rectissimam, ergo fides non dirigit intentionem. Alij dicunt, quod quælibet virtus dirigat immediate actus suos in finem, quia vt dicit Tullius virtus est habitus quidam in modum naturæ consentaneus, quælibet tamen natura per seipsam tendit in suum finem, sicut ignis per suam leuitatem tendit in locum suum sursum, & terra propter suã grauitatẽ deorsum, ergo quælibet virtus diriget actus suos immediate in finem. Dicendum quod intentio recta, vel dirigere intentionem dicit quandam rectitudinem, est autem rectum cuius medium non exit ab extremis, & secundum hoc actus humanus dicitur dirigi inquãtum est inter duo extrema, scilicet agens a quo exit, & finem in quem tendit, sic dicitur recta intentio, vel opus directũ inquantũ opus egrediens ab agente nõ recedit ab ordine debiti finis, & propter hoc ad illum pertinet dirigere ad quem pertinet ordinare in finem. Contingit autem dupliciter ordinare in finem. Vno modo ostendendo finem, idest quis sit finis ad quem tendendum est. Alio modo inclinando ad finem ipsum, vt illuc eatur: ostendere autem finem ad rationẽ pertinet, quia est ipsa iudicatiua, & cognitiua, inclinare autem in finem pertinet ad voluntatem, quia amor, qui nominat actum voluntatis est quoddã pondus animæ, vt ait Aug. quia sicut est pondus in corporibus, ita est amor in spiritibus, ostendere tamen finẽ perfecte non competit rationi, nisi secundum, quod est perfecta per habitum, quia licet actus sint potentiarum non tamen habent eos perfectos, nec certos, nisi quando sunt habituatæ, sicut ad intellectum pertinet de omni intelligibili iudicare, non tamen iudi-

A cabit vere, & perfecte de dialecticis, nisi sit informatus habitu dialectico, & ita de singulis potentijs, & habitibus, vnde voluntas non habebit actum perfectũ, qui est inclinare in finem, nisi perficiatur per habitũ. Finis autem humanorum actuum potest accipi dupliciter, scilicet vel finis proximus, & proprius, vel finis communis, & vltimus secundum, quod homini attribuitur duplex fœlicitas, scilicet in vita, & post vitam, illa fœlicitas, vel finis post vitam, scilicet in patria excedit facultatem naturæ, & ideo intellectus, & voluntas non possunt dirigi in hunc finem per habitus naturaliter acquisibiles, sed dirigitur intellectus per fidem, quia fides ostendit quo eundum, voluntas autem per charitatem dirigitur, sicut forma naturalis

B inclinat in finem suum, & ambæ, scilicet fides, & charitas sunt virtutes supernaturaliter habitæ, scilicet per infusionem. nam ad istum finem excedentem facultatem naturæ non sufficit aliqua naturalis potentia sine habitu, nec etiam perfecta habitu naturali, vel acquisito, quia non est, nisi æquale ad æquale, quòd ergo naturale est, non est nisi ad id quod est naturale, & non ad id quod naturam excedit, & secundũ hoc ad fidem, & ad charitatem pertinet dirigere vniuersaliter omnes operationes in finem, scilicet vltimũ, & supernaturalem, & quælibet earum dirigit vniuersaliter, quia fides dirigit omnes actus ostendẽdo quis sit finis omnium actuum, & quo omnibus tẽdendũ est. charitas autem dirigit omnes actus, quia inclinat

C in finem illum, & illuc ire iubet. Si autem accipiatur finis proprius naturæ humanæ est duplex secundum, quod assignatur duplex fœlicitas in vita, scilicet contemplatiua, & actiua, est contemplatiua fœlicitas in intellectu, & ad istam dirigit intellectus perfectus per sapientiam humanam, vt dicitur 10. Ethi. si sit fœlicitas actiua dirigit ad eam ratio perfecta per habitum prudentiæ, & hoc est ostendendo quo eundum sit, inclinando autem ad istam fœlicitatem dirigunt potentiæ, vel vires appetitiuæ perfectæ habitibus moralibus; quia tamen nos loquentes de fine simpliciter vocamus finem ipsum summum bonum nostrũ, ad quod ex Dei gratia possumus peruenire, dicemus absolute, quòd fides, & charitas dirigũt in finem, & sic ad istos

D pertinet simpliciter dirigere intentionem, quia tamẽ nihil diligitur, nisi cognoscatur, primum directiuum intentionis est fides, & intellectus fide habituata, & istud est, quod dici solet, scilicet quòd dirigere operationes in finem pertinet ad rationem, scilicet informatam fide, & alijs habitibus particularibus subordinatis fidei: nam cognitio sacrarum scripturarum, & omnium eorum, quæ pertinent ad veram expositionem ipsarum, & generaliter ad totum statum Christianæ religionis dirigit operationes nostras, & in ista cognitione sunt multi habitus particulares pertinentes ad fidem, sicut multi habitus particulares morales reducuntur ad iustitiam: & sic ad fidem, vel ad rationem informatam fide secundum suam totam lati-

E tudinem pertinet dirigere in finem.

Ad primum dicendum, quod eorum, quæ differũt spẽ non põt esse aliquid directiuum proprium, & speciale, erit tñ aliquod directiuum commune, sicut pluribus differentibus spẽ est aliquod vniuocum, scilicet genus in quo conueniunt, & ita fides ordinat omnes actus nostros in finem non secundum propriam rationem cuiuslibet actus, idest inquantum vnus pertinet ad mansuetudinem, alius ad temperantiam, alius ad fortitudinem, sed secundum rationem communem finis vltimi, scilicet inquantum omnibus competit tendere in vltimum finem quem proprie, & particulariter cognoscere ad solam fidem pertinet.

Ad secundum dicendum, quòd ad rationem perti-

net

net dirigere intentionem non quidem ad rationem sine habitu, quia sic est potentia naturalis, & non potest pertingere ad finem supernaturalem, nō etiam ad rationem practicam perfectam per habitum, quia in ratione ista non est habitus supernaturalis, sed solum prudentia, quæ est naturalis, idest acquisitus habitus, ideo pertinet ad rationem speculatiuam ista directio inquantum ipsa informatur fide, per quam Deus cognoscitur, & tunc fides dirigit actus omniū virtutum inferiorum, siue existentium in ratione, siue in voluntate, siue in appetitu in ipsum Deum, inquantum fides cognoscit Deum esse finem vltimum omnium. Ad tertium dicendū, quòd prudentia sufficienter dirigit actus nostros in bonum proprium naturę humanę, idest quòd non excedit facultatem naturæ humanæ, & illud est fęlicitas, quæ habetur in via, & tamen ad bonum diuinum, & supernaturale prudentia non sufficit dirigere, quia non cognoscit illud. interdum tamen accipiunt doc. prudentiā pro habitu directiuo in omnibus, quæ agenda sunt, & tūc prudentia includit tam fidem, quam humanam prudentiam, & sic verum est, ꝙ prudentia est auriga omnium virtutum, & etiam ipsius charitatis, & ad eam proprie pertinet dirigere in finem omnes operationes.

Ad quartum dicendum, quòd lex dirigit hominem ostendens qualis debet esse actus proportionatus fini vltimo, & quia ad hoc, quòd aliquid tendat in finem suum, præsupponitur cognitio finis. directio fidei, quæ ostendit finem præcedit directionem legis, quæ docet actum, qui in finem dirigitur, etiam lex nō dirigit, nisi inquantum creditur, scilicet quòd pręsupponatur esse ab illo cui obediendum est, & de hoc autem sola fides indicat. ideo directio, quæ est per fidem præcedit directionem, quæ est per legem, & quia illud, quod est primum in aliquo genere est per se tale, & ad illud cætera reducuntur, erit fides proprium directiuum, & per se: lex autem diriget inquantum credita per fidem: & sic verum est, quòd lex a Deo data, & quidquid ecclesia, & sacri doctores approbante ecclesia dixerunt, & exposuerunt, dirigit intentionem nostram in finem, & tamen prima directio est a fide. Quod autem de iustitia dicitur. dicendum est, quòd iustitia, & lex se habent, sicut fides, & charitas, quia fides pertinet ad intellectum, & ostendit quis est finis quo eundum est: charitas pertinet ad voluntatem, & inclinat in illum finem operationes, sic etiam lex pertinet ad intellectum, quia secundum eam cognoscitur quis actus sit conueniens in finem, licet differt a fide, quia fides ostendit quis sit finis, lex autem proprie sumpta non dicit quis sit finis, sed dicit, quis est actus, qui est conueniens ad finem, iustitia autem est in voluntate, & inclinat ad omnia illa, quę lex dicit, scilicet ad faciendum illa inquantum iusta sunt. & sic fides, & charitas sunt de fine, quia fides ostendit finē, & charitas inclinat in illum, lex & iustitia sunt de eis, quæ ad finem, quia lex ostendit quid est, quod consequenter fit ad habendum finem, & iustitia inclinat ad illud faciendum, & consequenter iustitia est minor charitate, & lex est minor fide, sicut ea, quæ ad finem sunt minora ipso fine, & sic ad iustitiam non pertinet dirigere intentionem vniuersaliter.

Ad quintum dicendum, quòd fides dicit duo, scilicet cognitionem, & obscuritatem, quia nunc videmus per speculum, & ęnigmata quantum ad cognitionem, quæ est quædam perfectio fides fuit in Christo, quia perfectius cognouit omnia etiam inquantum homo, quam omnes homines, & Angeli: quantum ad obscuritatem, quæ est imperfectio non fuit fides in Christo, & quia ista obscuritas est de ratione
F fidei, quia per hoc distinguitur fides a clara visione patrię loquendo simpliciter, quòd non fuit fides in Christo: directio tamen fit per fidem non ex ea parte, quæ habet obscuritatem, sed inquantum habet cognitionem, & quia ista cognitio fuit perfectissime in Christo, ipse potuit dirigere, & direxit operationes omnes in finem melius, quam aliquis alius.

Ad sextum dicendum, quòd quælibet natura inclinat in finem, non tamen per seipsam solam, sed præsupponit intellectum constituentem sibi finem, & dantem inclinationem ad illum, & per inclinationem datam mouetur in finem: sic est de virtutibus moralibus: nulla enim earum mouetur per se
G immediate in finem, quia non cognoscit illum, sed prudentia, quæ est iudicatiua præcedit ostendens cuilibet morali virtuti finem suum, & dirigens ad eum, & tunc virtus inclinat in illum. Et quia prudentia non ostendit virtuti, nisi finem proprium, & immediatum, qui non excedit naturalem facultatem, non inclinat moralis virtus, nisi in finem proprium, & immediatum, non autem in finem vltimum, & communem. Dirigere ergo simpliciter operationem non pertinet ad virtutem moralem, sed ad fidem, & charitatem, vt dictum est, & ad fidem præcipue, quia ipsa prior est.

H *An hoc sit verum generaliter, scilicet si oculus tuus simplex fuerit erit totum corpus lucidum. Et quomodo omne opus quòd fit bona intentione est bonum. Et quòd auaritia dupliciter impedit hominem a Dei cultu.*

Quæst. CLXXVIII.

QVAERETVR quia dicitur hic de intentione operis, si oculus tuus simplex fuerit erit totum corpus lucidum, idest si fuerit intentio recta erunt omnes operationes bonę, an sit verum hoc generaliter.

Dicendum, quòd intentio facit opus, quod aliàs erat bonum, scilicet ex genere suo, vel erat indifferens, esse bonum si sit intentio recta,. si tamen opus
I malum sit, intentio non potest illud facere bonum, vnde dicendum generaliter de mala intētione, quòd mala intentio semper facit opus esse malum, idest inordinatum, & non meritorium, siue illud esset bonum, siue malum. Et sic intelligitur ista litera si lumen, quod in te est tenebræ sunt, idest si intentio, quę debet esse recta, & lumen aliarum operationum efficiatur tenebra per peruersitatem, cęterę operationes, quæ in seipsis sunt tenebræ, idest non habentes vnde dirigantur, erunt magis tenebrosę. De intentione bona dicendum, quòd non facit opus generaliter bonum, sed solum illud, quod erat bonum ex genere, vel indifferens: nam id quod malum est secundum se, vt adulterari, & odisse proximum non potest bonū effici per bonam intentionem, sed necessario semper
K est malum: nam sicut virtus est in medio circa operationes, & passiones, & constituit medium, & eligibile in singulis 2. Ethi. & tamen circa ea, quę sunt secundū se mala non pōt mediū inuenire, nec efficere illa bona, vt dicitur ibidē, ꝙ quędam mox nominata malitia sunt conuoluta, vt adulteriū inuidia, & similia, ita de intentione recta erit, ꝙ ea, quę sunt mala secundū se nō poterit facere bona, hoc tn est, quia illa nō possumus facere bona intentione, nemo enim bona intētione potest adulterari, vel odisse proximum, quia ista non sunt talia, quæ possint dirigi in finem illum respectu cuius opera dicuntur esse directa, quia propter Deum, nunquam possunt ista fieri cū potius secundū se repugnent: & ideo verum est generaliter, ꝙ omne opus, quod fit bona intentionę est bonum, sic potest

bona

[A] bona intentione fieri, sed quędam sunt, quę licet tenetur quis bona intentione facere non est possibile, quia repugnat ipsis operibus, & ideo in talibus dicimus, quòd intentio recta non sufficit ad faciendum bonum opus. *Nemo potest.* Hic ponitur tertia ratio, quare debet euitari auaritia, & desiderium thesaurizandi, scilicet, quia impedit hominem exhibere Deo famulatum debitum. Non solum auaritia corrumpit existimationem, ita vt faciat iudicare eligenda esse omnia propter diuitias: Sed etiam impedit hominē a cultu Dei. Et hoc dupliciter intelligitur. Vno modo, quòd auaritia intellectum auari totaliter occupet, ita vt nihil aliud cogitare permittat, vt dicit Ambros. 47. distinct. cap. sicut hi, & tunc per accidens impeditur [B] homo a cultu Dei, quia occupatus totaliter circa vnam rem nullo modo potest vacare alteri rei, & sic intelligitur litera. nemo potest duobus dominis seruire, scilicet, quilibet dominus requirit totum hominem ad seruiendum sibi: cum ergo quis seruiat vni nō poterit alteri seruire, ita si quis totaliter occupatus fuerit auaritiæ seruiendo non potent seruire Deo, qa nullum tempus sibi restabit pro hoc. Alio modo potest intelligi, quòd auaritia impedit nos directe a cultu Dei, quia auaritia constituit finem in diuitijs, Deus autem vult constitui pro fine omnium rerum: ideo repugnant sibi ista, & sic etiam si auaritia non occuparet semper hominem, non tamen posset, qui seruit [C] auaritię seruire aliquando Deo, quia per hoc, quòd constituit finem in diuitijs, licet non cogitet semper de illis, nec laboret in acquisitione earum repugnat Deo, qui vult semper esse finis omnium operationū nostrarum, & isto modo glo. introducit hic istam literam dicens dictum est supra, quòd propter intentionem temporalium ipsa, quæ aliàs mala erant bona fiunt: sed posset aliquis dicere ego faciam bona propter bona temporalia, & propter bona cœlestia cōtra quod Dominus ait non potestis seruire Deo, & mammonę vtrunque verum est. s. quia auaritia impedit propter hoc, quòd totum hominem occupat, & dato ꝙ non esset contraria Deo adhuc propter magnam occupationem auaritiæ impediretur homo a cultu Dei, etiam auaritia repugnat Deo constituendo finem in [D] diuitijs, & ideo licet paruo tempore hominem occuparet, impediret eum a cultu Dei inquantum directe repugnat, quòd quis habeat duos fines vltimos, & principales operum suorum. s. Deum, & pecuniam, & sic dicitur. *Nemo potest duobus dominis seruire.* Scilicet, quia seruire cuilibet est sufficiens occupatio pro vno homine, & ideo qui vni seruit non potest alteri seruire, ita est de auaritia, & Deo: quilibet enim finis est tā quam dominus eius, qui ad finem illum agit, & operationum, quæ ad finem illum sunt: nam finis imponit necessitatem eis, quæ ad finem, scilicet non potest finis determinatus haberi quocunque modo, & per quęcunque media, sed vnus modus, & determinatus est per quem veniatur ad illum, & si ille finis debet [E] haberi, necesse est, quòd habeatur ille modus, & istud est, quòd finis imponit necessitatem eis, quæ ad finem, sicut si quis constituat sibi pro fine esse sapientem: hoc enim non contingit fieri, nisi speculando: ideo necesse est, quòd speculetur, & quia ille, qui necessitatur ad aliquid est seruus illius, quia ille est seru⁹ qui non libere, sed ex necessitate agit, dicetur necessario quis esse seruus illius rei quam constituit sibi, vt finem, quia necesse est, quòd agat ad consecutionem illius. qui igitur habuerit, vel habere voluerit duos fines vltimos habet duos dominos, & sic non potest vtrique seruire. *Aut enim odio vnum habebit, & alterum diliget.* Scilicet, cum non possit seruire vtrique necesse est, quòd neutri seruiat, vel alteri tantum, &

Quid sit seruus.

[A] tunc si alteri tantum diliget eum cui seruit, alium vero cui seruire non vult, non diliget, quia si diligeret seruiret ei, sicut alteri domino, vel non potius alteri quàm sibi. *Aut vnum sustinebit alterum contemnet.* Idest, aut tolerabit vnum eorum obediendo sibi, & sustinēdo omnes labores, quos ille sibi imponet, & contemnet alterum, scilicet, non curando de pręceptis eius, nec de comminationibus. dicit autem Chrysostom⁹ in Homilijs. ꝙ ponuntur ista duo propter duas conditiones seruorum: quidam enim seruiunt ex amore, scilicet, quia diligunt dominos suos, & nolunt liberari a seruitute eorum: Exo. 21. si dixerit seruus diligo dominum meum, & non egrediar liber, & in talibus si quis diligat vnum de dominis contrarijs necesse est, [B] ꝙ oderit alterum, quia quod diligitur reputatur, vt bonum, quod autem est sibi contrarium reputabitur vt malum necessario, & quia de malo est odium odio habebit illum. Alij serui ex solo timore pęnę seruiūt, & tales dicuntur sustinere, idest, tolerare seruitia imposita a dominis propter timorem pęnæ, si quis ergo sustinuerit vnum dominum necesse est, quòd dominum contrarium illi contemnat. i. non timeat illum, & consequenter non seruiet ei. *Non potestis Deo seruire, & mammonæ.* Hic applicat se ad propositum suum, scilicet, quia nemo potest seruire duobus dominis, nemo poterit seruire Deo, & mammonę, qa sunt velut duo domini, idest, duo fines operationum, & [C] non potest quis seruire Deo, scilicet agendo omnia, quę ille iubet, & seruire mammonę, idest, auaritiæ, vel pecuniæ faciendo omnia, quæ requirit auaritia.

An possit quis duobus dominis seruire. *Quæst.* CLXXIX.

QVAERETVR an possit quis duobus dominis seruire, & Deo, & mammonę.

Dici solet, quòd dominis contrarijs nemo potest seruire, sed dn̄is subordinatis potest. Dicendum tamen quòd nullus potest seruire duobus dominis proprie sumendo dominos, quia etiam si nō sint contrarij tamen erūt necessario in aliquo disparati, aliàs nō sunt duo domini, sed vnicus, qui tamen dominus est habet quòd sibi in aliquo seruiatur, in quo non subor[D]dinatur alteri, sed propter seipsum illa habet, & exigit talia seruitia, & quantum ad illa, qui seruit vni domino non potest seruire alteri, & hoc propter occupationem, sicut miles est subdit⁹ comiti, & comes regi, & tamen qui seruit comiti non potest seruire regi, qa occupatur in seruitio comitis, nam licet comes subordinetur regi in aliquo, & quantum ad illud, qui seruit comiti seruit regi: non tamen subordinatur ei in omnibus, & sic in illis, qui seruit comiti non seruit regi, quia sunt domini disparati subordinatur comes regi adiuuando eum in bellis contra hostes, & quantū ad hoc miles, qui seruit comiti adiuuando eum in bellis simul seruit regi per idem seruitium numero, quia adiuuando comitem adiuuat regem, comes tamen [E] non vult habere esse, & viuere propter regem, nec comedit bibit, & delectationibus fruitur propter regem, sed propter seipsum: ille ergo qui comiti seruit quantum ad hoc non seruit regi, quia non subordinatur regi in istis: cuius signum est, quia illi, qui adiuuāt comitem in bello simul adiuuant regem, & ideo nō indiget rex specialiter alijs militib⁹ vltra eos, quos comites, & duces sui habent, & tn̄ ad seruiendum in necessarijs sibi in cibo, & potu, & similibus rex indiget alijs seruis pręter seruos comitum: ergo qui seruit comiti in hoc nō seruit regi, quia quātū ad hoc nō sunt subordinati comites regi, sed sunt dn̄i disparati, & ita verū est, ꝙ si aliq subordinati sunt, nō sunt plures dn̄i sed vnicus, si autem sunt disparati sunt aliquo, sunt

tunc plures domini, & tunc qui seruit vni domino
non potest seruire alteri, sic igitur est verum generali
ter, quòd nemo potest duobus dominis seruire, nec
oportet distinguere de dominis contrarijs, aut dispara
tis, sed solum si ambo sunt vere domini non est possi-
bile seruire eis.

Sed obijcietur, quòd tunc nemo posset seruire ali-
cui homini, quia Deus est Dominus, & necesse est ser
uire Deo: ideo homini seruire nemo poterit. Dicen-
dum, q̄ potest homo seruire homini, & seruire Deo,
eo q̄ homo non est dominus contrarius, nec dispara-
tus a Deo, quia totum seruitium quod homini impē-
ditur simul Deo impenditur, quia Deus iubet seruis,
q̄ seruiant dominis, & q̄ non curent liberari de pote
state eorum 1. Cor. 7. & ad Ephes. 6. cum ergo subor-
dinentur homines Deo, quantum ad hoc seruiendo
homini seruitur Deo inquantum ipse iussit illud ser-
uitium impendi: ideo poterit homo seruire Deo, &
homini, quia tū tunc non sunt duo dn̄i, si aūt homo in
beat aliquid ꝯtra id quod Deus iubet, iam non pōt qs
seruire Deo, & homini, sed necesse est seruire Deo, &
cōtemnere hoīem, quia obedire magis oportet Deo
quam hominibus Act. 5. Ratio autem quare non cō
tingit, q̄ quis possit totaliter seruire vni Dn̄o homini
seruiēdo alteri homini, & tū pōt seruire hoī totaliter
seruiendo Deo, est, quia ea in quibus seruit̄ homini,
& homini coincidunt, & ideo oportet esse dn̄os dispa
ratos, ea tū quę Deo impendunt non coincidunt cū
eis, quæ impendunt alicui homini, & ideo pōt serui-
re quis Deo, & homini totaliter: nam eisdem serui-
tijs indiget vnus homo, & alius, & ideo siquis impen
dat illa vni, s. seruiendo in necessarijs ad vitam, nō pōt
impendere alteri seruiendo sibi in necessarijs, sed ne-
cesse est, q̄ ista sint disparata: Deo aūt nihil est neces-
sarium, in quo seruiamus ei Psal. 15. bonorum meorū
non eges, sed totus cultus, & seruitium Dei consistit
principaliter in animo, quia spe, fide, & charitate coli-
tur Deus, vt ait Aug. in Enchir. ideo potest seruire hō
homini, & simul Deo, & vtrique plene, & non sunt
duo dn̄i, sed vnicus, quia homo est subordinatus Deo
& Deus iubet seruis, q̄ seruiant dn̄is propter ipsum.
1. Pet. 2. subiecti estote omni humanæ creaturę pro-
pter Deum, & postea dicitur serui subditi estote in oī
timore Dn̄is non tm̄ bonis, & modestis, sed etiam di-
scolis: hæc est enim gratia apud Deū. i. hoc est, quòd
Deꝰ vult, & in hoc habet vos gratos sibi: manet ergo
absolute verum, quòd nemo potest duobus dominis
seruire.

An possimus seruire Deo, & mammonæ. Et quòd mammona ac
cipitur tripliciter. Et est mammona nomen diaboli, vt
Asmodeus. Et quare auaritia dicitur idolorum
seruitus. Quæst. CLXXX.

QVAERATVR an possumus seruire Deo, & mā-
monæ.

Dicendum, quòd non, vt Christus dicit in litera.
pro quo sciendum, q̄ mammona accipitur pro diui-
tijs: est enim mammona, vel mammon nomen Sy-
riacum: sic enim dixit Hierony. super Matthæum mā
mona sermone Syriaco diuitiæ nuncupantur, sic acci
pitur Luc. 16. facite vobis amicos de mammona iniq.
tatis. i. diuitijs erogando illas pauperibus, Accipitur et
mammona pro auaritia secundum quam diuitiæ con
gregantur. Vel pōt accipi mammona, vt est nomen
dæmonis, qui tentat hominem de auaritia, quia si-
cut est quidam dæmon, qui principaliter tentat homi
nes de luxuria, & potestatem accipit super fornicātes
ad nocendum eis, & vocatur ille Asmodeus, qui occi
dit septē viros Sarræ filiæ Raguelis Tobiæ 3. ita est dę-
F mon, qui principaliter tentat de auaritia, & iste dicitur
mammona, sic dicit glos. hic, quòd per mammona
intelligitur diabolus, qui pręest diuitijs non, quòd
possit eas dare, nisi quando Deus permittit, sed quòd
per eas homines fallit: an tamen diabolus possit dare
diuitias, vel regna terræ, aut potestatem hominibus
declaratum est supra quarto capitulo, quæstione 50.
Nunc autem quomodocunque accipiatur mammo
na non potest quis seruire Deo, & mammonæ, quia
siue accipiatur pro diuitijs, siue pro auaritia, siue pro
dæmone ad idem redit, quia omnia ad idem perti-
nent: ille autem seruit mammonę, qui constituit sibi
diuitias tanquam summum bonum, & finem vlti-
mum, & ille non potest seruire Deo, quia diuitiæ suffi
G cienter eum occupant, vt nulli alteri seruire possit.
Nam etiam inter vitia sic est, quòd licet omnia mala
sint, qui tamen vere seruit vni non potest proprie ser
uire alteri, vt siquis seruit auaritiæ non potest seruire
libidini: nam auarus, vt dicit Boetius lib. 3. de conso.
Prosa nona. non solum superfluas, sed etiam natura-
les, & licitas sibi subtrahit voluptates, vt pecuniam
congreget, & conseruet: nam libido congregata ef-
fundere vult, a fortiori cum Deus sit summe bonus,
& auaritia sit per se mala, nemo poterit seruire Deo
seruiendo auaritiæ, & habendo illam tanquam finē,
& istud iam non prouenit ex sola occupatione in ser-
uitio vnius, sed ex contrarietate, quia diuitiæ, &
Deus in contrarium trahunt, vt ait Chrysostomus,
scilicet, res terrena, vel Deus si in corde hominis do
H minetur ad contraria ex vtroque trahitur homo:
nam Deus trahit ad superiora sibi seruientem, res au-
tem terrena ad inferiora, hoc autem est quantum ad
cogitationem, quia qui seruit Deo cogitare debet de
cœlestibus, qui autem diuitijs seruit, semper cogi-
tat de terrenis, etiam qui seruit Deo cogitat, vt om-
nia etiam quæ licite possit propter Deum tribuat,
qui vero auaritiæ seruit studet, vt sua conseruet, &
aliena quomodolibet sua efficiat, & congreget: ideo
non est possibile vtrique seruire. Boni tamen viri
diuitias possidere possunt, quia non culpatur hic
possessio diuitiarum, sed seruitus earum: ille enim
diuitiarum seruus est, qui diuitias congregat, &
conseruat, nec expendere audet, quia seruus est, im-
I mo non habet ius expendendi eas si illarum seruus
est, quia seruus potest acquirere domino suo, sed
non potest expendere rem domini sui: iste etiam pro
pter diuitias viuit, quia non vult viuere, nisi vt di-
ues sit, illud nanque quod quisque constituit sibi, vt
finem vltimum, est finis vitæ eius, & propter illud
viuit, ille autem diuitias possidet, qui illarum do-
minus est, & cogit eas sibi seruire, scilicet, quia
expendit eas quando expedit: iste enim non seruit
mammonæ, sed imperat: ideo potest seruire Deo,
sic dicit Hieronymus super Matthæum, audiat
hoc auarus, quia censetur vocabulo Christiano nō
posse simul se Christo, & diuitijs seruire, & ta-
K men non dixit, qui habet diuitias, sed qui seruit di
uitijs: qui enim diuitiarum seruus est diuitias custo-
dit, vt seruus, qui autem seruitutis excussit iugum
distribuit eas, vt Dominus. Si autem accipiatur
seruire mammonæ, idest diabolo ad idem redit,
quia diabolo seruit auarus propter diuitias, & ideo
vocatur auaritia idolorum seruitus ad Ephes. quinto,
idest, seruitus dæmonum: cum enim dæmon diui-
tias inique acquirendas administret, qui per aua-
ritiam acquirere vult, diabolo ministrante vult ac-
quirere: ideo diabolo seruit propter illas, sic dicit
Augustinus libro de sermone Domini, qui ser-
uit mammonæ, idest, diuitijs illi vtique seruit, qui
rebus istis terrenis merito suę peruersitatis princeps
huius

huius sęculi a Domino dicitur constitutus, & iste patitur durum dominum quisquis seruit mammone, sua enim cupiditate implicitus subditur diabolo, & sic eum sustinet, sed non diligit, sicut ille, qui alienę ancillæ coniunctus est propter concupiscentiam patitur duram seruitutem, & si non diligat eum cuius ancillam diligit: iste autem Deum contemnit, quia eum proprie nemo odio habere potest, quia hoc conscientia non sustinet, sed contemnit, idest, non timet eum, quia de eius bonitate securus est.

Ideo dico vobis, ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum? Respicite volatilia cęli, quoniam nõ serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cęlestis pascit illa. Nõne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? Et de vestimentis
Luc.12. quid solicin estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt. Non laborant, neque nent. Dico autem vobis; quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis. Si enim fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo soliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur. Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia his om-
Luc.12. 12. q.1 ca. habebat. nibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Nolite ergo soliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies solicitus erit sibiipsi. Sufficit diei malitia sua.

Ideo dico vobis. Ostendit Christus supra quomodo congregatio diuitiarum deordinat hominem quantum ad affectum interiorem, hic autem ostendit, quod etiam deordinat hominem quãtum ad actum exteriorem, scilicet, superflue procurando exteriora bona, & propter hoc excludit hic superfluam solicitudinem in acquirendo, & conseruando ista exteriora, & diuiditur in duo. quia primo ostendit, quod dictum est per quædam exempla. secundo hoc deducit per rationes ibi. *Nolite ergo*.

Circa primum sciendum, quòd duo sunt, quæ requiruntur ad sufficientiam præsentis vitæ, scilicet. Nutrimentum sine quo homo nullo modo potest viuere. Et vestimentum sine quo non potest bene viuere, & ideo circa ista duo maxime solicitatur homo, & propter hoc Christus excludit solicitudinem superfluã circa vtrunque, & facit duo. quia primo excludit istam solicitudinem in generali. secundo circa quodlibet eorum in speciali ibi.

Respicite volatilia. Circa primum dicitur.

A *Ideo dico vobis ne soliciti sitis*. Scilicet, non sitis soliciti superflue: nam Christus non prohibet hic solicitudinem circa cibum, & potum, & vestes, sed immoderatam soilicitudinem secundum quam homo se totaliter tradit huic occupationi quasi ad hoc homo natus sit, vt procuret sibi ista, & non sint alia bona, quæ debeat procurare, quia hoc quidem conuenit pecoribus, quorum summum bonum non potest excedere bonum sensibile, & ideo consistit in delectationibus gustus, & tactus, & propter hoc recte tota solicitudo pecorũ naturaliter esse debet ad quęrendum cibum, & potum, sic dicit Boet. de consolat. lib. 3. Prosa septima, quòd tota naturalis intentio pecorum tendit ad replendum ventris lacunam, de
B hominibus secus est, quorum summum bonum est vltra sensum: ideo contra naturam est, quòd tota, vel maxima solicitudo hominis sit in procurando sensibilia bona quasi ad fruendum his se natum putet, sic dicit Seneca, ad maiora natus sum, quàm vt corporis mei sim mancipium, idest, seruus, scilicet, procurando semper bona sensibilia, quæ ad solum corpus pertinent, idest, ad hominem solum ex parte corporis, quia tamen homines non cognoscentes alias delectationes, nec bona, nisi ista sensibilia reputant ea sola esse bona septimo Ethicorum, solicitantur valde circa illa, & quia istud est grauissimum peccatum, scilicet, quia est error circa ipsum finem, & tamen communiter malum omnium hominum est, quia nemo est, qui ad ista sensibilia inmoderate
C non afficiatur, nisi Deus inspiratione sua eum ab his distrahat, Christus fixit hic pedem valde persuadendo, quòd homines non debeant superflue solicitari circa ista sensibilia bona, & ideo materiam istam multum aperuit, & practicauit inducendo exempla multa, & rationes, quod non solet facere in alijs materijs tam diligenter, & recte quidem & ex necessitate, sic fieri debuit, quia hic consistit totus error humanus. quicquid enim homo peccat prouenit ex hoc, quod valde afficitur, & solicitatur circa ista sensibilia bona. Totus error humanus prouenit ex istis sensibilibus.

Anima vestra quid manducetis. Idest, non sitis soli-
D citi pro anima vestra quid manducare debeatis, per manducationem intellexit etiam potum, quia etiam de potu soliciti sunt homines. Et tamen non expressit potum propter duo. Primo, quia nomine cibi etiam potus intelligitur, quia ista duo simul necessária sunt, & vnum propter alterum: nam cibus est principaliter propter nutrimentum ad restaurationem deperditi per partes æquales, & ad augmentationem in animalibus nondum perfectis secundum debitam quantitatem: potus autem, & si aliquo modo nutriat, principaliter tamen non est propter nutritionem, sed propter dispositionem bonam cibi, quia non posset decoqui in stomacho cibus, qui est siccus sine humore potus, sed potius incineraretur, sicut carnes in olla, sine aqua, etiam ad hoc, quod cibus posset deduci ad omnia mem-
E bra postquam fuerit. decoctus oportet esse humorem, quia humor facit rem faciliter passibilem, & ad quamcunque partem flexibilem: recte ergo nomine cibi etiam potus intelligitur. Secundo, quia solicitudo nostra est de eo quod est difficile haberi, potum autem habere non est difficile, quia est aqua sine labore nostro ad sufficientiam, cibus tamen sine labore non habetur, & sic de illo solicitamur, & propter hoc Christus de illo solo dixit, & non de potu, sic dicit Hieronymus super Matthæum, scilicet, in nonnullis codicibus additum est, nec quid bibatis: ergo quod omnibus natura tribuit, & iumentis, & bestijs hominibusq; cõmune hu-

lus cura penitus liberamur. *Nec corpori vestro quid induamini.* Idest etiam non sitis soliciti pro corpore vestro quid induamini, istud erat, quòd pertinebat secundo ad humanam necessitatem, sic enim dicitur Ecclesiastici vigesimonono, initium vitæ hominis panis, & aqua, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem. *Nonne anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum.* Ista est ratio quare non debemus esse valde soliciti pro his rebus, quia cibus quæritur pro anima, vt dicitur in litera. ne soliciti sitis animę vestrę quid manducetis: vestimentum autem quęritur pro corpore, quia dicitur, & corpori vestro quid induamini, & tamen anima est plus quàm esca, idest, principalior, & maioris valoris, & corpus est plus q̃ vestimẽtum, idest, etiam maioris valoris, & supplẽdum est, & tamen vos non habetis corpus, & animam p vestram solicitudinem, nec acquisiuistis illa per vestrum laborem, sed antequam quicquam esset, Deus fuit solicitus de vobis, vt daret vobis hæc per quę estis: a fortiori ergo dabit vobis cibum, & vestimẽtum, quæ minora sunt, & quæ sunt necessaria ad conseruationem istorum: nam Deus scit, quòd ista sunt vobis necessaria, & tamen ipse dedit vobis gratis, ea quæ maiora erãt: ergo dabit a fortiori ea quæ minora sunt cum sciat ea esse necessaria vobis, vt dicitur infra in litera, scilicet, scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis, sic dicit Hiero. qui maiora præstitit, vtiq; & minora præstabit, & est ratio efficacissima in hoc, quia Deus rectę ordinat omnia, a quo nullum malum, & inordinatum esse potest, & tamen ipse dedit nobis corpus, & animam, quæ scit non posse conseruari sine cibo, & vestimento: ideo dabit vestimentum, & cibum: sic dicit Chrysostomus super Matth. scilicet, nisi enim voluisset conseruari, quod erat, non creasset, quod aũt sic creauit, vt per escam seruetur, necesse est, vt det ei escam quandiu vult esse quod fecit,

Quomodo intelligitur ne soliciti sitis animæ vestræ &c. cum anima non comedit. & corpus non comedit. sed actus sunt suppositorum, & non partium.
Quæst. CLXXXI.

SED quæretur quomodo dicitur hic ne soliciti sitis animæ vestræ q. mã. nam anima non manducat, & etiam non conseruatur per mãducationem, quia purus spiritus est, & non habet materiam partem sui, & ideo non potest ei prodesse cibus, qui est aliquid corporale, & prodest in quãtum restaurat deperditum, anima autem nihil alienum recipit, quòd efficiatur pars substantiæ suæ cum prius non esset pars eius, omne tamen quod per cibum nutritur recipit aliquid quod sit pars substantiæ eius, & prius non erat: etiam nutrimentum est ad conseruandum rem, quę sine nutrimento periret propter hoc, quòd continue resoluitur, & peribit cito, nisi restaurẽtur partes, quæ pereunt per subintrationem aliarum, anima autem est incorruptibilis: ideo etiam si materialis esset, cibo non indigeret, sicut corpora nostra post resurrectionem erunt incorruptibilia, & ideo ibi iam nullo cibo vtemur: potius ergo deberet dici ne soliciti sitis corpori vestro quid manducetis, quia corpus est cui cibus est necessarius, & cuius partes deperditę, scilicet, materiales per cibum restaurantur.

Dicendum, quòd dictum est nos solicitos esse non debere animæ quid manducemus non quòd anima manducet, sicut aliqui insipienter putauerunt, quod animæ solutæ corporibus manducabant, & ideo circa sepulchra cibos apponere solebant maxime circa sepulchra nouiter defunctorum, qui fuit error quorundam Gentilium simplicium: non enim potest

F anima comedere, quia non habet organa, quibus cibum suscipiat, & conterat, & vbi cibus digeratur, & conseruetur, quia est purus spiritus. etiam anima per se cibum non appetit, quia appetitus in natura nunquam est, nisi eius quod est necessarium. semper enim appetitus consequitur priuationem, & indigentiam, & tamen anima non indiget cibo: ergo non potest appetere cibum, nec etiam potest cibus ei prodesse in aliquo, vt dictum est. De corpore etiam dicendum, quòd corpus propriè non comedit, nec etiã est cibus necessarius corpori propter se solum: nam si corpus solum accipiatur nullum actum habet, & non potest cibum suscipere, nec ei cibus prodesse potest, sed homo est, qui manducat, quia actus sunt suppositorum, & non partium, etiam homo est cui cibus est

G necessarius, quia sine illo non potest diu manere, & homo est, qui directe corrumpitur subtracto cibo, & non ipsum corpus. Et cum dicitur, quòd cibus assumitur ad restaurandũ partes materiales corporis deperditas. dicendum, quòd hoc est inquantum corpus est pars hominis, & requiritur bona habitudo partiũ ad hoc, quòd totum maneat, & ad istam bonam habitudinem facit cibus, quia si corpus subtracto cibo desinat esse in sua naturali dispositione, manebit quidem corpus, & tamen homo desinet esse: ideo cibus directe non est propter cõseruationem corporis, sed hominis, ista autem Christus obseruauit in suo modo loquendi, quia non dixit ne soliciti sitis animæ vestrę, quid manducet, sed quid manducetis quasi

H homo sit, qui manducat, & non anima, dixit tamẽ ne soliciti sitis animæ vestræ, idest, pro anima. i. ad conseruationem animæ in corpore, quia anima non potest manere in corpore, in quo manere desiderat, nisi quando manducauerimus.

Secundo modo potest exponi, quòd anima est, quæ desiderat cibum, quia licet ipsa non comedat, ipsa tamen desiderat illum pro corpore, & iste est modus communis loquendi, vel quia putant homines, quòd ipsa anima appetit cibum, quia ipsa delectatur in cibo: licet enim delectatio sit hominis, & tamen per animam alligatam corpori, scilicet, non quãtum ad partem rationalem secundum quam est absoluta a corpore, & ab organo, sed secundum partem ap-

I petitiuam, & totam portionem inferiorem secundũ quam anima corpori alligatur, & ipsa delectatur per corpus in sumptione cibi, & ille modus loquendi est vulgarium, & etiam sacrę Scripturę attendentis vulgares: ideo quando quis delectatur in cibo dicitur anima eius delectari Psalm. 62. sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, idest, ita gaudeo, sicut si anima mea repleretur adipe, & pinguedine quam desiderat, & hoc dicitur, quia pinguedo erat cibus delectabilis Iudæis, in comedendo pinguedinem delectabatur anima: etiam quando quis desiderat cibum dicitur anima eis desiderare illum, sic dicitur Deute. 12. i. comedes quodcunque desiderat aĩa tua, & forte illũ modũ loquendi Chr̃s secutus est, q̃a sic loquunt̃

K Iudęi, & sacra Scriptura. Tertio põt exponi, q̃ accipiatur aĩa pro vita iuxta illud Psal. 118. aĩa mea in manib' meis semp. i. vita mea, sic ẽt 1. Reg. 22. siq̃s q̃sierit aĩam meã q̃ret & aĩam tuã. i. siquis vult mihi auferre vitã, etiã volet tibi auferre, & tũc ppriè dr̃, q̃ soliciti sum' aĩę nostrę. i. vitæ nostrę q̃d manducemus. i. quia pp solã ɔseruationem vitæ est cibus, & potus, & tota solicitudo de eis. Quòd autem Christus dixit, & corpori vestro quid induamini, non est intelligendum, q̃ indumentum sit propter corpus, sed est propter hoiem, dicit t̃n esse indumentum pp corpus, & non pp aĩam, sicut cibus, quia in sumendo cibum est q̃dã sensibilis delectatio, quæ videtur esse animæ in habendo

bendo autem vestimentum non est delectatio sensibilis, quia non delectatur homo sensibiliter quandiu est vestitus, delectatur tamen quandiu manducat, & ideo vestimentum ad animam nihil pertinet.

Secundo, quia anima est intra nos, vestimentum autem totaliter est extra: ideo non videtur pertinere vestimentum vllo modo ad animam, sed ad solum corpus quod illo tegitur.

Tertio, quia vestimentum, quare secundum commensurationem corporis, vt sit magnum vel paruũ secundum corporis quantitatem, ad animam autem non fit aliqua commensuratio, & ideo solicitudo de vestimento videtur esse solicitudo de solo corpore: recte ergo dictum est, & corpori vestro quid induamini. *Respicite volatilia*. Hic applicat Christus de vtroque in speciali per rationes exemplares, & primo ostẽdit de cibo, secundo de vestimento ibi. *Quis autem vestrum*. Circa primum dicitur. *Respicite volatilia cœli*. Idest, volatilia, quæ mouentur per aerem: cœlũ enim aer vocatur, quia totum hoc, quòd supra terram, & aquas est simplices cœlum vocant. & sic aues dicunt habitare in cœlo, vel moueri per illud, & ita semp vocantur, vt Psalm. 8. volucres cœli, & pisces maris, & infra 13. volucres cœli comederunt illud. & iubet Christus respicere volatilia, quia illa sine solicitudine superflua pascuntur, ita & nos possimus pasci.

Quoniam non serunt. Non vult Christus per hoc auferre nobis curam serendi, quia volucres non seruut, sed est quædam similitudo proportionis. s. sicut volucres, quibus naturaliter non competit serere pascũtur a Deo de his, quæ ab alijs seruntur, ita & vos licet non habeatis ex vobis ipsis omnia, quibus indigetis Deus dabit vobis sufficientiam: ideo non oportet, ꝙ habeatis superfluam solicitudinem tanquam per vos ipsos necesse sit acquirere omnia vobis necessaria, aut vtilia. *Nec metunt*. Idest, non colligunt de agris, sicut nec seminauerunt, sed in agris comedũt, ꝙ inueniũt.

Neque congregant in horrea. Postquam metitur fruges reponitur in horreis, vt ibi conseruẽt pro tempore conuenienti, & hoc non faciunt volatilia, quia nõ habent horrea, sic dicitur Luc. 12. non seminant, neq; metunt, quibus non est cellarium, neque horreũ. Aliqua tamen animalia habent vim prouisiuam, & imitãtur hominem aliquomodo, quia habent quendã modum prudentię. Sicut formicę, quę ꝯgregant in æstate pro hyeme grana, & reponunt in horreis suis cum magna solicitudine, & si contingat grana per abundãtem humiditatem disponi ad corruptionem, vt subintrante pluuia in cellaria formicarum educunt grana ad Solem desiccandam, quæ rursus in cellarijs reponunt nihil minus hominibus facientes: immo sunt magis solicitę q̃ quidam homines, propter quod pigris exprobatur per formicam Prouer. sexto: vade ad formicã o piger, idest, respice eam, sic etiam est de quibusdam alijs animalibus, quæ solicitudinem habent de cibó pro longo tempore conseruando, hoc tamen non fit in volucribus, sed solum in quibusdã gressibilibus, & ideo Christus caute locutus est, non enim dixit respicite omnia animalia, sed dixit respicite volatilia. Quia volatilia non quærunt cibum pro lõgo tempore, sed solum gressibilia quædam: ratio differentiæ est, quia natura dedit maiorem, vel minorẽ vim prouisiuam animalibus secundum maiorem, vel minorem indigẽtiam ipsorũ, & secundum maiorem vel minorem facilitatem ad habendum cibum, volatilibus autem est minor facilitas habendi cibũ quam gressibilibus, quia volatilia possunt se transferre in partes longinquas orbis, & si hic non inueniunt subito cibum sibi conuenientem, transferunt se ad aliam regionem: ideo non fuit eis vlla causa faciendi prouisionem magnam circa cibos cum omni hora occurrat eis habere cibos paratos hic, vel ibi. Gressibilia autem non possunt faciliter mutare locum: ideo si in loco illo non inueniunt, aut in propinquis, patiuntur detrimentum: vnde subest eis causa aliqua habendi maiorem solicitudinem de cibo, & inter gressibilia illis, quibus est motus difficilior oportet habere maiorem prouisionem de cibo, ita de formica est, quia est tardi motus, & non discurrit per multa loca: sibi ergo prouidentiam quandam habere conuenit. Alia etiam causa est, quia animalia quanto habent cibos magis indeterminatos, tanto habere debent minorem solicitudinem de illis, quia si non inuenerint vnum inuenient alium, cum autem sunt cibi determinati, oportet habere prouidentiam circa illos, qa deficientibus eis cum non sit facile eundem cibum vbique reperiri, perirent animalia, ita autem de formica est, quia cibi sunt sibi determinati, scilicet, grana frugum, quibus homines vescuntur, & quia illa non inueniuntur omni tempore in agro, sed solum tempore determinato, natura indidit eis quandã vim prouisiuam, vt illo tempore sibi cibos quærere sciant & reponere in cellarijs suis, & incorruptos toto anno conseruare. Alia autem gressibilia, vt communiter habent cibos communiores, quę omni tempore inueniuntur in agro: ideo non fuit eis necessaria vis prouisiua ad sic reponendum, & conseruandum cibos. Alia etiam causa est, quia quædam animalia sunt, quæ toto anno manifeste apparent super terram: alia vero sunt, quæ magna parte eius manent sub terra propter intemperiem temporis, quæ autem sub terra manent oportet, vt habeant cibum reconditum in terra alioquin perirent, quæ vero super terram semper sunt, possunt facilius semper habere cibum: ideo non requiritur in eis quòd recondant cibum: formica autem est animal fragile, quod non apparet super terram, nisi tempore temperato: ideo indiget cibo, & sic recondit in cellarijs suis pro tempore quo latet, & sic apparet, quòd naturaliter quædam animalia debuerunt habere vim prouisiuam cibi, & alijs non fuit necessaria. Christus autem locutus est de volatilibus, quibus prouidentia non est necessaria propter causas suprapositas.

Cur solũ quędã gressibilia animalia cibũ quærũt, & non volatilia pro longo tẽpore.

Et pater vester cœlestis pascit illa. Idest, dat eis cibum de quo pascantur præparans eis cibos. Psalm. 136. qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Et dicitur pater vester, & non Deus ad innuendum, quod homo debet habere magnã cõfidentiam, quia pater miseretur filijs, & non põt obliuisci illorum, ita Deus cum sit pater noster non poterit se continere quin misereatur nobis Psal. 102. sicut miseretur pater filiorum misertus est Deus timentibus se, & si aliquando irascatur nõ propter hoc aufert a nobis misericordiam suam iuxta illud, cũ iratus fueris misericordię recordaberis, & Psalm. 76. nunquid obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas, quasi dicat, nunquam obliuiscetur misereri etiam propter iram, & ideo confidendũ valde est cum pater noster sit, quia etiam magis misericorditer se habet ad nos q̃ pater noster carnalis, sic dr̃ sequen. cap. & Luc. 11. si vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris, quãto magis pater vester, qui est in cœlis dabit vobis petentibus se?

Nonne vos magis pluris estis illis. Quasi dicat, vos maioris precij estis, & maioris reputationis in conspectu Dei quã volatilia, & tamen Deus habet curam de illis, ita ꝙ sufficienter pascit illa: ergo a fortiori habebit curam de vobis. in hac ratione præsupponitur Deum esse agentem secundum rationẽ, & qui rationabiliter agit, magis curat de maioribus q̃ de minori-

bus, homines tamen sunt multo pluris, idest, maioris precij quàm omnia volatilia, & irrationabilia, quia excedunt ea secundum naturę dignitatem: ergo Deus, qui habet curam de omnibus tanquam generalis prouisor habebit, maiorem curam de hominibus q̃ de volatilibus. Aliqui accipiunt hic volatilia cęli pro Angelis, eo quòd illi sunt in cęlo, & de illis Deo est cura, nec seminant, nec metunt, sed hoc non stat, quia tunc non diceretur vos magis pluris estis illis, quia Angeli naturæ excellentioris sunt quàm homines, etiam quia exemplum non conueniret illis: nam Angeli nō seminant, nec metunt, quia non indigent cibo, nos tamen cibo indigemus: ideo nobis solicitudo necessaria est, sic dicit Hierony. super Matthęum quidam volũt volatilia cęli Angelos esse, cęteraque in Dei ministerio fortitudines, quę absque cura alantur Dei sui prouidētia, sed improbat hoc ibi ex ratione prędicta. Aliqui accipiunt volatilia cęli pro dęmonibus, & non conuenit eis applicatio, quia licet non seruot, nec metũt, non est eis opus serere, nec metere: ideo non conuinceremur nos conuenienter ex hoc non debere habere solicitudinem, sustinet tamen positionem istam Hylarius dicens: potest dici, quòd sub nomine volucrum exemplo immundorum spirituum nos adhortatur, quibus sine aliquo negotio quærendi, & congregandi, viuendi tamen tribuitur substantia de potestate ęterni consilij. debet tamen dici, quod litera proprie non intelligitur, nisi de volatilibus animalibus, sicut Hieronym. exponit, & in illis solis tenet ratio a Christo introducta.

Quom. do ista litera respicite volatilia possit concordari cum litera Lucæ. Et quod corui nihil solicitudinis habent de cibo. *Quæst.* CLXXXII.

QVAERITVR quomodo potest stare, quia hic dicitur respicite volatilia cęli, & Lucæ 12. vbi ponitur ista eadem materia dicitur considerate coruos, quia non seminant, nec metunt: non enim videtur, q̃ ista possint stare, quia Christus alterum eorum diceret, & vnica locutione non poterat duo dicere.

Dicendum, quòd vtrunque stat in veritate, & potest tripliciter dici. Vno modo, quòd Christus diceret vtrunque, scilicet, respicite volatilia cœli, & tunc adderet specificando, scilicet, & maxime respicite coruos. hoc autem potest esse rationaliter dictum, scilicet, q̃ Christus diceret in generali respicite volatilia cęli, quia omnibus volatilibus est hoc commune, scilicet, quòd non habeant prouidentiam de cibo, & postea in speciali voluit tangere de coruis, quia illi valde paucam solicitudinem habent, sed inter cętera volatilia sunt valde sine solicitudine, & tamen istos adhuc Deus pascit: ergo a fortiori pascet homines sine magna solicitudine. Aliter potest dici, quod Christus alterum ipsorum dixit, & tunc debet dici necessario, quòd dixit illud quod Luc. posuit, scilicet, considerate coruos, & tunc dicetur, quod Matthæ. dixit hic considerate volatilia, quia secutus fuit sensum, & non verba, quia hoc quod dixerat Christus de coruis erat verum de omnibus volatilibus: ideo dixit respicite volatilia, & etiam dato, q̃ non intelligeretur, nisi de solis coruis, erat bene dictum respicite volatilia, quia corui volatilia sunt, & iste sensus aufert omnem calumniam, ita q̃ sic nihil magis intelligatur significare voluisse Matthæus quàm Lucas.

Tertio potest intelligi, q̃ Christus diuersis vicibus prædicauit istud de prohibitione solicitudinis, & vna vice dixit respicite volatilia, & alia vice respicite coruos, & hoc etiam satis est verisimile: nā plurima istorum, quæ Matthæus ponit hic Christum prædicasse

F habentur Luc. 6. istud tamen de solicitudine vitanda habetur Luc. 12. & sic potest satis dici, quòd diuersis vicibus eadem sententia a Christo fuerit repetita per diuersa verba: ideo quidam Euangelista secutus fuit quædam verba, & alius alia, & ita est in multis alijs.

Quis autem vestrum. Hic Christus tollit in speciali solicitudinem circa vestimentum, & inducit duplicem rationem exemplarem: vna assumitur ex eo quod est intra nos, scilicet, ex magnitudine corporis, alia ex eo quod est exterius. s. ex habitudine ad exteriora inanimata ibi. *Considerate lilia.* Circa primum dicitur. *Quis autem vestrum potest adijcere ad staturam suā cubitum vnum.* Quasi dicat, non est opus habere magnam solicitudinem de vestimento, quia ille, qui habet curam de cor-
G pore vestro, habet curam de vestimento, & ostendit hic, quia vestimentum fit secundum commēsurationem ad corpus, ad illum ergo pertinet habere curam de magno, vel paruo vestimento, qui habet curam de corporis magnitudine: homo tamen per solicitudinē suam nihil potest addere in magnitudine corporis sui quod probat, quia nemo cogitans. i. cogitando siue p̃ cogitationem suam pōt addere vnum cubitum ad staturam suam, quia ēt si quis diebus, & noctibus cogitet, & vehementissimo desiderio teneatur, vt addat aliquid ad staturam suam, non poterit addere, nec pũctum, sed tanta erit quanta Deus in virtute seminali pferre dignatus est, quasi dicat, si in potestate hoīs esset facere sibi valde magnam staturam rationabiliter
H deberet nimis solicitari de vestimento, quia indigeret iam maiori vestimento, & tamen non est in potestate sua addere aliquid in statura: ergo irrationabile est esse multum solicitum circa vestimentum. Alio modo pōt intelligi, q̃ nobis non debet esse magna cura de vestimento, quia illi debet esse cura de vestimento, q̃ habet curam de faciendo tantam, vel tantam corporis magnitudinem, & ille est Deus: ideo illi hoc relinquendũ est, sic dicit Chrysostomus Deus qui per singulos dies incrementa corporis tui facit te non intelligēte, si in te quotidie Dei prouidētia operatur, quomodo in necessitatis tuis cessabit! si autem vos cogitā do modicam partem corpori addere non potestis: quomodo ergo cogitando saluandi estis in toto? simile dicit August. in lib. de sermone Dom.

I Tertio modo potest exponi, quòd nobis non debet esse magna cura de vestimento nostro pro toto corpore, & de alijs rebus, quia etiam si magnam solicitudinem habuerimus, inutilis erit cum per nostram solicitudinē nec parua possimus efficere, cum non possit homo saltem vnum cubitum cogitando addere staturæ suæ, & iste sensus ponitur Lucę duodecimo, scilicet, quis vestrum cogitando potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum: si ergo nec quod minimum est potestis, quid de cęteris solliciti estis, quasi dicat, si ad istud minimum non potestis per solicitudinem peruenire, a fortiori non poteritis pertingere ad maiora: ideo frustra vobis est habere
K magnam solicitudinem.

Et de vestimento quid soliciti estis. Quasi dicat, si non potestis aliquid adijcere ad staturam vestram per cogitationem, frustra est quod multum soliciti sitis de vestimento propter causas dictas.

Considerate lilia. Hic ponitur secunda ratio exemplaris sumpta ex exterioribus, scilicet, terræ nascentibus, idest, ex lilijs, quia Deus vestit illa sine ipsorum solicitudine, cum dicitur considerate lilia agri posuit exemplum in illis, quia habent magnam multitudinem sine sua solicitudine, & dicitur lilia agri ad ostendendum minorem solicitudinem, quia si essent lilia domorum, quæ in hortis nostris nascuntur per humanam culturam, poterat dici, quòd hu-

manus

manus labor, & solicitudo conferebat aliquid ad illã pulchritudinem, lilia tamen agri per se nascuntur, & a nemine plantantur, nec colũtur, sine vlla igitur soli citudine sua, vel aliorum accidit eis pulchritudo, & totum esse. *Quo crescunt*. Scilicet, vt perueniant ad debitam magnitudinem, qua nunquam fraudantur, etiam si nemo illorum curam habeat. *Non laborant*. Scilicet, ipsa lilia nihil laborant, vt crescant, nec vt pulchra fiant. *Nec nent*. Idest, non filant. istud dicitur propter vestes, quia Christus volebat nobis auferre solicitudinem supervacuã de vestibus, fiunt aũt vestes ex filis contextis, & fila habentur filando, & sic filare est exordium ad vestes, sed lilia vestes habẽt pulchras licet nunquam filent, & sic innuitur ꝙ alius habet curam de vestibus liliorum. vel dr̃ nec laborant, nec nẽt propter viros, & fœminas, vt vtrisque auferatur superflua solicitudo: nam viris laborare corporaliter cõuenit, mulieribus autem specialiter competit filare, & est sensus, ꝙ nec viri superflue laborando, nec mulieres semper filando habiturę sunt quod volunt, sed Deus eis prouidebit, sic dicit Chrysostomus, dicẽdo non laborant viros confortat, dicendo nec nent confortat mulieres. *Dico autem vobis, quoniam nec Salomon*. Ostendit quõ sine solicitudine humana hĩ vestimentum melius q̃ cum solicitudine, quia nemo est, q̃ minorem possit habere solicitudinem, & de quo minor habeatur etiam solicitudo a Deo q̃ lilia agri, & nemo esse videtur, qui cum maiori solicitudine, & diligẽtia vestes procurauerit q̃ Salomon, & tñ lilia melius, & pulchrius vestiuntur quàm Salomon.

Quare pelait Deus exẽplum de Salomone. Posuit Christus exemplum de Salomone, quia inter reges Iudæorum nemo fuit tam diues in auro, & argento, & varietate domesticę supellectilis, vt patet 3. Reg. 3. & 9. & 10. & 2. Paralip. 1. & 8. & 9. iste tñ non æquatur lilijs in pulchritudine. *In omni gloria sua*. Accipitur gloria pro apparatu, & ornatu exteriori, qui fuit in Salomone abundantissime, & potest intelligi in omni gloria, idest, in toto tempore, quo regnauit, quasi dicat, licet vno tempore non haberet Salomõ tantam pulchritudinem sicut lilia, poterat habere in alio, & tñ in nullo tpe habuit, sic dicit Chrysostomus in Homilia, est autem Salomon superatus a florum decore, non semel tñ, nec bis, sed per totum tempus sui regni, & hoc est quod dicit in omni gloria sua.

Aliter potest intelligi in omni gloria. i. in maxima gloria. coniungendo totam Salomonis gloriam, vt accipiatur maximus status eius, adhuc non peruenit ad tã tam pulchritudinem, sicut lilia. *Coopertus est sicut vnum ex istis*. Idest, non habuit ita pulchrum vestimentum: nam pulchritudo liliorum vocatur vestimentum ipsorum, quia est exterius in superficie, sicut vestes sunt nobis exteriores, etiam quia licet vestes prima intẽtione quærantur propter necessitatem tegendi corpus, tamen secundario quæruntur propter pulchritudinem, & ex hac parte est tota solicitudo, quia si ad solam necessitatem vestes quærerentur, facile erat cuilibet homini habere vestes de panno grosso, & rudi, nec erat opus ad hoc longa solicitudine, iam tamen præcipue in vestibus pulchritudo quæritur, & pro ista extenditur solicitudo nostra in infinitum, vt semper pulchriores vestes habeamus, & tamen quantumcunque conemur nunquam poterimus habere vestes tam pulchras, sicut habent lilia, quia tinctores & pictores non possunt ita viuos, & puros colores cõficere, & rebus dare, sicut natura dat, sed imitantur aliqualiter naturam, vt possunt, multum tamen imperfecte: sic dicit Hieronymus, quod re vera quod sericum, quæ regum purpura, quæ pictura textricum potest floribus comparari, quid ita rubet, vt rosa, quid ita candet, vt lilium, viole vero purpuram nul-

A lo superari murice oculorum magis quàm sermonis iudicium est: vnde differunt inter se naturalia, & artificialia, sicut vera, & ficta, sic dicit Chrysostomus in Homilia, quantum enim veritatis ad mendacium tantum vestimentorum, & florum differentia est.

Et potest dupliciter induci ista ratio. Vno modo, quòd irrationabile est hominem habere magnam curam de vestimento, quia cum Deus lilijs, de quibus habet paruam solicitudinem, det tam pulchrum vestimentum: a fortiori dabit hominibus, de quibus habet magnam curam vestimentum cõueniens eis: ideo non oportet, quòd ipsi multum solicitentur, sicut nec lilia solicita sunt, vt pulchra fiant, & istum sensum exprimit litera.

B Aliter potest introduci, quòd solicitudo magna de vestimento est inutilis, quia quantumcunque magna fuerit non poterimus peruenire per eam ad id quod volumus, quia Salomon nunquam potuit peruenire, vt haberet vestes ita pulchras, sicut lilia: frustra ergo est conari ad hoc: & iste sensus conuenit literæ superiori, scilicet, nemo cogitando potest addere ad staturam suam cubitum vnum, ita nec potest assequi pulchritudinem liliorum.

Si autem fœnum agri. Arguit a minori, scilicet, si Deus habet tãtam solicitudinem de fœno agri quod nullius valoris est, vt illud tanta pulchritudine vestiat, a fortiori habebit solicitudinẽ de hoie, vt illũ vestiat, sic dicit Chrysostomus si floribus terrenis sic

C occurrit Deus, qui nati sunt, vt tantummodo videã tur, & pereant, homines negliget, quos sic creauit, vt non pro tempore videantur, sed vt perpetuo sint? quasi dicat, non negliget eos, & dicit fœnum cum supra dixisset lilia ad ostendendum rem minoris valoris, quia nihil est in herbis minoris valoris quàm fœnum, licet sit vtile ad pascua boum, & lilia vocat fœnum inquantum succiduntur, & colliguntur ad cremandum secundum consuetudinem terræ illius, sicut aliæ herbæ, vel dicitur fœnum, ita quòd Christus extenderit hic sermonem suum, quia licet supra locutus est de solis lilijs hic de omnibus herbis loquitur, quæ nomine fœni intelligi possuut, quia

D nomen fœni apud quosdam accipitur ita generaliter, sicut illud nomen herba, & stat verbum Christi in omnibus herbis, quia nulla herba est, quæ non habeat pulchrum, & intensum colorem, licet differenter secundum varietatem naturæ ipsarum, quam tam pulchritudinem nulla ars humana potest imitari: vnde vestes humanæ ab omnibus herbis superantur in pulchritudine. *Quod hodie est*. Idest, durat per vnum diem. *Et cras in clibanum mittitur*. Idest, in furnũ ad cremandum: ita. n. est consuetudo quarundam regionum, vbi ligna ad sufficientiã non habẽtur, quòd herbę crementur in clibano. vel accipitur clibanus pro loco vbi reponitur fœnum, quæ est quædam domuncula, vel congeries, in qua conseruatur fœnum quando de agro colligitur, vt inde per totum annum sumatur in escam pro anima-

E libus, sic dicit glo. quòd aliqui libri habent in ignem, vel in aceruum, qui habet speciem clibabani, & quomodocunque accipiatur stat ratio, quia Deus fecit herbas ad illum vsum, quo homines vtuntur eis, siue crement, siue custodiant: nam vtroque modo herba desinit esse per hoc, quòd de agro succiditur, quia desinit viuere, & etiam pulchritudo eius marcescit. Deus ergo sciens lilia ista duratura per vnicum diem, idest, per vnum tempus dat eis tantam pulchritudinem: a fortiori ergo hominibus prouidebit.

Deus sic vestit. Scilicet, dãdo tãtã pulchritudinem. *Quanto magis vos modicæ fidei*. Idest, maiorẽ curã habebit de vobis,

de vobis & dicit modicę fidei increpando homines de superflua solicitudine, quia ista ꝓuenit ex modica fide: nam si homo haberet fidem de diuina prouidentia non solicitaretur valde circa istas res, sciens quòd cum Deus tantam curam habeat de rebus minimis, ita pulchre illas vestiens habebit a fortiori maiorem de hominibus, & ideo non expedit nobis multum solicitari cum alius pro nobis solicitus sit: nam magnitudo solicitudinis ex hac parte prouenit, quòd homo credit, quòd si ipse non curat solicite de rebus sibi necessarijs, quòd nemo sibi prouidebit.

Quare Deus non dat ita pulchrum vestimentum homini, sicut lilijs cum sit solicitus magis de homine quàm de lilijs. Quæst. CLXXXIII.

SED diceret si Deus magis solicitus est de homine, quàm de lilijs, quare non dat vestimētum ita pulchrum homini, sicut lilijs, vel si habet maiorem curam de homine quàm de lilio videbitur, quòd sit hoc quantum ad alia non autem quantum ad vestes, & tunc manebit homini occasio solicitudinis pro vestibus, & sic non tenebit ratio Christi.

Dicēdum, ꝙ Deus maiorem solicitudinem habet de homine quantum ad omnia ei necessaria quàm de lilijs, & tamen non dedit ei ita pulchram vestem, sicut lilio, quia Deus dat pulchritudinem rebus, sicut competit naturis earum, non competit autem color tam viuidus, & intensus naturæ humanæ, sicut est in herbis, & lapidibus, quia illę sunt res quodammodo simplices, idest, habentes paruum gradum mixtionis, & ideo determinant se ad vnum extremum, & ita possunt esse colores intensi, & viuidi in rebus istis, homo autem habet medium in mixtione, vnde perfectioni naturæ suæ non potuerunt conuenire colores, ita pure intensi, & viuidi: nō ergo vestiuit Deus hominem, sicut lilia, licet de illo habeat maiorem solicitudinem quàm de lilijs,

Quare potius Christus dixit de lilijs quàm de alijs rebus. Et quod duo sunt a Deo quærenda. Quæst. CLXXXIIII.

QVAERETVR, quare potius Christus dixit de lilijs quàm de alijs rebus: poterat enim Christus comparare pulchritudinem aliarum rerum minorum homine humano vestimento, sicut dicit Chrysost. de Pauone, & Cycno, quæ sunt animalia pulcherrima.

Dicendum, ꝙ hoc fecit, vt fortius argueret, & hoc propter duo, scilicet, propter magnitudinem pulchritudinis, & propter paruitatem solicitudinis, quę apparet ex vilitate liliorum, vnde dicit Chrysostom. vult enim ex duobus monstrare superabundantiam, scilicet, a munificentia pulchritudinis, & a vilitate participantium. Primum apparet, quia tanta est pulchritudo liliorum, ꝙ etiam Salomon nunquam potuerit æquari illis in pulchritudine vestimētorum, licet fuerit valde solicitus de corporis ornatu, & valde sapiens, vt sciret inuenire modos, quibus maxime ornaretē, & habens magnam familiam, vt omnia, quæ desideraret illis ministrantibus posset exequi, sicut ipse dixit Ecclesiastes secundo, & non negaui cordi meo, quin omni delectatione frueretur, a fortiori ergo alij homines non possunt peruenire ad pulchritudinem liliorum.

Secundum est propter paruitatem, & vtilitatem liliorum, quia si Christus dixisset respicite pulchritudinem cœli homines putarent, ꝙ cęlum propter excellentiam naturæ suę, & per aliquos actus suos potue-
F rat illam pulchritudinem acquirere, vel forte, quia cum sit natura tam excellēs Deus de illo haberet maiorem solicitudinem quàm de cęteris rebus, & sic dedisset sibi tantam pulchritudinem. Simile etiam esset aliquo modo in Pauone, & Cycno, quæ habent colores pulchros, & viuidos, posset enim dici, quòd natura fuit valde solicita circa ipsa, & tamen de lilijs non potest hoc dici, quia sunt res infimę, & de quibus videtur haberi nulla solicitudo, quia sponte nullo colente nascuntur in agris, & ostendit vilitatem ipsorum inquantum postea vocauit ea fenum, etiam inquantum dixit, quòd hodie est, idest, durat per vnicum diē, vel per modicum tempus, etiam inquātum dicitur, & cras in clibanum mittitur, scilicet, ꝙ nō est,
G nisi ad mittendum in clibanum: si de hac ergo re fere nullius valoris, quæ ad hoc solum nata est, vt videatē, & pereat, vt dicit Chrysosto. tanta solicitudo habetur a Deo vestiendo illam, a fortiori habebit solicitudinem de omnibus necessarijs homini. *Nolite ergo*. Hic excludit superfluam solicitudinem per duas rationes. prima accipitur ex parte diuinæ prouidentię. secunda ex temporis habitudine. ibi.

Nolite ergo soliciti. Circa primum dicitur. *Nolite ergo soliciti esse dicentes quid manducabimus*. Excludit istam solicitudinem de cibo, & potu, & vestimento simul ex parte diuinæ prouidentiæ. Nam putauerunt aliqui Deum nō habere curam de rebus nostris: ideo quòd quicquid habere deberemus, oportebat labore & so
H licitudine acquiri, quæ opinio venit a Gētilibus Deū ignorantibus: ideo tota solicitudo istorum erat quęrēdo ista: Christus autem vetuit tantam solicitudinem vt consideremus diuinæ prouidentiæ.

Aut quid bibemus, aut quo operiemur. De istis tribus est maxima solicitudo, quia istæ sunt necessitates magis ineuitabiles, & magis apparentes in nobis.

Hæc enim omnia gentes inquirunt. Idest, Gentiles sunt soliciti de his. non est sensus solum, quòd sint soliciti, quia etiam nos de his soliciti sumus, & soliciti esse debemus, sed intelligitur, quòd gentes inquirunt ista, idest, ista sola, quia Gentiles non habebant certam opinionem de futuro sęculo, & ideo nihil sperabāt, sed plurimi eorum credebant post hanc vitam nihil
I esse, & consequenter nullum bonum manebit homini, nisi comedere, & bibere, & frui delectationibus in vita, vt patet Ecclesiastes secundo, & Sapient. secundo, vbi ponitur ista opinio stultorum, & hoc dato de solo cibo, & potu, & vestitu, & pertinentibus ad hæc debebat homo esse solicitus, quia nulla alia erāt bona eius. Christus autem inducit hic de Gentilibus ad confusionem Iudæorum: nam quandocunque inducuntur Gentiles a Christo semper inducuntur ad increpandum eos, quibus comparantur, & hoc facit dupliciter, scilicet, ex parte erroris, & ex parte imperfectionis. De errore patet, quia Gentiles non habebant de Deo veram cognitionē, & ideo errabant in operibus suis. Tobię nono: filij sancto-
K rum sumus, & non possumus coniungi, sicut gentes, quæ ignorant Deum, & prima Thessalonicen. quarto, sicut gentes, quæ ignorant Deum. imitari autem ignorantes, & errantes malum est: ideo non oportet quærere, quæ illi quærunt. sic induxit Christus supra in litera dicens. orantes nolite multū loqui, sicut Ethnici faciunt: putant enim ꝙ in multiloquio suo exaudiantur: nolite ergo assimilari eis. De imperfectione patet præcedenti cap. si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis, nonne, & Ethnici. i. Gentiles hoc faciunt? quasi dicat, imperfectio magna est, ꝙ non abundet iustitia vestra super iustitiam Gentilium: ibi enim non inducuntur tanquam errantes, quia bonū erat quod faciebant. i. salu-

tare

tare fratres,ſed tanquam non ſufficienter agentes.ſ. A
quia nullos alios ſalutabant,hic autem Gentiles indu
cuntur quaſi errantes,quia circa diuinam prouidẽtiã
errabant. erat autem iſte modus ſuadendi apud Iu-
dæos valde efficax, quia Iudęi contemnebant tan-
quam beſtias ipſos Gentiles: & ideo erubeſcebant
dici ſimiles illis in aliquo. *Scit enim pater veſter, quia om-
nibus his indigetis*. Deum enim qui omnium rerum
prouidentiam,& ſolicitudinem habet vocauit patrẽ,
& non Deum,vt det nobis maiorem confidentiam
de ipſo,quia pater non poteſt non miſereri filio, ſed
Deus eſt pater noſter: ideo miſerebitur nobis, & pro-
uidebit in omnibus neceſſitatibus,& propter hoc di-
xit. ſcit quòd his omnibus indigetis, quia aliquis di-
ceret Deus vult bene facere nobis,& tamen ipſe non
indiget cibo, nec potu,nec veſtimento, & ita putat B
nos non indigere,vel non reſpicit ad quemlibet quã-
do indiget ad hoc,quòd prouideat tunc illi,& ſic ne-
ceſſe eſt,quòd nos habeamus ſolicitudinem de iſtis.
Chriſtus autem dicit ſcit pater veſter,quòd his omni
bus indigetis,ideſt,ſcit in generali,quòd indigetis ci-
bo,& potu,& veſtimento,quia ipſe ſcit naturam ve-
ſtram eſſe talem,quæ ſine iſtis ſuſtentari non poſſit,
& propter hoc miſerebitur,& prouidebit. ſic dicitur
Pſal. 102. quomodo miſeretur pater filiorum miſer-
tus eſt Deus timentibus ſe, quoniam ipſe cognouit
figmentum noſtrum, ideſt, conditionem fragilem
corporis noſtri quod eſt fictum, ſicut vaſa figuli: etiã
Deus ſcit in particulari de quolibet homine quid eſt,
quo indiget,& quando illo indiget,& non ſolum prę C
ſentem indigentiam cognoſcit,ſed etiam futuram.ſ.
quando indigebimus aliquo, vt dicitur ſupra in lite-
ra.ſ. ſcit nanque pater veſter quid opus ſit vobis ante-
quam petatis eum,& ſic cum ſciat Deus particulari-
ter indigentias noſtras,poterit nobis prouidere ſine
ſuperflua ſolicitudine noſtra.

Quærite autem primum regnum Dei, & iuſtitiam eius. oſtẽ-
dit de quo eſt habenda ſolicitudo,ſcilicet, de regno
Dei,& de iuſtitia eius,regnum Dei eſt vita ęterna,quę
ſolet vocari regnum cęlorum,ſic accipitur præcedẽ-
ti cap. niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Pha-
riſæorum non intrabitis regnum cęlorum,ideſt,in vi
tam æternam,& Luc. 22. dicitur,vt edatis, & bibatis
ſuper menſam meam in regno meo,ideſt, in cęleſti D
beatitudine,Chriſtus quoque finito iudicio vocans
bonos ad beatitudinem dicet venite benedicti &c. p̨-
cipite regnum,ideſt,beatitudinem infra 25. iuſtitia re
gni Dei vocatur opus bonum, vel obſeruatio legis
per quam peruenitur,ad vitam æternam infra vigeſi-
mo nono, ſi vis ingredi ad vitam. ſcilicet,æternam,ſer
ua mandata.

Iſta autem duo ſunt quærenda. Primo enim ipſum
regnum Dei: iſtud enim quærendum eſt, ideſt, cogi-
tandum de eo,quia non quæritur aliter: nam non po-
teſt diſtingui aliter quęrere regnum Dei, & quęrere
iuſtitiam eius niſi accipiatur quærere regnum, ideſt,
cogitare de illo,quia operatio nulla eſt per quam ha- E
beatur niſi iuſtitia eius, & tamen ponuntur hic,vt di-
ſtincta quærere regnum Dei, & quærere iuſtitiam
eius,ſed quærere iuſtitiam eſt conari ad obſeruandũ
legem,& faciendum opera bona per quæ perueniа-
tur in regnum. ergo quærere regnum Dei nihil eſt ni
ſi cogitare de illo. ponitur autem quærere regnum
Dei ante omnia,quia regnum Dei eſt finis,& iuſtitia
eius,ideſt,obſeruatio mandatorum eſt id quod eſt ad
finem,finis autem in cogitatione præcedit ea,quæ ad
finem, quia nullum agens ſecundum rationem po-
teſt aliquid agere niſi præſuppoſito fine, & quia bea-
titudo eſt finis ſimpliciter omnium operationum hu
manarum,neceſſe eſt,quòd pręſupponatur ante om-
nem operationem, ſi autem non præſupponeretur
ageremus temere,& a caſu nihil præcogitantes,& ta-
lis operatio nunquam eſt bona,quia non eſt ſecundũ
rationem,& ſic non eſt Deo accepta: ideo oportet
præſupponi finem ad hoc, quòd operemur bonum,
& hoc eſt regnum Dei quærere,ideſt,quęrendum eſ-
ſe præſupponere,& de illo cogitare,& tunc quæretur
iuſtitia eius,ideſt,opera iuſta per quæ perueniatur in
illud: hæc enim ſunt de quibus nos ſoliciti eſſe debe-
mus,& in hac ſolicitudine peccare nunquam poteri-
mus,ſed quanto fuerimus magis ſoliciti tãto melius
erit,quia illa,quæ propter ſe quæruntur in infinitum
quæruntur,vt dicitur primo Poli. beatitudo autem,&
virtutis operatio propter ſeipſam appetuntur: ideo
nulla debet poni menſura quærendo iſta, ſed quan-
to magis potuerimus ea habere debemus magis ha-
bere. Secus autem eſt de neceſſarijs ad vitã, vt cibo,
& potu,& veſtimento,quia iſta non quæruntur pro-
pter ſeipſa,ſed inquantum ſunt neceſſaria ad vitæ cõ-
ſeruationem, & tamen conſeruatio vitæ conſiſtit in
quadam menſura. ergo quærere amplius cibum, &
potum eſt irrationabile,& ſuperflua ſolicitudo.

Et hæc omnia adijcientur vobis. Ideſt, cibus, potus,&
veſtitus applicabuntur vobis poſtquam quæſieritis
regnum Dei,& iuſtitiam eius.

*An ſit verum, quòd aliqui putant ſcilicet cibum, potum veſti-
tum nullo modo quærenda, ſed per ſeipſa vobis euentura. Et
quòd Chriſtus dixit adijcientur vobis propter duo. Et quo-
modo primum eſt regnum Dei quærendum. Et quomodo bo-
na temporalia debemus appetere. Quæſt. CLXXXV.*

ALIQVI ex hoc textu putant cibum, po-
tum, & veſtitum nullo modo quærenda,
ſed per ſeipſa nobis euentura, quia dici-
tur adijciendum vobis,& non dixit quære-
tis poſtea hic.

Dicendum iſtum eſſe errorem,vt inferius declara-
bitur in quæſtionibus,quia Chriſtus vult,ꝙ pro his la-
boremus,& Apoſtolus 2. Theſſa. 3. dicit qui non labo-
rat non manducet, ſed ſolum poſuit differentiam
principalitatis in quærendo iſta, ſcilicet,quòd princi-
palius quęratur regnum Dei,& obſeruatio legis eiꝰ,
& minus principaliter quæratur cibus,& potus,& pa
tet hoc,quia ſi Chriſtus intendiſſet, quòd cibus po-
tus,& veſtimentum non erant quærenda, ſed nobis
aliunde danda,ſolum dixiſſet quærite regnum Dei,
& iuſtitiam eius,& hæc omnia adijcientur vobis, &
tamen dixit, quærite primum regnum Dei, & iuſti-
tiam eius,in quo oſtenditur ordo ideo neceſſe eſt,ꝙ
poſtquam regnum Dei quæſiuerimus quæramus ci-
bum,& potum, & veſtem. Dixit tamen Chriſtus ad-
ijcientur vobis propter duo. Primo ad ſignificandũ,
quòd minus principaliter quæri debent hæc non qui
dem,quòd adijciantur,ideſt,quòd per ſe veniant,ſed
quòd ſint tanquam acceſſoria, & adiuncta reſpectu
principalis, quod eſt regnum Dei. Secundo ad di-
minuendum deſiderium noſtrum: nam ſi proprie di-
ceretur,deberet dici primum quærite regnum Dei,
& iuſtitiam eius, & poſtea quærite cibum, & potũ,
quia tamen homines ſunt inclinati ad ſuperflue quę-
rendum iſta,& Chriſtus volebat auferre eis iſtam ſu-
perfluam ſolicitudinem,nõ debuit ergo ponere eos
in medio,quia inde reducerent ſe aliqualiter,& redi-
rent in ſuperabundantiam, ſed debuit eos ponere in
altero extremo,ſcilicet,non quærere cibum, potum,
& veſtem,& cum inde ſe reducerent, aliquantulum
per naturalem inclinationem mouerentur ad me-
dium,& ideo proprie dictum eſt adijcientur vobis,&
non quærite illa. ſic dicit Ariſto. 2. Ethi. cap. 9. oportet

vos

nos ipsos in contrarium attrahere: multum enim ab-
ducentes a peccando in medium venimus, quòd tor-
tuosa lignorum dirigentes faciunt: ne tamen putarẽt
omnino, ꝙ Christus errorem introduceret prohibẽs
ista quæri omnino, dixit, quærite primum regnum
Dei, quasi dicat, postea quæretis hęc. Et non est intel-
ligendum, ꝙ primum tpe quærendum est regnum
Dei quam cibus potus, & vestis, sed primũ intẽtione,
& principalitate desiderij, quia interdũ oportet prius
quæri temporalia bona quàm regnum Dei, licet prin
cipalius ęst semper quærendum regnum Dei, vt siqs
propter instantem necessitatẽ cogatur prius corpora
liter laborare q̃ orare, vel alia religionis opa facere. Et
habemus ex hoc morale documentum, ꝙ homo quo-
tidie debeat seipsum Deo commendare, & petere ab
eo, vt dirigat eum in viam suam, & tunc incipiet la-
bores suos, & ita quæret primum regnum Dei, & po
stea temporalia. istud autem licet sit verum est tamẽ
grosse dictum quantum ad intellectum text. quia
quærere regnum Dei, & iustitiam eius non habet
aliquod tempus spãle, ita vt dicamus, ꝙ vno tpe quæ-
ratur regnũ Dei, & iustitia eius, & alio tpe cib⁹, & po-
tus, i. sic. n. posset esse ordo tpis inter hoc, regnum tñ
Dei omni tpe quærendum est, i. debet pręsupponi in
oĩbus actibus nostris. null⁹ enim actus nr̃ esse debet
quẽ nõ teneamur auctualiter vel habitualiter dirigę-
re in vitã ęternam, qa aliàs non erit bonus nisi tendat
in Deum, qui est vita ęterna: etiam iustitia regni Dei
omni tpe quærenda est, quia nullum debet esse tem-
pus, in quo non operemur fm legem Dei: nam qñ-
cunque non operamur per legem Dei operamur ɔ̃ il
lam, quia qui non est pro nobis cõtra nos est. J. 12. &
Luc. 11. & aꝗ paret, quia lex Christi dat præcepta ad di
rigendã totam vitam, ita ꝙ nullum tp̃s est quod fm il
lam regi non possit. qui ergo aliqñ non operaẽ per le
gem Dei operatur necessario cõtra legem Dei, & ita
oĩ tpe iustitiam regni Dei quærimus: nõ ergo potęst
intelligi, ꝙ prius tpe quærendum sit regnũ Dei, & po
stea tpalia, sed prius intentione, & principalitate desi-
derii quæramus regnum Dei, ita ꝙ magis desidere-
mus illud quàm temporalia bona, cum non debea-
mus velle bona temporalia, nisi inquantum sunt no-
bis quoddam medium perueniendi ad vitam æternã,
siquis tñ vellet intelligere de prioritate tpis debet in-
telligere solum de quibusdam operibus iustitiæ Dei,
quæ non possunt simul fieri cum laboribus tempora-
libus, sicut est orare, vel diuina audire, & similia, & tñ
tunc non est absolute necessarium, quòd prius quæ-
ramus ista quàm res temporales: ideo debet intelligi
prius intentione, & non tempore, vt declaratum est,

Cum dicitur quærite regnum Dei, & eius iustitiam, an innuitur, quòd nihil aliud sit quærendum. Et quòd Regnum Dei, & iustitiam eius dicitur dupliciter.

Quæst. CLXXXVI.

QVAERETVR cur dicitur hic quærite re-
gnum Dei, & iustitiam eius. In quo in-
nuitur, quòd nihil aliud quęrendum est
& tamen aliud est principalius quærendũ,
scilicet, honor Dei, quia potius debet homo hono-
rem Dei desiderare quàm propriam beatitudinem,
cum teneatur Deum magis quàm seipsum diligere
etiam si homo solum quæreret ista peccaret, idest, si
non quæreret propriam beatitudinem, & cętera
quæreret propter ipsam, quia tunc Deum videre-
tur quærere propter beatitudinem suam, & ista est
peruersio ordinis in qua peccatum consistit. Dici
potest duobus modis. Vno modo, quòd solum po-
suit hic Christus regnum Dei, & iustitiam eius, quia
F licet honor Dei ante omnia hæc quærendus sit, hic
tamen illum exprimere noluit, quia solum loqui-
tur de illis bonis, quæ quęrimus propter nos ipsos, &
istorum sunt præcipua beatitudo, & iustitia per quã
peruenitur in eam. honor autem Dei non appetitur
pp nos, sed propter seipsum: ideo non dixit hic de il-
lo, & hoc, quia non erat intentio Christi hic quid ma
gis, & quid minus desiderare deberemus, & quid pe-
tere deberemus, quia in hoc instruxerat nos supra in
oratione, in qua ante omnia ostendit desiderandum,
& petendum esse honorem Dei cum dr̃ sanctificetur
nomen tuũ, & postea beatitudinem nostrã appeten-
dam, cum dixit adueniat regnum tuum, & illud est
beatitudo, quæ ẽt vocatur hic regnũ Dei, vnde mani-
G feste apparet, ꝙ aliquid petendũ est anteq̃ petatur re-
gnum Dei, & postea debet peti rectitudo operatio-
nis nostræ per quam perueniamus ad Dei regnũ, cũ
dixit, fiat voluntas tua, & istud est, quod vocatur hic
iustitia regni Dei, quia faciendo Dei voluntatem iu-
stificamur, omisit ergo Christus hic de honore diui-
no, quia non ęst de rebus, quæ propter nos appetun-
tur, & quas nos quærimus tanquam bona nostra.
Secundo potest dici, quòd etiam hic intelligitur
peti honor Dei sub nomine regni Dei, quia regnum
Dei est beatitudo nostra, & beatitudo nostra obiecti-
ue est ipse Deus, formaliter autem est visio Dei qua
immediate coniungimur Deo, & quia visio nostra
non est beatitudo nisi propter Deum quem videmus
H principaliter est beatitudo nostra ipsę Deus, & ideo
quærendo regnum Dei ẽt intelligitur, ꝙ quęrimus
honorem Dei simul cum beatitudine nostra, & m̃
modus præcedẽs magis cõuenit, & ita exponit Chry
so. i. regnum Dei est retributio bonorum operum, iu-
stitia autem via pietatis per quam itur ad regnum.

Quare Christus dixit hic quærite regnum Dei, quia videtur, quòd melius dixisset quęrite iustitiam regni Dei. Et quod dirigere ad beatitudinem fit dupliciter. Et quòd Deus, & beatitudo idem sunt realiter. Quæst. CLXXXVII.

QVAERETVR quare Christus dixit hic quęri-
I te regnum Dei. in quo innuit, quòd debebat
nobis esse aliqua solicitudo circa hoc, & tñ
circa regnum Dei, idest, beatitudinem non debet es-
se nobis aliqua solicitudo, sed solũ circa operationem
bonã p quã peruenire possimus in regnũ Dei, qa istud
regnum non veniet tarde nec cito, etiam si nos istud
desideremus, sed veniet quando Deo placuerit finire
dies nostros, operatio autem bona est in potestate no
stra: ideo sufficiebat, quòd diceret quærite iustitiam
regni Dei. Dicẽdũ, ꝙ debemus q̃rere regnũ Dei. i. co-
gitare aliqd de beatitudine, & hoc pp multa. Primo
qa nulla operatio põt esse bona, nec proficere nobis
nisi pręsupponatur vitã ęternã a nobis desiderari, qa
illa est finis, & nisi operemur pp istum finem nunquã
K habebimus eum qa in ordinare fm rationẽ actus ꝓ-
ficit ad illud ad quod dirigiẽ aliàs esset p accidẽs, & a
casu factus, vnde cũ opationes nostrę debeãt ordina-
ri ad hoc, ꝙ simus fęlices, oportet pręcogitari fęlicita
tem, & q̃cunque opatio debet nobis ꝓficere, oportet
ꝙ dirigatur ad beatitudinem. Põt tñ fieri hoc dupli-
citer. i. actualiter cogitãdo de illa, & dirigendo actus
nostros ad illã, vel habitualiter cogitãdo de ea. Primo
mõ nõ reqriẽ, ꝙ cogitem⁹ de fęlicitate, qa tũc oporte
ret nobis cessare a multis necessarijs cogitationibus,
si pro quolibet actu cogitandum esset de fęlicitate,
ita quòd actualiter eligeremus operari illum pro-
pter fęlicitatem, sed sufficit habitualiter hoc cogi-
tare, idest, aliqñ de beatitudine cogitando præsuppo-
nere

nere illa tanquam finem omnium actuum nostrorũ, & quòd quandocunque aliquid operari fuerimus quod intendimus propter illam consequendam operari, & ita semel cogitando de beatitudine sufficeret pro tota vita, ita quòd postea operationes faceremus conuenientes ipsi beatitudini. Et licet bonũ sit actualiter elicere aliquam operationem propter beatitudinem, melius tamen est elicere eam propter Deum nõ quidem, quòd Deus & beatitudo nostra sint duo distincta, quia idem realiter sunt, sed ꝙ melius est facere quodcunque opus bonum sub hac intentione, ꝙ placeamus Deo quàm sub hac intentione, s. vt consequamur beatitudinem, quia agere sub intentione beatitudinis est agere propter bonum nostrum, agere autem, vt placeamus Deo est agere propter bonum Dei, & ideo necessario est iste actus magis meritorius, quia meritum prouenit a charitate, & tñ magis pertinet ad charitatem agere propter Deũ quàm propter beatitudinem, cum magis teneamur diligere Deum quàm nosipsos, & consequenter maiori affectu tenemur concupiscere bona pro illo, & hoc est placere illi: ideo siquis agat omnia opera sua cogitãs, vt per hoc placeat Deo, melius agit quàm si cogitet per hoc consequi beatitudinem. oportet tamen aliqñ considerare de beatitudine, & præsupponere, quòd omnia opera nostra fiant ad consequendum beatitudinem, quia tenetur homo diligere seipsum: ideo tenetur concupiscere ea, quæ sunt sibiipsi maxima bona, sed omnium maximum est beatitudo: ideo tenetur qlibet desiderare sibiipsi beatitudinẽ, & hoc qđ est agere omnia propter beatitudinem non repugnat huic quod est agere omnia propter Deum cũ Deus iubeat sic fieri, vt innuitur hic, & Apostolus innuit ad Heb. 4. dicens, festinemus ingredi in illam requiem. s. in beatitudinem, sed debet esse ista differentia, quòd principalius, & maiori affectu concupiscamus honorem diuinum, quàm beatitudinem nostram, & ardentius velimus illi placere, quàm nobis prodesse.

Secũdo patet, quia tenemur orare, & petere a Deo beatitudinem: ergo tenemur aliquando cogitare de illa, patet quia in oratione quam Christus tradidit nobis supra in litera. secunda petitio fuit, quod Deus daret nobis beatitudinem, cum dicitur adueniat regnum tuum, & tamen tenemur istam orationem aliquando dicere, vt ostensum est supra: ergo tenemur

In q. 99. & 113.

aliquando cogitare de beatitudine, quod necessario erit nisi quis orationem istam dicens non intelligat eam, sicut contingit in insipientibus, & simplicibus ignaris linguæ latinæ, & iste modus orandi non est tam fructuosus, sicut si intelligant quod dicunt, sic dr̃ 1. Cor. 14 ꝙ siquis loquitur, & non intelligit mens sine fructu est. ideo vt deuotius, & fructuosius orarent deberet simplicibus exponi ipsa oratio in vulgari, eo modo quo intelligere possent.

Tertio patet, quia cogitatio de beatitudine incitat hoĩes valde ad operandum, nemo enim põt moueri ad aliquid durum sub ratione duri, & difficilis, quia voluntas non fertur nisi in bonum: difficile tñ, & durum inquantum huiusmodi non dicunt bonum, qa difficultas dicit resistentiam ad operandum, & consequendum id quod optatur, & ex hac parte difficile dicit quoddam malum quod voluntas non appetit, sed refugit, ea tñ quæ facimus propter beatitudinem, vt cõiter sunt dura, & difficilia Act. 14. p multas tribulationes oportet intrare in regnum Dei. si ergo considerentur omnia opera, quæ sunt ad beatitudinem cũ difficilia sint potius voluntas refugiet illa, si autem appetere debet ea oportet, quòd hoc sit propter aliquam delectationem, quæ sit vel esse putetur in beatitudine, & etiam quod illa delectatio putetur esse

A maior quàm tristitia, & difficultas operum, quæ fiũt ad beatitudinem, quia si tanta esset tristitia in operibus, quæ facimus, quanta delectatio in beatitudine quam speramus, nemo moueretur ad agẽdum aliqd propter beatitudinem. tanto ergo mouebitur quis facilius, & ardentius ad operandum propter beatitudinem, quanto putauerit eam esse maius bonum. hoc autem magis potest cognosci quantomagis de ea quis cogitauerit, quia secundum veritatem beatitudo nostra in infinitum bonum est. ideo quanto plus cogitauerimus de ea tanto plus inueniemus aliqua, quæ cogitare possimus, eritque nobis valde vtilis ista cogitatio, & alleuiamur a laboribus quos toleramus, quia per cogitationem erimus iam beati in

B spe. proficit etiam hoc ex alia radice, quia dato, quòd quis per frequentem cogitationem de beatitudine nihil plus cognosceret de ea quam per vnicam cogitationem, melius tamen est sępe cogitare quàm raro, quia quando quis hoc cogitauerit inardescet cor suũ, ita vt facilia videantur ei omnia, quæ tolerat propter magnitudinem amoris, iste tamen ardor non manebit semper in animo nostro, sed paulisper tepescit, & oportet aliquando cessare omnino nisi iterum repetatur talis cogitatio, quia tunc de nouo ardescet cor, sic patet de lapide proiecto per violẽtiam, quia a principio est motus ille fortis, & postea paulisper debilitatur quousque omnino quiescat nisi iterum resuma-

C tur, & proijciatur, quia ita erit iterum impetus fortis: propter hoc ergo vtile est nobis sępe cogitare de gaudio beatitudinis, vt per hoc inardescamus, & videantur nobis parui labores quos toleramus. sic dicit Grego. in Homilia, scilicet, quæ lingua dicere aut quis intellectus capere sufficit illa supernę ciuitatis quanta sunt gaudia Angelorum choris interesse &c. & sequitur, sed ad hæc audita inardescit animus, iamque illic cupit assistere vbi se speraret sine fine gaudere. ista enim est conditio amoris, quòd omnia toleranda alleuiat, sicut dicitur de Iacob, qui promiserat seruire septem annis, vt daretur ei Rachel in vxorem. Gen. vigesimonono, & dicitur ibi, quòd videbantur ei pauci dies isti præ amoris magnitudine. est ergo valde vtilis nobis cogitatio frequens de beatitudine. sic di-

D cit Chrysosto. si cogites qualis erit gloria sanctorum necesse est, vt aut propter timorem pęnę recedas a malo, aut propter desideriũ glorię festines ad bonũ. istud autem est quærere regnum Dei, idest, de illo cogitare, & cogitatio de isto non potest esse mala nec superflua, nisi quis ita inordinate se haberet, quòd vellet semper cogitare de beatitudine, & nunquam agere aliquid propter illam, quod ad mollitiem, & teneritudinem pertinet. Christus igitur dixit regnum Dei esse quærendum illis modis.

Nolite ergo. Hic ponitur secunda ratio, quę accipitur ex temporis congruentia. Dupliciter enim potest aliquis habere superfluam solicitudinem, vno

Superflua solicitudo habetur dupliciter.

E modo siquis in aliquo tempore solicitus sit de his, quæ sibi sunt necessaria, vel vtilia pro illo tempore, licet ista quęrat abundantius quàm necesse est, vel cum maiori desiderio, & ardore quàm expediat, & ista solicitudo fuit supra prohibita.

Alio modo quando quis est solicitus de his, quæ sibi bona sunt, & non cum maiori desiderio quam expediat, & tamen solicitatur de illis antequam expediat, vt siquis tempore messis sit solicitus de vindemia qualiter illam faciet, quia pro illo tempore non expedit de hoc solicitum esse, & ista solicitudo prohibetur hic, cum dicitur.

Nolite ergo soliciti esse in crastinum. Idest, de tempore futuro quantum ad illa, quæ nunc agenda nõ sunt, sed tunc, quia de illis tempore suo erit solicitudo.

Crastinus

Crastinus enim dies solicitus erit sibiipsi. Idest, dies crastinus, vel tempus futurum inducet solicitudinem quam habeatis tempore ipso, quasi dicat, non oportet cogitationem, vel sol citudinem futuri temporis habere nunc præoccupando illam, quia tempore illo eritis soliciti pro ipso tempore, idest, tunc habebitis solicitudinem conuenientem ipsi tempori, quæ ex natura temporis erunt vobis necessariæ, & non oportet nunc anticipare, quasi dicat, si pro futuro tempore non haberetis tempus cogitandi, bonum esset quod nunc haberetis solicitudinem pro futuris, & tamen quando veniet tempus futurum habebitis locum cogitandi: ideo non oportet inutiliter affligere vos nunc.

Aliter pôt intelligi, quòd sit homini inutile cogitare de futuris, quia forte illa de quibus cogitat non erunt sibi conuenientia eo tempore pro quo illa cogitat. sicut Luc. duodecimo ponitur exemplum de diuite, qui cogitans magnitudinem diuitiarum, & paucitatem vasorum ad vbertatem fructuum sequētis anni cogitauit destruere apothecas, & cellaria sua, & facere maiora, vt haberet bona reposita ad multos annos, & Deus sibi dixit stulte hac nocte animam tuam repetent a te, & quæ præparasti cuius erunt? vel dato, quòd homo viuat pro tempore illo de quo cogitat, occurrent sibi forte interim multa accidentia propter, quæ iam non velit illa, quæ prius cogitauerat, & sic tota solicitudo præterita, & afflictio animę fuit inutilis. hoc autem quotidie accidit eis, qui circa multa cogitant, & sic potest intelligi litera, scilicet, crastinus dies solicitus erit sibiipsi, idest, tempus futurum inducet aliqua pro seipso in quibus tunc solicitari debeas, & illa non erunt talia qualia tu nunc cogitas. ideo non oportet solicitari hodie de crastino.

Sufficit enim diei malitia sua. Idest, sufficit cuilibet diei solicitudo quam homo habet in eo, & non oportet, quòd solicitudines aliorum dierum sint in eo, & accipitur malitia, idest, pęna, quia solicitudo, idest, necessitas solicitudinis, quę nobis importatur per singulos dies non est culpa, sed est pęna prouenienss nobis ex peccato primi parentis. nam in statu innocentiæ non fuisset solicitudo ista, & sic est modus loquendi Hebraicus, quòd pęna vocetur malitia, & quòd est quoddam malum, & sic dicitur Deus interdum agere pęnitentiam de malitia quam facere volebat alicui, idest, de pęna quam volebat ei inferre, & ista est causa, quare non debemus soliciti esse in crastinum, quia solicitudo est quædam grauis pęna. nam exurit animum, & Deus non vult, quòd nos superfluo affligamur.

Alij exponunt de ipsis diebus quasi conquerantur de nobis velut si solicitudo nostra esset pœna ipsi diei, vt si haberet personam, & tunc conquereretur vnus dies, quòd iniuste affligebamus illum si apponeremus ei solicitudinem alterius diei. sic exponit Chrysosto. in quadam Homilia, & tamen ille sensus nô est nisi propter simplices, melior est ergo præcedens sensus.

An habere solicitudinem generaliter de temporalibus rebus huius mundi sit peccatum. Et quare Christus ista de solicitudine sic locutus est, & quæ velint dicere exempla eius. Et qualiter prælati, & præsidentes debent habere curam de temporalibus.

Quæst. CLXXXVIII.

QVÆRETVR an habere solicitudinem de rebus temporalibus sit peccatum.

Aliqui dicunt, quod non, quia solicitum esse pertinet ad præsidentem, ad Romanos duodecimo, qui F præest in solicitudine, idest, qui præest administrat donum Spiritus sancti per hoc, quòd habet solicitudinem de illis quibus pręest, præesse tamen circa temporalia prouenit ex Dei dispositione prima Pet. secundo subditi estote omni humanę creaturæ propter Deum, siue regi &c. reges tamen pręsunt in solis temporalibus. ergo ista pręsidentia a Deo ordinata est, & consequenter bonum erit: immo necessarium habere solicitudinem de temporalibus.

Item vnusquisque solicitus est de fine propter quē operatur, sed licitum est homini operari propter temporalia ad acquirendam vitam secunda Thessalo. tertio, siquis non vult operari non manducet. ergo licitum est solicitari de temporalibus.

G Item solicitudo circa opera misericordię est laudabilis, sicut Apostolus laudat a. ad Timot. primo, scilicet, cum Romam venisset solicite me quęsiuit, & inuenit, det illi Dominus misericordiam inuenire, & loquitur de Onesiphoro, qui sępe ministrauit sibi dū esset in vinculis. & tamen opera misericordię interdū habent solicitudinem temporalium, vt siquis administret bona pupillorum, vel viduarum, aut prouideat eis, quia hoc sine solicitudine non fit. est ergo talis solicitudo temporalium laudabilis.

Dicendum. quòd aliqui putauerunt illicitum esse habere solicitudinem aliquam de temporalib⁹, eo ꝙ Christus vetuit hic dicens, quòd non essemus soliciti de cibo, & potu, aut vestimento, quia gentes H quęrunt ista, & tamen nihil est magis necessarium nobis quàm ista: ergo si de his nô est licitum solicitari, a fortiori non licenter de alijs temporalibus bonis curam agere. Est tamen dicendum, quòd isti errant, quia necesse est, quòd cibo, & potu vtamur ad vitę cōseruationem, & tamen si nos nullam solicitudinem de his habuerimus nunquam euenient nobis cibi, & potus, quia expectare ista a Deo esset tentare ipsum: nam in necessitate cum homo nihil aliud potest, licitum est a Deo ista petere, vel quòd aliquo modo det sibi remedium contra famem, & tunc Deus dabit, sicut fuit in Elia manente apud torrentem Carith tempore famis: quotidie enim Deus mittebat sibi per cer I tos panē, & carnes mane, & vespere. 3. Reg. 17. potū vero non mittebat, quia erat ibi apud torrentem, & de illo bibere poterat. sic etiam Israelitę quadraginta annis comederunt manna in deserto, Exo. decimosexto, & Deuteronomij octauo, & hoc, quia non poterant habere cibos ab aliqua gente cum essent in locis non habitatis. Iet. secundo, cum autem introierūt in terram Chanaam, & comederunt de frugibus terræ cessauit manna. Iosue quinto, eo quòd Deus non vult prouidere nobis miraculose, nisi cum nos non possimus nobis prouidere: siquis ergo laborare nolit expectans, quòd Deus sibi prouidebit temporalia ministrando, tentat Deum cum sciat, quòd Deus vult, quòd nos laboremus hic, quia aliàs iam hic esK set beatitudo si de nullo cura habenda esset, maxime quia exempla, quę Christus in litera posuit non inducunt, quod nullam solicitudinem habeamus, vt infra apparebit, sed intendit solam prohibere superfluam solicitudinem, & ad hoc prohibuit solicitudinem absolute: potuisset enim dicere nolite superflue solicitari, & tamen non dixit, quia vt dicitur secundo Ethicorum, & supra dictum est quando quis debet recedere ab aliquo vitio ad quod multum erat inclinatus redeundo ad medium non debet reducere se immediate ad medium, sed ad aliud extremum oppositum, & inde faciliter reducet se in medium. ita omnes homines sunt naturaliter inclinati ad superfluam solicitudinem rerum temporalium, quam vt Christus eis auferret, voluit transferre ad oppositum

dicens

dicens absolute, quòd non essent soliciti de cibo, & potu, & vestimento, quia etiam si ipse eis iuberet omnino dimittere solicitudinem temporalium non facerent, quia per hoc viderent se cito morituros, sed compescerentur aliqualiter a superflua solicitudine, & sic redirent ad medium, scilicet, vt tantum essent soliciti quantum expedit. si autem dixisset eis nolite esse soliciti superflue, modicum distraherentur a solicitudine, quia propter naturalem inclinationem putarent non esse superfluum sibi id quod desiderabant, & sic melius fuit prohibere solicitudinem absolute quàm solicitudinem superfluam, & tamen ex modo loquendi Christi apparebat, quòd ipse non intendebat prohibere omnem solicitudinem, sed solum superfluā, quia aliàs esset doctrina erronea, quare autē prohibeatur superflua solicitudo, dicetur sequenti quæstione.

Ad primum dicendum, quòd licitum est homini habere curam de temporalibus moderate, & hoc siue præsit siue non: in præsidente est mensura solicitudinis circa temporalia, vt tantum circa illa solicitetur, quòd ex omissione solicitudinis non pereat charitas, nec etiam ex superabundantia: ex omissione charitas perit quando quis præsidet in temporalibus, & omittit gubernare illa secūdum quod incumbit ex honore officij sui, vt si Episcopus, qui etiam habet curam de rebus temporalibus Ecclesiæ, omittat perire possessiones aliquas, scilicet, alienari vel diripi, aut inuadi cum ipse possit resistere, quia tunc peccat mortaliter non habendo solicitudinem de his temporalibus. idem de rege, qui in temporalibus præest, vt si permittat, quòd vnus rapiat, & inuadat bona alterius: hæc enim omissio mortale peccatum est, & istud non est omittere solum solicitudinem temporalium, quia quod vnus de subditis iniuriam, vel damnum alteri inferat non pertinet directe ad temporalia respectu præsidētis, sed ad charitatem, & actum virtutis, quia ipse non respicit principaliter damnum quod infertur per hoc, quòd vnus accipit rem alterius, sed iniustitiam, & violationem charitatis. Habere ergo solicitudinē, vt ista non fiant, vel si facta fuerint, quod emendentur, non est habere solicitudinem directe de temporalibus, sed de virtute conseruanda, & restituēda postquam perierat, si autem rex negligeret bona temporalia, quę sunt iura regni sui ex quorum omissione non lęderetur aliquis de subditis directe, vel principaliter, sed læderetur ipse solus rex, vel successores sui peccaret per omissionem solicitudinis rerum temporalium, & istud cęteris paribus minus est quàm quod permittat, quod vnus de subditis diripiat bona alterius, scilicet, maius peccatum est, quod rex permittat diripi alicui decem denarios, quàm quòd de iuribus regni per omissionem solicitudinis permittat perire totidem. tunc autem in præsidente solicitudo temporalium est superflua, quando contra charitatem militat, vel contra profectum charitatis. De primo, vt si aliquis Episcopus tam ardenter se haberet circa meliorationem bonorum Ecclesiæ, siue iurisdictionis, siue bonorum, quæ possidentur, quod propter magnitudinem istius solicitudinis cessaret a spirituali exercitio cognoscendo oues suas, & proficiendo eis verbo, & in moribus instruendo, & nolentes cogendo bene viuere, quia ista est occupatio necessaria Episcopo. De secundo, vt si Episcopus prouideat ouibus suis in spiritualibus quantum tenetur, & etiam bona Ecclesiæ sufficienter administret, propter immensum tamen desiderium ædificandi, vel ampliandi possessiones Ecclesiæ cesset a quibusdam exercitijs spiritualibus quibus vacare posset si solicitudini ampliandi temporalia non insisteret, quia spiritualia meliora sunt temporalibus, & vbi vtrunque fuerit supererogationis potius vacandum est spiritualibus quàm temporalibus, & hoc maxime in Episcopis quorum vita debet esse præcipue in spiritualibus 88. distin. cap. Episcopus nullam, scilicet, Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed orationi, & lectioni, & verbo prędicationis tantummodo vacet, vnde licet Episcopus teneatur prouidere omnibus pauperibus, & infirmis de Episcopatu suo, qui manibus laborare non possunt quantum potuerit 82 distin. cap. Episcopus, tamen per seipsum non debet prouidere, sed per Archipresbyterū, vel Archi- B diaconum 88. distin. cap. Episcopus, scilicet, Episcopus gubernationem viduarum, & pupillorum, & peregrinorum, non per seipsum, sed per Archipresbyterum aut Archidiaconum agat, & hoc, vt non impediatur Episcopus a spirituali exercitio. reprehensibilis ergo erit in Episcopo talis solicitudo rerum temporalium: etiam si pro Ecclesia hoc faciat, & secundū hoc potest in generali videri quando solicitudo præsidentis circa temporalia est bona, & laudabilis, & quando non.

Ad secundum dicendum, quòd quærere necessaria ad vitam per solicitudinem non est prohibitum, sed laudabile cum pertineat ad charitatem, quia cum teneatur quilibet seipsum ex charitate diligere etiā C corpus suum, vt ait Aug. lib. de doctrina Christiana, & 3. Sen. distin. 28. tenebitur procurare ea, quæ sunt sibi ad essendum necessaria, sed solicitudo superflua reprobatur, scilicet, quando sumus soliciti de eo quod non est nobis necessarium, vel quando non est necessarium, & ita de alijs modis, vt dicetur sequenti quęstione, & ideo temporalia possunt procurari cum quadam solicitudine moderata, quæ non reprobatur.

Ad tertium dicendum, quod solicitudo rerum tēporalium in operibus misericordiæ ordinatur ad finem charitatis solum: & ideo non est illicita nisi sit interdum superflua.

Hoc potest esse, vt si forte ille, qui tenetur ad aliqua opera, omittat illa propter curam temporalium expendendorum in vsum misericordiæ, sicut Episco- D pus non debet per seipsum habere solicitudinem de prouidendo pupillis, & viduis, & pauperibus, sed committere hoc alteri, vt supra dictum est, sic etiam Apostoli a principio Ecclesiæ primitiuæ ministrabāt mensis pauperum quod erat opus misericordiæ, & tamen postea indicauerunt hoc non esse bonum dicentes, non est ęquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis, & sic cessauerunt ab hac solicitudine, vt possent prædicationi instare Actuum sexto, & istud est quando quis propter opera misericordiæ in subuentione temporali pauperum, vel in alijs causis pijs cessat ab aliquo opere ad quod tenetur.

Alio modo est superfluitas in solicitudine temporalium propter causas pias quando per illam im- E peditur homo ab aliquo bono spirituali meliori, etiam si non sit sub præcepto, vt fuit supra positum exemplum in solutione primi ar. Tertio modo est superfluitas, vt si quis multam solicitudinem habeat, vt ipsum opus misericordiæ excessiue agat quod posset aliás cum minore solicitudine sufficienter agere, vt si quis habeat administrationem alendi aliquos pauperes, aut velit hoc sponte agere, & posset alere eos sufficienter cum mediocri solicitudine, vult tamen eos pascere superabundanter, & de cibis delicatis, ad quod requiritur magna solicitudo in temporalibus administrandis, vt sufficiant ad hoc, talis autem solicitudo non est laudabilis; etiam si non impediretur homo per eam ab

alijs

bilis bonis necessarijs, vel superogationis a quibus tamen necesse est impediri, & hoc, quia ipsum opus in se non est laudabile, inter peccata enim venialia computatur secundum Augustinum siquis pauperes delicatis cibis nutriat distin. vigesimoquinta §. criminis, & etiam dare eleemosynas pauperibus competẽtes laudabile est, sed non superfluas, vt ait Ambro. lib. tertio de offi. & 86. distin. capitu. non satis, siue cap. pulchra. talis ergo solicitudo temporalium: etiam si sit solum ad opera pia non est bona, & ita possunt inueniri alij modi superfluę solicitudinis circa opera misericordiæ.

Quibus modis dicatur superflua solicitudo temporalium, & propter quid est nociua talis solicitudo. Et quibus de causis Deus vetuit superfluam solicitudinem. Et quare aliqui parum laborantes augescunt. Et semper laborantes pauperes sunt.
Quæst. CLXXXIX.

QVAERETVR quibus modis dicatur superflua solicitudo temporalium, & propter quid est nociua talis solicitudo.

Dicendum, quod solicitudo dicitur studium, vel cura adhibita ad aliquid consequendum, ista autem cura debet esse maior, vel minor secundũ, quòd res circa quam agimus potest magis, vel minus deficere ab intentione nostra, vbi autem est paruus timor deficiendi, parua solicitudo adhibetur. Si autem est securitas de consequendo rem, minor adhuc solicitudo est.

Circa temporalia autem solicitari potest quis superflue. Vno modo si solicitetur ad ea tanquam ad finem, & tunc, siue parum, siue multum quis solicitetur est solicitudo superflua, quia nunquam temporalia debent poni, vt finis, sed vt instrumenta ad finem.

Secundo modo est solicitudo superflua si magis apponatur de cura circa rem aliquam quam expediat etiam si licitum sit illam rem appetere, & de illa solicitari, quia sicut illicitum est ardentius amari aliquã rem quàm amanda sit, ita est illicitum procurari eam cum maiori solicitudine quàm necesse sit.

Tertio modo est solicitudo superflua, quando est de aliqua re extra tempus suum, quia licet illa res debeat cum solicitudine acquiri, non tamen tempore illo, sed alio, vt dicetur infra 192. quęst.

Quarto quando quis solicitus est de re aliqua ex maiori timore quàm debeat, scilicet, quando quis timet, quia etiam faciendo quidquid potest deficient sibi temporalia, & propter hoc multum se solicitat in acquisitione illorum, quia tunc semper dicetur superflua solicitudo, quia timor ex quo procedit est superfluus, & illicitus, quia diminuit aliquid de certitudine Diuinæ prouidentiæ. alijs autem modis solicitari circa temporalia non est illicitum, & tamen sub istis includuntur multi alij modi particulares.

Causa autem quare Christus vetuit istam superfluam solicitudinem fuit multiplex. Primo, vt auferret hominibus desiderium istorum tanquam de fine, quia sicut finis est magis desideratus quàm ea, quæ ad finem, ita magis de illo solicitantur homines quam de his, quæ ad finem, & quia homines, vt communiter non cognoscentes alia bona nisi corporalia putabant ista esse sola bona, & in eis constituebant fęlicitatem, quod erat malum grauissimum, voluit Christus auferre eis occasionem desiderandi ista tanquam finem dicens, quod non essent soliciti de illis: nam per hoc ostendebat, quòd non debebent constituere in eis finem, quia si essent finis, li-

F citum esset immensum solicitari de illis, & nulla poterat esse cura superflua, q̃a ea quæ p̃p̃ se appetunt̃ sine mẽsura appetunt̃ 1. Poli. ꝙ autem non essent finis ista temporalia, sed tanquam minima bona, & ideo vltimate quęrenda, ostendit Christus supra in litera dicens. primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, idest, beatitudo, quæ est regnum Dei quęratur ante omnia, scilicet, principalius & maiori affectu, & deinde iustitia, idest, opera bona per quæ perueniturt ad beatitudinem, & vltimo adijcientur nobis hæc, idest, temporalia, scilicet, quòd habeamus curam de eis tanquam de adiunctis, & accessorijs, & non tanquam de principalibus per se appetibilibus,
G istud autem erat maximum malum, quia siquis constituat fęlicitatem in bonis temporalibus nihil de Deo curabit, & sic erunt omnia pessime se habentia, nec erit homo sanabilis quandiu manserit talis error.

Secunda causa est propter impedimentum quod præstatur diuino cultui, siue per solicitudinem superfluam temporalium impeditur homo a bonis operibus necessarijs, vel a bonis operibus supererogationis & istud malum est, quia licet quis non credat esse fęlicitatem in bonis temporalibus per accidens per istam solicitudinem impeditur a consecutione veri boni, sic dicitur infra decimotertio, quòd quidam audientes verbum Dei cum gaudio suscipiunt, sed
H solicitudo istius sęculi, & fallacia diuitiarũ suffocat verbum, & sine fructu efficitur.

Tertia causa est, quia homo superflue se affligit: vult enim Deus, quòd anima nostra maneat in sua dignitate, & non se subijciat rebus vilibus, nec se affligat irrationabiliter quod tamen fit quando quis soliciatur plus circa aliquam rem quàm debeat. sic dixit Christus supra in litera nolite solicitri esse in crastinũ sufficit diei malitia sua, idest, sufficit pro quolibet die pęna solicitudinis quam ipse dies inducet, & non oportet, quòd afflictio vnius diei adiungatur alteri.

Quarta causa est, quia per nimiam solicitudinem ostendit homo se male sentire de diuina prouiden-
I tia, Deus autem vult, quòd credamus de eo id quod dignum est, & quia ipse habet hanc excellentiam, ꝙ omnia per suam prouidentiam gubernat, vult quod hoc credamus de eo, qui autem valde solicitatur circa temporalia innuit non esse prouidentiam. Primo, quia putat, quod si multum non laborauerit nihil habebit, & deficient ei necessaria ad conseruationem, & ideo nimis laborat, hoc tamen repugnat prouidẽtiæ Dei cuius est conducere res in finem suum, & non permittere eas inordinate vagari, prouidebit ergo Deus nobis quantum fuerit nobis necessarium, vel expediens iuxta finem quem ipse de nobis disposuit, quod autem quis velit aliquid vltra, ea quę Deus de eo disposuit illicitum est, quòd autem perueniat ad ea, quæ Deus disposuit de ipso necesse est. ideo non
K oportet, quòd ipse multum soliciteiur tanquam per seipsum peruenturus sit ad finem quem labores sui meruerint, quia non perueniet nisi ad finem quem de eo Deus pręstituit, satis ergo est, quòd quilibet moderate soliciteiur de temporalibus cum alteri sit cura de nobis ad perducendum nos quo velit.

Secundo, quia illi, qui multum solicitantur de rebus temporalibus putant, quòd peruenient ad talem finem qualem labores sui exigunt, scilicet, multis laboribus respondebit magnus status, & hoc etiã præsupponit non esse prouidentiam in rebus, quia si prouidit Deus in rebus nostris finem, & media perueniendi, non poteramus nos per labores multos excędere statum illum quem Deus nobis constituit.

Hoc

Hoc autem est quod quotidie videmus, quia quidam sunt prudenter, & astute agentes in rebus humanis, & graues labores subeunt ex quibus rationabiliter videbatur, quòd isti peruenturi essent ad magnos honores quos desiderant. Alij autem sunt, qui quasi nullo bono digni, & imprudenter se habentes, & paucis se implicantes laboribus, ad altissimum statum perueniunt, quod manifestum est ex nullo alio prouenire nisi ex diuina prouidentia secundum quam cõstitutum est homini in temporalibus quem modũ, & statum habeat, & illum transgredi non potest etiã si multum se solicitet. si igitur nulla prouidentia esset Dei circa ista temporalia, & humana, fortassis bonum esset, quòd quis se solicitaret valde, quia per magnam solicitudinem ad magna perueniret, quia tamẽ per diuinam prouidentiam tam finis, & status quàm modus perueniendi illuc in istis rebus temporalibus diffinitus est: etiam si parum solicitemur non manebimus citra illum statum, qui de nobis diffinitus est, & etiam si multum solicitemur non excedemus illũ saltem in puncto, quia si in aliquo excederemus, vel deficeremus, iam euacuaretur diuina prouidentia, quia fieret aliquid de istis temporalibus contra suam præfinitionem. Id autem quod maxime fallit homines in superflua solicitudine temporalium, est quia putant per magnitudinem solicitudinis magnas res acquirere, sed falsum est, quia non semper accidit sic, quòd Christus significauit dicens, quis autem vestrũ cogitans potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? quasi dicat, etiam si multum cogitet nihil poterit addere staturæ suæ, sed Deus dabit magnitudinem quam diffiniuit, quod apertius ponitur Luc. 12. scilicet, quis vestrum cogitando potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? & sequitur si ergo neq; quod minimum est potestis, quid de cęteris solicieti estis, quasi dicat, etiam si multum sitis soliciti non poteritis habere nec minimum nisi quod Deus vult vobis dare: ideo superfluum est vobis multum solicitari, quòd autem propter paruam solicitudinem homo non deficiat ab illo fine quem Dei prouidẽtia in istis temporalibus ei constituit, ostendit Christus dicens, respicite volatilia cęli, scilicet, ista non habent solicitudinem, & tamen Deus dat eis cibum, & conducit ea ad finem suum, & quantum ad vestimentum posuit exemplum in lilijs dicens, considerate lilia agri, scilicet, ista non habent solicitudinem, & tamen Deus vestit illa. ex quibus sequitur, quod homo non debet affligere animum suũ solicitudinibus circa magnas, vel paruas res acquirendas, sed moderate sit solicitus quantum virtuti conuenit, quia etiam diuina prouidentia hoc de nobis vult ne omnino ocia sequamur, postea tamen, quòd magna vel parua sequantur in nobis proueniet ex sola Dei prouidentia, & nõ ex merito nec exigentia laborum nostrorum: & ideo in hoc Christus multum insistit ostendendo, quòd solicitudo superflua repugnet valde diuinę prouidentię.

An sit nobis illicitum habere solicitudinem specialiter circa necessaria vitæ, & laborare ad habendum victum, & vestitum vel debemus expectare, quod Deus prouideat, & an Christus hoc vetuerit hic cum dixit ne soliciti sitis &c. Et quòd duplex est solicitudo. Quæst. CXC.

SED adhuc aliquis dicet, quòd non solum a superflua solicitudine, sed etiam a necessaria cessandum est, quia solicitudo necessaria est de rebus, quæ sunt omnino necessariæ, & ita est cibus, & potus, & post illa vestimentum. sic dicitur Eccle. vigesimonono, initium vitæ hominis panis, & aqua, & vestimentum, & domus protegens turpi-

A tudinem, ista tamen Christus hic vetuit dicens ne habeamus solicitudinem de eis.

Dicendum, quòd aliqui dixerunt, quòd non licebat homini solicitum esse de aliquo labore corporali, nec laborare quidquam, vt refert Augu. lib. de operibus monachorum. Et cum obijciebatur istis illud Apostoli, qui non laborat non manducet, dicebant, quòd intelligebatur de labore spirituali, de quo Ioannis sexto dixit Christus operamini escam, quæ non perit.

Sed dicendum, quòd non stat, sed etiam corporaliter laborandum est ad habendum ista temporalia si-
B ne quibus vita non agitur: nam hoc faciebat Apostolus, & alios sic facere docebat 2. ad Thessa. 4. scilicet, ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, nec gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, & fatigatione nocte, & die operantes: nam & cum essemus apud vos hoc denunciabamus vobis, quoniam siquis non vult operari non manducet. sic etiam ipse Paulus faciebat manibus suis laborans ostendẽs alijs sic facere Actuum vigesimo, argentum, aut aurum, aut vestem nullius concupiui ipsi scitis quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt ministrauerunt manus istę, omnia ista ostẽdi vobis quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos. non
C solum ergo laborare, & solicitudinem habere in temporalibus circa cibum, & potum, & vestem non est malum immo est necessarium, & peccat, qui istã solicitudinem habere omittit. prima ad Timoth. 5. qui suorum maxime domesticorum curam non habet fidem negauit, & infideli deterior est, vnde non solum pro seipso tenetur quis habere solicitudinem prouidendi in temporalibus, sed etiam pro eis, qui cũ eo sunt, & ad ipsum pertinent, sic dixit Paulus Actu. 20. ad omnia, quæ mihi opus erant, & his, qui mecũ sunt ministrauerunt manus istę. Cum autem Christus dixit ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, &c. intelligi debet non, quòd nulla cura habeatur de istis, sed quòd non habeatur superflua: nam etiã de rebus necessarijs potest homo habere curã super-
D fluam, quando magis de illis solicitatur quàm necesse sit. i. quia vult habere de eis plus quam sit necessarium, & istud pertinet ad auaritiam secundum quam volumus abundare in diuitijs, vel etiam quando circa ipsum solum, quod est necessarium sub ea quantitate sub qua est necessarium maiorem solicitudinem apponimus quam expediat, & hoc est illicitum, quia prouenit ex timore deficiendi, & ille timor prouenit, quia non recte opinamur de prouidentia Dei, vel prohibetur solicitudo istarum rerum, scilicet, ne ponantur, vt finis operum nostrorum, quia etiam siquis pauca temporalia appetat si constituit ipsa finem operationum suarum grauissime peccat sic dicit Augu. lib. de operibus monachorum prohibitam solicitudinem. s. non hoc dicit, vt istam non procurent quantũ
E necessitatis est, vnde honeste poterunt, sed vt ista non intueantur, & propter ista faciant quicquid in Euangelij prædicatione facere iubentur. Vel põt intelligi, ꝙ Christus non vetuerit hic labores corporales ad acquirendum necessaria, sed solicitudinem de illis, sic dicit Hiero. super Matthæ. s. præcipitur nobis ne soliciti simus quid comedamus, quia in sudore vultus præparamus nobis panem: ergo labor exercendus est, solicitudo autem tollenda. Et non intelligitur, quòd nulla solicitudo haberi debeat, quia nemo potest corporaliter laborare, nisi prius cogitauerit quid, & quomodo, & quando operari debeat, sed vetatur solicitudo, quæ ad operationem corporalem non confert. Est enim quædam solicitudo secundum quam

caute

cauté attendimus quid nos agere oporteat tam in spiritualibus quàm in temporalibus ad vitam procurandam, & ista est necessaria, & pertinet ad prudentiam, sed ista parua est. Alia est solicitudo qua quis est suspensus dubia expectatione futurorum ne sibi eueniat contrarium eius quod desiderat, & pro quo laborat, & ista pronenit ex timore, & aufert confidentiam quam de Deo habere debemus, & etiam tollit nobis bonam opinionem de prouidentia Dei. nã si crederemus, quòd Deus prouideret rebus iuxta voluntatem, & bonitatem suam non maneremus trepidi, sed expectaremus leti quidquid bon irati suę facere placitũ esset, & ista solicitudo excludenda esset, qnia est vituperabilis: impedit etiam operationes, qnia qui magna solicitudine futurorum euentuum suspensi tenentur a multis operationibus retrahuntur. s. quia dum multum cogitant non possunt multa operari, & hoc proprie Christus vetuit: nam ad acquirendum cibum potum, & vestitum, quæ sunt necessaria vitę, sicut non est necessaria magna industria, ita nec magna solicitudo, licet sit necessarius corporalis labor interdum magnus, & sic necessaria possunt sine solicitudine acquiri, sine labore autem nequaquam: vnde Christus laborare non vetuit, sed solicitum esse, & iste videtur esse proprius sensus, & ita solicitudo ex maxima parte aufertur, & labores soli nobis relinquũtur. istud enim per Christum ablatum non est cum in pęnam fuerit nobis datum vsque ad mortem, scilicet, in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Genes. 3. sic etiam dicit Chryso. non solicitudinibus, sed laboribus corporalibus acquirendus est panis, qui laborantibus pro premio diligentię Deo præstante abundat, & neligentibus pro pęna Deo faciente subducitur.

An exempla, quæ Christus hic posuit ad tollendam nobis solicitudinem sint conuenientia, & quomodo exemplo auium soliciti esse debemus secundum, quòd possumus, vt necessaria acquiramus. Et qui modus viuendi fuit in primitiua Ecclesia. Quæst. CXCI.

QVAERETVR an exempla, quæ Christus hic posuit ad tollendum nobis solicitudinem sint conuenientia. Et videtur, quòd non, quia dicitur de solicitudine cibi respicite volatilia cęli, quæ non serunt &c. in quo apparet, quod Deus vult nos facere sicut volatilia, immo dicit, quòd a fortiori Deus prouidebit nobis quàm volatilibus, quia multo plures, idest, maioris valoris, & ęstimationis apud Deum sumus quàm volatilia, & tamẽ illa nec serunt nec metunt, & non congregant in horrea: ergo etiam nos non debemus seminare nec metere.

Aliqui propter prędicta errauerunt, vt dicit Aug. lib. de operibus monachorum asserentes, quòd nihil homo debet operari exemplo volucrum, & isti erant quidam monachi, qui volebant omnino esse ociosi, sed August. increpat eos ex ipsa litera Euangelica: nã ipsi volebant habere domum plenam, & laborare nolebant cum dicit: cur ergo non attendunt neque congregant in horrea, cur isti manus ociosas, & plena repositoria habere volunt? nam qui non seminat non congregat in horrea, ex quo apparet, quòd illi non faciebant hoc ex desiderio obseruandi legem Euangelicam, sed vt quietam, idest, ociosam vitam sibi pararent,

Dicendum, quòd exemplum de auibus conueniens est, nec tamen est sensus, quòd nos debeamus facere solum id quod faciunt aues, quod patet, quia etiam si non seminemus neque metamus neque cõgregemus in horrea, quæ tria Christus expressit, ad

F huc nobis manent alię solicitudines circa cibum, & potum, vt siquis dederit nobis frumentum, & carnes animalium quibus vescamur, oportet molere, & coquere, & cibos disponere, quæ est quædam solicitudo, hoc tamen aues non faciunt, vt ibi dicit Augusti. etiã siquis quotidie nobis escas paratas afferret oportebat adhuc aquam de fontibus haurire, & reponere, quod etiam aues non faciunt, vt ibidem dicitur. Aliud etiam exemplum inducit, scilicet, quia illi, qui manebant Ierosolymis in Ecclesia primitiua erant viri sancti, qui non solum legem Euangelicam obseruabant, sed etiam supererogabant, quia omnia eis erant communia Actuum quarto, & quinto ad quod tamen Christus non obligauerat, isti tamen, qui vocan-
G tur pauperes sancti Ad Rom. decimoquinto, & prima Corint. decimosexto, & secunda Corint. octauo, & nono habebant solicitudinem de administratione rerum temporalium: nam Apostoli suscipiebant precia omnium possessionum, quæ vendebantur, & distribuebant ea singulis prout vnicuique opus erat Actuum quarto, istud tamen non fit sine solicitudine. Apostoli etiam præerant mensis ad ministrandũ cibos viduis, & pauperibus Actuum sexto, in quo erat tanta solicitudo, & implicatio, quòd impediebantur a prædicatione verbi Dei eod. cap. s. non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis, & tunc constituerunt septem viros ad istam administrationem. Dicit etiam Augu. quòd tempore famis
H frumentum de Gręcia missum fuit habitantibus Ierusalem, & de eo sibi panes facere curauerunt, & hoc colligitur Actu. 11. vbi vnus Propheta per Spiritumsanctum significauit famem magnam futuram in orbe, quæ fuit tempore Claudij Cęsaris, & tunc Christiani prout quisque habebat, proposuerunt mittere sustentationem habitantibus in Ierusalem quam miserunt per manus Pauli, & Barnabæ. Non est ergo contra pręceptum Christi solicitari de necessarijs ad vitam. Et etiam siquis inspiciat aues non est verum, quòd non solicitantur de cibo immo tota solicitudo earum stat in hoc, quia nihil aliud quærunt, nisi delectationem gustus, & tactus, per quàm se conseruant, siquis ergo sit tantum solicitus circa necessaria sibi quãtum aues sunt, erit multum solicitus immo esset
I solicitus excessiue, quia aues totum bonum suum constituunt in cibis: homini autem illicitum est omnia propter cibum quærere.

Dicendum ergo quòd Christus non voluit facere nos similes auibus in moribus cum ipse creando nos dissimiles, & inæquales eas nobis constituerit in gradu naturæ, sed vult facere Christus hic quandam proportionem inter aues, & nos, ad ostendendum, quòd etiam si non simus multum soliciti habemus necessaria, & dixit, quòd aues habent paucam solicitudinẽ, idest, faciunt pauca opera solicitudinis, quia non seminant neque metunt, nec congregant in horrea, & tamen cibum habent, ita & nos licet non solicitemur
K multum habebimus cibum, ad hoc tamen debet esse proportionalitas inter nos, & aues isto modo, scilicet, quòd sicut se habent aues ad ea, quæ possunt facere secundum naturam suam, ita & nos habeamus nos ad ea, quę possumus ſm naturã nostrã, aues aũt faciũt quidquid possunt, vt cibos habeant, ita & nos quidqd ſm nostrã naturã possumus, facere debemus, vt necessaria habeamus. Primũ patet qa aues solicitudinẽ aliquam hñt nã qñ nõ hñt cibum diligẽter quęrũt in loco, in quo sunt, vt illum inueniant, quod si non inuenerint ad alia loca pergunt, & regiones mutant: vnde omni tempore de nullo alio solicitantur, & tamen licet ista solicitudo sit in eis magna. i. quãtũ facere possunt tñ non serunt neque męunt neque congregant

in

in horrea, scilicet, quia naturæ suæ facultas non pertingit ad ista. Secundum patet, scilicet, quòd nos pro necessarijs ad vitam solicitermur quantum natura nostra potest exemplo auium, & verum est, & tamen in auibus natura est inclinatio consequens formam, & quia naturalia tantum agunt quantum possunt, cùm non sit in potestate eorum remittere, & intendere actus, est naturale auibus tantum solicitari quãtum possunt, vt cibum acquirant: bonum autem naturæ est ipsa ratio: ideo tantum potest homo naturaliter facere quantum ratio potest. licet ergo vires nostræ corporales sufficiant ad maiora faciendum & ingenium ad maiora cogitandum, non dicimus posse facere, nisi quantum ratio dictat faciendum, aliàs enim iam homo non est, vt rationalis, sed vt aliquid alterum vtens alijs principijs agendi: quando ergo homo solicitatur circa necessaria tantum quantum ratio dictat, tunc dr̃ solicitari quantum potest s̃m naturã suã, & hoc quilibet facere tenet̃: rectè ergo tenetur homo facere circa procurationem necessariorũ, sicut volatilia, scilicet, proportionaliter, vt declaratũ est. Opera tamen exteriora procedentia a solicitudine differunt in nobis, & in auibus secundum differẽtiam naturarum: potuit enim natura prouidere auibus, & omnibus brutis, de necessarijs: homini autem non potuit: dedit enim auibus plumas ad operimentum, vngues, & rostra ad defensionem, quadrupedibus quoque pelles, & pilos pro indumentis, dedit cornua, & dentes, & similia pro armis, & ita in omnibus necessarijs prouidit eis, quia potuit: ratio huius est, quia in brutis est natura sensitiua, quæ est determinata ad vnum, & in eis, quæ sunt vniformiter semper se habentia, natura potest sufficienter prouidere, homini autem non potuit natura prouidere in omnibus necessarijs, ita quòd nihil extrinsecum quærere deberet, quia homo est naturæ rationalis, quæ non est determinata ad vnum, sed potest se habere ad opposita & disparata. natura ergo, quæ de se est determinata non potuit ei prouidere. Nam ea quæ natura dat, vel facit, semper manent eadem, homo autem propter hoc quod est naturæ rationalis, etiam si nũc indigeat vna re, post paululum erit sibi bona res opposita illi, & non illa, sed natura non potest mutare ea, quæ semel dat, quia habet se determinate: ideo non potuit prouidere homini in omnibus bonis sibi, & necessarijs, sed dedit sibi intellectum, in quo omnia contulit: nam per illum potest excogitare diuersas artes, & modos faciendi sibi vestes, & arma, & procurandi cibum, dedit etiam manus, quæ sunt instrumenta conuenientia ad omne opus quod excogitauerit intellectus, & per hoc sufficienter homo potest sibiipsi prouidere, & cum per hoc sibi prouiderit, dicetur natura ei prouidere, quia dedit sibi illa, per quæ sufficienter possit prouidere sibi. in auibus ergo est naturale totum habere, quo indigent, scilicet, quòd natura eis cibos, & vestes, & arma, & omnia dedit, homini autem est naturale non habere necessaria, sed habere ex natura sufficientem viam ad quærendum illa, & propter hoc, licet aues faciendo secundum naturam suam non debeant serere, nec metere, neque congregare in horrea, quia non est eis opus. homini tamen secundum naturam incumbit ista facere, quia hæc est via conueniens ei ad sibi prouidendum: est ergo conueniens exemplum inductum de volatilibus. Quod autem dicebatur, quòd Deus pascit volatilia, & a fortiori pascet nos. Dicendum quòd verum est, quia eo modo, quo in Deo ponimus solicitudinem dicimus maiorẽ esse solicitudinẽ de nobis q̃ de volatilibus, & consequenter magis prouidebit nobis de cibo quàm illis, & tamen non per hoc tollitur quin

A debeamus laborare ad quærendum victum, & quando per laborem acquisierimus verum est, quòd Deus illum nobis dedit, cum ipse dederit nobis ingenium ad excogitandum laboris modum, & manus, & vires ad exequendum, & terræ virtutem, vt nobis colentibus eam fructus inde nascantur. Si autem homo expectaret, quòd Deus ei prouideret cęlitus mittendo cibos paratos ad manus eius, irrationabiliter ageret, quia Deus dicitur pascere volatilia, & tamen ipsa solicitudinem habent, vt cibum inueniant, licet non vt colant neque vt præparent, quia istud neque sciunt, neque possunt, cum natura earum non sufficiat ad hoc, si autem aliqua auis nollet quærere cibos fame periret, etiam si dicatur Deus pascere volatilia: ideo in hoc quod est Deum pascere hominem vel volatilia subintelligitur, quòd tam homo, quàm

B volatilia agãt id quod natura eorum suadet agendũ, sic etiam Deus iussit q̃ homo quando esset in angustijs clamaret ad ipsum, & liberaret eum Psalm. 90. clamabit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione eripiam eum. non tamen intelligitur, quòd propter hoc existens in tribulatione inter hostes, si potuerit non debeat fugere, & eripere se a manibus eorum: immo debet quia aliàs tentaret Deũ, & tunc Deus dicitur liberare ipsum de tribulatione, quia dat ei locum fugiendi de illa, sic patet de Petro posito in vinculis: Actuum duodecimo, & cum ipse non posset se inde liberare Angelus soluit cate-

C nas, & aperuit portas, & eduxit eum in vicum, & tunc reliquit eum Angelus, quia iam poterat per seipsum fugere, & ipse recessit ad illos, apud quos poterat liberari, in quo innuitur, quòd Deus solum prouidet homini in eis, in quibus ipse non potest prouidere, in quibus autem potest, relinquit eum agere, & si in illis homo expectet a Deo, quòd prouideat sibi nihil laborare volens tentat Deum, sic dicit Augustinus libro de operibus monachorum.

Circa aliud exemplum de liliis dicendum, quòd Deus non vult, quòd homines imitentur lilia, quia illa nihil agunt, sed solum inducitur contra illos, qui non bene credunt diuinam prouidentiam, scilicet, si

D Deus per prouidentiam suam lilia sine aliquo labore eorum sic vestit, a fortiori hominibus prouidebit de veste, est tamen natura lilij nihil agere. sed totum bonum suum in se habere: ideo Deus totaliter illi prouidet de vestimento, & cęteris, natura autẽ hominis est posse vestimentum facere, & quærere: ideo Deus illi aliter nõ prouidet, quia sic poneretur aliq̃d superfluum in vniuerso quod repugnat ordini rectissimo, & tamen si homo posset quęrere sibi necessaria, & Deus miraculose ei prouideret, maneret inutilis, & ociosa illa virtus, Deus tamen nihil superfluum aut ociosum fecit: ideo non debet prouidere homini quando ipse sibi prouidere potest, ita enim faceret de lilijs, & volatilibus, si sibiipsis possent prouidere de aliquo, & ideo quia lilium de nullo potest sibi pro-

E uidere, Deus dedit lilio omnia bona sua intra se. volatilia autem possunt sibiipsis in aliquo prouidere, quia licet non possint ad habendos cibos terram colere, cibos tamen sponte de terra natos possunt quęrere: ideo Deus non ponit volatilibus omnes cibos in nido suo, sed ipsa per se quęrunt discurrendo per diuersas regiones. Alia ratio etiam est inducendi istud exemplum ad ostendendum, q̃ superflua solicitudo nihil nobis prodest, quia etiam siquis multum solicitetur, nõ poterit per hoc maiora acquirere, vel inuenire q̃ Deus per prouidẽtiam suam de illo disposuerit, quod apparet, quia etiã si omnes homines conentũ facere aliquod vestimentũ ita pulchrũ, sicut est

lilii non poterunt: nam Salomon in omni gloria sua nunquam hoc potuit, & tamen lilia non habent solicitudinem, sed solum habent quicquid eis Deus dat, si tamen per solicitudinem nostram magnam, vel paruam euenirent nobis magna, vel parua, haberemus nos pulchriora vestimenta quàm lilia: apparet ergo quòd nullus potest habere, nisi quantum prouidentia Dei disposuerit: ideo magnitudo solicitudinis inutilis est.

An liceat de futuris solicitari, seu esse soliciti in crastinum. Et quòd solicitudo aliqua est necessaria circa futura. Quæst. CXCII.

QVAERETVR an liceat de futuris habere solicitudinem.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia Prouerb. 6. dicitur vade ad formicam o piger, & considera vias eius, & disce sapientiam, quæ cùm non habeat ducem, nec præceptorem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat; & sic laudabilis est solicitudo futurorum cum admoneamur formicam solicitam imitari. Item solicitudo pertinet ad prudentiam, est autem prudentia præcipue de futuris, quia pars prudentiæ est prudentia futurorum: ergo solicitudo, quæ pertinet ad prudentiam est laudabilis. Item illi, qui reponunt aliquid reseruandum in posterum sunt soliciti de futuro. Christus tamen loculos habuit. Ioan. 12. in quibus conseruabat pro sustentatione sua, & Apostolorum, quos loculos Iudas habebat: ergo licitum est de futuris esse solicitum.

Dicendum, quòd Christus dixit hic ne essemus soliciti de futuro, scilicet, nolite soliciti esse in crastinũ, est tamen solicitudo aliqua necessaria de futuris, quia aliàs non posset vita conseruari cum nõ possit homo habere omnia necessaria quandocunque vult, nisi antequam sint necessaria prouiderit sibi de illis: ideo põt dici vno modo, quod Christus vetuit solicitudinem de futuris non absolute, sed solum immoderatam, sicut vetuerat supra solicitudinem de præsentibus superfluam, & tamen coincideret tunc istud cũ præcedentibus nec vetaretur hic aliquid noui. Ideo dicendum, quòd vetatur hic solicitudo futurorum specialiter inquantum est de futuris.

Pro quo sciendum, quòd non potest opus esse virtuosum, nisi fiat cum debitis circunstantijs inter quas est vna tempus debitum Ecclesiastes 8. omni negocio tempus est, & opportunitas, & nõ solum intelligitur de exteriori executione operis, sed etiam de interiori solicitudine, quia sicut non est semper tempus faciendi vnam rem, ita neque est semper tempus cogitandi de illa, sed tempora quædam sunt, in quibus expedit cogitare, & in alijs non: opera enim quæ fiunt exteriꝰ ad hoc, quòd bene fiant oportet esse præcogitata, sed non possunt esse præcogitata, nisi antequam operemur habeamus aliquam solicitudinem, opera autem sunt distincta per tempora, quia quoddam est tẽpus vindemiæ, & aliud messis, & ita omnia tempus habẽt Ecclesiastes 3. ideo sicut distinguuntur opera per tempora, ita distinguũtur solicitudines, quia tempori æstatis competit solicitudo metendi, & tpe autũni solicitudo vindemiæ, siquis ergo tempore æstatis esset iam de vindemia solicitus, superflue præoccuparet futuri temporis solicitudinem, & istam tanquam superfluã Christus ꝓhibet dicens nolite soliciti esse in crastinũ.

Ad videndum tamen an de futuris liceat nobis esse solicitos. Dicendum est, quòd aut illa sunt superflua, ita quòd etiam in præsenti habita essent superflua, aut non: si sunt superflua non licet, de illis solicitari, vt siquis vult congregare multitudinem diuitia-

F rum, quia diuitiæ proprie sumptæ nunquam sunt necessariæ, sed superfluæ, debet tamen dici superfluum non solum illud quod superabundat ad istum diem, sed etiam quod superabundat ad multa tempora, qa aliàs necessarium vocabitur: etiam superfluum dicet non quod superabundet ad sustentationem personæ, sed etiam ad sustentationem status, vt ostensum est supra q. 14. & illud vocatur diuitiæ, de hoc est licitum solicitudinem habere in futuro, sic patet Luc. 12. de diuite, qui dixit non habeo vbi congregem fructus meos, destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia bona mea, & dicam animæ meæ, anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare, & Deus dixit
G illi stulte hac nocte animam tuam repetent a te, quæ autem præparasti cuius erunt? & sic vituperatur ibi solicitudo illius diuitis, & ista est solicitudo de futuris, quæ pro nullo tempore sunt necessaria: si autem sit homo solicitus de futuris necessarijs pro aliquo tempore, aut facere illa pertinet ad præsens, vel ad futurum, quia sunt aliqua, quæ licet in futuro sint necessaria possunt tamen nunc fieri, & alia sunt, quæ nõ possunt fieri in præsenti, solicitudo de illis est superflua, sicut vindemiæ non possunt fieri tempore messis: iõ quòd quis tempore messis sit solicitus de vindemia illicitum est. Si autem necessaria in futuro possunt fieri in præsenti, aut sunt talia, quæ necesse est fieri antequam vsus eorum sit necessarius. s. quia illo tpe non
H poterunt prompte haberi, aut sunt talia, quæ poterũt etiam illo tpe faciliter haberi. si primo mõ nõ est superfluum, immo est necessarium ante tempus esse solicitum de futuris, sic Christus dixit Luc. 14 de illo, q vult ædificare turrim, quia prius quàm incipiat cõputat sumptus, qui necessarij sunt, vt videat si habeat ad perficiendum, ne postquam posuerit fundamentum & non potuerit perficere, omnes qui vident incipiãt illudere ei dicentes, hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare, & ita est fere in omnibus negocijs magnis, quia præparatoria illorum oportet, quòd fiant multo tempore ante: nam subito non poterunt haberi quãdo quis voluerit: ita est de sumptibus quotidianis: non enim occurrit homini immediate habere omnia quibus indiget ad quotidianos sumptus: iõ licitum est homini immo necessarium solicitari, vt habeat pro futuro aliquid vnde cibos possit emere, & ita Christus faciebat habens loculos, vt ex pecunijs ibi reseruatis posset pro se & suis habere cibos, vt non oporteret quotidie mendicare, quia fieret interdum, quòd mendicando cibum habere non posset ipse neque discipuli: habebat ergo Iudas loculos Christi Ioan. duodecimo, & ex illis emebat ea, quæ necessaria erant Ioan. decimoquarto, sic etiam fuit de Apostolis in Ecclesia primitiua, qui precia agrorum venditorum recipiebant, & tenebant, deinde destribuebant cuique per tempora, sicut opus esse sciebant, sicut etiam quando quis scit in futuro aliquid sibi ne-
K cessarium, & quòd tunc nõ occurret illud habere, ad prudẽtiam pertinet ante tempus solicite prouidere, sic fuit quando fames futura prænunciata est, Actu. 11. quia tunc omnes Christiani parauerunt se, vt mitterent sustentationem ante tempus existentibus Ierosolymis eo. cap. & talem solicitudinem futurorum Deus vult haberi a nobis, immo quia interdum nos non possumus solicitari de illis, quia nescimus quid nobis necessarium erit in futuro, Deus reuelat hæc. Sic fuit de fame futura in Aegypto reuelata Pharaoni per somnia, vt in septem annis vbertatis prouideretur terræ pro fame futura: Genes. 40. & 41. sic etiam fames, quæ fuit sub Claudio Cæsare reuelata est, per Spiritum Sanctum, vt existentes in Ierusalem habe-

rent

rent sustentationem paratam pro tempore, Actuum vndecimo, hoc modo in qualibet magna domo debet haberi prouisio pro futuris, quia non possunt quotidie haberi omnia necessaria pro magna familia, & laudantur dispensatores, qui talem prouisionem faciunt: Lucæ duodecimo, quis putas est fidelis dispẽsator, & prudens quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram: & quia cuilibet homini etiam si non habeat familiam sunt aliqua necessaria, quilibet admonetur de futuris habere solicitudinem: vnde cuilibet dicitur Prouerbiorum sexto, vade ad formicam o piger & considera vias eius, &c. & apparet manifestissime, B quòd sit necessaria solicitudo futurorum, quia aliàs si solum deberet homo esse solicitus qualibet die pro ipsa die quando tempus messis non colligeret quisquam, nisi cibum necessarium pro illa die, & ita periret totius anni fructus, & non posset homo vltra viuere cum postea cibum non inueniret. Item non posset etiam pro ipsa die habere cibum, quia ipsa die qua mittimus falcẽ in segetem non possumus eã ita depurare, vt pro ipsa die faciamus nobis panes ex segete cum sint multę præparationes intermedię, nisi quis forte faceret polentam torrendo grana, vel confricando, sed istud non est habere cibum, sed partem cibi, etiam sequeretur aliud grauius, scilicet, quòd C in illa die nõ possemus habere cibũ, quia ille, qui seminat non potest eadem die colligere, sed expectat in futurum: si ergo solicitudo de futuro non esset licita nemo nunquam seminaret, sed cum spe, & solicitudine futuri ista fiunt. prima Corinthiorum nono, qui seminat, & qui arat debet in spe seminare, & laudatur agricola, qui cum patientia sperat fructum, quem immediate non videt, scilicet, referunt fructum cum patientia: Lu. quarto, necesse igitur est de futuro esse solicitos, & sicut est de diuersitate temporum anni, quòd vno tempore pro alio laborãdum est, ita est de ætate hominis, quia quædam est ætas ad laborem, & alia ad quietem: est enim senectus ætas deficiens, in qua homo necessaria acquirere non potest: ideo prouidere debet in iuuentute necessaria p senectute, quia tunc virtus deficit Psalm. 70. ne dere- D linquas me in tempore senectutis cum defecerit virtus mea. Si autem ea, quæ sunt necessaria in futuro, & in præsenti possunt fieri, possunt haberi ita faciliter in futuro sicut nunc, solicitudo de illis est superflua. sicut siquis disponeret post annum peregrinari, & quia calcei sunt necessarij pro itinere nunc emeret calceos: nam illi poterant haberi, ita faciliter die, qua quis inciperet peregrinari, sicut hodie, & ita de similibus, sic patet quando liceat habere solicitudinem de futuris, & quando non.

Sed obijcietur, quòd nullo modo liceat de futuro solicitari, quia quanto aliquid est magis futurum, id est, magis elongatum, solicitudo de illo est minus necessaria, quanto autem magis propinquum magis ne- E cessaria: nihil autem futurum est magis propinquum quàm dies crastinus, & tamen non licet de crastino solicitari: ergo nec de aliquo futuro.

Dici potest vno modo, quòd idem est de die crastino, & de quolibet futuro, & ideo tota distinctio, quæ facta est supra de futuro facienda est de crastino, & secundum hoc aliquando licebit de crastino solicitari, & aliquando non.

Aliter pôt dici, quod crastinum & hodie, quia sunt simul, sicut licet homini solicitari de hodierna die, ita etiam licet de crastino, non tamen accipitur hic crastinum pro sequenti die, sed pro quocunque tempore futuro quantumcunque in longinquum, sic accipit sacra Scriptura, & vulgares Iosue 22. cras dicent filij

A vestri filijs nostris, & tamen manifestum est, quòd illud non poterat esse sequenti die, sed post multos annos mortuis omnibus, qui tunc viuebant, & succedẽtibus posteris eorum, qui non nouerant veritatem rerum gestarum: tunc enim possent dicere nouem tribus, & dimidia ad duas & dimidiam quid vobis, & Domino Deo Israel? & sic id quod fiet post centum annos dicitur cras fieri, sic etiam dicit Hieronym. super Matthæ. cras in scripturis futurum tempus intelligitur dicente Iacob exaudiet me cras iustitia mea, idest, in futuro tempore: Genes. 30. & iste est conuenientior sensus, licet etiam accipiendo cras stricte adhuc B est litera vera per distinctionem supra datam. Hæc omnia de solicitudine futurorum vera sunt circa solicitudinem temporalium: nam solicitudo circa bona spiritualia etiam de futuro licita est immo est multũ necessaria, & laudabilis, quia siquis non habuerit illã peribit: per ipsam enim euitamus peccata: Ecclesiastici septimo, memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis, idest, cogita de morte, quæ futura est: etiam quia bona spiritualia sunt bona simpliciter, scilicet, gratia, & gloria, & illa sine mensura sunt appetẽda, quia propter se appetuntur. 1. Politi. ideo quantãcunque solicitudinem habuerimus de illis, & quocũque tempore nunquam erit illicitum: etiam est causa magnę necessitatis ad solicitandum de futuris, quia C sunt illa incerta, & subito veniunt, quando homo nõ potest se disponere pro illis. sic dicitur Luc. 12. si paterfamilias sciret qua hora fur veniret vigilaret vtiq;, & nõ sineret perfodi domum suam, & vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet idem infra 24. & propter hoc laudantur illi, qui semper vigilant, & de hoc futuro soliciti sunt infra 24. & Lucæ 12. beati serui illi, quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes, amen dico vobis, quia præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis, & siquis non semper fuerit in hoc solicitus est sibi magnum periculum, sicut dicitur ibi de illo dispensatore, qui dixit moram facit dominus me' venire cœperitque percutere pueros, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari, veniet dominus eius in D die qua ignorat, hora qua nescit: diuidetque eum, & partem eius ponet cum infidelibus.

Ad primum dicendum, quòd formica habet solicitudinem rationabilem pro futuro, quia alio tempore non potest sibiipsi prouidere de granis, & talis solicitudo est nobis licita immo necessaria.

Ad secundum dicendum, quòd per prouidentiã prudenter homo disponit ea, quę sunt sibi in futurum necessaria, & quia contingit solicitudinem de futuris esse interdum vtilem, & interdum inanem iuxta supra dicta, interdum erit licita solicitudo de futuris, & interdum non.

Ad tertiũ dicendũ, ꝙ Chrs habuit loculos pp duo. s. pp se, & pp nos. De primo patet, quia Chrs interdũ E transibat p varia loca, in quibus nõ poterat ꝯuenienter mendicare, quia ẽt si peteret nihil sibi daretur: immo ẽt interdum si pecunias offerret non darenẽ sibi cibi, sic patet Lucæ nono, quando transibat per Samariam, & erat facies eius tanquam euntis in Ierusalem, volueruntque discipuli emere escas in vrbe, & Samaritani portas clauserunt, ita vt nihil habere posset a fortiori: ergo non dedissent sibi cibos gratis si mendicaret, etiam quia interdum si ex mendicitate cibos habere vellet oporteret morari in quibusdam locis plusquam ipse vellet, aut expediret. ideo fuit sibi conueniens habere loculos. De secundo patet, & istud est principale, quia si Christus nunquã habuisset loculos, sed fuisset quotidie mendicans putaretur, quòd non liceret nobis aliqd possidere, & esset loc' introducẽdi

P 3 magnam

magnam hæresim: fuit ergo valde conueniens, quòd habere Christus loculos, vt per hoc appareret, quòd nobis licebat proprium habere, sic dicit Augu. lib. de sermo. Domi. cum viderimus aliquem seruum Dei prouidere ne ista necessaria sibi desint, nō iudicemus eum de crastino solicitum esse: nam ipse Dominus ꝓpter exemplum loculos habere dignatus est.

Sed dicetur quomodo Christus habuit loculos, & discipulis non licuit habere loculos, quia dicitur infra decimo, nolite possidere aurum, nec argentum, nec pecuniam in zonis vestris?

Dicendum, quod solus Christus est Legislator noster, quem debemus imitari in dictis, & factis, & nullum autem alium tenemur imitari, nec in dictis, neque in factis. Apostolos autem & alios, qui introduxerunt fidem prædicantes illam tenemur imitari in dictis obediendo illis, quia dicunt illa non tanquam a se, sed tanquam a Christo audita, & imposita illi, vt prædicarent ea: nam tenebantur prędicare, quæ a Christo audierant. 1. Corinth. nono, si non euagelizauero vę mihi est, si tamen Apostoli aliquid facerent vltra ea, quæ prędicabant non tenemur eos sequi, nec habemus occasionem errandi ex factis eorum qualiacunque sint. Secus autem est de factis Christi, quia ipsum tanquam Dominum, & Legislatorem imitari debemus tam in dictis, quàm in factis, cum etiam vita sua fuerit nobis forma viuendi. De prouidentia Dei, de qua Christus tangit hic dicendum erat, & tamen dicetur infra decimo, vel Luc. 12.

Deum tam in dictis q̃ in factis imitari debemus.

CAP. VII.

Luc. 6. a q. 1. cap. Deus. Rom. 2. Mar. 4. Luc. 6. de accus. c. qualiter. qualiter. 1. q. 1. cap. multi.

NOLITE iudicare, & non iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini, & in qua mensura mensi fueritis remetietur vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo? frater sine eijciam festucam de oculo tuo, & ecce trabes est in oculo tuo? Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.

N*olite iudicare*. In præcedentibus Christus ordinauit nos dirigendo affectionem nostram in Deum: hic regulat affectum nostrum erga proximum. Et diuiditur in duo, quia primo regulat affectum respectu mali, secundo respectu boni ibi. *Nolite sanctum dare.* Prima in duo, quia primo ostendit, quod proximus non est temerarie iudicandus. secundo, quod non est temerarie arguendus ibi. *Quid autem vides.*

An ea quæ habentur hic sint continuata ad præcedentia, & fuerint immediate post illa.

Quæst. 1.

CIRCA primum quæretur an ea quæ habentur hic sint continuata ad præcedentia, & an fuerint immediate post illa.

Ad primum dicendum, ꝙ hic est ordo cōtinuus, quia nulla gesta enarrantur hic, sed solum describuntur verba, quæ Christus prædicauit turbis in

F monte, & incipiunt supra 5. inter ipsa autem verba nō est aliqua ratio continuationis, quia non dependet necessario vna sententia ab altera, sed poterat esse ordo conuersus, licet conuenientius, sic ordinentur: nō standum est ordini literæ iuxta regulam generalē, ꝙ semper est standum ordini narrationis, quem tenet sacra Scriptura, vel quęcunque alia, nisi expresse appareat, ꝙ alius ordo fuerit, & tñ apparet ratio aliqua quare debeamus putare fuisse alium ordinem: ergo standū est ordini literę alioquin oīa perirēt, si nulla causa necessaria ostensa licerez nobis recedere ab ordine scripturę dicendo, ꝙ sit anticipatio, vel recapitulatio.

G Sed obijcietur, quia Luca, qui ponit istam eandem narrationem non continuat eam sic, sed ea, quę hñr in fi. pręce. c. hñr Luc. 12. & ea quę hñr hic sunt Lu. 6.

Dicendum, ꝙ pōt dupliciter stare. Vno mō, ꝙ ista sępe Christus prędicauerit, & in prima vice dixit oīa hęc simul eo ordine, quo describit Matth. in istis tribus capitulis, quæ vocantur sermo Dñi in monte. Alijs autem vicibus non prędicauit oīa simul, sed particulas aliquas tollebat, & sic in diuersis tpibus prædicauit postea diuersas particulas istius magni sermonis, & illum ordinem secutus est Lucas: ideo posuit ista in diuersis locis, & etiam non eo ordine, quo hñr hic. Aliter pōt dici, ꝙ vnica vice Christus ista prędicauit, & tñ Matth. & Luc. diuersimode illa ordinauerunt. i. Matthæus tenuit ordinem naturalem Luc. vero ordinem

H artificialem. s. applicans diuersas partes istius magni sermonis diuersis partibus Euangelij vbi magis vidētur conuenire, & istud est valde rōnabile, quia ita faciunt artificiosi tractatores, qui non sequunt̄ tempordinem rerum gestarum, sed applicant partes varias diuersis locis anticipando, & postponēdo s'm quod magis ꝯueniunt doctrinę q̃ tradere intendunt. Luc. autē habuit spāle in hoc, quia magis conatus est ordinare narrationem q̃ cęteri, vt dr̄ Luc. 1. in prologo quem ipse scripsit: ideo uoluit sequi ordinē naturalem, quē Matthęus tenuit, sed artificialem, & nō differt in hoc cum ambo narrent eandē veritatē gestorum: immo potuit esse multum vtilis ista varietas, vt per vnū Euāgelistam sciremus ordinem naturalem istorum dicto

I rum, & per alterum sciremus ordinem artificialē, qa vterq; ordo ꝯfert ad intelligentiam nr̄am, & sic patet ꝙ ista fuerint dicta post pręcedētia, cū Matth. secutus fuerit ordinem naturalem dictorū in istis. Ad secundum dicendum, ꝙ præsupposito, ꝙ fuerit hic ordo cōtinuus est dicendum, ꝙ fuerunt ista immediate dicta post præcedentia, quia oīa, quæ hñr a principio 5. cap. vsq; ad finem huius fuerūt dicta in eodem sermone: ideo non fuit interpositio aliqua tpis inter ista, & pręcedentia, & dato ꝙ dicamus Christum sępe prędicasse ista per diuersas particulas, Matthæus tamen non narrauit ea, nisi prout dicta sunt a Christo prima vice, & tunc omnia simul dicta sunt, quia non cessauit loqui ad populum in monte vsque ad finem capituli istius, vt patet infra in litera, & sequenti capitu. in

K principio.

Circa primum dicitur. *Nolite iudicare.* Duplex est. n. iudicium. Vno modo est actus iurisdictionis eius, q ius reddit partibus in quocunque foro, & de isto non agitur hic, quia istud iudicium non est prohibitum, sed potius necessarium: immo nihil est magis necessarium in politia quàm habere iudicem, qui partibus iura reddat, quia tertio Politic. in princip. dicitur, quòd magis necessarium est in politia distributiuum iustitiæ, idest, iudex quàm panis. Alio modo accipitur iudicium prout aliquis ex quibusdam signis exterius habitus male iudicat, idest, opinatur in corde suo de proximo suo, & quia istud, vt communiter solet prouenire ex radice iniqua, vetat nobis Christus iudicare,

cate, scilicet, nihil prauum de proximo in corde nostro affirmare, nec exterius propter illam credulitatē aliquid asserere. *Vt non iudicemini.* potest intelligi litera ista multipliciter. Vno modo, quòd vetetur nobis hic iudicare de Deo.s. de promissionibus, & factis eius,& dependeat a præcedentibus, quia dictum fuerat præcedenti capitulo,quòd homo non sit solicitus valde de cibo,& potu, & veste,& etiam quòd non sit solicitus in crastinum, quia Deus per prouidentiam suam solicitus est de nobis, & quia interdum videmus aliquos homines penuriam pati, & fame perire, diceret aliquis ecce Deus non complet promissa sua, & istud iudicium Deus nobis vetat, quia nos nescimus cur Deus singula faciat, & sic non possumus intelligere quando vel quomodo promissiones obseruet: hūc sensum sequitur Hilarius dicens iudicari Deum de sponsionibus suis vetari, quia vt iudicia ex incertis rebus inter homines sumuntur, ita & hoc iudicium aduersus Deum ex ambiguitate suscipitur, quam penitus repellit a nobis, vt constans fides potius retineatur, quia de homine male iudicare peccatum est, de Deo autem est crimen, scilicet, maius peccatum. Alio modo potest intelligi hoc de iudicio proximi, vt non iudicemus de factis eius, & tunc dicitur, vt non iudicemini, idest, vt nō peccetis mortaliter, & per hoc sitis digni iudicari, quia qui peccauit est dignus iudicio vel intelligitur, vt pro, &, ita quòd dicat consequentiam, & sic Lucas dixit, scilicet, nolite iudicare, & non iudicabimini nolite condemnare, & non condemnabimini Luc. 6. & ita sępe ista dictio, vt accipitur, quòd non dicat habitudinem finis, sed solum consequentiam quandam: vel potest accipi, vt proprie, quòd dicat habitudinem causæ finalis, & est sensus si aliquis iudicat de proximo, & ipse iudicabitur, vt ergo non iudicemini nolite iudicare, & iste est sensus literæ, & probatur fundamentum immediate in litera.s. *Quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini.* Idest, si dure iudicaueritis de aliquo etiā fiet de vobis durum iudicium & si iudicando de proximo infamaueritis eum, etiam de vobis iudicabitur, & infamabimini. Si vero in iudicando fueritis misericordes iudicium fiet de vobis misericorditer. *Et in qua mensura mensi fueritis remetietur vobis.* Mensura iudicium est, vt dicit August. & ratio est, quia mensura dicit quandam æqualitatem, quæ pertinet ad iudicium, quia iudicium est actus iustitiæ, & illius est æqualitatem constituere quinto Ethico. & sic quicunque iudicat mensuram quandam sumit, sed si illa fuerit legitima mensura, remetietur isti mensuranti per legitimam, si vero fuerit inæqualis, scilicet, quia excessiue se habuit quis iudicādo alterum, etiam erit contra ipsum mensura inęqualis.

Quomodo dicitur hic, vt non iudicemini, cum dupliciter intelligatur. *Quæst. II.*

QVAERITVR quomodo dicitur hic, vt non iudicemini.

Aliqui intelligunt, quòd ille qui non iudicat hic, proximum non iudicabitur a Deo. Non tamen est intelligendum, quòd propter hoc, quòd homo desinit iudicare proximum suum Deus non iudicabit ipsum, quia non iudicare est non agere peccatum de nouo, & tamen per hoc, quòd quis nō committit noua peccata, non fit ei remissio præteritorum, quia non committere peccatum cadit sub obligatione simpliciter peccata tamen præterita non tolluntur, nisi per pœnitentiam: ideo etiam si nunquam iudicauerimus proximum Deus nihilominus iudicabit nos, sic dicit Chrysosto. nunquam propter hæc consequuntur indulgentiam peccatorum, quia dictum est, vt non iu-

A dicemini, quis enim consequitur indulgentiam mali prioris, quia non addit alterum malum, quasi dicat, nullus propter hoc illam consequitur, sed intelligeē tunc, vt non iudicemini, scilicet, de hoc peccato, quia iudicate proximum, vt hic accipitur, peccatum est, de omnibus tamen peccatis Deus iudicabit hominem Ecclesiastes 12. cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, idest, pro omni peccato: si ergo iudicaueritis Deus iudicabit vos de isto peccato, vt ergo effugiatis diuinum iudicium, nolite iudicare proximum, & sic a Deo non iudicabimini.

Aliter intelligi potest etiam proprie de iudicio humano, scilicet, quòd non iudicet homo proximum suum, quia aliàs ipse iudicabitur ab aliis hoc enim B Deus posuit in pœnam, scilicet, quòd permittit homines illos, qui iudicant de aliis, quòd iudicētur ab aliis, & quia homines timent iudicari, quia in hoc honor eorum minuitur, qui constat ex opinione aliorum, & si male opinantur de illo iam iste perdit honorem: non fuit ergo aliquid per quod homines magis vitarent rationabiliter se a iudicando alios, quàm vt ipsi non incurrāt aliorum iudicium, & ob hoc Christus posuit istud tamquam motiuum ad custodiendum istud præceptum.

Quomodo dicitur in qua mensura mensi fueritis remetietur vobis. Et quare pro bono datur mensura maior, pro malo vero minor. Et pœna nunquid est maior quam peccatum. C *Quæst. III.*

QVAERITVR quomodo dicitur, in qua mensura mensi fueritis remetietur vobis, quia ex hoc videtur, ꝙ si nos temerarie iudicamus de aliquo, ꝙ Deus temerarie iudicet de nobis: est enim absurdum, quia Deus nihil temere, aut iniuste agit.

Dicendum, ꝙ pōt intelligi de iudicio Dei, & de iudicio humano. s. de iudicio Dei, ꝙ in quo iudicio iudicauerimus de proximo.i. quale iudicium de eo fecerimus tale iudicium faciet Deus de nobis, & accipitur tale non secundum qualitatem sed secundum quantitatem. Nam si iudicium nostrum fuit malum de proximo, nō est Dei iudicium malum de nobis, sed iustū D & tñ quantum malum nos fecimus proximo iniuste iudicando de eo tm̄ malum pęnę Deus nobis inferet iuste de nobis iudicando, & retribuendo: iste est enim modus quem iustitia tenet: nā iustitia, vel iudex cōstituit ęqualitatem inter homines. 5. Ethi. & hoc est inquantum aufert ab eo, q plus habet, & dat illi, qui minus habuit, & tunc efficiunt ęquales, & sunt reducti ad iustitiam, vt si quis alterius rem rapuit, vel iniuriam intulit, iste habet plus ꝙ̄ sibi debitum est inquantum rem alterius accepit, & inquantum sibi vsurpauit potestatē ad nocendū alteri quam de iure non habet, & ille qui læsus est minus habet ꝙ̄ habere debeat siue de reb' possessis siue de honore, iudex aūt adęquat istos auferendo ab eo, q cepit rē alterius ipsum, ꝙ abstulit, E & reddendo Dño, & insup cogendo aliū ad soluēdū dāna, & tūc vterq; habet quod suū est, & quali mēsura iste, qui male agit mēsus fuit eū cui nocuit eadem mensura remensum fuit ei, idest, ęquali, & tamen ipse iniuste mensus est, sibi autem iuste remensum est: sic etiam in iniuria illata, quia cogetur inferens a iudice tolerare pœnam secundum legem, quæ sit tanta quanta iniuria quam intulit, & sic quantum iste vsurpauit sibi de iure, quod non habebat puniendo alterum tantum sibi subtrahitur de suo, quia antequam peccaret inferendo istam iniuriam, non erat obligatus ad aliquam pœnam nunc vero obligatus est ad ęqualem, vt sibi etiam inuito pœna inferatur, & sic cogitur iste tantum perdere de iure suo,

& libertate sua quantum ius vsurpauit sibi super alterum, ei autem qui læsus est redditur totum ius, quod perdiderat eo modo quo lex, & iudex reddere possunt, idest, restituere, quia per hoc quod iste læsus est iniuriam patiens ab alio perdidit aliquid de honore suo, honorem sibi restituit lex cum propter honorem eius, & ad satisfaciendum sibi puniat aduersarium eius. dicitur autem eo modo quo lex, & iudex possunt restituere, quia si quis ab alio iniuste percussus mutilatus est, non potest iudex restituere ei pristinam corporis integritatem, & pulchritudinem, sed restituit, quod potest, scilicet, honorem loco istorum puniendo iniuriantem propter honorem læsi. hoc modo Deus iudicat nos tali iudicio, idest, tanto quãto nos iudicauerimus, idest, tantum malum nobis infert quantum nos proximo intulimus, sed nos iniuste de proximo iudicauimus, Deus autem iuste nos iudicat. Aliter etiam exponit August. lib. de sermone Domi. s. quòd in iudicio, in quo nos iudicamus iudicamur, quia aliquando iudicium malum quod nos de proximo facimus, non nocet ei nobis, tamen semper nocet, quia peccamus iudicando. Si autem intelligatur de iudicio humano est sensus, quòd sicut iudicauerimus de hominibus, ita alij homines iudicabunt de nobis, & si bene iudicauerimus bene de nobis iudicabitur, si vero male etiam de nobis male iudicabiẽ, cum autem dicitur, quòd in qua mensura mensi fueritis remetietur vobis, significat ęqualitatem retributionis, quæ requiritur ad iustitiam, vt ostensum est.

Sed obijcietur, ꝙ non remetiatur nobis in eadem mensura, sed in maiori, quia dicitur Lucę 6. mensurã bonam confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum, mensura tamen superfluẽs dicit superabundantiam ad id quod dedimus.

Dicendum, ꝙ remetiri conuenit interdum Deo, & interdum hominibus secundum quod fit retributio operis interdum per Deum, & interdum per homines, & tunc ista remissio, vel est pro bono opere, vel pro malo, si pro bono semper retribuitur plusquã dederimus, siue per Deũ, siue per homines. De Deo patet, quia dat nobis vitam æternam pro bonis operibus, & tamen ad Roma. 8. dicitur non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. De hominibus patet, quia etiam homines moti a Deo retribuunt in pręsenti bene operantibus plusquam mereãtur, vel plusquam fecerint, sic dicitur Mar. 10. nemo est, qui reliquerit domũ &c. propter me, & propter Euangelium, qui nõ accipiat centies tantum nunc in hoc tempore, & in sęculo futuro vitam æternam. Si autem interdum bene operantes non recipiant hic retributionem aliquam accidit hoc, quia forte eis non expedit, sed melius est sibi quòd omnia in futurũ recipiant, & sic de mensura ꝑ bono semper homo recipit superabundanter, & de hoc intelligitur Lucæ 6. mensuram bonam confertam &c. si autem sit retributio pro opere malo nunquam homo recipit plusquam meruit, sed in eadem mensura sibi remetitur siue secundum legem humanam, siue diuinam. De humana patet cum consistat iustitia in quadam æqualitate, vt dictũ est, & ita Deus iussit hominibus facere Deuterom. vigesimquinto, scilicet, iuxta mensuram delicti erit plagarum modus, idest, mensura: Deus etiam in iudicio suo, sic facit æqualia retribuendo Apocalip. decimooctauo, quantum glorificauit se in delitijs suis tantum date illi de tormento, & illud non intelligitur de humano iudicio quantum ad mala: ergo Deus æqualem mensuram dat, sed quantum ad bona maiorem, & quia hic agitur de retributione pro malo, scilicet, quando proximum iudicamus dicitur de ęquali mensura, scilicet, in qua mẽsura mẽsi fueritis &c. Istę duæ mẽsuræ ponuntur Lucæ 6. quia postquam dicitur mensurã bonam, & confertam &c. sequitur eadem mensura, qua mensi fueritis remetietur vobis, vt vnum referatur ad mensuram pro bono, & alterum ad mensurã pro malo, licet potest vtrunque intelligi de mensura pro bono, vt dicetur ibi. Ratio autem quare pro bono detur mensura maior, & pro malo minor, hæc est, scilicet, qa dare pro bono opere vltra meritum pertinet ad liberalitatem, dare autem pro malo vltra demeritum partium ad iniustitiam, liberaliter autem dare Deo competit, sed non iniuste agere, & idem in hominibus esse debet. Sed obijcietur, quòd etiam in malis Deus retribuat homini maiorem mensuram,

G quia peccato mortali quod in momento fit dat pęnã æternam, quæ in infinitum est maior Augu. lib. de ser. Domi. dicit, quòd cum dicitur, qua mensura mensi fueritis &c. non est intelligendum propter æquale tẽporis spacium, sed ꝑꝑ vicissitudinem mali; vt qui male fecerit mala patiatur, & secundum hoc non oportet dici, ꝙ mensura sit æqualis, sed ꝙ sit similis. s. malũ pro malo, & bonum pro bono. Dicendum tñ, quòd vtrunque est verum, quia malum pro malo redditur, & etiam æquale pro ęquali. Cum autem dr̃, ꝙ datur pœna æterna pro peccato temporali.

Dicendum, ꝙ non est verum, sed datur pœna æterna pro peccato æterno, quia qui mortaliter peccauit & decedit in peccato in æternum manet in eo, quia licet transierit actus peccati, manet macula, & reatus,

H & offensa, & tenebrę actualiter in anima, & quandiu ista manserint necesse est, ꝙ puniatur anima, & quia manebunt in æternum punietur in æternum, qui in peccato mortali decessit, si tamen aliquando macula peccati tolleretur in damnatis necesse erat, ꝙ pęna eorum finiretur, quia iam esset spalis pœna pro peccato eo ꝙ peccatum iam nullo modo maneret, sic patet in eis, qui dolent hic de peccatis, quia postea manet eis pœna toleranda temporaliter hic, vel in purgatorio. Pœna autem inferni non est æterna propter conditionem grauitatis peccati, sed quia semper manet peccatum. Sed adhuc obijcietur, quòd in eis, qui dolent de peccato, & puniuntur pro eo temporaliter Deus infert maiorem pœnam quam fuit peccatum,

I quia maiori tpe durat: etiam quia maior est tristitia in pęna peccati q̃ delectatio fuerit in peccato.

Dicendum, ꝙ pęna nunquam est maior q̃ peccatũ, & tñ non debet iudicari de quantitate peccati ꝑ durationem eius, quia aliqua peccata magna durãt paruo tpe, vt occidere hoĩem, vel blasphemare de Deo, & alia minora durant longiori tpe, sicut dicere fabulas inutiles, vel mendacia iocola, aut multum, & frequẽter comedere. De pęnis etiam eadem extimatio hr̃, quia quædam pœnę sunt magnę, quę durãt paruo tpe vt flagellari, vel mutilari, & alię paruę durant longo, vt ire in exilium per duos, vel tres annos, etiam iura humana non commensurant pœnas delictis ꝑ æqualitatem durationis, quia aliquando pro peccato

K momentaneo inferunt pęnam prolixi tpis, vt exilium, & interdum pęnam perpetuam, vt mortem, quia qui occiditur in ęternum est occisus. & sm legem humanã iam nũquam reuiuiscet, licet Dei potestas eum resurgere faciet, & sic etiam in iudicio Dei non debet fieri commensuratio pęnarum per æqualitatem temporis quo peccatum durauit, vt inducit Augusti. 21. de ciui. Dei, etiam non debet commensurari pœna magnitudini delectationis, quia aliqua peccata sunt, in quib' est valde maior delectatio, & est pœna minor, & in alijs fere nulla delectatio est, & est pęna grauissima, sicut qui blasphemat nomen Dei non delectatur, quia ex ira agit, iratus vero agit ex tristitia, 7. Ethicorum, cap. 8,

A cap. 8. & tamen pœna huius grauis est, sic etiam inuidia, & odium sunt peccata multum grauia, & tamen non est delectatio aliqua in eis, sed potius anxietas, in gula autem, & venereis est delectari, & tamen sunt minora peccata: ideo non oportet mensurari penā peccati ex qualitate delectationis, quæ fuit in committendo illud, sed pœna datur maior, vel minor ex peccati magnitudine: non tamen dicitur peccatum maius, vel minus ex delectatione eius, quia peccatū dicitur inquantum per illud aliquis offenditur, & iō tantum erit peccatum quanta est offensa irrogata, & quia contingit in minori tempore, & cum minori delectatione inferre alicui maiorem offensam interdum quàm aliàs in magno tempore, & cum magna delectatione offendentis secundum varietatem rerū in quibus qs alterum offendit, ideo nō debet per magnitudinem temporis, vel delectationis peccati iudi- B cari magnitudo eius, sed ex magnitudine offensæ, si autem obijciatur Apocal. decimoseptimo, quantum glorificauit se in delitijs suis tā. da. il. de tor. debet intelligi, idest, quantum offendit Deum glorificando se in delitijs, tantum date illi de tormento, & quia magnitudo offensę non accipitur solum ex ipso nocumento quod exterius fit, sed præcipue ex habitudine personæ cui irrogatur, vt dicitur 5. Ethico. quòd percutiens regem non debet solum repercuti, sed occidi, & rex percutiens rusticum iniuste non est iustum, quòd repercutiatur, continget interdum, quòd nocumento exteriori paruo existente sit offensa valde C magna, & quia omne peccatum est contra Deum, & Deus est in infinitum excellens, aggrauatur in immēsum quodlibet peccatum nostrum, & ideo etiam si quis doleat de peccato, & per hoc peccatum deleatꝰ non est inconueniens, immo valde iustum, quòd pęna valde acerba, & longi temporis debeat homini inferri pro illo qualis est pęna purgatorij, quæ est magnę acerbitatis, hoc autem nos ignoramus, scilicet, pro quolibet peccato quanta pœna debeatur in iudicio Dei, quia neque nobis expedit illius mensuram scire, nec etiam erat possibile hoc sciri per doctrinam aliquam, nec per reuelationem, quia cum varietꝰ magnitudo pœnarum iuxta peccatorum varietatem, & D peccata contingit variari in infinitum in magnitudine, & paruitate, sicut peccare est infiniti. 2. Ethi. variabitur infinitis modis mensura pęnarum, infinita autē nemo nouit, nisi Deus, ipse igitur solus est mensurator, & arbiter pœnarum nostrarum. Hæc autem vniuersaliter dicta sunt de mensura, qua Deus metitur actus nostros retribuendo siue in bonum, siue in malum, hic tamen solum ipse loquitur de mensura, qua quis iudicatur si proximum iudicat, & condemnatur si illum condemnat, vt dicit August. lib. de sermone Domi. quod fit in iudicio Dei, vt ostensum est. s. quia pro isto peccato iudicat nos, etiā fit in iudicio humano. s. quòd qui proximum iudicat a proximis iudicatꝰ, & non est intelligendum, quòd homines male iudicent de aliquo quasi per hoc volentes ei inferre pœ E nam de hoc, quòd male iudicauit de alijs, quia non est hæc intentio eorum, sed est sensus, quòd Deus ꝑmittit illos male iudicare de illo, quia ille male iudicauit de alijs: nam Deus continet in potestate sua actus nostros, & etiam cogitationes, & desideria nostra Prouer. 21. cor regis in manu Domini est, & quocunque voluerit vertet illud, & Prouer. 15. mors & perditio in manu Dei quanto magis corda filiorum hominum? & propter hoc, licet vnus homo velit alteri nocere non poterit, nisi hoc Deus illi mandauerit, vel permiserit, quia aliàs frustraretur diuina prouidentia, & falleretur interdum si vnus homo posset alteri malum inferre, quod Deus nollet, & quòd nō præcogi-

A tasset, & tamen diuina prouidentia falli non potest, & non solum non potest quis realiter alteri nocere, nisi Deus permiserit, sed etiam non potest alteri malum cogitare, & malum velle ei, nisi Deus hoc etiā permiserit, patet, quia cum Deus habeat cor hominis in manu sua, & vertat illud, quo vult, non poterit homo inclinare cor suum ad volendum alicui malum, vel cogitandum malum de eo, nisi Deus permiserit illuc verti cor: quandocunque ergo quis maledicit alteri, vel de eo male concipit, quòd est illum iudicare, non fit sine Dei permissione, quæ ex iustis causis semper est, & ideo siquis male de aliquo iudicauerit comminatur Deus illi, quòd etiam de ipso homines male iudicabunt, scilicet, quòd Deus permittet illos male iudicare quod aliàs non permitteret: nam fortassis interdum de aliquo viro bono multi male B iudicarent ex propria iniquitate, & infamarent eum, sed Deus non permittit: ideo non iudicatur male de eo, hic autem permittit male iudicari de male iudicantibus, quia sicut iustum est, quòd quilibet puniatur quantum deliquit, ita etiam est aliqualiter iustū, vt puniatur in eo, in quo deliquit, quia per quę quis peccat, per hęc torquetur Sapient. 12. sic etiam dicitur Isa. 34. vę qui prædaris quoniam ipse prædaberis, idest, alius accipiet prædam a te.

An licitum sit iudicare aliquem ex suspitione, vel præsumptione. Et de quo iudicio agitur. Iudicium nostrum est in bonum, & in malum. Et quòd ex tribus radicibus malum iudicium oritur.

C

Quæst. IIII.

QVAERETVR de iudicio, quòd hic dicitur quod procedit ex suspitionibus, an sit licitum sic iudicare aliquem ex suspitione, vel præsumptione.

Aliqui dicunt, quòd sic; quia suspitio est opinio incerta, quæ habet se ad bonum, & ad malum 6. Ethi. actus vero humani sunt particulares, & cōtingentes, & ideo incerti: igitur, vel nullo modo licebit de illis iudicari quod falsum est, vel licebit ex incertis iudicare, quæ sunt suspitiones.

D Item si esset illicitum iudicare proximū esset hoc, quia inferretur ei aliqua iniuria, & tamen non infertur, quia iudicium consistit in sola opinione nostra, & non procedit exterius ad hoc, quòd realiter nocere possit: ergo non est illicitum.

Dicendum, quòd hic non agitur de iudicio quod pertinet ad iurisdictionem quale ad iudicē pertinet. s. an liceat iudici ex præsumptionibus, vel suspitionibus iudicare, sed agitur de iudicio nostro, quo intra nos opinamur malum de proximo ex aliquibus signis. Illud autem iudicium potest esse in bonum, vel in malum: in bonum quidem vt si ex aliquibus signis apparentibus ego iudicem de proximo meo, ꝙ vir bonus est, vel quòd ad bonam intentionem operatur, & tale iudicium non est prohibitum, quia nū- E quam est malum, quia siquis iudicat bonum ꝑ signa de eo, qui vere bonus est, laudabile est, etiam talia nūquam prohibentur: si iudicet bonum de eo, qui malus est errat quidem sed malū non agit, quia defectus intellectus nostri non est peccatum, sed pęna: hoc verum est, nisi quis vellet ea, quæ manifeste mala sunt, & quæ nulla intentione bona fieri pñt, iudicare bona esse, vel bona intentione fieri, vt siquis iudicaret aliquem adulterari ex charitate: nam hoc non est errare, sed errare velle, & est graue peccatum, est tamen rarum, quia potius inclinatur homo de bono malum iudicare quàm de malo bonum, & de isto iudicio, de bono non loquitꝰ hic Christus, & ēt non solet vocari

iudicium absolute sumptum, quia iudicare de altero semper in malum sonat, scilicet, quòd praua de eo iudicantur, & istud iudicium est quod Christus hic vetat, quia vt communiter malum est.

Ad hoc tñ sciendum qñ sit malum iudicium. Dicẽdum, ꝙ est consideranda radix, ex qua oritur: sunt aũt tres radices, vna est si aliquis in se malus est, quia qui sibi conscius est malorum credit alios similes esse, quia putat esse difficile, ꝙ alij homines abstineant ab illis vitijs, in quibus ipse est, sic dicitur Ecclesiast. 10. in via stultus ambulans cum ipse sit insipiẽs omnes stultos extimat. Secunda radix est ex eo, ꝙ aliquis male afficitur ad alterum: nam cum quis contemnit, vel odit aliquem aut irascitur, vel inuidet ei, ex signis leuissimis opinabitur quæcunque mala de ipso, quia vnusquisque faciliter credit id quod desiderat, & sic mouetur homo faciliter ad credendum omnia bona, q̃ de ipso dicuntur, quia vellet se talem esse, vel saltem talem putari. Tertia radix est experientia longa. s. qñ quis diu expertus est aliquos homines mala operari ex signis facilius comprehendit malitiam in eis, & in similibus, sic dicit Aristot. 2. Rheto. ꝙ senes sunt maxime suspitiosi, quia moltoties experti sunt aliorũ defectus, iuuenes autem, qui pauca viderunt non suspicantur malum, sed omnia credunt bona esse, vel ad bonum fieri Prouer. 14. Innocens credit omni verbo, idest, simplex vel insipiens, qui paucam experientiam habet omnibus credit. nam vir bonus etiam si innocens non credit omnibus, quia proximum peccatum est fallere, & falli, vt dicit Hiero. idest, fallere velle, vel talem se constituere, vt faciliter falli possit: nam boni debent esse astutissimi iuxta 20. estote prudentes, sicut serpentes, & tamen prudentia serpentis stat in hoc, quòd nõ vult credere omni verbo, immo nõ vult audire, quia timet fraudẽ latere Psal. 57. sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter. Primæ duæ radices iudicandi malæ sunt, quia manifeste pertinent ad peruersitatem iudicantis, scilicet, ad prauum iudicium, & malum affectum: nam ꝙ quis iudicet alios malos esse, quia ipse malus est prauitas iudicij est, quòd vero mala iudicet, quia mala cupit iniquitas voluntatis est: ideo istis duobus modis iudicare semper est peccatum, iudicare autem tertio modo habet aliqualem rationem, quia experientia præteritorum certificat hominem aliqualiter circa ea, quæ contingunt, & inquantum causat aliquã certitudinem tollit, vel diminuit conditionem suspitionis, & tamen istud iudicium aliquando est illicitum, & aliquando licitum, vt dicetur immediate.

Pro hoc autem considerandum, quòd ea de quibus iudicamus, aut sunt nota, aut non, si nota, ita vt nullo modo ignorari possint iudicare non est illicitũ, vt siquis iudicet aliquem homicidam, vel furem esse, quia ipse vidit eum furari, vel occidere hominem, sic dicit August. in lib. de sermo. Dom. & extra de re. iur. cap. estote. scilicet, de his autem, quæ non possunt bono animo fieri, vt stuprum blasphemiæ, furtum, ebrietates, & similia permittitur nobis iudicare. Si autem non sint omnino nota, sed ex signis colliguntur, aut illa signa sunt omnino euidentia, aut non, si sunt euidentia licitum est iudicare, vt siquis vidit nudum cũ nuda, solum cum sola inter quos nullum impedimẽtum consanguinitatis, vel affinitatis erat, licet nihil aliud viderit, potest iudicare eos fornicatores, quia etiam iura ex violenta præsumptione sententiam ferunt, vt colligitur extra de præsumptio. capitulo afferte.

Si autem signa non sunt euidentia, sed leuia potest fieri tripliciter.

F Est enim primus gradus quando ex leuibus signis alicuius mali, incipit quis dubitare de bonitate proximi quem prius bonum credebat, & hoc est peccatum veniale, & prouenit ex humana infirmitate, & tentatione sine qua vita ista non ducitur, vt dicit glos. prima Corinthio. quarto, & hoc nõ vocatur proprie iudicium, sed suspitio, quia iudicium dicit diffinitionem, & certitudinem quam saltem ipse iudicans habere se putat, hic tamen non est diffinitio, quòd aliquis malus sit, sed dubitatio, scilicet, incipere dubitare an bonus sit ille, qui prius sine dubio credebatur bonus.

Secũdus gradus est quãdo ex leuibus signis mali tenet quis firmiter in animo, quòd proximus suus ma-
G lus sit, & hoc peccatum mortale est, scilicet, quando quis iudicauerit de proximo aliquid quod est peccatum mortale, vt esse adulterum, symoniacum, si tamen quis ex istis leuibus signis firmiter iudicet de aliquo malum aliquod quod sit veniale, erit istud iudicium peccatum veniale, vt si iudicaui, quòd proximus meus sit mendax iocosus, quòd veniale est. Illud autem vocatur proprie iudicium, quia importat sententiam firmam, & est illud contra charitatẽ, scilicet, quòd quis de proximo suo malum aliquod credat quod tamen constat, quilibet debet præsumi bonus, nisi probetur contrarium extra de præsumpti. capitu. vlti. & tamen per istam leuem præsumptionẽ nihil probatur: ideo qui per illam certissime credit
H aliquem malum esse. contra charitatem agit, & per hoc proximum cõtemnit: tale autem iudicium prohibitum est, sic dicit Chrysosto. super Matthę. Dominus non prohibet Christianos ex beneuolentia corrigere alios, sed ne per iactantiam iustitiæ suæ Christiani Christianos despiciant, ex solis suspitionibus odientes cęteros, & condemnantes, sic etiam dicit glos. prima Corinthiorum quarto, si suspicationes vitare non possumus, quia homines sumus, iudicia tamen, idest, diffinitiuas firmasque sententias continere debemus.

Tertius gradus est quando quis ex leuibus signis nõ solum firmiter tenet proximum esse malum, sed etiam procedit ad punitionem eius tãquam vere pec-
I cauerit, & hoc est grauius, quia non solum est contra charitatem, sed etiam contra iustitiam: vnde semper est peccatum mortale, & de talibus a fortiori intelligitur, quòd nõ est iudicandum, quia etiam siquis non sit iudex potest moueri ad inferendum nocumẽtum proximo ex eo, quòd male iudicat de eo, vt si putet ex leuibus signis, ꝙ contra se commisit aliquod peccatum, & hoc est grauius quàm solum iudicare eum esse malum, quòd iudex ex sola suspitione leui sine probatione sufficienti moueatur ad puniendum aliquem etiam peccatum mortale est, & tamen non agitur hic de isto iudicio, & sic apparet quando iudicare de proximo sit peccatum, & quando non.

Sed obijcietur, quòd nũquam sit licitum iudicare
K proximum de peccato aliquo, nisi quando est contra Deum, quia dicit Chrys. super Matth. hoc diximus volentes ostendere, ꝙ hic sermo non est positus de proximis non iudicandis, qui peccãt in Deum, sed qui in nos peccant: qui enim non iudicat proximum propter peccatum in se commissum illum, nec Deus iudicat propter peccatum, sed dimittit ei debitũ, sicut & ipse dimisit. Dicendum, ꝙ Chrysost. accipit iudicare, idest, punire, vel accusare, & tunc verum est, ꝙ melius est nobis remittere proximis peccata, quæ commiserunt contra nos q̃ accusare, vel pęnam exigere, in peccato autem contra Deum nulli possumus remittere, sed magis debemus eum accusare, nec sustinere saltem audire iniurias Dei, quòd sic intelli-

gat

A gat Chryso.patet, quia dicit, qui non iudicat proximum propter peccatum in se commissum illum nec Deus iudicat propter peccatum, sed dimittit ei debitum, sicut & ipse dimisit, & ita etiam dicit ante hoc, quòd in proprijs iniurijs esse quempiam patientem laudabile est: iniurias autē Dei dissimulare est impiū, & sic qui potest punire peccantem nunquam debet tales iniurias remittere, hic tñ loquimur de iudicio, quo quis iudicat proximum esse malum ex aliquibus signis leuibus, siue ergo iudicet eum malum esse in aliquibus, quę ad Deum pertinent, siue in eis, quę pertinent ad proximum, habet locum distinctio supra posita. Ad primum dicendum, quòd in actibus humanis tam in iudicio quàm extra iudicium aliquid iudicandum est nunquam tamen nisi ex certitudine, certitudo tamen non accipitur eodem modo in omni- B bus rebus, sed fm genus rei, & artis. quia, vt dr 1. Ethi. par est, idest, æquale Mathematicum suasiones accipere, & rhetoricum demonstrationes expetere. Mathema. habet certitudinem per demonstrationem: si ergo sit contentus minori certitudine peccat contra conditionem artis suæ, rhetoricus autem habet certitudinem ex persuasione. Si ergo in materia rhetorica petat quis demonstrationem, peccat contra genus artis: ita est in actibus humanis, quia nō potest in eis haberi certitudo per demonstrationem, sed potest certitudo esse per testes, vel per aliqua signa euidentia, si quis ergo ad iudicandum sit contentus minori certitudine peccat, & ita est de illo, qui in iudicio ex solis suspitionibus leuibus condemnat aliquem, vel in C corde suo firmiter concipit aliquem malum esse ex sola suspitione.

Ad secundum dicendum, ꝙ per hoc quòd quis in corde suo iudicat aliquem malum esse sine euidenti probatione, iniuriatur ei, quia contemnit ip sum, & contra charitatem agit.

An omnia talia dubia iudicij sint semper interpretanda in meliorem partem Et quòd melius est nos abstinere a iudicando proximos in rebus dubijs Et quòd interpretari aliquid in meliorem, vel deteriorem partem stat dupliciter.
Quæst. V.

QVAERETVR cum in iudicijs istis sint interdum multa dubia vtpote quando sunt signa leuia, quæ non concludunt sufficienter aliquem esse malum, an omnia talia dubia sint semper interpretanda in meliorem partem.

Aliqui dicunt, quòd non, quia iudicium debet esse de eis, quę vt in plurimum accidunt, quia ad ea, quæ rato accidunt leges nō adaptantur. ff. de legi. l. ex his, & l. nam ad ea, & tamen, vt in plurimum accidit, ꝙ homines male agant, quia stultorum infinitus est numerus Ecclesiastes 1. & omnis ętas ab adolescentia sua prona est in malum Genes. octauo: ergo magis iudicandum est dubium in peiorem partem.

Item Augu. dicit, quòd ille pie, & iuste viuit, qui est rerum integer extimator in neutram partem declinando, ille tamen, qui dubia interpretatur in meliorem partem declinat in alteram partem: ergo non est dubium interpretandum in meliorem partem.

Item nemo tenetur diligere proximum plusquā seipsum, & tñ circa seipsum debet hō interpretari dubia in partē deteriorem iuxta illud Iob. 9. verebar oīa opera mea: ergo ea q̄ fuerint dubia circa proximos interpretanda sunt in deteriorem partem. Dicendum est, ꝙ est generale debere dubia interpretari in meliorem partem: & ideo quando dubium est an aliquis sit reus criminis, vel alicuius debiti, magis debet interpretari, quòd non sit reus absoluendo ipsum potius quàm condemnando: etiam si essent æqualia signa ad absoluendum, & condemnandum extra de si. instru. cap. inter dilectos in fi. & de proba. cap. ex literis nisi in casibus ibi notatis, & istud est in iudicio contentioso, idem autem est in iudicio quo quis proximum iudicat in corde suo, quia tunc omnia dubia debet in meliorem partem interpretari, vt dicit Augu. lib. de sermo. Domini, & Beda, & extra de reg. iur. cap. estote. f. hoc loco nihil aliquid vobis præcipi extimo, nisi vt ea facta, quæ dubium est, quo animo fiāt in meliorem partem interpretemur, sic ēt dicit Glo. Ad Rom. 14. & hoc rationabile est, quia aliàs faceret quis proximo iniuriam sine causa: nam quilibet credendo est bonus nisi probetur contrarium de præsumpti. c. vlt. probatio autem non fit ex præsumptione leuissima: ideo ꝙ ex leui signo quis firmiter teneat proximum suum malum esse, est facere ei iniuriam, quia contemnitur, & creditur non esse bonus etiam nondum probato contrario: ideo ea quæ dubia sunt, vel omnino relinquenda sunt, vt dubia, ita ꝙ nihil de illis iudicemus, vel si iudicauerimus debemus iudicare ea bona esse aut saltem, ꝙ signa illa, quæ nos mouent ad malum non sunt sufficientia ad probandum malum quod suspicamur. melius tñ est, ꝙ abstineamus a iudicando proximos in rebus dubijs sic dicit Aug. lib. de sermo. Dñi. s. duo sunt in quibus temerarium iudicium cauere debemus. s. cum incertum est quo animo quid factum sit, vel cum incertum est qualis futurus est, qui nunc, vel bonus, vel malus apparet. Primū est pp ea, quæ in præsenti sunt, quia errare possumus iudicando aliquem esse nunc bonum, vel malum, quia potent esse, ꝙ sit nunc contrarium eius quod credimus, cum nesciamus quo animo res fiant. Secundum est propter futurum, quia licet nunc credamus aliquem esse bonum, vel malum quod nunc euidenter non constat, apparebit forte post paucum tempus determinate illum esse alterum quàm nos credimus, & ita periclitatur auctoritas nostra: ideo nō est bonum in dubijs præcipitare iudicium. Apostolus quoque hortatur istud 1. Cor. 4. s. nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat Dñs, qui illuminabit ab- D scondita tenebrarū, & manifestabit consilia cordiū. s. omne iudicium circa dubia, quod fit nunc fit ante tē pus, quia dubia non sunt nunc nota, veniet aūt Deus. s. die iudicij, & reuelabit oīa abscondita nostra quantumcunque in tenebris facta sint, & etiam si in solo corde considerata fuerint, & tunc oēs cognoscent, & poterunt iudicare de quolibet homine quid bona intentione, & quid mala egit. nunc vero non est tēpus iudicandi, quia nondum ista reuelata sunt, & loquitur ibi Apostolus de iudicio quo quis iudicat proximū in corde suo cum dicit mihi autem pro minimo est, vt a vobis iudicer, vel ab humana die, idest, ego non curo, quòd vos, vel aliquis homo E hoc tempore iudicet me, quia istud iudicium nihil est cum quotidie fallatur, sed illud erit verum iudiciū quod fiet quando Deus reuelabit abscondita tenebrarum.

Ad primum dicendum, quòd pluries accidit ab hominibus malum fieri quàm bonum, & potest contingere, quòd ille, qui interpretatur dubia in meliorem partem frequentius fallatur, sed melius est, quòd quis frequentius fallatur habens bonam opinionē de aliquo malo homine quàm quòd interpretans dubia in deteriorem partem frequentius verum dicat, aliquando tamen fallatur. s. habens malam opinionem de bono viro, quia habendo opinionem bonā de malo viro nulli fit iniuria, nec est cōtra

charitatem

F charitatem quando hoc fit propter dubium habendo tamen opinionem malam de bono viro iniuria fit ipsi: ideo melius est in bonum quàm in malum dubia interpretari.

Ad secundum dicendum, quòd aliter debemus interpretari dubia iudicando de rebus, & aliter iudicando de hominibus in iudicio. n. quo de rebus iudicamus. s. an hoc, vel illud sit verum non attenditur bonum, vel malū ex parte ipsius rei de qua iudicamus, vnde nihil sibi nocet qualitercūque de ea iudicem⁹, sed attenditur ibi bonum, vel malum ex parte iudicātis solum bonum. s. si vere iudicet, malum autem si falsè iudicet, quia verum est bonum intellectus, & falsum est malum eius 6. Ethico. & ideo in iudicio de rebus non oportet alicui fauere ad hoc, ꝙ dubia in G meliorem partem interpretemur, sed quilibet debet conari ad hoc, quòd iudicet de rebus secūdum quod sunt, & non est magis interpretandum ibi dubium in bonum quàm in malum, immo nec potest interpretari cum iudicando de rebus non attendamus aliquod bonum, vel malum ipsarum rerum, sed solum intellectus nostri: in iudicio autem quo iudicamus de hominibus præcipue attenditur bonum, & malum ex parte eius de quo iudicamus, qui ex hoc honorabilis habetur, ꝙ iudicatur bonus, & habetur contemptibilis, ꝙ iudicatur malus: ideo cum in hoc iudicio de bono, & malo illius agam⁹ principaliter, & bona sint fauorabiliora, & sint amplianda, mala autem sunt restringenda cap. odia. de reg. iu. lib. 6. debet iudicari in H dubio potius aliquis esse bonus quàm malus, quia magis debemus niti ad bonum quàm ad malum nisi appareat ratio manifesta in contrarium, quia tunc non possumus iudicare bonum, si quis autem taliter iudicando erret non propter hoc est malus, quia iudiciū de particularibus contingentibus non perficit directe intellectum, sed magis volūtatem, quæ illa debet eligere, & quia illa est de bono, potius debemus inclinari ad iudicandum bonum in casu dubio.

Ad tertium dicendum, quòd interpretari aliquid in meliorem, vel deteriorem partem stat dupliciter. Vno modo ex quadam suppositione. s. quando quis vult remedium apponere aliquibus malis, quæ timētur, quia tunc debet interpretari id quod deterius po- I test accidere ad hoc, quòd remedium firmius apponatur: nam si interpretaremur in meliorem partem. s. paruum esse periculum, prouideremus de paruo remedio, & posset accidere malum grauius de quo nō fuerat iudicatum: ideo melius est in dubijs ad ponendum remedium interpretari deteriora, & istud generale est, siue velimus in rebus proprijs, siue in alienis contra pericula prouidere. Alio modo interpretamur aliquid bonum, vel malum. s. diffiniendo illud sic esse, quando non est talis res contra quam non oportet remedium quęrere, & tunc vel erit iudiciū de rebus, vel de persona, si de rebus non oportet immo non potest interpretari in bonum, vel in malum, sed debet conari iudicans ad hoc, quòd verum iudi- K cet. Si autem sit iudicium de personis debemus interpretari in meliorem partem, vt supra ostensum est.

Quid autem vides. Hic ostendit Christus, quòd proximus non est temerarie arguendus, hoc autem contingit qñ quis in peccato existens arguit alium de aliquo pctō æquali, vel minori, quia hoc regulariter est illicitum: ideo dicitur. *Quid vides festucam in oculo fratris tui*. Idest, qūo potes videre. vocatur festuca peccatum paruum in comparatione ad trabem, quæ signat peccatum magnum, vt si quis habeat odium fraternū, ꝙ est graue peccatum, & fratrem suum arguat de leui ira, quæ est in comparatione odij paruum peccatum, sic dicit Hiero. super Mat. de his loquitur, qui cum F mortali crimine detineantur obnoxij minora peccata non concedunt fratribus, idest, non permittunt inaccusata, vt si forte ille in ira peccauerit, tu autē odio eum reprehendas: quantum autem inter festucam, & trabem tantum inter iram distat, & odium, odium quippe ira inueterata est, fieri autem potest, vt si irascaris homini velis eum corrigi, non autem si eum oderis. s. quia ille, qui alterum odit nullum bonum ei vult, & tamen correctio bonum quoddam est.

Et trabem in oculo tuo non vides. Idest, peccatum magnum quod trabes significat, & est metaphora, quia sicut festuca, & trabes differunt magnitudine, & paruitate, grauitate, & leuitate, ita & peccata, quia quędā sunt grauia alia leuia grauia sunt, quę cum magna G difficultate expiati possunt, & de illis satisfieri. Leuia autem dicuntur illa, quæ possunt faciliter expiari, vt dicit Aug. in Enchiri. & super Epistolam ad Corin. & 25. distin. §. criminis ista sunt, quæ vocamus venialia, idest, digna venia, vel remissione, etiam dicuntur quotidiana, quia quotidie, idest, frequentissime ista homo committit, licet interdum peccata mortalia, quę sunt parua comparata ad alia mortalia magna dicuntur quotidiana, vel leuia, vt dicit Magister 4. Senten. distin. 14. talem modum comparandi ponit Apostolus 1. Corin. 3. dicens peccata quædam esse, vt fœnum alia vt stipulam, alia vt lignum. s. quòd sicut differunt ista in maiori, & minori facilitate cremationis, ita & peccata differunt, quia quædam tam in hoc sęculo H quàm in futuro facilius expiabuntur quam alia, & ita Christus fecit duas differentias peccati hic per trabē, & festucam. s. magnum. & paruum peccatum, aliqui intelligunt per festucam solum veniale per trabem autem mortalia, sed non est verum, quia quomodocunque quis arguat proximum sinim de minori peccato quàm sit illud, in quo ipse est, habet locū ista litera contra eum: ideo quodlibet peccatum magnum vocatur trabes, & quodlibet minus illo inquantum comparatur ad ipsum vocatur festuca. Et dicitur in oculo fratris tui non quidem, quòd trabes possit esse in oculo, sed ad significandum periculum quod sequitur homini existenti in peccato: nam si quis festucam, vel trabem in manu, vel pede aut alia parte cor- I poris habeat non est manifestum periculum. In oculo autem est grauissimum periculum, quia nihil est extraneum quantumcunque paruum sit, si sit durum quod non noceat oculo. si sit in eo, vel appropinquet ei possitque ipsum in totum destruere, ita est de peccato respectu eius, in quo est, scilicet, conscientiæ nostræ, quia destruit eam. Alia etiam ratio est, quia Christus voluit ostendere, ꝙ q̄ est in vno peccato graui non potest alterum arguere, scilicet, quia impeditus est rationabiliter vt non possit, sicut ille qui vult aliquid facere, & non videt illud, non poterit facere quidquam, ita est si quis in oculo habeat impedimentum nihil videt, & sic nihil potest facere, & quanto fuerit res posita in oculo maior magis impediet vi- K sum: ideo dixit, quòd trabem habet in oculo hypocrita, scilicet, magnum impedimentum ita, vt non possit iuste videre peccatum proximi ad arguendum illud.

Que sūt peccata grauia, q̄ vero leuia.

Proximus autem dicitur habere festucam pp duo. Primo ad significandū, ꝙ minus est impeditus oculus eius, & iō melius ipse potest arguere hypocritam q̄ argui ab eo. Secundo, quia mirabile est qūo habens trabem in oculo possit videre festucam in oculo alterius cum minor sit res visibilis quàm impedimentum visus, & sic innuitur, quòd nullo modo videre potest, idest, non potest videre ad arguendum iuste quandiu trabem in oculo habet, & si arguit iniuste facit. *Aut quomodo dicis fratri tuo*. Idest, qūo poteris dicere

quasi

quasi dicat, non poteris, quia non videbis cum habeas trabem in oculo, & dicitur fratri tuo, quia homines sunt fratres inter se: sic enim Christus vocari instituit infra 23. omnes vos fratres estis, & patrem nolite vocare vobis super terram.

Sine eijciam festucam de oculo tuo. Idest, permitte, quod eijciam festucam, in quo innuitur, quòd ille, qui alterum arguit de peccato rectè aufert peccatum de cõscientia eius, sic dicitur infra 18. si peccauerit frater tuus corripe ipsum &c. quòd si te audierit lucratus eris fratrem tuum. *Et ecce trabes est in oculo tuo.* Idest, tu habes trabem in oculo, & dicis, quòd vis festucam eijcere de oculo alterius, & impossibile est, quia non
B
videbis eam. *Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo.* Taliter arguẽtem proximos vocat hypocritam, quia quòd quis in grauibus peccatis existens velit proximum de minoribus arguere fit, vt communiter ex inani gloria, vt ostendat quis se esse bonum, & bonitatis zelatorem, & hoc est esse hypocritam, cum velit videri bonus, & non est, vel vocatur hypocrita ad vituperandum eum, vt ostendatur magnitudo peccati, sic dicit Chrysosto. quòd vbicunque vult Christus ostendere aliquod peccatum magnum a contumelia incipit. iuxta illud serue nequam omne debitum dimisi tibi &c. & ideo dicit hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo. s. quilibet videt, & cognoscit
C
melius, quæ sunt in ipso quàm aliquis alius, quia nemo scit, quæ sunt hominis nisi spiritus hominis, qui in eo est. 1. Corint. 2. & quilibet seipsum magis diligit quàm alium, & ita rationabilius poterit eijcere peccatum magnum de conscientia sua quàm peccatum paruum de aliena.

Et tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Idest, tunc videre poteris ablato impedimento, idest, trabe de oculo tuo, in quo innuitur, quòd peccatores non sunt interdicendi corrigere proximos, sed quòd quandiu sunt in peccatis non possunt bene illos corrigere.

An peccat ille, qui existens in peccato arguit alterum de peccato. cum accusare vitia officium est bonorum. tamen qui sibi non prodest in grauibus, & alteri prodest in minoribus peccatis, peccat dupliciter.
D
Quæst. VI.

QVAERETVR an peccat ille, qui existens in peccato arguit alterum de peccato.

Dicendum, quod aut iste arguens vult arguere proximum ex superbia, vel inuidia, aut alio iniusto zelo, vel ex bono desiderio. Si primo modo est illicitum, quia tales non quærunt proximi vtilitatem, sed superbiunt ex comparatione peccatorũ eorum, quasi ipsi nihil egerint, & tunc non prodest eis arguere, sed peccãt, quia superbię actum exercẽt, & ad finem superbię, sic dicit Augu. lib. de sermo. Domini, temere iudicant de incertis, & facile reprehen-
E
dunt, qui magis amant vituperare, & damnare quàm emendare atque corrigere, quod vitium, vel superbia est, vel inuidentia: sic etiam siquis ex solo desiderio inanis gloriæ, vt bonus videatur, alium arguit peccat si ipse in peccato est, & cõtra tales Christus hic loquitur specialiter, scilicet, hypocrita eijce primum trabem de oculo, scilicet, si bono desiderio, & ex charitate proximũ de peccato argueres magis teipsum argueres, & tamen non facis: ergo ex desiderio humanæ gloriæ arguis, sic dicit Chrysosto. super Matthæum, vis non alios sanare, sed per bonam doctrinã malos actus celare, & scientiæ laudem ab hominibus quærere, & non ædificationem mercedis a Deo, & sic est hypocrita. tales autem iniuste nolunt alios ar-
A
guere, quia istud est solum officium bonorum, quòd mali sibi vsurpare non debent, sic dicit Augustinus lib. de sermo. Domini, accusare enim vitia officium est bonorum, quia cum mali faciunt alienas partes agunt, sicut hypocritę, qui tegunt quod sunt, & ostendunt id quod non sunt.

Si autem bono zelo quis proximũ arguat dico autem bono zelo non quidem ex charitate, quia illam nõ habet, qui in mortali existens alium vult arguere, sed ex desiderio quodam boni proximi, quia etiam existens in mortali potest desiderare vitam æternam proximo, & velle, quòd recedat de peccato, & hac in-
B
tentione poterit velle arguere ipsum, & tunc dicendum, quòd aut peccata istius arguentis sunt notoria aut non, si primo modo non licet ei arguere proximum, quia licet posset moueri bono zelo, tamẽ istud opus in seipso ad præsumptionem pertinet, scilicet, quod qui sibi non prodest in grauibus peccatis velit prodesse alteri in minoribus eum liberando. Et peccat iste dupliciter, scilicet, peccato præsumptionis, quia assumit officium quod sibi nullo modo competit, & peccato scandali, quia scandalizat proximos, qui cognoscunt peccata ipsius esse maiora quàm illa de quibus alium arguit: si autem non sint peccata notoria aut aliquo modo publica, debet de peccatis suis iste secretè pęnitere, & tunc poterit licite proximum ar-
C
guere, si tamen arguat eum antequam pęniteat peccat vitio præsumptionis, quia aliena corrigere vult non correctus suis, non tamen peccato scandali cum peccata sua nõ sint manifesta, & hoc Christus innuit cum dicit eijce primum trabem de oculo tuo, & tũc videbis eijcere festucam de oculo fratris, si tamẽ peccata alicuius fuerint notoria, sicut non licet ei manẽti in illis proximum arguere, ita nec postquam pęnituit licebit ei arguere proximum, quia licet tunc non sit peccatum præsumptionis cum sit iste vere correctus, & ex charitate agat, est tamen peccatum scandali, quia constat proximis de peccatis istius, & non de emendatione, vel pęnitentia: ideo oportet, quòd sicut fuerunt peccata istius publica, ita aliquanto tempore omnibus scientibus a peccatis abstineat, &
D
cum iam poterit esse creditum publicè, quòd iste est emendatus licebit ei proximum arguere. Hæc autem vera sunt de correctione fraterna, vel Euangelica, quæ non fit ex iurisdictione, sed ex charitate, secus autem de iudiciali negocio, quia iudici etiam si sit in peccatis quantumcunque grauibus quandiu iudex est, licet ei corrigere, & punire quoscunque peccantes in similibus, vel minoribus peccatis, immo tenetur hoc facere, & licet ipse peccet in talibus peccatis publice manendo, quia per hoc alios scandalizat, minus tamen malum est, quòd manendo in illis puniat delinquentes in similibus quàm quòd ipse manere velit in suis, & aliena propter sua impunita relinquere, quia tunc dupliciter peccat, scilicet, proximos per peccata sua scandalizando, & illud ad quod tenetur
E
ex officio omittendo.

Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & canes conuersi dirumpant vos. 12. q. 6. in princ. 11. q. 3. c. nolite.

Nolite sanctum. Hic regulat Christus affectum hominis ad proximum respectu boni conferendi, scilicet, quòd bona spiritualia, & diuina nõ dentur oĩbus hominibus, & dependet ex præcedentibus, quia cum supra diceretur de non iudicando innuebatur, quòd

nulli

nulli proximo facere malum debemus saltem leuiter opinando malum de ipso in corde nostro, ex quo putaret quis quòd etiam bona generaliter erant danda omnibus hominibus, & dicitur, quòd nō, scilicet, nolite sanctum dare canibus.

Chrysosto. aliter continuat dicens intulerat superius Dominus diligere inimicos, & benefacere eis: ne ergo cogitarent Sacerdotes etiam quæ Dei sunt eis cōicare talem extimationem compescuit dicens. *Nolite sanctum dare canibus.* Ac si dicat mandaui vobis diligere inimicos, & benefacere eis de vestris corporalibus bonis, non tamen indifferenter de meis spiritualibus, quoniam in natura nobiscum communes sunt, & nō in fide. Deus autem beneficia carnalia dignis, & indignis similiter præstat, non autem gratias spirituales.

Nec mittatis margaritas vestras ante porcos. Eadem sententia esse potest. i. ꝙ canes, & porci accipiantur pro eisdem, & margaritæ, & sanctum pro eodem, & erit sensus, ꝙ secreta sacræ scripturæ, & res diuinas non debemus communicare hominibus carnalibus, qui sola voluptate sęculi fruuntur, quia isti sunt, sicut porci, & vilescerent in conspectu eorum omnia, quæ dicerētur, etiam si sunt dicenda infidelibus, & contentiosis, qui non bene credunt, sed magis habent animū resistendi, & impugnandi ea, quæ dicuntur, talibus autem mysteria sacræ scripturę declarare esset reddere eam infirmiorem, quia magis tunc posset sibi resisti quàm cum ignoraretur, & isti proprie vocantur canes, quia canes sunt iracundi, & litigiosi multum latrantes, & faciliter, & indiscrete ad iram conciliabiles 7. Ethic. cap. 8. & tales sunt illi, qui sunt faciles ad resistendum, & impugnandum fidem, vel mysteria scripturę, talibus autem illa declarare peccatum est. Vel potest intelligi, quòd sanctum dicatur ipsum quod habet sanctitatem, vel causat illam, sicut sunt sacramēta, quæ nos sanctificant, canes sint infideles, vel hęretici, qui sunt litigiosi contra fidem, & istis non sunt dāda sacramenta: quandiu enim quis infidelis esse vult peccatum est dare sibi aliquod sacramentum etiam si petat: immo etiam siquis diceret ego nolo credere, sed manere in Gentilitate, & tamen volo recipere baptismum non esset ei dandus. margaritę autem sunt secreta scripturę, & porci sunt homines carnales quibus non sunt mysteria ista reuelāda: est enim grauius esse canem quàm porcum: canibus enim idest, infidelibus nec est dandum sanctum nec etiam margaritæ, quia ea, quę prohibentur dari malis Christianis, a fortiori prohibebuntur dari infidelibus, quia omnis infidelis est carnalis, idest, bona sęculi appetens. Nam appetere bona futura ex sola recta fide prouenit quam infidelis non habet, nihil ergo infidelibus dabitur, scilicet nec sanctum nec margaritę, fidelibus autem, qui sunt porci, idest, carnales prohibetur margaritas dari, sed non sanctum, quia sacramenta danda sunt cuicunque fideli. De hoc dicit Augustin. lib. de sermone Domini, sanctum est quod corrumpere nephas est, cuius sceleris voluntas rea tenetur quamuis illud incorruptibile maneat, & intelligitur de sacramentis, quæ corrumpere, idest, indigne illis vti nephas est, & tamen licet quis conetur polluere sacramenta ipsa in se non polluuntur, quia quæ sancta sunt contaminari non possunt, mens autem hominis rea efficitur quasi sacramenta verè pollueret, margaritę autem sunt quæcunque spiritualia magni extimanda sunt, idest, spiritualia, quæ sunt habenda in magno honore, sicut sunt secreta sacrę scripturę margaritę dicuntur propter precij magnitudinem, & pulchritudinem sic Chryso. dicit sanctum est, sicut baptismus, & gratia corporis Christi, & huiusmodi mysteria tantæ veritatis margaritę sunt, quia sicut margaritæ inclusę conchleis positę sunt in profundum maris, sic mysteria diuina verbis inclusa posita sunt in altitudine sensus sacrę scripturę, vel potest intelligi, quòd margaritæ, & sanctum pro eadem re accipiantur, sed diuersa ratione, ita quòd vtrunque sit ipsum secretum sacrę Scripturæ, sed sanctum dicitur, quia non debet contaminari: margarita autem, quia non debet contemni, ita etiam mali homines sunt simul canes, & porci, canes quidem, quia litigiosi, porci autem quia immundi, vt ait Augustinus libro de sermone Domini, melior tamen sensus est, quòd sint distincta, vt supra diximus.

Res diuinas nō debemus cōicare omnibus carnalibus.

F

Ne forte conculcent eas pedibus. Idest, vt non conculcent, & non significat hic forte aliquod dubium, quia

G certum est, quòd si margaritæ inter porcos ponantur conculcabunt eas, quia comedere non poterunt: sic accipitur supra quinto ne forte tradat te aduersarius iudici, & tamen certum est, quòd auersarius iudici traderet eum cum quo contendebat, vt ibi ostensum est. homines carnales conculcant margaritas, idest, mysteria diuina eis proposita, quia illa contemnunt: sic dicit Augusti. calcari dicitur quidquid contemnitur Glo. dicit, quòd ponitur ne forte, quia possunt resipiscere, & non conculcare margaritas, melius tamen dicitur, quòd forte non importet aliquod dubium, quia aliàs significaretur, quòd verisimilius erat, quòd non conculcarent eas, & tamen forte conculcarent, quia ita intelligitur omnis oratio, in qua ponitur di-

H ctio dubitatiua, hic tamen magis certum est, quòd conculcarent eas quàm econtrario: ideo non debet poni, vt dictio dubitatiua, sed sicut supra diximus.

Et conuersi disrumpant vos. Idest, conuertantur contra vos, & lacerent corpora vestra. Est sensus siquis ponat margaritas ante porcos putabunt eas esse cibos suos quos comedere consueuerūt, & cum inuenerint esse lapides durissimos conuersi in iram conculcabunt pedibus, quòd comedere non potuerunt, & exardescent contra eos, qui apposuerunt eis margaritas, & lacerabunt ipsos. sic est de carnalibus hominibus, quia siquis dicat eis mysteria scripturæ, & res diuinas, putabunt ipsi, quòd sunt aliquæ fabulæ iocosæ ad gaudendum carnaliter, & cum nullum saporem in eis inuenerint, quia non sunt cibi eorum ira-

I scentur contra dicentes ista, quòd voluerint eos a voluptatibus suis distrahere, & aduersabuntur eis tanquam contrarijs operum suorum, & dicent illos esse hypocritas, & inuentores nouarum doctrinarum, sic dicit Chrysostomus, porci non solum carnalibus actibus margaritas conculcant, sed etiam post modicum conuersi per inobedientiam rumpūt præbitores earum: frequenter etiam scandalizati calumniantur eos quasi dogmatum nouorum seminatores. Potest etiam intelligi referendo ad canes, quòd siquis apposuerit eis sanctum conuersi disrumpent eum, idest, apponentem, quia apposuit rem non conuenientem, vel resistent ei argu-

K mentis aut importuno clamore negantes veritatem Scripturę, sic etiam dicit Chrysostomus, canes conculcantes sancta sordidis actibus rumpunt disputationibus suis prædicatorem veritatis.

Aliter potest intelligi de infidelibus, qui se fingunt humiles, vt dicantur eis secreta Scripturæ, deinde cum didicerint conuertuntur, idest, redeunt ad iniquitatem suam, & detrahunt impugnando ea, quæ audierunt, vt dicit Chrysostomus in quadam Homilia.

An

An licitum sit infidelibus dare sacramenta. Et quòd Baptismus est ianua omnium sacramentorum, & fundamentum. Et quæ pœnitentia requiratur infideli suscepturo baptismum.
Quæst. VII.

QVAERETVR circa prædicta an licitum sit canibus, idest infidelibus dare sanctum, idest sacramenta aliqua.

Dicendum, quòd aut quæritur de sacramento baptismi aut de alijs, si de alijs dicendum, quòd non sunt danda eis quousque fuerint effecti fideles, & baptismum susceperint: nam non proficiunt sacramenta alia, nisi existenti in fide, & præsupposita fide, qui autem baptismum suscipere non vult non habet fidem, cum Saluator dicat, quòd qui non fuerit baptizatus condemnabitur Marc. 16. & non solum non prodessent sacramenta taliter percepta, immo vere non poterant suscipi, licet exteriores cęremoniæ sacramentorum fierent, quia characteres sacramentorum præsupponunt characterem baptismalem, vnde ille, qui per ignorantiam cum non esset baptizatus, & crederet se baptizatum fecit se promoueri vsque ad presbyteratum, non suscepit ordinem aliquem, sed iubetur baptizari, & de nouo ordinari. extra de presbytero non bap. c. siquis & ca. veniens, a fortiori ergo qui neglecto baptismo, & non suscepto vult alia sacramenta recipere, non poterit recipere in eis sacramentum nec rem sacramenti, quia omisit baptismũ, qui est ianua omnium sacramentorum, & fundamentum eorum, vt in allegato cap. veniens, & ob hoc Augu. & doct. communiter vocant baptismum sacramentũ fidei, & non aliquod aliud, licet omnia sint sacramenta fidelium, & hoc, quia per solum baptismum fides inchoatur, quod apparet, quia petenti baptismum fides proponitur, & ibi se credere profitetur quod in nullo alio sacramento fit: non ergo debet dari sacramentum aliquod, si ante susceptum baptismum illud petierit.

Sed obijcietur, quòd prius infideli sit dandum sacramentum pęnitentię quàm baptismi, quia dicit Augu. lib. de pęnitentia omnis, qui iam suæ voluntatis arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramentũ fidelium, nisi pęniteat eum veteris vitę nouam non potest inchoare, ab hac pęnitentia cum baptizantur soli paruuli immunes sunt.

Dicendum, quod in omnibus adultis requiritur pęnitentia antequam baptismum suscipiant non quidẽ pęnitentia, quæ est sacramentum, sed pęnitentia, quæ est virtus cuius actus est detestari peccatum, idest, displicere sibi de illo. non tamen requiritur, quòd infidelis peccata commissa confiteatur Sacerdoti ante baptismum, & quod absoluatur de illis immo etiam si ipse velit non debet hoc permitti, quia esset mutare naturam sacramentorum, & confessio ista nihil valeret, & etiã Sacerdos absoluere nõ posset de aliquo peccato, quia claues sacramentales solum habent exercitium super fideles: infidelis igitur, qui baptizari vult, doleat de peccatis suis, idest, quòd tanto tempore manserit in infidelitate, & etiam de alijs peccatis, & iste dolor erit solum in corde nec requiritur aliquid alterum, & istud est pęnitentia requisita ante baptismum ad inchoandum nouam vitam. & dixi nihil alterum requiri, scilicet, non satisfactionem, sicut in pęnitentia sacramentali, quia baptismus delet omnia delicta, scilicet, tam quantum ad maculam quàm etiam ad totum reatum pęnæ, & hoc verum est de delictis contra Deum. Secus de commissis contra proximum, siue sit iniuria illata, siue damnũ datum: tenetur enim semper satisfacere. Si autẽ petat infidelis baptismũ,

A aut vult per hoc credere, aut manere in Gentilitate: si credere vult dandus est, quia iam non est canis cum infidelitatem deposuerit. Si autem velit baptizari, & non credere vtpote, quia per baptismum putat se posse consequi aliquam vtilitatem temporalem, vel sanitatem corporis, vt dicitur 4. Sen. distin. 6. vel alia similia, vt quia putat hoc proficere ad cęremonias magicas, non est sibi vllo modo dandum, quia implicat cõtradictionem, qui baptismum petit, & fidem tenere non vult, cum ipsa forma baptismi sit quædam professio fidei, scilicet, Trinitatis, & a baptizando debeat peti necessario an credere velit: iste ergo qui adhuc canis est, sacramentum recipere non debet.

B *An hominibus carnalibus fidelibus sacramenta sint danda. Et quòd carnalis homo appellatur porcus. Et quòd materia pœnitentiæ est ipsum peccatum. Et quæ sacramenta dicantur necessaria, quæ non.*
Quæst. VIII.

QVAERETVR an porcis, idest, hominibus carnalibus fidelibus tamen sanctum dandum sit, idest, sacramenta.

Dicendum, quòd istud non est hic prohibitum, quia hic solum prohibetur dari sanctum canibus, idest, sacramenta infidelibus, porcis autem, idest, carnalibus prohibetur margaritas apponi, idest, dari vel reuelari secreta sacræ Scripturæ, sed non prohibetur illis dari sanctum. Est tamen distinguendum de sa- C cramentis, quia quædam sunt sacramenta necessitatis simpliciter, & alia non. De primis, vt est baptismus, & de hoc non est locus dubitandi, quia iam præsupponitur istos carnales esse baptizatos cũ sint fideles. Alia sunt sacramenta, quæ sunt necessaria, sed nõ simpliciter, sicut confirmatio, & pęnitentia, Eucharistia, & extrema vnctio.

Confirmatio est necessitatis sacramentum non, quòd per illud conferatur aliquid sine quo non sit aditus ad vitam ęternam: nam iam per baptismum gratia collata est, quæ facit dignum vita ęterna, sed est sacramentum necessitatis, idest, est necessarium quod D non contemnatur, quia si contemnitur non est aditus ad vitam ęternam.

De isto dicendum, quòd omni fideli petenti illud dandum est quantumcunque sit porcus, idest, carnalis, & existens in notorijs, vel manifestis delictis, solũ autem debet admoneri, vt a tali conuersatione resipiscat. sacramentum pęnitentiæ est necessarium, scilicet, supposito quòd quis habeat peccatum, quia si quis omnino sine peccatis maneret, non esset ei pęnitentia necessaria, quia materia pęnitentiæ est ipsum peccatum, nemo tamen est sine peccato prima Io. 1. si dixerimus, quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus: iõ pęnitentia oĩbus est necessaria, & ista nulli quantũcunque pessimo est neganda: immo cõtrario pessimis hoĩbus est magis necessaria, & isti sunt magis inducendi ad eam cum per ipsam mundẽtur, qui E prius erant porci. Sacramentum Eucharistię etiam est necessarium cum Christus dixit, quòd nisi manducaremus carnem suam non haberemus vitam ęternam Io. 6. & Ecclesia statuerit fideles teneri ad recipiendũ saltem semel in anno extra de pęni. & remis. cap. omnis: istud tamen est sacramentum excellentissimum ad quod immundis accedere non licet, quia iudiciũ, idest, condemnationem sibi manducarent prima Corint. 11. in hoc ergo habet locum, quòd sanctum, idest, sacramentum istud sanctissimum non datur porcis, idest, carnalibus. Est tamen distinguendum, quia aut isti carnales sunt in peccato manifesto, quòd possit vocari publicum, aut non, si sunt in notorio, vel publico

etiam

etiam si petant Eucharistiam est eis neganda. Si vero peccata sua non sint publica, sed constet de eis Sacerdoti a quo petunt Eucharistiam aut petunt secrete, aut publice, si secrete debet negari Eucharistia, & exprimi causa, scilicet, quia manent in peccato, si vero publice petant non potest Sacerdos eos prohibere, quia tunc puniret eos publice pro peccato occulto, & tamen debet esse cum dolore. s. quòd propter peccata sua permissus est venire in hanc necessitatem, vt teneatur Eucharistiam dare homini quem scit esse peccatorem.

Sacramentum extremę vnctionis est necessarium, sicut confirmatio. s. vt non contemnatur, quia sine eo suscepto potest esse salus non tamen eo contempto, hoc autem etiam non est dandum porcis, idest, carnalibus: datur enim, solum existenti in limine mortis: si quis ergo morti propinquus de peccatis præteritis pęnitere nollet: etiam si extremam vnctionem peteret non esset ei danda: ita enim se habet extrema vnctio ad pęnitentiam, & Eucharistiam, vel saltem ad pęnitentiam, sicut se habent alia sacramenta ad baptismum: sicut enim nullum sacramentum dandum est, ei qui baptizari non vult, ita nec extrema vnctio est danda eis, qui petere nolunt, maxime quia ipsa est augmentum gratię, & ad remissionem venialium, gratia autem augeri non potest, nisi in eo, qui illam habet, sed gratia non suscipitur de nouo, nisi per baptismum, & pęnitentiā: et venialia non possunt remitti, nisi remittantur mortalia: nihil ergo est, in quo prodesse possit extrema vnctio ei, qui pęnitere non vult: & ideo non est ei danda. s. si publice patet, ꝙ non vult pęnitere, secus autē si diceret se pęnituisse, & de hoc esset dubium, ita ꝙ non constaret publice eum manere in delictis, quia tunc etiam si Sacerdos sciret, ꝙ iste non pęnituerat, teneretur ei dare extremam vnctionem, sicut tenetur ei dare Eucharistiam occulto peccatori petenti illam publice.

Alia duo vltima sacramenta, scilicet, ordo & matrimonium nullius necessitatis sunt, quia nec sunt necessaria directe ad salutem tanquam sine ipsis habitis non sit salus: nec etiam vt non contemnantur, quia si quis proponat nunc illa recipere non peccat propter hoc, vnum tamen eorum est sacramētum dignitatis. s. ordo, quia ordinatus constituitur ad aliquid administrandum, & sic pręcellit omnibus non habentibus illam ministrationem.

Aliud est sacramentum infirmitatis, scilicet, matrimonium quod a Christo principaliter fuit introductum, vt est remedium contra carnis fragilitatem 1. Corin. 7. melius est nubere q̄ vri. i. tentationem pati, & non posse sustinere, & ibidem, vnusquisque vxorem suam habeat propter fornicationem. i. euitandam, de primo istorum. s. sacramento ordinis. Dicendum, ꝙ multis negatur, quia est sacramentum dignitatis, & non debent admitti ad illud, nisi qui digni sunt; ideo qui patiuntur aliquam notam indignitatis, etiam si non sit peccatum non admittuntur ad ordinem sacrum, vt illegitimi, & bigami, & cęteri irregulares, & illi, qui per peccata sua in quibus manent seipsos indignos reddunt quandiu in illis manserint, non sunt admittendi ad ordinem: omnis enim ordo Sacer dignitas est, vt dicit Greg 4. distin. cap. denique in tex. & gl. indignis enī portæ dignitatis patere non debent extra de excessione pręla. cap. inter dilectos, quæ autem sint crimina, quæ repellunt quem ab ordinatione, & quæ conditiones requiruntur in ordinandis ponunt ab Apostolo prima ad Timo. 3. De matrimonio autē cum sit sacramentum datum in remedium infirmitatis, & illa infirmitas sit cōis oībus hoībus, & quantomagis carnales fuerint tanto est in eis maior, non

F debuit prohiberi alicui homini, & ita est, quia nemo prohibetur matrimonium contrahere nisi ipse se ꝓhibuerit. s. votum solemne faciendo de castitate seruanda quod fit per ingressum religionis extra, qui clerici vel vouent cap. rursus, vel ordinem sacrum accipiēdo, quia per hoc etiam votum solemnizatur de vo. & vo. redemp. cap. quòd votum lib. 6. alij autem matrimonium contrahere possunt, licet sint quædam impedimenta non quidem generaliter ad non posse contrahere, sed specialiter ad non contrahendum cū hac, vel cum illa, vt cognatio affinitas disparitas cultus, & sic de alijs de quibus non est propositum dicere, ex his ergo apparet, quæ sacramenta sunt a quibus prohiberi debent porci, idest, carnales, & quæ
G sunt eis danda.

An sit nobis licitum reuelare, & prædicare infidelibus mysteria fidei. Et quomodo in fide res se habent dupliciter. Item quòd regula operandi quam Christus tradidit nihil valet, nisi præsupposita fide. Et quæ sunt, quæ infidelibus non sunt prædicanda. Et quæ primo nuncianda.

Quæst. IX.

QVAERETVR cum dictum sit infidelibus non esse dandum sanctum. i. sacramenta: nec etiā margaritas. i. mysteria sacræ Scripturæ, an licitum sit nobis reuelare infidelibus mysteria fidei, vel aliquid de fide.

H Dicendum, quòd aut istud erit prędicando, aut docendo via doctrinali, & scholastica. Si prędicando dicendum, quòd in fide res habent se dupliciter. Quędam sunt tanquam quidam articuli manifesti, qui ab omnibus, vel a plurimis sciuntur, tā a fidelibus quàm infidelibus, vt Christū fuisse Deū, & hoīem, & ipsum fuisse passum, & surrexisse, & similia: nā hoc, licet non crederetur ab oībus, oēs tamē sciunt, ꝙ Ecclesia hoc tenet: & etiā infideles, qui inter nos cōuersantur istud sciunt. Alia sunt, quæ magis occulta sunt, vt est virtus sacramentorum quid operentur, & quomō, & cęremoniæ ministrationis ipsorum, & alia, quæ latent in sacra Scriptura. De primis dicendum est, ꝙ licet prædicatori ista annunciare infidelibus, quia necesse est,
I quòd fides prædicetur infidelibus, vel saltem ante hoc necessarium fuit, quia Christus iussit prædicari Euangelium omni creaturæ infra 28. & Marc. 16. non enim poterat mundus credere nisi aliquis prædicasset. ad Rom. 10. nunc autem non est tanta necessitas enunciandi fidem infidelibus, quia iam per totum mundum annuncita est, & qui non credunt non omittunt credere quasi quid credendum sit ignorent, sed quia credere nolunt: vtile tamen est fidem annunciare infidelibus si interdum ex hoc verisimiliter fructus aliquis expectatur, alioquin autem frustra est, nec est laudabile rem sacratissimam inutiliter annunciare velle, quando tamen prędicator
K fidem annunciauerit infidelibus potest eis dicere articulos principales fidei, de quibus dictum est, & hoc quia non est possibile fidem proponi nisi illos explicando, cum substantia fidei consistat in illis, possunt etiam proponi omnia, quæ in Euangelio scripta sunt, cum Christus iusserit Euangelium prædicari omni creaturæ, debet tamen esse ordo, quia in Euangelio sunt quædam, quæ pertinent ad fidem, & alia, quę dirigunt operationem: operatio præsupponit fidem, quia regula operandi quam Christus tradidit nihil valet nisi præsupposita fide quam ipse tenendam docuit: & ideo prædicator inutiliter, & inordinate se haberet, si simul proponeret quidquid in Euangelio est, sed prius ea, quę ad fidem pertinent

pertinent

tinent proponenda sunt, quę si fuerint suscepta erudiendi sunt, qui crediderint in eis, quæ ad operationem pertinent, si vero non suscipitur fides, frustra erit aliquid de regula operationum proponere: solā ergo fidem a principio prędicabit, nisi interdum aliqua præcepta Christi de moribus faciant ad confirmationem, vel declarationem fidei, quia tunc introducentur propter fidem.

Sed obiicietur, quòd etiam isti articuli non sint proponendi infidelibus: quia ideo mysteria Scripturę non proponuntur infidelibus, vel carnalibus, vt non scandalizentur. sicut dicitur in litera. ne cōuersi dirūpant vos, idest, scandalizentur contra vos, vt exponit Chrysostomus, & tamen audiendo articulos istos scandalizantur infideles: ergo non sunt ista eis prædicanda.

Dicendum, quòd siquis videret infideles dispositos vniformiter ad non recipiendum doctrinam fidei, sed obstinatos in errore, non deberet eis prædicare fidem, non quidem, vt euitaret scandalum, sed quia est prædicatio inutilis, & inhonestum est rem honorabilem inutiliter exponi, scandalum autem in his nihil obstare potest siquis crederet, quòd aliquis fructus sequeretur ex prædicatione fidei, quia in rebus necessarijs vtilius scandalum nasci permittitur quàm earum veritas relinquatur: sic enim erat de fide Christi a principio, quia omnes Iudęi scandalizabantur audientes prædicare Christum esse Deum, & Gentiles irridebant hominem crucifixum posse esse Deum 1. Corint. 1. nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, & tamen Apostoli nihilominus prædicabant etiam Iudæis vetantibus annunciari quidquam in nomine isto Actuum quarto, & quinto: sic etiam Paulo prædicante Athenis mortuorum resurrectionem Philosophi Epicurei irridebant vocantes eum seminiuerbium, idest, verborum seminatorem. Actuum decimoseptimo, & tamèn ipse prędicare non desistebat, ita nec esset nunc fidei prædicatio dimittenda propter cuiuscunque scandalum si fructus inde securus putaretur, si autem sint talia, quæ non sunt articuli principales, quos oporteat proponi crediturís ex necessitate, non licet infidelibus talia prædicare, vt de Eucharistia, & de virtutibus sacramentorum, & de cęremonijs eorum. Ratio est, quia ista sunt ardua, & infideles non poterunt ea comprehendere: nam Christum fuisse Deum, & fuisse crucifixum, & resurrexisse, licet credere nolint, intelligunt tamen quid significet, & quid Ecclesia in hoc credat: si tamen quis infidelibus voluerit ostendere virtutes sacramētorum, quæ sunt res arduæ, non poterunt intelligere quid fideliter Ecclesia per hoc sentiat. ideo non sunt eis ista proponenda. Secundo, quia quilibet artifex, q intēdit aliquem finem vult deducere ad eū faciliori modo quo potest, alioquin peccatum est per plura facere quod potest fieri per pauciora 8. Topi. fides autem est de rebus difficilibus ad quas non pertingit intellectus noster naturali lumine: & ideo vocantur nō apparentes ad Heb. 11. quanto ergo fuerint plura de fide proposita simul, tāto maiorem difficultatem inducent ad hoc, quòd assentiatur eis: & ideo prædicās quanto pauciora de fide proponere potuerit proponere debet. dico autem quanto pauciora, quia aliqua sunt, quæ sunt de necessitate fidei, vt proponantur. s. ea quæ pertinent ad personam Christi inquantum est Deus, & homo, & fuit causa efficiens redemptionis nostrę per passionem suam, quia ad hoc tota lex ordinatur: & etiam tota fides. s. vt credentes vitam habeamus. Ioan. 20. reliqua autem non sunt de integritate fidei quantum ad hoc, quòd proponi necesse sit,

A sed istis semel creditis faciliter credēt alijs, & si omnia proponantur simul tanta se difficultas offeret intellectui hominis infidelis, quod credere nollet. nam de quolibet faciet specialem difficultatem, cùm tamen si artificialiter proponerentur non fieret difficultas de omnibus per se, quia quidā articuli sunt, qui sunt tanquam principia ad alios quibus creditis necesse est assentire alijs, quia sequuntur ex illis illatione necessaria, hoc autem infidelis, quia adhuc rudis est non videt: & ideo seipsum intricat in tanta rerum difficultate, & præstat sibi causam ad hoc ille, qui inordinate ista prædicat proponendo omnia simul: ideo siquis prædicat fidem Iudæis, proponere debet principales articulos, quia omnes habent probationem quandā ex Prophetis suis, & lege. sicut Christus dixit Io. 5. scru**B**tamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illę sunt quæ testimonium perhibent de me, quod autem aliquis prædicator velit proponere Iudæis aliquid vltra ea, quæ ex libris eorum colligi possunt, inordinate agit, quia ad illa faciliter induci poterunt propter Scripturas suas nisi sit mens eorum omnino obstinata, si tamen alia proponantur, quæ nullo modo videntur habere testimonium ex libris suis non putabunt se habere aliquam causam credendi, vt si proponeretur eis de clauibus sacramētalibus, & de potestate ministrorum ad consecrandum: ideo nullo modo sunt eis ista proponenda quousque crediderint articulos principales fidei prænunciatos in lege sua, quod est credere in Christum, & tūc quidquid **C** eis propositum fuerit credent, tum quia tenebuntur credere propter statum fidei susceptum, tum quia Deus illuminabit corda eorum ad faciliùs assentiendum omnibus credendis: & etiam ad intelligendum postquam ipsi semel sponte subiecerunt intellectum suum in obsequium Christi iuxta illud Isa. 7. nisi credideritis nō intelligetis. Si autem quis prædicet Saraceno, vel Pagano annunciare debet ei solum paucos articulos, qui pertinent ad ostendendum Christum esse Deum, & hominem, scilicet, quòd sit Trinitas personarum vnus Deus, & quòd Christus est vna de illis personis diuinis, & etiam est verus homo, & hoc est, quod pertinet ad personam Christi. Deinde quia Christus non assumpsit carnem, nisi propter re**D**demptionem nostram, & propter hanc est fides, & redemptio fuit per mortem eius, debet annunciari tāquam principalis articulus mors Christi, ista prædicari sufficit, licet de resurrectione simul cum passione dicendum sit. Hoc modo prædicabat Pau. qn̄ incępit prędicare Corinthijs nihil aliud addens prima Cor. 2. ego cum venissem ad vos fratres non me iudicaui scire aliquid inter vos nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. per hoc, quòd dicit Christum Iesum ostendit id quod pertinet ad personam eius. s. esse Deum, & hominem, inquantū dicit crucifixum ostendit mortem eius pro redemptione nostra. postquam autem Corinthij fuerunt aliqualiter instructi in his incępit **E** Apostolus prædicare eis maiora eod. cap. & sequenti. Ratio prędictorum est, quia si duo, vel tres articuli cōcedantur, necesse erit omnes alios concedi. siquis. n. concedat Christum fuisse verum hoīem sciet, ꝙ potuit pro nobis mori, & si concedat eum esse verum Deum, sciet, ꝙ potest nobis dare vitam ęternam, & si concedat, ꝙ mortuus est pro nobis suppositis etiam duobus primis sciet necessario, ꝙ nos redēpti sumus per mortem eius, quia impossibile est Deum aliquid facere voluisse quod facere non potuerit, & factum non fuerit. His suppositis necesse erit concedi cęteros articulos, siue de sacramento Eucharistiæ, siue de generali resurrectione, siue de virtutibus sacramentorum, siue de potestate Ecclesiæ, quia arguetur sic

Christus

Christus dixit hoc, & erat Deus, vt concedis: ergo verum est, si autẽ neges ipsum dixisse ista negabis Codices Euangelicos ex quibus solis apparet ipsum esse Deum, & hominem, & sic oportebit rursus negari principia, quæ concessa sunt, s. ipsum esse Deum, & hominem, vel si nolis ea negare omnes articulos iã diffinitos, & quidquid Ecclesia vniuersalis in futurũ diffinierit, oportebit concedi hoc modo paucis articulis propositis fides prædicabitur sufficienter, & nõ occurret magna difficultas infideli ad credendum, quæ occurreret si omnia simul proponas.

Secunda causa est, quia quando annunciatur fides infidelibus non omnes credunt, sed quidam potius conantur, vt possint fidem subuertere, vel argumentis, aut calumnijs infirmare, quod quidem fieri non potest in cordibus eorum, qui aliquid sapiunt, quia cũ quidquid creditur verum sit, omne verum sit defensabile, non poterit aliquid de fide sufficienter impugnari, quia vero omnia consonant existentia, idest, omnia vera, apud eos tamen, qui pauca nouerunt potest fides infirmari per argumenta infidelium: ideo debet dari quantum minor occasio poterit infidelibus ad impugnandum fidem, hoc autem est, quòd pauca de fide nouerint: non enim potest contra fidẽ arguere, nisi qui nouerit quid fides continet, simile 37. distin. cap. qui de mensa, scilicet, aduersus Mathematicos non põt qs arguere imperitus matheseos, & aduersus Philosophos non potest disputare, qui ignorat dogmata Philosophorum, si autem multa de fide infidelibus prædicata fuerint, erit eis magna facultas impugnandi nos, si autem pauca sciuerint erit illis parua occasio, quanto pauciora ergo poterit prædicator debet eis annunciare, dum tamen fidei integritatem annunciet intelligendo, vt supra.

Tertia causa est, quia si quis velit infidelibus multa de fide proponere, dabit eis occasionem contemnẽdi fidem, quia quædam sunt ad fidem pertinentia, quæ consistunt in solis cęremonijs, sicut sunt sacramenta, quæ cęremoniæ cum ex seipsis nullam virtutem habeant, est difficile infidelibus credere in talib' esse virtutem aliquam, quia nihil credunt ibi fieri, nisi quòd ipsę res per se possunt, proponendo tamen omnia sacramenta, & ritus eorum, qui ad fidem pertinet, nihil proponitur, nisi quædã cęremoniæ quas infideles inutiles putarent, & videretur eis irrationabile esse talia credere, si a principio eis proponerentur ista tanquam aliquid quod est de fidei necessitate. Secus autem est in articulis principalibus, vt esse Christum Deum, & hominem, & fuisse pro nobis mortuum, quia licet ista sint difficilia infideli, tamen non sunt cęremoniæ aliquæ, quæ videantur in se inutiles esse, sed sunt quædam res, quæ si credantur vere esse magnę sunt, non ergo debet prædicator fidei a principio proponere infidelibus sacramenta, licet etiam credi illorum efficaciam sit de necessitate fidei.

Quarta causa est, quia quidam articuli sunt non principaliter necessarij, qui tñ habent maiorem difficultatem ad hoc, q̃ credantur quàm principales articuli, sicut sacramentum Eucharistiæ: licet enim quantum ad recte intelligentem non sit difficilius assentire vni articulo quàm alteri, cum quilibet articulus dicat aliquid supernaturale, quodlibet autem supernaturale est infinitum, quia miracula omnia infinitum sunt, & nõ requiritur maior potestas ad vnum quàm ad alterum, qui ergo concedit vnum articulum credet necessario possibile esse quidquid in alijs dicitur, & tñ quantum ad ea, quæ apparent prima facie intellectui possibiles difficultates sunt in sacramento Eucharistiæ quàm in hoc, quod est Christum esse Deũ

F & hominem, quia hoc saltem intellectus capit, licet assentire nolit, sicut capit hominem habere corpus, & animam, Christum tamen cum tota sua magnitudine esse sub parua hostia, & sub qualibet particula illius, & cum esset Christus vnicus in tota Hostia subito diuisa illa in plurimas partes, quòd in qualibet sit integer, & ita de pluribus alijs difficultatibus videtur fortasse hoc maius credere quàm credere omnes alios articulos, & tamen hoc pertinet ad fidem, si quis ergo volens infidelibus annunciare fidem proponeret difficultates sacramenti Eucharistiæ, & similia, faceret maiorem difficultatem quàm in omnibus articulis principalibus fidei, & sic rarissimi essent, q credere vellent, cum nec intelligere possent quid esset cre-
G dendum.

Si autem quæratur de via doctrinali, & scholastica, an sic infidelibus sacra Scriptura proponenda sit.

Dicendum, quòd non, quia iste modus est ad inquirendũ mysteria Scripturæ, sicut fit in scientia Theologica, quæ ea quæ magis dubia, & obscuriora in Scriptura videntur, tractat, & discutit, ad quæ si infideles accedere permittantur intelligent, quę sunt in fide plenè, & erit eis copiosus locus ad impugnandum, sicut est nobis aduersus eos, cum habeamus sacros libros veteris testamenti quos ipsi habent, & quia interdum in doctrina sacrę Scripturę occurrunt aliqua, quæ sunt infirmiora, idest, magis obscura quàm cętera, ita quòd intellectui etiam creden-
H tium non ita plenè satisfit in illis, sicut in alijs. si autem talia infideles scirent, esset eis magnus locus impugnandi, & nobis saltem infirmis minor locus resistendi. non ergo sunt admittendi infideles sic ad doctrinam Scripturæ, quia essent, vt exploratores, qui infirma terræ considerare venerunt. Genesis quadragesimosecundo, & de istis potest etiam intelligi litera ista propriè, scilicet, ne detur sanctum canibus, & etiam margaritæ, idest, secreta Scripturę, quæ magis via doctrinali aperiuntur quàm prædicando, posset autem interdum consequi bonum admissis aliquibus infidelibus ad doctrinam sacræ Scripturæ, vt in plurimum tamen malum sequeretur, & potius cauenda sunt scandala quàm quærenda
I lucra, quæ non sunt necessaria.

An licitum sit fidelibus docere infideles aliquam scientiam non pertinentem ad sacram Scripturam. Et quomodo consuetudo nostra debet esse cum infidelibus. Et scientiæ, quæ sunt tradendæ infidelibus.

Quæst. X.

QVAERETVR an licitum sit fidelibus docere infideles in aliqua scientia non pertinẽte ad sacram Scripturam.

Dicendum, quòd licet Iudæos, & saracenos, & omnes infideles inquantum sunt inimici nomi-
K nis Christi possemus iuste detestari, & abijcere ab omni conuictu nostro, ex sola tamen misericordia toleramus eos extra de Iudæ. & Saracenis capitul. & si Iudæos: debet tamen conuersatio eorum nobiscum esse talis, quòd non cedat in offensam Dei, aut fidei præiudicium, vt colligitur eodem capitu. quia tunc deberemus eos abijcere, & non solum illos, qui ad nos nihil attinent, sed etiam multum attinentes, vt si conuertatur alter coniugum de infidelitate, potest manere cum altero adhuc infideli, dum tamen non cohabitet sibi in præiudicium Christi, quia tunc matrimonium dissoluetur, scilicet, quia recedit fidelis ab infideli, etiam illo inuito prima Corint. 7. & extra de diuor. capitu. gaudemus,

demus, in omnibus aũt in quibus non est præiudiciũ fidei, nec contra Deum possumus communicare Iudæis, & cæteris infidelibus. si aũt aliqua per ecclesiam vetita fuerint de cõmunicatione fideliũ, & infideliũ in illis non possumus sine Christi contumelia conuersari cũ infidelibus, quia quod ecclesia iubet Christus iubet Lucę 10. qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit. talis conuersatio prohibetur 2. Cor. 6. quæ coniunctio Christi ad Belial, & fidelis ad infidelem? quasi dicat nulla, & hoc intelligitur in eis in quibus contrarij sunt, sicut Chrs est contrarius Belial, & lux tenebris, vt ibi dicitur, in cæteris autem, quę nec ecclesia vetuit, nec recta ratio fugienda suadet licitum est conuersari cum infidelibus. Ex hoc autem potest dici, quòd illæ scientiæ, quæ possunt directe, & immediate prodesse infidelibus ad impugnandum fidem non sunt eis tradendę a fidelibus, & quantum ad hoc nulla pars scientiæ theologicæ, vel pertinentis ad theologiam eis tradi debet, nam sicut seruis non permittitur habere arma in politia Socratis, & Platonis 2. Politia, & Iudæis, qui serui sunt extra de Iudæ, & Sarra. cap. & si Iudæis non debent permitti arma, scilicet scientia sacræ Scripturæ, ista enim sunt propria arma nostra 2. Corin. 10. arma militiæ nostræ nõ sunt carnalia, similiter quoque Iudæi non debent permitti vllo modo dominari Christianis extra de Iudæ, & Sarra. cap. præsenti, & cap. multorum, sed potius debent sic teneri inter nos, vt per effectum operis cognoscant se esse seruos eodem titulo cap. & si Iudæos quædam tamẽ scientiæ sunt, secundũ quas quis constituitur dominus, vel præsidens aliorum, quia administrat aliquid super eos. sic aũt est scientia medicorũ non ergo est licitum, ꝙ infideles a fidelibus istã addiscant ne locus sit eis occasione curandorum morborum illos subiectos habere. Potissime, quia multi infidelium sunt inimici nominis Christiani, & in huius scientiæ exercitio est tutus nocendi locus. Ex hoc etiam patet, ꝙ nõ debeant permitti addiscere iura humana ne postulare sciant, & fideles cogantur esse eorum clientuli, sicut aduocati clientulos habent.

Aliæ sciẽtiæ sunt, quæ directe non sunt ad hoc, ꝙ infideles possint fidelibus præesse, vel in aliquo eis nocere, vt Math. s. Geometria, & Astrologia. Has igitur non videtur inconueniens eis tradi, sicut cæteras, vt siquis fidelium pauper ex doctrina victum acquireret non videretur esse inconueniens, ꝙ etiã infideles in his doceret, melius tñ esset, ꝙ nec etiã in his, nec in aliquibus permitterentur a fidelibus doceri, quia iura volunt, quod infideles viuentes inter Christianos, & maxime Iudæi sentiant se per effectum operis esse seruos, seruis tñ non permittebatur ab antiquo erudiri in his artibus: nam propter hoc vocantũ istę septem artes liberales, idest quia solis liberis hominibus addiscere eas licebat. nõ ergo permittendũ esset infideles in his instrui, sed exerceant manualia, quæ sunt artes seruiles de quibus victũ habere possent hoc tamen in omnibus prouidendum est ne infidelibus permittatur publice titulus, vel auctoritas docendi Christianos, quia ei cui non competit dominari non competit docere patet de muliere primo ad Tim. 2. scilicet mulierem autem docere non pmitto, nec dominari in viro, sed esse in silentio. & sic ista duo, idest docere, & dominari ex eadem ratione prohibuit. infidelibus tamen vetitum est dominari directe, vel indirecte super fideles: nam propter hoc etiã publicos redditus Iudæis, & alijs infidelibus inter Christianos colligere non licet extra de Iudę. & Sarra. cap. ex speciali. docere tamen est maior auctoritas, ideo non debet permitti eis titulus docendi publice. maxime, quia infidelis, qui palam, vel occulte detestatur nomẽ Christianum nihil sine inuidia, & fictione communicabit, quod tamen est contra conditionem doctrinę Sapien. 7. & conabitur si secure poterit errores introducere.

An Christiani teneantur respondere infidelibus de eo, quod ab eis quæsierint. Et quomodo debent catholici caute respondere infidelibus. Et quando, & in quibus licet nobis respondere infidelibus, & in quibus non.

Quæst. XI.

QVAERETVR an Christiani teneantur respondere infidelibus de eo, quod ab eis quęsierint. Differt enim istud dubium a præcedentibus, quia etiã si non liceret docere eos, videtur, quòd propter honorem fidei, & ne videamur succumbere, respondere teneamur.

Aliqui dicunt, quòd tenentur fideles respondere infidelibus, quia 1. Pe. 3. dicitur parati estote ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea fide, & spe, quæ in vobis est. ergo siue fidelis, siue infidelis petat de dubio, tenemur respondere ad hoc, quòd eis satisfaciamus.

Dicendum, quòd aut infideles petent aliqua dubia circa fidem, & sacram Scripturam, aut circa alias scientias. si circa alias scientias non tenemur eis respondere, quia per illas non distinguitur fidelis ab infideli, sed per solam fidem, & sacram Scripturam, vnde nullum est dedecus fidei, etiam si non respondeatur, & Beatus Petrus non obligauit nos ad satisfaciendum de his, sed solũ de fide, & spe quæ in nobis sunt. Si autem quęrat infidelis de aliquo dubio circa fidem, aut quærit a viro simplici, aut a viro docto. Si a simplici debet confiteri ignorantiam suam, scilicet quod non pertinet ad suam professionem de talibus respondere, quia melius est, vt seipsum, sicut est imperitum agnoscat, quã quòd insufficienter in dedecus fidei infideli respondeat, & propter hoc paucis permiserunt iura de fide disputare, & docere illam est de magnis gradibus ecclesiæ extra de hęretici capi. cum ex iniuncto, & ideo laicis prohibetur ibi prædicare, & docere fidem, & facere conuenticula, etiã secreta in quibus doceant, & hoc, quia pręsumitur, quòd ex ignorantia sua introducent errores.

Si autem sit vir doctus a quo quæritur, est quæstio de aliquo superuacuo, aut de re necessaria ad fidem dicitur de superuacuis, vt si peteret infidelis rationem aliquarum cęremoniarum ecclesię, vel causam sacramentorum, aut aliquid secretum in eis: nam istud licet ad fidem pertineat superuacuum tamen est, i. non est via per hoc volentibus habere introitum ad fidem. est autem quæstio necessaria ad fidem, vt si sit dubium circa aliquos principales articulos, vt Christum esse Deum, vel esse hominem, aut mortuum esse, vel surrexisse, & similia, quia sunt præcipua in fide, & si dubitaret infidelis de aliquo istorum non reciperet fidem. Etiam vtilis quæstio est in fide generaliter respectu Iudæorum si dubitent quõ aliquę auctoritates veteris testamenti pertinentes ad Messiam applicentur Christo, si sit quæstio inutilis non est respondendum, sed ostendendũ quare rñderi non debeat, i. ꝙ dicatur infideli istud ad te non pertinet, quia est cęremonia fidelium, & dependet ab ipsa fide. Si autem in fide aliquid dubitas poterit tibi satisfieri, sed in cæremonijs non est satisfaciendum, immo nec potest non præsupposita fide, quia sicut in Mathematicis conclusiones sequentes dependent ex præcedentibus, vt ex principijs, & siquis peteret demonstrari sibi conclusionem certissimam alicuius artis non demonstratis prioribus, peteret rem

impoſſibile, ideo prius de omnibus pręcedentibus
negociandum erat, ita eſt in religione Chriſtiana cę-
remonię pendent ex fide, ſcilicet ex poteſtate eccle-
ſię, vt in plurimum, quę eſt articulus fidei: ſi prius,
ergo non agatur de fide, vel non pręſupponatur eſſe
veram non poterit diſputari de his, & ita erit excuſa-
tio apud infidelem, ſicut dicit Augu.li. de ſermo.do.
de ſupernacuis, & noxijs nihil reſpondendum eſt,
ſed hoc ipſum explicandum cur inquirenti talia non
oporteat reſpondere. Si autem ſit quæſtio vtilis, aut
infidelis ſolus petit, aut coram multitudine fidelium,
vel infidelium, ſi ſolus, & putetur, quòd ſolutio quæ-
ſtionis poterit ei prodeſſe ſoluenda eſt. Si autem cre-
ditur calumniari, vt per ſolutionem addiſcat de quo
poſtea fideles impugnet, non eſt reſpondendum, &
ſic intelligitur litera iſta Margaritas non eſſe mitten-
das porcis ne conuerſi dirumpant nos ſic exponit
Chryſo.ſuper Matthæ. ſcilicet canes conculcantes
ſancta ſordidis actibus & diſputationibus ſuis irūpunt
prædicatorem veritatis, & Chryſo.in homel. etiam
dicit, quòd iſti conuerſi diſtumpunt hominem, quia
a principio fingunt manſuetudinem, vt addiſcant,
deinde cum didicerint detrahant, ſi autem ſit multi-
tudo fidelium pręſens, etiam ſi infidelis non quęrat
bono animo, interdum poteſt ſibi reſponderi, & de-
bet, ſcilicet vt fideles, qui pręſentes ſunt non deſpe-
rent poſſe ſolui quæſtionem illam, quam infidelis
propoſuerit, & ne repntent ex hac parte fidem infir-
mam, ſic dicit Augu.lib. de ſermo.do. qui nouit, quid
reſpondeat debet reſpondere ſaltem propter illos
quibus deſperatio ſubotitur ſi propoſitam quæſtionē
ſolui non poſſe crediderint, & ſicut fit hoc ne fides
infirmetur in cordibus fidelium ſimplicium, ita etiā,
vt non gaudeant infideles, & putent debiliter fun-
datam intentionem noſtram, quæ non poſſit incon-
uenientia obiecta euadere, eſt autem magnus honor
Chriſto, vt de his reſpondeatur, & doctrina fidei ab
eo data glorificetur. 1. Pe. 3. Dominum Chriſtum ſan-
ctificate in cordibus veſtris parati ſemper ad ſatiſſa-
ctionem omni poſcenti vos rationem de ea fide, &
ſpe, quę in nobis eſt, & ſic intuit Beatus Petrus, quòd
nos ſanctificamus, id eſt hónoramus Chriſtum in cor-
dibus noſtris, quando ſatiſſacimus dando rationē
circa fidem, & ſpem. Interdum autem licet nobis nō
reſpondere, vt ſi fideles, qui pręſentes ſunt non ſcan-
dalizantur, etiam ſi non reſpondeatur, ſcilicet ſi intel-
ligunt nequitiam infidelium quærentium, & tamen
ad hoc oportet eſſe duo, ſcilicet quòd illud de quo
quæritur ſit tale in quo reſpondere ſit aliquod præiu-
dicium fidei ſaltem indirecte, ſcilicet quia datur inde
infidelibus magnus locus arguendi, & oriuntur diffi-
ciles quæſtiones, quia talibus dare aditū periculoſum
eſt, præcidere vero illas eſt vtile. Secūdum eſt, quòd
ille, qui reſpondere debet ſit talis, qui poſſit caute ex-
cludere quæſtionem infidelium, ita vt rationabiliter
credant ſe excluſos, vel confuſos, ſic enim Chriſtus
interrogatus interdum faciebat, vt quando Iudæi ac-
ceſſerunt ad Chriſtum quęrentes in qua poteſtate
pręcidicaret, ipſe autem dixit interrogabo vos, & ego
aliam quæſtionem, quam ſi dixeritis mihi, & ego di-
cā vobis in qua poteſtate hoc facio, & dixit baptiſmus
Ioannis, vnde erat de cęlo an ex hominibus infra 21,
& Mar. 11. Iudæi autem non auſi ſunt reſpondere di-
centes neſcimus, & Chriſtus dixit eis, nec ego dico
vobis in qua poteſtate hoc facio. Quæſtio quam fa-
ciebant Iudæi inducebat in ſe difficultatem non qui-
dem, quòd Chriſtus non poſſet ad illam reſponde-
re, ſed quia illud erat reducere ſe ad principium ſcili-
cet oſtendere ſe eſſe Deum, & a Deo miſſum, ad hoc
autem probandum erat tōta prædicatio, & omnia

F opera Chriſti quęcunque fecit, vnde non poterat re-
ſponderi ad hanc quæſtionem in vno verbo ſaltem ſa
tisfaciendo, ita vt Iudęis eſſet cognita veritas, quia ſi
Chriſtus dixiſſet ego facio hęc, quia Deus ſum, vel a
Deo miſſus, ſequeretur vnum de duobus. ſ. ꝙ vel Iu-
dęi ſcandalizarentur, vel non crederēt. Primum erat
certum, quia inſidiabantur, & vt caperent eum in ſer-
mone infra. 22. & Io. 8. nam quando dixit antequam
Abraham fieret ego ſum, voluerunt eū lapidare. eod.
c. a fortiori ſi dixiſſet palam ſe Deum eſſe, ſi autem di
xiſſet ſe a Deo miſſum non crederetur verbo eius, q͠a
omnes operationes ſuæ præcedentes hoc manifeſte
oſtendebant, & credere noluerunt Iudęi, quanto ma-
gis nunc non crederent, ſi ſolum verbo ſimplici aſſe-
G reret ſe a Deo miſſum, ideo non fuit tunc ſibi cōue-
niens reſpondere, ſed ſic cōfundendo Iudęos euade-
re. ita & ſiquis ſit vir peritus poterit caute intricare
quærentem, vt non reſpondendo ad quæſitum exclu
dat eum de propoſito confundendo ipſum, iſtud au-
tem quia non eſt ſemper, nec cuilibet facile reſpon-
dere, bonum erit ſaltem propter aſtantes potiſſime ſi
aliquibus aſtantibus poſſit eſſe fructuoſa ſolutio quę-
ſtionis, ſic. n. Chr̄s ſępe interrogatus a maleuolis, q̄ tē-
tabant eum veritatem reſpondebat, quia præſentes
erant alij quibus reſpōſio proficiebat, vt dicit Aug. li.
de ſermo.do. ſ. ꝙ autem dominus quędā dixiſſe inue-
nitur, quę multi, qui aderant, vel reſiſtēdo, vel contē-
H nendo non receperunt, non putandus eſt ſanctū de-
diſſe canibus, aut margaritas ante porcos miſiſſe, de-
dit enim eis, qui capere poterant, & ſimul aderant
quos propter aliorum immunditiam negligi non
oportebat, & quamuis tentantes ipſum in his, quę eis
reſpondebat contabeſcerēt, alij tamen, qui poterant
capere ex illorum occaſione multa vtiliter audiebāt,
ita ergo, & nobis agendum eſt.

An ſimplicibus, & carnalibus hominibus reſpondendum ſit in quæſtionibus fidei. Vbi aperit quæ ſunt vtiles quæſtiones, & quæ noxiæ, & quæ curioſæ habeantur, item quid de maioribus quæſtionibus.

Quæſt. XII.

I QVAERETVR an ſimplicibus, & carnali-
bus hominibus reſpondendum ſit in quæ-
ſtionibus fidei.

Circa ſimplices dicendum, ꝙ aut ſimpli
ces petunt informari circa fidem, & actiones in eis,
quæ ſibi ſunt neceſſaria, aut in alijs. Si in neceſſarijs
ſemper reſpondendum eſt, vt ſi dubitent circa princi
pales articulos, quia forte illos neſciunt, nam tunc nu
dam veritatem rerum eis dicere tenemur non expli-
cantes vlterius, quia ad illud non ſufficerent capien-
dum. Si aūt petant aliqua non ſibi neceſſaria, vt my-
ſteria aliqua ſacræ ſcripturæ, vel apertionem, & expli-
cationem aliquorum dubiorum ſpeculatiuorum in
fide, non eſt eis reſpondendum, & hoc, quia non in-
K telligerent, iuxta illud legere, & non intelligere negli
gere eſt, & iſtis myſteria ſcripturę, quando ſunt abſcō
dita videntur eſſe magnę reuerentię, quia ignorant il-
la, cum vero fuerint expoſita cōtemnunt illa, ſic di-
cit Chryſoſtomus, myſteria ſcripturæ his qui bonæ
mentis ſunt, & intellectum habent reuelata honeſta
apparent, his autem qui inſenſibiles ſunt, magis vi-
dentur reuerenda cum ignorantur: qđ & ſępe exper-
ti ſumus in quibuſdam, qui nimio deſiderio arde-
bant, vt quædam myſteria ſcripturæ intelligerent, Nota experientiam aucto.
in quibus putabant res latere altiſſimas, quas non-
dum cognitas ſic venerabantur, cum vero illis palam
propoſita fuerunt, quæ latebant, dixerunt quaſi fa-
ſtidientes, credebamus hic maiora latere myſteria,

vnde fuisset longe melius nihil illis fuisse expositum.

Circa carnales, idest homines seculares, qui solis sęculi voluptatibus, & bonis fortunę dediti nullam sacrarum Scripturarum dulcedinē sentiunt. Dicendū ꝙ aut quęrunt aliqua vtilia, aut noxia, aut superuacua, aut se maiora. De primis dicendum, quòd siue in moribus, siue in fide aliquid petat, quod ei possit esse vtile licet nesciamus quo animo illud accepturus sit responderi debet, quia per hoc mundari potest ab immunditijs suis, si tñ isti non quęrant non erunt eis ista ingerenda, quia contēnent illa, sicut interdum quidā bonum habentes desiderium indiscretum tñ carnalibus hominibus res deuotas proponunt, quas illi fastidiunt, & irrident: non sunt ergo eis proponenda, hoc.n. prohibet lr̄a, s. nō mittere Margaritas ante porcos, sic dicit Augu. li. de sermo. do. mysteria veritatis, idest Margaritę non sunt dandę, nisi desiderantibus veritatem, & cum ratione humana viuentibus, si enim porcis eas miseris, idest cęnosę vitę delectatione grauatis, non intelligent preciositatem earum, sed extimant eas similes cęteris fabulis mundialibus, & eas actibus suis carnalibus concludunt.

De secundis dicendum, quòd nunquam est respōdendum, sed proponenda causa quare non respondeatur, vt dicit Aug. li. de sermo. do. tales sunt quæstiones aliquę quas solēt proponere homines curiosi in sęculo, ad quarū manifestā dissolutionē in errores est facile peruenire licet veritas omnibus nota: sit sicut est quęrere de prędestinatione, & pręsciētia Dei: nam & siquis vir plene doctus cām istorū aperire sciret, curiosi tñ in sęculo non possunt peruenire ad intelligentiam eorum, quæ dicuntur, quia hoc pręsupponeret magnam exercitationem in scientia, & ideo cum intelligere non possint manent semper in dubio, & efficiuntur deteriores nescientes quomodo stet Deum pręscire omnia, & non imponere rebus necessitatem sic eueniendi. Similes difficultates solent mouere circa sacramentum eucharistię, hęc autem sunt eis valde noxia, & diabolo instigante procurata, vt ex vno dubio cum intelligere rerum veritatem nequiuerint, in plura dubia, immo in multos errores incidant. Nunquam ergo in his respondēdū est curiosis, qui ista non capiunt, sed exponendū eis plene, ꝙ ad ipsos non pertineat ista quęrere, nec ad intellectum eorum sufficientes esse, vtpote principijs carētes, sicut nec possent instrui de veritate vnius demonstrationis geometricę, vel astrologicę non pręsuppositis omnibus prioribus in illa arte.

De tertijs, scilicet superuacuis dicendum, ꝙ etiam, nec his respondendum est, sunt enim quędam intra fidei ambitum, quæ omnino respectu sęcularium sunt superuacua, vt si quęrerent de potestate ecclesię, & qūo deriuatur potestas successiue ab vno pōtifice in alterum, & vacante sede in quo consistit illa potestas, & qūo de nouo acquiritur in eo, qui pōtifex efficit: oīa.n. hęc penitus superuacua sunt ad hoīes seculares, non sunt tñ noxia, sicut precedentia, quia ēt si in his ignorent non erit periculosus error, sicut circa prędestinationem, vel pręscientiam. causa patet, quia ex prędestinatione, & pręscientia si necessitatē futuris imponant sequit̄, ꝙ nullus debeat conari ad bonū cū omnia necessaria eueniant, & nullus est periculosior error. De quartis, s. maioribus se ēt non est rñdendum ista sunt expositiones articulorū principaliū fidei, vt scilicet qūo se habeat Christū esse simul Deū, & hominē, & ita de similibus, ista.n. non sunt noxia, nec superuacua, & tñ non possunt capi a simplicibus, ideo nec eis proponenda sunt licet bono animo ista petant cum non sufficiant ad ea: sic Christus dixit discipulis. multa vobis habeo dicere, sed non potestis modo

A portare illa Io. 16. sed potius admonendi sunt isti ne petant hęc. Sic Beatus Petrus admonebat nouiter conuersos ad Christum non petere de rebus altissimis 1. Petri 2 sicut modo geniti infantes lac concupiscite, vt in eo crescatis, idest sicut infantes nouiter geniti non appetunt escam, sed lac, quia ad cibum solidum non sufficiunt, ita & vos concupiscite lac, idest sola fidei rudimenta, vt crescatis in eo, idest vt per ista rudimenta perueniatis ad altiorem cognitionem crescendo, sicut de lacte peruenitur in escam, sic etiā Apostolus nouiter conuersis proponebat res planas 1. Cor. 3. s. tanquam paruulis in Christo lac dedi potū vobis non escam, nondum enim poteratis, i. non poteratis capere escā, istud lac vocat ipse articulos fidei simpliciter ꝓpositos, vt patet pauloante illū pręcedē.

B c. s. nō iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Christū Iesum, & hunc crucifixū, & subdit cām ibi, i. sapientiā loquimur inter perfectos, i. ista plana oībus ꝓponēda sunt, res aūt altissimas in fide, quę ad sapientiam pertinēt, solis perfectis, i. instructis proponimus, & cū ab omnibus simplicibus, & curiosis cauendū sit in solutione talium quęstionum, maxime tamen ab illis, qui litigiosi sunt, i. quęrunt ad hoc, ꝙ arguāt, & arguendo glorient̄, vel ꝯtemnāt rīdentes, cū ipsi tñ nō intelligāt quid eis dicat, sic dicit Aug. li. de sermo. do. cauēdū est ne quid aperiat ei q nō capit, melius.n. quęrit, quod clausum est, quā id ꝙ apertum est, aut infestat ꝑ odiū, vt canis, aut negligit ꝑ ꝯtemptū, vt porcus.

C

Petite, & dabitur vobis, quęrite, & inuenietis pulsate, & aperietur vobis. Omnis.n. qui petit accipit, & q quęrit inuenit, & pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo quem si petierit filius suus panem nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? Si ergo cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester, qui in cęlis est

D dabit bona petentibus se? Omnia ergo quęcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hęc est enim lex, & prophetę. Intrate per angustam portā, quia lata porta, & spaciosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui inueniunt eam.

Luc. 11. Ioan. 6. Iac. 1. Tob. 4. Lucæ 6. Lucę 13. i. d in princ. so di. cap. ponderet. 10. q 3 cap. placuit.

Petite, & dabitur. In præcedentibus Christus introduxit euangelicam legem, hic autem ostendit eā esse obseruabilem: ista enim est vna de conditionibus legis, scilicet quòd sit possibile obseruari eam di. 4. c. erit autem. ad obseruationem autem legis istius tria

E faciunt, scilicet imploratio diuini auxilij, conatus liberi arbitrij, euitatio mali consortij. nam sine his tribus non potest quis sufficienter, & faciliter bonum facere, ideo ista tria ponit Christus hic per ordinem. Secunda ibi.

Tria sunt sine quibus nemo pōt sufficienter ac faciliter bonum facere. maxime adimplere legē Christi.

Intrate per angustam. Tertia ibi. *Attendite a falsis*. Prima in duas; quia primo ostenditur quid requirat̄ ad hoc, ꝙ oratio sit exaudibilis ex parte ipsius orationis. Secundo ex parte orantis ibi. *Omnia igitur quæcunque*. Circa primum dicitur. *Petite, & dabitur vobis*. Exponit Chryso. si fueritis clementes ad fratres vestros non iniuste iudicando, nec male arguendo petite precibus die ac nocte orantes, id quod vultis, & dabitur vobis.

Quærite, & inuenietis pulſate. Scilicet ieiunio, & oratione, & eleemoſynis, ſicut qui pulſat oſtium non ſolum voce clamat, ſed etiam manu.

Et aperietur vobis. Ideſt quando feceritis iſta permittetur vobis ingredi, & accipere, quod vultis. Aliter exponit Gregorius, ſcilicet petimus fide, quærimus ſpe, pulſamus charitate: primum peteret debes, vt habeas, poſtea quęrere vt inuenias, inuenta obſeruare, vt introeas. Aliter exponit Remigius, ſcilicet petimus orando, quęrimus recte viuendo, pulſamus perſeuerando. Aug. autem lib. de ſermone domini dicit. Petitio pertinet ad impetrandum animi ſanitatem, vt ea, quę præcipiuntur implere poſſimus. Inquiſitio autem ad inueniendam veritatem, quam cum quis inuenerit, ſcilicet veram viam, perueniet ad poſſeſſionem in qua pulſanti aperietur. Aliter etiam Aug. ibidem dicit, quod licet iſti ſenſus boni ſint longe melius ad inſtantiſſimā petitionē omnia referuntur, ſ. quod iſta tria ſignificent illud, & tñ triplicatur ſententia ad ſignificandū, quod inſtanter orandū eſt. Aliter tñ communius exponit, ſ. quod per hoc ſignificentr̄ cōditiones ipſius orationis, quę ſunt quatuor, vt Greg. dicit, ſ. pie perſeuerāter pro nobis, & quę ad ſalutē ſunt petere. tres autem illarū ſignificantr̄ in his tribus clauſulis, ſ. petite, ſ. pie quęrite, ſ. perſeuerāter, pulſate, ſ. pro vobis, & patet, quia ſubditur, & aperietr̄ vobis. hęc vera ſunt, ſ. quod oratio exigat iſtas conditiones, melius tñ vr̄, ſicut Aug. dixit, quod eadē ſentēna ſit iſtarum triū clauſularū, & patet, quia in fine dr̄ pr̄ veſter, qui in cęlis eſt dabit bona petentibus ſe, & non adiunxit quęrentibus, & pulſantibus, ſi tamen iſtę tres clauſulę referrētur ad diuerſa oporteret concludi expreſſe de omnibus tribus, ſcilicet quod petentibus quærētibus, & pulſantibus Deus bona daret.

Omnis enim, qui petit accipit. Replicat eaſdē ſententias, & cauſas reddit earum, ſcilicet petendū eſt, quia omnis, qui petit accipit: accipere. n. proprie pertinet, quia accipere eſt ab alio capere, & ſic ēt petere ab alio eſt. *Et qui quærit inuenit*. Ideſt omnis, qui quęrit inuenire cōpetit ad quęrere, licet ſit idē petere, & quęrere, vt dictū eſt. *Et pulſanti aperietur*. i. omni pulſanti, quia aperire pertinet ad pulſantē, quia quilibet iſtorū hoc vult, ſ. petēs accipere, & quęrēs inuenire, & pulſans, quod aperiatr̄ ei. *Aut quis ex vobis*. Hic cōfirmat, quod dixit, ſ. quod Deus ſemper exaudiet nos dādo bona, quę petimus, aut quę nobis expediunt, & inducit exēplū de hoīe ad filium ſuum, ſcilicet ſi hō filio ſuo petenti dat ſemper bona, a fortiori Deus, qui eſt pater noſter dabit nobis bona petentibus, & dicitur quis eſt ex vobis homo, i. nullus eſt. *Quem ſi petierit filius ſuus panem nunquid lapidem porriget ei?* Quaſi dicat nemo hoc faciet, quia eſſet contra conditionem patris. Ponit hic Matthæus duo, ſ. petere panem, & piſcē, ſed Luc. 11. ponuntur tria, ſ. panis, piſcis, & ouū. Aliqui exponunt iſta in ſenſu morali, ſcilicet quòd panis ſit doctrina, & quod lapis ſit durities cordis, & quòd piſcis ſit fides, & ſerpens ſit venenum infidelitatis, ouum ſit ſpes, & ſcorpio ſit deſperatio, iſti tñ ſenſus non ſunt literales, quia Chriſtus loquitur hic de homine petente a patre ſuo, & tñ a patribus noſtris non ſolemus iſta petere, quia virtutē nobis dare non pn̄t, nec etiam poſſunt vitia animo noſtro imprimere: ſolus aūt Deus virtutē dat, & ab illo peti poteſt: vitiū aūt a nemine datur, ſed nos ipſi per actus malos mentē noſtrā inficientes vitiū inficimus ſunt ergo intelligenda iſta literaliter, quia talia ſolent petere pueri a patribus, & matribus, & forte inter Iudęos paruuli petebant iſta, ſ. panem, piſcem, & ouum.

Aut ſi piſcem petierit nunquid ſerpentem porriget? Ponit iſta ad ſignificandum, quod cum bona petuntur non dantur mala, lapis tamen, & ſerpens mala ſunt, quia lapis dentes confringeret, & ſerpens diffuſo veneno necaret, & poſuit iſta propter ſimilitudinem, quia paruulis petentibus panem ſi daretur lapis, poſſet accidere error propter aliqualem ſimilitudinem lapidis, & panis, ſic etiam de piſce, & ſerpente eſt ſimilitudo, & vocatur ſerpens quodcunque reptile, quod venenoſum eſt, & ad cibum non conueniens. *Si ergo vos cum ſitis mali*. Pręſuppoſito exemplo format argumentum, ſcilicet hō, q malus eſt bonū dat filio ſuo, ergo Deus, qui bonus eſt a fortiori bona dabit filijs ſuis, & ſtat ratio, quia quilibet agit ſecundū ſimilitudinem ſuā, qui enim malus eſt mala agit, q vero bonus bona. 2. Ethi. qualis vnuſquiſque eſt talia dicit, & operatur, & infra in litera nō pōt arbor mala bonos fructus facere, &c.

Bona data noſtis dare filijs veſtris. ſ. panem, & piſcem, & ouum, quę eis bona ſunt ad ſuſtētationem naturę.

G *Quanto magis pater veſter, qui in cælis eſt*. ſ. Deus ſimpliciter bonus eſt, & ideo naturaliter pertinet ad eum bonū facere, ſicut ad album diſgregare, & nō eſt in eo aliqua iniquitas, quæ impediat ipſum a benefaciendo, ſicut in vobis eſt, ergo a fortiori benefaciet. & vocauit eum patrem, vt ratio ſtet, ſcilicet quia patrem eſſe naturaliter inclinat ad diligendum, & benefaciendum, & dixit, qui in cęlis eſt, vt per hoc ſolus Deus intelligatur, quia non habemus, niſi patrem carnalē, qui in terra eſt, & Deum, qui in cęlis eſt, pater tamen terrenus non eſt ita ſufficienter pater ſaltem in bene faciendo nobis, ideo potius cęleſtem, quā terreſtrem debemus vocare patrem infra 23. patrem nolite vocare vobis ſuper terram.

H *Dabit bona petentibus ſe*. Nunquam Deus mala dat licet nos mereamur mala recipere, & caute dictum eſt dabit bona, & non dicitur dabit ea, quæ petieritis, quia interdum petimus ea, quæ nobis non ſunt bona, & Deus non dat illa, ſed alia, quæ ſunt nobis bona, vt infra dicetur, ſed Lucę 11. dicitur dabit ſpiritum bonum petentibus. ſ. quia ſpiritus poteſt accipi pro omni re, quæ nobis prodeſt ad ſpiritualia, ſiue illa ſit corporalis, ſiue ſpiritualis, vel dicitur dabit ſpiritum bonum, ideſt bonum deſiderium inclinando cor noſtrum ad legem ſuam, quia hoc in oratione petimus. Pſal. 118. inclina cor meum Deus in teſtimonia tua, & ſecundo Macha. 1. adaperiat Deus cor veſtrum in
I lege ſua, & in præceptis ſuis.

Quomodo Chriſtus dixit hic homines eſſe malos. Et quòd homines non ſunt ſemper actualiter mali, ſed pro inclinatione ad malum. Quæſt. XIII.

QVAERETVR quomodo Chriſtus dixit hic homines eſſe malos, quia iſta locutio eſt generalis, & videtur extendi ad totam naturam humanam. Dici poteſt vno modo, quòd Chriſtus dixit hic omnes homines malos non quidem malitia naturę, quia bonum eſt, quod ipſe condidit, ſed imperfectione, & homines collati ad Deum propter imperfectionem bonitatis mali di-
K cuntur, ſicut pannum album collatum ad albiſſimum dicitur nigrum, & hoc modo etiam Angeli Dei mali ſunt, & dicuntur, ſcilicet imperfecti Iob. 4. ecce, qui miniſtrant ei immundi ſunt, & in Angelis ſuis inuenit malitiam, ideſt imperfectam bonitatem. nam Angeli, qui nunc miniſtrant Deo nullam iniquitatem habent. hoc modo quidquid eſt, malum eſt, pręter Deum, qui ſolus bonus eſt: ſic Chriſtus dixit infra 19. cuidam dicenti ſibi magiſter bone, ſcilicet quid me interrogas de bono? nemo bonus, niſi vnus Deus Mar. 10. ſic exponit Chryſo. dicens quantum ad comparationem Dei, qui ſolus bonus eſt, ſingulariter omnes mali videntur; ſicut omne lucidum ad comparationem ſolis videtur obſcurum.

Secundo

Secundo poteſt dici, ꝙ accipitur malitia oīum hominū non quidem pro actuali malitia, quia nō eſt verum, ꝙ oēs hoīes ſint ſemꝑ actualiter mali, ſed ꝑ inclinatione ad malū, ꝗ vocamus fomitē, & iſta eſt in omnibus hominibus Gen.8.omnis ęias ab adoleſcētia ſua prona eſt ad malum, & ſic exponit Hiero.hic.

Tertio poteſt dici, quòd intelligatur pro actuali malitia, & tunc Chriſtus non loquitur ad omnes homines, ſed ſolum ad ſeculi dilectores: omnes enim tales mali ſunt, quia caduca bona æternis bonis præponunt, & ita exponit Aug.lib.de ſermo.domini.

Quomodo dixit Chriſtus, quòd nos mali exiſtentes bona filijs noſtris damus. Quæſt. XIIII.

SED quæretur tunc quomodo dicit Chriſtus, ꝙ nos mali exiſtentes bona filijs noſtris damus, quia malus non poteſt facere bonum ipſo dicente infra in litera nō pōt arbor mala fructus bonos facere. Dicendū, ꝙ operatio cuiuſcunque rei eſt ſecundū formam ſuā, & iō ille, qui non habet, niſi formam malitiæ non poteſt facere, niſi malum, & ita in moralibus, qui ſolum habent malum habitū ſemper operātur malum 2. Ethi.qualis vnuſquiſque, &c. & hoc idem Chriſtus vult infra in litera, dicens de hypocritis a fructibus eorum cognoſcetis eos. id eſt quia mali ſunt non poſſunt facere, niſi malum, ſicut mala arbor malum fructum, & hoc modo beſtię non pñt operari virtuoſe 7.Ethi.ſcilicet, quia operantur per formam beſtialitatis eis cōnatam, econtrario autem, qui ſolum habet formam bonitatis non eſt poſſibile, ꝙ operetur, niſi bonum, & ita eſt de Deo: non enim poteſt malū facere, quia contra naturā eius eſt, ſicut contra naturā ignis directe, & immediate frigefacere.

Sed obijcietur, quia hoc dato, nunquam homo peccaret poſtquam ſemel bonus eſt, quia tunc nullū malum habitum habet, ſed bonos multos, & tamen operatur, interdum malum. Dicēdum quòd homo bonus ſemper habet cum bono mala multa adiuncta ex quorum quolibet ſufficienter poteſt operari malum: nam manet homini ſemper pronitas ad malum, id eſt fomes, qui non ſolum mouet, ſed interdū, quaſi cogere videtur propter ſui magnitudinē ad Ro.7.video aliam legem in men.me.repug.le.men.me.& capti.me.in lege peccati. Secundum eſt defectibilitas liberi arbitrij. quia in quolibet viatore eſt liberum arbitrium defectibile, & non tollitur iſta defectibilitas, niſi per confirmationem, quæ fit in patria, ideo quandiu manemus hic ſemper poſſumus deficere, & ita cuicunque quantumcunque bono facile eſt malum fieri. Secus autem eſt de Deo cuius natura eſt bonum eſſe, ſiue ipſa bonitas. Si autem aliquod ſit cui competat forma boni ex vna parte, & ex alia cōpetat forma mali, ſiue malum aliquod, poterit operari interdum bonum, & interdum malum, & ita eſt de hominibus quorum natura bona eſt, & ideo operationes eorum naturales bonę ſunt: poſſunt aūt pręter hoc habere malitiam moralem ſecundum, ꝗ malum operabuntur moraliter, ꝙ aūt pater ſe habeat ad filiū naturale eſt, quia ſicut patrē eſſe ex ſola naturali potentia prouenit, ita ad filium ſe hr̄e ſic, vel ſic non prouenit, niſi ex naturali inclinatione, & quia illa cōſequit naturā. quæ bona eſt, erit inclinatio ad filios bona, & ita licet nos ſimus mali moraliter filijs tñ noſtris bona damus, interdum tamen malitia moralis tam exceſſiua eſt, ꝙ corrumpitur naturalis inclinatio bona, ita vt non miſereatur quis filijs ſuis, ſed occidat eos, ſicut Medea irata viro ſuo Iaſoni, vt eū contriſtaret occidit proprios filios, qui amborum erant, & propter hoc Chriſtus dixit, ſi vos cū ſitis mali noſtis bona dare filijs veſtris, quaſi dicat licet mali ſitis malitia veſtra adhuc non impedit vos quin benefaciatis filijs: a fortiori, ergo Deus, qui eſt pater veſter, qui non habet malitiam aliquam non poterit impediri quin vobis benefaciat, & propter hoc fuit hic poſita iſta comparatio: nam ſi homo a naturali pietate qua filijs benefacit, nunquam poſſet per malitiam aliquam permutari fruſtra diceretur, ſi ergo vos cum mali ſitis, &c. ſed ſicut Deus inuariabiliter ſe habet ad benefaciendum nobis, ita etiam homo ſe haberet immutabiliter ad benefaciendum filijs ſuis.

Ad argumentum dicendum, quòd arbor mala nō habet, niſi malam diſpoſitionem producēdi fructus, ideo non poteſt producere, niſi fructus malos: homo tamen habet duas formas, ſcilicet boni, & mali, vt declaratum eſt, ideo vtrunque poteſt non quidem ꝑ eandem, ſed bonū ꝑ bonam, & malum per malam.

An iſtæ quatuor ſint conditiones orationis ſcilicet pie perſeuranter pro ſe & quæ ad ſalutem ſunt petere Et an ſint neceſſaria in oratione qualibet. Denique quòd finis petitionis in oratione eſt vita æterna. Quæſt. XV.

QVAERETVR quia tactū fuit in litera de conditionibus orationis, ꝙ erant quatuor, ſ. pie perſeueranter pro ſe, & quæ ad ſalutem ſunt petere, an iſtę quatuor ſint conditiones orationis. Quidam dicunt, ꝙ non, ſed ſolum prima, ſcilicet pie, quia petere pie eſt petere ex charitate, & talis oratio ſemper habet efficaciam Io 14. ſi manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis, manere autem in Deo eſt charitatē habere 1 Io.4 qui manet in charitate in Deo manet, & ſic quicunque pie orauerit cum ex charitate oret, obtinebit, quod petit, ideo non erunt neceſſarię alię conditiones.

Alij dicunt, quòd alię multę conditiones præter iſtas quatuor requiruntur, ſ. cum fiducia petere Iacobi primo. poſtulet autem in fide nihil hęſitans: etiā ꝙ humiliter petatur Pſal.101.reſpexit in orationem humilium, & non deſpexit precem eorum, etiā ꝙ petēs pauper ſit, id eſt indigeat re petita Pſal.9.deſiderium pauperum exaudiuit dominus. ēt ꝙ cū deuotione fiat, vt ait Augu.li.de orando Deum, dignior ſequit̄ effectus, quando feruentior præcedit affectus. & ita de multis alijs, ergo non ſufficiunt illę quatuor cōditiones. Dicendum ꝙ in oratione ad impetrandū requiruntur aliquę conditiones. Pro quo ſciendū, ꝙ oratio ad duo ordinatur, ſcilicet ad finem, & ad obiectum, finis autem orationis eſt vita æterna, obiectum eſt ipſa res. quam expreſſe petimus in oratione, & ſecundum hoc oratio poteſt habere duplicem efficaciam, ſcilicet ad merendum, & ad impetrandum: nam ratione finis eſt meritum, quia omne meritum ordinatur ad vitam ęternam: non enim dicitur quis mereri per aliquem actum, niſi inquantum per illum efficitur dignus vita ęterna. Impetratio attenditur reſpectu obiecti, id eſt eius, quod petitur. eſt autem differentia inter iſta duo, quia meritum importat ordinem iuſtitię ad pręmium inquantum iuſtum eſt, quòd ei, qui meretur aliquid reddatur, id quod meretur, & illud eſt pręmium. impetratio autem non importat ordinem iuſtitię, ſed ſolum miſericordię, vel liberalitatis ex parte donantis, quod apparet, quia ſiquis meretur aliquid, iuſtum eſt, quòd illud ſibi detur, & tamen ſi aliquid petit non eſt propter hoc neceſſarium ex debito iuſtitię dari ſibi id, quod petit, & ſic dari pertinet ad liberalitatem eius a quo petitur, & ideo meritum orantis habet ex ſeipſo, quòd per illum perueniatur

ad premium, oratio tamen volentis impetrare nō habet ex supia vnde impetret, sed solum ex liberalitate eius a quo petitur. Et si dicas contra, quia iste, qui petit iustus est, ideo meretur sibi dari, quod petit. Dicendum, ꝙ ex hoc, quod est quis iustus generali iustificatione, quę dicit charitatem cum omnibus virtutibus debetur sibi vita ęterna directe, nō tamē debetur sibi determinate illud bonum, vel illud, & ideo, qñ orando petit aliquod bonum particulare quantumcunque iustus sit non meretur ex hoc habere bonum illud, quod petit, sed inquantum oratio ista ex charitate fit est meritoria vitę ęternę, ideo ꝙ iste orans impetret illud bonum particulare, quod petit solum prouenit ex misericordia eius a quo petitur, ad hoc ergo, ꝙ ille a quo petimus concedat nobis infallibiliter petita necesse est, quòd non petamus contra eius prouidentiam, quia nihil tale poterimus impetrare. Ob hoc, ergo ponunt doctores conditiones aliquas orationis quibus existentibus oratio semper habet efficaciam impetrandi, & hoc est inquantum remouemus impedimenta ad impetrandum.

Primum impedimentum est ex parte orantis, vt si orationem inordinate emittat, scilicet non, sicut cōuenit ad actum latrię, quia orare actus latrię est, & ad hoc est prima conditio, scilicet pie: nā pietas idem est, ꝙ latria, idest, quòd taliter fiat oratio, quòd sit cultus quidam Deo exhibitus.

Secundum est, ꝙ inter orationem, & consecutionē non sit mediū, quia Deus distinuit dare nobis res certo tēpore, & iō si aliquādo petimus illas oportet, ꝙ petamus taliē secundū effectū quousque illas nobis det: alioquin si cessemus non habebimus, ꝙ petimus, & ad hoc est secunda conditio, i. perseueranter, i. ꝙ nō cessemus petere quousque obtineamus. Tertium est impedimentum ex parte eius pro quo petitur, quia potest malitia illius pro quo oramus impedire effectum orationis nostrę quantumcunque iusti simus, & pie, & perseueranter oremus, & sic est tertia conditio, scilicet pro nobis.

Quartum impedimentum est ex parte rei petitę, quia interdum petit homo, quod non est sibi conueniens, & Deus, quia diligit hominem vult ei dare vera bona, vnde non concedit illud, quod petitur, sed illud, quod est vere bonū homini, & sic est quarta cōditio ad salutem, i. ꝙ petantur ea, quę sunt nobis ad salutē, & ita sunt quatuor conditiones communiter positę ad hoc, quod oratio sit impetratoria, sub his tamen alię multę magis particulares intelliguntur.

Ad primum dicendum, ꝙ esse in charitate sufficit ad hoc, ꝙ oratio sit semper meritoria non tñ impetratoria, in oratione enim petimus, id quod volumus voluntas tamen potius est de fine, quam de eo, quod propter finē petit, vel appetitur, vt colligitur 3. Ethi. ideo, qñ Deus videt ito concordare, id quod pie orās petit cum fine pro quo petit, quod accidit ex errore iudicij nostri cum nesciamus quid orandū sit ad Ro. 8. magis exaudit desiderium ex quo petit, quā id quod petitur, & ita magis facit voluntatem petentis, quā si daret ei, quod petit, & contingeret illud esse contra salutem ęternam, finis enim petitionis est vita ęterna, & Dei gratia attendit illud, esset autem cōtra gloriam Dei si peccatorem impęnitentem saluaret, & esset contra salutem petentis si aliquod contrariū salutis suę daretur sibi, & ideo Deus, vt non agat contra gloriam suā, nec contra salutem nostrā non cōcedit tunc, quod petitur licet pie petamus, i. ex charitate, & latria, ad hoc, ergo ꝙ impetremus non solum est necessariū pie petere, sed etiam multa alia.

Ad secundum dicendū, ꝙ oēs illę conditiones nominatę in hoc argumento requiruntur ex parte pe-

F tentis, & ideo omnes includuntur sub prima, quæ est pie petere, quia illa tenet se ex parte petentis, de his tamen conditionibus dicetur magis libro nostro de oratione.

An orationes peccatorum exaudiantur, & quare interdum impetrant peccatores, & non iusti. Et an bonorum orationes magis prosint, quam malorum. Et ꝙ omne meritum est a charitate. Quæst. XVI.

QVAERETVR circa hoc, quod dictum est in litera, scilicet omnis, qui petit accipit: an verum sit, & est dubium specialiter de peccatoribus an exaudiantur orationes eorum. Dicunt quidam, quòd non quia prima conditio orationis est pie petere, & tñ pec-
G catores nihil pie petunt, quia nec charitatem, nec latriam habent. Secundo patet, quia Io. 9. dicit scimus, quia Deus peccatores non audit, sed siquis cultor est eius hunc audit: simile dicitur Prouer. 18. qui declinat aurem suam ne audiat verba legis, oratio eius execrabilis erit, & tamen oratio execrabilis nihil impetrat, ergo nec peccatores impetrabunt quidquam.

Item dicit Chryso. super Matthę. pater non exaudit orationem, quam filius non dictauit, sed in illa oratione dicitur dimitte nobis debita nostra, quòd peccatores non faciunt, ergo non exaudientur.

Dicendum, quòd peccatores per orationem nihil mereri possunt quandiu peccatores sunt, quia omne meritum a charitate est, quam illi non habent: potest
H tamē peccator impetrare, id quod petit. Pro quo sciēdum, quòd ad hoc, quòd quis impetret orando requiruntur quatuor conditiones positę præcedenti q. Et tamen illę possunt esse interdum in peccatoribus, ergo impetrabunt, quod petunt. Et ad hoc dicēdum, quòd peccator, aut petit orando aliquid sibi conueniens inquantum est peccator, aut inquantum est homo. Si primo modo, vt si petat mortem proximi, vel vxorem illius, & similia, Deus non exaudit regulariter: interdum tamen Deus iratus homini concedit ei oranti aliquid, quod sibi placatus non concederet, & ita aliquando concedit eis mala, quæ petunt propter demerita præcedentia inquantum per ista mala, quæ nunc eis concedūtur efficiuntur deteriores, & digni
I maiori pęna. Alia petit peccator inquantum homo est, scilicet ea, quę prosunt ad temporalem sustentationem, vel quæ prosunt ad vitam ęternam, quia naturaliter potest homo desiderare beatitudinem, etiā si non sit in charitate, & tunc possunt omnes quatuor conditiones impetratorię orationis esse in peccatore, scilicet quòd pie petit, idest rem piam licet non ex pietate, idest charitate, vel latria. Secunda, quia perseueranter petere poterit. Tertio, quia pro seipso petet. Quarto, quia petet forte ea, quæ ad salutem pertinēt, vt si petat vitam ęternam, vel gratiam, aut vitę sustentationem, & tunc Deus peccatorem exaudiet, sic dicit Aug. super Ioannem si peccatores non exaudiret Deus frustra publicanus dixisset: Deus propitius
K esto mihi peccatori, sic etiam Chryso. super Matthæ. dicit omnis, qui petit accipit, siue iustus sit, siue peccator, & ob hoc non est inconueniens interdū peccatores impetrare, quod petunt iustis non petentibus impetrare, i. quia contingit peccatorem petere rē piā, & pertinentem ad salutem, q̃ iustus non petit, vt quia putat aliquod esse bonum, & forte non est bonū, nec acceptum Deo, & ita mali interdū impetrant miracula fieri infra in litera, i. multi dicent mihi dñe in nomine tuo virtutes multas fecimus, & tñ Christus dicet eis discedite a me, qui operamini iniquitatē, boni aūt interdū petunt a Deo miraculū fieri, & nō obtinent, quia forte id ꝑ quo petūt nō cōuenit diuino honori.

Ad

A Ad primum dicendum, ꝙ licet peccatores nõ petant pie .i. ex pietate, quę est latria, vel charitas, petunt tamen rem piam, quam peteret in charitate existens, & hoc sufficit ad impetrandum, secus autem est de merito, quia nihil merentur orando cum charitatem non habeãt, vnde nec sibi, nec alijs potest oratio esse ista ad meritum.

Sed obijcitur, quia iste impetrat, ergo meretur. Dicendum, quòd meritum non pertinet ad impetrationem, quia meritum orantis, vel cuiuscunque bene agentis est determinate respectu vitę ęternę, non autem respectu impetrationis, quia impetratio solum est ex misericordia, vt ostensum est præcedenti q.

B Sed tunc dicetur: quid ergo magis valent orationes sanctorum, qui sunt in vita ęterna, quam orationes nostrę, quando in charitate sumus, si sola Dei misericordia, & liberalitas attenditur? Dicendũ, ꝙ propter duo. Primum est, quia existentes in patria cognoscunt in verbo Dei voluntatem, & quid de istis rebus secundum prouidentiam suã agere disposuerit, & illa sola petunt, & quia quę Deus disposuit euẽtura oportet, ꝙ eueniant est necesse, ꝙ orationes sanctorum semper exaudiantur, orationes aũt nostrę nõ semp exaudiunẽ, q uia interdũ petimus aliquid, quod est ꝯ Dei prouidentiã, & illud nunq̃ eueniet ẽt si oẽs creaturę pro hoc orarent. Secũdo, quia impetratio fit ex clementia Dei: Deus in clementior est eis, qui sibi inseparabiliter coniuncti sunt, & quibus diuitias glo-

C rię, & bonitatis suę ostendit, q̃ nobis, quia adhuc in hac vita, & virtutes incerta nauigatione fluctuamus. Et sic in eis, quę Deus agere disposuit cęteris paribus magis exaudiuntur orationes sanctorum in patria, quam bonorum virorum hic, & dicitur cęteris paribus, quia non est conueniens esse hic aliquos viros tanti meriti, ꝙ orationes eorum magis exaudiant, q̃ orationes quorundam sanctorum in patria, vt dictum est præcedenti c. q. 87. Sed adhuc dicetur, quid ergo magis prosunt hic orationes virorum bonorũ, q̃ peccatorũ, vel quorundã virorum bonorũ, q̃ aliorum cũ neutri sciant voluntatem Dei, quid de rebus istis prouidenit? Dicendum ꝙ prodest magis propter duo. Primo, quia boni per orationem suam etiam si interdum nõ

D impetrent, quod petunt, possunt tamen mereri sibi, vel illis pro quibus orant, vel satisfacere pro se, aut pro illis, peccator autem orans non potest quidquam mereri, nec etiam satisfacere, quia ad satisfactionem requiritur charitas, ideo nec pro se, nec pro alio merebitur, nec satisfaciet.

Secundo, quia si contingit iustũ, & peccatorẽ petere eandem rem a Deo, q̃ ille facere disposuit, facilius impetrabit iustus, q̃ peccator, quia Deus magis merebitur etiam ipse est proprie filius eius: eadẽ cõparatio est de oratione magis iusti ad minus iustum, quia magis iustus magis meretur, q̃ minus iustus iã ꝑ se, q̃ pro illo, ꝑ quo orat, ẽt si neuter impetraret, & q̃n impetrandũ est facilius impetrabit iustior, quia Deus ei

E magis miseretur. Ad secundũ dicendũ, ꝙ illud verbũ nõ est Christi, sed illius cęci a Christo illuminati, q̃ tñ dens Iudęis dixit, ꝙ Deus peccatores nõ exaudit, vñ dicit Augu. ꝙ non est firmiter verũ, sed põt intelligi eẽ verum, quando peccator petit a Deo aliquid, quod competit sibi, vt peccator est, quia tunc non exauditur, vt dictum est.

Ad tertium dicendum, quòd peccatores interdum exaudiuntur, & cum dicitur, quòd non dimittunt debita, dicendum, quod oratio illa, vt dicit Cyprian. de oratione dominica non profert nõie vnius personę, sed totius ecclesię, & sic licet quis nollẽs dimittere proximo dicat istam orationẽ non mentit, q̃tum ad personã totius ecclesię in qua sunt multi, q debitoribus remittunt, licet non sit verũ quantũ ad personam suã, & iñ ipse non est de ecclesia tañẽ merito, sed solo numero, nullus enim peccator hoc modo de ecclesia est, & sic verum est, ꝙ tota ecclesia remittit debita: a quocunque ergo dicatur oratio illa, semper est vera ista propositio nos dimittimus debitoribus nostris, iste tamen orans non est de ecclesia, & ideo fructu orationis caret, impetrare tñ potest propter Dei misericordiam. Aliter potest dici, ꝙ aliqui sunt in peccato, qui tamen debitoribus suis remittunt, & sic exaudiũtur, quia non obstat sibi ista clausula iuxta illud Eccle. 28. relinque proximo tuo nocenti tibi, & tunc peccata tibi peccanti soluentur, idest dimittentur, & sic conueniet ei oratio dominica.

An viri boni, & iusti orantes semper exaudiantur. Quæst. XVII.

QVAERETVR an viri boni orantes semper exaudiantur. Aliqui dicunt, quòd sic, quia ad hoc, ꝙ homo exaudiatur videtur obstare hoc, quod est esse peccatorem, & tamen hoc non semper obstat, quia supra in litera dicit omnis, qui petit accipit, & Chryso. dicit, quòd intelligitur, siue sit peccator, siue iustus, ergo iusti semper exaudientur.

Dicendum, ꝙ non exaudiuntur semper iusti, sic pater de Samuele, qui lugebat, & orabat pro Saule, & iñ Deus non exaudiuit eum, sed potius iussit, quòd non oraret 1. Reg 15. & 16. pro hoc sciendum, quod inter orationem iusti, & peccatoris hoc differt, quia oratio iusti fit semper ex charitate, oratio autem peccatoris nunquã, quia non potest esse peccator, & habere charitatem, charitas iñ non pertinet ad impetrandũ, sed ad merendum, vt oñsum est supra q. 15. iõ dicendum est, ꝙ q̃ncunque iustus orauerit semper merẽr aliquid cum semper oret ex charitate, non ñ impetrat semper, sed contingens est, ꝙ impetret, sicut est cõtingẽs de peccatore, sed ad hoc ꝙ oratio sit impetratoria requiruntur quatuor conditiones, vt ostensum est supra q. 15. Si autem contingat istas esse in oratione viri iusti semper impetrabit, quia peccator sic orans etiã impetraret: si cõtingat aliquam deficere nõ impetrabit, & ita interdum viri sanctissimi orant Deum pro aliqua re in qua non exaudiuntur patet de Paulo, qui nõ fuit exauditus 2. Cor. 12. nec Samuel, vt dictũ est, nec ẽt Moyses, immo Deus increpuit eũ, q a orabat Deut. 3. etiam, nec Iere. orans pro populo Iere. 7. & ita de multis alijs sanctissimis, ideo non est conueniens signum ad iudicandum aliquẽ esse sanctũ, vel peccatorem per exauditionẽ orationis, licet interdũ ponitur vt signum sanctitatis, scilicet quãdo ibi agitur de cultu Dei, scilicet ꝙ aliquis vult se ostendere sanctũ esse per miraculum, vt si illa ostensio ad Dei cultũ pertineat, sicut fuit de Elia 4. Reg. 1. si homo Dei sum descendat ignis de cęlo, & c. & tunc descendit. ratio diuersitatis est, quia ibi inuocatur diuina operatio in testimonium sanctitatis huius, & si miraculum appareret, & iste non esset Sanctus, esset Deus testis falsitatis, quod est impossibile, ideo necesse est in tali casu miraculum fieri solum per illum, qui sanctus est, talem enim modum Deus darad sciendum an aliquis sit propheta a Deo missus, qui se prophetam asserit Deuterono. 18. Secus autem, quando per aliquem fiunt miracula, & exauditur oratio sua, & non inducitur hoc ad ostensionem, quòd ipse sit sanctus, quia tunc mali possunt exaudiri, & etiam miracula facere, & non est inconueniens, vt patet infra in litera de illis, qui miracula fecerunt, & Christus non nouit illos, scilicet quia non solum mali erant, sed semper mali fuerant, cum nunquam eos nouisset.

Ad argumentum dicendum, ꝙ oratio non exanditur principaliter per hoc, ꝙ quis est iustus, vel peccator, sed propter illas quatuor conditiones positas supra. 3. q. & quia contingit illas interdum esse in orõne iusti, & non peccatoris, exauditur iustus, & non peccator, si autem sint in oratione peccatoris, & non iusti exaudietur peccator, & non iustus, nam iustum esse facito orationem esse meritoriam, sed non impetratoriam, ideo argumentum non procedit.

An ista conditio. s. orare pro se sit necessaria ad hoc, quod exaudiatur. Et quod orandum est tam pro bonis, quam pro malis. Quæst. XVIII.

QVAERETVR de alia conditione orationis. s. orare pro se, an ista sit necessaria ad hoc, ꝙ exaudiatur.

Aliqui dicunt, ꝙ non debet fieri oratio, nisi pro seipso, & consequenter non exaudietur, nisi pro se, quia Christus dedit nobis formam orandi, & in illa orõne omnes petitiones sunt pro nobis, ita ergo pro nobis semper orandum est, & non pro alio.

Item quia quatuor conditiones orationis fuerunt supra positę ad hoc, ꝙ exaudiatur, & ista est vna. s. ꝙ fiat pro se: ergo pro alio non exaudietur.

Item quia orare pro alio non videtur esse vtile, nam aut est bonus, aut malus. si bonus ipse pro se orabit, & exaudietur. si malus Deus prohibet orare pro illo, sicut Ier. 7. Deus dixit Ier. noli orare pro populo hoc.

Alij dicunt, ꝙ oratio facta pro alijs exauditur, quia Iacobi 5. dr̃ orate pro inuicem, vt saluemini, ergo ꝑ orationem quam facit quis pro proximo, & econtrario impetratur salus, & hoc est quod petimus.

Item supra 5. dixit Christus orate pro persequentibus vos, non tamẽ iuberet, aut suaderet istud, nisi esset oratio vtilis, ergo exauditur.

Item, quia illa, quæ possumus desiderare, possum⁹ in oratione petere, & tamen tenemur diligere proximos ex charitate, & bonum eorum desiderare, ergo tenebimur pro eis orare. Apostolus quoque prima Timo. 2. iubet pro regibus esse orandum, ergo oratio illa vtilis est.

Item patet, quia quãto quis operatur magis in charitate, actus sui sunt Deo magis grati: orans tamẽ pro alio agit ex maiori charitate, quam si pro se oret, ideo magis exaudietur, & idem dicit Chrysost. super Matthæum pro se orare necessitas cogit, pro altero autẽ charitas fraternitatis hortatur: dulcior est. n. ante Deũ oratio non quam necessitas transmittit, sed quã charitas fraternitatis commendat.

Item Cyprian. dicit lib. de oratione domi. ꝙ orantes dicimus pater noster, & non pater meus, quia vnitatis magister noluit priuatam precem fieri. s. vt quis tantum pro se precetur, sed vnumquemque ꝓ oĩbus orare voluit, sicut ipse in vno omnes putauit.

Dicendum, quòd cum quæritur de oratione pro alio facta, aut quæritur an sit pro alio orãdum, vel an oratio facta pro alio exaudiatur. De primo dicendũ, ꝙ tenetur quis orare pro proximo, & hoc bonum est & Christus ad hoc nos obligauit, quia ita ad charitatem mutuam tenendam expediebat.

Si quęratur an exaudiatur oratio facta pro alio. Dicendum, ꝙ interdum sic, & interdum non, oratio tamen facta pro seipso interuenientibus alijs conditionibus semper exauditur, in hoc enim differt, quia qñ quis pro seipso orat si pie, & perseueranter, & ad salutem petat semper exauditur, si autem pro alio petat etiam si pie, & perseueranter, & ad salutem orans petat non exauditur semper, quia interdum malitia eius pro quo oratur non permittit orationem exaudiri: sic

F erat de Ier. qui pie, perseueranter, & ad salutẽ Iudæorum petebat, quia tamen iniquitas eorum tanta erat, ꝙ Deus decreuerat non sustinere eos, sed punire non exaudiuit Ierem. sed potius prohibuit ei orare pro populo isto dicens Ierem. 7. tu ergo noli orare pro populo hoc, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te, & non solum oratio Ierem. nõ exaudiebatur pro eis, sed etiam dixit Deus, quòd si omnes alii viri sancti pro illis orarent non impetrarent Ierem. 15. si steterit Moyses, & Samuel coram me non est anima mea ad populum istum, idest etiam si isti duo orent pro isto populo, ego non diligam eum, ita quòd punire cessẽ pro se autem exaudiretur quis, ideo in hoc differt ꝓ se, vel pro alio orare: et Samuel orans pro Saule non G fuit exauditus. 1. Reg. 15. & 16. est tamen oratio meritoria oranti etiam si non exaudiatur.

Argumenta primæ partis concludunt, ꝙ non exauditur semper oratio facta pro alio, & verum est.

Ad primum dicendum, ꝙ Christus potius in hac oratione docuit nos pro aliis orare, quia non formauit petitionem aliquam in singulari, sed omnes pluraliter, & ita dicit Cyprianus, vbi supra, ꝙ factum est hoc, quia Christus volebat quemlibet orare pro alijs, & nõ pro se solo. ꝙ autem oratio pro alio facta exaudiatur, vel non, est contingens secundum cõcursum quatuor conditionum orationis impetratorię, ideo interdum exaudietur, interdum non, & ita cõtinget H quando quis pro seipso orat, facilius tamen cõtingit, ꝙ quis orans pro se impetret, quam si oret pro alio propter supradicta.

Ad secundum dicendum, ꝙ orare pro se est vna de conditionibus orationis impetratorię, non quidẽ, ꝙ oratio facta pro alio, nunquam exaudiatur, sed quia non est necesse illam semper exaudiri faciente orante quantum in se est, & tamen siquis pro se orans facit quantum in se est, exauditur.

Ad tertium dicendum, ꝙ orandum est pro aliis, tã bonis, quam malis, tum quia oratio est semper meritoria oranti pro quocunque alio oret, tum quia et ꝓdest oratio eis pro quibus oratur, vel prodesse potest, I & patet de oratione facta pro malis. nam in illa possumus exaudiri, nam non est necesse, ꝙ quandocunque orat pro aliquo peccatore, nunq̃ exaudiatur, sed pot⁹ semper exaudiuntur existentibus cæteris conditionibus, nisi sit interdum tanta eorum iniquitas, ꝙ Deus disposuerit facere ɔ̃ eos, & tamen nos nescimus quid est, quod Deus disponit ɔ̃ quemlibet. ideo pro omnibus etiam si sciamus eos esse malos orandum est, qa adhuc de fine eorum ignoramus, pro bonis etiam & iustis orandum est triplici ratione. Primo, quia cum Deus disponit aliquid oratus dare, facilius illud concedit multiplicatis intercessoribus, sic ad Ro. 15. sup illo ver. Apostoli. adiuuetis me in orationibus vestris dicit gl. bene rogat Apostolus minores pro se orare, multi enim minimi dum congregantur vnanimes fiunt multi, & multorũ preces impossibile est, ꝙ non K impetrent. s. illud, quod aliàs impetrabile est. Secũdo vt per multos agantur Deo gratię de beneficiis collatis cuilibet iusto, quia bona iustorum oĩbus proficiũt, sicut dicit Ambr. super Lucam, ideo de bonis illorũ debent ab oĩbus gratiarum actiones reddi, iuxta illud 2. Cor. 1. per multos gratiæ agantur pro nobis. Tertio, vt maiores in gradu sanctitatis non superbiant, dum considerant se indigere suffragiis minorum.

Ad argumenta in contrarium dicendum, ꝙ omnia illa concludũt orandum esse pro proximo, & hoc concedendum est, non tamen concluditur, ꝙ oratio talis semper exaudiatur, sed satis est nobis, ꝙ semper sit meritoria.

An

An orare perseueranter sit conditio necessaria orationis. Et vt firmiter impetremus non sufficit ex charitate, sed perseueranter. Quæst. XIX.

QVÆRETVR de alia conditione orationis, scilicet perseueranter an sit necessaria.

Aliqui dicunt, quod non, quia Deus exaudit nos, quãdo acceptat petitiones nostras, & tamen, qui in charitate est acceptatur a Deo in omnibus operibus suis, siue illa perseueranter agat, siue non. ergo etiam exaudietur oratio licet non sit perseueranter emissa: maxime, quia potest aliqua oratio non perseueranter emissa maioris meriti esse, quam alia facta perseueranter: magis ergo exaudietur.

Dicendum, quòd ad hoc, quòd oratio sit meritoria oranti non requiritur perseuerantia, sed quomodocunque quis oret si ex charitate orat meretur. Secus autem in impetratione, quia mereri dicit habitudinem, vel ordinem iustitię ad pręmium, & ideo, siue orans perseueret, siue non, non tollitur iste ordo, scilicet quòd sit dignus percipere pręmium. impetratio autem dicit consecutionem, ad consequendum autem oportet venire per medium ne fiat interruptio, & ideo postquam quis cępit orare pro aliqua re non debet desistere quousque impetret, quia aliàs forte impediretur impetrare propter interruptionẽ. Huius ratio est, quia forte Deus sic disposuit, vt illam rem non, nisi frequenter, & perseueranter oratus cõcederet, & ita si aliter oretur nihil obtinebit, sic Christus admonuit Lucę 18. quia oportet semper orare, & nunquam deficere, idest perseueranter, & posuit exemplum de vidua importune petente a iudice vindictam: nam propter importunitatem concessit, quod aliàs non erat concessurus. sic etiam dicit Augu. perseuerantia opus est, vt accipiamus, quod petimus, & hoc, quia ex quibusdam causis Deus vult interdum differre ea, quę petimus, & postea dare, & ad hoc oportet perseuerare petendo. sic enim dicit Augu. cum enim Deus aliquando tardius dat commendat dona, non negat: diu desiderata dulcius obtinentur, cito autem data vilescunt, pete ergo, quære insta, petẽdo enim, & quærendo crescis, vt capias: seruat tibi Deus, quod non vult cito dare, vt tu discas magis desiderare, & ideo semper orare, & non deficere.

Ad argumentum dicendum, quòd aliud est esse orationem meritoriam, & aliud impetratoriam, ad meritum sufficit charitas, & non impeditur per discõtinuationem, vel interruptionem operis, impetratio autem, quia attendit consecutionem potest impediri interdum per interruptionem, & cessationem ab actu, ideo ad hoc, quòd firmiter impetremus non sufficit ex charitate orare, sed etiam perseueranter.

An verum sit, quòd nunquam quis impetrat, nisi petat, quæ ad salutem pertinent, & an interdum exaudiantur, qui mala petunt. Quæst. XX.

QVÆRETVR de alia conditione orationis, scilicet ad salutem an verum sit, quod nunquam quis impetrat, nisi petat, quæ ad salutem pertinent.

Aliqui dicũt, quòd Deus etiã exaudit si petamus, quæ non pertinent ad salutem, quia illa dicuntur ad salutem pertinere, quæ iram Dei non prouocant, Deus tamen interdum concedit quædam orantibus de quorum petitione irascitur, sicut Iudæis petentibus regem Deus iratus est, dicens se ab eis contemni, & abijci 1. Reg. 8. & tamen concessit eis regem. 1. Re. 9. & 10. Dicendum, quòd Deus non concedit oratus, nisi bona, est enim Deus bonus, & ideo non potest A dare, nisi bona: sic dixit Christus supra in litera si vos cum sitis mali nostis filijs vestris bona data dare, quãto magis pater vester cęlestis dabit bona petentibus se? esset autem contra conditionem boni patris dare malum filio petenti, etiam si ille ex ignorantia malũ peteret, vt si infans peteret a patre lapidem quem putaret esse panem non daret ei pater, quia scit quòd licet ille petat istum lapidem, intentio tamen sua est panem recipere, & non lapidem, ita & nos cum optemus fęlicitatem, vt finem vltimum quidquid petimus propter illam petimus, vt sic ad eam perueniamus, quia tamen contingit interdum nos putare aliquid conducere ad felicitatem, quod potius ab ea separat petimus illud: Deus autem, qui nouit non conuenire illud desiderio nostro, non dat illud, & non B concedendo magis exaudit petitionem nostram, quam si concederet, sed dicit nobis sic nescitis quid petatis, sicut dixit duobus fratribus infra 20. interdum tamen Deus concedit aliqua mala super quibus oratur non, tanquam pertineat ad conditionem suam indifferenter bonum, vel malum concedere, sed quia quibusdam malis Deus decreuit iuste pęnas inferre, & illa mala, quæ petunt sunt eis occasio pęnarum, concedit Deus illa mala, quæ petunt non inquantum petentibus mala sunt, sed inquantum iuste inferuntur, quia etiam eis non petentibus Deus illa mala, vel alia infligeret: in bonis autem orantibus, nunquam hoc accidit, quia si petunt aliquid, quod ad salutem eorũ C non conuenit ex ignorantia agunt, & Deus tunc non concedit, quod petunt, sed id quod eis expedit, & ista est causa potior quare sępe orationes bonorum non exaudiuntur, scilicet quia petunt aliquid, quod non expedit eis, sic dicit Augu. fideliter supplicans Deo pro necessitatibus huius vitę, & misericorditer auditur, & misericorditer non auditur, quid enim infirmo sit vtile magis nouit medicus, quam ęgrotus, si autem id postulat, quod Deus pręcipit, & permittit fiet, quod poscit, quia accipiet charitas, quod petit veritas, bonus tamen Deus sępe non tribuit, quod volumus, vt quod mallemus attribuat.

Ad argumentum dicendum, quòd Deus concedit sępe iratus, quod placatus non concederet, sicut D etiam nos interdum facimus, & tamen tunc orans non dicitur exaudiri, sed potius puniri, quia non exauditur quantum ad intentionem suam, quia ipse, id quod petebat sub ratione cuiusdam boni sibi petebat, accidit autem, quod esset malum, ideo non exauditus est: Deus quoque non concessit ei, quod petebat, tanquam ipsum exaudiens, sed tanquam eum puniens. *Omnia ergo.* Hic ponitur secundum, quod est ex parte orantis ad hoc, quòd oratio sit exaudibilis, & hoc est, quando orans iuste viuit, ad quòd Christus ponit hic quandam regulam generalem iustitię, & charitatis, dicens.

Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines. Idest quidquid homo vellet sibi fieri a quocunque alio hoE mine hoc debet illi facere, & dicitur homines, vt intelligatur illud præceptum debere seruari generaliter ad omnes, quia lex charitatis non debet esse specialiter ad amicos, & cognatos, sed ad omnes homines, etiam ad inimicos supra 5.

Et vos facite eis. Idest per hoc scietis quid debeatis facere alijs cum sciatis quid velletis vobis impendi, & dixit. *Omnia ergo.* Quia ly, ergo importat hic consequentiam ex præcedentibus, scilicet si homo vult orare ad Deum, & obtinere, oportet, quòd bene se habeat ad proximum, sicut vult, quòd Deus ad ipsum bene se habeat, sicut dicitur in oratione præcedenti c. dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus. ergo quęcunque vult homo recipere ab alijs hominibus

nibus debet impendere illis, quia aliter non se habe-
ret bene ad proximū. *Hæc est enim lex & prophetæ* Idest
obseruare istud mandatum est obseruare totam legē,
& prophetas, quia nihil aliud præcipitur in lege, & ꝓ-
phetis, vt infra dicetur. q. 25.

Quomodo est verum, quod quæcunque vult homo sibi fieri faciat alijs. Et quod voluntas proprie non est, nisi de bonis. Vnde homo vult dupliciter aliquod bonum sibi ab alijs. Quæst. XXI.

QVAERETVR quomodo est verum, quòd quę-
cunque vult homo sibi fieri faciat alijs, quia ex
hoc absurde sequeretur, quia vellet homo possidere
bona aliorum, & subiicere sibi hostes, ergo debet vel-
le, & permittere, ꝙ alii possideant bona eius, & ꝙ ipse
sit subiectus hostibus suis.

Dicendum, vt ait Aug. ꝙ aliqui voluerunt appone-
re hic bona. s. omnia bona quæcunque vultis, &c. &
ita dicit, ꝙ quidam codices latini habebant, sed hoc
superflue appositum asserit dicens istam esse senten-
tiam perfectam, quia voluntas proprie non est, nisi de
bonis, & ita bona, quæ quis vult sibi fieri debet velle
alijs. intelligetur igitur omnia bona, quæ vultis, vel
omnia, quæcunque recte vultis, sed adhuc istud non
sufficit, quia multa bona potest quis velle licite ab a-
lijs sibi impendi, quæ ipse non tenetur illis impende-
re, vt si quis vellet, quòd proximi sui superfluis suis fa-
cerent ipsum diuitem, non est enim hoc illicitum, &
tamen etiám si ipse habeat superflua, de quibus pos-
set facere aliquem diuitem, non tenetur quemquam
diuitem facere, sed solum de superfluo eleemosynā
dare indigenti ad succurrendum indigentiæ eius, &
non ad ditandum eum. Debet ergo intelligi, quòd ho-
mo vult dupliciter aliquod bonum sibi ab alijs impē-
di. Vno modo, vt licitum. Alio modo, vt debitum.
Bona quæ primo modo vult quis impendi sibi ab a-
lijs non tenetur illis impendere. Bona tamen, quæ se-
cundo modo vult recipere, tenetur etiam ipse con-
ferre, & sic est sensus, ꝙ illa, q̄ putat quis debita sibi eē
ab alijs hominibus, hæc debet putare debita esse, vt ip-
se faciat illis, sicut enim quilibet putat esse debitum,
quòd nemo ei noceat, ita debet putare debitum esse,
ꝙ ipse nemini noceat, & hoc velle, & facere tenetur
& sicut quilibet putat iustum esse, ꝙ homines cōuer-
sentur inter se veritatem seruādo, & exhibendo sibi
inuicem ea ad quæ ratio dictat eos obligatos, ita ipse
debet iudicare se obligatum esse ad faciendum hæc
eadem cum omnibus hominibus.

Quare Christus voluit hic ponere hanc regulam generalissimam, s. quæcunque vultis, &c. Nam quilibet debet proximo suo impendere, quod iustum ac bonum est. Quæst. XXII.

QVAERETVR ad quid fuit positum istud hic.
Dicendum, quod aut fuit necessarium, aut
valde vtile poni hic. Christus enim inceperat tradere
præcepta legis suæ in isto sermone magno a princi-
pio quinti capituli, lex autem Christi non posuit ali-
quas cæremonias, nec particularia præcepta circa ne-
gocia foralia, sicut erant in lege Moysi, sed solum po-
nit præcepta legis naturæ, ista autem innata sunt ho-
mini in ipsis principijs rationis practicæ etiam si a ne-
mine ponantur, sicut dicitur ad Roman. secundo, gē-
tes quæ legem non habent naturaliter ea, quæ legis
sunt faciunt testimonium perhibente eis conscientia
ipsorum, quia tamen propter consuetudinem peccā-
di erant ista præcepta quodammodo obfuscata, vel
deleta in ratione nostra, voluit Deus in lege veteri,
F quædam illorum exprimere, & sic posuit decalogū
Christus etiam voluit aliqua alia declarare, quę iam
venerant in dubium Iudæis, & errabant circa illa, su-
pra quinto cap. si autem procedere vellet applicando
particulariter omnia præcepta iuris naturalis, nunquā
finiret sermonem, ideo voluit dare de cæteris præce-
ptis iuris naturalis, de quibus non tetigerat, regulam
quandam generalem sub qua omnia comprehende-
rentur, & est ista. fuit igitur necessarium hic apponi
eam, quia alias maneret inexpletus iste sermo in quo
Christus vult regulare plene mentem nostram per
præcepta iuris naturalis, & sæpe tales regulæ genera-
les dantur in scriptura, vt primo Thess. 5. omnia pro-
G bate, quod bonum est tenete, & ab omni specie mal.
vos abstinete, sic ēt Psa. 33. declina a malo, & fac bo-
nū. i. declina ab oī malo, & fac oē bonū necessarium.
Et cum Christus positurus esset hic regulam quandā
generalem ad includendum omnia pręcepta iuris na
turalis non fuit aliqua magis conueniens, quam ista,
& quæ magis posset certificare, quia si diceret facito
omnia, quæ iusta sunt, & cauete iniusta omnia, be-
ne includerentur omnia præcepta iuris naturalis, sed
nihil certificaret ista regula, quia maneret dubium
nobis quid erat iustum, & quid iniustum circa res sin
gulas, & negocia, & ita si diceret declinate ab omni
malo nesciretur in singulis rebus, quod esset malum,
H cum autem dictum est omnia quęcunque vultis, &c.
non potest esse dubium homini quid debeat velle a-
lijs in quacunque re, sicut non potest esse mihi dubiū
quid ego vellem mihi fieri, sic dicit Chrysost. in qua-
dam homilia, manifestum est quid debeamus proxi-
mis facere quoniam ex nobis, quæ deceant scimus,
& non est possibile ad ignorantiam refugere, quod
tamen fieret data quacunque alia regula generali, ni-
si ista. Et est conueniens valde hæc regula, quia qui-
libet debet proximo suo impēdere, quod iustum, &
bonum est, bonum autem simpliciter est, quod quis
vult pro seipso, ideo quando quis voluerit pro altero
bona, quæ vult pro seipso recte illi bonum vult. sic di-
citur. 9. Ethicorum, amicabilia, quæ ad alterum vene-
I runt ex amicabilibus, quæ ad seipsum. i. ꝙ quis sit ami
cus alterius non cognoscitur, nisi per amicitiam, quā
habet ad seipsum, quia si facit pro altero talia, qualia
pro seipso iudicatur amicus eius, si nequaquam, ami-
cus non dicetur.

Quod autem ista lex generalis fuerit posita hic ad
complendum doctrinam de omnibus præceptis na-
turalibus, quæ Christus dare inceperat patet, quia ip-
se dixit hæc est enim lex, & prophetæ. i. in hoc com-
prehenduntur omnia quæ lex, & prophetæ dicūt, vn-
de ista est lex generalis ad dirigendum mores, ꝙ in
quocunque negocio, in quo lex aliqua expressit quid
facere debeamus proximis sequemur illam, vbi autē
non fuerit lex, vel nō inuenitur de negocio, debemus
facere proximis id, quod nos vellemus in simili nego
K cio nobis fieri, idest, quòd credimus iustum esse,
quod nobis fieret, & hoc modo nulla res est nobis,
quæ possit in dubium venire in cōuersatione ad pro-
ximum.

An hoc sit præceptum, vel quid sit, & si est præceptū cuius legis est. Et quomodo lex naturalis est duplex, scilicet vniuersalis, & particularis. Quæst. XXIII.

QVAERETVR an istud sit præceptum, vel quid
sit, & si est præceptum cuius legis est.

Dicendum, ꝙ præceptum est, nā istud dirigit ope-
rationem naturalē, ideo necesse est, ꝙ sit ꝓceptū, vel
consiliū: non ꝑt esse consiliū, quia cōsilia nō obligāt,
& tamen

& tamen istud obligat cũ Christus posuerit illud hic, tanquam generalem regulam supplentem locũ omnium præceptorum particularium, quæ per singula non poterant exprimi, vt patet præcedenti quæstione,& quia Christus dicit in litera hæc est enim lex.& prophetæ præcepta ponunt, & non consilia, nisi per accidens, nam consilium non potest vocari lex, præceptum autem vocatur lex, quia lex a ligando.i.obligando dicitur,quòd præcepta faciunt,& nõ consilia, ergo erit istud præceptum.

Ad secundum dicendum, quòd non est præceptũ legis Christi,tanquam aliquid per ipsum introductũ, dicitur enim præceptum alicuius legislationis, quod in illa legislatione introductum est, & prius non habebat vim obligandi,lex tamen Christi nõ dedit huic præcepto vim obligandi,quia ante eã obligabat:non est etiam præceptum legis Moysi cum potius comprehendat totam legem Moysi,& aliquid vltra, quia dicitur hic.hęc enim lex,& prophetę, etiam antequã lex Moysi esset vim obligandi habebat, ideo non accepit ab ipsa,quòd esset præceptum, sed est præceptũ legis naturalis,quæ inest cordibus nostris ad Ro.2. & quia quæ naturalia sunt, semper & vbique insunt, vt dicit Ari.5.Ethi.sicut ignis ardet hic,& in persis,non incepit istud præcep um aliquo tempore nouiter obligare,sed hoĩ creato cõnatum est, & semper durat. Aduertendum tamen, ꝙ lex naturalis prout nominat comprehensionem omnium præceptorum iuris naturalis est,sicut quædam scientia, in scientijs autem speculatiuis sunt quædam principia vniuersalia per se nota,& alia minus nota,& deinde conclusiones,quæ solum habent notitiam ex principijs. ita in iure naturali sunt quędam regulæ generalissimę,quę sunt principia aliorum iurium naturalium magis particularũ, & istę vniuersales regulæ sunt ita notę,quod in eis nullus potest esse error,nec ignorantia, vt omne malum esse fugiendum,nulli esse iniuste nocendum,& similia. Alia autem sunt iura naturalia magis particularia, vt veritatem seruandam esse in promissis, nihil agendũ esse ex insidijs,depositum esse reddendum,& accommodatum, & mutuum soluendum, & ita de similibus:ista enim sequuntur, quasi quædam conclusiones ex illis regulis generalibus, quia si nulli iniuste nocendum,est ergo depositum reddendum, & nihil ex insidijs agendum,nec est proximus occidendus, nec res eius furto subtrahenda.

De istis regulis generalibus est ista omnia quæcunque vultis,&c. quæ non solum est per se vna regula, immo includit totum ius naturale, sicut ista nullum malum agendum est, licet sub diuersis modis significandi eandem rem deferant istæ regulæ,& ostenitur est,ꝙ ista erat cõueniẽtior ad certificandum de omnibus regulis particularibus iuris naturalis, quã quæcunque aliæ,præcedenti quæst.ideo istam, & non aliam posuit Christus.

A do nominari legem nullam intelligerent illi, nisi legem Moysi sub qua manebant,ergo non loqueretur Christus de sua,sed de lege Moysi.

Item patet,quia talem modum loquendi Christus habet quando loquitur de lege Moysi, supra 5. non veni soluere legem,nec prophetas, sed implere, ibi tamen non potest intelligi de lege Christi, sed de lege Moysi,quia non poterat Christus soluere, nisi illã legem,quæ iam erat. etiam de prophetis non potest intelligi,quòd essent prophetæ legis Christi, quia lex, & prophetæ se cõsequuntur,& simul currunt, sed nõ potest intelligi hoc de lege Christi , ergo ẽt nec de ꝓphetis,qui fuerunt tempore legis huius.

Item patet, quia non poterat populus intelligere
B de istis prophetis,qui nondum erant, sed post mortẽ Christi fuerunt,ideo intelligeretur de alijs,qui fuerũt sub lege Moysi.

Item ex modo loquendi apparet,quòd isti prophetæ iam fuerant,vel tunc erant,quia dicitur hęc est enim lex,& prophetæ, idest istud præceptum continet omnia,quæ dicunt lex,& prophetæ.

Item patet, quia necesse est, ꝙ isti prophetę, quos Christus hic allegat scripserunt aliqua præcepta, quibus dicitur æquiualere istud, omnia quæcunque vultis, &c. prophetę tamen qui fuerunt in lege Christi, nihil scriptum reliquerunt, non intelligĩt ergo de eis.

Dicendum igitur, quòd lex vocatur hic lex Moysi:ista enim solet in scripturis semper lex vocari, quia
C erat lex Dei,& ipsa durante nulla alia lex Dei erat scripta. De prophetis dicendum,quòd sunt prophetę veteris testamenti, & tamen diuersimode accipiuntur, quia aliquando vocantur prophetę libri prophetales, vt Iosue,& Iudicum, & libri Regum , & sic accipit Hier.in prologo Galeato cum dicitur secundus ordo scripturarum esse librorum prophetalium, Alio modo accipiuntur prophetæ omnes qui aliquid de futuris prænunciantes scripserunt,& sic solemus quatuor prophetas maiores,& duodecim minores, & librum Psalmorum vocare prophetas , & iste est modus vulgaris noster, Tertio modo possunt vocari prophetæ coniungendo duos modos præcedentes, scilicet, ꝙ omnes libri prophetales, & etiam omnium illorum,
D qui aliquid de futuro dixerunt vocentur prophetæ. Hic tamen possent accipi prophetæ quarto modo,& adhuc largius, scilicet pro omnibus libris sacræ Scripturæ præter legem Moysi, & iste est proprius sensus literę, scilicet hęc est enim lex,& prophetæ, idest hoc præceptum includit,quidquid est in lege Moysi,& in omnibus libris sacræ scripturæ,nam si sic non acciperetur non daret Christus hic sufficientem regulam ad concludendum omnia præcepta , quia manerent multa alia præcepta in libris sacræ scripturæ, vltra libros legis,& prophetarum qui non compræhenderẽtur in hac regula , ideo oportet accipi hoc quarto modo.

Quæ lex,qui prophetæ sunt de quibus hic dicitur hæc est lex, & prophetæ. Et quomodo prophetæ vocantur quadrupliciter. Quæst. XXIIII.

QVAERETVR quæ lex,& qui prophetæ sunt dę quibus hic dicitur,hæc est lex.

Aliqui dicunt,quod intelligitur de lege Christi, & ẽt de prophetis, qui in ea fuerunt, quia multi erant in ecclesia primitiua,vt colligitur Actu.11.& 1. Co. 14.

Dicendum,quòd non potest stare , quia Christus non loqueretur hic de lege sua, eo quòd ipsa nõdum erat posita, sed nunc illam ponere incipiebat, etiam quia ipse non loqueretur populo cui prædicabat , nisi de eo,quod ipsi possent intelligere,& tamen audien-

E *Quomodo est verum, quod hoc solum mandatum est lex,& prophetæ,& an omnia dicta prophetarum,& legis reducantur ad istud mandatum. Cum prorsus omnis instructio moralis est qualiter homo se habere debet ad proximum,& ad Deum. Quæst. XXV.*

QVAERETVR quomodo est verum, ꝙ hoc solũ mandatum est lex, & prophetæ, quia multa ibi continentur, quæ non possunt reduci ad istud mandatum , sunt enim ibi historiæ rerum gestarum sunt etiam prænunciationes futurorum, sunt etiam quæ credi debent,& istorum nihil reduci potest ad mandatum.

Dicen-

Dicendum, ꝙ tota lex Moysi reducitur ad istud mandatum, nam lex non continet, nisi præcepta, & si sunt ibi aliquæ historię solum ponuntur propter pręcepta, inquātum aliquid faciunt ad illa. scilicet ad declarationem eorum, vel ad ostendendū causam quare data sunt, aut conditionem populi cui fuerunt data, & sic totum quod est in lege Moysi debet reputari esse præcepta. omnia tamen præcepta illius legis reducuntur ad istud, quod patet, quia illa præcepta sunt triplicia, s. moralia cæremonialia, & iudicialia, moralia sunt, quæ ad mores dirigendos proficiunt, & ab ipsa naturali ratione ortum habent: omnia hęc reducūtur ad istud, cum sit istud regula, quædam generalis comprehendens omnia præcepta legis naturę, vt ostensum est supra. q. 23. Cęremonialia autem præcepta sunt quædam determinationes particulares cultus diuini, & reducuntur ad pręceptum naturale de colendo, & diligendo Deum, & quia illud includitur in præcepto de dilectione proximi, quod est istud, includentur in eo omnia cęremonialia. Iudicialia quoque ad istud reducuntur, quia iudicialia sunt determinationes particulares in rebus foralibꝰ, qualiter se debeat habere homo ad proximum, & hoc maxime ostenditur per istud præceptum, quod est de habitudine ad proximum, vnde omnia iudicialia includuntur in eo, & etiam multa alia dubia circa iudicialia, quæ non possunt determinari in particulari determinantur generaliter per istud præceptum, & directe ad remedium præceptorum non scriptorum pro particulari communicatione datum est istud, tota ergo lex ad istud præceptum reducetur sic.

De prophetis autem. i. de omnibus aliis libris sacrę scripturę. Dicendum, quòd aut continent moralem instructionem, aut historiam, aut prænunciationes futurorum, siue ostensiones aliquorum, quæ credenda sunt, si continent instructionem moralem illa reducetur ad præcepta, & prohibitiones, & illa reducētur ad istud, sicut supra, vel omnis instructio moralis est qualiter homo se habere debeat ad proximum, vel ad Deum, sed hęc omnia continentur in hoc generali pręcepto, nam de proximo expresse ponitᷣ. de Deo autem intelligendum est per ea, quæ dicuntur de ꝓximo, vt infra dicetur. Si autem continentur historiæ non ponuntur illę, vt solum sciamus res gestas, quia ad hoc oportuisset poni historias omnium temporū & gentium, vel nihil poni, sed ponuntur inquantum proficiunt ad eruditionem moralem, vel ad fidē. moralis tamen instructio tota reducitur ad hoc pręceptū vt dictum est, ergo etiam omnes historiæ sacrę reducentur ad istud præceptum, tāquam ad finem ad quē ponuntur. Si autem sint pertinentia ad fidem, quæ in scriptura continentur, ordinantur etiam ad mores, & reducentur ad hoc pręceptum. Si sint pręnunciationes futurorum pertinent, interdum ad fidem, sicut ea, quæ prophetę pręnunciauerunt de aduentu, & gestis Messiæ, & tunc reducuntur ad istud pręceptum, vt supradictum est, interdum pręnunciantur aliqua futura, vt aliquid agatur, vel caueatur, & istud ad mores reducitur, & sic pertinebit ad istud pręceptum ꝑ hunc modum, omnes libri sacrę scripturæ continent in hoc pręcepto, & hoc patet, quia in isto præcepto includitur generaliter tota eruditio vitæ nostrę, & tamen tota sacra scriptura ad nihil aliud est, nisi ad instruendum hominem in opere bono. 2. Timo. 3. oīs scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docēdum, ad arguendum, & corripiendum, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus, ergo tota scriptura sacra reducetur ad istud pręceptum.

Tota scriptura sacra est ad instruendum hominē in opere bono.

Aliter potest dici, quòd hęc est lex, & prophetæ. s. quantum ad præcepta. i. nihil præcipitur in lege, & ꝓ-

F phetis, nisi quod hic pręcipitur, & tunc facilius est reducere legem, & prophetas ad istud præceptum, vt ostensum est, & non reducentur historię, nec futurorum pręnunciationes. Sed obiicietur, quia tunc diceretur solum hęc est lex, & non addere, & prophetæ, quia prophetæ continent futurorum pręnunciationes. Dicendum, quòd in prophetis aliquando continentur historię, & aliquando pręcepta, & interdū futurorum pręnunciationes, & prophetę quantum ad pręcepta reducuntur ad istud. melius tamen intelligitur, vt supra, quòd omnes libri sacrę scripturę, quantum ad omnia, quę continent, reducuntur ad istud pręceptum, tanquam ad finem. s. ad nihil aliud est to-
G ta sacra scriptura, nisi vt homo diligat Deum, & proximum, & per hoc efficiatur beatus, & tamen in isto pręcepto continetur istud totum, ergo tota sacra scriptura ordinatur ad id quod significatur in hoc præcepto.

Quomodo dicitur hic, quod consistant lex, & propheta in hoc præcepto, quia videtur, quòd oportebat poni aliud præceptum de dilectione Dei Et quod impossibile est aliquem diligere proximum, nisi Deum diligat.

Quæst. XXVI.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, quòd cōsistat lex, & prophetæ in hoc pręcepto, qa oporte-
H bat ad hoc poni pręceptum alterum de dilectione Dei, nam in istis duobus pendet vniuersa lex, & prophetæ, infra 22. sed non in isto solo. Dici potest vno modo, quòd lex & prophetę pendent in hoc pręcepto, non tamen tota lex, quia adhuc manet pręceptū de diligendo Deum, ad quod magna pars legis, & ꝓphetarum reducitur, & ideo non dicitur hic: hæc est enim tota lex, & prophetæ, sicut dicitᷣ infra 22. in his duobus mandatis pendet vniuersa lex, vt innuatur, ꝙ in ambobus simul pendet tota lex, & tamen in neutro eorum pendet tota. sic dicit August. videtur autē pręceptum istud ad dilectionem proximi pertinere, non autem ad Dei dilectionem, cum in alio loco duo pręcepta esse dicat, in quibus tota lex pendet, & prophetæ, cum autem hic non addit tota lex, ꝙ ibi addit
I reseruauit locū alteri pręcepto, quod est de dilectione Dei. Aliter potest dici, & melius, quòd non fuit hic positum pręceptum de dilectione Dei, quia in p̄cepto de dilectione proximi intelligitur dilectio Dei, impossibile est enim, ꝙ quis proximum diligat, nisi Deum diligat, quia quando proximus ex charitate diligitur propter Deum diligitur, necesse est ergo prius diligere Deum, sicut nullus agit aliquid ad finem, nisi finem pręconceperit, & hoc modo in pręcepto de dilectione proximi includitur tota lex, sicut includitur in ambobus pręceptis, quod patet, quia sicut dicitur, ꝙ in illis duobus tota lex pendet, & prophetæ, ita dicitur ad Roma. 13. qui diligit proximum legem impleuit, & tamen non potest impleri lex, si aliquid de
K ea deficiat, tota ergo pendet in hoc præcepto de dilectione proximi: patet etiam clarius ad Gala. 5. omnis enim lex in vno sermone impletur diliges proximū tuum, sicut teipsum, omnis tamen, & totus, & vniuersus pro eodem accipiuntur. hic ergo non est aliqua differentia, quòd dicatur hęc est lex, & prophetæ, vel hoc est tota lex, & prophetę, sed idem Christus vtrobique significare voluit, & apparet, quia aliàs si nō penderet tota lex in hoc pręcepto, sed solum pars eius de quolibet pręcepto, quantumcūque paruum, esset verum, quòd in eo penderet lex, & prophetæ, quia quædam pars legis pendet in ipso, & tamen non dr̄ hoc, nisi de isto pręcepto dilectionis proximi, quia cōprehendit, &c. ergo intelligendum est, quòd tota lex, &

prophetæ pẽdent in eo, sicut etiam exposuit ipsemet Aug.lib.8. de Trini. dicẽs ideo scriptura tantam dilectionem proximi commemorat cum dicit omnia, quæcunque, &c. quia qui proximum diligit consequens est, vt ipsam dilectionẽ præcipue diligat: Deus autem dilectio est, consequens est ergo, vt præcipue Deum diligat.& sic innuit, ꝙ in vno intelligitur alterum,& consequenter tota scriptura includetur in eo. *Intrate per angustam.* Hic ponitur secundum principale quod requiritur ad euangelicæ legis impletionem. s. conatus liberi arbitrij, & quia lex datur de rebus difficilibus.s.de operationibus virtutum, debemus per liberum arbitrium conari valde ad ista faciendũ, quæ præcipiuntur, vnde dicitur. *Intrate per angustam portam.* Ista porta est obseruatio præceptorum, quæ vocatur angusta metaphorice, quia sicut per angustum locũ difficile est intrare, ita per obseruationem præceptorum inflexibiliter ambulare difficile est homini carnali. *Quia lata porta est spaciosa via, quæ ducit ad perditionem.* q.d.vos vultis saluari, & tamen si ambulatis p viã spaciosam non saluabimini, quia spaciosa via, & lata porta non ducit ad vitam ęternam, sed ad perditionem.i.gehennam,& dicitur spaciosa via,quia ad inferenum mille modi sunt eundi, quot enim modi sunt peccandi, tot modi sunt illuc eundi, & tamen peccare contingit infinitis modis.2.Ethicorum, ideo infinitis modis contingit ire ad perditionem, est igitur spaciosissima via. *Et multi sunt qui intrant per eam.* Omnes homines appetunt delectabilia,& fugiunt labores, & difficultates. In via autem quæ ducit ad vitam sunt difficultates multę. In via autem perditionis nulla est nisi quam quis sibi sponte assumpserit,quia quidquid homini placet licitum est in ea, cum ibi non sit aliud præceptum, nisi ad libitum viuere, & frui bonis, quæ videntur antequam marcescant, iuxta opinionẽ insipientium.Sap.2.Plurimi ergo,vt fugiant difficultates, quæ sunt in via salutis, intrant per istam viam spaciosam. Alij vero non cognoscentes, nec credentes alia bona, nisi ea, quæ videntur prosequuntur ista sola 7. Ethicorum,& isti sunt, qui maxime intrant per viam spaciosam, impossibile est enim aliquos istorum intrare per portam angustam, quia nihil est ibi, quod eis placere possit. *Quam angusta porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam.* s.ad vitam ęternam: dixerat intrare per angustam portam, & quia aliqui crederent non eẽ valde angustam istam portam instruxit eos dicens, quã angusta porta,& arcta via,& in hoc reddit nos cautos & solicitos:ostendendo magnitudinem periculi.s.quia est arcta via, vnde Lucas magis expressit istam difficultatem dicens Luc.13.contendite intrare per angustam portam. i.cũ magno conatu parate vos ad hoc, & dat causam, s. multi quęrent intrare, & non poterunt.possunt accipi hic ista duo.s.porta, & via pro eodem.i.pro obseruatione mandatorum, quia mandata sunt per quę quotidie gradientes ad vitam ęternã tendimus,& ipsa sunt per quæ illuc ingredimur, infra 19.si vis ingredi ad vitam serua mandata:ipsa ergo sunt via,& porta. Vel potest accipi,quòd via sint ipsa mandata,& porta sit Christus.sic dicitur Ioan.10.ego sum ostium,per me siquis introierit saluabitur,& pascua inueniet, & tunc dicitur via arcta propter difficultatem præceptorum. porta autem.i.Christus dicitur esse angusta non paruitate potestatis, sed ratione humilitatis,vt ait Chrysostomus super Matthæ. quia nemo potest intrare per eum,nisi se valde humiliauerit.sicut ipse dixit infra 28.nisi efficiamini,sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum cęlorum. porta autem perditionis diabolus est,quæ dicitur lata nõ magnitudine potentiæ,sed superbiæ,ipse enim est rex super omnes filios superbię.Iob.41.superbus autem inflatus est,& seipsum non capit, ideo lata porta indiget,vt intrare possit.sic dicit Chryso. *Et pauci sunt qui inueniunt eam.* Non dixit solum pauci ambulant per eam,sed etiam pauci inueniũt eam, quia ita parua est, ꝙ difficile est videre eam, & si interdum aliqui inueniunt, & ingrediuntur in eam,capti voluptatibus seculi de medio itinere reuertuntur,vt ait Hierony.sup Matth. De via perditionis non dixit multi inueniunt eam, sed multi intrant per eam, nam tam lata est,ꝙ omnibus patet,& non oportet illam quæri, quia ipsa se omnibus offert, nec potest quisquam in ea errare, quia quocunque se conuerterit via est, nec potest quisquam errare a via illa,nisi bonus efficiatur ingrediens per viam arctam.

Quomodo dicitur hic,quòd arcta est via, quæ ducit ad vitam, cum lex Christi sit facillima. Et quomodo virtus consistit in medio. Et quomodo lex Christi est leuis propter duo. Quæst. XXVII.

Quæritur quomodo dicitur hic, quòd arcta est via,quæ ducit ad vitam. Quia ista via est lex Christi, & tamen lex Christi est facilis,sicut dicitur infra.11.iugum meum suaue est,& onus meum leuem,etiam lex Christi est leuior lege Moysi,quia Act.15.dicitur de lege Moysi hoc est iugum,vel onus, quod nec nos, nec patres nostri ferre potuimus,& innuitur ibi, quòd per legem Christi liberatur ab illo iugo, quod non fieret, nisi lex Christi esset leuior. ergo nõ est arcta via, nam etiã ipsa lex Moysi,licet esset grauis non erat tam grauis, vt quis eius grauitatem expauesceret, Christus tamẽ ostendit valde duram esse viam istam.

Dicendum, ꝙ nunc nõ agitur principaliter an lex Christi esset facilior ad tolerandum, quam lex Moysi,quia de hoc dictum est libro nostro de quinque legibus,& etiam dicetur Actu.15. & dicetur aliquid infra 11.c.q.vltim.sed quomodo possit stare, quòd sit arcta via. Dicendum, quòd ad veritatem lex Christi est via arcta propter pręceptorum difficultatẽ,& non est sic specialiter in lege Christi, tanquam Christus introduxerit aliquas nouas difficultates, quia nulla pcepta posuit vltra ea, quæ de iure naturali erant, sed illa declarauit,quantum ad aliqua,quæ obscura erãt, vel potius per paruam consuetudinem obscurata, & sic ius naturale si plene obseruãdum est difficultates multas habet. ratio est, quia omnes operationes nostræ per virtutem dirigendæ sunt,operari autem secũdum virtutem est valde difficile, quia virtus consistit in medio.2.Ethic. inuenire autem medium est valde difficile,vt patet ibidem, quãto magis circa medium inuentum operari, & ideo dicitur hic, ꝙ pauci inueniunt eam.i.istam viam arctam.Operari autem vitiose est valde facile,& hoc propter duo. Primo, quia nulla difficultas est in inueniendo viam, quia non est aliquis modus certus operandi ad male agendum,sed qualitercunque velimus possumus malum facere. Secus autem de bono, quia non potest bonum fieri, nisi vno modo. s. obseruando omnes circunstantias, secundum rectam rationem, malum autem fit ex defectu cuiuscunque circũstantię,& sic dicitur. 2. Ethi. ꝙ peccare contingit infinitis modis, bene autem agere solum vno modo, & ponitur exemplum de sagittantibus, quia difficile est percutere signum eo, ꝙ ad percutiendum non est,nisi vna via, ad deficiendum autem sunt infinitæ,quia totus mũdus via est, & hoc bene significauit hic Christus ponens conditionem vtriusque viæ.nã de via salutis dixit, ꝙ est arcta.s.quia virtus consistit in medio, & si declinemus ad vnam partem,vel alteram,iam incidimus in vitium, sicut in via

via arcta, quantumcunque modicum declinemus extra viam, sumus de via perditionis: dixit quod est via lata, quia malum operari habet infinitam latitudinem. s. ad extremum superabundans, & deficiens, & quantumcunque quis velit declinare ad vnam partem, vel ad alteram, tanto magis erit in via, quia tanto magis erit in extremo, & est peccatum maius, quanto magis a medio receditur, infinita est ergo latitudo viæ istius.

Secundo, quia operari malum non habet difficultatem cum sit secundum inclinationem naturæ nostræ deprauatæ, inclinamur enim semper ad aliquod extremum in omnibus passionibus, & actionibus, vitia autem consistunt in extremo, virtus autem semper est contra inclinationem naturæ deprauatæ, quia est circa medium, & ideo operari secundum virtutem etiã si in omnibus rebus medium esset cognitũ, esset difficile propter difficultates repugnantiæ ad naturalẽ inclinationem. peccare autem est facere quidquid delectat, ideo nihil facilius est, quam peccare, & nihil difficilius, quam bene agere. sic dicit Greg. super Ezech. quamuis charitas sit lata, tamen per angusta, & ardua homines ducit a terra, satis angustum est oĩa dimittere, vnum solum diligere, prospera non ambire, aduersa non timere. Dicitur tamen lex Christi esse leuis nõ simpliciter, sed propter duo, scilicet propter considerationem præmii, & propter adiutorium ad operandum.

De primo patet, quia Christus proposuit nobis vitã æternã, sed consideratis bonis cælestibus vilescunt omnia, quæ habentur in terris, vt dicit Greg. in homilia, nam & ipsi Iacob amanti Rachelem apparebat facile esse seruire septem annis pro ea, vt dicitur Gene. 29. quod videbantur ei pauci dies præ amoris magnitudine, & istam causam tangit Chrysost.

Secundum est adiutorium gratiæ, & charitatis, quia sine gratia nemo posset legem Christi obseruare etiã proposito sibi fine beatitudinis: gratia tamen est, quæ res asperas molles reddit, ita vt non solum præcepta, sed etiam consilia obseruare leue sit, & secundũ hoc patet responsio ad illud infra 11. iugum meum suaue est, quod rectissime dictum est, nam si iugum est graue est, quia ceruices premit, & tamen leue est, quia alleuiatur vel leuificatur per eum, qui nobis imponit, nã ipse dicit ego reficiam vos. eod. c.

Ad aliud cum dicitur, quod lex vetus erat iugum, dicendum, quod omnis lex est iugum, inquantum omnis lex imperat actum virtutis, inquantum tamen aliqua lex plura imperat, quam alia: dicitur iugum leuius, lex autem vetus, quantum ad aliquid erat grauior lege Christi, vt dicetur loco suo, & infra 11. ideo Apostoli dixerunt, quòd illa erat iugum, vel onus, quod portare non poterant. De lege Christi an debuit habere difficultatem aliquam, & qualẽ dicetur libro nostro de quinque legibus.

K Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest autem arbor bona, malos fructus facere, neq; arbor mala, bonos fructus facere. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, exci-
F detur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

Luc. 6. Sup. 3. c.

Attendite a falsis. Hic ponitur tertium principale ad impletionem legis euangelicæ, scilicet vitatio mali consortii, vel prauæ doctrinæ, & quoniam multa falsa dogmata apparitura erant, quæ turbarent sincerã fidem credentium, Christus præmonuit nos cauere hoc dicens.

Attendite a falsis prophetis. Idest diligenter cauete, & non dixit aspicite, sed attendite, quia aspicere est ad illud, quod palam videtur, attendere autem est cũ solicitudine inquirere, vt videamus, vt dicit Chryso. & hoc est, quia isti falsi prophetæ non palam venturi erant, sed dissimulato habitu, & ideo erat difficile ca-
G uere illos, nisi solicite attenderemus: vocantur falsi prophetæ falsi doctores, qui docent contra veritatem fidei, & non loquitur Christus de doctoribus, qui errant ex ignorantia, quia isti non se occultant cum putent se bene dicere, sed de doctoribus prauis, qui habent intentionem subuertendi fidei puritatem, & ad hoc se dissimulant, vt eis fallendi locus sit, & vocantur prophetæ large per similitudinem, quia prophetæ sunt qui futura, vel abscondita reuelant, quæ nemo scire potest, nisi Deus ei ostendent, & quia isti erudiũt populum in eis, quæ populus scire non potest, nisi a doctore sacræ scripturæ instruatur, vocantur prophetæ non simpliciter, sed respectu populi, sicut etiam aliquis dicitur Deus, quia vice Dei habet, vt fuit Moy-
H ses. Exo. 7. ecce constitui te Deum Pharaonis. i. tu poteris facere Pharaoni bona, & mala, quæ volueris, sicut Deus facit omnibus rebus: etiam propheta dicitur ille qui declarat intentionem alterius eis, quibus occulta erat. eod. c. s. Aaron non audiebat aliquid a Deo, sed Moyses. eod. c. s. tu loqueris ei omnia, quæ mando tibi, & ille loquetur ad Pharaonem, & sic isti nõ erant prophetæ simpliciter, sed populi, quia ea quæ a sacra scriptura ipsi recipiunt, tanquam a Deo proponunt populo, qui non posset ea per se intelligere, & ita accipitur infra 24. surgent pseudo Christi, & pseudo prophetæ. i. falsi prædicatores, qui annunciabunt alium esse Messiam, sic etiam 1. Ioã 4. dicitur, quod multi pseudo prophetæ exierunt in mundum. i. prædicatores fal-
I si. vocantur etiam prædicatores interdum spiritus. eo. cap. nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt. i. non credatur omnibus prædicatoribus, & patet, quod sic accipiatur, eodem cap. s. omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse ex Deo est. i. omnis prædicator qui annunciat hoc, est ex Deo. dñi isti falsi prophetæ, quia falsa docent.

Qui sunt qui prophetæ appellantur.

Qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. Idest qui ostẽdunt se simplices, & sine dolo habentes rectam doctrinam, dicit Chrysost. oues Christiani sunt, vestimẽtum autem ouium est species christianitatis, & simulatæ religionis.

Aliqui intelligunt istam literam, de omnibus hy-
K pocritis, qui foris ostendunt, quod non sunt, & verũ est, quòd illi de quibus Christus hic loquitur hypocritæ sunt, non tamen loquitur de omnibus hypocritis, quia hypocrita si nihil aliud est, nisi hypocrita sibi soli nocet, quia hypocrita quærit gloriam mũdi, nam omnia opera sua agunt, vt videantur ab hominibus præced. c. & infra 23. & hoc eis nocet, quia perdũt mercedem suam præcedenti cap. Alijs autem non nocet cum non quærẽt ab eis hypocritæ, nisi gloriam, nihil tamen nocet nobis, quod aliquos opinemur viros bonos qui non sunt, & tanquam bonis exhibeamus eis honorem debitum virtuti si nihil aliud sequatur, vnde Christus tunc non diceret ab eis, ita cauendum cum magna attentione, & daret signa ad cognoscendum

eos,

eos, oportet ergo, quod isti de quibus loquitur sint aliqui qui nocere possint, & intendant, & isti sunt falsi prædicatores. nullum enim maius nocumentum esse potest, quam veræ fidei corruptio, ideo valde cauendum est ab eis, quia tamen isti non poterant hoc facere si palam ostenderent se malos, & contra fidem agentes, oportet quòd vtantur quadam hypocrisi, & hoc est venire in vestimentis ouium, quod ostendit eorum simulatam veritatem tam quantum ad fidei rectitudinem, quam ad morum honestatem.

Intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Idest habent interius desiderium destruendi, & peruertendi rectam fidem. ex hoc apparet, quòd etiam non intelligitur de quocunque falso doctore, nec de quocunque hypocrita, quia hypocrita gloriam quærit, isti autem quærunt rapere, & destruere etiam, qui vera docent, & male viuunt volentes occultare morum grauitatem sub honestate doctrinæ hypocritæ quidem sunt, sed non sunt lupi, sed serui carnis, vt dicit Chryso. vnde manifeste de hæreticis doctoribus dicit hoc debere intelligi.

A fructibus eorum cognoscetis eos. Quia ipsi se simulant in vestimentis ouiũ, & videretur impossibile euitare eos quos non possemus cognoscere, dedit signum cognoscendi eos, scilicet a fructibus ipsorum, idest ab operibus, scilicet quia falsus doctor falsa docebit, & etiam qui in moribus hypocrita est, in fructibus suis cognoscitur, quia interiora eorum, quæ non sunt talia sicut exteriora, ostendent eos.

Numquid colligunt de spinis vuas. Probat, quòd necesse sit cognosci istos hypocritas ex operibus, quia mali sunt, & ideo non possunt bona opera facere, & sic mala opera ostendent eos malos, quia sicut de spinis non nascuntur vuæ, ita nec malus homo potest bonum facere. spinæ vocantur arbusculæ spinosæ quas aliqui vocant vepres, & illæ spinas gignunt, & non vuas. *Aut de tribulis ficus*. Tribulus genus cardi est, & dicitur a terendo, vel tribulando, quia membra nostra configit, & atterit, & de illis non nascuntur ficus, sed solum spinæ.

Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. Scilicet qui vere boni sunt fructum bonum faciunt, quia si prædicatores sunt boni prædicabunt recta, si autem sunt boni homines operabuntur bona.

Mala autem arbor malos fructus facit. Ita, & homo si malus sit malos fructus, idest mala opera faciet, & ex illis cognoscetur. *Non potest arbor bona malos fructus facere*. Hoc dicit ad respondendum quæstioni, quia diceret aliquis licet sint mali isti prædicatores possunt fingere bonitatem, vel bonum operari, & sic non erit locus agnoscendi eos, Christus autem dicit, quòd nõ poterunt se occultare, quia non poterunt operari bonum, cum mali sint.

Nec arbor mala fructus bonos facere. Sicut boni se habent determinate ad faciendum bonum, ita mali determinate ad faciẽdum malum, & nemo potest vsurpare vices alterius. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur*. Illud ponitur hic ad terrorem malorum, quia dictum erat, quòd isti doctores falsi mala prædicabunt, quia sunt arbores malæ, vt autem non putemus eos impunitos euadere ne sibi quisquam assumeret occasionem male agendi, dicitur, quod omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, idest omnis homo, qui non operatur bonum excidetur, scilicet de præsenti vita, & mittetur in ignẽ, scilicet æternum, sic dicitur supra 3. iam securis ad radicem arborum posita est, omnis arbor, quæ non facit fructum, &c. quod autem intelligatur de igne inferni apparet, quia dicitur ibi immediate in alia parabola, paleas autem comburet igne inextinguibili,

A idest æterno igne inferni, vel sicut dicit Chry. in quadam Homel. ponuntur hic duæ pœnæ malorum, scilicet excludi a vita æterna, & hoc est excidi, & puniri in inferno, & hoc est in ignem mitti, dicit autem deterius esse excludi a gloria, quã puniri in inferno, etiam si essent decem mille inferni non esset tam malum pati pœnam illorum quantum malum est excludi a gloria. *Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos*. Redit ad suam conclusionem, scilicet quòd non poterunt latere isti falsi prædicatores, quia cognoscentur ex operibus suis.

B *Quomodo hypocritæ ex operibus suis cognosci possint cum semper dissimulent: vbi quæ sunt opera carnis.*
Quæst. XXVIII.

QVÆRITVR quomodo verum sit, quòd ex operibus suis cognosci possint isti, quia non ostendent se tales esse quales sunt, sicut ipse Christus præsupponit vocãs eos falsos prophætas. Etiam quia dicitur, quòd venient in vestimentis ouium, & tamen vestimentum occultabit eos. Dicendum, quòd isti, siue sint falsi prædicatores, siue sint solum hypocritæ cognoscentur ex fructibus, idest ex operibus suis: nam si sunt hypocritæ cognoscuntur ex vitæ qualitate, quia hypocrita, nec est bonus, nec vult esse bonus, sed solum videri bonus, ideo C vere malum operatur, sed studiũ suum est illud malum occultare, & bonitatis speciem prætendere, si quis tamen solicite inquirat faciliter inueniet hypocritam non esse id, quod apparet. Hoc autem est quãdo quis suspicatur aliquem esse hypocritam, & tamẽ interdum etiam, quando non suspicamur de aliquo an sit hypocrita cognosci potest ex operibus suis, licet non ita faciliter, quia tamen nihil est occultum, quod nõ reueletur infra 10. oportet, quòd aliquando ipsa opera hypocritarum per seipsa in publicum veniant, etiam quia ipsi hypocritæ licet aliquando solicite caueant ne videantur opera sua, non possunt tamen semper ad hoc esse attenti, & ideo interdum ipsi se manifestant, quia falsa non possunt diu latere.

D Primus modus fortior occultandi se est ipsorum hypocritarum, quando operantur aliquid, quod est vere bonum, quia sæpe licet nolint esse boni, vt tamẽ consequantur gloriam bonorum bona faciunt, & tamen tunc etiam cognoscentur ex operibus, quia hypocrita non manebit diu bene operãs, intendit enim hypocrita gloriam huius sæculi, & non futuri, operari autem bonum est difficile, vt supra dictum est, vnde nisi quis firmiter speret vitam æternam illam cæteris bonis præponens non potest diu bene operari, hypocrita igitur cum amet bona huius sæculi quibus non potest frui operando secundum veram virtutem, nõ poterit diu operari bonum, sed necesse est, quòd ad malum conuertatur, & sic simulatio depræhendetur, sic dicit Chryso. in Homilia facile hypocritæ capiun-E tur, via enim qua iusti sunt ambulare laboriosa est, hypocrita autem laborare non vtique eliget, & sic hypocrita capitur ex fructibus, idest ex operibus, & isti sunt fructus carnis de quibus Apostolus ad Gala. 5. manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio immunditia, &c. omnis enim hypocrita carnalis est, idest non spiritualis, ideo necesse est, quòd ex fructibus carnis cognoscatur.

Si autem sit hæreticus prædicator, qui se simulet bonum in moribus, & in fide rectum, etiam ex operibus suis cognoscetur, & in hoc facilius est cognosci, quam in solo hypocrita, quia hæreticus prædicator non venit, nisi vt falsa prædicet, & fidem subuertat, hoc autem poterit manifeste videri an vera, vel falsa

dicat,

dicat, sic enim dixit Ioa.1.Io.4 probate spiritus,i.prædicatores an ex Deo sint, & dixit, ꝙ ille spiritus,idest prædicator, qui cõfitetur Christũ venisse in carne est ex Deo,hoc dicit quia illo tempore erat cõtrouersia, & error suscitatus super articulo, & falsi prædicatores non confitebant̃ Christũ esse Deum, & hominẽ simul, qui aũt confiteretur hoc erat bonus spũs,i.prędicator, ita & quantũ ad doctores hęreticos fiet probatio eorũ in omnibus illis in quibus dubitat̃, vel suspitio est ꝯ eos, & si ꝯcorda ũt rectę fidei suscipiendi sunt, hoc tñ est necessarium,s.ꝙ solicite circa eos attendatur, quia cũ multa vera dixerint nõ cauentibus orthodoxis errores suos interponẽt,iõ ad singula solicite attendendum est ne credatur eis in aliquo quousque probetur an ex Deo sit.i.consonet rectę fidei. Si autem dicatur,ꝙ volunt se semper occultare, nunquam falsa prædicantes verũ est, ꝙ tunc nõ poterũt depręhendi,quia sic, nunq̃ erunt mali,& tamen cum ipsi præsupponant̃ esse falsi prophetæ, & ad falsa prædicandũ venerint, necesse est, ꝙ ex fructibus suis cognoscantur,s.ꝙ aliq̃n falsa dicant, & per illa depręhẽdantur esse falsi. Ad primum argumentũ dicendũ, ꝙ isti vocantur falsi prophetę, quia ad prędicandũ falsa veniunt, & ideo per hoc potius est locus ad cognoscendum eos, quam ad hoc,quòd se occultent.

Ad aliud de vestimento dicendum est, ꝙ verum est istos doctores fallos,& omnes hypocritas dissimulare, id quod sunt, non tamen ex hoc sequitur quin possimus eos cognoscere ex fructibus suis,quia Christus non dixit, ꝙ cognosceremus eos in vestimento, sed in fructibus, ipsi enim in vestimento, idest in exteriori habitu, & cõuersatione simulant se esse, quod non sunt,& tamen fructus eorum non mutãtur,quia cum mali sunt, nunquam se efficiunt vere bonos, & ideo semper manet locus cognoscendi eos ex fructibus suis.

Quomodo dicitur, quòd non potest arbor bona malos fructus facere. Et quilibet homo est aliquo modo simul bonus, & malus. Quæst. XXIX.

QVAERITVR quõ dicitur hic,ꝙ non põt arbor bona malos fructus facere, & econtrario.

Dicendum, quòd si Christus loqueretur hic vere de arboribus planum esset, quia arbor non operatur per libertatem, sed per naturam, quæ determinat eam ad vnum. Vnde si arbor bona est necesse est, quòd bonos fructus faciat, quia habet formam, & virtutem naturalem ad faciendum bonum fructum, & non malum, & econtrario de arbore mala: Christus tñ loquitur solum de homine, quia non est cura sibi de arboribus, sicut non est cura de bobus. prima Cor.9.vñ Luc.6.vbi ponit̃ ista eadẽ materia post ista verba subditur,bonus homo de bono thesauro cordis profert bonum, & malus homo de malo thesauro profert malum. Et tunc manet dubium quomodo homo malus non possit bonum facere, & bonus nõ possit malum facere. Nam intentio Christi ista est, innuit enim, quod licet isti falsi prophetæ velint se occultare non possunt, quia malus homo non potest bonũ facere, & ideo oportet,ꝙ opera sua mala ostendant eum esse malum,aliqui dicunt,quod homo malus inquantum malus est non potest bonum facere, quod est in sensu composito, & tamen homo malus potest bonum facere, idest homo, qui malus est, sed tunc nihil prodest illud,quia si ille, qui vere malus est potest bonum facere, siue faciat hoc inquantum bonus, siue inquantum malus nihil ad nos, quia fallit nos, & iudicabimus eum esse bonum.

Dicendum, quòd verum est, quod homo malus F non potest facere bonum, nec econtrario, & tamen quilibet homo est aliquo modo simul bonus, & malus,& ita quilibet potest pro quocunque tempore facere bonum,vel malum:nam ille, qui vere bonus est habet virtutes per quas bonus est, & per illas potest facere bonum,& impossibile est, quòd per illas possit facere malum, quia includit contradictionem,quòd aliqua virtus incliner ad malum,habet tamen iste bonus malum aliquod, scilicet defectibilitatẽ liberi arbitrij, & fomitem, quæ sunt duo mala existentia in omni homine,& ex illis possumus malum facere,i.ad malum inclinari, quia virtus non cogit nos inclinari ad bonum, vel illud facere. De malo autem,etiam di- G cendum est,quòd est simul malus, & bonus:nam est malus, quia habet habitus vitiorum per quos operatur malum, & non potest per illos operari bonum, habet tamẽ bonum quoddam, scilicet libertatem arbitrij per quam potest eligere bonum, & sic malus efficiet bonum non per malum, quod habet, sed per bonum,quòd in eo est,& sic potest quilibet homo facere tam bonum,quam malum.

De verbo autem Christi potest dici vno modo, scilicet ꝙ non potest arbor mala, idest malus homo facere bonum fructum, & econtrario, idest difficile est,quia malus homo habet malos habitus, & ex illis inclinatur,ideo difficile est, quod contra inclinationẽ agat, quia licet possibile sit ipsum operari bonũ pro- H pter liberum arbitrium, cum tamen malitia habitus sui præpõderet, & moueãt libertatem arbitrij potius ad malum, quam ad bonum, operabitur iste malum, & non bonum, & esset difficile, quòd ageret contra istam inclinationem cum non habeat inclinationem contrariam, & hoc innuitur Lucę 6. vbi ista ponũtur, scilicet bonus homo de bono thesauro cordis profert bonum, & postea dicitur ex abundantia cordis os loquitur, idest sicut homo difficile abstinet, quin loquatur ex abundantia cordis, idest quando cor est valde inclinatum ad loquendum, ita cum homo sit dispositus per malos mores difficile est, quod operetur, nisi per illos, & iste modus loquendi est sępe in scriptura, scilicet quod accipiatur impossibile pro difficili Iosue 24 non poteritis seruire Deo, idest diffi- [Sępe accipitur impossibile pro difficili.] I cile erit vobis seruire sibi.& Iere.13.si potest Ethiops mutare pellem suam,& pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere cum didiceritis malũ, tamen Ethiops non potest mutare pellem suam, idest quia est sibi impossibile,& etiam pardo mutare varietates, & sic sequeretur, quòd qui malus est,nũquam possit bonum facere,& tamen potest benefacere,sic dicitur infra 19.& Lucę 18.facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cœlorum,& tamen impossibile est simpliciter camelum intrare per foramen acus, sed non est impossibile diuitem intrare in regnũ Dei,sed solũ difficile,vt dr̃ ibidem,i.quã difficile, qui pecunias hñt in regnũ Dei intrabunt. Alio mõ intelligitur verbũ Christi nõ qui- K dem,ꝙ dicat impossibile esse malum hominem facere bona aliquando, sed ꝙ non est possibile,ꝙ semper bona faciat cum malus sit, & malus esse intendat, & iste sensus adhuc magis conuenit litterę,quia bene cõsitemur interdum hypocritas bona facere, idest falsos prædicatores, & hęreticos vera prædicare,tamen si sunt hypocritę non est possibile, ꝙ semper bona faciant,quia si semper bona facerent iam hypocritę nõ essent,sed boni viri, & iã præsupponitur, ꝙ sint hypocritę,ergo non est possibile, ꝙ semp bona faciant, Et sic de hęretico prædicatore cuius intentio est errores introducere,non est possibile, ꝙ semp vera prædicet,quia iam non esset falsus propheta, sed verus prædicator,& ita verũ est infallibiliter,ꝙ ex fructibus eorũ

cogno-

cognoſcentur, licet non oporteat ad quælibet opera ipſorum reſpicere, quia non ſunt omnia fructus ipſorum, ſed quædam ſunt, vt veſtimentum quo tegunt iniquitates ſuas, quas tñ aliqñ neceſſe eſt reuelari.

Quomodo ſtat, quod dicitur hic nunquam colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus, cum Lucas dicat contrarium Quæſt. XXX.

QVAERETVR qño ſtat, quod dr̃ hic. ſ. nunq̃ colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus, quia Luc. 6. dr̃ cõtrĩo. ſ. nec. n. de ſpinis colligũt ficus, nec de rubo vindemiãt vuã. Dici poteſt vno modo, ꝙ Chriſt⁹ ſępe iſta dixit, & ita variauit locutionem cum vtrunque verum ſit æqualiter, & ſic Matthæus potuit vnum ſcribere, & Lucas alterum. Aliter poteſt dici, & melius, ꝙ iſta eſt eadẽ ſententia, licet per diuerſa verba proferatur, nam qñ dr̃ hic nunquid colligunt de ſpinis vuas, dr̃ Luc. 6. nec de rubo vindemiant vuam, quia rubus, & ſpina idem ſunt, eſt enim rubus arbuſcula ſpinoſa, ſpina autẽ eſt nomen generale ad omnem arborem habentem ſpinas, & ſic Matth. poſuit ſpinam, tanquam genus, accipiens tamen pro vna ſpecie ſpinarum, ſ. pro rubo, & illum expreſſit Luc. & cum dr̃ hic, nec de tribulis ficus, dicitur Luc. 6. nec de ſpinis colligunt ficus, & verum eſt, quia etiam tribulus eſt arbuſcula ſpinoſa, & Matthæ. poſuit hic nomen ſpeciei dicens de tribulis. Luc. autem nomen generis dicens de ſpinis, quia tribulus ſpina eſt.

Luc 6. Nõ omnis qui dicit mihi Domine domine intrabit in regnum cęlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt ipſe
1. q. 1. pro phetauit. intrabit in regnum cœlorum. Multi dicent mihi in illa die Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor
Pſal 6. Luc. 13. illis, quia nunquam noui vos. Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audiat verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Et deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat ſuper petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto qui ædificauit domũ ſuam ſuper arenam. Et deſcendit pluuia, &
Mar. 2. Luc. 2. 4 venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Et factum eſt cũ conſummaſſet Ieſus verba hæc, admirabantur tur-
25. q. 1. ca. ideo. bæ ſuper doctrina eius. Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum, & Phariſæi.

Non omnis. Hic ponitur qũo ad legis expletionem, & habendam ſalutem non ſufficit homini facere mi-

A racula, nec confiteri fidem, nec dæmonia eiicere, & dependet ex præcedentibus, quia Chriſtus dixerat ſupra, ꝙ aliqui veniebant in veſtimentis ouium. i. oſtendentes ſe bonos, hic aũt dicit, ꝙ non ſufficit iſta oſtenſio, niſi in veritate homo ſit bonus, ideo non ſufficit dicere dñe dñe ad ſalutem conſequendam.

Aliter poteſt introduci. ſ. Chriſtus oſtendit ſupra de legis expletione. ſ. quæ requiruntur ad ſeruandum plene legem ſuam, hic oſtendit, ꝙ oĩa alia quæ ſunt ſine legis expletione, & ſi bona videantur non ſufficiũt ad ſalutem, vt miracula facere, & dæmonia eiicere, & fidem confiteri, & dicitur. *Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum cœlorum.* Regnum cę-
B lorum eſt vita æterna, & iſta eſt finis propter quẽ obſeruamus legem, auſert aũt Chriſtus nobis fiduciam habendi vitam æternam per ſolam fidei confeſſionẽ, vel per ſola bona verba, vt dicendo dñe dñe.

Et poteſt vno modo dependere a præcedẽtibus. ſ. de falſis prophetis, quia illi cum intendant fidem ſubuertere, prius oſtendunt ſe zelatores illius, & dicunt dñe dñe. i. confitentur Deum eſſe dñm, & eſſe totis viribus agendum ad cultum eius, & tamen non intendunt hoc, ideo de iſtis dicit, ꝙ licet dicant dñe dñe, non habebunt vitam æternam.

Aliter poteſt intelligi, & melius de illis qui veram fidem confitentur, & Deum dñm vocant, tñ non obſeruant legem, ſed ſequuntur delitias ſęculi, & hoc
C exprimit litera dicens, ſed qui facit voluntatem patris mei, q. d. propter verba, nemo habebit vitam æternã, ſed propter opera, & hoc magis exprimitur Lu. 6. vbi Christus increpat eos qui bene dicunt, & tñ non obſeruant legem dicens, quid autem vocatis me dñe, & non facitis quæ dico? quaſi dicat inutile eſt, immo magis Deus conqueritur de hoc, quaſi irrideatur Iſa. 29. populus iſte labiis me honorat cor autẽ eorum longe eſt a me. *Sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt.* Voluntas Dei eſt, ꝙ obſeruemus legem, quam ipſe nobis dedit, obſeruando ergo iſtam habebimus vitã æternam, infra 19. ſi vis ingredi ad vitam ſerua mandata, & non dixit Chriſtus qui facit voluntatẽ meam, quia licet ipſe prædicaret hoc non dicebat iſta eſſe ab
D eo, ſed ab illo qui miſerat eũ, ſic. n. dixit doctrina mea non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Ioan. 7. hoc autem dicebat, quia Iudęi non videbant in eo, niſi humanitatem, & volebat Chriſtus innuere, ꝙ doctrina iſta non erat ab eo, inquantum homo eſt, ſed erat a Deo, & dixit patris mei, qui eſt in cœlis, vt Iudæi non intelligerent de aliquo patre terreno, quia nullum Chriſtus habuit, ſed Deus qui nobis eſt pater, etiam eſt pater eius, ſed ei eſt pater naturalis: nobis autem ꝑ adoptionem, & gratiam: etiam dixit, qui in cęlis eſt, quia loquebatur hic de regno cęlorum. ſ.

Nemo pp verba habet vitam ęternã, ſed pp opera.

Ipſe intrabit in regnum cœlorum. Ideſt in beatitudine, quaſi dicat non poteſt aliquis intrare in regnum cœlorum, niſi velit ille qui cœlos regit, ergo nemo illuc intrabit, niſi fecerit voluntatem eius, ideſt obſeruanE
E rit legem.

Multi dicent mihi in die illa. Hic magis declarat, quod dixit, ſcilicet quòd non ſufficit bene loqui ad habendum vitam æternam, & probat per ea, quæ fient in die iudicij, quia multi dicent Chriſto die illa domine in nomine tuo fecimus talia, & talia, & ipſe non recipiet eos, & dicitur in die illa, ideſt die iudicij, quia per excellentiam eſt illa dies, cum poſt eam non ſit futura alia dies: etiam quia eſt terribilior omni die, fient enim terribiliora die illa, quam in toto tempore præterito facta fuerint: ex hoc autem Chriſtus oſtendit ſe futurum eſſe iudicem dicens, ꝙ in die illa multi ſibi dicent domine domine, & tamen ſi ipſe non haberet tunc poteſtatem cõdemnandi, & abſ

solnendi frustra ad eum ista dicerentur, & ita ipse dicit infra 24.&25.quòd veniet in sede maiestatis suę ad iudicandum, & Ioan.5.dicitur pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio facere, ita dicit Chryso.in homilia postquam omnem compleuit sermonem monstrat seipsum iudicem esse.

Domine domine. Bis ponitur, vt ait Chry. quòd proprie timentium hominum, & angustias patientium vocem expressit, dicens domine domine, non enim semel sufficit dicere illi domine, quem necessitas timoris affligit. *Nonne in nomine tuo prophetauimus*. Idest prædicauimus, vel futurorum prænunciationes diximus, scilicet fidem tuam prædicauimus, quod est in nomine tuo prophetare, vel futura prænunciauimus dicendo hęc dicit dominus. *Et in nomine tuo dæmonia eiecimus*. Scilicet de corporibus obsessorum adiurando ea, & exire iubendo in nomine Christi.

Et in nomine tuo virtutes multas fecimus. Idest multa miracula: solet enim miraculum vocari virtus, quia omne miraculum fit ex quadam virtute, idest potestate, & est sensus, quòd in die iudicij isti, qui prædicauerunt, & miracula fecerunt, legem tamen Christi non obseruauerunt videntes se condemnatos dicent domine domine, idest quomodo facis hoc, quòd cōdemnas nos? nunquid non prædicauimus in nomine tuo, & fecimus miracula? non ergo abijcias nos, tanquam alienos, sed agnosce nos esse tuos, & tunc Christus dicet non noui vos, vt dicit Chryso.in homilia.

Et tunc confitebor illis. Idest in die illa: nam ante diē iudicij Christus non ostendit, qui sunt sui, & qui alieni, sed tunc ostendet, sic innuitur infra 13.in parabola zizaniorum, quando in consummatione seculi colligentur boni de medio malorum, sic dicit Hierony. super Matth.s.signanter dicit tunc confitebor, quia multo ante tēpore dicere dissimulauerat, & ꝓp illam diuturnitatem temporis ad pęnitendum concessam erit iustior ira Dei contra eos, qui non fuerint cōuersi, sic dicit Chryso.grandē.n.iram grandis dilatio pręcedere debet, quę iustius facit esse Dei iudiciū, & digniorem interitum peccatorum. *Quia nunquam noui vos*. Idest non solum no agnosco vos nunc esse meos, sed ēt nunq̄ agnoui vos, i.quia semper eratis mali, sic dicit Augu.nunq̄ noui vos.q.d.non solū in tempore iudicij, sed nec tunc cū miracula faciebatis, dr̄ aūt Deus non agnoscere, i.nō approbare, quia alias nihil sibi est incognitū, sic dicit Chryso.peccatores nescit Deus, quia non sunt digni, vt cognoscantur a Deo nō, quia omnino ipsos non cognoscat, sed quia snos illos esse non cognoscit. Deus.n.naturaliter oēs cognoscit, sed videtur eos non cognoscere, quia eos nō diligit sic ēt Deum cognoscere non vsr, qui eum digne non colunt. *Discedite a me, qui operamini iniquitatem*. Et ista est sententia condemnatoria infra 25.discedite a me maledicti in ignem ęternum, & dicitur, qui operamini iniquitatem, i.qui operati fuistis, quia tunc nihil operabuntur, vnde Luc.13.dicitur discedite a me omnes operarij iniquitatis, quod proprie dictū est, nā ille dr̄ operarius iniquitatis, qui assumpsit sibi ꝓ officio facere iniquitatē, & de talibus dr̄, ꝙ venditi te ad faciēdū iniquitatem, vt Deus dixit de Acab.3.Reg.21.vel pōt intelligi, qui operamini iniquitatem non quidē actualiter, sed quantum ad desiderium, quia in malis, nunq̄ cessauit desiderium mali, sic dicit Hierony.non dixit, qui operati estis iniquitatem ne videretur tollere pęnitētiam, sed qui operamini hoc est, qui vsque ad pręsentem horam cū iudicij tempus aduenerit, licet non habeatis facultatem peccandi, tamen adhuc habetis affectum, sic enim dicit Chryso.mors animam quidem a carne soluit, animę autem propositum non immutat.

F *Quomodo potest stare, quòd aliqui dicunt domine domine, & non intrabunt in regnum cælorum, Et quomodo intelligitur nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto. Quæst. XXXI.*

QVAERETVR quomodo potest stare, quòd aliqui dicunt dñe dñe, & non intrabunt in regnū cœlorum, quia nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto. prima Corin.12.qui tamen habent Spiritum Sanctum vitam ęternam habebunt.

Dicit Augu.lib.de sermo.domi.quòd Apostolus accepit dicere proprie prout mente, & verbo aliquid dicitur, & tunc, qui dicit dominus Iesus per Spiritum
G Sanctum dicit: Christus autem accepit hic dicere large, idest dicere verbo, quando in mente non sic tenetur iuxta illud ad Titū primo. qui cōfitentur se nosse Deum, factis autem negant, & hoc dicere Deus non approbat, sed redarguit infra 15.& Isai.29.populus iste labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me.

Aliter potest dici, & melius, ꝙ nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto, quia etiā siquis hęreticus sit, vel pessimus omnium virorum inquantum bonum aliquod facit a Deo mouetur, & quia Christum vocare dominum est in se bonū quoddam nemo potest hoc dicere, nisi Deus moueat ipsum, & sic per Spiritum Sanctum dicit, & tamen non propter hoc oportet, ꝙ sit bonus, quia non efficitur homo
H bonus, nisi per gratiam Spiritus Sancti, potest tamen sine gratia moueri ad aliqua bona, quę sunt materialiter bona, & Deus mouet hominem ad ista, & sic mali mouentur interdum a Deo ad dicendum bonū, & nō solum mouentur, sed etiam cogūtur bonū dicere, sicut fuit de Baalam, qui malus erat, & conabatur maledicere Israelitis, & Deus cogebat eum benedicere. Num.22.& 24.& sic dicit Amb.ꝙ omne verū a quocunque dicatur a Spiritu Sancto est, idest siue dicatur a bono, siue a malo semper est a Spiritu Sancto, & tamen non potest aliquis vitam ęternam habere, nisi gratiam habeat, ideo multi possunt dicere domine domine, qui non intrent in regnum cœlorum.

Quomodo dicitur, quòd prophetæ prophetizauerunt in nomine
I *Christi, & tamen ipse non nouit eos. Vbi quod prophetizare sumitur tripliciter. Et quòd prophetia, & omnis gratia gratis data potest stare cum peccato mortali. Quæst. XXXII.*

QVAERETVR quomodo dicitur hic, ꝙ isti prophetauerunt in nomine Christi, & tamen ipse non nouit eos, quia prophetia nō potest fieri, nisi cor hominis tangatur a Deo per aliquem modum Num.12.siquis fuerit inter vos propheta domini in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum, & sic Deus acceptat istos cum ad hanc dignitatem eleuet eos, vt specialiter loquatur illis.

Item quia Deutero.13.& 18.Deus posuit signum
K ad cognoscendū prophetas veros, & illos a se missos dicebat, & tales Deus diligit Psal.104.nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari, ergo non potest esse quin Deus nouerit istos, idest approbet.

Dicendum, ꝙ non est hic dubium an Deus istos nouerit, idest de eis notitiam habeat, quia oīa nouit, sed est dubium solum de approbatione, s.an sit necesse, ꝙ illi, qui prophetant boni sint. Aliqui dicunt, ꝙ omnes veri prophetę sunt boni, isti aūt nō erāt prophetę Dei, sed diaboli, sic dicit Chryso.considera, quia in nomine dicunt, & non in spiritu: prophetant.n.in nomine Christi, sed in spiritu diaboli, quales sunt diuinatores, sed sic discernuntur, quoniam diabolus

interdum

interdum falsa dicit, sed spiritus sanctus nunquam, cõ
cessam est autem diabolo interdum vera dicere, vt
mendacium suum rara veritate commendet, sed hoc
non est generaliter verum, quia non solum prophetæ
dæmonum non approbantur a Christo, sed interdũ
etiam aliqui de prophetis suis.

Alij dicunt, ꝙ propheta quando a Deo recipit reue
lationem necesse est, ꝙ sit bonus, potest tamẽ postea
effici malus, & ita isti in die iudicij erunt mali, & con-
demnabuntur, quia in peccato decesserunt, licet quã-
do prophetabant boni erant.

Sed etiam hoc non est verũ. Balaam erat verus pro-
pheta, & tunc quando Deus ei apparebat erat malus,
& graui quidem malitia. s. quia habebat intentionem
faciendi contra ea, quæ Deus sibi iubebat Numer. 22.
peruersa est via tua mihique contraria, hoc enim sibi
dixit Deus, quando apparuit ei.

Dicendum autem, ꝙ potest accipi prophetare mul
tipliciter. Nam cum propheta sit vno modo prædica-
tor, prophetare erit prædicare, & tunc verũ est, ꝙ mul
ti in nomine Christi prophetant. i. prædicant fidẽ eius
& per hoc laudant ipsum sunt tñ in mortali peccato,
& de hoc proprie potest litera intelligi, quia isti sunt q
dicunt dñe domine. i. qui laudant hic Christum, tanq
dñm. p̃t ẽt accipi propheta. i. doctor sacræ scripturæ,
& prophetare erit dicere aliqua de sacra scriptura, q̃
sunt occulta licet non sit per modum prædicationis,
sic dicitur 1. Paralipom. 25. de Leuitis cantoribus no-
minando ibi eos. i. ꝙ omnes illi erant doctores, & di-
citur, ꝙ prophetabant in cytharis, & psalteriis, & cym-
balis. i. cantabant laudes Dei, & etiam hoc modo pla-
num est, ꝙ prophetare potest qui in mortali pctõ est,
quia his duobus modis propheta non mouetur spe-
cialiter a Deo per aliquam reuelationem. Aliter põt
dici, ꝙ propheta accipiatur stricte pro illo cuius cor
mouet Deus per reuelationem aliquam, & potest du
pliciter fieri. Vno modo qñ mouet cor hominis in-
fundendo sibi cognitionem aliquorum, quę proferat
ad laudẽ eius, & sic Saul factus est propheta. 1. Re. 10.
nam dr̃ ibi insiliet in te spiritus domini, & propheta-
bis, & mutaberis in virum alterum, & ita fuit. eo. cap.
Alio modo reuelando homini aliqua futura, q̃ p̄nun
ciet, & hoc mõ solemus vocare cõiter ꝓphetas, vterq;
modus prophetandi istorum potest esse in peccato
mortali. De primo patet, quia Saul prophetauit exi-
stens in pctõ mortali, nam ipse peccabat persequẽdo
Dauid, quia iniuste eum persequebatur, & tamẽ tunc
quando persequebatur eum prophetauit, immo coa-
ctus est prophetare per diem, & noctem nudans se,
& canens coram Samuele cũ aliis prophetis, vt inte-
rim Dauid qui præsens erat haberet locum fugiendi
1. Reg. 19. De secundo patet in Caypha, qui erat pessi
mus, & in odio fraterno manens, nam ipse dedit con-
silium de morte Christi, & tamen prophetauit illud
consilium dando, nam non fuit locutus a seipso, sed a
spiritu sancto. Io. 11. sic etiam de Balaam patet p quẽ
Deus futura reuelabat, & tamen erat actualiter in pec
cato mortali, quia conabatur maledicere Israelitis cũ
Deus iuberet benedicere, vel vetaret maledicere. Nu
meri. 22. & 24.

Ad primum dicendum, ꝙ Deus eleuat prophetas
quibus aliqua reuelat, ad quendam gradum ad quem
non eleuat cæteros, & tamen pertinet iste gradus ad
gratiam gratis datam, & non ad gratificantem, oĩs au
tem gratia gratis data potest stare cum peccato mor-
tali, sed non gratia gratum faciens, & patet hoc 1. Co-
rint. 12. vbi ponitur prophetia inter gratias datas, & ta
men ibidem sequen. c. ponitur, ꝙ possit stare sine cha
ritate. i. si habuero prophetiam, & nouerim mysteria
oĩa, charitatem autem non habuero nihil sum.

A Ad secundum dicendum, ꝙ veri prophetę ptinent
ad Deum quantum ad hoc, ꝙ ipse reuelat eis secreta,
non tamen quantum ad hoc, ꝙ habeat eos sibi acce-
ptos, quod fit per gratiam, quia vnũ potest stare sine
altero. Cum autem dicitur in prophetis meis nolite
malignari. Dicendum. ꝙ intelligitur de toto populo
Iudaico cui Deus vetabat noceri a gentilibus, in quo
populo erant multi prophetę, & multi Christi. i. sacer
dotes, & ponuntur ibi ista duo ad significandum di-
gnitatem populi, quia isti erant duo gradus pertinẽtes
ad excellentiam gratis datam, & tamen sicut esse sa-
cerdotem poterat stare cum peccato mortali, ita etiã
esse prophetam, nã tanquã prior gradus ponitur ibi
esse Christum. i. sacerdotem, hoc tamen nihil probat,
B quia etiam si oẽs Iudæi essent in peccato mortali pec
carent gentiles, qui nocerent eis, quando sine causa
faciebant, & sic prophetiam esse, vel prophetare stare
potest cum peccato, & ideo aliqui eorum condem-
nabuntur.

Quomodo esse potest, ꝙ aliqui eijciant dæmonia in nomine Christi & condemnentur. Quæst. XXXIII.

QVÆRETVR quõ esse potest, ꝙ aliq eiiciant
dæmonia in nomine Christi, & condemnẽ
tur, quia istud pertinet ad specialẽ Dei gra-
tiam, quam Deus non facit, nisi amicis suis,
& iõ necessario erũt boni, & patet, quia eijcere dęmo
C nia non est, nisi per potestatem Dei. Ĵ. 12. & Luc. 11.
Dicunt quidam, ꝙ eijcere dæmonia, nemo potest,
nisi qui est Deo acceptus, & in gratia existens. Dicũt
tamen, ꝙ isti de quibus Christus loquitur eiiciebant
dæmonia in virtute aliorum dæmonũ, sic dicit Chry-
sostom. dæmonia autem eiiciunt in nomine Christi
habentes spiritum inimici.

Sed obiicietur, quia ita dixerunt Iudæi Christo, ꝙ
In principe dęmoniorum. s. Beelzebub dæmonia eii-
ciebat, ipse aũt dixit, ꝙ non poterat eẽ, quia si Sathan
eiiceret Sathan esset in se diuisus, & regnum eius non
staret.

Dicendum, ꝙ proprie vnus dæmon non eiicit aliũ
de corpore, tanquam per violentiam, sed per collu-
D sionem, quia consentit dæmon exire, & sic videtur
dęmon eijcere dęmonem, sed non erit, sic dicit Chry.
dæmonia autem eijciunt habentes spiritum inimici,
magis autem non eiiciunt, sed eiicere vĩt colluden-
tibus sibi dęmonibus. Aliter p̃t dici, & melius, ꝙ licet
illud sit verum, tamen non est negandum, quin vere
aliquis eiiciat dæmonia de corporibus obsessorum p
virtutem nominis Christi, & tamen sit in pctõ morta
li, sic patet Act. 19. de quibusdam Iudæis, qui dixerunt
supra obsessos a dæmonibus adiuro vos p Iesum quẽ
Pau. prædicat, & exierunt dæmones, & coacti sunt re-
spondere. Nam vnus dixit Iesum noui, etiam Paulũ
scio vos aũt qui estis? ro huius est, quia eijcere dęmo-
nes pertinet ad gratiam gratis datã, quia computatur
E inter genera curationum, quæ sunt gratiæ gratis datæ
1. Cor. 12. maxime autem, quia interdum fit hoc pp
fidem eius a quo dęmonium eijcitur, aut eorum qui
præsentant eum, vel saltem pp dignitatem nominis
inuocati, sic patet Actu. 19. cum dæmon adiuratus di-
xit Iesum noui, & Paulum scio, vos autem qui estis?
q. d. pp virtutem nominis Iesu, & propter fidem Pau-
li, q p̄dicat illud ego exibo, & tñ vos, qui estis. i. ego nõ
noui vos habere virtutem aliquam, vnde homo ha-
bens dęmonium, qui per eum adiuratus est insiluit in
duos adiuratores, & vulnerans eos nudos fugere cõ-
pulit, possunt ergo aliqui dęmonia eijcere existentes
in mortali.

Quomodo dicitur domine in nomine tuo virtutes multas fecimus cum fuerint tunc in peccato mortali. Et quod prophetizare, dæmones eijcere, miracula facere fieri possunt ab existente in peccato mortali. Et quæ Christus dixit debere obseruari sunt nobis ad salutem necessaria. Et non est alia sapientia, nisi obseruare legem Dei.

Quæst. XXXIIII.

QVAERATVR quomodo, dicitur hic domine in nomine tuo virtutes multas fecimus. i. miracula, & innuitur, ꝙ isti petierint. Dicunt quidam, quòd non potest fieri miraculum, nisi ab eo qui est in charitate, quia miraculum fit ad confirmationem sanctitatis eius per quem fit, vt patet de Elia. 4. Regum 1. dicente ad quinquagenarium si homo Dei sum descẽdat ignis de cęlo, & consumat te, &c. & factum est, & tamen dicunt, ꝙ post operationem miraculorum potest quis mortaliter peccare, & perire, cum operatio miraculorum non inducat necessario confirmationẽ in bono, & patet hoc, quia Iudę cum cæteris Apostolis data est potestas faciendi miracula infra. 10. & tñ ipse in fine periit. Actu. 1.

Alii dicunt, ꝙ miracula non possunt fieri ab existẽte in peccato mortali, sed miracula falsa, & inutilia, quæ etiam per dęmones fiunt, possunt fieri a peccatoribus, sic dicit Chrysostomus dæmones faciunt virtutes, idest miracula non vtilia, & necessaria, sed inutilia, & vacua.

Dicendum tamen, ꝙ potest quis miracula facere vera per virtutem Christi, etiam qñ manet in peccato mortali, nam transferre montes miraculum est, & tamen fieri potest sine charitate. s. propter magnitudinem fidei, quam habere potest quis non habẽs charitatem. prima Corin. 13. si habuero omnem fidẽ, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero nihil sum, & sic omnia ista tria. i. prophetare, dęmones eijcere, miracula facere fieri possunt ab existente in peccato mortali, sic dicit Hiero. super Matth. prophetare, vel virtutes facere, & dęmonia eijcere, etiam diuina virtute, interdum non est meriti eius, qui operatur, sed vel inuocatio nominis Christi hoc agit, vel ob condẽnationem eorum, qui inuocãt, aut vtilitatẽ eorum qui vident, & audiunt, conceditur, vt licet homines despiciant signa facientes tñ Deum honorent ad cuius inuocationem tanta fiunt miracula, nam & Saul, & Balaã, & Cayphas prophetauerunt, & in Actibus Apost. filii Sceuæ videbantur eijcere dęmonia, & Iudas Apostolus cum aĩo proditoris multa signa inter cęteros Apostolos fecisse narrat. *Omnis ergo.* Postq̃ Christus posuit legis suæ explicationem, & ostẽdit obseruationis eius possibilitatem, hic inuitat populum ad obseruationem eius, quia audire legẽ est inutile, nisi sequatur operis adimpletio, qui enim putat aliquid prodesse audire legem non obseruando illam fallit se ipsum Iaco. 2. estote factores verbi, & non auditores tantum fallentes vosmetipsos, quia siquis auditor est verbi, & non factor comparabitur viro consideranti vultum suũ in speculo, considerauit enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit, qui autem permanserit in lege non auditor tantum, sed factor operis hic beatus in facto suo erit. & sic etiam considerare in lege Dei facit hominem beatum. Psal. primo, & tamen non est hoc verum, nisi meditatio illa terminetur ad operationem. Psal. 102. misericordiæ Domini super timentes eum his qui recordãtur mandatorum eius ad faciendum ea. & dependet hoc a præcedenti litera, quia dictum fuit supra, non omnis qui dicit mihi, Domine domine intrabit in regnũ cęlorum, si igitur propter prædicare legem Christi, & bona dicere solum non efficitur quis dignus vita æterna, a fortiori,

F nec propter audire solum, vnde dicitur. *Omnis ergo qui audit verba mea hic, & facit ea.* s. ista, quæ nunc prędicaui, nam hic Christus finiuit sermonem suum, & idẽ intelligitur de omnibus, quæ postea prædicauit, nam quæ Christus dixi debere obseruari sunt nobis necessaria ad salutem, & tamen quia nunc quasi in summa collegerat totam legem suam ponit hic istam admonitionem, & dicitur omnis ergo, quia ly ergo importat consequentiam, quasi diceret audire verba mea solum, vel dicere ea non sufficit ad salutem, sed est inutile, ergo qui vult sapienter operari non solum audiet sed etiam faciet ea.

Assimilabitur viro sapienti. Idest iudicabitur similis

G sapienti, vel iudicabitur esse sapiens, quia vere sapiẽs est qui ista facit, immo non est alia sapientia, nisi obseruare legem Dei, qui autem aliquid aliud sapiunt, & legem Dei non obseruant, nõ sunt sapientes, sed fatui, ad Roma. primo, putantes se esse sapientes stulti facti sunt, & ista est sapientia, quæ perit, & quæ reputatur stultitia, prima Corinthiorum primo, perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo, nonne stultam fecit Deus sapientiam huius sęculi, talem autem sapientiam potius oportet deserere, vel legi Christi summittere, ita vt secundum eam nemo se putet sapientem esse, prima Corinthiorum 3. nemo se seducat siquis videtur inter vos sapiens esse

H in hoc sęculo stultus fiat, vt sit sapiens, sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum, & accipitur sapiens. i. prudens, quia sapiens est circa speculatiua. quę sunt altissima, agibilia autem non contingit esse altissima, quia illa non sunt finis, sed ad finem, ideo agibilia pertinent ad prudentiam, & sic in sacra scriptura accipitur sapientia pro prudentia, & proprie cognitio sacrę scripturę, inquantum per eam dirigitur homo in operationibus dicitur sapientia, vel prudentia, sic patet Deutero. quarto capitulo. vbi cum Moyses proposuisset Iudęis legem dixit: hæc est enim sapientia vestra, & intellectus coram populis. Dicitur autem faciens hæc assimilari viro sapienti. i. Christo, vt aliqui dicunt, quasi dicat, qui facit hæc non est sapiẽs,

I sed assimilatur ei, quia sicut Christus dedit ista, vt obseruarentur, ita ille obseruat ea, sic accipit Chrys. est tamen sensus allegoricus, sed literalis sensus est, ꝙ assimilatur viro sapienti. s. ædificatori.

Qui ædificauit domum suam supra petram. Qui enim ędificare vult domum sapienter ad hoc, quòd diuturne maneat ędificat eam supra petram, quòd magis exprimitur Luc. 6 s. qui audit sermones meos, & facit eos ostendam vobis cui similis sit, similis est homini ædificanti domum supra petram. *Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti.* Ponuntur ista tria, quia ista sunt pericula contra diuturnitatẽ domus ad hoc, quòd corruat, & tamẽ quando fundatur supra petrã, etiam accidentibus istis tribus non corruit domus, sed Luc. 6. non ponitur, nisi vnum istorum. s. inunda-

K tione facta illisum est flumen domui illi, & nõ potuit eam mouere, fundata enim erat supra petram: hic autem ponuntur tria, hoc aũt quia interdum vnus euangelista supplet, ꝙ omisit alius, & interdũ subticet, qđ ille expressit, & ita fuit hic, quia Lucas expressit aliqd de fundatione domus, quod Matthęus tacet dicens similis est homini ædificanti domum qui fodit in altum, & posuit fundamenta supra petram. Matthæus autem expressit tria pericula, vt domus cadere possit. Luc. vero duo tacuit vnicum exprimens.

Et irruerunt in domum illam. Scilicet pluuia, venti, & flumina omnia tria simul, vel quodlibet per se, & intelligitur ad lrãm de istis periculis, qa tamen Christus facit metaphorã de ędificio corporali ad spũale, quod est in obseruatione legis suę, significãtur p hęc tria illa

la pericula, quæ sunt in spirituali ędificio, & quia nemo qui semel bonus est efficitur malus nisi tenetur, vt dicit August. li. de bono perseuerantiæ. significantur per tria hęc tres tentationes. s. carnis, sęculi, & diaboli. Venti enim pertinent ad tentationem sęculi, qa fauor sęculi inflat, & extollit, & hominem in diuersa impellit, sicut ventus. Pluuiæ sunt tentatio diaboli, quia sicut pluuiæ guttatim cadunt, & quęlibet gutta nihil posse nocere videtur, postea vero cum fuerint collectæ in magnas multitudines destruunt ædificia, ita est de tentatione diaboli, quia diabolus blãde suggerit, ita vt videatur nihil mali esse si consentiatur ei, & tamen cum fuerit tentatio consummata efficitur peccatum grauissimum. Flumina autem ad carnis tentationem pertinent propter humorem venereũ, & propter impetum pulsationis, quia sicut flumina domibus illiduntur, ita & carnis tentatio viros spirituales vehementer concutit.

Per ista tria s. pluuiam, uentos, flumina, quatuor tentationes significantur.

Aliter autem Chrysost. & alii exponunt, & tamen allegorias, & tropologias cuilibet facere non est difficile, nec potest quisquam redargui, tanquam falsum dicens, quia non est in eis verum, nec falsum, sed solũ in sensu literali. Excellit tamen in hoc ędificium spirituale, quia permanentius est contra pericula, quam corporale, quia corporale fundatum supra petram, & si semel irruentibus istis periculis non corruat, sæpe tamẽ si flumina illidantur ei corruet, ędificium autem spirituale supra petram. i. Christum, qui est petra, & fundamentum. 1. Cor. 10. petra autẽ erat Christus, & si sępe tentationes incidant non cadet, quia p charitatem potest homo resistere cuicunque tentationi. Aliud etiam periculum est, vt domus corruat. s. terręmotus, sed non exprimit hic, quia contra terręmotum nullum ędificium est securum, etiam si supra petram sit, sicut in terręmotu facto in Christi passione petrę scissę sunt, & monumenta aperta sunt infra 27. & quia ad hoc non potest sufficere bonitas artificij noluit Christus hoc periculum exprimere. *Et non cecidit.* s. irruentibus istis periculis. *Fundata enim erat supra petram.* i. bonitas fundamenti defendit eam contra ista pericula, nam ad hoc, ꝙ ædificium corruat oportet moueri fundamẽtum, & quia petra moueri non potest, non corruit domus fundata in ea. *Et omnis qui audit verba mea hæc.* Ponit hic similitudinem pro contraria parte de audiente legem Christi, & non faciente, & dicitur hęc. s. & omnia alia, quia eadem ratio est de omnibus, quæ Christus dixit, quia tamen erat hoc, quasi quidam finis legis dixit. *Qui audit verba hæc, & non facit ea.* Scilicet putans, ꝙ audire ea sufficiebat ad salutem, & non requiritur operari, vel dato, ꝙ putet operationem necessariam esse propter delitias, vel sęculi solicitudines occupatus operari non curat, similis erit viro stulto. stultus est, qui hoc facit cum assumat laborem inutilem, imo potius nociuũ, quia audire verba Christi, & nihil de eis facere magis est ad condemnationem, vt non sit locus excusandi ignorantiam.

Qui ædificauit domum suam supra arenam. Stultus est q magnum ędificium super arenam ponit, cum arena in vnum consistere nesciat, sed diuiditur, & pondus sustinere non potest, sed Luc. 6. dicitur ędificanti domum suam supra terram sine fundamento, idest supra terram non firmam, & idem est, quia arena est terra non firma, cum pondus refugiat, & diuidatur.

Quid arena.

Descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti. Ista sunt tria pericula ad hoc, quod domus corruat, & intelligitur, ꝙ venerunt ista pericula simul, vel successiue, sed Lucæ. 6. dicitur in quam illisus est fluuius, quia ibi non ponitur, nisi vnum periculum. i. flumina, istud enim est maximum, scilicet quando flumina illiduntur. i. veniunt ex impetu, & franguntur ad

A parietes ædificii, quia tunc corruet, nisi sit firmiter fundatum.

Et irruerunt in domum illam, & cecidit. Luc. 6. dicitur, & continuo cecidit, & recte dicitur, quia ædificium fundatum supra arenam necesse erat, ꝙ ad primum impetum fluminis caderet. *Et fuit ruina eius magna.* s. corruit totum ędificium, nam si fuisset bene fundatum, etiam si violenter concuterẽt, & caderet aliqua pars consisterent reliquæ, sed cum supra arenam eẽt necesse fuit totum simul cadere, intelligitur hoc per metaphoram de spirituali ędificio, qui enim verba Christi audit & nõ facit, habet debile ędificiũ, & ideo veniente quacunque tentatione corruit, quia non potest quis resistere tentationibus, nisi per charitatem. q

B tñ solum audit verba Christi nullam charitatem hẽt, nec ẽt virtutem, sed solũ verba ipsa, tamen verba non confortant aĩum ꝯ tentationem, quia tẽtationem sustinere non consistit in verbis. sed in rebus, qui antẽ sola verba habet nõ potest resistere tentationi, immo nec vult, quia si vellet iam non sola verba audiret, sed etiam facere vellet, id quod in lege dr̃ Luc. 8. ꝙ ad tẽpus credunt, & ad tempus discredunt, quia tempore tentationis recedunt. *Et factum est.* Hic ponitur conclusio omnium præcedentium, vbi ostenditur eminẽtia doctrinæ Christi. s. quæ erat talis, de qua admirarẽtur turbę, & dicitur. *Et factum est cũ consummasset verba hæc Iesus.* Dictis istis imposuit finem sermoni, fuit enim sermo iste longus in sententijs, sed non in verbis, & tñ

C etiam si in verbis se diffunderet tanta erat dulcedo, & admiratio, quæ audientibus superuenerat, quòd libẽter audirent quantumcunque ille dicere vellet.

Admirabantur turbæ super doctrina eius. s. omnes audiẽtes admirabantur, omnes enim isti vocantur turbæ, quia forte de Pharisæis, & Doctoribus legis pauci nunc ad audiendum conuenerant, sed omnes audientes vocantur turbæ.

Erat enim docens eos, sicut potestatem habens. i. non solũ docebat, sed etiam cum doctrina potestatem ostendebat. & hoc admirandum erat. *Et non sicut Scribæ eorum, & Pharisæi.* Isti sunt, qui apud Iudęos docere consueuerant, sic dr̃ infra 23. super cathedram Moysi sederunt Scribę, & Pharisęi. i. sederunt ad docendum,

D quia hoc erat sedere in cathedra Moysi, qui fuit legislator, & doctor: isti autem non docebant in potestate, sed solum, vt doctores.

Quare turbæ admirabantur de doctrina Christi: Et quod nemo admiratur, nisi de eo, quod non credebat fieri posse.

Quæ. XXXV.

QVAERETVR quare turbę admirabantur in doctrina Christi. Dicunt quidam, ꝙ hoc fuit, quia Christus nunquam didicerat literas, & docebat, sic enim admirati sunt Nazareni. Mar. 6. dicentes, vnde huic hæc omnia, & sapientia, quæ data est illi? quasi dicat scimus, ꝙ istam sapiam non didicit, sed miramur

E vnde habuit, vel quomodo data est ei. Sed dicendum ꝙ non stat, quia illę turbę, quę cõuenerant ad audiendum Christum non cognoscebant eius progeniẽ, & nutritionem, & conuersationem, quia erant de diuersis partibus, vt patet supra Christo maxime, quia admirati de Christo, ꝙ prædicaret cum non didicisset non dicitur, ꝙ fuerit, nisi in patria sua. Mar. 6. quia cõpatriotę sui dixerunt nonne iste est filius fabri, & Mariæ nonne & sorores eius hic nobiscum sunt? quasi dicat nos scimus totam progeniem eius, & conuersationem, & non legitur hoc fuisse dictum alibi.

Alij dicunt, ꝙ admirabantur turbæ pp doctrinam Christi. s. pp nouitatem eius, quia nunquam talia prædicari audiuerant a Pharisęis, & Scribis. sic dr̃ Ioann. 7.

nunquam sic locutus est homo, sicut iste loquitur, & ideo vocabatur ista doctrina noua. Mar. 1. s. quid nam est hoc, & quæ doctrina hæc noua?

Dicendum tamen, ꝙ licet multa essent in Christi doctrina, de quibus admirari possent audientes, non fuerunt hic admirati, nisi propter diuersum modum docēdi, s. quia Christus docebat, sicut potestatē hn̄s, & non sicut Scribæ, & Pharisæi, vt patet hic, & Mar. 1. & Luc. 4. ista autē admiratio ponitur potius ad ostendendam excellentiam doctrinę Christi, quam laudē audientium, quia si crederent non admirarentur, sed laudarent, & gauderent, quia tñ non credebant admirabantur, nemo. n. admiratur, nisi de eo quod nō credebat fieri posse, sic dicit Chryso. intellectus hominis rationabiliter placatus laudem generat, victus autem admirationem, quidquid enim digne laudare nō possumus admiramur, admiratio tamen eorum magis ad gloriam Christi pertinebat, quam ad fidem ipsorum, si. n. crederent in Christum non mirarētur, illud enim mouet ad obligationem, ꝙ superat facientis, aut dicentis personam, & ideo quod a Deo factū est, aut dictum non admiramur, quia omnia minora sunt quam Dei potentia.

Quomodo Christus dicitur docens, sicut potestatem habens. Quæst. XXXVI.

QVAERETVR qūo Christus dicitur docēs, sicut potestatem habens. H Dicunt quidā, ꝙ intelligitur de potestate miraculorū, quia faciebat miracula docendo, & hoc non faciebant Scribæ, & Pharisęi, quando docebant, sic dicitur Mar. 2. quæ doctrina hęc noua, quia in potestate, & spiritibus immundis imperat, & obediunt ei?

Sed dicetur qūo potest stare, quia nunç qn̄ docebat non faciebat miracula, sed postea fecit illa qn̄ descendit de monte, vt patet sequ. c. posset dici, ꝙ refertur ad miracula, quę fecit antequam inciperet sermonē istū, quando turbę congregatæ sunt supra 4.

Dicendum tamen, ꝙ admiratio non erat de miraculis, sed solum de doctrina, quia dicitur admirabant̄ I turbæ super doctrina eius, & ista potestas in qua docebat non potest intelligi de potestate miraculorū, sed de aliqua conditione doctrinę, quia in hoc ponitur dr̄ia hic doctrinæ suæ a doctrina Pharisęorum. s. erat docens, sicut potestatem habens, & nō sicut Scribæ eorum, & Pharisęi. & Lu. 4. magis apparet, quia dicit, & stupebāt in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius, debet ergo intelligi de potestate. s. docēdi, nam Christus non docebat, quasi doctor exponens sacram scripturam, sed tanquam legislator ponēs legē ad voluntatem, & destruēs legem, quam vellet quod patet supra 5. vbi sępe dixit dictū est antiquis, &c. ego autem dico vobis. i. licet Moyses dixerit vobis obseruandum esse hoc, vel illud, ego dico vobis, ꝙ iam nō est hoc obseruandum, sed id quod ego nunc dico vobis. K Scribæ autem, & Pharisęi non audebant aliquid a se dicere, sed solum dicebant hoc dicit Moyses, vel hoc dicunt prophetæ. sic dicit Chrysostomus in homilia, stupebant turbæ maxime potestatem eius, quia non ad alium referens, vt prophetæ, & Moyses dixit, sed vbique ostendit se esse eum, qui dominium habet: etenim legem ferens continue apponebat, ego autem dico vobis, sic etiam dicit Hieronymus super Matthæum, quasi Deus, & dominus ipsius Moysi pro libertate voluntatis suæ ea quæ minus videbantur addebat in lege, vel commutatis prædicabat in populo, vt supra legimus dictum est antiquis, ego autem dico vobis: Scribę autem ea tantum docebant, quæ scripta sunt in Moyse, & prophetis, & ista fuit F magna causa Iudęis admirandi de doctrina Christi, quia videbant eā iam esse, quasi aliam legem nouam discordantem a lege Moysi. nam nec ostendebat Christus se habere potestatem a lege Moysi, sed quasi a seipso.

Quomodo Iudæi audientes talem doctrinam Christi poterant sustinere eam cum esset destructio legis Moysi. Quæst. XXXVII.

SED quæretur quomodo Iudęi audientes talē doctrinam poterāt sustinere eam cum hoc videretur manifeste esse destruere legem Moysi.

Dicendum, ꝙ si aliquis de Scribis, vel Pharisęis sic G prędicasset non sustinuissent, quia hoc videtur pertinere ad hęresim, Christum tamen prædicantem sic sustinuerunt propter multa.

Primo, quia multa miracula præmisit ante sermonem istum, supra 4. miracula aūt non possunt esse, nisi a Deo, & sic Deus videbat̄ confirmare verba Christi, nam iste erat modus sufficiens ad hoc, ꝙ crederetur alicui, s. ꝙ diceret aliquid, & postea miraculum faceret ad confirmationem illius. Deutero. 13. & 18. Christus autem plurima miracula præmiserat. vnde non erat locus Iudæis calūniandi contra ipsum, nec quisquam ei malum dicere ausus est, sed venerabant̄ eū, & sequebantur post prædicationem istam, vt patet se- H quen. c. quia tamen nunquam hoc visum fuerat admirabantur, ꝙ euenisset in diebus eorum.

Secundo, quia Iudæi sciebant Messiam venturum, & erant in quotidiana expectatione eius, & sciebant, ꝙ ille habebat potestatem mutandi legem Moysi, & dandi aliam, sicut innuitur Iere. 31. cum autem viderunt Christum facientem hoc putare potuerunt, ꝙ iste esset Messias, sic dicitur Io. 7. Christus cum venerit nunquid plura signa faciet, quā quę hic facit? quasi dicat non, & ideo credebant aliqui eum esse Messiā, vel saltem credere potuerunt, in principio operum suorum, & sic scirēt, ꝙ licebat ei legem mutare, ꝙ nō dubitabant Messiam posse facere.

Tertio, quia Christus in principio sermonis huius, I antequam poneret aliquas additiones, vel expositiones ad legem, protestatus est se nolle destruere legem supra 5. s. non veni legem soluere, sed adimplere, nolite putare, ꝙ veni legem soluere, aut prophetas, & ex hoc etiam ostendebat se esse Messiam, quia ad neminem pertinebat legem, & prophetas adimplere, nisi ad Messiam, vt ibi ostensum est, & propter ista non scandalizatę fuerunt turbę in sermone Christi, licet admirarentur propter rei magnitudinem, quia hoc nunquam fuerat, & nunc Deus ostenderat in diebus eorum.

CAP. VIII.

K CVM autem descendisset Iesus de monte secutæ sunt eū turbę multæ, & ecce leprosus veniens adorabat eum dicens. Domine si vis potes me mūdare. Et extendens Iesus manum, tetigit eū dicens. Volo. Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus. Vide nemini dixeris, sed vade ostende te sacerdoti, & offer munus tuum, quod præcepit Moyses in testimonium illis.

Mar. 1. Luc. 5.

95. d. c. Mis de pe. di. 1. c. voluisset.

C*Vm autem descendisset Iesus de*. In præcedentibus posita est per Matthęum Christi legislatio, hic autem ponitur legis datę confirmatio, quæ per miracula facta est, de quo hic, & seq. c. & est similis processus in vtroque, & tñ in hoc c. ponuntur principaliter quędam miracula ad cõfirmationem legis euangelicæ, in seq. aũt cap. adiunguntur quę iam alia miracula secuta ad ostẽsionem deitatis suæ. s. ipsius Christi legislatoris ibi. *Et ascendens in nauiculam* In hoc aũt capitulo sic proceditur, quia primo Matthęus describit quædam miracula ad credentium vocationem, deinde addit alia miracula ad vocatorum confirmationem ibi. *Et ascendente eo*. Prima in duas, primo ponitur miraculorum operatio. Secundo quorundam ad fidem Christi conuersio ibi. *Videns Iesus turbas*. Prima in tres, quia primo scribitur curatio leprosi. Secundo curatio paralytici, ibi.

Cum autem introisset Capharnaum. Tertio laborantis morbo febrili, ibi. *Et cum venisset Iesus*. Prima in duas, quia primo ponitur leprosi curatio. Secundo miraculi manifestatio, ibi. *Et ait illis Iesus*.

An ea quæ in hoc octauo capitulo sint continuata ad præcedentia, vel fuerint facta post aliquanto tempore.
Quæst. I.

QVAERITVR an ista, quę habentur hic sint cõtinuata ad præcedentia, & an fuerint facta post illa, vel interposito aliquanto tempore.

Ad primum dicendum, ꝙ ordo cõtinuus est, quia pręc. c. fuit positus sermo Christi quem habuit in mõte, hic aũt ponuntur ea quę fecit post sermonẽ. i. miraculorum operationes, & ideo ordo continuus est.

Ad secundum dicendum, ꝙ non fuit tempus aliquod inter p̃cedentia, & ista, quia immediate, vt Christus finiuit sermonem quem in monte egerat descẽdit de monte, & in descensu occurrit ei iste leprosus, & sanauit ipsum, & magis patet Luc. 7. in principio. s. cum impleslet omnia verba sua in aures plebis intrauit Capharnaũ. & loquitur ibi de verbis istius sermonis, & sic non fuit medium temporis inter sermonẽ Christi, & ingressum in Capharnaum, & tñ antequã intraret Capharnaum in descensu montis curauit leprosum istum, de quo dicitur hic: ergo ista facta sunt immediate post pręcedentia.

Sed obijcietur, quia Lucas ponit istud miraculum ante sermonem Christi, quia sermo Christi ponitur Luc. 6. & istud miraculum ponitur Luc 5. etiã Mar. 1. non tenetur iste ordo, quia ponitur istud miraculum post alia, quæ habentur in c. isto. s. post curationem socrus Simonis.

Dicendum, ꝙ Matthęus tenuit ordinem naturalẽ in narratione ista, & posuit prius ea, q̃ prius facta sunt, & sic singula locis suis secundum tempora, quod aliqualiter colligitur ex litera. Lucas autem, & Marcus non secuti fuerunt in hoc ordinem naturalem, sed artificialem, quilibet enim scripsit res eo ordine, quẽ credidit esse viuẽ ad doctrinam, vnde nec concordãt Luc. & Mar. inter se in ordine, quia Lucas ponit istud miraculum immediate post vocationem Petri de naui, quam Matthęus posuit supra 4. Mar. autem posuit istud miraculum post vocationem Petri longo tempore, & etiam post alia miracula, quæ habẽtur in hoc cap. vt patet Mar. 1. & sic Lucas anticipat illud. Marc. vero recapitulat. Matthę. vero inter vtrunque ponit eo tempore quo res gesta est, sic dicit Augustinus libro de concordia euangelistarum, huius leprosi mundati Lucas meminit non sane hoc ordine, sed vt solent prætermissa recordari, posterius facta pręoccupari, sicut diuinitus suggerebantur, vt ante cognita

A postea recordando rescriberent. Circa primum dicitur, cum autem descendisset de monte: in isto monte prædicauit Christus discipulis suis, & turbis, supra capitulo quinto, & finita prædicatione voluit descendere de monte ad ciuitatem Capharnaum, nam mons iste est iuxta Capharnaum, & ideo dicitur Lucæ. 7. ꝙ cum complesset Iesus vniuersa sua verba in aures plebis intrauit Capharnaum.

Secutæ sunt eum turbæ multæ. Multę turbę audierant Christũ prædicantem in monte, quia postquam ipse vidit turbas, quæ conuenerant ad eum congregatas esse supra. 4. sedit in monte, & incepit prædicare, s. 5. & finito sermone, multæ turbę istarum secutæ sunt B eum descendentem in Capharnaum, & aliæ recesserunt, quia forte iam habuerant curationes ęgritudinũ pro quibus venerant, nam etiam antequam prædicaret, curauit omnes ęgros adductos ad se supra 4.

Vel potest intelligi, ꝙ turbę multę. i. omnes turbæ, quæ fuerant cum eo in monte, quę erant turbę multæ secutę fuerunt ipsum euntem Capharnaum, & ponitur istud propter miraculum quod sequitur, vt ostẽderetur, quòd turbæ viderunt hoc miraculũ & sic confirmabatur Christi prædicatio per illud.

Et ecce leprosus veniens. Idest occurrit ei leprosus descendenti de monte, de hoc leproso habetur Marc. 1. & Luc. 5. *Adorabat eum*. i. inclinauit se corã illo humiliter petens, ꝙ sanaretur. *Dicens Domine si vis potes me mundare* In hoc apparet fides istius leprosi, quia dixit C si vis. i. non requiritur, nisi ꝙ velis, sic dicit Chryso. in homilia non dixit si rogaueris Deum, vel si oraueris, sed si volueris potes me mundare, nec dixit domine munda me, sed ei totum cõcedit. *Et extendens Iesus manum tetigit eum*. Licet esset leprosus immundus totus, sicut dicitur Lucę. 5. s. ecce vir plenus lepra non dedignatus fuit Christus illum tangere. *Dicens volo*. i. volo quod petis. *Mundare*. i. iubeo, ꝙ munderis.

Aliqui errant putantes, ꝙ mundare sit infinitiuus, & legunt sub eadem clausula dicentes volo mundare sed falsum est, quia mundare est imperatiuus. Et posuit hic Christus duo, sicut duo dixerat leprosus, scilicet si vis, & Christus dixit volo, & adiũxit potes me mundare, & Christus dixit mundare. i. iubeo, ꝙ effi D ciaris mundus, sic dixit Hier. super Matthæum. i. non autem, vt plerique latinorũ putant iunctim legendũ est, sed separatim volo mundare, vt prædicatur volo, deinde imperans mundare, ille enim dixerat si vis domine respondit volo, ille præmiserat potes me mundare, dominus dixit mundare. *Et confestim mundata est lepra eius*. Scilicet cecidit in terram, & non apparuit aliquod signum lepræ, sed fuit caro eius plenissime sanitati restituta. *Et ait illi Iesus*. Hic ponitur miraculi manifestatio, nam Christus iussit leproso curato, ꝙ taceret, ipse tamen clamauit, & manifestauit miraculum.

Vide nemini dixeris. Idest non dicas, quòd ego te curaui. *Sed vade ostende te sacerdoti*. Idest illi sacerdoti, qui E erat præpositus ad discretionem lepræ, vt sciret qui leprosi vere curati erant, & qui non, iuxta formam quæ habetur Leuiti. 13. *Et offer munus, quod præcepit Moyses*. Istud est munus, ꝙ dabatur pro emundatione leprosi iam curati secundum consuetudinem legis. Leui. 14. *In testimonium illis*. i. sacerdotibus, vt sciant te iam esse mundatum a lepra.

Quare turbæ secutæ fuerunt Christũ descendentem de monte. Et quod omnes homines sunt curiosi, & valde desiderant scire. *Quæst.* II.

QVAERITVR quare turbę secutę fuerunt nunc Christum descendentem de monte.

Dicendum, ꝙ septem, vel octo causæ erant, quare F aliqui Christum sequebantur, vt ostensum est supra 4. c. q. vltim. Nunc autem non fuerunt omnes illæ, sed aliquæ earum. Prima enim fuit ad audiendum Christi doctrinam, quia erat doctrina ista excellens non solum differens in modo a doctrina Pharisæorũ, & Scribarum, sic dicitur præceden. c. s. erat docens eos, sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorũ, & Pharisæi, sed etiam ex parte rerum, quæ dicebantur, quia Christus dicebat noua, quæ nunquam fuerant audita interpretando legem, & addendo multa, & tollendo aliqua, vnde Iudæi mirati vocabant istam doctrinam nouam Mar. primo, quid nam est hoc, quæ doctrina hæc noua? etiam erat valde dulcis doctrina Christi, quia G verba illius habebant efficaciam immutandi cor, ita vt libenter vellẽt homines manere diebus noctibusque audientes verba illius, sic dicitur Ioan. 6. cũ Christus dixit Petro, & alijs discipulis, nunquid & vos vultis abire? Petrus autem dixit domine quo ibimus? verba enim vitæ æternæ habes.

Secundo sequebantur eum propter curationes ęgritudinum, quia sicut illi qui in monte audiuerant sermonem eius adhuc desiderabant postea audire, ita etiam licet Christus curasset multos ęgros ante prædicationem istam, supra 4. adhuc sequebantur eũ turbæ ad hoc, quòd adducerent ei plures ęgros quos curaret, nam ad vesperum cum occideret sol offerebãt H ei male habentes, & sanabat eos, infra in litera, & Marc. primo.

Tertio sequebantur multi Christum ex curiositate rerum nouarum, omnes enim homines sunt curiosi, & desiderant valde scire, vel videre res nouas, erant autem ista, quæ Christus dicebat res stupendę, quæ a seculis, nec fuerant visę, nec auditæ, ideo plurimi concurrebant solum, vt viderent, quid Christus faciebat & qd dicebat, etiam si nõ intenderent consequi inde aliã vtilitatem, sic dr̃ Io. 6. sequebatur eũ multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, q infirmabantur, hoc autem erat curiositas, idest cura sciendi rem non ad finem vtilitatis, sicut dr̃ de Athenien. Actu. 17. s. Athenien. omnes aduenæ, & hospites I ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid noui, & quia Christus fecerat noua in mõte credebant, ꝙ ita faceret quocunque iret, ideo sequebañt eum plurimi propter istam solam curiositatem.

Vbi fuit iste leprosus curatus. *Quæst.* III.

QVAERETVR vbi fuit curatus iste leprosus. Dicendum, quod in descensu mõtis, cum enim Christus prædicasset in monte, & inde descenderet ad vrbem Capharnaum occurrit ei leprosus iste in descensu montis ante introitum in vrbem, & ibi curauit eum.

Sed objicietur, ꝙ fuerit curatus intra vrbẽ Capharnaum, quia Luc. 5. dicitur cum esset Iesus in vna ciuitatum, ecce vir plenus lepra, &c. & ponitur tota ista K historia ibi ad literam. Aliqui putant, quòd forte fuerit alius leprosus, quia sępe Christus curauit leprosos, & illum curaret Christus in vrbe, & istum extra vrbẽ, sed non stat, quia Matth. Marc. & Luc. ponunt istam historiam, quasi per eadem verba, ideo nullo modo potest dici, ꝙ fuerit alius leprosus.

Dicendum ergo, quod idem leprosus est, & non fuit curatus intra ciuitatem, sed extra ante ingressum in eam. Primo patet ex litera ista, quia dicitur cum descendisset de monte secutę sunt eum turbæ, & ecce leprosus veniens, idest immediate, vt descẽdit de monte leprosus venit ad eũ, quasi iam paratus esset ad occurrẽdum ei, sic dicit Chrys. super Matthæum, s. ideo quasi præparatus descendenti occurrit, propter quod dicitur, & ecce leprosus venit.

Secundo patet ex ordine loci, quia Christus descendebat de monte, vt intraret Capharnaum, & extra vrbem erant leprosi, & ibi occurrit ei vnus de illis, qui curatus est, ista enim erat consuetudo leprosorum. s. quòd manerent apud loca extra ipsa tamen sic innuit Luc. 17. vbi cum Christus intrare vellet in quoddam castellum occurrerunt ei decem viri leprosi. s. quia illi erant apud vrbem.

Tertio patet ex ordine literę, quia dicitur hic, cum autem descendisset de monte, & postea sequitur curatio leprosi, & deinde additur introitus in Capharnaum cum dicitur, cum autem introisset in Capharnaum accessit ad eum centurio. ante introitum ergo fuit istud miraculum.

Quarto patet, & adhuc efficacius, quia non erat possibile, quòd Christus curaret leprosum intra vrbem, eo ꝙ non permittebatur leprosis secundum legẽ manere in vrbibus, aut in consortio aliorum hominum, sed eijciebantur de castris. Leuitic. 13. omni tempore quo leprosus est solus habitabit extra castra, & Nu. 5. dicitur præcipe filijs Israel, vt ejiciant de castris omnẽ leprosum, ideo nõ poterat esse iste leprosus in aliqua vrbe. Nam etiam quando erat dubium de aliquo an esset leprosus cogebatur manere separatus, & inclusus ad arbitrium sacerdotis quousque sciri posset, an esset vera lepra, vel non. Leui. 13. quanto magis quando aliquis erat multum leprosus, sicut iste erat, quia dicitur Luc. 5. quòd erat vir plenus lepra: nõ ergo poterat curari iste leprosus intra aliquam vrbem.

Dicendum igitur, ꝙ curatus est extra Capharnaũ in descensu montis satis circa vrbem, vnde oportebat quòd Christus faceret transitum per locum, in quo erant leprosi, antequam intraret vrbem, & de illo loco occurrit leprosus Christo, vt eum sanaret. Cũ autem dicitur Luc. 5. cum esset Iesus in una ciuitatum. &c. Dicendum, ꝙ accipitur ciuitas non solum pro eo quòd murorum ambitu continetur, sed etiam ꝓ suburbanis, & locis adiacentibus vrbi, nam toto tempore quo quis manet iuxta aliquam vrbem, etiam si sit extra portas dicitur esse in vrbe illa, sic patet Iosue. 5. vbi dicit litera nostra cum esset Iosue in agro vrbis Iericho, & in Hebræo dicitur cum esset Iosue in vrbe Iericho, & tamen manifestum est, quòd non erat intra eam, quia nondum fuerat capta, vt patet ibidem, & sequenti c. & sic accipitur pro eodem esse in vrbe, & esse in agro vrbis.

De leprosis autem sic erat, quia iubebantur esse extra castra, idest extra vrbes, vel loca ne inficiant sanos. Leui. 13. & Nu. 5. habebant tamen domunculas circa vrbẽ, vt possent eis afferri necessaria faciliter de vrbibus, & maxime vt acciperent eleemosynam a sanis, vnde aliquando apud portas vrbium sedebant petentes eleemosynam, sic patet. 4. Reg. 7. scilicet quatuor viri leprosi erãt iuxta introitum portæ Samarię, idest erant ad portam, ad petendum eleemosynam, & ita forte erat nunc iste leprosus circa portã vrbis Capharnaum, & ibi Christus eum curauit, & ista fuit causa, quare occurrit leprosus Christo, scilicet antequam intraret in vrbem.

Sed objicietur, quòd possent leprosi esse in vrbe, quia 4. Reg. 7. dicitur, quòd dixerunt illi quatuor viri leprosi quid hic esse volumus donec moriamur, siue ingredi voluerimus ciuitatem fame moriemur, siue manserimus hic moriendum nobis est, & sic innuebant, ꝙ poterant intrare ciuitatem.

Dicendum, quòd leprosi tenebantur manere extra vrbem, quædam tamen sunt necessitates incuitabiles cõtra quas nulla lex pręualet, vnde si hostes, vel

peri

pericula bestiarum, aut alia similia ingruerent, ita vt leprosi isti non abs hoc timerent vitæ suæ manentes extra vrbem poterant intrare, & tamen manerēt tūc etiam intra vrbem separati ab alis, nūc autē erat hoc quia Syri obsedebant Samariam, vnde propter periculum hostium vel famis, forte liceret istis intrare in vrbem, & tamen non intrauerunt. Secus autem nunc, quia nullum tale periculum erat, ideo nō poterat iste leprosus esse in aliqua vrbe, & consequenter, nec curari in vrbe, sed extra iuxta illam.

Quare leprosus iste curatus fuit in descensu montis, & non in monte. Quæst. IIII.

QVAERETVR quare leprosus iste curatus fuit in B descensu montis, & non in monte.

Quidam dicunt hoc factum esse, quasi diuina dispositione, quia aliud est tempus ad prædicandum, & aliud ad ægritudines curandum, ideo prius in monte prædicauit, deinde de monte descēdens leprosum curauit, sic dicit Gregorius leprosus deorsum curit, & in monte nihil dicit, quia tēpus est omni rei sub cælo: tempus doctrinæ, & tempus curationis, in monte animas curauit, corda sanauit, quibus completis, sicut de cœlestibus montibus ad saluandos carnales eo descendente venit ad eum leprosus, sed ista causa est aliqualiter mystica.

Secundo potest dici, quòd leprosus iste non auderet in monte se offerre Christo, quia quādiu Christus C in monte mansit, aut secrete cum discipulis suis locutus est, aut palam omnibus turbis prædicauit, vt innuitur Luc. 6. leprosus tamen non auderet se ingerere, quando Christus solus erat cum discipulis suis. nec etiam quando prædicabat turbis, quia non auderet interrumpere sermonem eius, ideo descendente eo de monte occurrit sibi.

Tertio potest dici, & melius, quòd nō fuit sanatus in monte, quia non fuit leprosus iste in mōte audiens sermonem Christi cum cæteris, nam si fuisset ibi potuisset curari ante prædicationem, sicut curati fuerūt omnes alii ægri oblati Christo, supra 4. vel etiam potuisset immediate post sermonem curari, antequam descenderet de monte, quia tunc nihil obstaret. Fuit D tamen curatus in descensu montis. Cuius causa fuit quia leprosus iste non fuit in monte audiens sermonem Christi, nam sicut non licebat leprosis habitare intra vrbes ne inficerent cæteros. Num. 5. ita nec licebat eis conuenire extra vrbes ad loca, in quibus esset hominum multitudo ad hoc, quod manerent cū eis, quia potius ibi inficere possunt, quam manendo in vrbibus, vnde non licebat isti leproso ire ad audiendum sermonem Christi, vt maneret simul cū reliqua turba audiens, nisi forte posset stare longe segregatus a cæteris: non ergo fuit leprosus iste in montem ad sermonem Christi, licet mansit in loco suo, vbi erāt alii leprosi. s. inter montem, & portas vrbis, & qñ Christus accessit ad locum illum occurrit ei leprosus, & satis E colligitur, quòd non fuerit leprosus in monte, quia dicitur cum descendisset de monte, ecce leprosus veniens adorabat eum. in quo innuitur, quod non descendebat cum ipso de monte, sed ei descendenti occurrit, & ista fuit vere causa, quare leprosus non fuit in monte curatus.

Quare dicitur, & ecce leprosus veniens. Et quæ signa leprosorum erant. Quæst. V.

SED quæretur quare dicitur, & ecce leprosus veniens, in quo innuitur, ꝙ occurrerit ei, quasi festinus, sicut dicit Chrysost. ideo quasi iam præparatus A descendenti occurrit, propter quod dicitur, & ecce leprosus veniens.

Dicēdum, quòd leprosus quasi ex quodam impetu, & cum quadam præparatione venit ad Christum. Primo, quia timebat ne intraret vrbem antequam curaret eum, habitabant enim leprosi iuxta vrbes, vt dictum est supra. q. 3. Christus autem ibat ad vrbem Capharnaum, & si introisset semel in illā, non licebat leproso illuc introire ad petendam curationem, & sic crederet, quòd non posset iam curari, ideo cum sciuit Christum de monte descendere mansit paratus in loco suo per quem Christus descensurus erat, vt occurreret ei, antequam intraret in vrbem, & sic fecit, & ista fuit causa præcipua.

Secundo fuit, quia si Christus intraret vrbem, etiā si postea recederet nō licebat leproso sequi eum per diuersa loca ad hoc, quód curaret ipsum, quia sicut non licebat leprosis stare in vrbibus, ita nec licebat discurrere per diuersas regiones, vel loca. quia per hoc esset necessarium, quod communicarēt cum aliquibus hominibus propter necessitatem ciborum, & sic inficerent eos, & maxime, quia essent sic ignoti, & nō cauerent homines ab eis. quod non fieret in locis vbi iam erant noti, tanquam leprosi, oportebat ergo eos manere in vno loco. sic dicitur Leuit. 13. omni tempore quo leprosus est, & immundus, solus habitabit extra castra. Et etiam habebant alia signa, vt possent cognosci a longe ne quis incaute accederet ad leprosos. s. habebant leprosi vestimēta dissuta, & caput nudum, & os veste contectum Leuit. 13. occurrit ergo nunc iste leprosus Christo, quia postea, nec in vrbe, nec extra vrbem putabat posse ire ad Christum, vt eū sanaret, & istud apparet, quia cum sæpe legatur, quód multi infirmi ad Christum ducebantur sanandi, nunquam legitur, quòd ducerentur ad eum leprosi, vt patet supra 4. cap. & infra in litera, & Mar. primo, vbi de nullo leproso legitur. quód adduceretur ad eum, sed leprosi, vt communiter curabantur in ingressu locorum. s. quia ipsi veniebant Christo obuiam. sicut dicitur Lucæ 17. quòd decem viri leprosi occurrerunt Christo cum ingrederetur quoddam castellum, nemo enim poterat leprosos afferre, quia contaminaretur pro hoc: etiam ipsi leprosi non se audebant ponere inter cæteros ægrotos, ne contaminarent eos, & vt non agerent contra legem.

Tertio fuit hoc propter timorem turbarum astantium, quia cum omnes fugerent valde leprosos propter immunditiā non auderet leprosus aliquis quiete inter cæteros manere, & accedere ad Christū, sed occurrit ex opposito palam, scilicet, vt omnes viderent eum esse leprosum, & cauerent ab eo qut vellēt, & sic neminem offenderet, quod tamen faceret si secrete, & tacite accederet aliquibus non aduertētibus, & propter hoc quasi ex impetu venit, vt sic pauco tempore maneret cogeretur inter sanos, dum ipse esset immundus.

Quare Christus fecit miraculum hoc post prædicationem, quā in monte egerat. Et cur Christus voluit miracula facere. Quæst. VI.

QVAERETVR quare nunc Christus fecit istud miraculum post prędicationem, quam in monte egerat.

Dicendum, quòd fuit. Primo ad confirmandum doctrinam suam, est enim quędam doctrina cuius veritas, & certitudo non excedit facultatem intellectus humani. & in tali sufficit certitudo, quæ causatur per demonstrationem, vel rationem, & non est necessaria alia confirmatio. Alia est doctrina cuius veritas, &

cer-

certitudinis modus excedit facultatē intellectus humani, sicut est de rebus totaliter diuinis, vel omnino occultis. talis autem doctrina non potest demonstratione, nec ratione confirmari, ideo oportet, quòd cōfirmetur per excellentiorem modum, scilicet per miracula, & ista sunt probatio sufficiens, eo ꝙ Deus mētiri non pōt, nec volet, quia ipse est veritas, vnde dr̄, ꝙ fidelis est, & seipsum negare non pōt. prima Timo. 2. si igitur Deus miraculum facit ad confirmationem alicuius rei, manifestum est verā esse rē illā, sic enim Deus dicebat, quòd cognosceretur veritas eorum, quæ dicebant prophetę Deuterono. 13. & 18. & quia doctrina euangelica asserit aliqua, quæ excedunt facultatem intellectus humani cum omnia, quę sunt credenda sint quædam non apparentia, idest occulta intellectui nostro. ad Hebrę. 11. non potuit cōfirmari, nisi per miracula, iste est enim proprius modus confirmationis eius, Mar. 16 scilicet prædicauerunt vbique Deo cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

Christus, ergo miracula facere voluit, vt ostenderet ea, quę prædicauerat vera esse. sic dicit Hiero. super Matth. post prædicationem atq; doctrinam signorum offertur occasio, vt per virtutum miracula præteritus apud audientes sermo firmetur.

Secundo fuit ad excusandum calumniam, quam aliqui poterant facere ꝯ Christū, quia ipse prædicabat aliter, ꝙ̄ doctores Iudęorū præce. c. erat docens eos, sicut potestatem habens, & non sicut Scribę eorum, & Pharisęi: hoc putarēt aliqui ex superbia fieri, Christus ergo ōn dit ꝙ non faciebat ex superbia, sed quia ad auctoritatē suam hoc pertinebat. sicut etiam pertinebat facere miracula, quæ non poterant facere Pharisęi, & Scribæ. sic dicit Chryso. super Matthæum, quia enim, quasi potestatem habens docebat, vt non ęstimaretur ostentatio esse hic doctrinę modus, operibus hoc idem facit, quasi potestatem habens curate.

Ad quid fuit necesse nunc miracula fieri cum ante multa fecisset. Et quare Christus post verba faciebat miracula non è contra. Quæst. VII.

SED quæreretur ad quid fuit necesse nunc miracula fieri, quia iam Christus fecerat multa, antequā prædicare inciperet pręsentibus omnibus turbis supra 4. & immediate cępit prædicare supra 5. & sic videtur, ꝙ nō erant nunc aliqua miracula necessaria, qa eadē die fortassis facta fuerūt miracula, quę habētur supra 4. præsentibus turbis, qua prædicauit, & descendit de mōte. Dicendū, ꝙ istud miraculū, & sequentia fuerunt necessaria, i. valde vtilia ad cōfirmationē eorū, quę Christus prędicauerat. Primo, quia volebat Christus Iudęis auferre duritiam cordis, erāt enim Iudæi valde tardi ad credendum, & ideo semꝑ quærebant miracula prima Corin. 1. Iudęi signa petunt: & erant, ita duri, ꝙ etiam si viderent miracula adhuc plura videre volebant, sic patet infra 16. nam ibi fecerat miraculum de panibus, & piscibus, quod debuisset sufficere Iudæis ad credendum, & tamen dicitur, ꝙ accesserunt ad eum Pharisæi, & Saducæi, & rogauerunt eum, vt ostenderet eis signum de cęlo, & non solū Pharisæi, qui erant iniqui, & tentabant Christum petebant ista signa, sed etiam turba simplex. nā Io. 6. postquam turba vidit aliud miraculum de panibus secuta fuit Christum, & Christus dixit illis quæritis me non, quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis, operamini nō cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam ęternam, & illi dixerunt quid faciemus, vt operemur opera Dei. Christus dixit hoc est opus Dei, vt credatis in eū quē misit ille

F tunc turbę dixerunt, ꝙ ergo tu facis signum, vt videamus, & credamus tibi? ecce quanta incredulitas, & irrationabilis omnino cordis duritia. videbant enim plurima signa, & tamen adhuc plura quærebant, quasi nihil vidissent, sed essent nouiter credituri. Christus autem voluit Iudæis auferre omnem occasionem incredulitatis, ideo plura signa ipse faciebat, quam etiā ipsi interdum peterent. Et ista fuit causa quare Christus per totam vitam non cessauit signa agere, vt sic sufficienter confunderetur Iudæorum incredulitas.

Secundo, & efficacius fuit hoc, quia licet miracula præterita sufficerent ad cōfirmationē sermonis Christi de quadā bonitate credulitatis nō tñ de rigore, qa ad hoc, ꝙ propheta probaret sufficienter dictū suum esse verum, oportebat, ꝙ postquā dixisset subiūgeret
G miraculū, aliàs aūt nō crederetur ei si miraculū prius fieret: patet Deut. 13. de illo propheta, qui faciebat aliquod signum, & postea dicebat eamus, & colamus Deos alienos. nam Deus iubebat, ꝙ non crederetur ei, & sic miraculum factum non confirmat dictū sequens, sed præteritum. sic dr̄ Deut. 18. ꝙ siquis diceret se esse prophetam, & a Deo missum, & diceret aliquod signum futurum. & eueniret credi debebat, ꝙ Deus miserat eum, ratio diuersitatis est, quia confirmatio fit per miraculū, & creditur ei inquantū Deus mentiri non potest, confirmatio aūt fit de re certa, sicut testes super rebus certis propositis eis testificantur. Verbum autem postq̄ prolatū est certū est, & iō si ad confirmationem illius determinate ego inuoco
H Deum, vt faciat tale miraculum, & me asserente illud miraculum fit, manifestum est, ꝙ illud dictum est verum cum Deus determinate illud cōfirmauerit. verbum tamen anteq̄ proferatur incertū est, quia possum proferre hoc, vel illud, si igitur præcedat miraculū, & postea sequatur dictū nesciretur an Deus voluit per illud miraculum confirmare hoc dictum, vel suū ꝯdictorium, ꝙ ęqualiter dicere poterā, quia indifferēs erā ad dicendū, quod vellē, non ergo confirmat miraculū verbum, quod nondū dictū est. patet etiā, quia hoc dato sequeretur, ꝙ propheta, qui semel aliquod miraculum fecit ad ōnionē alicuius rei, nunq̄ posset postea mentiri, nec peccare si omnia, quæ diceret credenda eēnt propter signū, quod iā fecisset. Sed falsum est hoc, qa
I pñt esse prophetę mali, & mentiri, licet vere ꝓphetauerint, & miracula fecerint, vt ostensum est pręce. c. q. 32. & 34. ergo non sufficit miraculū fieri ad confirmationem dictorū, quæ sequuntur, & ita de rigore ꝓbationis miracula, quæ Christus fecit supra 4. licet multa essent, non sufficiebant ad probandum vera esse, quæ postea prædicauit, ideo fuit conueniens, ꝙ Christus faceret nunc miracula post prædicationem, & per ista vere confirmaretur prædicatio.

Tertio erat hoc propter nouiter superuenientes, qa semꝑ veniebant aliqui de nouo ad audiendū verba Christi, & ad hoc, ꝙ isti crederent erat necessarium, ꝙ miracula semper faceret, & quia vsque ad mortem suam semper aliqui veniebant ad eum tam de Iudæis,
K quam de Gentilibus Io. 12. fuit conueniens, ꝙ vsque ad mortem non cessaret miracula facere: nam, & in ipsa die mortis miracula fecit; s. quia Iudęū cuius auris fuerat abscissa sanauit. Luc. 22. Quarto erat hoc ad ostendendum differentiam suam ab alijs prophetis: nam aliqui prophetę fecerunt miracula, vt Elias, & Elisæus: Christus autem voluit ostendere se maiorē omnibus præcedentibus, & ideo oportebat, ꝙ faceret multa miracula, & ita fecit, vnde ipsi Iudæi confitebantur, ꝙ nullus vnq̄ fuerat ei similis in miraculis, & doctrina, sequen. cap. miratę sunt turbæ dicētes nūquā apparuit sic in Israel, & Mar. 2. dicitur, nunq̄ sic vidimus. de doctrina patet Ioa. 7. nunq̄ sic locutus est homo.

homo. Quinto erat, vt Christus ostenderet se esse Messiã quia Iudæi credebant Messiam futurum esse excellentissimum omnium virorum, oportebat ergo, ꝙ Christus tot signa faceret, ꝙ eredi posset de eo rationabiliter, ꝙ esset Messias, & ita dicebatur Io. 7. Christus, quando veniet nunquid plura signa faciet, quã hic facit? Sexto fuit propter misericordiam Christi, quia multi erant languentes, & Christus miserebatur eorum. vnde etiam si nulla esset alia vtilitas volebat curare eorum ęgritudines sequenti c. videns turbas misertus est eis, quia erant vexati, & iacentes, sicut oues, & dicitur ibi, quòd curabat omnem languorem, & infirmitatem.

Quomodo leprosus iste adorauit Christum.
Quæst. VIII.

QVAERETVR quomodo leprosus iste adorauit Christum, i. quid fecit adorando eum.

Dicendum, quòd adorare importat quandã cæremoniam humiliationis, vel inclinationis. nã licet adoratio, quę est ad Deum consistat principaliter in animo, tamen exterius fiunt quædã cęremonię prestantes honorẽ quẽ homo interius Deo impendit, & istę cęremonię sunt diuersę secũdũ diuersas gẽtes: cõius tñ consistit in quadam inclinatione capitis, vel genuflexione, aut prostratione in terra. Matthæus autem non expressit hic modum, sed Mar. primo dicitur venit leprosus deprecans eum, & genu flexo dixit domine si vis, & c. & istud erat adorare.

Sed obijcietur, ꝙ Luc. 5. dicitur ecce vir plenus lepra, & videns Iesum, & procidens in faciem rogauit eum, &c. & vtrobique est idem leprosus, quia ponitur eadem historia ad literam.

Dici potest vno modo, quòd iste leprosus fecit vtrunque, scilicet prius flexit genua deinde procidit super faciem suam in terram, quia iste est ordo inclinationis cum procidere in terram sit vltimus gradus, & sic Marcus expressit primum solum, scilicet quòd flexit genua. Lucas autem expressit vltimum, scilicet ꝙ procidit in faciem. Aliter põt dici, ꝙ solum flexit genua, sicut dixit Mar. & tamen dixit Luc. ꝙ procidit in terram, quia inclinauit vultum suum versus terram licet non iacuerit pronus in terra: nam non poterat sic loqui iacens. Tertio potest dici, & melius, quòd leprosus iste flexit genua, & procidit in terram super faciem suam, sed rursus stans flexis genibus erexit vultum suum, quia non poterat loqui manens pronus super faciem, sed loquebatur genu flexo. Lucas ergo expressit humiliationem maximam, quam fecit leprosus, scilicet quod procidit in faciem. Mar. vero expressit modum, & habitudinem corporis, quam tenebat, quando locutus est.

Quare iste leprosus adorauit Christum, & an peccauit adorando. Vbi quod adoratio est triplex. Et quomodo interpretetur Origenes verba leprosi. Quæst. IX.

QVAERETVR quare iste leprosus adorauit Christũ, & an peccauit adorando. Dicendũ ꝙ ad hoc debet præsupponi qua adoratione adorauerit eũ. est. n. triplex adoratio, s. latrię, dulię, & hyperdulię, vt ostentum est supra 2. c. latria debetur soli Deo, dulia, & hyperdulia competunt creaturis. Si igitur adorauit Christum dulia, vel hyperdulia nihil poterat peccare.

Si latria erat dubium, quia si crederet eum esse solum hominem peccaret adorando: si autem Deum crederet, cum ita esset non peccaret adorando.

Dicendum autem, quòd adorauit adoratione la-
A trię, quia credebat eum esse Deum, sic dicit Chryso. non enim illum petebat, quasi hominem artificem, sed adorabat, quasi Deum, & apparet maxime ex verbis, quia dixit domine si vis potes me mundare, & tamen si intelligeret, quòd erat purus homo quantumcunque sanctus esset non erat verum, quòd si vellet poterat eum mũdare, quia oportebat, ꝙ rogaret Deũ pro hac mundatione. Deus tamen non semper exaudit orationes virorum sanctorũ, vt patet de Samuele orãte pro Saule primo Regum 15. & 16. Moyses quoque non fuit exauditus. Deuter. 3. & tamen fuit Deo acceptissimus super omnes prophetas veteris testamenti. nam Deus laudauit eum. Num. 12. dicens de
B Moyse in omni domo mea fidelissimus est. idem ad Hebr. 3. etiã interdum si multi viri sancti conueniãt ad orandum pro eadem re nõ impetrant a Deo. Iere. 15. si steterint Moyses, Samuel, & Daniel coram me non est anima mea ad populum istum, idest etiam si stent coram me orando pro isto populo, non impetrabunt, quòd diligam eum. Nõ pendet ergo ex sola voluntate alicuius viri quantumcunque sit sanctus, ꝙ aliquid fiat, sed solum a Deo, qui facit, quod vult, sed leprosus dixit si vis potes me mundare, ergo credebat eum esse Deum, etiam quia per hoc, quod dixit si vis ostendit, ꝙ non oportebat, ꝙ rogaret. sic dicit Chryso. non dixit si rogaueris Deum, nec si oraueris, sed si volueris potes me mundare. sic etiam dicit Ori-
C ge. ꝙ iste leprosus dicere voluit domine p te omnia facta sunt, tu ergo si vis potes me mundare: voluntas tua opus est, & opera tuę voluntati obediunt. tu prius Naaman Syrum per Elisæum a lepra mundasti, & modo si vis potes me mundare. & ita iste leprosus nõ peccauit adorando, sed meruit, quia credebat esse Deum eum quem adorabat, vnde per istam adorationem, & verba confessionis suę meruit curari. sic dicit Chryso. super Matthæum spirituali medico spiritualem offerebat mercedem. nam sicut medici pecunijs, ita iste oratione placatur: nihil enim dignius offerimus Deo, quam orationem fidelem.

Quare leprosus dixit Christo domine si vis potes me mundare, & non dixit rogo te, quòd me mundes.
D *Quæst. X.*

QVAERETVR quare leprosus iste dixit Christo domine si vis potes me mundare, & nõ dixit domine rogo te, quòd mundes me, sicut multi alij petebant, vt patet de centurione, qui orabat curari puerum suum, & regulus orauit, quod descenderet Christus, & sanaret seruum eius. Aliqui dicunt, quòd hoc fuit ad hoc, ꝙ leprosus exprimeret fidem, quam habebat, & per hanc mereretur sanari.

Dicendum, ꝙ fides etiam exprimebatur dicendo domine rogo te, quòd mundes me. quia pręsupponeret, ꝙ poterat eũ mundare cũ hoc peteret. Sed di-
E cendum, ꝙ fuit pp duo. Primo ad maiorẽ humiliationẽ: nam fidẽ professus est, mundationem tñ clare petere nõ fuit ausus, sed totũ reliquit in potestate Christi, & in hoc magis honorabat eũ, cũ et sanitatẽ petere non vellet determinare, nisi ille eam concederet, totũ igitur in sua potestate posuit. sic dicit Chryso. in homilia. non dixit domine munda me, sed ei totum concedit, & dominum eum facit, & potestatẽ vniuersorũ ei attribuit. Secundo fuit hoc forte pp incertitudinẽ, non enim dubitabat leprosus, ꝙ Christus vellet mundare eum si sibi bonũ erat, quia sicut ad fidẽ rectam pertinebat credere omnipotẽtiam eius per q̃ illum mundare posset, ita et pertinebat credere immensam eius bonitatẽ per q̃ hoc vellet si bonũ esset,

mundatio

mundatio tñ erat quoddam bonum corporale, & ista non sunt bona simpliciter, sed interdum sunt homini nociua, iõ non debet ea homo petere absolute, vel saltẽ est melius non petere absolute, & sic leprosus non petiuit, sed permisit Christo, ꝙ ipse faceret si bonum sibi esse iudicaret. sic dicit Chrys. in hoc, quod dicit si vis non dubitat Christi voluntatem ad omne opus bonum paratam, sed quia non omnibus expedit corporalis integritas, nesciebat vtrum ei expediret curatio illa, dicit ergo si vis ac si dicat credo, quia ꝙ bonũ est vis, ignoro autem si est mihi bonum, quod desidero: istud bene dictum est, & tamen magis videt͂, ꝙ iste leprosus determinate vellet curari, & hoc corde, & opere peteret, & tamen verbis determinate exprimere noluit, vt magis totum in Christi potestate poneret.

Quare Christus leprosum tetigit. Quæst. XI.

QVAERETVR quare Christus nũc tetigit leprosum. Aliqui dicunt, quòd sanare eum voluit, & ad sanandum requirebatur, ꝙ eum tãgeret, & hoc, quia virtus exibat de corpore Christi ad sanãdum ęgros. sic patet seq. c. cum tetigit Christum mulier fluens sanguine, & dixit ipse, égo sensi virtutẽ exiuisse de me. idem Luc. 8 hoc ẽt Iudæi putabant, & pp hoc oẽs desiderabant tangere eũ. Luc. 6 oĩs turba quęrebat eũ tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat oẽs. Dicendũ ꝙ non est hoc verũ: nam ad hoc, ꝙ Christus sanaret quemquã non erat opus, ꝙ tangeret eum, qñ. n. suscitauit Lazarũ nõ tetigit eũ, sed dixit, ꝙ exiret de monumento Io. 11. sic ẽt, quando suscitauit filium viduę Lu. 7. nam tetigit loculum ad hoc, quòd starent, qui portabant illum, quando tamẽ dixit adolescenti, quòd surgeret non tetigit cadauer, nec loculum. e. c. immo, etiam non requirebatur, ꝙ Christus esset pręsentialiter in loco in quo faciebat miracula, vt patet in puero centurionis infra in litera, quia sanauit illum non eundo ad domum, vt patet Luc. 7. ꝙ aũt dicitur sequen. c. ꝙ virtus exibat de Christo, non est sensus, ꝙ aliquid exiret per contactũ, vt ibi declarabitur. Dicẽdum tñ, ꝙ Christus tetigit illũ pp multa. Primo pp paruitatem fidei Iudæorũ: nã nouiter Christus incipiebat miracula facere, & si non tangeret eos quos sanabat, putarent Iudæi, ꝙ forte ista virtus non erat a Deo, sed ab aliqua alia re, vt ergo crẽderent, ꝙ ipsemet erat, qui faciebat tangebat ęgrotos, & curabantur immediate, & sic non erat dubium quin ipse hoc faceret licet posset non tangendo facere. sic dicit Chryso. cum aũt voluntate, & sermone purgare posset, manus tamen apposuit. Secundo fuit hoc ad ostendendam dignitatem humanitatis Christi: nam licet non esset in carne eius ista virtus sanandi, ostendebatur tamen magna dignitas eius inquãtum ad tactum ipsius sanabantur ęgri, & quantum ad hoc humanitas Christi vocabatur organum Deitatis. sic dicit Damascenus non enim Deus solum erat, sed etiam homo. vnde per tactum, & sermonem diuina signa operabatur, vt enim per organum, ita per corpus diuinę perficiebantur actiones.

Tertio fuit ad ostendendã benignitatẽ, & humilitatẽ, scilicet, quia ita benignus erat, ꝙ ẽt infirmos, & immundos, i. leprosos tangere non dedignabatur

Quomodo Christus tetigit leprosum cum esset contra legem. Vbi de immunditijs legalibus, quædam tractantur, cuiusmodi essent. Quæst. XII.

QVAERETVR qñ Christus tetigit leprosum, qa ꝯ legẽ erat, i. quia polluebatur homo per ta-
F ctum leprosi, & ẽt siquis intraret in domũ leprosam,
vel tangeret vestem leprosam immundus fiebat. Leui. 13. & 14. Dicunt quidam vno mõ, ꝙ Christus non
obligabatur legi, & iõ poterat tangere quidquid vellet, & pp hoc Eliseus propheta, quando sanauit Naaman a lepra nõ tetigit eum, nec exiuit ad ipsum, sed
misit nuncium ad eum, ꝙ iret in Iordanem, & lauaretur 4 Re. 5. scilicet quia Elisæus erat obligatus legi.
Christus autem non. sic dicit Chryso. cum posset voluntate, vel sermone purgare, manum apposuit, vt
ostendatur quoniam non subiacet legi. Elisęus autẽ
obseruans legis diligentiam nõ exiuit, & tetigit Naaman, sed mittit eum ad Ioardanem lauandum. dñs
autem monstrat, quoniam non est, vt seruus, sed vt
dominus curat, & tangit. Sed dicendum ꝙ non stat,
G quia Elisæus non abstinuit a Naaman, quasi tangendo cum incurreret legalem immunditiã, quia ita polluebatur, qui tangebat mortuum immo magis Nu.
19. quia per septem dies lustrabatur, & septem diebus
erat immundus. eo. c. qui autem tangebat aliquid leprosorum, non erat immundus, nisi vsque ad vesperam, vt innuitur. Leui. 14. Elisæus tamen, & Elias, qñ
suscitauerunt mortuos tetigerunt eos immo incuruauerunt se super eos, & calefecerunt carnem eorũ
3. Reg. 17. & 4. Regum 4. ergo non cauit Elisæus tangere Naaman, vt legalem immunditiam euitaret.
Secũdo potest dici, ꝙ tangens leprosum faciebat ꝯ
legẽ, qñ per hoc contaminabat͂, qui tñ tangendo leprosum mundabat eũ, non poterat ipse pollui, cum
H ipse esset causa mundiꝗ. sic dicit Chryso. non enim
manus a lepra facta est immunda, sed corpus leprosum a manu sancta constitutum est mundum.
Tertio potest dici, quòd hoc Christus fecit ad ostẽdendum, quòd tam munditia corporalis non erat attendenda principaliter, sed munditia mentis, sicut
ostendit infra 15. scilicet quòd, id quod intrat in os
non contaminat mentem, sed ea, quæ exeunt de corde. sic dicit Chryso. non solum corpora curaturus aduenit, sed & animam in verã sapĩam ductutus, sicut
igitur manibus non lotis manducare, iam non prohibebat, ita & hic erudit, quoniam oportet animę lepram solam formidare, quę est peccatum, leprã autẽ
I corporis nullum impedimentum esse ad virtutem.
Quarto potest dici, & melius, ꝙ etiam si tangendo
incurreretur aliqua immunditia legalis Christus nõ
curaret de hoc, quia immunditię legales non erant
aliqua peccata, immo interdum erat meritoriũ legaliter pollui, tãgere. n. cadauera, & sepulchra erat legalis immunditia Nu. 19 & tñ sepelire mortuos erat
opus meritorium de quo valde Tobias laudatur, etiã
interdum obligabatur quis incurrere immunditiã, sicut filij obligabantur sepelire parentes, & tñ polluebantur per hoc Leui. 10. & 21. Iudæi tamen hoc non
obstante putabant hoc esse opus pietatis, & necessitatis. vnde quidam de discipulis dixit Christo domine permitte me primum ire, & sepelire patrem meũ
K infra in litera, & Lucę 9 Sed solum per istas immunditias causatas ex contactu arcebantur homines a Sanctuario, & ab omnibus rebus sacris. s. ne tangerent eas.
Leui. 15. non erat ergo imperfectio in viro bono incurrere immunditiam illam, & sic licet Christus posset eam incurrere non dubitaret eum incurrere, cum
non esset peccatum aliquod, & posset ad aliquid prodesse. veritas tamen erat, quòd Christus non poterat
incurrere legalem immunditiam, quia non erat legi
subditus, etiam quia lex habebat locum in contactu
humano, quando autem erat aliquis contactus, qui
erat instrumentum diuinę operationis, manifestum
est, ꝙ per talẽ non incurreret immunditiã, quia operationes diuinę non subdunt͂ legi, & ita erat hic sic:
etiam

etiam credẽdũ est, ꝙ Elias, & Elisęus tangendo mortuos non incurrebant, ẽt legalem immunditiã cũ ꝑ illũ contactũ fuerit via ad suscitandũ illos, & Deus inspirabãt eis, ꝙ sic mortuos tangerent. ratio huius est, quia immunditia legalis non est immunditia realis, sed solum ex opinione legis, & hoc, quia præsumitur, vel præsumi potest, ꝙ tangentes res immundas ꝯhãt inde aliquam immunditiam, qñ tamen quis per contactum aufert immunditiam polluti, nemo põt de illo putare, ꝙ tangendo polluatur, iõ non est credendum, ꝙ tales incurrerent legalem immũditiã, nec quisquã verisimiliter hoc crederet, nisi esset mundus, vt dicetur seq. q. sic dicit Chryso. quamuis literam legis solueret, propositum tñ eius non soluit, ideo. n. lex iussit non tangere lepram, quia non potuit facere, vt lepra non sordidaret: tangentem ergo vetuit tangere B lepram nõ, vt leprosi nõ sanarentur, sed vt tãgentes nõ inquinarentur, iste autem tangens non est inquinatus a lepra, sed ipsam lepram mundauit tangendo.

Quare Iudæi non accusauerunt Christum cum leprosum tangeret. Quæst. XIII.

QVAERETVR quare Iudæi non accusauerunt Christum, ꝙ leprosum tangeret cũ hoc esset ꝯ legem. Dicendum vno modo, ꝙ per hoc Christus nõ violabat legem, quia incurrere immunditiã ꝑ ꝯtactũ non erat contra legem, cũ potius lex interdũ cogeret hominem incurrere immunditiã, vt patet præce. q. & non solum in rebus prophanis, sed ẽt in diuinis mysteriis cogebantur sacerdotes immunditiam incurrere, sicut sacerdos, qui cremabat vitulam ruffã, erat immundus Nume. 19. & tamen illud fiebat Deo iubente, & erat quidã modus sacrificij, ẽt sacerdos magnus, qui confitebatur peccata populi super hircũ, & mittebat eum in desertum incurrebat immunditiã, & lauabatur in aquis, vt rediret ad explẽdum cæremonias sacrificiorum, & tñ Deo iubente incurrebat illã immunditiã Leu. 16. incurrere ergo immũditiã non erat a lege vetitum, sed post immunditiam accedere ad res Sacras ante purificationẽ erat vetitum. Leui. 15. licet ergo Christus, nunc incurreret legalem immunditiam, cum nollet intrare templum, nec accedere ad aliquã rem sacram, nec esset sibi hoc in promptum, cum nunc maneret in Galilęa iuxta vrbẽ Capharnaum, & templum esset in Iudæa in Ierusalem nemo habebat de quo posset eum rationabiliter accusare. Aliter potest dici, ꝙ etiam si dubium esset an tangentes leprosum per hoc peccarent cum istud tãgere Christi potuisset interpretari in bonum ꝑꝑ causas dictas hic, & præce. q. nemo poterat male interpretari, nisi esset inuidus, vel omnino insipiens. Iudæi tamen nondum cęperant inuidere Christo ꝑꝑ opera sua, ideo nemo accusauit eum nunc. sic dicit Chryso. in homilia, scilicet cum autẽ leprosum tangit nullus eũ accusat, quia nondũ inuidia detenti erant auditores. Sed obijcietur, quia interdum Iudæi de operibus bonis Christum accusabant, vt de hoc, ꝙ erat sanare hoiem in sabbato, & tñ nihil faciebat, nisi dicere surge, & ambula. Io. 5. & Mar. 2. & ita, vt aliqui Iudęi principes Synagogę non inuidentes Christo videntes, ꝙ in sabbato curaret dicebant infirmis, ꝙ venirent in sex diebus, vt curarentur, & non in sabbato. Lucę 13. & tamen manifestum est, quòd per hoc non violabatur sabbatum, sicut ergo accusabant eum, tanquam violantem legem, quia curabat in sabbato licet hoc supra naturaliter ageret, ita etiam accusarent, tãquam agentem contra illam tangendo leprosum, licet tangendo eum miraculose curaret.

Dicendum, quòd non est simile, quia violare sab-A batum erat peccatum. Iudæi autem dubitabant an curando miraculose in eo violaretur, & licet nõ esset dubium rationabile, tamen erat aliquibus dubium, & ideo quidam accusabãt eum, qui nondum videbantur inuidere ei.

Secus autem erat tangendo leprosum, quia istud non erat peccatum secundũ legẽ quõcunque quis tangeret leprosum, nisi sic pollutus vellet accedere ad res sacras, ideo nemo poterat eũ accusare de hoc.

Quare Christus dixit volo mundare, quando sanauit leprosum. Et quare in curationibus infirmitatum Christus semper aliquid loquebatur. Quæst. XIIII.

B QVAERETVR quare Christus dixit volo mundare qñ sanauit leprosum. Dicendũ, ꝙ Christus poterat sanare nihil loquẽdo, quia virtus Deitatis suę erat, quę sanabat omnẽ languorem, & illa non indiget sermone, nec tactu, tanquam organo, vel instrumẽto, sed per seipsam oĩa potest. Fuit tamen locutus ꝑꝑ duo. Primo ad oñdendum virtutem Deitatis suę, i. ꝙ confiteretur indirecte se esse Deum. nam dixerat leprosus domine si vis potes me mundare, in quo innuebat eum esse Deum cui hoc erat posse, ꝙ velle: Christus autem voluit concedere hoc esse verũ, & ideo dixit volo, mundare, idest ita est, sicut tu dicis, ꝙ in potestate, & voluntate mea consistit, ꝙ munderis, vel non, & ideo iubeo, ꝙ mun-C deris. Secundo potest dici, ꝙ fecit hoc ad ostendendũ, quòd ipse faciebat hoc miraculum, & non alius. nam si dicente leproso si vis potes me mundare fuisset mũdatus statim, vel post paucum Christo nihil dicente poterat dubitari an ipse mundabat eum, vel an Deus non aduertendo ad merita, nec ad actus Christi eum mundaret, & ideo, vt non dubitaretur quin ipse faceret, expressit verba quibus significabatur, quòd ipse faciebat. sic dicit Chryso. si autem tacite eũ curasset quis scire poterat cuius virtute sanatus est? ergo volũtas mundandi facta est propter leprosum, verbum aũt propter spectantes, & ꝑꝑ hoc ẽt tetigit eum, vt magis appareret, quod ipse faciebat, cũ ad tactum eius illico lepra discederet, & ob hoc Christus in omnibus D curationibus ęgritudinum loquebatur aliquid. s. surge, & ambula. Ioan. 5. vel fiat tibi, sicut petisti infra 15. vel fides tua te saluam fecit. Luc. 7. vel secundũ fidem vestram fiat vobis seq. c. & ita de alijs modis. maxime autem hic fuit necessarium verbum, quia de miraculis Christi quanto fuerunt priora tanto magis dubitatum est, & ideo oportebat, ꝙ ipse tanto plura signa faceret, per quę ostenderet illa miracula fieri ab eo, & non ab alio, cum autem iam multa fecisset, nemo dubitare poterat, quin ipse miracula faceret, & ideo nõ erat opus tanta diligentia ad hoc ostendendum.

Quare immediate, vt Christus dixit verbum fuit curatus leprosus, & an Christi miracula fierent in instanti, vel successione. Et quòd triplex miraculorum modus est. Quæst. XV.

E QVAERETVR quare immediate, vt Christus dixit verbum, fuit curatus leprosus.

Dicendum, quòd operationes Christi erant miraculosę, miraculum autem in instanti fit, & ideo non erat admirandum, quòd statim hoc fieret, sed potius erat admirandum si statim non fieret, vel si aliqua successio intercideret, quia ad hoc oportebat assignari causam specialem, ad hoc tamen, quòd fieret statim nullam causam oportet assignari, sed est iam nota, scilicet quia fiebant hęc diuina virtute, & Deo proprium est in instanti agere, & ideo

vt

vt communiter omnia miracula a Christo facta statim fiebant, id est statim, vt ipse loqueretur exprimens quod vellet facere, interdum tamen aliqua miracula differebantur, & erat in hoc triplex modus, s. quędã fiebant, & complebantur tota simul, mox vt Christus loqueret, vt cõmuniter erat in omnibus. Alia erant, quæ differebantur, vt tota fierent post tempus sic patet de decem leprosis, qui petierunt a Christo sanari, & ille dixit eis ite ostendite vos sacerdotibus, & dum irent ad se ostẽdendum subito sanati sunt in via. Luc. 17. sic etiã fuit de cęco quem Christus sanauit. Ioan. 9. nam dixit ei vade, & lauare in natatoria Siloe, & cũ lauisset se visum recepit. Alia miracula sunt, quæ partim statim, & partim post tempus fiebant, ita ꝙ videretur in successione esse miraculũ, sicut fuit de illo cęco quem Christus sanauit, & primo vidit hoĩes, tanq̃ arbores ambulãtes, i. nõ clare videbat, & postea Christus fecit, ꝙ clare videret. Mar. 8. non tñ erat miraculũ aliquod in successione. De primo mõ patet, quia illa statim fiebant. De secundo ẽt, quia licet non fierent mox, vt Christus loquebatur, sed post tempus, qñ tñ fiebant tota simul fiebant. De tertio videtur magis dubium, quia cęcus prius vidit obscure deinde clare.

Sed etiam dicendũ, ꝙ hic non fuit successio, sed solum fuit pluralitas miraculorũ: nã voluit Christus per vnũ miraculũ dari ei visum obscurũ cũ potuisset dare clarũ, & ista actio fuit subita, & per aliud miraculum voluit perficere visum eius, ita vt clare videret, & ẽt hoc subito factum est, iõ nullum miraculũ factum est in successione, sed fuit, quasi diuisio miraculi, s. ꝙ id quod poterat fieri per vnicum miraculum factum est per duo. nunc autem Christus fecit curationẽ subito. i. dum verbum diceret exprimens voluntatẽ curãdi, secuta fuit curatio, & hoc propter duo. Primo ad ostendendũ plenitudinem potestatis suę, quia quãto aliquod agens velocius agit tanto est perfectius, nulla autem potest esse maior velocitas, quã in instanti agere, ideo ista demonstrat plenissimam virtutem agentis, & sic fuit Christo conueniẽs maxime in miraculis, quę faceret a principio, quia ad illa magis respiceretur, quam ad sequentia cum de ipsis magis dubitaretur. Secundo vt ostenderet dñiam inter se, & ꝓphetas præteritos, quia qñ illi faciebant miracula, vt cõiter cum difficultate fiebant, sic patet de Elia suscitante filium viduę: nam diu orauit, & ter mensus est super eum 3. Reg. 17. sic ẽt Elisęus suscitans filiũ Sunamitis mulieris incuruauit se super eũ quousque calefacta est caro pueri, & postea surrexit, & ambulabat huc, & illuc orans, & iterum incuruauit se super eum, & tũc reuixit 4. Reg. 4. Christus autem subito faciebat miracula non indigens oratione, nec aliqua cęremonia, iõ apparebat excellentia sua super omnes antiquos, & sicut erat in suscitatione mortuorũ, ita ẽt in cęteris miraculis: nã Elisæus sanauit Naaman a lepra, & tñ non statim, sed dixit vade, & lauare septies in Iordane, & post septimã vicẽ sanatus est: Christus aũt nunc sanãs leprosum tetigit, & mox sanauit: per omnia, ergo ostendebat se esse excellentiorem omnibus antiquis.

Quomodo Christus dixit leproso vide nemini dixeris cum istud non posset occultum esse. Quæst. XVI.

QVAERETVR quomodo dixit Christus hic leproso vide nemini dixeris cum istud nõ posset occultum esse? Dicendum, ꝙ ista sanatio leprosi non poterat esse occulta. Primo, quia facta est coram turbis. nam dicitur supra in litera, ꝙ cũ descendisset de monte secutę sunt eum turbę, & ecce leprosus veniens adorabat eum, & sic qñ sanatus est leprosus turbę sequebantur Christum, & omnes viderunt, mira-

F culum fieri ipsa rei euidentia ostendebat, quia constabat ante hoc istum fuisse leprosum, immo plenũ lepra. Luc. 5. nunc autem erat plene mundus, apparebat ergo, quòd fuit miraculose sanatus, vnde ipso nihil dicente res erat nota.

Secundo patet, quia istud miraculum, vt dicit Hieronymus, & omnes asserunt fuit factum ad prædicationem confirmationis Christi: oportebat ergo, quòd fieret coram illo populo cui facta fuerat prædicatio, quia aliàs nihil confirmaret, ergo non fuit occultum miraculum, ita vt taceri posset.

Tertio, quia ipse Christus ostendit, ꝙ volebat illud publicari cum dixit vade, & ostende te sacerdoti.

Dicẽdum, quòd Christus non iussit curato a lepra non dicere istud, quasi per hoc occultaretur, sed ne
G de hoc se iactaret, quia istud frustra erat immo malũ erat, vt tangit Hilarius. Secũdo potest dici, ꝙ Christus dixit hoc ad tollendum superuacuitatem sermonis, scilicet nemini dixeris, idest non cures dicere alicui quomodo curatus es, quia ipsa res se ostendit. sic dicit Hierony. re vera quid erat necesse, vt sermone iactaret, quòd corpore præferebat.

Tertio potest dici, & melius, ꝙ Christus dixit nemini dixeris, idest non dicas alicui quomodo te curauerim quousque te ostendas sacerdotibus, & tunc poteris dicere cui volueris. iste est proprius sensus literę: patet, quia dicitur vide nemini dixeris, sed vade, & ostende te sacerdoti, in quo significauit ista duo, quasi contraria propter illam dictionem aduersatiuã
H interpositam, & sic necessario est sensus, ꝙ quousque sacerdotibus se ostenderet nihil diceret, vel potius nõ cessaret se ostẽdere sacerdotibus, vt hoc diceret, quia poterat credere iste, ꝙ cum esset miraculose sanatus non oporteret, ꝙ iret ad ostendendum se sacerdotibus, sed ꝙ annunciaret miraculum factum omnibus, Christus autem dixit, ꝙ non faceret, sed ꝙ ostenderet se sacerdotibus, idest ꝙ antequam aliquid annunciaret, ostenderet se sanatum esse sacerdotibus, & tunc posset annunciare miraculũ factũ a Deo. Marcus aũt non solum dixit, ꝙ iussit Christus leproso tacere, sed etiam, ꝙ comminatus est ei, idest imposuit sibi sub magna necessitate ne publicaret istud miraculum an-
I tequam sacerdoti se ostenderet, idest vt non cessaret se ostendere sacerdoti ꝓp diuulgationem miraculi.

Quare Christus iussit hic tacere istud miraculum cum alibi iubeat annunciari. Et quare non debuit dicere antequam se ostenderet sacerdoti. Quæst. XVII.

QVAERETVR quare Christus iussit hic tacere istud miraculum cum alibi iubeat annunciari, scilicet. Lucę 8. & 17.

Aliqui dicunt, ꝙ hoc fuit, quia Christus voluit euitare calumniam aliquorum contra se de hoc miraculo. Sed non stat, quia hoc esset si miraculum non
K fuisset plene factum, ita vt posset de eo dubitari, sed cum constaret istud a Deo esse, nemo poterat illud calumniari saltem rationabiliter, quia aliàs poterant dicere, quòd in potestate dęmonum hoc faciebat, scilicet in Beelzebub principe dęmoniorum, vt sequenti cap. & infra decimosecundo, Christus tamen non iuberet occultari miraculum propter calumnias, nisi esset tale, quòd quis calumniari posset, sic dicit Chrysostomus curans corpus eius nulli iubet dicere.

Quidam igitur aiunt, quòd ideo hoc iussit ne malignarentur contra eius purgationem, quòd insipienter dicitur, non enim, ita mundauit, vt dubitabilis esset ista mundatio.

Alij

Alij dicunt, quòd Christus hoc dixit non quidem, tanquam esset vtile taceri istud miraculū, maxime cū non possit taceri, vt ostensum est præce. q. sed dixit ad instructionem nostram. nam de miraculis, quę Deus facit per aliquem debet laus Deo soli, qui facit illa, hō aūt nihil in his potest, ideo nullam laudem meretur, vtrunque autem Christus voluit ostendere: nam ꝙ non esset ipse inquantum homo laudādus de his operibus ostendit inquantum iussit tacere laudes suas, ꝙ autem Deus de his sit laudandus ostendit inquantū dixit vade ad tuos, & annuncia quāta fecerit tibi Deus, & hoc dixit sanato a dęmonum legione. Lucę 8. sic dicit Chryso. nulli dicere iubet docens non diligere ostentationem, & honorem, qualiter autem alteri sanato iubet dicere: non enim illic diuulgari se iussit, sed dare gloriam Deo, per leprosum, ergo nunc instruit nos non esse vanę glorię cupidos, per illum autem nō esse ingratos, sed omnia ad laudē Dei referre.

Tertio potest dici, & melius, quòd Christus nullo modo vetuit alicui sanato ab eo totaliter tacere, & maxime de isto leproso patet, quia miracula Christi fiebant ad ostensionem potestatis suę, & tamen si tacerentur nihil ostenderent, sed iussit Christus isti leproso nemini dicere, idest non dicere anteꝗ se ostenderet sacerdoti, & tamen postea posset dicere cui vellet, immo tenebantur annunciare miraculum. Ratio autem quare non debuit dicere antequā se ostēderet sacerdoti præcipua fuit, quia putaret iste non teneri ostendere se sacerdoti cum esset curatus modo supernaturali, sed satis esse sibi annunciare omnibus diuinum miraculum: Christus autem dixit, ꝙ non faceret sic, scilicet nemini dixeris, sed vade, &c. i. non cesses ire ad ostendendum te sacerdoti propter hoc, quòd velis annunciare istud miraculum, sed potius vade, & ostende te sacerdoti, & postea poteris annunciare.

Aliter potest dici, quòd Christus vetuit hoc propter calumniam sacerdotum, quia ad hoc, quòd iste iudicaretur mundus oportebat, ꝙ ostenderet se sacerdoti, & si ille iudicaret eum mundum recepi debebat ad communicationem cęterorū, aliàs non Leui. 13. si antē iste diceret se mundatū a Christo, forte sacerdos calumniaretur, dicens non esse bene mundatum, vel obijceret aliquid aliud nolens eum iudicare mundū, quod esset in pręiudicium mundati, ideo dixit sibi, vt nemini diceret, scilicet antequam se ostenderet sacerdoti. Hoc aliqualiter stare potest, & tamē, quod supra dictum est melius est, sed quōcunque dicatur Christus non prohibebat isti annunciare miraculum, quia postquam se ostendisset sacerdoti poterat illud diuulgare vbique, immo peccaret si non diuulgaret, De sanato a legione dęmonum secus fuit, quia isti nō obligabantur ire ad sacerdotes, vt se ostenderent, sed solum leprosi, ideo nihil restabat ei, nisi vt denunciaret miraculum in se factum, & sic Christus non dixit ei nemini dixeris, sed dixit vade ad tuos, & annuncia quanta fecerit tibi Deus. Luc. 8. interdum tamē Christus dicebat aliquibus, quòd tacerent, & hoc solum ad ostendendum, quod non debemus esse cupidi inanis glorię. sic fuit de duobus cęcis sequenti c. quibus dixit videte ne quis sciat, illi tamen non debebant se ostendere sacerdoti, nec alicui.

An iste leprosus mundatus peccaret si diceret alicui se mundatum a Christo. Quest. XVIII.

QVAERETVR an iste leprosus mundatus peccaret si diceret alicui se mundatum a Christo.

Dicendum, quod dictum Christi obligabat eum, & ipse scire debebat se obligari inquantum agnouerat illum, vt Deum, & tamen non obligabatur iste A tacere miraculum, quia frustra erat tacere id, quod ipsa res ostendebat, vt Hierony. ait, etiam non fuit intentio Christi, quòd iste non diceret miraculum, sed quòd non cessaret se ostendere sacerdoti propter annunciationem miraculi, & ad hoc verum est, quòd obligabatur, ideo si iret ad prædicandum istud miraculum, & non curaret se ostendere sacerdoti peccaret, postea tamen, quòd annunciaret omnibus miraculum factum bonum erat, & ita fecit: nam Mar. primo dicitur de isto leproso ille egressus cępit prædicare, & diffamare sermonem, ita vt iam non posset manifeste in ciuitatem introire, sed foris in desertis locis esse, quia conueniebant ad eum, vndique: hoc etiam B Christus volebat immo si non faceret peccaret, & Christus conquereretur de eo, sicut fuit de decem leprosis. Lucæ 17. quibus dixit ite, & ostendite vos sacerdotibus, & dum irent mundati sunt in via, vnus autem eorum videns se mundatum redijt ad Christū magnificans Deum, & Christus dixit nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena, & sic licet Christus solum dixit illis ite, & ostendite vos sacerdotibus. voluit tamen, quòd etiam diuulgarent miraculum magnificantes Deum, & ita etiam de isto leproso fuit, vnde nunquam Christus totaliter iussit alicui tacere miraculum factum, quod patet, quia in omnibus quibus iubebat tacere fiebat a cōtrario, quòd potius hoc diuulgarent, vt patet de hoc le- C proso, & patet seq. c. de duobus cęcis quibus dixit videte ne quis sciat, & sequitur, illi autē exeuntes diffamauerunt eum in tota terra, & sic quantomagis ipse iubebat tacere miracula tantomagis diuulgabantur, si tamen isti quibus iubebatur hoc, crederent, quòd Christus diceret eis istud ea intentione, vt omnino tacerent, non auderent dicere, immo nec possent dicere si intentio Christi fuisset, quòd non dicerent, sed Christus dicebat hoc solum ad eruditionem nostram, & non ea intentione, quòd miracula tacerentur, ideo isti nunquam tacebant, secus autem est, si Christus interdum propter aliquam causam vellet aliquid manere secretum, quia tunc iubebat vsque ad certum tē- D pus illud non dici, & hoc simpliciter tacendum erat sic fuit de miraculo transfigurationis infra 17. & Mar. 9. s. nemini dixeritis donec filius hominis a mortuis resurgat, hoc autem fuit, quia reuelare ista fuisset impedimentum ad passionem Christi futuram, sic ipse innuit. Luc. 9. dicēs, ꝙ oportet filium hominis reprobari a senioribus, & multa pati, nulla autem miracula Christus fecit vnquam, quę totaliter vellet taceri, ita ꝙ nunquam dicerentur, quia tunç viderentur inutilia cum omnia opera sua præcipue nobis profuerint quātum ad doctrinam, & tamen ea, quæ totaliter tacentur nullo modo proficiunt ad doctrinam.

Quare Christus iussit isti leproso se ostendere sacerdoti. Et quo- E modo Christus videbatur Iudæis non seruare legem, cum eam tamen seruaret semper quantum ad seipsum. Quæst. XIX.

QVAERETVR quare Christus iussit isti se ostendere sacerdoti. Aliqui dicunt, ꝙ hoc fuit propter humilitatem, vt non videretur contemnere sacerdotes veteris testamenti, & per hoc, ēt instruit nos ad humilitatem, vt non dedignemur opera nostra, ēt si excellentia sint, minoribus iudicanda submittere eū Christus miraculū, quod fecerat de sanatione leprę sacerdotibus submisit iudicandum. s. an vere sanatus esset ille quem vere sanauerat. Secundo vt per hoc sacerdotes inclinaret ad credendū in se, qui talia miracula faciebat, & si credere nollēt, manerent inexcusabiles

biles cum vidissent eos quos Christus sanauerat, & credere nollent, istas duas causas tangit Hiero. dicens mittit ad sacerdotes primum propter humilitatem, vt sacerdotibus deferre videatur. Deinde vt mundatum leprosum videntes si crederēt saluatori saluarentur, si autem non crederent inexcusabiles fierent. Tertio vt aliqui dicunt ad ostendendum purificationem lepræ spiritualis, quæ fit in sacramēto pœnitentiæ in quo reus confitetur delictum, & Deus eum mūdat a peccato, sed postea sacerdos mundatū ostendit, ita Christus confitente leproso mundauit eum, & postea ad sacerdotem remisit, sic dicit Remigius. Quarto vt ostēderetur, ꝙ approbabat statum veteris testamenti cum mitteret ad sacerdotes leprosum videndū secundum consuetudinem legis. Quinto ad euitandum calumniam, quia sæpe Iudæi calumniabantur Christū, ꝙ legem violaret infra 12. & Ioan. 5. & 9. si autem nunc non mitteret leprosum ad sacerdotes ꝯ legē ageret, ideo noluit dare calumniandi locum. sic dicit Hiero. non tñ Christus seruabat semper legem, sed in quibusdā seruabat, & in qbusdā nō, vt dicit Chryso. s. nec enim eā vbique dissoluebat, nec vbique custodiebat, sed quandoque quidē hoc quandoque illud faciebat, in vno quidem futuræ sapientiæ præparans viam, in altero autem inuerecundam Iudæorum cohibens linguam. verum est tñ, ꝙ Christus quantum ad seipsum legem semper seruabat, & tamen secundū quasdam cæremonias videbatur Iudæis non obseruare illam; quia non bene intelligebant eam. Sexto, & præcipue fuit hoc propter leprosum, quia leprosi, etiam si sanarentur non audebant se coniungere sanis quousque per sacerdotem iudicarentur sani, & factis cæremonijs legis reciperentur ad consortium cæterorum. Leui. 13. & 14 aliàs autem erant transgressores legis, & puniendi erant, forte autem sacerdotes iudicantes aliquos mundatos a lepra dabant eis literas testimoniales per quas constaret eos per sententiam sacerdotum iudicatos esse mundos, & redditos communicationi sanorum, sine quibus forte literis non admittebantur ad communicationem, & si tentarent se cæteris coniungere punirentur, vt ergo euaderet ista duo iste curatus de lepra iussit Christus, ꝙ ostenderet se sacerdoti, & istæ duæ causæ vltimæ sunt literales, & propriæ, aliæ autem sunt generales, & aliqualiter mysticæ, & apparet ex litera, quia Christus dixit ostende te sacerdoti, & offer munus, quod mandauit Moyses in testimonium illis, idest sacerdotibus, scilicet Moyses mandauit hoc fieri, ideo ego dico tibi, ꝙ eas ad sacerdotem ostendens te ei, vt sit testimonium ei, ꝙ tu es mundatus, & sic impleatur lex Moysi.

Quis sacerdos erat iste de quo dicitur ostende te sacerdoti. Et quare voluit Christus summum sacerdotem de hoc miraculo iudicare. Quæst. XX.

QVAERETVR quis sacerdos erat iste de quo dicitur ostende te sacerdoti.

Aliqui dicunt, ꝙ erat quicunque sacerdos, quia quilibet poterat hoc. Dicendū, ꝙ Christus locutus est de sacerdote magno, vel summo, quia ille vocatur sacerdos per excellentiam, omnes tamen tres Euangelistæ dixerunt sacerdoti singulariter, vt patet hic, & Mar. primo, & Lucæ 5. sed Mar. expressit, ꝙ iste erat summus sacerdos, dicens ostende te principi sacerdotum, non est tamen intelligendum, ꝙ ad solum summum sacerdotem pertinebat hoc, sed etiam ad quēlibet minorē. Leui. 13. homo in cuius carne, &c. adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad vnum quemlibet filiorum eius, idest ad quemcunque, quasi in hoc nihil differat: Christus tñ nunc de-

F terminate misit istum mundatum ad summum sacerdotem. Quia forte hoc tempore ipse solus habebat officium discernendi de leprosis mundatis.

Alia causa esse potest, qa summus sacerdos poterat quidqd poterant minores, & non econtrario, qui ergo per summū sacerdotē iudicaretur mundus erat simpliciter mundus, & erat securius iudiciū, q̄ si iudicaretur per minores sacerdotes. Voluit ergo Christus, ꝙ summus sacerdos iudicaret de hoc. Primo propter firmitatem miraculi, vt sic certius iudicaretur istum esse sanum quem ipse sanauerat.

Secundo propter confidentiam operis, quia sicut iudicium sacerdotis magni erat firmius, quam iudicia cæterorum a quo nō licebat alicui recedere Deut. 17. ita, & cum maiori maturitate, & attentione discu-
G tiebatur, quod per eum iudicandum erat ne posset aliquis error accidere. Christus autem ostendēs, quòd res ab eo factæ erant veræ, quia diuinæ, & non sophisticæ opera Dæmonum, voluit rigorosos habere iudices de factis suis.

Tertio fuit, vt magis manifestaretur miraculum, quia cum princeps sacerdotum esset princeps populi & maxime in spiritualibus, eo sciēte miracula Christi videbatur totus populus scire, & eo approbante omnes approbabant, & ideo cū ista fuerit curatio primi leprosi quem Christus sanauit, conueniens fuit, quòd mitteretur iste sanatus ad summum sacerdotem, de alijs autem leprosis postea sanatis non fuit necesse, ꝙ ostenderent se summo sacerdoti cum se-
H mel illi constaret de Christi miraculis, & ideo alios leprosos non mittebat ad summum sacerdotem, sed ad quoscunque, vt patet Luc. 17. cum dixit decem leprosis ite ostendite vos sacerdotibus, idest quibuscunque. nam princeps sacerdotum vnus erat.

Quare Christus iussit leproso mundato offerre munus. Quæst. XXI.

QVAERETVR quare Christus iussit isti mūdato offerre munus. Aliqui dicunt, quòd fuit hoc ad ostensionem miraculi, scilicet vt videntes istum ferre munera pro sua emundatione scirent eum mūdatum miraculose, & laudarent Deum, sic dicit Ori-
I genes offer munus tuum, vt omnes, qui vidēt te portare miraculo credant.

Secundo. vt non haberent sacerdotes occasionem calumniandi dicentes, ꝙ abstulerat eis honorem, & redditus: nam ex mundatione leprosorū habebāt redditus aliquos de quibus. Leu. 14. vt ergo non auferret eis iussit isti offerre munera. sic dicit Chryso. in homilia trāsmittit ad legem, vt iniquorum ora obstruat, vt non dicant, quoniam sacerdotum gloriam rapuit opus quidem ipse impleuit, probationem autem illis concessit. Tertio fuit ꝓpter ipsum mundatum, quia si nō ferret munera, sacerdotes nunquam iudicarent eum mundum, nec reducerent ad communicationem cæterorum licet vere mundatus esset a Christo, nunc
K vero cum illis munera offerret, non possent iam eum repellere, sic dicit Chrysosto. super Matth. ideo iubet offerri munera, vt si postmodum eum expellere vellent diceret eis munera, quasi a mundato accepistis, & quomodo me, quasi leprosum expellitis?

Quarto fuit ad obseruationem plenam legis, quia Christus voluit, quòd obseruaretur hic plene lex Moysi, quæ non solum iubebat ostendere se sacerdoti, sed etiam offerre munus. Leui. decimotertio, & & decimoquarto, ideo Christus vtrunque iussit.

Quare Christus alijs leprosis ab eo mundatis solum iubebat ostendere se Sacerdotibus & non offerre munera, tamen Christus omnia leproso mundato expressit propter duo.

Quæst. XXII.

SED dicetur, quare Christus alijs leprosis ab eo mundatis solum iubebat ostendere se Sacerdotibus? Lucæ decimoseptimo.

Aliqui dicunt, quòd Christus interdum legem seruabat, & interdum non, sic dicit Chrysosto. scilicet, neque enim legem vbique dissoluebat, neque vbique custodiebat, sed quandoque hoc, & quandoque illud faciebat.

Dicendum, ꝙ non stat, quia Christus legem obseruabat, licet videretur Iudæis non obseruare, ostēdebat, tamen quòd non semper erat obseruanda. sed etiam hoc dato non staret istud, quia mittere leprosos iam mundatos ad Sacerdotes non erat legem omnino seruare, nec etiam plene dissoluere, sed erat quædam stulta obseruatio cum in aliquo obseruaretur, & in aliquo non, & sic faciens propter laborabat inutiliter, quia aliquid agebat, & tamen nō euadebat pœnam legis cum omnino seruaret eam. Christus autem talia non iuberet, quia melius esset non laborare omnino transgrediendo legem quàm transgredi eam, & laborare.

Dicendum ergo aliter, quòd Christus iussit illis leprosis, quòd ostenderent se sacerdotibus nihil plus dicens, quia per hoc necessario intelligebatur, quòd offerrent munera pro emundatione sua: nam cum mundatus ostenderet se Sacerdoti cogeret eum Sacerdos offerre sacrificia, quæ lex iubebat: Leui. decimoquarto, & non reciperet eum ad communicationem cęterorum, & ad Sanctuarium quousque ista faceret, quia aliàs esset contra legem eodem capitulo, non oportebat ergo dicere aliquid, nisi ostendite vos Sacerdotibus, quia cętera necessario subintelligebantur, huic tamen mundato Christus expressit omnia propter duo.

Primo, vt videretur esse diligens obseruator, aut venerator legis Moysi cum expresse omnia, quæ in ea iubebantur imponeret isti mundato agenda videntibus turbis, quæ astabant.

Secundo ad auferendum dubium, quia iste, qui curatus est, erat primus omnium, quos de lepra Christus curauit, & poterat dubitare cum ista curatio esset miraculosa, an obligaretur ad cęremonias legis, quæ non videbantur obligare, nisi in alijs curationibus non miraculosis, & ideo non crederet se obligatum, nisi ad illa, quæ Christus ei diceret, vnde si solum diceret ostende te Sacerdoti, licet Sacerdos peteret ab isto munera forte nollet dare contendens se non obligatum: ideo Christus expressit, quòd daret, vel potius erat hoc, vt non crederetur, quòd Christus faciens istas curationes nouas volebat imponere nouam legem curatis quantum ad curationem, & quia ipse volebat, quòd lex Moysi adhuc obseruaretur in istis expressit omnia, quæ iubebat lex Moysi facienda esse in hoc, & sic non crederetur velle ei obstare. In cęteris autem leprosis postea curatis nō erat eadem ratio dubitandi, cum semel hoc esset dictum: ideo sufficiebat dici ostendite vos Sacerdotibus.

A *Quare dicitur munus, quòd præcepit Moyses in testimonio illis.* *Quæst.* XXIII.

QVÆRITVR, quare dicitur munus, quòd præcepit Moyses in testimonium illis.

Dicendum, quòd hoc dicitur ad designandum, quòd erat istud munus, quod offerendum erat, scilicet, quia non erat aliud, nisi illud ꝙ præcepit Moyses.

Secundo potest dici, quòd hoc dicitur ad ostendēdum, quòd Christus volebat seruare legem Moysi inquantum expressam mentionem fecit de Moyse, quia hoc præceperat.

B Tertio potest dici, quòd hoc dicitur ad tollendum dubium: nam cum Christus nunc miraculose curaret leprosos, poterat imponere illis cęremonias quascunque vellet, quia qui poterat miraculose curare, poterat etiam curato legem dare: cum ergo diceret, quòd offerrent ista munera, putaret aliquis, quòd Christus hoc volebat, & ab ipso accipiebant auctoritatem, & tunc necesse esset, quòd semper duraret tanquam lex a Deo imposita: ideo dixit offer munus, quòd præcepit Moyses, quasi dicat, ego non præcipio, sed Moyses præcipit, quia tamen ipse præcepit agendum est quandiu lex durat.

Quod autem dicitur in testimonium illis potest dupliciter intelligi. Vno modo quod sit litera continua, scilicet, offer munus, quod præcepit Moyses
C in testimonium illis, idest, quod præcepit offerri ad hoc, quòd esset testimonium Sacerdotibus. Alio modo potest intelligi offer munus in testimonium illis, idest, offer munus Sacerdotibus, vt sit illis in testimonium te esse sanatum, & refertur ad totum, scilicet, ostende te Sacerdoti, & offer munus, quasi dicat, ad veram sanitatem obtinendam iam nihil erat necessarium, quia sanitatem istam obtinuisti, & tamen ad hoc, quòd exhibeatur testimonium Sacerdotibus, & omnibus Iudæis, quòd tu es sanatus, ostēde te Sacerdoti, & offer munus, & per hoc constabit te esse sanatum, quia lex illa non fuit posita ad
D hoc, quòd aliquis sanaretur, sed ad hoc, quòd quis esset sanatus cognosceretur, & non esset locus alicui non vere sanato immiscere se communicationi cęterorum, quod tamen accideret, nisi de hoc aliquis iudicare deberet, & ad hoc fuit posita magna diligentia, quæ per Sacerdotem fieret: Leuit. decimo tertio: Chrysostomus autem dicit, quòd dictum est in testimonium, & non in emundationem, quasi dicat, licet offeras sacrificia, & munera, & sciant te sanatum non conuertentur, sed manebunt in malitia: iō istud non proficiet eis, sed erit in testimonium, idest, in accusationem contra eos, quia per hoc constabit, quòd miracula viderunt, & tamen conuerti noluerunt. sed ista est expositio mystica: illa autem, quæ supra posita est, literalis est vnde Marcus,
E & Lucas dicunt istud apertius, scilicet, offer munus pro emundatione tua, quòd præcepit Moyses in testimonium illis, idest, offer munus, quod præcepit Moyses, & erit illis, idest, Sacerdotibus, & Iudæis in testimonium, quòd mundatus es.

Quare Ecclesia non obseruat sacrificium istud. Qō. XXIIII.

QVÆRITVR a Beda in quadam Homilia: cum Christus approbauerit sacrificium illud, & ostēsionem sacerdotalem in curatione lepre, quare Ecclesia non obseruat illud.

Respondet, ꝙ hoc est, quia tunc non erat oblatum maximū holocaustū. scilicet corpus Chri in passione, per ꝙ

auferenda erant omnia sacrificia legalia. Dicendum autem, quòd idem dubium fieri poterat de omnibus cęremonijs veteris testamenti, quia Christus totam legem seruauit, & per hoc approbat eam, & tamen nunc nihil de ea obseruatur: est ergo dicendum, ꝙ Christus approbauit legem tanquam bonam, quæ data erat a Deo, qui bonus est, & etiam bona erat illi populo cui data est. non approbauit tanquam perpetuo obseruandā, quia alia lex perfectior ei succedere debebat: ideo licet Christus obseruauerit, & approbauerit totam legem nihil nos de ea obseruare debem⁹, quia peccaremus, & Christus nihil nobis prodesset ad Gala. 4. & 5.

Quod munus erat istud, quod offerebatur a leproso, & quæ cæremoniæ obseruabantur in eo.
Quæst. XXV.

QVAERETVR quod munus erat istud, ꝙ offerebatur, & quæ cęremoniæ obseruabantur in eo.

Dicendum, ꝙ modus erat, ꝙ apud Iudæos leprosi eijcerentur de castris, idest, de vrbibus, & locis ne inficerent sanos. Num. quinto, quando ergo constabat de aliquo plene, ꝙ erat leprosus manebat extra castra: si autem non plene constaret, vtpote quādo incipiebat quis esse leprosus adducebatur ad Sacerdotem magnum, vel ad quemcunque de minoribus, & per certa signa, quæ dantur Leui. decimotertio, videbat an erat leprosus, vel non, si indubitate leprosus erat excludebatur de castris, si dubium erat includebat eum Sacerdos in vna domo per septem dies, & post illos considerabat iterum locum lepræ, & per signa, quæ apparebant iudicabat an esset leprosus, vel non, si constaret eum non esse leprosum, reducebat ipsum ad communicationem cęterorum: si vero leprosus erat, per sententiam Sacerdotis, escludebatur de castris, & manebat foris habens vestimenta dissuta, & caput nudum, & os veste contectum, vt per hęc signa quilibet agnosceret eum leprosum a longe, & non accederet ad ipsum de his Leui. decimotertio, si autem contingeret curari plagam lepræ, vt quia forte non erat vera lepra, & desijt apparere per tempus, vel fuit, tamen curata est, quia aliqua lepra est curabilis, qui videret se curatum mittebat ad Sacerdotem, vt inspiceret eum, & tunc Sacerdos exibat de castris ad leprosum, qui foris erat, & si inueniret lepram esse mundatam iubebat ei adducere duos passeres viuos, & lignum cedrinum, scilicet, parum de illo, & hysopum, & vermiculum, & ponebat aquam viuentem, idest, fluuialem, vel fontanam in aliquo vase fictili, & super aquam occidebat vnum de passeribus faciens decurrere sanguinem in aquam, vt miscerentur, & tunc accipiebat sacerdos alium passerem viuentem, & cum eo ligabat modicum de ligno cedrino, & hysopo, & vermiculo, & tingebat totum in sanguine, & aqua, quæ erant mixta, & aspergebat septies eum, qui mundatus erat a lepra, & tunc soluebat passerem rubricatum sanguine permittens illum viuum auolare, quo vellet. hæc omnia fiebant extra castra, & tunc Sacerdos iubebat mundato intrare in castra, idest, in vrbem: manebat tamen per septem dies extra domum suam, & septimo die istorum radebat omnes capillos capitis, & barbæ, & supercilia, & omnes pilos corporis, & lauabat totum corpus, & vestimenta, & sunc die octauo, scilicet, sequenti assumebat duos agnos immaculatos, & vnam ouem, & tres decimas de simila, & offerebat in Sanctuario, & tunc de sanguine istorum animalium tingebat Sacerdos quasdam partes corporis istius mundati iuxta ritum, qui

F habetur Leuit. decimoquarto, & tunc licebat isti mūdato conuersari cum cęteris, & accedere ad Sanctuarium: omnes isti ritus fieri debebant nunc in isto leproso quem Christus sanauit, & iussit se ostendere Sacerdoti: nam non auderet intrare in ciuitatem, in qua erat summus Sacerdos, sed significare sibi per aliquem se mundatum a lepra, & exiret tunc Sacerdos extra castra, & inueniens eum mundum iuberet offerre ei duos passeres, & faceret omnia, quæ supra dicta sunt.

Cum autem introisset Capharnaum, ac- Luc. 7. Ioan. 4.
cessit ad eum Centurio: rogans eum, & di-
G cens. Domine puer meus iacet in domo pa-
ralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus.
Ego veniam, & curabo eum. Et respondens
Centurio: ait. Domine non sum dignus, vt
intres sub tectum meum, sed tātum dic ver-
bo, & sanabitur puer meus. Nam & ego ho- De conse. di. 2. c. quotidie.
mo sum sub potestate constitutus habens
sub me milites, & dico huic vade, & vadit, &
alij veni, & venit, & seruo meo fac hoc, & fa
cit. Audiēs autem Iesus miratus est, & sequē
H tibus se dixit. Amen dico vobis, non inueni Luc. 7.
tantam fidem in Israel. Dico autem vobis,
quòd multi ab Oriente, & Occidente veniēt
& recumbent cum Abraham, & Isaac, & Ia-
cob in regno cœlorum, filij autem regni eij-
cientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus,
& stridor dentium. Et dixit Iesus Centurio- Luc. 7.
ni. Vade, & sicut credidisti fiat tibi. Et sana-
tus est puer ex illa hora.

Cum autem. Hic ponitur secundum miraculum, scilicet, curatio paralytici, & diuiditur in duas, quia
I primo ponitur Centurionis istius fides, & deuotio. Secundo infertur ex hoc quædam conclusio. ibi.

Audiens autem. Circa primum dicitur.

Cum autem introisset Capharnaum. Ex hoc apparet, quòd quando sanauit leprosum nondum intrauerat Capharnaum, sed erat in descensu montis, scilicet, inter montem, & ciuitatem, de ista ciuitate Capharnaum est dictum supra quarto capitulo: est enim in terra Galilæę, iuxta mare, quòd vocatur Galilæę, vel Tyberiadis, vt ibi dicitur, & sæpe intrauit Christus in hanc ciuitatem, & prædicauit ibidem, vt declaratum est eodem capitu. Situs Capharnaū.

K *Accessit ad eum Centurio.* Ista historia Centurionis non habetur, nisi hic, & Lucæ septimo, licet aliqui putent eam esse eandem cum historia Reguli, de qua habetur Ioannis quarto, sed non est eadem. dicitur Centurio, idest, habens sub se centum viros de ordine militari. ita ipse dixit infra, ego sum homo habens sub me milites. Et dicitur accessit ad eum non per se, sed per amicos suos, vt dicitur Lucæ septimo, vbi ponuntur multa de hoc, quę omittuntur hic.

Rogans eum. Scilicet, per amicos: credebat enim quòd poterat sanare seruum suum: ideo rogauit eum: vnde fidem istius valde laudat Christus, infra in litera dicens.

Domine

Domine puer meus. Ideſt, ſeruus meus: iſte eſt enim modus loquendi vulgaris, quòd ſeruientes vocentur pueri etiam ſi ſint in ætate viri, licet puer proprie ſignificet ætatem a ſeptennio vſque ad quartumdecimum annum, & ſic vocatur ſeruus Centurionis iſte: Lucæ ſeptimo.

Iacet in domo paralyticus. Dixit iacet, quaſi adduxiſſent eum ad ſe, vel veniſſet, & tamen non poteſt, quia iacet paralyticus in domo: eſt enim paralyſis diſſolutio membrorum, quando ſunt aliqua membra, quæ non poſſunt moueri ad nutum animæ regentis corpus, ſed ſi vult in vnam partem inclinari paralyticus cadit in aliam, ſic dicitur primo Ethico. de parte paſſionali, quæ non mouetur omnino libere ad imperium rationis, ſed repugnat aliqualiter, & ideo dicit Ariſtot. tales eſſe, vt paralyticos, qui præeligunt moueri in vnam partem, & feruntur in aliam.

Quid ſit paralyſis.

Et male torquetur. Ideſt, multum cruciatur, quia non ſolum habet membra diſſoluta, ſed etiam patitur graues dolores. Poteſt hoc dici propter duo. Vnum eſt ad ſignificandum, ꝙ non poterat portari ad Chriſtum, quia licet non poterat per ſe venire, qa iacebat paralyticus, poſſet Chriſtus dicere, ꝙ duceretur ad eum, ſicut patet de multis alijs paralyticis, ſupra quarto, & etiam in eadem ciuitate Capharnaum quatuor viri portauerunt vnum paralyticum in grabato, quem nudato tecto domus ſubmiſerunt per funes, & poſuerunt ante Chriſtum: Mar. ſecundo, & Lucæ quinto: dixit ergo Centurio, male torquetur, ideſt, habet graues dolores, & ſi moueretur magis doleret: ideo nec potuit portari ad te. Aliud eſt ad confirmandum preces oſtendendo eas iuſtas, ſcilicet, quia erat iſte languens in magnis doloribꝰ, & ita Chriſtus magis miſereretur eius, ſicut videns leproſum, de quo ſupra in litera, miſertus eſt eius: Marc. primo: erat enim plenus lepra: Lucæ quinto.

Et ait illi Ieſus. Scilicet, amicis eius, quia ei non locutus eſt, cum ipſe non veniſſet, vt dicetur infra q. 27.

Et reſpondens Centurio ait. Hoc vere dixit Centurio, non tamen Chriſto, ſed per amicos ſuos, quos ad illum miſit: Lucæ ſeptimo.

Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum. Ideſt, non ſum dignus, ꝙ vadas ad domum meam, ideſt, noli vexari eundo. debet præſupponi, ꝙ amicis Centurionis petentibus a Chriſto, ꝙ iret ad curandum puerum eius conceſſit, & iam ibat, & tunc Centurio per alios amicos ſuos, miſit ei dicere, ꝙ non veniret, quia non erat dignus recipere Chriſtum in domum ſuam.

Sed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus. Ideſt, non eſt neceſſe, ꝙ venias, quia potes ſanare non veniendo, ſolum ſi dicas verbaliter volo, ꝙ ſaneris, hoc pertinebat ad magnam fidem Centurionis, quam Chriſtus hic laudat.

Nam & ego homo ſum ſub poteſtate. Oſtēdit, ꝙ Chriſtus poterat ſanare abſentem, & præſupponit in hoc, ꝙ Chriſtus erat Dominus ſanitatum, & omnium rerū, & ad nutum omnia ſibi obedirent, nec habebat aliū ſuperiorem, nec æqualem, qui impediret ipſum, & tunc arguit a fortiori, ſcilicet, ego ſum homo habens dominum ſupra me, & habens aliquos ſeruos, & milites ſub me, & ſi dico vni de ſeruis, vel de militibus vade illuc, vadit, & ſi dico alteri veni huc, venit: a fortiori ergo cum tu non habeas aliquem ſupra te cuicunque dixeris veni, veniet, & ſi iuſſeris ægritudini, quòd recedat, recedet, & ſi dixeris ſanitati, quòd eat ad aliquem ibit, & ita potes dicere, quòd veniat ſanitas ad puerum meum, licet abſens ſit, quaſi dicat, ſerui mei non ſolum obediunt mihi præſenti, ſed etiam ſi mitto eos in longinquum vadunt illuc,

A & ibi manentes faciunt ea, quæ ego iubeo: a fortiori ergo ſanitas ibit quocunque tu iuſſeris, & ita veniet ad puerum meum abſentem ſi hoc præceperis, & dixit ſum homo ſub poteſtate, ideſt, conſtitutus ſub aliquo maiori Domino, quia erat ſaltem ſub Imperatore, & etiam ſub alijs principibus militiæ, quia Centuriones ſunt ſub Tribunis, ideſt, Millenarijs: Exodi decimoquarto.

Habens ſub me milites. Ideſt, etiam habeo ſub me milites, ſcilicet, centum, quia Centurio erat.

Et dico huic vade, & vadit, & alio veni, & venit. Ideſt, dico vni de militibus meis vade, & vadit, in

B hoc fundatur virtus rationis, quaſi dicat, non ſolum milites mei obediunt mihi præſenti, ſed etiam ſi dico vni vade in longinquum, vadit illuc, & ibi abſens facit, quod iubeo, & dico alteri veni, & venit, iſtud eſt ex oppoſito, ſcilicet, ſi ſit aliquis miles meus a me diſtans in longinquum, & mitto illi dicere, ꝙ veniat, venit, & ſic longe a me poſitus incipit obedire mihi.

Et ſeruo meo fac hoc, & facit. Eadem ratio eſt, quę de militibus, & adhuc maior, quia maius imperium habet dominus ſupra ſeruum quàm dux ſupra milites.

Poſuit autem iſte Centurio virtutem rationis, &

C non compleuit eam, quia hoc ſufficit quando quis loquitur viro perito, ſicut ſiquis volens formare ſyllogiſmum ponit ſolam minorem, in qua eſt virtus tota argumenti.

Audiens autem. Hic ponitur ſecundum, ſcilicet, quædam Chriſti concluſio, quę infertur ex fide huius Gentilis comparando eam ad infidelitatem Iudæorum, ſcilicet, quòd cum per fidem charitate formatam homo placeat Deo, & iſti Gentiles, & multi alij habituri erant fidem magnam de Chriſto, & Iudæi pro maxima parte permanſuri erant in ſua infidelitate, quòd Deus repelleret Iudæos, & acceptaret populos Gentilium, vnde dicitur.

Audiens autem Ieſus. Scilicet, verba Centurionis relata per amicos eius.

Miratus eſt. Scilicet, de magna fide Centurionis,

D quomodo autem Chriſtus, qui omnia ſcit, mirari potuerit infra dicetur.

Et ſequentibus ſe dixit. Ideſt, comitantibus ſe quādo ibat ad domum Centurionis.

Aliqui putant, quòd iſti erant Apoſtoli, qui eum inceſſabiliter comitabantur, & tamen dicendum, quòd erant non ipſi ſoli, ſed etiam turbæ, quia multæ turbæ ſequebantur eum intra Capharnaum, ita vt vix poſſet eſſe in domo. Mat. ſecundo, & iſtæ ſequebantur eum nunc euntem ad domum Centurionis, quia ſciebant, quòd ibat ad ſanandum puerum eius, & deſiderabant videre rem illam, ſic dicitur Lucæ ſeptimo: conuerſus ſequentibus ſe turbis dixit.

Amen dico vobis. Ideſt, in veritate, vel ſecundum

E certitudinem, aut firmiter, quia modus affirmandi eſt, & interdum iurandi, vt dicitur extra de iureiurā. capit. & ſi Chriſtus.

Non inueni tantam fidem in Iſrael. Ideſt, in omnibus Iſraelitis, ſiue in nullo eorum inueni tantam fidem, & hoc pertinebat ad admirationem, & ad laudem Centurionis. ſ. ꝙ ipſe Gentilis exiſtens tantam fidem haberet, ꝙ excederet omnes Iſraelitas, pōt dici ēt ad improperium, & redargutionē Iudęorum, ꝙ tam paucam fidem haberent, ꝙ ab vno viro Gentili ſuperarentur.

Fides, & laus Centurionis.

Sed Lucæ ſeptimo, dicitur nec in Iſrael tantam fidem inueni, & hoc intelligitur proprie ſolum de laude Centurionis, ſcilicet, non ſolum inter Gentiles, qui venerunt ad me, non inueni tan-

tam fidem, ſed etiam nec in toto Iſrael. multi nam-
que Gentiles de partibus vicinis terræ Iudæorum
venerant ante hoc ad Chriſtum ſupra quarto, ſcili-
cet, & abijt opinio eius in totam Syriam ibi tamen
erant Gentiles.

Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente, & ab Occidente.
Iſta eſt concluſio, ſcilicet, quòd viri de longinquis
partibus, ideſt, de extremis terræ conuerterentur ad
Chriſtum, & obtinerent vitam æternam, Iudæi autẽ
expellerentur, & hoc ſignatur per Orientem, & Oc
cidentem, qui ſunt cardines orbis.

Et accipiuntur dupliciter. Vno modo ſtricte, ſcili
cet, pro extremitatibus orbis, quæ ſunt quędam pun
cta, a quibus incipit hemiſphęrium, & iſta non ſunt
habitabilia, & vocatur Oriens, ideſt, principium
Orientis, & Occidens, ideſt, principium Occiden-
tis, ſiue partes coniunctę iſtis principijs. & ita terram
Iudæorum vocamus Orientem, & vltimam partem
Hiſpaniæ vocamus Occidentem, quia ſunt circa pũ-
cta Orientis, & Occidentis.

Alio modo vocatur Oriens, & Occidens, vt dicit
habitudinem ad prędicta puncta, & ita quilibet locus
poteſt dici Oriens, vel Occidens reſpectu alterius, ſi
aliquo modo magis appropinquat ad Orientem vel
Occidentem quàm ille cui dicitur Orientalis, vel Oc
cidentalis, Chriſtus autem accepit hic Orientem,
ideſt, terram coniunctam Orienti, & ita voluit ſignifi
care extremitates orbis, ſcilicet, quòd de illis multi
crederent expulſis Iudæis, qui erant in ipſo regno, in
quo Chriſtus erat, & qui maxime credere debuiſſent.

*Et recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Iacob in regno
cælorum.* Ideſt, ſedebunt. eſt enim recumbere ſede-
re ad menſam, ſic enim Chriſtus dixit, quis eſt ma-
ior, qui miniſtrat an qui recumbit? ideſt, qui ſedet
ad menſam, vel qui miniſtrat ei: Lucæ vigeſimoſecũ
do, etiam innuit, ꝙ omnes iuſti ſedebunt in regno
cœlorum ad menſam. eodem capitu. vt edatis, & bi-
batis ſuper menſam meam in regno meo, iſtud ta-
men non erit comedere, nec bibere, quia iam om-
nia iſta, quæ propter neceſſitatem corporis fiebant
hic ceſſabunt, ſed erit beatitudo in ſolis actibus ani-
mæ, & illa deſignatur per delitias cibi, & potus, quas
homines carnales putant eſſe maximas delitias.

Filij autem regni huius eijcientur in tenebras exteriores.
Ideſt, Iudæi, qui ſunt de regnò hoc, ſcilicet, in quo
Chriſtus tunc erat, vel de progenie illa eijcientur in
tenebras, ideſt, in infernum, quia non crediderunt,
& vocant̃ tenebrę exteriores, qa q̃dã ſunt interiores.
ſ. ignorantia ſm̃ quam intellectus eſt obtenebratus,
exteriores autem ſunt tenebrę corporales. i. locus
tenebroſus, quia infernus locus tenebroſus eſt: ideo
manentes ibi dicuntur manere in tenebris, & in vm-
bra mortis.

Duæ ſunt pęnæ inferni.

Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Iſtę ſunt pœnæ in-
ferni, & ponuntur duę, per quas deſignãtur aliæ, ſi-
cut generaliter dicimus in inferno eſſe duas pœnas,
ſcilicet, frigoris, & ardoris, iſta ſententia magis com-
pleta eſt Lucæ 13. ſcilicet, cum videritis Abraham, &
Iſaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei. in
quo innuitur, ꝙ omnes illi erunt in vita æterna, vos
autem expelli foris, ideſt, non recipi interius, quia q
interius recipitur, nunquam foras ibit, & ſequitur.
& venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone,
& Auſtro, & accumbent in regno Dei, poſuit qua-
tuor extremitates orbis, ſcilicet, de omnibus partib⁹
mundi conuertendi erant aliqui ad Chriſtum, quod
iam factum eſt. Matthæus tamen poſuit ſolum Oriẽ
tem, & Occidentem, quia eſt breuiloquus, & per iſtas
duas extremitates orbis voluit deſignare alias duas,
ſcilicet, Aquilonem, & Auſtrum.

F *Et dixit Ieſus Centurioni.* Non dixit ei, ſed amicis
ſuis, quia ille nondum venerat ad ipſum. & ponitur
hic applicatio concluſionis iſtius ad particulare, ſcili-
cet, ab Oriente, & Occidente venturi erant aliqui,
qui recumberent in regno Dei, & ita erat de iſto Cẽ
turione, qui erat de partibus longinquis a terra Iu-
dæorum, & tamen per fidem iam meruerat recum-
bere.

Vade & ſicut credidiſti fiat tibi. Ideſt, quia credidi-
ſti, ꝙ ego abſens poteram ſanare puerum tuum ita
fiet tibi, ſcilicet, ſanetur puer tuus, & dicitur vade, id-
eſt, ite, quia ad amicos Centurionis loquitur.

Et ſanatus eſt puer in illa hora. Ideſt, in hora, qua
G Chriſtus locutus eſt, ſubito fuit puer ſanatus.

An Centurio iſte erat Iudæus, vel Gentilis. Quæſt. XXVI.

QVAERETVR de iſto Centurione, quis eſ-
ſet, ſcilicet, an Iudæus, vel Gentilis.

Aliqui dicunt, quòd Gentilis erat, &
hoc, quia Centurio eſt: nam inter Iudæos
dicunt Centuriones nõ eſſe, ſed inter Romanos, qui
diſtinguebant exercitus per duces, quorum aliqui vo
cantur Centuriones.

Sed hoc non ſtat, quia inter Iudæos etiam erant
Centuriones: fuit enim a principio populus diuiſus in
H deſerto per Decanos, Quinquagenarios, Centurio-
nes, & Tribunos: Exodi decimooctauo, & Deutero
nomij primo: etiam poſtea reges Iudæorum habe-
bant iſtum ordinem dictum, quia Dauid habebat
Centuriones. 2. Regum 18. Dauid conſiderato popu-
lo conſtituit ſuper eum Tribunos, & Centuriones.
& 1. Paralipom. 27. & 28. etiam reges ſequentes ha-
bebant iſtum ordinem militum, & ducum: nam Io-
ſaphat Centuriones habebat, & cęteri reges poſt eũ:
nam Ioiada ſacerdos Centuriones habuit ſecum in
templo quando voluit intronizare regem Ioas. 2. Pa-
ralipom. 23. ita ergo & nunc poterant eſſe aliqui Cen
turiones inter Iudæos, vnde non conſtat ex hoc illũ
fuiſſe Gentilem, maxime quia dato, quòd ſoli Ro-
I mani haberent exercitum in terra Iudæorum, & non
permitterent ibi alienum exercitum, vt maneret ſi-
bi terra ſecura: multi tamen de Iudæis erant aſcripti
militiæ Romanorum, ſicut multæ aliæ gentes, vt di-
cit Ioſephus: nam non erant omnes milites, & du-
ces Romanorum Italici, & ſic poterat iſte Centurio
eſſe Iudæus, licet eſſet de militia Romanorum.

Dicendum tamen, quòd fuit Gentilis, quòd patet
primo, quia dixit Chriſtus, non inueni tantam fidem
in Iſrael, & ſic ſignificauit non eſſe iſtum Centurio-
nem de Iſrael.

Secundo, quia dixit Chriſtus multi venient ab Oriẽ
te, & Occidente &c. filij autem regni huius eijciẽtur,
& ſic ſignificauit Centurionem non eſſe de regno il-
lo, ſed de foris venire. ſ. ab Oriente, vel Occidente.
K Tertio patet, quia Luc. 7. dr̃, ꝙ iſte Centurio miſit
ad Chriſtum ſeniores Iudæorum, ex quo innuitur, ꝙ
ipſe non erat de Iudæis.

Quarto patet eod. cap. nam Iudæi dixerunt de Cen-
turione: diligit enim gentem noſtram, ex quo appa-
ret, ꝙ non erat de gente illa.

Aliqui dicunt ꝙ Centurio iſte, de quo Matthæ. hic
loquitur Gentilis erat, ille tamen de quo Luc. 7. dicũt
ꝙ erat Iudęus, quia ibi dr̃, nã & ſynagogã ipſe ędifica-
uit nobis. Dicit tñ Chryſo. ꝙ idem eſt. i. quòd autem
Matthę. ſignat ipſum Centurionem Iſraelitam non
eſſe: Lucas vero dicit, quoniam ędificauit ſynagogam
non eſt ↄ̃trium: potuit enim, & Iudęus non eſſe, & ſy-
nagogam cõſtruxiſſe, ſed potius ex illo verbo cõuin-

citur

citur illum fuiſſe Gentilem, quia Iudæi appoſuerũt hoc ad ſignificandum, quòd ipſe diligebat Iudæos: Lucæ ſeptimo: diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis, ideſt, in hoc apparet quòd diligat gentem noſtram, quia proprie ædificauit noſtram ſynagogam.

Eſt ergo dicendum, ꝙ iſte Centurio erat Gentilis, & erat de exercitu Romanorum: nam hoc tempore Imperator Tyberius, qui tũc regnabat, habebat exercitum in Iudęa, ſcilicet, milites per diuerſa loca ne gẽs illa poſſet rebellare, & ita erant multæ cohortes militum in Iudæa, & multi Centuriones quod innuitur Lucæ ſeptimo: cum dicitur Centurionis autem cuiuſdam, quaſi dicat, non erat ille ſolus, ſed vnus de
B Centurionibus: ſic Pilatus etiam qui erat Ieroſolimis habebat Centuriones, quia vnus Centurio militum fuit in Chriſti morte, qui dixit vere filius Dei erat iſte, infra vigeſimoſeptimo, & Lucæ vigeſimotertio, & per alia loca etiam Centuriones erant: nam in Cęſarea nomine Cornelius Centurio cohortis, quæ dicitur Italica, & iſte etiam erat Gentilis eodem cap. iſte Centurio, de quo hic, erat in vrbe Capharnaum ad hoc, ꝙ ſeruaret ciuitatem illam ſub obediẽtia Romanorum: erat enim tunc Capharnaum Metropolis glorioſa in Galilæa, ſicut innuitur infra vndecimo, ſcilicet, tu Capharnaum nunquid vſque in cœlum exaltaberis, ſcilicet, in opulentia, & gloria loci: & ideo erat
C ibi Centurio ille, qui tenebat illam ciuitatem & forte alias partes Galilæę ſubiectas ſibi, quod innuitur Lucę ſeptimo, quia dicitur, ꝙ iſte Centurio miſit ad Chriſtum ſeniores Iudæorum, ex quo apparet ꝙ dominabatur cum mittere poſſet ſeniores Iudæorum, ideſt, nobiliores, & honorabiliores Iudæos, qui erant in illo loco.

An iſte Centurio venerit perſonaliter ad Chriſtum, vel miſit. Et eius humilitas ſignificatur. item quæ fuerunt eſſentialia huius miraculi.
Quæſt. XXVII.

QVAERETVR de iſto Centurione quomodo dicitur hic, ꝙ venit ad Chriſtum, quia
D Lucæ ſeptimo, videtur ꝙ non venerit, ſed miſerit.

Aliqui volunt, quòd a principio miſerit ſeniores Iudæorum, ſed poſtea ipſe venerit, & hoc Matthæ. tetigerit.

Dicendum, ꝙ non ſtat, quia nunquã venit ad Chriſtum antequam ſanaretur puer eius, vt patet Lucę ſeptimo: dicitur enim ꝙ iſte Centurio miſit ſeniores Iudæorum rogans Chriſtum, vt veniret, & ſanaret puerum eius, ſeniorẹs miſſi Chriſto dixerunt dignus eſt, vt hoc illi pręſtes, quia diligit gentem noſtram, & ſynagogam ędificauit nobis, & dicitur ꝙ Chriſtus ibat cum illis, cum autem non longe eſſet a domo Cẽturionis, miſit Centurio amicos ad Chriſtum dicens,
E Domine noli vexari, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, & propter hoc non putaui me eſſe dignum, vt poſſem ire ad te, ſed dic verbo, & ſanabitur puer meus, & Chriſtus admiratus fidem illius dixit, fiat tibi, ſicut credidiſti, & ſequitur ibi, & reuerſi, qui miſſi fuerant inuenerunt ſeruum, qui languerat, ſanum, & ſic antequam redirent iſti amici Centurionis, quos ipſe miſit ad Chriſtum ſanatus eſt puer: ergo Centurio non iuit ad Chriſtum antequam ſanaretur puer, quia ipſe non iret antequam venirent nuncij ſui, quos ad Chriſtum miſerat. Etiam quia ſi ipſe iuiſſet ad Chriſtum antequam puer ſanaretur diceretur, ꝙ ipſe reuerſus in domum inuenit puerum ſanatum, tamen dicitur reuerſi, qui miſſi fuerant: ergo dicen-
A dum eſt, quòd ipſe non iuit, nec vidit Chriſtum.

Dicit tamen Auguſtin. lib. de concord. Euangel. ꝙ Matthæ. dicit Centurionem acceſſiſſe ad Chriſtum cum non acceſſerit, quia dicit acceſſiſſe eum, ideſt, ſeruos ſuos, quia ꝙ quis facit per alium, per ſeipſum facere videtur: & dicitur Lucæ ſeptimo, de iſto Centurione, quòd ædificauit ſynagogam Iudæorum, ideſt, ædificari fecit, quia ipſe nihil manibus ſuis ædificaret, dicit etiam Auguſtin. quod Matthæ. fecit hoc propter breuitatem, ſcilicet, vt non oporteret referre quomodo miſit ſeniores Iudæorum, & quid illi dixerunt, & quomodo poſtea miſit amicos, ſed ſolum tangit eſſentialia huius facti, quæ duo ſunt, ſcilicet, fides magna Centurionis, & curatio infirmi, cum illa
B concluſione de conuerſione Gentilium, & infidelitate Iudæorum: Lucas autem omiſit fere omnia, quæ Matthę dicit, & ſuppleuit ea, quę Matthę non tangit. iſta eſt enim conditio eius artificioſe ſupplere, quæ alijs deſunt, & in ſeipſo, quæ alij habent decurtare, ſic dicit Beda in Homilia, beato Lucæ moris eſt, quæ plenè vidit ab alijs Euangeliſtis expoſita abbreuiare, vel etiam induſtria præterire, quæ vero ab eis omiſſa, vel breuiter tacta cognouerit dilucidare ſolertius, & ſic caute attendendum eſt in modo loquendi Euãgeliſtarum, qui non ſemper vnus eſt, & oportet vnum Euangeliſtam per alterum ſuppleri, & ex-
C poni.

Quomodo Centurio iſte motus fuit, vt mitteret ad Chriſtum, vt ſanaret puerum eius. Et an fuerit poſt ex Gentilitate conuerſus. Et quòd Deus vnicuique menſuram fidei largitur prout vult, & huic præſertim Centurioni propter duo.
Quæſt. XXVIII.

QVAERETVR de iſto Centurione quomodo fuit motus, vt mitteret ad Chriſtum, vt ſanaret puerum eius.

Dicendum, ꝙ hoc fuit ex magnitudine fidei, quia credidit, ꝙ Chriſtus poterat ſanare puerum eius, & non ſolum pręſens, ſed etiam abſens. Sed tunc ſtat dubium, vnde potuit Centurioni eſſe tanta fides de
D Chriſto. Dicendum, quòd oportet, quòd Centurio aliquid audiſſet de Chriſto, vel vidiſſet eum operari, quia fides non eſt ſine auditu ad Rom. decimo, quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? & poſtea dicit: ergo fides ex auditu, eſt auditus autem per verbum Chriſti. poterat autem iſte Centurio vidiſſe multa miracula Chriſtum facere: nam Chriſtus in Galilæa non longe ab vrbe Capharnaum, in qua nunc erat, fecerat miracula multa ſanando ęgros ſupra quarto, & poſt illa prędicauit immediate in monte, ſupra quinto, & completo ſermone deſcendit de monte, & ſanato leproſo in deſcenſu montis intrauit Capharnaum ſupra in litera.

E Dicendum tñ, ꝙ Centurio miracula nulla viderat, ſed ſolũ audiuerat aliqua dici de Chr̄o: Lu. 7. ſ. Centurionis ſeruus male hñs erat, & cũ audiſſet de Ieſu miſit ad eũ ſeniores Iudęorũ, & ſic vr̄, ꝙ ſolũ audiuerat: nã ſi per ſe miracula fieri vidiſſet cum hoc magis mouere poſſit ad credendum ꝙ̃ auditus, magis diceret, ꝙ viderat Ieſum miracula facientem quàm ꝙ audiuerat aliquid de eo: nam propter hoc magis laudatur fides, quæ ſolum eſt ex auditu quàm illa, quæ etiam eſt ex viſu. Ioan. vigeſimo: beati qui non viderunt, & crediderunt. Sed tunc ſtat dubium, quid audiuit iſte Centurio. Aliqui dicunt, quòd ſolum audiuit miraculum de leproſo ſanato, ſic dicit Chryſoſtom. ſuper Matthęum Centurio iſte primus fructus ex gẽ-

 tibus,

tibus, qui nec Christum audiuit docentem, nec leprosum aspexit eum mundaretur, sed audita tantummodo sanitate leprosi plus credidit quàm audiuit, de hoc tamen non constar, an hoc solum miraculum audiuerit, quia cum alia multa fecisset Christus non longe a Capharnaum, vt dictum est, poterat illa audire Centurio a Iudæis.

Dicendum autem, ꝙ fides Centurionis de Christo ortum habuit ex aliquibus, quæ audiuit de Christo siue sit vnum siue multa, ꝙ tamen fuerit tanta fides eius non fuit ex eis, quæ audiuit, quia vt dicit Chryso. plus credidit quàm audiuit, quia etiam si Centurio vidisset omnia miracula, quæ Christus egit non vidisset eum facientem aliquod miraculum circa absentes, sed ęgros ad se adductos sanabat, vt patet supra quarto, & etiam supra in litera de leproso curato. credidit tamen ꝙ Christus poterat sanare absentem: fuit ergo ista fides a Deo infundente, qui tanta infundere dignatus est: nam Deus largitur vnicuique mensuram fidei prout vult, hoc autem fuit forte propter duo. Primo propter bonitatem pręcedentem Centurionis istius, quia licet iste non poterat habere fidem aliquam determinate de Christo antequam de eo audiret, poterat tamen habere fidem in generali de Deo recte sentiendo de illo, & non sequendo idola, sed credendo vnicum esse Deum pro bonis operibus remuneratorem, & pro malis punitorem, quæ possunt haberi etiam a Gentilibus ad Rom. primo, & ad Hebræ. 11. & per hoc iste vacaret bonis operibus, per quę valde mereretur apud Deum, cum haberet simul fidem, & charitatem: ideo per illam fidem præcedentem mereretur nunc sibi augeri fidem magis determinate, sic etiam patet de alio Centurione Gentili, qui erat in Cęsarea Iudæę nomine Cornelius, qui licet Gentilis esset timebat Deum, eratque vir religiosus cum tota domo sua, faciebatque multas eleemosynas plebi, & semper orabat Dominum, vt ostenderet ei viam suam, qui cum oraret die quadam hora nona vidit Angelum introeuntem ad se, qui dixit ei, orationes tuæ, & eleemosynę ascenderunt in memoriã in conspectu Dei, & dixit ei, ꝙ vocaret Petrum, & ille ostenderet ei, quid facere deberet, & ille veniens baptizauit eum instruxitque in fide: Actuum 10. sicut ergo ille Gentilis existens per fidem in vniuersali, & bona opera meruit, vt Deus mitteret sibi Angelum illuminatorem, & deinde Petrum Doctorem, ita iste Centurio, qui eodem modo erat Gentilis, & Romanus per fidem, & opera mereretur sibi fidem nunc augeri: nam ita est de charitate, vt dicit Augustinus, quòd charitas existens meretur augeri, & aucta meretur perfici.

Secundo forte fuit hoc, quia Christus voluit per istum Gentilem significare fidem Gentilium, quæ futura erat multo maior quàm fides Iudæorum, & quia iste fuit primitiæ Gentilium credentium Christo iam prędicanti, voluit Christus quòd fides istius appareret maior quàm fides Iudæorũ: sic dicit Chrysostomus, Centurio iste primus fructus ex gentibus, ad cuius fidei comparationem omnium Iudæorum fides infidelitas est inuenta, qui nec Christum audiuit docentem, nec leprosum aspexit cum mundaretur, sed audita tantummodo sanitate leprosi plus credidit quàm audiuit: erat enim in mysterio gentium futurarum, quæ nec legem, aut Prophetas legerant de Christo, nec ipsum Christum miracula facientem viderant.

Sed dicetur quomodo iste Centurio fuit primitiæ gentium ad Christum conuersarum, quia Magi reges fuerunt primitiæ gentium, vt Ecclesia asserit?

F Dicendum, quòd Magi fuerunt primitiæ gentiũ credentium in Christum natum: Centurio autem iste fuit primitiæ gentium ad Christum per prędicationem conuersarum.

Quare Centurio iste fuit motus ad orandum pro isto seruo cum tanta instantia, & talia verba ad dicendum. Quæst. XXIX.

QVAERETVR, quare Cẽturio iste fuit motus ad orandum pro isto seruo cum tanta instantia, & ad dicendum ista verba.

Aliqui dicunt, quòd hoc fuit, quia iste seruus erat magni precij, & magnum damnum patie-
G batur Centurio si moreretur, sic dicitur Lucæ septimo: Centurionis seruus erat male habens, qui erat illi preciosus.

Melius tamen dicendum est, quòd mouebatur Centurio, quia diligebat valde seruum istum: non enim videbatur satis honestum, nec virtutibus conueniens pro solo lucro tantum instare, maxime quia iste Centurio laudatur hic, vt vir bonus, & apparuit ex magnitudine fidei eius: ideo potius videtur, quòd moueretur ex charitate, scilicet, quia diligebat seruum, dolebat quòd periret, & tali affectu Christus magis condescenderet quàm desiderio lucri, vel euitandi damnum in vno diuite qualis erat iste Centurio: ideo debet exponi erat illi preciosus, idest, cha-
H rus: ita enim communiter exponitur: nam ea quæ nobis valde chara sunt in magno precio habemus: & ob hoc aliqui dicunt, quòd vocatur filius eius Ioan. quarto, vbi dicitur de filio Reguli, & putant quidam illum Regulum esse istum Centurionem, sed nõ est, vt ibi dicetur, erat tamen valde charus iste seruus domino suo. nam boni serui interdum malis filijs præponuntur in dilectione, vt Ambros. dicit. & ita dicit Chrysostomus, vide bonitatem Centurionis, qui pro salute serui, sic solicite festinabat quasi non damnũ pecuniæ, sed salutis passurus in morte illius. dicit etiã ꝙ diligebat eum, & ideo dolebat, quòd ille torqueretur.

Orabat autem instanter Cẽturio, quia seruus suus erat in magno periculo: nam dicitur Lucæ septimo:
I Centurionis seruus male habens erat moriturus, idest, erat vere ad mortem, sic dicit Ambrosius super Lucam, quòd moriturum dixit Euangelista non fefellit. moriturus enim erat, nisi fuisset sanatus a Christo, quòd autem iste Centurio dixit puer meus iacet paralyticus, & male torquetur.

Dicunt quidam, ꝙ dixit ad ostendendum dolorẽ, quem habebat de seruo, vt sic Christus magis flecteretur, vt eum curare vellet, sic exponit Rabanus, scilicet, omnia ista cum dolore nominauit, & iacentem, & paralyticum, & male detentum: ideo vt suæ animę angustias demonstraret, & Dominum cõmoueret.

Aliter potest dici, quòd hoc dixit ad excusatio-
K nem, quia insolitum erat ante hoc Christum vocari ad sanandum aliquem ægrum, sed veniebant ægri ad ipsum, vel adducebantur: etiam quia videbatur inhonestum, quòd Christus vocaretur, vt iret ad domum alicuius: nam hoc erat eum minus honorare, & minora de ipso credere quàm decebat: ideo Centurio excusauit se, scilicet, quòd seruus ire non poterat, quia iacebat paralyticus, etiam quia portari commode non valebat, quia male torquetur, scilicet, si moueatur grauius torquebitur, sic dicit Chryso. in Homilia. 1. quidã dicũt, ꝙ excusans se in hoc causam dixit pp quam non ipsum adduxit: nec enim possibile erat portari dissolutum cum torqueretur, & ad vltimas esset spirationes. Tertio potest dici,

quòd

quòd hoc dixit Centurio ex magnitudine fidei ostẽdens, quòd cum ita se haberet paralyticus non poterat portari, nec oportebat, quia etiam solo verbo absentem poterat sanare: istam expositionem magis eligit Chrysostomus dicens: ego autem signum hoc magnę fidei dico, quia enim sciebat, quòd sola iniunctio, idest, verbum vel præceptum Christi sufficeret ad restaurationem iacentis, superflue extimabat eum ducere, & tamen præcedens sensus secundus videtur esse melior, quia quando ista dicebantur rogabatur Christus a Iudæis, vt descenderet, & sanaret paralyticum, & ita Christus facere incępit vadens cum Iudæis ad domum Centurionis, sed cum non longe esset misit ad ipsum Centurio amicos suos dicens, ꝗ non vexaretur veniendo, sed diceret verbo, & ita fecit Lucæ septimo.

Quomodo Centurio misit ad Christum rogans, quòd veniret, & postea dixit non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Et quare misit Iudæos.
Quæst. XXX.

QVAERETVR quomodo Centurio misit ad Christum rogans, quòd veniret, & postea dixit non sum dignus, vt intres sub tectum meum. nã seniores Iudæorum misit, & illi rogabant Christum, vt veniret, & sanaret seruum Centurionis: Lucæ septimo.

Aliqui dicunt, ꝗ Centurio a principio habebat fidem de Christo, ꝗ posset sanare seruum eius, sicut sanauerat leprosum, sed nondum peruenerat ad hunc fidei gradum, ꝗ crederet Christum sanare posse absentem, vel saltem hoc non cogitauerat: ideo misit seniores Iudæorum rogans Christum, vt ad domum suam veniret, quia non poterat languens portari ad ipsum, sed dum irent seniores cogitauit inhonestum, & superfluum esse Christum vocari cum absens facere posset, & forte Deus inspirauit tunc ei augendo fidem suam, & misit amicos suos rogans Christum, ꝗ non veniret, sed verbo diceret, & hoc aliqualiter est verisimile.

Sed dicendum, ꝗ non stat, quia a principio quando misit Centurio seniores Iudæorum ad Christum credebat, ꝗ Christus poterat sanare absentem, & iudicabat, ꝗ non erat necessarium, nec dignum, ꝗ Christus veniret ad domum suam, & etiam cogitabat, ꝗ ipse non erat dignus per se ire ad petendum hoc a Christo: ideo misit ad illum seniores Iudæorum, sic patet Lucæ septimo: nam dicitur, & cum iam non longe esset a domo misit ad eum Centurio amicos dicens noli Domine vexari: non enim non sum dignus vt sub tectum meum intres, propter quod & me ipsum non sum dignum arbitratus, vt venirem ad te, & sic patet, quòd non concepit de nouo hoc, nec venit sibi in mentem, sed a principio totum credidit: nam ideo misit Iudæos, quia putauit se non esse dignum ad eundum, vt ipse dicit, & tamen prius putauit non esse dignum, ꝗ Christus veniret ad domum suam quàm quòd ipse non erat dignus ire, cum hoc ponatur tanquam correlatium illius: ideo non potest stare ista solutio.

Sed dicendum, quòd Centurio nunquam habuit animum, quòd Christus veniret ad domum suam, sed solum, quòd verbo diceret, Iudæi tamen qui iuerunt ad Christum rogauerunt eum, vt iret ad domum Centurionis, & hoc faciebant, quia Centurio ille loco Romanorum erat princeps in ciuitate illa, vt ostensum est supra q. vigesimasexta. & volebãt per hoc placare ipsum sibi honorantes eum in hoc, quod Christum ad domum eius ducerent, sed istę erant

A blanditię Iudaicę, quia intentio Centurionis erat, ꝗ non veniret Christus ad domum suam: ideo ipse dixit senioribus Iudæorum ite ad Christum rogantes eum, vt sanet puerum meum, Iudæi autem adulari volentes dixerunt, Domine nos faciemus, vt ipse veniat ad te, & ob hoc postquam recesserunt Iudæi, & petierunt a Christo, vt veniret, misit Centurio amicos suos, scilicet, viros Gentiles, qui fideliter, & non per blanditias exponerent Christo mentem Centurionis, scilicet, quòd non veniret, sed verbo curaret, & cum illi occurrerent Christo iam ipse veniens cum Iudæis erat prope domum Centurionis, ꝗ autẽ Iudæi ex intentione sua, & non Centurionis istud peterent patet ex verbis blandis, quibus Christo suadere B volebant, scilicet, dignus est, vt hoc illi pręstes: diligit enim gentem nostram, & Synagogam ipse ædificauit nobis, sic dicit Chrysostomus qualiter Matthæ. dicit, ꝗ Centurio dixit non sum dignus vt intres sub tectum meum. Lucas autem dicit, quòd rogat, vt veniat, & respondet. s. mihi videtur, ꝗ Lucas signat nobis Iudaicas blanditias: credibile enim est, vt Centurio retraheretur a Iudæis blandientibus, & dicentibus nos citites ducemus eum: vnde & eorum preces adulationibus plenę sunt.

Sed dicetur, quòd non stat, quia Lucæ septimo dicitur, quòd Centurio misit ad Iesum seniores Iudæorum rogans eum, vt veniret, & sanaret seruum eius.

C Dicendum, quòd Centurio misit seniores Iudæorum, dicitur tamen rogans eum, vt veniret, idest, ꝗ Iudæi rogauerunt Christum nomine Centurionis, ꝗ veniret, & sic videbatur Centurio rogare: ideo ipse contrarium expressit postea per amicos suos quos ad Christum misit.

Ad quid Christus ire voluit ad domum alienam, cum sciret quòd Centurio non peteret hoc. Et quantum fuerit vtile eius fidem manifestari.
Quæst. XXXI.

D SED quæretur cum Christus sciret, quòd Centurio non petebat hoc, & etiam quòd postea missurus esset ad eum, vt non iret, & tandem non erat iturus ad quid voluit ire? nam iam erat prope domum Centurionis quando venientibus amicis Centurionis cessauit ire.

Dicendum, ꝗ Christus egit propter multa. Primo, quia vult ostendere quòd Deus facit voluntatem orantium, sicut dicitur Psalm. 144. voluntatem timentium se faciet. sicut etiam Chrysostomus in Homilia dicit, quod nunquam fecit Iesus hic facit, vbiq; enim sequitur voluntatem supplicantium.

Secundo fecit hoc ad ostendendum humilitatem suam, quia nõ dedignatus est ire ad domum alienam & etiam ad sanandum seruum: hanc enim virtutem Christus valde ostendere voluit in operibus suis infra vndecimo, discite a me, qa mitis sum, & humilis corE de, & hoc vt cũ esset magnus in potestate non crederetur arrogans in animo, ꝗ rarissimum est, quia cõmuniter homines habentes aliquam excellentiam superbi sunt saltem in animo suo: Christus ergo valde ostendebat humilitatem, & ideo ita attendebat ad seruos, sicut ad dominos, quod etiam Iudæi bene videbant in eo, & confitebantur sic esse infra 22. Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum. Tertio fuit, vt doceret nos, quòd sicut ipse ibat ad pauperes, & seruos, ita & nos iremus, sic dicit Chrysostomus, quoniam pro seruo petebat, ideo promisit ire, vt nos doceat nõ co-

lere magnos, & contemnere modicos, sed pauperes & diuites similiter honorare: nam Christus propter hoc in se ostendebat humilitatem, vt nos eam teneremus: Ioannis decimotertio, si ego laui pedes vestros Dominus, & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes: exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

Quarto fuit, & principaliter ad ostendendum fidem Centurionis: nam Centurio apud se conceperat, quòd Christus absens poterat puerum suum sanare, sed hoc nondum expresserat, nec fuisset expressum coram turbis, nisi Christus cępisset ire ad domum Centurionis: nam si Christus, sicut cognouerat voluntatem Centurionis venientibus ad eum senioribus Iudæorum, dixisset volo, quòd sanetur puer Centurionis, & fuisset immediate sanatus, Centurio, qui in domo manebat videns sanatum puerum non habuisset occasionem vllam mittendi aliquos ad Christum, nunc vero, quia orantibus Senioribus Iudæorum cognouit Centurio, quòd Iesus veniret misit amicos suos ad eum dicens, non sum dignus &c. ideo fuit vtile, quòd Christus ire inciperet, vt manifestaretur fides Centurionis coram turbis.

Manifestari autem fidem Centurionis fuit vtile ad multa. Primo ad gloriam Christi, quia per hoc habuit occasionem sanandi languentem in absentia, quòd nondum creditum erat Iudæis Christum facere posse, & sicut hoc facere erat magnæ laudis, ita etiã creditum fuisse hoc de Christo antequam faceret laus magna erat.

Secundo fuit, vt esset Christo occasio increpandi paruam fidem, vel potius infidelitatem Iudæorum, & prænuntiandi eis, quòd alieni reciperentur a Deo, & ipsi, qui olim habuerant Deum familiarem excluderentur, vnde dixit dico vobis, quòd multi ab Oriente, & Occidente venient &c. si tamen non apparuisset hic magna fides Centurionis, non fuisset Christo occasio aliqua dicendi hoc.

Tertio fuit propter laudem Cẽturionis, quia Deus vult sępe laudare hic virtuosos, & ostendere eorum virtutes omnibus, vt per hoc ipsi vltra virtutes sciant se teneri Deo, qui non solum virtuosos, sed etiam inclytos, & gloriosos eos reddidit: etiam vt per hoc sit eis maior occasio ad firmius tenendam virtutem, quia quando probitas alicuius cognita est erubescit si postea improbus fiat, quia hoc est cadere de gradu honoris: si tamen occulte bonus fuerit non erubescit malus fieri, quia non perdit aliquem gradum existimationis bonę prioris, quia nulla ante hoc de eo erat, & potissime Deus facit hoc propter alios, vt videntes laudem eius, qui bonus est, per hoc anhelent ad bonos effici.

Quarto fuit propter laudem fidei Gentilium, quæ maior futura erat, quàm fides Iudæorum, iste tamẽ Centurio erat primitiæ Gentilium conuersorum ad Christum per prędicationem, vt dictum est supra q. vigesimaoctaua: voluit ergo Christus in hoc ostendere excellentiam fidei Gentilium, quæ futura erat: fuit ergo conueniens manifestari fidem Centurionis coram turbis propter prædicta, non potuisset tamen manifestari, nisi Christus cœpisset ire in domum eius, vel ire promisisset: ideo fuit conueniens, quòd ire inciperet, licet se non peruenturum illuc sciret, sic dicit Chrysostom. nisi enim ille dixisset veniam, & sanabo eum, nunquam iste responderet non sum dignus, vt intres, &c.

F *Quare Centurio dixit non sum dignus, vt intres sub tectum meum, in quo plures adducuntur rationes. Denique de mysterio susceptionis Eucharistiæ, in qua dici merito solet dictum Centurionis.*

Quæst. XXXII.

QVAERETVR quare dixit Centurio non sum dignus, vt intres sub tectum meum.

Aliqui dicunt, quòd fortassis domus sua non erat bene disposita, ita vt honeste posset Christus intrare in eam.

Sed istud non stat. Primo, quia hoc pertinet ad viros, qui gloriantur in sęculo de diuitijs, & magnitudine, & pulchritudine domorum. Christus autem
G erat pauperrimus infra vigesimo: ecce rex tuus venit tibi pauper: ideo quęcunque domus esset sibi magna eum nec ipse haberet paruum tugurium rusticanum: sic dicitur infra in litera vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.

Secundo, quia Christus morabatur in eadem vrbe in paupere domo: nam hospitabatur in domo Petri, vt innuitur infra in litera, scilicet, cum venisset Iesus in domum Petri vidit socrum eius febricitantem, & tetigit manum eius, & dimisit eam febris, & surrexit & ministrabat eis. & sic videtur, quòd ibi hospitabatur cum ibi manducaret ipse, & discipuli sui. domus tamen Petri esset parua, quia Petrus pauper erat: er-
H go cum Christus maneret ibi non esset indigna domus Centurionis ad hoc, quòd intraret in eam.

Tertio patet, quia Centurio iste erat princeps huius ciuitatis & gentis Galilęę loco Romanorum, vt ostensum est supra q. vigesimaoctaua: verisimile ergo erat, quòd ipse haberet domum maiorem, & meliorem vrbis: non ergo indicaret domum suam indignam ex hac parte.

Quarto patet, quia Centurio credidit in Christum cũ assereret posse curare ęgros absentes ex quo affirmabat illum Deum: indignum ergo erat putare, ꝙ ille aduerteret ad domum manufactam an pulchra esset vel vilis, sed solum ad habitaculum cordis nostri, quia Deus magis habitat in corde nostro quàm in rebus terrenis ad Ephes. 3. habitare Christum per fidem
I in cordibus vestris.

Quinto patet, quòd non intellexit Centurio indignitatem istam ex parte domus, sed ex parte sui ipsius, quia non dixit non est digna domus mea, vt intres in eam, sed dixit non sum dignus, vt intres sub tectum meum.

Alij dicunt, quòd putauit Centurio esse indignũ, quia erant idola in domo sua cum ipse esset Gentilis, & non erat dignum, quòd Christus iret ad domum, in qua idola colebantur, sic dicit Nicolaus: hoc autem posset stare, quia iste Gentilis erat, & plurimi Gentilium idola colebant: non est tamen verisimile, quòd vir, qui idola apud se retinebat tãtam fidem de
K Christo cõciperet, vel quòd talem virum Christus faceret esse primitias gentium. Melius autem intelligeretur, quòd iste esset vir bonus, sicut alius Centurio Cornelius, qui licet esset Gentilis erat vir religiosus cum tota domo sua orãs assidue ad Deum, & eleemosynas multa faciens. Actu. 10. & supra q. 28.

Tertio potest dici, ꝙ putauit se indignũ esse, qa erat Gentilis: nam Christus erat de gente Iudæorum, & illa gens colebat Deũ verũ: ideo licet crederet Chr̃m esse Deũ, quia tñ adhuc nesciebat totũ quod de Deo credi deberet, putauit, quòd Christus non dignaretur respicere eum, quia Gentilis erat, & hoc forte, quia Christus nolebat facere miracula inter istas gentes, & etiam ꝙ non prędicaretur eis ita dixit infra 10. in viã

gentium

gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues, quæ perierunt domus Israel. est verum, ꝙ Christus nondum istud dixerat, quia nondum miserat discipulos ad prædicandum, Centurio tamen, qui Gentilis erat poterat hoc credere, si tamen veritatem plene sciuisset putasset, ꝙ non dedignaretur eum, quia non est acceptor personarum Deus, sed in omni gente, qui facit iustitiam acceptus est illi Act. 10. sic dicit Remigius, & Raban⁹ propter conscientiam enim vitæ Gentilis grauari se magis putauit dignatione Dei quàm iuuari, cuius & si fide præditus erat, non tamen sacramentis erat imbutus, idest, nesciebat adhuc omnia secreta, quæ credenda erant.

Quarto potest dici, ꝙ fuit hoc propter humilitatē, quia cum Centurio crederet Christum esse Deum humiliauit se veritatem confitendo, quia verum erat ꝙ non erat dignus, ꝙ Christus intraret in domum eius, quia nullus homo poterat esse dignus ad hoc, & confitendo se indignum, sicut vere erat efficiebat se dignum, sic dicit August. lib. de verbis Domini dicēdo se indignum præstitit se dignum non in cujus parietes, sed in cuius cor Christus intraret: nec enim hoc diceret cum tanta fide, & humilitate nisi illum quem timebat intrare in domum suam corde gestaret: nā non erat magna fęlicitas si Iesus intraret in parietes eius, & non esset in pectore eius.

Quinto potest dici, ꝙ hoc dixit propter diuersitatē vitæ Iudæorum, & Gentilium. nam Iudæis erat valde abominabile intrare in domos Gentilium, aut conuersari cum eis: sic enim dixit beatus Petrus quando vocatus fuit ad Cornelium innuente Spiritu sancto Act. 10. vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudęo coniungi, aut accedere ad alienigenam. isti duo modi sunt satis conuenientes, & maxime vltimus videtur literæ conuenire, quia Centurio non putauit dignum esse, ꝙ Christus intraret in domum suam, & ēt ꝙ ipse iret ad eum Luc. 7. sed misit ad illum seniores Iudæorum quasi dignius existimans, quòd irent illi, quàm quod ipsę iret, & tamen si attenderetur ad hoc, quòd Christus erat Deus omnis homo erat indignus i. e ad eum: potest tamē teneri, & valde bene, Quartus modus. s. ꝙ dixit hoc ex vera humilitate cū dicitur, ꝙ nec etiam Iudæi erant digni ire dicendum, ꝙ verum est, & tamen ad humilem pertinet cognoscere vitia propria, & non respicere aliena, & ita fecit Centurio, quia licet in veritate ipse esset dignior, q̃ seniores Iudæorum, sicut apparet ex laude quam Christus fecit de eo, & non de senioribus Iudęorum, tamen ipse agnouit defectum suum, & non curauit de defectu Iudæorum: solum enim se indignum reputauit ire ad Christum ad petendum curationem serui.

Considerandum autem circa hoc verbum Centurionis, scilicet, non sum dignus, quòd sicut ille putauit se indignum esse, vt Christus intraret in domum eius, ita nos debemus putare esse indignos ad hoc, ꝙ Christus intret, & moretur in cor nostrum: nam minus offenditur Christus intrare corporaliter in domū sordidam quàm spiritualiter habitare in corde immundo cum sit maior fęlicitas, quòd Christus habitet in corde nostro, quàm quod intret in parietes nostros, vt dicit August. vbi supra, & quia quando suscipimus sacramentum corporis Domini recipimus Christum realiter in corpore nostro inquantum sacramentaliter manducamus, & debemus recipere spiritualiter ad hoc, quod proficiat nobis virtus sacramēti, debemus agnoscere, & profiteri nos indignos, & propter hoc inoleuit consuetudo laudabilis in Ecclesia, quòd suscipiens Eucharistiam dicat istud verbum

A Centurionis, scilicet, Domine non sum dignus. &c. sic dicit Origenes quādo sancti, & Deo acceptabiles Ecclesiarum antistites sub tectum tuum intrant, tūc ibidem per eos Dominus ingreditur, & tu sic extimes tanquam Dominum suscipias, & quando corpus, & sanguinem Domini manducas, & bibis, tunc Dominus sub tectum tuum ingreditur: tu ergo humilians teipsum dicas Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: vbi enim indigne ingreditur ibi ad iudicium ingreditur accipienti.

Quomodo dixit Centurio, Nam & ego homo sum. &c.
Quæst. XXXIII.

B QVAERETVR quomodo dixit Centurio. nam & ego homo sum &c.

Dicendum, quòd potest vno modo accipi, quòd sit argumentum a fortiori, quasi dicat, ego sum homo constitutus sub potestate, idest, sub aliquo Domino, quia tamen habeo aliquos milites, & seruos si iubeo illis facere aliquid etiam absentibus faciunt illud: a fortiori ergo tu cum nullum Dominum habeas, sed omnia tibi subsint, quidquid mandaueris fiet, vt fuit supra expositum in litera. sic dicit Aug. lib. de verbis Domini si ego homo sub potestate habeo iubendi potestatem, quid tu potes cui omnium seruiunt potestates?

C Alij dicunt, quòd est comparatio quædam Centurionis ad Christum, scilicet, quòd sicut Centurio habebat dominū, & habebat seruos: ita etiam Christus inquantum homo erat Deo subditus, & habebat omnia alia sibi subdita: sic dicit Chrysostomus, & si ego sim sub potestate alterius, tamen habeo potestatem iubendi eis, qui sub me sunt. sic & tu quamuis sis sub potestate patris, scilicet, inquantum homo tu habes potestatem iubendi Angelis, & ibi redarguit expositionem præcedentem, scilicet, si ego sub potestate cōstitutus possum iubere, quantomagis tu, qui sub nullius potestate es? dicit enim quòd hāc expositionem non recipit tex. non enim dixit si ego homo sub potestate, sed dixit nā, & ego homo, in quo patet, quòd inter se, & Christum non comparationis differentiā

D fecit, sed rationem similitudinis introduxit, & tamen pręcedens expositio Augusti. rationabilior est quàm expositio Chrysostomi, quia Christus non faciebat miracula inquantum homo, sed inquantum Deus.

Cum autem dixit Centurio dico huic vade, & vadit, quidam applicant ad Christum. s. quòd Centurio intellexerit Christum habere aliquos spirituales ministros quibus iubere potest, quòd eo absente infirmitates curent, & ita poterat mittere nunc aliquem Angelum, qui sanaret seruum Centurionis sic dicit glo. tu potes per Angelorum ministeria, sine corporis præsentia dicere infirmitati, vt recedat, & recedet, & sanitati, vt veniat, & veniet: vel etiam si Angeli nulli in hoc ministrent, Deus per verbum suum facere

E potest sic dicit Chry. sciebat enim quoniam astabant sibi inuisibiliter Angeli ministrantes, qui oē verbum eius conuertunt in opus, ꝙ & si Angeli cessent, tñ infirmitates præceptis eius iuuantibus expelluntur.

Quomodo dicitur, quòd Christus est admiratus cum esset Deus, & nihil ignoraret. Et vnde fiat admiratio.
Quæst. XXXIIII.

QVAERETVR quomodo dicitur, ꝙ Christus admiratus est: nam videtur, ꝙ non poterat admirari, quia admiratio insurgit in homine ex consideratione, vel visione rei incognitæ, vel insolitę. Christus autem non solum

secundum

secundum, quòd Deus omnia sciebat, sed etiam secundum, quòd homo, quia ab instanti conceptionis suę fuit plenus scientia, neque aliquid de nouo cognouit, non ergo poterat in eo esse admiratio.

Dici potest vno modo, quòd Christus non fuit vere admiratus, sed modum, & gestum admirantis ostēdit, & hoc fuit propter laudem fidei Centurionis, vt ostenderet, quòd etiam nos debeamus admirari eos, qui magnam virtutem habent. sic dicit Augusti. quis autem in illo fecerat illam fidem nisi ipse, qui admirabatur, quòd si & alius eam fecisset, vt quid miraretur, qui pręscius erat: quod ergo miratur Dominus nobis mirādum esse signat quibus adhuc opus est sic moueri. omnes enim tales motus eius non turbati animi signa sunt, sed docentis magisterium.

Admirari ergo se ostendit de Centurionis fide, quia innuebat, quòd cęteri de illa fide admirari deberent. sic dicit Chrysost. plebe omni pręsente admiratus esse dicitur, vt alijs exemplum daret, quòd eum mirentur. rursus etiam Christus instruit nos in hoc quid debeamus mirari: sicut enim infra 10. instruit nos solum timere mala spiritualia. i. illū, qui pōt corpus, & animam perdere in gehēnam, & non illum, qui postquam corpus occident nihil habet quid vltra faciat. ita hic hortatur nos solum admirari spiritualia. s. fidē, & virtutes, & non magnitudinem diuitiarum, nec corporis robur, & similia. sic dicit Origenes, attende quantum sit aut quale, ꝙ Deus miratur, aurum diuitiæ regna principatus in conspectu eius sunt tanquam vmbra, nihil ergo horum in conspectu Dei mirabile est quasi magnum, vel preciosum, sed solum fides, hanc miratur honorificans hanc acceptabilem sibi extimat. Aliter potest dici, quòd in Christo fuit vera admiratio secundum quòd homo erat, & ad hoc oportet poni aliquid sibi esse incognitum, vel insolitum secundum quòd homo, quod verum est.

Pro quo sciendum, quòd in Christo fuit duplex scientia vna diuina, quæ est ęterna, & secundum hanc non potest esse admiratio, quia nihil de nouo per eā cognoscitur: nam tam scientiam quàm sciens quàm scibile sunt intra diuinam substantiam, & sicut Diuinæ essentiæ nihil de nouo acquiritur, ita nec sapientię eius. Alia est scientia Christi humana, siue creata, & ista est duplex. Vna est scientia visionis rerum in verbo, & ista est scientia animæ Christi, & sicut anima ipsa est creata, ita & scientia eius creata est, quia non potest aliquid increatum esse forma rei creatæ, & dicitur scientia visionis cognitio illa quam habet anima Christi de rebus cognoscendo eas videndo diuinam essentiam inquantum in ea relucent omnes res, & hanc cognitionem habent omnes beati in patria, quia istud est videre Deum, & secundum istam scientiam visionis anima Christi ab instanti conceptionis eius cognouit in verbo, idest, in Diuina essentia omnia, quæ cognoscit verbū notitia visionis, & hæc sunt omnia, quæ habent esse secundum quamcunque differentiam temporis, cuius sunt pręsentia pręterita, & futura: ideo quantum ad hanc scientiam nihil potest de nouo acquiri in Christo cum semper omnia cognouerit, & Diuina essentia semper æqualiter sibi repręsentauerit ea, & consequenter nec potuit hoc modo admirari.

Alia est sciētia in Christo qua cognoscit res in proprio genere, idest, non secundum quod repręsentantur in aliquo excellenti repręsentatiuo quale est Diuina essentia, sed vt cognoscuntur in seipsis, siue in propria natura, & hoc est cognoscere rem in proprio genere, quia genus dicit naturam communem.

Et ista scientia est duplex. Vna est habitualis, & alia experimētalis, habitualis dicitur habitus quidam co-

F gnitiuus quo de re iudicamus cognoscētes proprietatem eius sm̄ suam naturam, & quantum ad istam nō fuit in Christo aliqua nouitas nec admiratio, quia ab instanti conceptionis suæ anima eius fuit perfecta habitibus omnium scientiarum: & ideo quantum ad hoc admirari non potuit. Alia est scientia expimentalis, sicut quando quis habens habitum scientię per doctrinam, & solam speculationem, postea experitur intuitiue in effectu id quod speculatiue cognoscit, sicut fit apud medicos, & in omni scientia naturali, & Astrologica, & etiam in morali, & hoc modo anima Christi poterat aliquid de nouo addiscere p̄ experiētiam, quia aliqua de nouo videbat, quæ nunquā prius viderat: sic enim dicit Apostolus ad Hebræ. 3. ꝙ Chri-

G stus didicit ex eis, quæ passus est obedientiam, & ita in præsenti, licet anima Christi notitia visionis cognosceret in verbo istam fidem Centurionis quanta erat, & quando futura erat, tamen non fuerat expertus eā in actu: ideo quia erat animæ suæ hoc incognitum. i. inexpertum secundum cognitionem experimentalem admiratus est quando realiter vidit tantam fidē, sicut, & nos cognoscimus aliqua speculatiue, quę magna sunt, & tamen quando videmus ea realiter accidere admiramur. non poterat tamen in Christo esse de aliqua re tanta admiratio, sicut in nobis, quia quanto est maior ignorantia tanto est maior admiratio, Christus tamen de qualibet re habet semper, siue ha-

H bebat quando erat inter nos duas claras notitias vnā diuinam, & alteram creatam, quæ est scientia visionis animę eius: ideo licet Christus aliquando admiratē de aliqua re modica erat admiratio, sicut si Astrologus sciat pro certa die, & hora futurā Eclypsim, vel aliquid insolitum in cęlo, quando realiter illud viderit modicum mirabitur, licet sit aliqualis immutatio in eo, scilicet, quia experimentaliter hoc non viderat prius.

Quomodo est verum, quòd Christus dixit non inueni tantam fidem in Israel. Quæst. XXXV.

I QVAERETVR quomodo est verum, quòd Christus dixit non inueni tantam fidem in Israel, quia videtur, quòd multi alij habebant maiorem fidem: nam maiorem habuit Abraham, & alij Prophetæ quorum fides laudatur ad Hebr. 11.

Dicendum, ꝙ istud dictum non debet sic intelligi generaliter, sed multas limitationes habet. Prima est, quòd non intelligitur de præteritis hominibus, qui fuerunt in Israel, sed solum de illis, qui nunc erant tēpore Christi, quia dicitur non inueni tantam fidē &c. & tamen Christus non poterat inuenire aliquid in Israel nisi postquam erat inter Israelitas secundum carnem, vnde non sequitur ex hoc, ꝙ fuerit iste Centurio maior fide quàm aliquis de illis patribus quorū fidem laudat Apostolus ad Hebrę. 11. quia omnes

K illi erant antiqui. sic dicit Hierony. super Matthęum hoc de præsentibus loquitur non de omnibus retro Patriarchis, & Prophetis.

Secunda est, quòd solum debet intelligi de illis quibus Christus prædicauit, quod satis innuitur inquantum dicitur non inueni, quia non dicitur non inuenisse, nisi inter eos inter quos poterat inuenire, sed inuenire prosupponit quærere, Christus autem fidem quęrebat per prędicationem causare apud illos: ergo quibus non prædicabat, vel quibus nunquam locutus est non potest recte intelligi istud dictum, multi autem erāt in Israel similes, qui nondum Christum viderāt, & illi non includuntur sub hoc dicto.

Tertia est, quòd non intelligitur de personis insi-

gnibus;

gnibus: quando enim profertur aliquod dictum generaliter affirmatiue, vel negatiue extenditur solum ad personas communes de quibus potest dari aliquod verum generaliter, eo quòd illę habent vnum modũ, vel ęqualem vitę, vel perfectionis.

Secus autem de insignibus, quæ multum excellũt communes, & sic non intelligetur hoc de Virgine matre Christi nec de Ioanne Baptista: nam erant personæ insignissimæ non includendę sub tali generalitate: nam manifestum est, quòd illę habuerunt maiorem fidem quàm Centurio.

Quarta est, quòd potest intelligi de illis, qui non erant pręsentes quando Christus hoc dicebat, & hoc, quia loquitur in tertia persona dicens non inueni tãtam fidem in Israel, si autem voluisset intelligere de astantibus direxisset etiam sermonem ad illos, quod non fecit ex quo apparet, quòd non est necesse, quòd iste Centurio habuerit maiorem fidem quàm Apostoli: nam illis Christus prædicauerat erant tamẽ nũc præsentes Christo: ideo non includuntur hoc sermone, forte enim fides eorum erat maior quàm Centurionis.

Quinta est, quòd si velimus intelligere fidem Centurionis fuisse maiorem etiam fide Apostolorum, nõ debet intelligi de tempore quo Christus dixit hoc, quia forte habebant maiorem fidem quam Centurio, sed de tempore conuersionis eorum, quia tunc non apparet in eis tanta fides, sicut in Cẽturione sic dicit Chry. credidit Andreas, sed Ioanne dicente ecce agnus Dei. Credidit Petrus, sed Euangelizante sibi Andrea, credidit Philippus, sed legens scripturas: Nathanael etiam prius signum diuinitatis accepit, & sic confessionem obtulit. Origenes etiam dicit Iairus Israelis princeps pro filia sua petens non dixit dic verbo, sed veni velociter, Nicodemus de fidei sacramento audiens dixit quomodo potest hoc fieri? Maria, & Martha dicunt Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus, tanquam dubitantes, quòd vbique posset adesse Christi pręsentia.

Sexta est, ꝙ comparando fidem Centurionis ad fidem Apostolorum, & aliorum virorum insignium non debet fieri comparatio ęqualiter, vel simpliciter sed solum ſm conditionem status. s. ꝙ Centurio inquantum Gentilis, & vir indoctus habebat maiorem fidem quàm Apostoli ſm conditionem Apostolat⁹, idest, magis excedebat fides Centurionis statum eius q̃ fides Apostolorum statũ Apostolatus, simpliciter tñ forte erat maior fides Apostolorũ, sic dicit Chrys. si volumus fideliorem putare Centurionẽ q̃ Apostolos ita testimoniũ Christi intelligendũ est, ꝙ vniuscuiusque hoĩs bonum ſm qualitatem personę illius laudatur. rusticum. n. dicere aliquid sapienter egisse magnum est, ꝙ de Philosopho non est mirum, sic de Centurione dictum est in nullo tantam fidem inueni in Israel. Septima est, ꝙ forte in Centurione non laudatur fides propria, sed fides gentilitatis quam ipse significat, quia ipse fuit primitię gentium, sic dicit Hiero. forte in Centurione fides gentium præponitur Israeli. Octaua est, & melior oĩbus, ꝙ hoc intelligitur quãtũ ad fidem in operatione miraculi. s. in toto Israel non inueni tantam fidem in aliquo ad cuius petitionem facerem miraculum, & tunc est dictũ vniuersale non habens exceptionem, & tunc nõ obstat de Apostolis, nec de Ioãne, & Virgine, quia nulla adhuc miracula fecerat petentibus istis in quibus requireretur fides istorum, & patet, quod intelligatur de hoc, quia Christus sanauit puerum Centurionis petente eo, & dixit, ꝙ non erat opus, quòd iret in domum eius, sed solum verbo diceret: hoc autem nemo adhuc dixerat de illis ad quorum petitionem Christus miracula

A faciebat: Ideo iuste dictum est, quòd non inuenerat maiorem fidem in Israel. etiam patet, quia Christus non inueniebat fidem, nisi per experientiam. s. quando in aliqua re fides personarum requirebatur ad aliquid faciendum, nihil autem tale erat, nisi miraculorum operatio, quia ibi Christus exigebat fidem in petentibus miracula fidei, in alijs autem nec fidem petebat nec inueniebat, cum non esset aliqua occasio experiendi eam, & inueniendi, & sic verum est, quòd nondum fuerat inuenta tanta fides in Israel, sicut in Centurione,

B *Quomodo dicitur hic, quòd filij regni eijcientur in tenebras exteriores. Et vnde fletus ac stridor proueniunt. Quæst XXXVI.*

QVAERITVR quomodo dicitur hic, ꝙ filij regni eijcientur in tenebras exteriores, scilicet, Iudæi,

Dicendum ꝙ potest hoc intelligi. Vno modo de pęna infidelitatis Iudæorum, qui in Christum non crediderunt, & insuper eum vera dicentẽ occiderunt. Pro quo fuit eis inflicta duplex pęna vna est, ꝙ Ierusalem fuit destructa, alia est, quòd ipsi fuerunt dispersi. De primo patet Luc. 19. vbi Christus
C plangit futuram calamitatem Ierusalem: nam videns ciuitatẽ fleuit super illã dicens si cognouisses tu &c. de hoc etiam infra 23. scilicet, etiã relinquetur vobis domus vestra deserta, idest, templum, & ciuitas.

De secunda potest intelligi ista litera, & erit sensus filij regni huius eijcientur in tenebras exteriores, idest, extra regnum istud per duces Romanorum, qui eos vendent, & exulare cogent, & dicitur, quòd ibi erit fletus, & stridor. fletus solet prouenire ex calore, stridor dentium ex frigore, & est sensus, quòd quidã Iudęorum exclusi de Iudęa ducerentur in regionem frigidissimam, in qua dentibus striderent, & alij in terram valde calidam, in qua flerent. sic exponit Remigius dicens tenebras exteriores appellat exteras nationes: pręidicit enim Christus his verbis interitum Iudęorum, scilicet, quòd propter infidelitatem ducẽ-
D di erant captiui, & dispergendi per diuersa regna terrarum: fletus enim ab igne fieri solet, stridor dentium a frigore: illis ergo ascribitur fletus, qui in calidioribus regionibus habitant, sicut in India & Aethiopia. stridor autem dentium illis, qui in frigidioribus locis commorantur, sicut in Hyrcania, & Scythia. Aliter & melius intelligitur de pęnis inferni, quia ista litera debet intelligi ex opposito, scilicet, quod Iudæi excludẽtur, & Gentiles recipientur, Gentiles tamen non recipiuntur ad regnum terrenum, sed ad cęleste, quia dicitur, ꝙ venient ab Oriente, & Occidente, & recumbent cum Abraham &c. in regno cęlorum. quod necessario intelligitur de vita ęterna cum exprimatur regnum cęlorum: etiam quia cum Abraham nemo potest iam recumbere in hoc sęculo cum ipse nun-
E quam huc rediturus sit: oportet ergo intelligi de vita ęterna, in qua Gentiles credentes erunt cum Abrahã, & Iudæi excludentur, idest, non recipientur, sed eijcientur in tenebras: quod etiam Lucas magis expressit ostendens, quòd intelligatur de die iudicij Luc. 13, scilicet, cum intrauerit paterfam. & clauserit ostium incipietis foris stare, & pulsare dicentes Domine aperi nobis, & dicet vobis nescio vos vnde sitis, discedite a me omnes operarij iniquitatis, ibi erit fletus, & stridor dentium: cum videritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras, & venient ab Oriente &c. & accumbent in regno Dei, de quo manifestissime apparet, quòd intelligatur de die iudicij, quia hic ponitur eadẽ sentẽtia

quæ

quæ habere infra 25. maxime, quia exteriores natiotiones non vocantur conuenienter tenebrę exteriores, nec videtur quomodo ibi sit proprie fletus, & stridor dētium, sed debet intelligi de pęnis inferni quas patientur infideles: nam stridor dentium a frigore est fletus autem a fumo, & calore, pęnæ autem inferni conuenienter designantur per frigus, & ignem. sic dicit Aimo, quòd solent oculi fumosi lachrymas producere. dentes vero a nimio frigore stridere, ostenditur ergo quòd reprobi in inferno calorem intolerabilem, & frigus sustinebunt, iuxta illud Iob transibūt ab aquis niuium ad calorem nimium.

Quomodo in inferno erunt tenebræ, cum ignis de natura sit lucidus. Quæst. XXXVII.

SED dicetur quomodo in inferno erunt tenebræ cum ibi sit ignis, qui de natura sua est lucidus?

Dicendum, ꝙ ille ignis erit in pęnam damnatorum, & non ad aliquid aliud: & ideo vt magis torqueantur erit ignis obscurus, & fumosus, vt sic simul in fumo, & ardore puniantur, & potest accidere ei fumositas ex natura materiæ, in qua est, scilicet, quia est picea, & nigra, & fęculenta, vel ex voluntate Dei hoc fit, vt non prosit lux ignis damnatis ad aliqualem consolationem, quia lux est delectabilis. sic dicitur Tobiæ 5. quale mihi erit gaudiū, quia in tenebris sedeo, & lumen cęli non video, & Ecclesiastes vndecimo dicitur dulce lumen, & delectabile est oculis videre Solem, nihil ergo videbunt damnati, sed externas tenebras patientur.

Quomodo erit fletus, & stridor dentium in inferno. Et ex eis damnum. Quæst. XXXVIII.

SED dicetur quomodo erit fletus, & stridor dētium in inferno? Dici potest dupliciter. Vno modo, quòd per hæc duo, quæ sunt nobis cognita, & pęnalia significentur omnes pęnæ inferni, & quòd ista non sint ibi sed est metaphora ad significandum pęnas. Secundo potest dici, quod ista vere erunt in inferno.

Et dicendum est de fletu, quòd in eo sunt duo. Primum est tristitia, quæ est origo lachrymarum, & quātum ad hanc est verum, quòd in omnibus damnatis erit fletus tam in dęmonibus quàm in hominibus, & tam nunc quàm post diem iudicij, quia tristitia erit in omnibus. est enim tristitia de malo præsenti, scilicet quando homo non potest effugere illud, in inferno autem est maximum malum, & est ita præsens, ꝙ in ęternum erit pręsens, & nunquam poterit euitari: ideo necesse est magnam inesse tristitiam manentibus ibi. accipitur tamen ęquiuoce tristitia, quia in dęmonibus, & in animabus separatis non est proprie aliqua passio, sed est aliquid simile passioni cum passio solum sit in parte inferiori, & competit animæ alligatę corpori, in hominibus autem damnatis post resurrectionem erit vere tristitia, quæ est passio competens animali, hoc tamen non facit differentiam quātum ad magnitudinem afflictionis, quia licet homo, & dęmon, vel anima separata non sint eiusdem naturæ, pęnam tamen ęqualem, vel inęqualem habere possunt secundum conditionem peccatorum suorum.

Secundum est in fletu ex parte corporis, scilicet, resolutio lachrymarum, & turbatio cerebri, & oculorum, turbatur enim cerebrum in resolutione lachrymarum, quia calefit supra modum, & ideo humiditates, quæ in eo sunt gelidę resoluuntur per calorē,

F & distillant per oculos. Ex quo sequitur cerebro duplex damnum. Primum est calefieri immoderate, quod est contrarium naturæ eius. quia cerebrum est membrum frigidum cum sic conueniat ad conseruationem animalis.

Secundum est, quòd diminuitur per resolutionē humiditatum, & ideo multum, & assidue plorantibus contingunt magna incommoda cerebri, scilicet, fieri aliquādo amentes: est etiam turbatio oculorum in fletu. Et etiam dupliciter turbantur.

Primo propter calorem superabundantem. nam lachrymę, quę fluunt ex magna commotione animi sunt valde calidę, vnde interdum etiam palpebras, & genas exurūt, & oculus cum sit membrum tenerum,
G & frigidum valde lęditur.

Secundum est, quia caligant oculi prę lachrymis, quia humiditas grossa lachrymarum transiens super pelliculas delicatas oculi obfuscat eis, & ita aliqui flendo visum amittunt. sicut dicitur in vita beati Laurentij de lucillo viro Gentili, qui plorando oculos amiserat, istę turbationes cerebri, & oculorum non possunt esse in dęmonibus nec in animabus separatis, sed erunt in hominibus damnatis post iudicium, idest, esse poterunt cum habeant omnia, quę pertinent ad veritatem naturę humanę: turbabuntur ergo oculi, & cerebrum in damnatis propter fumum, non tamen erit resolutio lachrymarum de cerebro, vt aliqui dicunt, quia cessante motu cęli cessabit omnis genera-
H tio, & corruptio. de hoc tamen quid verum sit, & de alija pęnis inferni dicetur magis infra 25.

Tertio potest intelligi per fletum, & stridorem dētium pęnitentia infructuosa, quia quando aliqui dolent, idest, pęnitet eos de factis præteritis strident, vel lugent, & quia existentes in inferno pęnitentiā agēt sapientię 5. dicentur habere fletum, & stridorem dentium. sic dicit Rabanus, stridor dentium prodit indigantis effectum, eo quòd sero vnumquemque pęniteat sero sibi irascatur, quòd tanta improbitate deliquit.

Quare Christus dixit, sicut credidisti fiat tibi. Quæst. XXXIX.

I QVAERETVR, quare Christus dixit, sicut credidisti fiat tibi. Dicēdum, ꝙ hoc fuit. Primo ad laudem fidei, quia Christus ideo prędicabat, vt fidem causaret, cum fides sit ex auditu ad Rom. 10. laudauit ergo eum, vt per hoc incitaret audientes ad illam.

Secundo, & principalius fuit ad ostendendum causam miraculi. s. quia illud per quod homines promerentur miracula fieri in fauorem eorum est fides Iacobi 1. postulet autem in fide nihil hęsitans, & Mat. 9. cuidam petenti sanari filium suum, & dicenti si qd potes adiuua nos misertus nostri, Christus dixit si potes credere omnia possibilia sunt credenti, & ita dixit Magdalenæ Luc 7. fides tua te saluam fecit, & ita so-
K let dicere fere oībus pro quibus miracula facit: ideo vt ostenderet, ꝙ fides Centurionis promeruerat hoc miraculum fieri dixit, sicut credidisti fiat tibi.

Tertio fuit hoc, & etiam pręcipue ad ostensionem potestatis Christi: nam dixerat Centurio, ꝙ Christus absens poterat sanare puerum eius, Christus autem dixit, sicut credidisti fiat tibi. i. tu credidisti hoc, & si hoc verum est fiat tibi sicut credidisti, & ista erat magna cautela ad probandum veritatem potestatis Christi, quia vt fuit declaratum supra quęst. 7. miraculum solum confirmat rem præteritam, scilicet, verbum dictum ad quod confirmandum inducitur. Christus autem induxit miraculum istud ad probandum potestatem suam, scilicet, quòd absens curare posset, quia

dixit

dixit, sicut credidisti fiat tibi: ideo si sequeretur tunc miraculum apparebat manifeste, quòd Christus habebat potestatem etiam in absentia, poterat autem hoc per effectum etiam sine aliquo verbo ostendi, non tamen ita determinate, quia verba, quæ præmittuntur limitant miraculum ostendendo ad quid sit.

Quare dicitur sanatus est puer in illa hora, & de qua hora intelligitur. Et quòd proprie competit Deo agere in instanti. Quæst. XL.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd sanatus est puer in illa hora, & de qua hora intelligitur.

Dicendum, quòd non intelligitur de hora, in qua Centurio credidit, sed de hora, in qua Christus hoc verbum dixit, quia licet fides Centurionis fuit promeritoria, vt fieret hoc miraculum, non tamen fuit causa effectiua, sed solum virtus Christi: ideo tunc factum est quando Christus voluit, & expressit, & non quando Centurio credidit, fuit autem hoc ad ostendendum Christi potestatem, quia agens quanto velocius agit tāto est maioris potestatis, quia tarditas operationis causatur ex resistentia patientis, vel alterius contrarij impedientis, secundum quod se habent ista contraria in aliqua proportione excessus, & quia Deus nihil habet contrarium nec resistere sibi quidquam potest Iob. 9. Deus cuius virtuti nemo resistit, operabitur Deus in instanti: etiam quia dato, quòd haberent aliquæ res contrarietatem ad Deum, quia tamen potestas Dei est infinita excedit in infinitum ad potentiam resistendi cuiuscunque rei, & sic nō aget in aliqua proportione velocitatis finitæ, quia velocitas finita in actu prouenit ex excessu finito agentis ad patientis: aget ergo Deus in velocitate infinita, istud autem est agere in instanti, quia nulla maior velocitas est infinita, proprie ergo competit Deo agere in instanti, & sic Christo conueniebat ad ostendendū potestatem suam diuinam, quòd in instanti ageret, & sic faciebat, sic patet supra in litera de leproso, quòd confestim mundata est lepra eius.

Secundo fuit ad ostendendum, quòd fiebat miraculum istud a Christo, & non ab alio, quia si fuisset factum aliquanto tempore post verbum Christi putari posset, quòd per accidens hoc euenerat, vel ab alia causa fuerat factum, cū autem fieret ipsa hora qua Christus iubebat, satis apparebat, quòd ipse faciebat, hoc autem an sic se haberet poterant scire illi, qui præsentes erant Christo: nam Centurio erat in domo, & licet videret puerū subito sanati nesciret an Christus tunc aliquid loqueretur, vel ante hoc fuisset locutus, Amici autem Centurionis, & seniores Iudæorum, quos ipse miserat ad Christum, & erant cum eo quādo istud dixit Luc. 7. poterant scire veritatem, quia istis ireut in domum, & inuenientes puerum sanatum quærerent qua hora sanatus est: sic dicitur Luc. 7. & reuersi qui missi fuerant, domum inuenerunt seruū, qui languerat, sanum, & ex illo vult probare Luc. quod subito Christo loquente sanatus est seruus: nam eodem capitu. dicitur, quòd Centurio misit amicos suos ad Christum ne veniret, & hoc fuit quando iam Christus erat prope domum Centurionis, vt patet ibidem, & quando isti exierunt de domo seruus adhuc languebat, cum irent ad dicendum Christo, quòd verbo tantum sanaret eum, & reuersi sunt immediate eodem capitu. & tamen quando reuersi sunt inuenerunt seruum sanum: ergo apparebat, ꝙ subito Christo loquente sanatus fuerat simile patet Ioan. quarto de Regulo, qui rogauit Christum, vt descenderet in domum suam prinsquam moreretur filius eius, & Christus dixit vade filius tuus viuit, credidit ergo, & iuit, & cum descenderet occurrerunt ei serui dicentes filius tuus viuit, & interrogauit in qua hora melius habuit, & dixerunt heri hora septima reliquit eum febris, & tunc cognouit, quòd illa hora erat quando Christus dixit filius tuus viuit: fuit ergo valde conueniens, quòd Christo loquente statum seruus iste sanaretur.

Et cum venisset Iesus in domum Petri vidit socrum eius iacentem, & febricitantem. Et tetigit manum eius, & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis: Vespere autem facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eijciebat spiritus verbo, & omnes male habentes curauit, vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit.

Et cum venisset. Hic ponitur tertium miraculum, scilicet, de sanatione socrus Petri, & diuiditur in duo. Quia primo ponitur miraculum in speciali. Secundo concluduntur multa miracula in generali ibi. *Vespere autem.*

Circa primum dicitur. *Et cum venisset Iesus in domum Petri.* Istud miraculum ponitur hic, & Mar. 1. & Luc. 4. & dicitur, quòd venit in domum Petri: habebat enim Petrus domum in Capharnaum, vbi nunc Christus erat, & ita domus Petri, & Andreæ Marc. 1. venerunt in domum Simonis, & Andreæ, scilicet, qa ambo erant fratres, & habebant eandem domum, & non dicitur hic vnde Christus veniebat, quando introiuit in domum Petri, sed Marc. 1. & Luc. quarto, dicitur quòd surgens de synagoga introiuit in domum Simonis.

Vidit socrum eius iacentem. Habebat Petrus socrum, quia habebat vxorem: nam tunc non erat solitum viris perfectis continere, sicut nunc, sed omnes quātumcunque viri perfecti iam Sacerdotes quàm laici matrimonio vtebantur. De vxore autem Petri an reliquerit eam postquam transiuit ad Apostolatum, vel ducebat secum, & de alijs dubijs circa hoc, scilicet, an teneretur reddere debitum, & similia dicetur Mar. 6. vel Luc. 9. vbi agetur de vita Apostolica.

Et febricitantem. Est enim morbus acutus, & dicitur Luc. 4. quòd socrus Simonis tenebatur magnis febribus. *Et tetigit manum eius.* Consuetudo medicorum est, sed ipse non tetigit, vt quæreret qualiter se haberet, sed vt tangendo sanaret, *Et dimisit eam febris.* Subito tangente Christo recessit febris, ita vt nullum signum ægritudinis prioris appareret, & surrexit quasi habens vires perfectas, quòd tamen est contra consuetudinem febricitantium, quia cessante febre inueniunt se maxime debilitatos.

Et ministrabat eis. scilicet, in eis, quæ pertinēt ad cibum, quia hoc proprium est mulierum.

An miraculum socrus Petri factum fuit post præcedentia, vel est ordo mutatus. Quæst. XLI.

QVAERETVR, an istud miraculum fuit factū post præcedentia, vel est ordo mutatus.

Dicendum, quòd doctores communiter tenent esse ordinem continuum, & ita continuat Rabanus. Postquam

Mar. 1. Luc. 4.

Isa. 53.

Domus Petri erat in Capharnaum.

postquam ostendit Matthęus per leprosum totum genus humanum sanatum, & in seruo Centurionis Gentilis populi sanationem, consequenter per socrũ Petri designat curationem synagogę.

Est tamen dicendum ꝙ in ordine discordant hic Marc. & Lucas, & Matthæus. nam Matthæus ponit hic curationem socrus Simonis post seruum Centurionis, Marc. autem & Lucas ponunt istud post curationem hominis sanati a dęmonio in synagoga.

Dicendum, ꝙ cum non appareat aliqua ratio necessitatis quare prius ponatur vnum post alterum, quàm alterum post alterum, eo quòd nullus ordo necessarię dependentiæ est inter vnum & aliud, possumus dicere quodcunque illorum factum esse ante aliud, Euangelistę tamen attenderunt ad ordinem dictorum conuenientem, & quilibet posuit in eo loco vbi conuenire credidit, sic dicit Augu. lib. de concor. Euan. quòd autem doctores continuent istud ad pręcedentia quasi ita se habuerit in ordine temporis nihil probat, quia illi magis continuant quantum ad ordinem artificialem dictorum quàm quantum ad naturalẽ, quod patet, quia Lucas diuerso modo posuit, & tamen Amb. super Luc. continuat ibi ipsum miraculum ad præcedens dicens postquam Lucas virum a spiritu nequitiæ liberatum ante pręmisit, substituit feminę sanitatem. Est ergo dicendum ꝙ ex dictis nulla apparet certitudo ordinis, tenendum tamen est, ꝙ fuerit sanatio socrus Petri facta non immediate post sanationem pueri Centurionis, sed post sanationem hominis obsessi a dęmone in synagoga, & hoc propter tria.

Primo, quia Marcus, & Lucas conueniunt in illo, Matthæus autem hic solus est: ideo magis est standũ illis, non est tñ putandum ex hoc, ꝙ credatur vnus veriora loqui quam alius: nam eodẽ spiritu locuti sunt, & tãta est auctoritas vnius solius, sicut oĩum quatuor simul: nam si non creditur Spirituisancto loquenti in eis prorsus nullius erunt auctoritatis, cum nihil probent, si autem Spirituisancto creditur cuilibet credendum est, & si vnus eorum per Spiritumsanctum mẽtiri potuit oẽs per eundem Spiritũ mentiti sunt, vel: si alterum asseras per Spiritumsanctum loqui, & alterum solo humano ingenio, oĩs fides sublata erit, & nulli credetur, ꝙ per Spiritumsanctum loquatur cũ de nullo constet nisi per fidem Ecclesiæ, & ex certis signis iam expertis, quę communia sunt omnibus Euangelistis. de quibus supra dictum est in Prologo Auctoris: ideo non est intelligendum de veritate rerum gestarum, quia in hac impossibile est, ꝙ discordent: & ideo si alter eorum dixerit tali tempore hoc factum est, vel istud fuit post illud nõ est possibile, ꝙ alij sibi repugnent in hoc, quia istud pertinet ad veritatem rerum gestarum: secus autem est quantum ad ordinem narrandi, quia vnus potest pręponere, quod alter postponit nec in hoc sibi obuiat, quia licet præponat in ordine narrandi, non asserit propter hoc sic fuisse, idest, talem ordinem habuisse res in essendo, vel fiendo qualis est ordo in narrando, & ideo si aliqñ plures Euangelistæ concordent in ordine narrandi, & discordet vnus ab eis, magis præsumendũ est pro pluribus, quòd tenuerunt ordinem naturalem, quia non est facile multos concordare in vnitate conceptionis, nisi in re ita se habeat, vel appareat.

Secundo, & efficacius apparet hoc, quia Marcus, & Lucas exprimunt manifeste verba, per quæ apparet, quòd statim, vt fuit curatus dęmoniacus fuit curata socrus Petri. nam dęmoniacus curatus est in synagoga. Mar. primo, & Luc. quarto, quia dicitur eodem cap. surgens autem de synagoga introiuit in domum Simonis, & sic apparet, quod mox, vt exiuit de Syna-

F goga intrauit in domum Petri, hoc etiam magis aperitur Mar. 1. vbi sanato dęmoniaco in Synagoga venerunt in domum Simonis, idest, immediate: & ideo necessarium tenendum est, ꝙ non fuerit sanatio socrus Petri immediate post sanationem serui Centurionis, & sic non seruauit Matthæus ordinem continuum.

Tertio patet, quia Matthæus omisit illud miraculum de arreptitio sanato in Synagoga: nam soli Marcus, & Lucas illud narrant, & sic etiam si vellet Matthęus non poterat facere ordinem continuum hic cum aliquid subticeret, & ista fuit causa vera quare Matthæus non tenuit ordinem continuum, quia vt communiter magis solet Matthæus sequi ordinem
G naturalem quàm alij Euangelistæ, vnde nec hic contrauenit, quia non anticipauit nec recapitulauit aliquid, sed subticuit.

Ad quid venit Christus ad domum Petri. Et quare potius Christus voluit hospitari apud Petrum quàm apud alium. Quæst. XLII.

QVAERETVR ad quid Christus venit ad domum Petri.

Dicunt quidam, quòd venit ad sanandũ socrum eius febricitantem, quia cum sanaret extraneos iustius erat, quòd sanaret suos ex ordine charitatis, & apparet, quia mox, vt venit in domum sanauit eam. Sed non stat, quia Luc. 4. dicitur socrus Si-
H monis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea, & sic innuitur, quòd postquam intrauit domum rogauerunt eum pro ea, & tamen si venisset ad sanandum eam antequam veniret rogarent eum, & non postea, & patet hoc magis Marc. 1. s. egredientes de Synagoga venerunt in domum Simonis. Decumbebat autem socrus Simonis, & statim dicunt ei de illa, & sic videtur, quòd immediate, vt intrauit domum dixerunt ei de illa, & non prius: ergo non venerat, vt eam sanaret.

Dicendum, quòd Christus venit in domum Simonis ad hospitandum ibi, quia manebat nunc Christus in Capharnaum, & Petrus habebat ibi domum suam, scilicet, coniungem, & socrum, & familiam: voluit er-
I go Christus potius hospitari apud eum quam apud alium, & hoc fuit. Primo, quia erat discipulus eius, & melius erat, quod istum honorem, & consolationem impenderet ei quàm alicui alieni. Secundo ad ostendendum, quòd Christus honorat eos, qui honorant ipsum, sic dicitur 1. Reg. 2. quicunque honorificauerit me glorificabo eum, qui autem contemnunt me erunt ignobiles. Petrus autem pro Christo reliquit omnia supra 4. & Luc. 5. ideo Christus voluit manere apud ipsum honorando eum per hoc. Tertio fuit ad ostentionem cõtemptus sęculi, quia Petrus erat pauper: ideo esset domus sua paruula, & contemptibilis, & sic Christus ostendebat, quod non dedignabatur
K habitare in paupere tugurio, etiam vt per hoc euitaret locum calumnię: nam Pharisæi, & maleuoli calumniabantur Christo, quod comederet, & biberet cum publicanis seq. cap. & dicebant eum voracem, & potatorem vini infra 11. in domo autem Petri, qa pauper erat, & non poterat habere cibaria exquisita non poterat quisquam calumniari Christo, quòd ibi delitiose epularetur. Quòd autem hospitaretur ibi patet, quia dr̃, quod socrus Simonis surgens ministrabat eis, & hoc erat ministrare in cibo, & potu, quia hæc Scriptura vocat ministrare sepissime, vt Luc. vigesimosecundo: nam quis maior est, qui recumbit an qui ministrat? idest, qui sedet ad mensam, vel qui seruit, sic dicit Chrysostom. manebat enim apud discipulos

scipulos

A scipulos honorans ipsos,& ob hoc animosiores reddens,& alibi dicit cur intrauit in domum Petri?mihi videtur cibum assumpturus, sic etiam Cyrillus dicit aspice quomodo manet penes vitum inopem Christus, qui spontaneam paupertatem pro nobis passus est,vt discamus cum pauperibus conuersari,nec spernere depressos pauperes.

Cum socrus Petri langueret quomodo Petrus non duxit Christum ad sanandum eam ante hoc. Quæst. XLIII.

SED dicetur cum socrus Petri langueret quomodo Petrus non duxit Christum ad sanandũ eam ante hoc. Dici potest, quòd forte nunc nouiter ęgrotauerat,& ideo non prius ei dixerunt de illa,& hoc cõsonat literę Mar.1.quia dicitur, quòd postquam intrauit Christus in domum statim dicunt ei de illa,& rogauerunt pro illa.

B Aliter potest dici,quòd ante hoc langnebat, & tamen Christus fortassis nondum fuerat hospitatus in domo Petri,& nunc nouiter iuit. Petrus autem,licet sciret languere socrum suam noluit vexare Dominũ nec impedire eum a prędicatione, & miraculorum operatione: ideo quousque consummauit ea,quæ facturus erat in Synagoga non venit in domum Petri, sic dicit Chrysost.in Homilia:attende Petri ad Christũ

C reuerentiam habens enim socrum domi febricitantẽ non traxit eum in domum,sed expectauit doctrinam compleri, & alios curari: ab exordio enim erudiebatur,quæ aliorum erant sibijpsi præponere, quo circa nec ipse eũ induxit,sed Christus sponte adiuit. postquam enim dixit Centurio non sum dignus,vt intres sub tectum meum monstrans quantum largiebatur discipulo non est dedignatus sub vilia piscatorum tuguria intrare erudiens per omnia humanum conculcare tumorem, & hoc satis innuitur: dicitur enim Luc.4.surgens autem de synagoga introiuit in domum Simonis.

An fuit miraculum,quòd socrus Petri a febribus curata sit. Quæst. XLIIII.

QVAERITVR an fuit miraculum,quòd nũc socrus Petri a febribus curata sit.

Aliqui dicunt,quòd nõ, quia miraculum est operatio soli Deo competens excedẽs vires naturæ,& tamen febres naturaliter curantur,& per seipsas,vel arte medicorum.

D Dicendum,quòd fuit miraculum, quia operatio dicitur esse miraculosa inquantum excedit vires naturæ,potest autẽ dupliciter excedere naturæ vires.Vno modo ex parte operationis,scilicet, quia talis est ad quam naturæ vires per nullam viam possunt pertingere, sicut est resurgere mortuum,membrum abscissum reunire, cęcum natum videre. Alio modo ex parte modi operandi,scilicet,quia,licet res facta in se

E ipsa non sit supra vires naturæ, tamen modus operandi non est naturalis,nec potest natura per illam viam effectum deducere: sicut enim fœminam parere effectus naturalis est,quòd tamen fœmina sine virili semine pariat simpliciter est miraculum ex parte modi, ita hic febres curari naturale est,subito tamen curari, & nulla medicina apposita supra vires naturę est, ita fuit hic,quia Christus mox,vt tetigit eam sanata est. Et quia posset aliquis dicere,quòd forte iam ipsa per se sanabatur, & Christus eam tetigit quando ipsa per se sananda erat,etiam si nemo illam tangeret,dicitur Luc.quarto,quòd socrus Simonis tenebatur magnis febribus,vt innuatur, quòd non poterant subito febres desinere cum essent valde fortes nisi Deus illas auferret:sic enim dicit Chrysost. quia enim morbus curabilis erat per modum medendi potestatem suam declarauit faciendo,quòd minime ars medicinę operatur,vt scilicet, simul perfectam tribuat sanitatem. Secundum signum etiam est ad hoc, quia dato, quod febres per se desituræ essent, mulier tamen curata a febribus maneret debilitata nimis cũ febres fuissent magnę.Luc.quarto,& tamen mox, vt Christus eam tetigit plenas vires recepit,quia dicitur in litera surrexit,& ministrabat eis:ergo miraculosè curata est,immo ad hoc expressum est,quòd surrexit, & ministrabat eis,scilicet,vt ostendatur,quòd non solum a morbo plene curata est,sed etiam pristinum robur ei restitutum est,sic dicit Hieronymus: natura.n.hominũ istius modi est,vt post febrem magis lacescant corpora,& incipiente sanitate ęgrotationis mala sentiant verum sanitas,quæ confertur a Domino,tota simul redditũ, sic etiam dicit Chrysostomus fecit Christus, quod ars medicinæ facere non potuisset: post febris enim sedationem multo tempore patientes egent, vt pristinæ restituantur sanitati, tunc autem simul omnia facta sunt.

Quare Christus tetigit manum socri Petri. Quæst. XLV.

QVAERITVR, quare Christus tetigit manum istius mulieris,

Aliqui dicunt,quòd ad videndum morbum suum:sic enim medici faciunt.

Sed non stat, quia istud pertinet ad nescientes,& scire volentes,Christus autem sciebat quid, & quantum ista mulier pateretur:ideo non erat opus, vt per tactum agnosceret,etiam quia sic tangere medicorũ est,Christus autem non erat medicus, sed Dominus, qui poterat infirmitatibus iubere,& ideo loco huius dixit Lucas,quòd Christus stans super illam imperauit febri,& non dixit,quod tetigit eam, vt innuat,quod nihil aliud fuit tangere manum eius, nisi imperare febri,vt recederet.Secundo,& melius dicendum est,quod Christus tetigit manum eius ad ostendendum, quod per virtutem suam sanabatur ægritudo, & non opere naturali:sic etiam fuit de leproso quem tetigit, & curata est lepra eius supra in litera.nam per hoc manifeste ostendebatur,quod non curabatur per se ęgritudo nec etiam curabat eam alius,sed ipse. Tertio potest dici,quod tetigit eam ad eleuandum ipsam quasi nihil esset ac si diceret,non iaceas surge,quia nihil est,sic dicit Mar. primo, & accedens eleuauit eam apprehensa manu eius,& continuo dimisit eam febris.

Vespere autem. Hic ponitur sm.s. multa miracula in generali,quæ omnia sunt ad confirmationem doctrinæ Christi,& dr. *Vespere autem facto*. Idest,ad Solis occasum,sic dr. Luc.4.cum Sol occidisset, & Mar.1.ponitur vtrunque.s.vespere autem facto cum occidisset Sol. *Obtulerunt ei multos dæmonia habentes*. In ista curatione abundabat Christus: nam plurimos arreptios sanabat.non expressit Matthęus,nisi dęmonia habentes,sed Luc.4.dicitur omnes, qui habebant infirmos varijs languoribus ducebant illos ad eum,& ita intelligendum est,quòd omnia genera ęgritudinum sanabat,sed arreptitij erant plurimi.

Et ejiciebat spiritus verbo. Idest, dęmones, qui sunt creaturæ spirituales:non enim habent aliquid corporeũ, vt quidam errantes putant. *Et omnes male habentes curauit*. Idest,omnes languidos: noluit enim exprimere omnia genera languorum, sed solum arreptitios, quia isti erant plures alijs,& non exprimitur hic modus sanandi, sed Luc.4.dr ille singulis manus imponens

nens curabat eos, subticuit autem hic Matthæus id F
quod exprimitur Marc. 1. & Luc. 4. dicitur enim exi-
bāt dęmonia a multis clamantia, & dicentia tu es fi-
lius Dei, & increpans ea non permittebat loqui, quia
sciebant ipsum esse Christum.

Vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam.
Habetur Isaiæ 53. ex quo apparet, quòd illa auctoritas
de Christo intelligenda est. sic etiam dicitur Actuum
8. quando Eunuchus legens auctoritatem istam quę-
siuit a Philippo, an Isaias loqueretur hic de seipso, vel
de alio Propheta, & Philippus ostendit, ꝙ de Christo
loquebatur, & vere nullus locus est in Isaia nec in alio
Propheta, in quo apertius aliquid de Christo pona-
tur, & maxime de passione eius.

Dicentem. ipse infirmitates nostras accepit. Idest, abstulit G
sanando eas. sicut nunc imperauit febri, quòd rece-
deret.

Et ægrotationes portauit. Idest, tolerauit ęgritudines
compatiendo ęgris, & sanando eos, & videntur signi-
ficare idem, quia vtrunque ponitur pro curatione lan-
guorum possunt tamen distingui, sicut distinguūtur

Quid sit infirmitas, & ægritudo.

infirmitas, & ægritudo. Quia infirmitas signat omnē
debilitatem, & impotentiam operandi, quæ non est
corruptio corporis, sed defectus virtutis, & sic surdi-
tas, cęcitas, esse mutum, & claudum, & corpore debi-
litatum, vel aliquo membro mutilatum sunt infirmi-
tates, & non ęgritudines. Est autem ægritudo corru-
ptio, vel potius morbus causatus ex corruptione ali- H
qua, & sic est lepra, podagra, febris, & similia. Chri-
stus autem vtraque curauit: ideo dicitur, quòd acce-
pit infirmitates, & ægrotationes. sed Isa. 53. non dici-
tur sic, sed vere languores nostros ipse tulit, & dolo-
res nostros ipse portauit, idem tamen sensus est: nam

Quare Apostoli nō allegāt sēper Auct. per eadem verba.

Euangelistæ, & Christus non solent allegare auctori-
tates semper per eadem verba, immo rarissime po-
nunt eadem, vt patet supra secundo in auctoritatibus
quas allegat ibi Matthæus. videtur tamen aliqualiter
etiam in sensu discordare, quia illud dictum Isaię. 53.
exponitur ab omnibus de Christi passione. s. ꝙ lan-
guores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse por-
tauit, idest, ꝙ afflictus fuit pro peccatis nostris, quia to-
ta pęna passionis eius fuit pro nobis, vt innuitur ibi. s. I
ipse vulneratus est propter iniquitates nostras attri-
tus est propter scelera nostra, liuore eius sanati su-
mus.

Dicendum est, quòd illa litera habet duos sensus li-
terales: sicut etiam fit in quibusdam alijs locis sacræ
Scripturæ: nam id quod habetur Exo. 12. de agno Pa-
scali intelligitur ad literam de comestione agni Pasca-
lis, & etiam de passione Christi cum allegetur. Io. cap.
19. fuisse completum illud in Christo. s. os non com-
minuetis ex eo, & tamen Scriptura non completur,
nisi in sensu literali, quia nullum alium sensum habet,
alij non sunt sensus eius, sed nos apponimus eos illi, &
ita ista litera Isaiæ potest intelligi de ablatione pecca-
torum nostrorum per Christi passionem, & de cura-
tione ęgritudinum nostrarum. K

*An istud fuit immediate post præcedentia, vel est aliqua muta-
tio ordinis. Quæst. XLVI.*

QVAERITVR an fuit istud immediate post
præcedentia, vel est aliqua mutatio or-
dinis.

Dicendum, quòd ordo continuatus est,
quia omnes tres Euangelistę, qui istud exprimunt po-
nunt istum ordinem: ideo credendum est, quòd ille
fuerit ordo naturalis, maxime quia est regula genera-
lis, quòd nunquam est recedendum ab ordine literę,
nisi appareat aliqua causa ad hoc, & tamen hic nulla
causa apparet, immo potius econtrario cum omnes
tres Euangelistæ concordent in isto ordine: ideo sic
tenendum est. Item patet, quia eadem die vtrunque
fuit, sic Augustinus dicit lib. de concordia Euangeli-
starum, scilicet, per hoc, ꝙ dicit vespere facto ad eius-
dem diei tempus hoc pertinere satis iudicatur.

*Quare dicitur, quòd vespere facto obtulerunt ei dæmonia ha-
bentes. Quæst. XLVII.*

QVAERITVR, quare dicitur, quòd vespere
facto obtulerunt ei dęmonia habentes.

Potest hoc intelligi de eodem die, vel
de diuersis diebus, ita quòd haberent in cō-
suetudinem adducendi ei ad Solis occasum ægros, &
vtrunque potest colligi ex litera. nam hic dicitur ve-
spere facto obtulerunt ei &c. in quo significatur vni-
cus actus, sed Mar. 1. dr̄ cum occidisset Sol afferebant
ad eum oēs male habentes. & Luc. 4. dr̄ cum Sol oc-
cidisset oēs, qui habebant infirmos varijs languoribus
ducebant illos ad eum, & tamen hoc significat con-
suetudinem afferendi infirmos, & ideo Augusti. sub
dubio relinquit, vt videtur quibusdam vbi supra di-
cens, ꝙ dicitur vespere facto ad eiusdem diei tempus
pertinere satis iudicatur, quamuis necesse non sit vbi
dicitur vespere facto ad eiusdem diei vesperum acci-
pere, & ita volunt aliqui Augu. hic dubitare.

Dicēdum tamen, ꝙ eadem die istud accidit quod
significauit Matthæus dicens obtulerunt ei quasi in-
nuens semel factum esse.

Secundo patet, quia licet Marc. 1. & Luc. 4. dicatur
afferebant ad eum &c. ꝙ consuetudinem significat
non ponitur, vt importet consuetudinem, quia ibi dr̄,
& curauit multos, qui vexabantur, & tn̄ si consuetudi-
nem significaret diceretur, & curabat multos. Tertio
patet, quia dr̄ hic oēs male habentes curauit, & Luc.
4. dicitur omnes, qui habebant infirmos varijs lan-
guoribus ducebant illos ad eum, & curabat eos. si igi-
tur curauit omnes venientes, & omnes habentes in-
firmos duxerunt eos ad Christum, non potuit nisi se-
mel fieri. Sed dicet aliquis. ꝙ sępe factum est. s. ꝙ qui-
dam vna die, & alij alia infirmos ducebant, & omnes
adducti sanabantur. Sed non stat, quia tunc licet sit
verum, quòd Christus omnes ad se adductos sanaue-
rit, non erit verum, quòd cum occidisset Sol omnes,
qui habebant infirmos ducebant illos ad Christum,
& tamen vtrunque Luc. dicit.

Secundo patet efficacius, quia Mar. 1. dicitur cum
occidisset Sol afferebant ad eum omnes male haben-
tes, & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam, si ta-
men semel tota ciuitas erat cōgregata ad ianuam ad-
ducendo languentes, & Christus omnes adductos sa-
nauit, non potuit fieri nisi semel, quia nullus languens
post illam vicem maneret, qui postea curaretur: ideo
eadem die qua sanata est socrus Petri fuit hoc. Quòd
autem dicunt Augusti. in hoc dubitare non est verū,
quia asserit eodem die fuisse factū cum dicit per hoc,
ꝙ dicit vespere facto ad eiusdem diei tempus hoc per-
tinere satis iudicatur. Quòd autem subiunxit quam-
uis necesse non sit vbi dicitur vespere facto ad eiusdē
diei vesperum accipere, est sensus, ꝙ licet hic debeat
intelligi de vespere eiusdem diei, non est necesse, ꝙ
vbicunque dicitur in sacra Scriptura vespere facto de-
bet intelligi de vespere eiusdē diei de quo ante hoc di-
cebatur, hic tamen de eodem die accipi necesse est.

Hoc supposito. Aliqui dicunt, quòd causa erat ma-
gnum desiderium turbarum ad Christum, ita vt nul-
lo tempore eum dimittere vellent. sic dicit Theophi-
lus, considerandum est turbæ desiderium: nam cum
Sol occidisset adduxerūt ad eum infirmos non a tēpore
impediti,

impediti. Sed hoc non multum ſtat, qnia tunc innne retur, quòd per totum diem ante Solis occaſum adduxiſſent ad Chriſtum infirmos. nam ſi tanta erat deuotio populi, quòd etiam poſt Solis occaſum infirmos ad Chriſtum adducebant, a fortiori eos per diẽ ducerent, hoc tamen non vult litera dicens. veſpere autem facto innuitur, ꝙ ſolum poſt occaſum Solis adducebant infirmos, quod magis oſtenditur Marci primo, & Lucæ quarto, vhi dicitur eum autem occidiſſet Sol afferebant ad eum omnes male habentes: ergo non prius.

Secunda ratio fuit, vt qnidam dicnnt propter verecundiam. ſ. forte, quia erant aliqui ęgri, de quibus verecundabantur, vt arreptitij, & alij habentes ęgritudines horrendas, & immundas. Sed hoc etiam non ſtat, quia quocunque tempore ęgros ducerẽt ad Chriſtum publice ducebant, eo quòd totus populus aderat. ſic dicitur Marci primo, cum occidiſſet Sol afferebant ad eum omnes male habentes, & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam: non ergo erat propter verecundiam.

Tertia ratio, vt putant quidam propter timorem Phariſęorum. ſ. qnia forte Phariſęi inceperant inuidere Chriſto, & populus timens eos non ibat per diem ad Chriſtum, ſed poſt Solis occaſum.

Sed etiam hoc non ſtat. primo, quia non videtur an Phariſæorum inuidia eſſet iam ſuſcitata contra Chriſtum. Secundo, quia dato, quòd eſſet ſuſcitata non eſt veriſimile, ꝙ tota ciuitas ſimul timeret Phariſęos, ſed bene concederetur de aliquibus paucis diſcipulis eorum.

Tertio, & principaliter, quia etiam ſi tota ciuitas timeret Phariſęos, non cõueniebat hoc ad intentionẽ ſuam, quia vellent tunc occulte venire ad Chriſtum, vt Phariſæi neſcirent, ſicut fuit de Nicodemo principe Iudęorum, qui erat diſcipulus Chriſti propter metum Iudęorum, ſicut Ioſeph ab Arimathia. Ioan. 19. & iſte venit ad Ieſum nocte quæſiturus ab eo de aliquibus dubijs. Ioan. 3. nunc tamen tota ciuitas veniebat ſimul ad Chriſtum Marci primo. ſ. & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam, & ſic iſta eſſet manifeſtus iſte aduentus Iudęorum ad Chriſtum Phariſæis, ſicut ſi in Meridie, vel in quacunq; hora diei venirent: non ergo fuit iſta cauſa.

Quarta ratio, vt aliqui putant fuit, quia Iudæi per diem erant intenti alijs operibus, & non poterant venire, niſi per noctem.

Sed nec eſt veriſimile, quia licet aliqui eſſent intẽti per diem operibus, omnes tamen non eſſent intẽti, ita vt nemo veniret per diem, & omnes venirent poſt Solis occaſum, & tamen omnes veniebant poſt Solis occaſum. Secundo, quia etiam ſi contingeret omnes eſſe operibus intentos relinquerent opera propter tã admirabile opus, quod a ſęculis viſum non fuerat. ſ. quòd ſubito per verbum curarentur eorum ęgritudines. iſtas tamen cauſas ponit Origenes dicens: ideo quidem circa Solis occaſum. i. elapſa die illos ducebant, quia verecundabantur vel timebant Phariſæos, vel quia de die intenti erant circa alia.

Quinta cauſa erat, quia putabant non eſſe licitum per diem curare infirmos, quia erat illa dies ſabbati, & Iudæi adhuc rudes credebant, quòd ſoluebatur ſabbatum curando hominem in eo, & ſæpe de hoc accuſabant Chriſtum. Lucæ 13. & 14. & Ioan. 5. vndę iſti putabant, ꝙ non licebat ſabbato curare, vel ſaltem non licebat ſabbato ægros adducere ad Chriſtum, vt curaret eos, & quia obſeruatio feſti finitur in occaſu Solis, Leuiti. vigeſimotertio. a veſpera in veſperam celebrabitis ſabbata veſtra. immediate poſt Solis occaſum incęperunt venire ad Chriſtum, & antę hoc

A non venerant, & iſta eſt cauſa veriſſima quam etiam tangit Origenes inter alias dicens, vel quia putabant non licere ſanare in ſabbato, quòd autem eſſet dies illa ſabbati patet, Marci primo, & quarto, vbi ponitur quaſi eadem litera. ſ. ingrediuntur Capharnaum, & ſtatim ſabbatis ingreſſus in ſynagogam docebat eos, & ſtupebant ſuper doctrina eius: erat autem in ſynagoga homo habens dæmonium, & exclamauit dicẽs quid tibi & nobis Ieſu Nazarene? & eiecit dęmonium exiuitque ab homine, & ſequitur, ſurgens autem de ſynagoga introiuit in domum Simonis, & ſic dies ſabbati erat quando intrauit in domum Simo-B nis, & curauit ſocrum eius, & tamen eadem die ad veſperum venerunt iſti, qui habebant infirmos, vt ſupra probatum eſt: ergo propter hoc venerũt poſt Solis occaſum, quia ſabbatum erat.

Sexta ratio fuit, & etiam vera, ſcilicet, quia Chriſtus ſequenti die receſſurus erat de vrbe Capharnaũ, & hoc ſciebant Iudęi: ideo antequam recederet adduxerunt ad eum omnes infirmos, vt ſanaret eos, patet hoc Lucæ quarto, quia poſtquam dicitur cum occidiſſet Sol omnes, qui habebant infirmos ducebant illos ad eum ſequitur. facta autem die egreſſus ibat in deſertum, & turbę requirebant eum, quaſi dicat, iſta ſanatio facta fuit ad veſperum, & Chriſtus ſequenti die cum fuit dies facta receſſit, ſcilicet, valde dilucu-C lo, ſic dicitur Marc. primo, & diluculo valde ſurgens egreſſus abijt in deſertum locum: immo iſtę duæ cauſę ſimul fuerunt cauſa totalis, quare poſt Solis occaſum adduxerunt ęgros ad Chriſtum. nam ſi fuiſſet ſabbatum, & Chriſtus non receſſurus eſſet ſequenti die non feſtinaſſent poſt Solis occaſum ægros adducere, ſed expectaſſent dies ſequentes, & per diem illos ducerent etiam ſi die ſequenti Chriſtus receſſurus eſſet, ſi non fuiſſet dies iſta ſabbati ducerent ęgros per diem, quia tamen erat iſta dies ſabbati, & ſequenti die diluculo Chriſtus receſſurus erat, non fuit locus, nec tempus turbis ad ducendum ęgros ad Chriſtum, niſi poſt Solis occaſum, & iſta eſt veriſſima cauſa.

D *An Chriſtus ſanauit iſtos ægros verbo, vel tactu, vel quomodo. Et quare Chriſtus eijciebat ſpiritus ſolo verbo, languores autem tangendo curabat.*

Quæſt. XLVIII.

QVÆRATVR an Chrs ſanauit iſtos ægros verbo, vel tactu, vel quomodo.

Aliqui dicunt, quòd verbo, quia dr̃ in litera, & eijciebat ſpiritus verbo. Sed obijcietur, quia Lucę 4. dicitur ille ſingulis manus imponẽs curabat eos. Dici pōt dupliciter vno modo, ꝙ Chriſtꝰ ſanauit iſtos infirmos verbo, & manu ſimul. ſ. iubebat, ꝙ infirmitas recederet, & tangebat ęgros, ſic fuit de leproſo ſupra in litera, quia Chriſtus tetigit eum, & dixit mundare, & ſanatus eſt, & quia Matthęus nõ di-E xerat hic, niſi de verbo Lucas ſuppleuit, ꝙ imponebat eis manus. nam vt dicit Beda iſta eſt ꝯſuetudo beati Lucę ꝙ ea quæ alij dixerunt ſolet omittere, & quæ non dixerunt ſupplere, & ſimile patet hic de ſocru Simonis, quia Matthæus dixit, quòd tetigit manum eius, & dimiſit eam febris, & non expreſſit, quòd aliquid locutus fuiſſet, Lucas autem expreſſit ſolum, quòd locutus eſt, & non quòd tetigit eam dicens, & ſtans ſuper illam imperauit febri, & dimiſit illam. ita ergo hic econtrario, quia Matthæus dixit verbo curatos Lucas dixit ſingulis manus impoſitas, vt videatur, quòd ille voluerit ſupplere, quod Matthæus defuit.

Secundo pōt dici, ꝙ Chrs ſanauit quoſdã ſolo ver-

bo, & alios per manus impositionem. Nam isti male habentes erant duplices. Quidam enim erant arreptitij, & alij erant ægri, arreptitios solo verbo sanabat. Aegros autem manus imponendo, & hoc videtur esse verius, & magis consonans literæ, quia dicitur supra in litera, & eijciebat spiritus verbo, & omnes male habentes curauit, & sic distinguitur inter arreptitios, & male habentes, & ly verbo refertur solum ad eijcere spiritus, sic etiam Lucæ quarto, dicitur omnes qui habebant infirmos varijs languoribus ducebant illos ad eum, & ille singulis manus imponens curabat eos, & sic apparet, quod Lucas non loquitur, nisi de languentibus, & non de arreptitijs, qui non dicuntur ægri, nec languentes, & istud videtur tenēdum. Causa quare Christus eijciebat spiritus solo verbo, languores autem tangēdo curabat est conditio ipsius rei, nam ęgritudo est in corpore, & interdū est, vel apparet in superficie corporis, sicut est lepra, & febris, tangebat ergo Christus tunc ægros, quia videbatur tangere corporaliter ipsam ægritudinem, & realiter illam manibus suis expellere ad ostendēdum dignitatem naturæ suæ humanæ quæ erat quasi organum deitatis, vt dicunt Damascenus, & Cyrillus, & etiam quia per hoc ostendebatur, quòd ipse Christus erat, qui istos morbos expellebat, in arreptitijs autem nullum malum est, nisi quòd dęmon eos exagitat, sic dicitur primo Regum decimosexto, spiritus Domini malus exagitat te, & quia dęmon est spiritus, & non potest tangi; ideo non videbatur conueniens signū curationis tangere arreptitium, sed quia est dęmon substantia spiritualis, & intelligens conuenienter sermo dirigitur ad eum, vt exeat, & hoc apparet, quia licet Christus multos arreptitios legatur sanasse nunquam legitur, quòd aliquem eorum tangeret ad hoc ꝙ sanaret, sed solum comminabatur spiritibus, vt patet in litera, & Mar. primo, & nono, & Lucę quarto, & in multis locis, aliquos tamen eorum tangebat postquam curati erant, sicut fuit Marc. nono, de quodam iuuene, a quo cum eiecisset dæmonium factus est, sicut mortuus, ita vt multi dicerent mortuus est: Christus autem tenens manum eius eleuauit eum, & surrexit,

An Christus sanauerit omnes male habentes ad se adductos, vel solum aliquos eorum. Et quomodo fides operabatur in eis. Quæst. XLIX.

QVAERETVR an Christus nunc sanauerit omnes male habentes adductos ad se, vel solum aliquos eorum.

Aliqui dicunt, quòd omnes sanauit, quia dicitur supra in litera, & omnes male habentes curauit, & Lucæ quarto, dicitur omnes, qui habebant infirmos varijs languoribus ducebant illos ad eum, at ille singulis manus impones curabat eos, nemo ergo fuit, qui non sanaretur.

Sed obijcietur, quia Marc. primo, dicitur cum occidisset Sol afferebant ad eum omnes male habentes & dæmonia habentes, & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam, & curauit multos, qui vexabantur varijs languoribus, & dæmonia multa eijciebat, & sic non sanabat omnes languentes, nec omnes arreptitios, sed quosdam.

Dici potest vno modo, quòd Christus non sanauit nunc omnes male habentes in vrbe Capharnaū, sed multos eorum, sicut dicit Marcus, & tamen Matthæus, & Luc. dixerunt omnes ad modum loquendi Scripturę, quia solet dicere omnes pro multis: Genes. quadragesimoprimo, omnes prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent escas, & tamen

F manifestum est, quòd non poterant de omnibus partibus orbis venire ad Aegyptum tempore famis pro cibis, quia non sufficeret Aegyptus toti orbi pro vna die, & etiam quia non erat possibile de toto orbe venire in Aegyptum, sic etiam Ierem. nono, omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & tamen non est verum hoc vniuersaliter, sed solum de multis. Aliter potest dici, & melius, quòd Christus sanauerit omnes male habentes, quod patet, quia quādocunque litera pōt seruari in rigore verborum non debet trahi ad alienum sensum. i. si ponitur vniuersaliter debet intelligi vniuersaliter, nisi appareat aliqua causa ꝓp quam non posset vniuersaliter accipi, quia aliàs si liceret nobis ex arbitrio nostro **G** mutare vniuersale in particulare exponendo periret tota certitudo Scripturæ, & tñ nihil obstat adhoc, ꝙ intelligatur vniuersaliter sanatos ægros, sicut vniuersaliter ponitur: ergo debet sic intelligi.

Secundo patet per quandā regulam gñalē datā ad ꝯcordādum varia loca Scripturæ. s. ꝙ si in varijs locis Scripturę eadē res enarretur, & in vno ponantur plura q̃ ī alio, debet dici verum esse quod continet Scriptura, quæ superaddidit, vt si alicubi dicatur, quòd fuerūt mille homines in vno bello, & alibi dicitur, quòd fuerunt sex millia, & non mille solum, & hoc modo vtraque Scriptura vera est, quia si sex millia sunt, mille sunt, si autem stetur Scripturę minora dicenti erit **H** falsa ea quæ plus dixit, & tamen neutra potest esse falsa: ergo oportet stare plus dicenti, sic est hic, quia Matthęus & Lucas dixerunt omnes male habentes curatos Marc. dixit multos: ergo stabitur Matthæo, & Lucę plus dicētibus. nam si omnes curauit multos curauit, & non econtrario,

Tertio patet, quia omnino est verisimile, ꝙ omnes curauerit, quia viri de vrbe Capharnaum viderant quomodo Christus sponte sanabat languentes, & sequenti die recessurus erat, vt ostensum est, supra q̃. 47, verisimile est, quòd omnes infirmos offerrent ei, sic etiam dicitur Mar. primo: nam licet dicitur, quòd sanauit multos, dicitur tamen, quòd afferebant ad eum omnes male habentes. non est autem verisimile, quòd aliqui infirmi offerrentur Christo, quos ipse non sanaret, quia vel illi haberent fidem, vel non, si haberent fidem sine dubio sanaret eos, quia fides merebatur obtinere sanitatem: sic enim ipse dixit Lucæ septimo, fiat tibi, sicut credidisti, & iterum fides tua te saluam fecit: si autem non crederent, ipse adiuuaret incredulitatem eorum increpans eos, vt crederent, & sic sanaret ipsos, sic dicitur Marc. nono, de quodam qui obtulit Christo filium suum male habentem dicens, Domine si quid potes adiuua nos, Christus autem dixit si potes credere omnia possibilia sunt credenti, & ille ait, credo Domine adiuua incredulitatem meam, & tunc sanatus est filius eius: ita ergo fieret de habitatoribus Capharnaum, etiam non est verisimile, quòd Christus aliquos **K** relinqueret nunc incuratos curando alios, quia cum nouiter inciperet facere miracula putaretur quod ex impotentia proueniebat, quia aliquos posset sanare, & alios non: sic enim patet Ioannis vndecimo, quando Christus audito, quòd Lazarus esset mortuus, fleuit coram Iudæis, & illi per hoc putantes, quòd non poterat eum suscitare dixerunt, non poterat iste, qui aperuit oculos cęci facere, vt hic non moreretur. erat tamen inconueniens, quòd nunc putaretur aliqua impotentia in Christo antequam plenè ab omnibus cognosceretur eius virtus in faciendo miracula: ideo etiam si nunc non crederent plene isti languentes ipse suppleret incredulitatem eorum, & sanaret eos. ideo

Fides meretur obtinere sanitatem.

dicendum

dicendum est, quòd omnes languentes de vrbe Capharnaum sibi oblatos Christus nunc sanauit. A

Quare Matthæus allegauit auctoritatem Isaiæ.
Quæst. L.

QVAERETVR, quare Matthæus allegauit hic auctoritatem Isaiæ.

Dicunt quidam, quòd fuit hoc ad tollendum incredulitatem quorundam, cum dixerit hic Matthæus, quòd omnes male habentes Christus sanauit, sicut dicit Chrysostomus super Matthæ. ne autem magnitudo miraculi incredulitatem immittat si tantam plebem, & varias ægritudines vno temporis momento curauit, inducit Prophetam attestantem his, quæ fiebant: ideo subdit, vt adimpleretur, quòd dictum est per Isaiam. B

Aliter potest dici, & melius, quòd Matthæus fecit hoc, quia consuetudo sua est vbicunque aliqua auctoritas veteris testamenti occurrit, quæ potest probare facta Christi, allegare illam in testimoniũ, & quia hic ista auctoritas Isa. erat ad propositum allegauit eam, & patet hoc, quia Mar. primo, & Lucæ quarto, ponitur istud miraculum quod habetur hic, & tamen ipsi nihil allegant. sic etiam in multis alijs locis Matthę' allegat dicta Prophetarum, in quibus alij Euangelistæ nihil allegant: ideo apparet, quòd istud sit propter specialem consuetudinem Matthæi. Causa huius est, quia Matthæus scribebat Iudæis Euangelium C istud, vt dicit Hieronym. supra in Prologo, qui incipit. Plures fuisse. & quia Iudæi valde recipiebant dicta Prophetarum, fuit nimis solicitus vbicũque poterat ad concordiam gestorum Christi allegare dicta Prophetarum, vel totius sacræ Scripturæ, quia per hoc Iudæi faciliter crederent Christum esse Messiam promissum in lege, sic Christus innuit Ioan. quinto, dicens scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illę sunt, quę testimonium perhibent de me. Alij autem Euangelistæ non scripserunt specialiter Euangelia genti Iudæorum: ideo non curauerunt allegare auctoritates veteris testamẽti, sicut Matthæus, nisi quando Christus illas allegat, D quia tunc oportet, quòd ipsi illas scribant, & ideo solus Matthæus allegauit hic auctoritatem Isaiæ.

Quomodo Matthæus allegauit hic auctoritatem Isa. cum non videatur ad propositum.
Quæst. LI.

QVAERETVR quomodo Matthæus allegauit hic istam auctoritatem Isa. cum non videatur esse ad propositum: nam in ea agitur de passione Christi, per quam peccata nostra abstulit, & non de sanitate corporalium ægritudinum, sic dicit Hilarius passione corporis sui secundum prophetarum dicta infirmitates humanæ imbecillitatis absorbuit.

Aliqui dicunt, quòd licet ista auctoritas non conueniat in sensu huic loco induxit tamen eam Matthæus propter aliqualem adaptationem. E

Alij dicunt, quòd intelligitur de liberatione a peccatis, quia tamen infirmitates plerunque propter peccata eueniunt, ex liberatione a peccatis resultabat liberatio ab infirmitatibus corporis, sic dicit Chrysostomus in Homilia: hoc autem de peccatis magis à Propheta dictum esse videtur, qualiter igitur Euangelista de ægritudinibus hic exponit? & respondet sciẽdum. quòd vel historiæ huic testimonium adaptauit, vel ostendit, quoniam plures ægritudinum ex peccatis sunt animatum: nam & ipsa mors a peccatis habet radicem.

A Aliter dicendum est, & melius, quòd Matthæus induxit istam auctoritatem eo quòd facit ad propositum, quia licet intelligatur principaliter de liberatione a peccatis, tamen etiam intelligitur de sanitate ægritudinum, quia potest eadem scriptura habere simul duos sensus literales, vt ostensum fuit supra in expositione literæ. Matthæus autem induxit eam hic in sensu minus principali, scilicet, de sanitate ægritudinum, & dixit ipse infirmitates nostras accepit, idest, abstulit, quia vt dicit Rabanus, accepit infirmitates nostras non, vt sibi haberet, sed vt nobis auferret, & tamen etiam verum est, quòd Christus accepit in corpore suo infirmitates nostras, idest, defectus naturæ humanæ, vt per hoc liberaret nos ab omnibus defectibus, sic dicit Remigius humanæ naturæ infirmitatem ad hoc suscepit, vt nos infirmos faceret fortes atque robustos. B

An Christus accepit omnes infirmitates nostras in suo corpore. Et quòd est duplex defectus, scilicet, spiritualis, & corporalis. Et omnes defectus spirituales in duo consistunt. item duplices sunt defectus corporales.
Quæst. LII.

QVAERETVR cum dicatur hic, quòd Christus in corpore suo accepit infirmitates nostras an accepit omnes, vel quas illatum accepit.

C Aliqui dicunt, quòd debuit omnes accipere, quia ad Hebræ. 2. dicitur ꝙ debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret, misericordia tamen respicit omnem miseriam: ergo debuit omnes defectus nostros assumere. Item dicit Damascenus, quod est inassumptibile est incurabile, sed ipse Christus venerat curare omnes defectus nostros: ergo debuit omnes assumere. Item humilitas Christi manifestatur suscipiendo defectus nostros, & tamen ipse humiliatus est quantum humiliari potuit, vt dicit Bernar. ergo omnes defectus nostros accepit. Item omnes defectus æqualiter repugnãt Diuinæ maiestati: si ergo aliquos suscepit eadem ratione omnes suscipere debuit. Item Christus curauit naturam nostram infir- D mam per gratiam, & infirmitatem quam accepit, & tamen ipse accepit omnem gratiam, quia datus est ei spiritus, & non ad mensuram Ioan. 3. ergo etiam debuit omnem infirmitatem assumere.

Dicendum, ꝙ Christus non assumpsit oẽs defect' hoim, sed accepit omnes defectus naturæ humanæ. Pro quo sciendũ, ꝙ Chr̃s assumpsit defectus nostros solum inquantũ fuerunt sibi necessarii ad hoc, ꝙ curaret nr̃os defectus. nã alias defectus nõ est aliquid appetibile ad hoc, ꝙ Chr̃s vellet defectum assumere, & quia quidã de nr̃is defectibus non erant necessarii ad sauandũ nos, sed potius repugnabant, nõ debuit Chr̃s assumere oẽs. Sunt aũt defect' qdã sp̃uales, & alii corporales. Sp̃uales qdẽ, vt ignorantia pctm̃, pnitas ad malum difficultas ad bonũ. corporales aũt, vt fames, & si- E tis, dolor, & morbi. De sp̃ualibus dicẽdũ, ꝙ Chr̃s nõ accepit illos. nõ. n. poterat, quia Chr̃s est Deus, & hõ: iõ impossibile erat ipsũ aliqd ignorare, nec ẽt erat possibile ipsum peccare, quia ipse est tota essentia bonitatis, & regula morũ, & cõsequenter impossibile erat ipsum esse pnũ ad malum, & difficilẽ ad bonum: nã dato, ꝙ Chr̃s fuisset purus homo: si tñ fuisset datus ad mysterium nostræ redemptionis non fuisset in eo aliquis defectus spiritualis, quia omnes isti defectus repugnant plenitudini gratiæ, quæ in Christo fuit Ioannis primo, vnigenitum a patre plenum gratię, & veritatis. Consistunt autem omnes defectus spirituales in duobus. s. in ignorantia, & peccato, quæ

F pertinent ad duas partes spiritus nostri, scilicet, intellectum, & voluntatem, & neuter fuit in Christo. De ignorantia patet, quia potius in eo fuerunt omnes thesauri scientię, & sapientiæ Dei absconditi ad Coloss. 2. De peccato patet prima Pet. 2. qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.

Dup... sunt ...ctus ...rpora... ...les

De defectibus corporalibus dicendum, quòd quidam sunt pure naturales, & alij sunt propter peccatum. De primis, patet, vt est indigentia cibi, & potus. nam etiam si homo nunquam peccasset cibo, & potu indigeret, & eis vteretur: ideo antequam Adã peccaret Deus dixit ei, quòd comederet de omni ligno Paradisi Genes. secundo, hic tamen licet esset indigentia cibi non est pœna aliqua, quia non esset fames, nec sitis, nam erant omnis cibus, & potus in G promptum, ita vt sumeret antequam esuriret, & sitiret, vt dicit Augustinus, & ostenditur secundo Sen ten. distinct. vigesima: istos autem defectus Christus accepit, quia cibo, & potu indigebat, & ęis vtebatur, ad istos etiam pertinet somnus, quia etiam si homo nunquam peccasset aliquando dormiret quod etiam fuit in Christo, sic dicitur infra in litera ipse vero dormiebat, & suscitauerunt eum dicentes, Domine salua nos. Alij sunt defectus prouenientes ex peccato. & hoc est generale quantum ad omnes pœnalitates. Sed istæ sunt duplices. Quædam sunt generales ad omnes homines, vt fames, sitis, dolor, tristitia, fatigatio, mors: ista autem fuerunt in Christo, nam esuriebat interdum, sicut quando iuit ad ficul- H neum, & non inuenit in ea, nisi folia infra vigesimo-primo: Mar. duodecimo, interdum autem tristabatur infra vigesimosexto: tristis est anima mea, patiebatur etiam, & moriebatur. Isti defectus fuerunt necessarij in Christo propter duo. Primo, vt nos redimeret: nam per passionem suam redempti sumus: Isa. 53. vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, non tamen poterat pati, nisi esset passibilis: ideo necesse erat, quòd esset passibilis, & mortalis. Secundo fuit hoc ad ostendendum veritatem naturæ humanæ, quia isti defectus consequuntur totam naturam in statu isto, & si Christus non habuisset eos putaretur non esse verus homo, & consequenter non esset Messias: ideo opor- I tuit, quod omnes isti defectus in eo apparerent.

Alij sunt defectus corporales nõ gñales, vt morbi, & deformitas corporum, & similia accidentia, quæ consequuntur aliqua indiuidua, & non totam speciem. & de istis dicendum, quòd non fuerunt in Christo: non enim fuit in eo aliqua corporis monstruositas, quia ista prouenit ex malitia materiæ, vel ex defectu virtutis formatiuę, & tamen virtus formans corpus Christi fuit diuina, in qua non est defectus, materia autem corporis eius fuit purus sanguis virginis: ideo non fuit monstruositas aliqua in eo, morbi autem, vt quidam dicunt non fuerunt in Christo, quia illi accidunt ex indebito regimine quod in Christo esse non potuit, sic dicit Nicol. & tamen K istud non stat, quia etiam siquis per totam vitam regatur iuxta consilium Medicorum incidet interdum in aliquos morbos saltem leues, quia cum corpus humanum sit corruptibile necesse est, quòd interdum sequuntur in eo aliquę corruptiones, quia aliàs posset tolli quod naturale est per regimen medicorum quod falsum est. Dicendum ergo, quòd Christus nullum morbum vnquam passus est, nec aliquos defectus consequentes solum indiuidua, non quidem propter conditionem regiminis, sed quia noluit assumere istos defectus: erat enim in potestate Christi assumere de natura nostra id quod vellet cum esset Dñs naturæ, nisi in illis, quæ se necessario consequuntur,

F quia ibi assumpto vno necesse est alterum assumi, vt si homo est corporeus, est & rationalis, defectus autẽ prouenientes ex peccato, siue sint generales, siue nõ, non se habent necessario ad humanam naturam: iõ poterat a Christo assumi sine illis, quia tamen fuisset inconueniens si Christus non assumpsisset defectus generales propter duas causas suprapositas: ideo assumpsit illos, defectus autem non generales, qui cõsequuntur sola indiuidua non fuerunt Christo necessarij ad aliquid, quia defectus nostri non erant Christo necessarij, nisi vt per eos posset pro nobis pati, & ostendere in se veritatem naturæ humanę, sed hæc fieri poterant sine defectibus consequentibus indiuidua per se solas pęnalitates generales: ideo Christus G nihil assumpsit de defectibus nostris, nisi defectus generales consequentes totam speciem, siue hoc sit ex conditione naturæ, siue pro peccato.

Ad primum dicendum, ꝙ Christus debuit fratrib⁹ per omnia assimilari. s. quantum ad illa, in quibus cõueniũt omnes fratres, & isti sunt defectus generales. nam sicut fuit similis omnibus in natura speciei, ita assumpsit defectus pertinentes ad totam speciem, & non defectus particulares, nec defectum gratiæ.

Ad secũdum dicendum, ꝙ Christus assumpsit qdquid fuit assumptibile, & curabile, defectus aũt non sunt curabiles, sed natura est, quæ curatur de defectibus: & ideo quantum ad hoc satis erat, ꝙ assumeret totam naturam, vt totam curaret, & non oportebat, H ꝙ assumeret omnes defectus. Aliter potest dici, ꝙ assumpsit omnes defectus, quia assumendo gñales oẽs assumpsit cum ex naturę passibilitate proueniant oẽs particulares defectus, vt febris, & cęteri morbi.

Ad tertium dicendum, ꝙ Christus debuit humiliari quantum decenter potuit, non tamen fuit decẽs ꝙ ipse, qui venerat alios in gloriam adducere ad Heb. 2. pateretur defectum gratiæ, & gloriæ, etiam nõ erat decens, ꝙ ille, qui venerat alios integros reddere, defectum pateretur in illis, in quibus cęteri integri erant: nam sicut Christus assumpsit defectus gñales, si ita debuisset assumere defectus consequentes indiuidua, nullus homo fuisset in toto orbe tam defectuosus, sicut ipse, quia nemo est cui omnes defectus I particulares hominum accidant, & sic fuisset Christ⁹ pessimum monstrum quod erat inconueniens, & per hoc minueretur auctoritas eius, & esset hominibus contemptibilis, & impediretur ad ea quę facere debebat: ideo non debuit assumere defectus cõsequentes indiuidua. Ad quartum dicendum, ꝙ oẽs defect⁹ sunt æqualiter indecentes Deo quantum ad naturam suã quia in diuina natura nullus defectus esse potest, & qcunq; daretur in eo faceret Deum non esse Deum, & tñ in natura humana assumpta non sunt æqualiter oẽs indecentes, quia defectus gñales non sunt indecẽtes, sed potius necessarij, defectus aũt particulares sũt indecentes, vt ostensum est. Ad quintum dicendum, ꝙ cum Christus curauerit naturam nostram per gra- K tiam non debuit assumere defectus repugnãtes plenitudini gratiæ, & sic non oẽs assumeret, etiam cũ Christus venerit ad curandum nostros defectus debuit esse maior nobis quantum ad perfectiones, sed nõ quãtum ad defectus: ideo non oportuit, ꝙ Christus assumeret omnes defectus nostros, sed solum, quòd assumeret illud per quod posset omnes sanare.

Videns autem Iesus turbas multas circũ se iussit discipulos ire trans fretum. Et accedens vnus scriba ait illi. Magister sequar te quocunque ieris. Et dicit ei Iesus. Vulpes Luc. 9.

foueas

foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Alius autem de discipulis eius ait illi. Domine permitte me primum ire, & sepelire patrem meum. Iesus autem ait illi. Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

Videns. Ex doctrina,& miraculis Christi prædictis sequitur hic aliquotum concursio ad ipsum,& diuiditur in duo,quia primo ponitur recessus Christi ad desertum locum. Secundo ipsius.& conuersorum ad se colloquium ibi. *Et accedens vnus* Circa primum dicitur. *Videns autem Iesus turbas multas circum se*. Idest, in circuitu suo:nam plurimi conueniebant ad eum pp miracula,q̃ faciebat, & dicebat. *Iussit discipulos ire trãs fretum*. Noluit manere cum turbis, & ad hoc iussit discipulos trans fretare:erat enim Christus apud mare Galilææ quod vocatur fretum, quia paruum mare est,quod magis vocatur lacus, vel stagnum Genesaret apud illud enim Christus prædicabat.nam & ciuitas Capharnaum,in qua ante hoc erat, vt patet supra in litera,iuxta illud mare est.

An Christus erat in Capharnaum quando fecit ea,quæ dicta sunt in litera. *Quæst.* LIII.

Quæritur an istud quod hic dicitũ fuerit in vrbe Capharnaum, in qua Chrs erat quando fecit ea,quæ habentur supra in litera.Dicendum, q̃ non erat ibi,quia nõ exierat de vrbe,quod satis apparet ex verbis suis cum dicat discipulis,q̃ vadant trans fretum,in quo innuitur, q̃ in litore maris erat quando istud dixit. Aliqui autem putant,q̃ erat in vrbe Capharnaum, quia dicitur supra in litera, q̃ vespere facto obtulerunt ei dæmonia habentes,& Lucæ 4 dicitur omnes, qui habebant infirmos ducebant illos ad eũ.& Mar. 1. dicitur & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam:hic autem dicit, q̃ videns turbas iussit ire trans fretum, ideo putant, quòd istæ turbę erant, & conuenerant ad eum in vrbe Capharnaum,sed falsum est, quia hic innuitur, q̃ Christus iussit discipulis ire trans fretum,vt deuitaret turbas,& tamen illas turbas, quæ conuenerunt ad eũ in Capharnaum non deuitauit,sed sanauit omnes languentes, quos obtulerunt ei, vt patet hic,& Lucæ 4. ergo non erant istæ turbæ,sed aliæ,quæ conuenerunt ad Christum in vrbe Capharnaum, quia tamen Matthæus nihil hic interposuit putant aliqui, q̃ fuerint eędem turbæ,sed non fuerunt. nam sæpe sacra Scriptura videtur facere aliquam narrationem continuã, & tamen omittit multa inter media,quę ex alijs locis requirenda sunt.

An eadem die, qua Christus sanauit infirmos in Capharnaum iussit discipulis transfretare. Et quare ipse iuit in desertum locum. *Quæst.* LIIII.

Quæritur an eadem die, qua Christus sanauit infirmos in Capharnaum iussit discipulis transfretare.

Dicendum, quòd non, quia sicut dicitur supra in litera, & Mar. 1.& Lucæ quarto, conuenerũt turbæ ad Christum in Capharnaum post Solis occasum, & tunc sanauit infirmos eorum mansitque ibi eadem nocte: nam iam non erat tempus eadem die

A trans fretandi,& magis innuitur Lucæ 4. vbi postquã dicitur cum occidisset Sol omnes, qui habebant infirmos ducebant illos ad eum subditur, facta autem die egressus ibat in desertum locum, & Mar. 1. dicitur, & diluculo valde surgens egressus abijt in desertum locum, & sic patet, q̃ illa nocte dormiuit in Capharnaum, & sequenti die recessit inde.

Dicendũ etiam, q̃ istę turbæ non conuenerunt ad eum sequenti die postquam fuit in Capharnaum, sed aliquot diebus interpositis, sic patet, quia Mar. 1. dicitur, q̃ diluculo surgens abijt in desertum locum, & secutus est eum Simon, & qui cum illo erant,& dixit eis Christus eamus in proximos vicos, vt ibi prædicem.& sequitur,& erat prædicans in synagogis eorũ,

B idem dicitur Lucæ 4. ergo post exitum de Capharnaum non transfretauit immediate, sed iuit ad loca proxima, & prædicabat ibi, & postea transfretauit. Matthæ.tamen omisit hic ea,quæ Mar.& Luc.expresserunt, sic dicit August.lib.de concor. Euangelistarũ. s.manifestum est autem alium esse diẽ, quo iussit ire trans fretum, non eum, qui sequitur illum, in quo socrus Petri sanata est, quo die Mar.& Luc.eum in deserto tum exisse affirmant.

Sed obijciet, q̃ sequenti die post exitũ de Capharnaum istę turbę conuenerint ad eum, quia Lucæ 4. postquam dicitur cum Sol occidisset &c. sequitur facta autem die egressus ibat in desertum locum,& tur

C bæ requirebant eum,& venerunt vsque ad ipsum.

Dicendum, q̃ sequenti die post exitum de Capharnaum venerunt ad eum habitatores ipsius vrbis,& volebant eum tenere in Capharnaum, ipse autem noluit dicens. quòd volebat prędicare alijs ciuitatibus, & tunc dimiserunt eum, & cępit prædicare in Synagogis Galilææ, & post hoc aliquot diebus conuenerunt ad eum turbę multæ, & tunc volens eas deuitare iussit discipulis ire transfretum: patent prædicta,qa nocte illa, qua Christus sanauit infirmos Capharnaũ mansit ibi,& dicitur Mar. 1. q̃ diluculo valde surgens abijt in desertum locum, hoc autem fecit, quia sciebat, quòd turbæ venturæ erant ad ipsum, vt tenerent eum, & ideo antequam venirent, surrexit valde diluculo, & iuit in desertum locum, scilicet, vt turbæ

D nescirent, quo iret.nam etiam discipulis suis nescientibus recessit. vnde dicitur Mar. 1. egressus abijt in desertum locum ibique orabat, & secutus est eum Simon, & qui cum illo erant, & cum inuenissent eũ dixerunt ei omnes quærunt te. & sic apparet, quòd Christus solus exiuit de Capharnaum, quia alias discipuli sui non quęrerent eum vbi erant, & quando Petrus inuenit eum dixit omnes quærunt te,& Christus ait eamus in proximos vicos, vt ibi prædicem, & sic videtur quòd Christus quãquàm vidit turbas ad se venientes non dixit, quòd irent trans fretum, sed quòd irent ad proximos vicos ad prædicãdum, & ita fecit.nam dicitur eodem cap.& erat pędicans in synagogis eorum.idem innuitur Lucæ 4.nam dicitur q̃

E facta die ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, scilicet, turbæ de vrbe Capharnaum, & veniunt vsque ad ipsum.istæ sunt turbæ, de quibus dicitur Mar. primo, quòd Petrus dixit omnes quęrunt te, & dicitur Lucæ quarto, quòd istæ turbę detinebant illum ne discederet ab eis, scilicet, volentes tenere eum in vrbe Capharnaum, quia viderant mirabilia, quæ ibi fecerat, & ipse ait. & alijs ciuitatibus oportet me Euangelizare regnum Dei. & sequitur, & erat prædicans in synagogis Galilææ, & sic non iussit Christus discipulis ire trans fretum sequenti die, scilicet, die qua exiuit de Capharnaum, sed interpositis aliquibus diebus,

Quare Christus visis turbis iussit discipulis ire trans fretum, Quæst. LV.

QVAERETVR, quare Christus visis turbis iussit discipulis ire trans fretum.

Dicendum, quòd propter multa. Primo, vt vitaret gloriam humanam, quia videbãt eum facere multa mirabilia, & noluit manere corã eis, instruens nos per hoc in operibus nostris ostentationem vitare, sic dicit Chrysostomus in Homilia; Christus non solum corpora curabat, sed & animam emendabat, & veram sapientiam monstrare voluit, non solum ęgritudines soluendo, sed etiam nihil ad ostentationem faciendo, ideo dicitur videns autem turbas iussit ire trans fretum.

Secundo fuit ad vitandum inuidiam Iudæorum, quia licet turbæ bono animo Christum quærerent, erant aliqui maleuoli, qui de mirabilibus Christi tristabantur, & illos Christus voluit deuitare cedens inuidiæ eorum ad tempus, sic dicit Chrysostom. in Homilia, scilicet, iussit discipulis ire trans fretum inuidiã Iudaicam mitigans, & docens, nihil nos ad ostentationem facere, sic fuit ante hoc viuente Ioanne Baptista, & prædicante, quia cum Christus tunc prædicare inciperet Pharisęi dicere incęperunt, quòd plures discipulos Christus faceret quàm Ioan. quod Christus audiens recessit de Iudæa vbi erat Ioan. & venit in Galilæam Ioan. quarto.

Tertio fuit hoc ad vitandum importunitatem turbarum, quia videntes Christum tanta mirabilia facere adhærebant ei, ita vt ipsum comprimerent: ideo quãdo vidit multas turbas apud se iussit discipulis ire trans fretum, sic dicit Remigius, hoc fecit volens turbarum importunitatem declinare: erant enim ei affixi, & admirantes eum, & videre ipsum volentes: quis enim discederet a talia miracula operante? quis non in facie eius simplicitatem vellet videre, & os talia loquens?

Quarto fuit ad vitandum applausum populi, & honorem, quem forte vellent sibi tribuere, sic dicitur Ioan. sexto, postquam Christus miraculose saturauit turbas, quòd cum cognouisset, quod venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit in mõtem ipse solus.

Quinto fuit ad erudiendũ prædicatores: fuit enim Christus prædicator, quia ad hoc missus fuerat Mar. primo, & Lucæ quarto, & quia prædicator non debet semper esse cum turba, nec semper ab illa sequestratus, vt ostensum est supra quarto capitulo: Christus per exemplum manifestauit hoc innuens, quòd aliquando manendum erat cum turbis, & aliquando oportebat fugere eas.

Sexto fuit forte ad habendum aliquam quietem, vel recreationem temporalem, quia turbæ interdum ita Christum occupabant, quòd non erat ei locus ad capiendum cibos Mar. sexto, venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum: erant enim, qui veniebant, & redibant multi, & nec manducandi spacium habebant.

Septimo fuit hoc ad orandum in locis remotis, & ita fuit nunc. nam Mar. primo dicitur, quòd diluculo surgens abijt in desertum locum ibique orabat, & in hoc prędicatores instituit ad orationem sæpe recurrere, vt quod non possunt legendo orando saltem accipiant, & intelligant, & sic Christus propter multa voluit recedere a turbis, & quando recessit non aspere expulit turbas quasi contemnens eas, vel indignatus eis: nam non dixit turbis, quòd recederent, sed discipulis iussit transfretare. sic dicit Chrysostom. in Homilia, vide qualiter turbas modo similiter abijcit, vt

F non offendat. non enim dixit recedite, sed vltra discipulos iussit abire, spem dans turbæ eundi etiam illuc.

Et accedens. Hic ponitur conuersorum ad Christum colloquium, & agitur hic de duobus, scilicet, de vno scriba quem repulit, & de vno discipulo quem recepit. Et dicitur. *Et accedens vnus scriba.* Scriba est nomen sapientis. nam apud Latinos viri periti sapiẽtes vocantur, apud Iudæos autem scribæ, & apud Persas Magi, vt ait Remigius iste scriba accessit ad Christum, vt singulariter ei loqueretur.

Et ait Magister sequar te quocunque ieris. Per hoc innuebat, quòd vellet esse discipulus eius, & sequi eum in omni loco: ista enim erat differentia discipulorum Christi, & turbarum, quia turbæ ad tempus sequebantur Christum, & postea recedebant: G Discipuli autem inseparabiliter adhærebant ei. *Dicit ei Iesus.* non enim recepit eum, & ideo sequuntur verba ostẽdẽtia, quòd non conueniat illi scribę, sequi Christum, iuxta intentionem suam.

Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos. Quasi dicas, tu vis sequi me propter aliqua temporalia lucra sed non est locus, quia ego nihil possideo: nam etiã volucres cœli, & vulpes plura possident quàm ego, cum vulpes habeant foueas, & volucres nidos, ego autem nihil habeam.

Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Idest, ego. vocat enim seipsum filium hominis, quia verus homo erat de homine natus, scilicet, de Virgine: nam licet esset verus Deus, Iudæi tamen non cogno H scebant adhuc eum, vt Deum, sed vt hominem: ideo hominis filium se vocabat, & dixit non habet vbi reclinet caput, idest, saltem caput ad innuendum, quòd minus habet quàm vulpes, & volucres, quia vulpes in foueis suis spaciose manent, volucres autem in suis nidis totę capiuntur, ego vero etiam vbi solum caput ponam non habeo, quantomagis totum corpus, dicit de hoc Chrysostomus aspice qualiter paupertatem quam Dominus docuerat operibus demonstrauit: non enim erat ei mensa, non candelabrum, non domus, nec quodcunque aliquid talium. De paupertate Christi dicetur forte Lucæ nono: vel ibi remittetur ad alia. *Alius autem de discipulis eius ait illi.* Hic ponitur ille, quem Christus acceptauit, licet petitionibus I eius pro nunc non consensit. & dicitur alius de discipulis eius, in quo innuitur, quòd scriba, de quo supra dicitur nondum erat Christi discipulus, sed fieri volebat, iste autem, de quo hic dicitur iam erat discipulus quod satis apparet ex eorum petitionibus, quia scriba dicit sequar te, idest, volo sequi te, alius autẽ petiuit a Christo licentiam dicens permitte me ire, & sepelire patrem meum, & tamen si nondum esset Christi discipulus non oportebat, quòd licentiam peteret, quia iure suo ire poterat, quo vellet. *Domine permitte me primum ire, & sepelire patrem meum.* Idest, antequam sequar te inseparabiliter, permitte me ire ad sepeliendum patrem meum, quasi dicat, postea veniam, & sequar K te semper. *Iesus autem ait illi sequere me.* Idest, non cõcedo tibi licentiam recedendi saltem ad tempus, sed volo, quòd sequaris me semper, scilicet, inseparabiliter. *Et dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Quasi dicat, non est iusta causa tibi petendi licentiam, vt sepelias patrem, quia alij sepelient eum, & dicitur dimitte mortuos, scilicet, mortuos in peccato, vel in incredulitate sepelire mortuos suos, idest, cognatos suos morientes naturaliter, quasi dicat. ego elegi te ad vitam æternam, & vt hic prædices regnum Dei: ideo propter carnales occupationes non est iustum te impediri, quia alij cognati tui sunt, qui sunt mortui, idest, in incredulitate, & peccato manentes, & non sunt electi ad hoc ministerium: ideo illi poterũt

Paupertas Christi

sepelire

sepelire patrem tuum, qui est cognatus eorum, & alios cognatos suos naturaliter morientes, qui dicitur mortui sui, idest, mortui pertinentes ad eos, quia propter cognationem pertinet ad ipsos specialiter exhibere eis officium funeris, vt innuitur Leui. decimo, & magis vigesimoprimo.

Quando fuit istud quod habetur hic.
Quaest. LVI.

QVAERETVR quando fuit istud quod habetur hic, an fuit postquam Christus iussit discipulis ire trans fretum, & an immediate post hoc, vel quo tempore.

Dicendum, quòd non apparet ex litera: nam Luc. qui etiam ista refert non continuat ea cum præcedentibus, quia illud quod habetur supra de factis Christi in vrbe Capharnaum habetur Lucæ quarto, quod autem ponitur hic de scriba, & alio discipulo habetur Lucæ nono, potest tamen dici, quòd Christus videns turbas circa se iussit discipulis ire trans fretum, & post hoc, siue postquam transfretauerunt, siue antequam transfretarent acciderunt ista, quæ habentur hic, & istud est conuenienter dictum, vt teneatur ordo, quem ponit hic litera. & videtur potius dicendum, quòd acciderunt ista inter mandatum Christi de transfretando, & transfretationem, quàm post illam, quia sic habet ordo literæ: nam supra dicitur, quòd iussit discipulis ire trans fretum, & deinde ponuntur, quæ dicta sunt de scriba, & alio discipulo, & postea dicitur infra in litera, & ascendente eo in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius, & sic post hæc fuit transfretatio, & hoc tenet Remigius dicens quid inter iussionem Domini de transfretando, & transfretationem gestum sit Euangelista studuit manifestare cum ait, & accedens vnus scriba ait &c. & hoc etiam innuitur Lucæ nono, scilicet, factum est ambulantibus illis in via dixit quidam ad illum, sequar te quocunque ieris. & sic innuitur, quòd postquam iussit transfretare antequam realiter transfretarent dum ambularet in via forte ad transfretãdum acciderunt hæc: ita enim fuit in veritate: sic dicit Origenes concordans Luc. & Matthæ. scilicet, quod autem Matth. dicit nunc istud gestum quando iussit, vt irent trans fretum Luc. vero ambulantibus illis in via non est contrarium: quia viam vtique ambulabant, vt venirent ad fretum.

Quare Christus non recepit scribam hunc ad discipulatum suum cum ille hoc peteret.
Quaest. LVII.

QVAERETVR quare Christus non recepit istum scribam ad discipulatum suum cum ille hoc peteret.

Dicendum, quòd propter multa. Primo, quia indignus erat forte propter peccata, sic dicit Cyrillus: Dominus non simpliciter, & improuidis singulis dat superna, & diuina dona, sed illis, qui digni sunt recipere, qui scilicet, animam suam alienant a maculis prauitatum.

Secundo, quia non se humiliauit, nec Christũ honorauit quantũ debuit nõ reputans eũ Deũ, & Dñm, sed tanquam vnum de doctoribus legis vocauit eum magistrum. sic dicit Hier. super Matth. iste scriba, qui tm̃ nouerat literam occidẽtem si dixisset dñe sequar te quocunq; ieris non fuisset repulsus a Domino, sed quia magistrum quasi vnum de pluribus extimabat, & literator erat, & non spiritualis auditor non habet locum, vt in eo possit Christus caput suum reclinare,

A istud collegit Hier. ex diuersitate locutionis, quia iste dixit Magister, & alius qui sequitur dixit Domine, & illum Christus tenuit in discipulatu, vnde Hier. dicit ibidem quid simile inter scribam, & discipulum? ille magistrum vocat hic dominũ cõfitetur. Tertio fuit, quia iste desiderabat habere lucra tpalia a Christo: nam erat scriba, & peritus in lege, & putauit quòd si fieret Christo familiaris posset colligere magnam pecuniam ab his, qui curarent a Christo. sic dicit Hieron. vbi supra ostenditur scribã ob hoc repudiatũ, quod signorũ videns magnitudinem sequi voluerit Saluatorẽ, vt lucra ex operum miraculis quæreret. hoc idem desiderans, quod Simon magus a Petro emere voluerat, & sic etiam dicit Theophilus quia viderat Dominum multum populum adducentem putaret, quod ab eis haberet preciũ,
B & quòd si ipsum Dominum sequeretur posset pecuniã cõgregare. Quarto fuit hoc pp superbiã, quia iste scriba non fuit contentus cum reliqua turba sequi Christum: nam multi sequebantur eum, ita vt vix posset habere spacium manducandi præ turba Mar 6. & nemo dicebat ei Dñe sequar te, iste autem quasi esset cęteris excellentior dixit singulariter accedens Magister sequar te. meruit ergo repelli pp superbiam cum Christus esset doctor humilitatis infra 11. discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & infra 19. nisi humiliati fueritis, & efficiamini, sicut paruuli non intrabitis in regnum cœlorum, sic dicit Chrysosto. in Homilia vide quantus est tumor: ita enim aduenit, & locutus est, sicut dedignans cum turba annumerari, sed
C ostendens quod super multos est ipse. Quinto fuit propter paucitatem fidei istius scribæ, quia quasi dubitãs an deberet sequi doctrinam Christi dixit Magister sequar te, idest, nunc bonum est, quod sequar te, & tamen de eis, quæ in fide sunt non debet dubitari, sed debẽt tanquam certissimi præsupponi, quia dubius in fide, infidelis est, extra de hæret cap. dubius. sic dicit Hilarius, iste scriba, qui est vnus ex doctoribus legis, an sit secuturus interrogat quasi lege non contineretur hunc esse Christum, quem vtile esset sequi, igitur infidelitatis affectum sub diffidentia interrogationis expressit, quia fidei assumptio non interroganda est, sed sequenda. Sexto fuit, quia iste scriba tepide & inerter accessit ad Christum non considerans, quod
D res magna erat fieri discipulum Christi. & tamẽ ipse quasi nihil peteret, non attente, sed qualitercunq; accessit ad Christum, & hoc innuitur Lucæ nono. s. factum est ambulantibus illis in via dixit quidam ad illum sequar te quocunque ieris, & tamen ista res magna petenda erat cum grauitate, & attentione quando Christus alicubi maneret, sic dicit Cyrillus.

Septimo fuit, quia iste non erubuit petere rem magnam. s. fieri Christi Apostolum, & habere dignitatẽ
E aliquam apud eum: nam si solum vellet effici discipulus eius, idest, auditor non oportebat, quòd aliquid peteret ab eo, quia ipse iure suo poterat sequi illum euntem quocunque vellet, sicut turbæ ipsum sequebantur nulla petita licentia: sic dicit Cyrillus: nec enim simpliciter Christum sequi petebat, sicut alij plures de populo, sed magis insiliebat ad Apostolicas dignitates, cum Paulus dicat non assumat quisquam sibi honorem, sed a Deo vocatus, sicut Aaron ad Hebr. quinto.

Octauo fuit, quia iste scriba valde se exaltauit volens aliquo modo se ęquiparare Christo inquantum dixit sequar te quocunque ieris, sic dicit Athanasius, ausus fuit æquiparare se incomprehensibili Saluatoris potestati dicens sequar te quocunque ieris. Nono, quia iste scriba non erat dispositus ad sequendum Christum, licet diceret, quod volebat eum sequi, quia qui vult fieri discipulus

Christi debet tollere crucem suam, & sequi eum infra decimo, Lucæ 14. quod non faciebat iste scriba habēs adhuc temporales affectus, sic dicit Cirillus recusabilem eum facit, quia deceat ipsum accipere crucem suam ad sequendum dominum, & abrenunciare præsentis vitæ affectibus, & hoc dominus in eo reprehēdit. Omnes istæ causæ sunt satis conuenientes, & tamen tertia est melior omnibus, quia istam Christus expressit in litera: venerat enim iste scriba non desiderio doctrinæ, sed lucri, & hoc Christus exclusit dicens, vulpes foueas habent, quasi dicat, non potes aliquid mecum lucrari cum pauper ego sim, & in paupertate viuere velim, & non respondit Christus directe ad verba scribæ, sed ad intentionem, vt per hoc eum magis increpet, vt dicetur sequenti quæst. etiam quia voluit corrigere eum a praua intentione: nam non simpliciter Christus illum repulit, quia bonum erat fieri Christi discipulum quod ille petere videbatur, quia tamen iniquo animo petebat, debuit emendari, vel repelli.

Quare Christus dixit Scribæ vulpes foueas habent, &c. & non respondit directe ad petitionem suam. Et quid per ipsius Christi verba significabatur. Quæst. LVIII.

QVAERETVR, quare Christus dixit isti Scribæ, vulpes foueas habent, &c. & non respondit ei directe ad petitionem suam.

Dicendum, quòd propter multa. Primo, quia Christus voluit per hoc ostendere, quòd sciebat intētionem scribæ cum responderet iuxta intentionem eius, & non iuxta verba, & hoc erat conueniens, vt scriba, qui prauo animo venerat sciret se non posse Christum verbis fallere, qui animum eius plenè nouerat, & ita desisteret de cetero mala sub bonorum velamine a Christo petere, sic fuit Lucæ septimo, quando Maria Magdalenæ tangente pedes Christi, dixit Pharisæus, iste si esset Propheta sciret quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum, & hoc dixit Pharisæus in corde suo, & tunc Christus ostendit, quòd sciebat, quæ mulier erat ista, ita ait erubesceret Pharisæus.

Secundo fuit ad increpationem istius scribæ, quia cum ipse peteret Christi familiaritatem propter lucrum dignus erat magna reprehensione, & non erat satis, quòd simpliciter repelleretur, sed quòd etiam crimen eius proderetur, sic dicit Chrysostomus in Homilia, respondet ei Christus non ad interrogationem verborum, sed ad consilium mentis obuians.

Tertio fuit, vt alijs hoc innotesceret, & auferretur eis occasio similia petēdi a Christo: si enim Christus simpliciter repulisset eum, alij nescirent quare repellebat illum, & non erudirentur: vnde poterant postea similia a Christo petere, cum autem diceret, vulpes foueas habent, manifeste ostēdebat, quòd eum repelleret, quia ex auaritiæ desiderio veniret, & sic iam nemo taliter petere auderet.

Quarto fuit, quia Christus voluit istum scribam corrigere de prauitate sua: non enim intendebat simpliciter eum repellere ne ipsum sequeretur, sed vt non sequeretur eum ex auaritia, & tamen si non expressisset ei iniquitatem suam, non posset eum corrigere: ideo expressit, quia tamen ille scriba solo desiderio diuitiatum illum sequi volebat, cum audiuit sibi dictum vulpes foueas habent, &c. non secutus est amplius Christus, si tamen fuisset recta intentio eius, vt Christi discipulus fieret, vel per verba eius fuisset emendatus, sequeretur post hoc Christum, sed non secutus est, sic dicit Chrysostomus in Homilia hoc nō

F erat auertentis, sed arguentis malum consilium si vellet forte cum expectatione paupertatis Christum sequi, & vt discas eius malitiam audiens hoc, & correctus non dixit paratus sum sequi, sed potius videtur quòd tristis, vel indignans recesserit, quia contra voluntatem eius istud erat, sic dicitur infra decimonono, de illo iuuene cui Christus dixit vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequitur cū audisset adolescens verbum illud abijt tristis: erat enim habens multas possessiones.

Quinto fuit, vt Christus tolleret scandalum, quod sequeretur ex sua responsione si simpliciter scribam repelleret: videbatur enim ille rem bonam petere, scilicet, fieri Christi discipulum, si vero Christus eum

G repelleret non expressa causa, mirarentur turbæ cum hoc faciebat, & aliqui scandalizarentur putantes forte, quòd ex inuidia eum repellebat, quia vir peritus erat: ideo expressit causam, vt videretur, quòd repellebat eum ab auaritia, & non a discipulatu, & sic significauit, quòd nihil poterat eum coacquirere, nec possidere cum ipse iuberet discipulis suis non possidere aurum, nec argentum infra decimo, sic dicit Hieronymus, & Beda, quid me propter diuitias, & sęculi lucra cupis sequi cum tantę sim paupertatis, vt nec hospitiolum quidem habeam, & tecto vtar non meo.

Aliter potest intelligi, quòd Christus increparet per ista verba tria vitia huius scribæ, scilicet, infidelita-

H tem, dolositatem, & superbiam, sic dicit Augustinus, filius hominis non habet vbi caput suum reclinet, scilicet, in fide tua: vulpes enim habent foueas in corde tuo, quia dolosus es, volatilia cœli habent nidos in corde tuo, quia elatus es, dolosus, & elatus non me sequeris, quod magis aperit Grego. decimonono Moralium dicens, vulpes valde fraudulenta sunt animalia, quæ in fossis absconduntur cumque apparuerint nūquam rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus currunt, volucres vero alto volatu se sublevant: nomine ergo vulpium dolosa, & fraudulenta, nomine autem volucrum hæc eadem superba dæmonia designantur, ac si dicat fraudulenta, & elata dæmonia in corde tuo inueniunt habitationem suā,

I humilitas mea requiem in superba mente non inuenit.

Aliter etiam potest dici, quòd iste scriba propter solam curiositatem, & superbiā sequi volebat quod per aues designatur, & tamen per quandam dolositatem istud occultabat, quasi vellet Christi esse discipulus, quæ dolositas in vulpe designatur, sic dicit Augus. lib. de quæstionibus Euangelij, scriba miraculis motus propter inanem iactantiam eum sequi voluisse quam signant aues, finxisse autem discipuli obsequium, quæ fictio vulpium nomine significata est, omnes isti modi sunt conuenientes, sed videntur esse mystici sensus: veritas autem est, quòd iste scriba volebat Christum sequi propter auaritiam quam in

K eo Christus redarguit dicens vulpes, &c. vt supra expositum est.

Quomodo Christus publicauit hic peccatum Scribę dicens vulpes, &c. Quæst. LIX.

QVAERETVR quomodo Chrs publicauit hic peccatum istius scribæ dicens, vulpes, &c. designans eum esse auarum, & vr quod non debuerit hoc publicare, quia peccatum istius erat occultum, & non est publicandum peccatum alicuius quādiu occultum manet. Dici potest vno modo, quod Christus non publicauit pctm̄ istius, quia forte sibi soli locutus est istud: nā dicitur hic, quod accessit iste scriba ad Christum,

Christum, & Luc.9. dicitur, quòd ibat tunc Christus in via, & sic esse poterat, quòd ille scriba accessit ad Christum solum ambulantem, & locutus est ei, & Christus sibi responderet vulpes &c. & sic peccatũ eius non reuelaretur alijs. Aliter potest dici, & meli⁹, quòd etiam si Christus diceret istud coram turbis nõ esset inconueniens, quia cogebat dicere ad se defendendum: nam si hoc non dixisset non habebat causam repellendi eum, cum ille videretur honestum petere, scilicet, quòd efficeretur discipulus eius, & tunc videretur Christus irrationabiliter eum repellere quod erat inconueniens: ideo debuit ei ostendere vitium propter quod ipsum repellebat. & quod peccatum eius Christus ibi publicaret sibi imputet ille scriba, quia talem se constituerat, quòd necesse erat, ꝙ Christus peccatum eius ei obijceret ad euadendum inconueniens: sic enim fit in iudicio humano, quia potest vnus obijcere alteri crimina quæcunque voluerit, etiam si sint occulta, vt esse symoniacũ periurũ adulterum homicidam, vt per hoc possit elidere eũ ab eo quod petit, & hoc in defensionem iuris sui, & licitum est hoc tam de iure humano quàm Diuino, dũ tamen iste non agat principaliter animo infamandi alterum, sed defendendi ius suum, & repellendi eum ab eo quod iniuste petit.

Si autem obijciatur, quòd peccatum alicuius non est publicandum nisi secundum formam correctionis fraternæ de qua infra 18.

Dicendum, ꝙ est verum quando ille, qui peccauit nihil agit contra aliquem propter quod necesse sit crimen illius reuelare: nam tunc licebit illud reuelare ad se defendendum, & ita Christus fecit hic: nam si iste scriba nihil Christo dixisset, licet esset auarus, & illiciti lucri appetitor Christ⁹ nò dixisset ei vulpes &c. ostendendo auaritiam eius, quia tamẽ se ingessit ad discipulatum Christi, & non poterat honeste repelli nisi expresso crimine eius, debuit repelli id exprimendo.

An ille esset Christi discipulus, vel aliquis de turba, qui petiuit a Christo permitti sepelire patrem. Et quæ requirantur ad esse discipulum. Quæst. LX.

QVÆRETVR de isto, qui petiuit a Christo permitti sepelire patrem, an esset discipulus eius, vel aliquis de turba.

Dicendum ꝙ erat discipulus, quia hic in litera dr̃ alius autem de discipulis eius. Sed obijcietur, quia Luc.9. vbi illud ponitur dicitur, ꝙ Christus dixit ad alterum sequere me, & sic videtur, ꝙ nondũ erat discipulus, quia aliàs Christus non peteret ab eo, quòd sequeretur ipsum. Aliqui dicunt, ꝙ non erat discipulus, sed solum erat auditor eius, & propter hoc vocatur discipulus, & ita Christus potuit ei nunc dicere, ꝙ sequeretur ipsum, quia licet esset auditor nullã adhuc habebat adhęrentiam nec familiaritatem ad ipsum. Sed Dicendum, ꝙ non stat, quia sic non vocaretur discipulus: non.n. vocabantur discipuli omnes de turba quotquot Christum audiebant. Secundo patet, quia tunc non esset differentia inter scribam de quo supra, & istum, quia etiam scriba auditor erat Christi, sed non vocatur discipulus, & iste vocatur specialiter discipulus. Tertio patet, quia discipulus importat quandam familiaritatem, & inseparationem, ita ꝙ illi soli vocabantur discipuli Christi, qui habebant specialem familiaritatem ad eum, & non sufficit ad hoc audire solum verba illius, sic cęcus sanatus a Christo dixit Pharisæis, nunquid & vos vultis discipuli eius fieri? & maledixerunt ei dicentes: tu discipu-

A lus illius sis Io.9. sic etiam dicitur Io.19. cap. de Ioseph ab Arimathia, quòd erat discipulus Christi occultus tamen propter metum Iudæorum, si tamen ad esse discipulum sufficeret audire doctrinam Christi: etiã illi Pharisæi cum sępe audiuissent Christum, & in templo docentem dicerentur discipuli eius, sed non erãt, immo maledixerũt cęco sanato, quia dixit eis an vellent fieri discipuli Christi: sic etiam patet de Ioseph ab Arimathia, quia si vocaretur discipulus solum propter audire Christum prædicantem, non timeret Iudæos propter esse Christi discipulum, cum totus populus Christum prædicantem audiret, & tamen timuit, q̃ dicitur, quòd erat occultus discipulus Christi propter metum Iudæorum Io.19. cap.

Dicendum ergo quòd ad esse discipulum requiritur primo, quòd audiat doctrinam cum Magister, & discipulus sint correlatiua. Secundo requiritur, quòd illi doctrinę firmiter adhęreat, quam audit credens eam esse veram, sic innuitur Io 9. cũ cęcus dixit Pharisæis nunquid, & vos vultis discipuli eius fieri? & illi dixerunt tu discipulus illius sis, nos autem Moysi discipuli sumus, nos scimus, quia Moysi locutus est Deus hunc autem nescimus vnde sit, quasi dicat, quia Moysi locutus est Deus firmiter credimus verba Moysi, & sic sumus discipuli eius per istam firmam credulitatẽ, sed de isto nescimus vnde sit: ideo nolumus credere ei, & sic non sumus discipuli eius. Primum habebant omnes tam Pharisæi quàm turbæ, quia omnes audiebant verba Christi, sed nondum erant discipuli. Secundum habebant multi de turba, quia audientes verba eius, & videntes signa credebant in eum Ioan.2. & 7. Pharisæi autem non habebant istud secundum, quia licet audirent non credebant, sed potius audire volebant, vt haberent de quo Christum increparent sic dicitur infra 12. & Luc.6. intrauit Iesus in synagogam sabbato, obseruabant autem scribę, & Pharisæi si in sabbato curaret, vt inuenirent vnde accusarent eum. Tertio requiritur aliqua familiaritas, & hoc patet in Ioseph ab Arimathia de quo dicitur, ꝙ erat discipulus Christi occultus tamen propter metum Iudæorũ, si tamen non requireretur ad esse discipulum, nisi audire, & credere, poterat hoc facere ipse Ioseph sine timore Iudęorum, quia nemo sciret an crederet, vel non. nam propter audire solum Christum non erat sibi causa timendi, cum etiam Pharisęi, & totus populus sępe Christum audirent, habebat ergo insuper Ioseph quandam familiaritatem ad Christum, & illa erat occulta propter metum Iudæorum: nam per hanc cognoscerent Iudæi, quòd vere erat discipulus eius, sic etiam fuit de Nicodemo, qui erat discipulus Christi in occulto cum ipse esset vnus de Pharisæis Io.7. cap. ideo non audebat venire ad eum per diem, sed veniebat per noctem Io.3. istud autem non habebat turba, quia licet plurimi de turba audientes Christum crederent in eum, tamen non adhęrebant ei per aliquam familiaritatem, sed audiebãt verba eius quando volebant, & recedebant quando volebant non petita licentia aliqua a Christo.

Quarto requiritur vocatio specialis: nam esse Christi discipulum erat gradus quidã excellentiæ, & nemo debebat illũ sibi vsurpare, sed qui vocaretur a Deo ad Heb.5. nemo sibi assumat honorẽ, sed q̃ vocatus est a Deo, sicut Aaron, & ita legitur de multis Christi discipulis, quòd fuerint vocati a Christo, vt patet de Petro, & Andrea Iacobo, & Io. supra 4. & Mar.1. & de Mat. patet sequenti cap. & Mar.3. Quinto requiritur assignatio specialis alicuius officij, vel gradus, sic patet Luc.10.1. post hoc autem designauit Dominus alios 72. discipulos, & misit illos binos ante faciem suam, & ibi habetur quomodo isti assumebantur ad officium

officium prædicandi, & datur eis tota regula quam obseruare debebant, & hoc etiam fuit in isto, quia Christus misit eum ad prædicandum Luc. 9. Prima quatuor faciunt esse aliquem discipulum Christi imperfecte, sed quintum facit esse perfecte discipulum. De isto autem dicendum, quòd erat discipulus Christi imperfecte ante hoc, nunc autem Christus fecit eum perfecte discipulum, & sic ante istud fuerant in eo quatuor prima: nam etiam vocatus fuerat ad familiaritatem eius, sed nondum fuerat ei assignandum officium prædicandi: ideo non adhęrebat Christo firmiter, sed aliquando recedebat, nunc verbo Christus voluit retinere eum ad hoc, quòd sequeretur ipsum inseparabiliter, & ad hoc dixit sequere me, & tunc assignauit ei officium prædicandi, quia Luc. 9. dicitur sine vt mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade, & annuncia regnum Dei. Simile pater de Petro, & Andrea, qui prius ad Christum accesserunt assumpti ab eo ad quandam familiaritatem Ioan. 10. & postea venerunt cum eo de Iudæa in Galilęam, & fuerũt cum ipso in Chana Galilęæ in nuptijs Io. 2. & vocantur ibi discipuli eiꝰ, scilicet, imperfecte, quia post hoc recesserunt ab eo redeuntes ad negocia sęculi, & piscabantur, vnde oportuit, quòd Christus eos vocaret iterum de piscatione supra 4. & Mar. 1. & tunc assumpsit eos ad officium prædicandi dicens venite post me faciam vos fieri piscatores hominum supra 4. idest dabo vobis officium prædicandi, vt ostensum est eod. cap. q. 99. & 100. & tunc fuerunt discipuli Christi perfecte, non tamen adhuc erant facti Apostoli per istam vocationem, sed postea Christus cum haberet multos discipulos de illis elegit 12. quos Apostolos nominauit infra 10. & Mar. 3. & Luc. 6. ideo iste erat discipulus Christi imperfecte ante hoc, quia iam fuerat vocatus ab eo, & tamen nunc factus est perfecte discipulus eius per istam vocationem, quia nunc assignatum fuit sibi officium prædicandi, & sic Mat. vocat hic istum discipulum Christi, scilicet, imperfecte sicut Io. 2. Petrus, & Andreas, & alij vocantur Christi discipuli, quod autem dr̃ Luc. 9. ꝙ Christus dixit ad alterum sequere me non est sensus, ꝙ nunc de nouo eum ad se vocabat, sed ꝙ vocauit eum ad sequẽdum se perfecte, & inseparabiliter quod satis apparet, quia ille dixit Dñe permitte me primum ire, & sepelire patrem meum, quasi dicat, si semel incipio sequi te inseparabiliter non potero recedere a te ad aliquid faciẽdum: ideo permitte mihi primum sepelire patrem meum, & tunc sequar te inseparabiliter.

Quare Christus istum petentem recedere retinuit, & scribam volentem accedere repulit. Et quòd Deus non dat vitam æternam homini antequam mereatur, nec pœnam antequam demereatur. Quæst. LXI.

QVAERETVR, quare Christus istum petentem recedere retinuit, & scribam volentem accedere repulit.

Dicendum, ꝙ propter multa. Primo, quia iste erat iam discipulus, & ideo non erat permittendus facere aliquid contra conditionem discipulatus, & quia si recederet nunc forte impediretur postea redire, vt dicetur infra 7. non permisit eum Christus recedere, scriba autem nondum erat discipulus Christi, sed fieri volebat, & quia non erat decens, quòd reciperetur propter ea, quæ dicta sunt supra quæstio. 57. repulit eum Christus.

Secundo fuit qa scriba locutus est superbe nõ honorans Christum quantum deberet vocans eum magistrum quasi vnum de cęteris doctoribus legis, iste F autem discipulus vocauit eum Dominum dicẽs Domine permitte me, sic dicit Hiero. super Mat. quid simile est inter scribam, & discipulum? ille magistrum vocat, hic Dominum confitetur.

Tertio fuit, quia discipulus iste rem bonam petebat. s. patrem sepelire, quod ad naturalem pietatem pertinet, scriba autem rem iniustam. s. lucrũ ex Christi consortio quærebat, & quia in verbis scribæ apparebat quædam infidelitas, & non in verbis discipuli, & sic dicit Hilar. iste propter pietatis occasionem ad sepeliendum patrem ire desiderat, ille secuturum se quocunque ierit esse promittit non magistrum quęrens, sed ex magistro lucrum, ille etiam discipulus nõ Interrogat an sequatur, iam enim sequi se oportere G credidit, sed sepelire patrem permitti sibi orat.

Quarto fuit, quia iste scriba erat vir iniquus: ideo licet promitteret se Christum secuturum debuit repelli, discipulus autem erat vir iustus: ideo licet vellet recedere debuit retineri, sic dicit Ambro. super Luc. non videtur conuenire rationi, vt simplicem, & fidelem istum arbitremur, qui Domini dignatione respuitur, cum indefessi famulatus obsequium spopondisset, sed Dominus non obsequiorum spem, sed puritatem quærit affectuũ, nec obsequium eius admittit cuius non probat officium, vt aduertas Deum nõ cultus aspernantem esse, sed fraudes, qui repudiauit fraudulentum, elegit innocentem, & satis apparet iniquitas scribæ, quia quando Christus ostẽdit ei pec- H catum suum non se correxit nec sequi eum voluit, sicut dicit Chryso. in Homilia, vt discas eius malitiam audiens hæc, & correctus non dixit paratus sum seq. discipulus autem rem bonam petens, licet prohibitus fuerit, obediuit non recedens ad sepeliendum patrem: non ergo debuit iste scriba recipi.

Sed obijcietur, quòd Iudas receptus est a Christo etiam ad Apostolatum, & tamen malus erat.

Dicendum, quòd Iudas forte quando receptus est a Christo bono animo venerat, & tamen postea damnatus est per auaritiam: habebat enim loculos Christi, & ea, quæ sibi dabantur ad vsum Christi, & discipulorum eius furabatur Ioan. 12. iste autem scriba a principio malus erat, & quod deterius est iniquo ani- I mo venerat, scilicet, vt lucraretur, vt dictum est supra quæstione 57. ideo Iudas debuit recipi, & scriba debuit repelli.

Sed obijcietur, quòd Christus nouerat futuram iniquitatem Iudæ: ideo debuit eum repellere.

Dicendum, quòd non, quia Deus nouit quid singuli homines facturi sint bonum, vel malum, & tamen nõ dat vitam ęternam homini antequam mereatur, nec etiam pęnam antequam demereatur: ita ergo licet Iudas futurus esset malus, quia tamen nondum malus erat, quando ad Christum venit non debuit repelli, quia aliàs puniretur antequam peccaret, & sic innocens puniretur quod est inconueniens. Secus autem fuit de isto scriba, quia actualiter malus erat K quando ad Christum venit.

An peccatum sit sepelire mortuos, vel saltem si est peccatum in isto discipulo ire ad sepeliendum patrem. Quæst. LXII.

QVAERETVR cum Christus dixerit isti discipulo dimitte mortuos sepelire mortuos suos, an sit peccatum sepelire mortuos, vel saltem si est peccatum in isto discipulo ire ad sepeliendum patrem. Dicendum, ꝙ sepelire mortuos non est peccatum, sed potius est opus laudabile, vnde Tob. laudatur valde de isto opere, & laudat eum Angelus dicens, qñ orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam Domino Tob. 12.

Tob.12.& ibi dicitur,& quia acceptus eras Domino neceſſe fuit,vt tentatio probaret te,& ſic acceptabile Deo eſt mortuum ſepelire. Secundo patet,quia iſtud eſt vnum de ſeptem operibus miſericordiæ corporalibus,quę non ſolum ſunt laudabilia, ſed etiam ſunt neceſſaria: nam de eis exigetur in die iudicij infra 25. Tertio patet,quia pertinet hoc ad honorem quẽdam ſonius naturæ humanæ quem quilibet ex charitate tenetur ſeruare,ſcilicet,vt non deſpiciatur caro noſtra ſi cadauera humana inſepulta iaceant, & a beſtijs,& volucribus lacerentur,ſic dicitur Iſa.58.cum videris nudum operi eum,& carnem tuam ne deſpexeris.& ſic ratio,quare iubet Deus operiri nudos eſt, vt non deſpiciamus carnem noſtram, & tamen magis deſpiceremus eam ſi relinqueremus humana cadauera inſepulta beſtijs laceranda: ideo non ſolum bonum eſt mortuos ſepelire, ſed etiam tenemur ad hoc. Quarto patet,quia Deus iuſſit ſepeliri aliquos.ſ. Nadab,& Abiu Leui.10.dicens fratres veſtri, & omnis domus Iſrael plangant incendium quod Dominus ſuſcitauit:non ergo erat malum, ſed potius bonum,& neceſſarium cum Dei pręceptum obligaret ad hoc:ideo dicendum,quòd non ſolũ ſepelire mortuos,quod eſt valde neceſſarium,ſed etiam facere officia funeris.ſ.plangere, & alios apparatus honoris oſtendere.& exhibere defunctis pium, & laudabile eſt: nam Deus etiam hoc mandauit Leui.10.dicens fratres veſtri &c.plangant incendium,ideſt,plangant in officio funeris Nadab,& Abiu,ſic etiam erat conſuetudo ſanctis patribus veteris teſtamenti:nam moriente Iacob fleuit Ioſeph, & planxit tota Aegyptus. Gen.50.& quando corpus Iacob portabatur in terram Chanaam manſerunt apud Iordanem ſeptem diebus plangentes luctu magno,qui illud portabant eodem cap.

De iſto diſcipulo etiam dicendum,quòd non peccaret ſepeliendo patrem immo a fortiori bonum ageret,quia ſi ſepelire quemcunque bonum eſt, a fortiori erit bonum patrem ſepelire, quia magis debitum eſt quod patet,quia Sacerdotibus in veteri teſtamento non licebat conuenire cum cęteris ad plangendũ mortuos,nec ſepelire aut tangere eos,niſi patrem,& matrem, & quoſdam alios paucos Leui.vigeſimoprimo,iſte tamem petebat, quod ſepeliret patrem: ideo licebat ei.

Sed obijcietur,quòd Chriſtus hoc vetabat,quia pertinebat ad viros noui teſtamenti vitare cęremonias funerum,quia illę fiunt ab eis,qui habent paucam, vel nullam ſpem de reſurrectione, & dolent inconſolabiliter, & tamen in nouo teſtamento debet eſſe ſpes certiſſima de reſurrectione: ideo debent cauere iſtę cęremoniæ funerum:nam propter hoc Sacerdotib9, & maxime Sacerdoti magno vetebatur pollui ſuper mortuis, quia cum eſſent iſti in gradu excellentiori debebant habere ſpem maiorem de reſurrectione.

Dicendum,quod in nouo teſtamento pauca triſtitia debet eſſe de morientibus propter ſpem reſurrectionis certam: ſic dicitur 1.Theſſa.quarto,nolumus vos fratres ignorare de dormientibus,vt non contriſtemini,ſicut cęteri,qui ſpem non habent. Quod autem dicitur,quod propter hoc erant maxime vitandę immunditiæ ſuper mortuo.

Dicendum,quod Chriſtiani,qui maxime ſpem reſurrectionis habent debent minus triſtari, & plãgere mortuos quàm cęteri,non quidem, quia immunditia eſt mortuos plangere,ſed quia ad incredulitatem pertinet: ideo non pertinet ad ipſos vitare tangere mortuos,& ſepelire eos,quia hoc non repugnat ſpei de reſurrectione,ſed repugnat munditiæ legali:Sacerdotes autem veteris teſtamenti, licet erant excellen-

A tiores tam in ſtatu quàm in gradu fidei, tamen non cauebant principaliter pollui ſuper mortuis propter certiorem ſpem reſurrectionis,ſed tanquam ipſi magis deberent cauere legalem immunditiam quàm cęteri cum ipſi eſſent principes huius legis,& ſic dicitur Leui.21.de ſummo Sacerdote, quòd ad nullum mortuum ingredietur ne polluat Sanctuarium Domini:ergo Chriſtus non debuit vetare nec vetuit iſti diſcipulo ſepelire patrem tanquam eſſet immunditia aliqua in hoc,vel quaſi hoc repugnaret certe ſpei de reſurrectione.

Ad argumentum dicendum, quòd Chriſtus per
B hoc non innuit,quòd peccatum eſſet mortuos ſepelire,ſed quòd iſti diſcipulo non licebat ire ad ſepeliendum mortuos propter aliquas cauſas de quibus dicetur ſequenti quæſt.de plurimis autem dubijs circa ſepelire mortuos dicetur Luc.9.

Quare Chriſtus non permiſit iſti diſcipulo ire ad ſepeliendum patrem ſuum. Et quòd diuina,& ſpiritualia opera præponenda ſunt temporalibus ſed viri perfecti non debent ſaltem ad modicum tempus recedere a ſpiritualibus. Quæſt. LXIII.

C QVAERETVR, quare non permiſit Chriſtus iſti diſcipulo ire ad ſepeliendum patrẽ ſuum. Aliqui dicunt,quòd hoc fuit ad vitãdum immunditiam,quæ contrahebatur ſepeliendo mortuos,quia tangentes cadauera efficiebãtur immundi Nume.19.

Dicendum,quòd non ſtat. Primo,quia immunditia iſta non erat ſpiritualis. ſed ſolum corporalis immo etiam interdum non erat corporalis, ſed ſolum per opinionem legis,quia plãgentes mortuum etiã ſi non tangerent eum immundi efficiebantur. Nu.19. conſtat tamen,ꝙ iſti non polluebantur corporaliter, Chriſtus autem non curabat de immunditijs corporalibus,ſed ſolum de ſpiritualibus infra decimoquinto,& Mar.ſeptimo,quod intrat per os non coinquinat animam &c.

Secundo patet,quia immunditia,quę contrahebaD tur ſepeliendo, & plangendo mortuos reputabatur ſolum immunditia per legem Moyſi, Chriſtus autẽ non venerat prædicare legem Moyſi, ſed potius terminare eam introducendo legem nouam. ergo non prohiberet diſcipulo abſtinere a ſepultura patris propter iſtam immunditiam, quia tunc ſtrictius faceret ipſe obſeruare legem Moyſi quàm Iudæi conſueuerant.

Tertio patet,quia apud Iudæos licet eſſet immundicia mortuos tangere,nemo tñ prohibebatur tangere illos,niſi eſſet Sacerdos Leu.21.& etiam iſtis licebat tangere patrem,& matrem mortuos eod.c.ſolus aũt ſummus Sacerdos erat cui nullum mortuum tãgere licebat,nec ẽt patrem.e.c.conſtat tñ.ꝙ iſte diſcipulus Chriſti non erat ſummus Sacerdos, quia ſumE mus Sacerdos erat princeps gentis Iudęorum,& erat vnicus:iõ non prohiberet Chriſtus iſti diſcipulo ſepelire patrem tanquam eſſet ſibi illicitum per legem.

Quarto patet, quia iſte diſcipulus erat Iudæus, & obſeruator legis Moyſi,vnde ſi ſciret ſibi eſſe licitum per legem ſepelire patrem non peteret a Chriſto licẽ nam ad hoc ſciens, quòd ea,quæ in lege continebantur erant indiſpenſabilia,& tñ petijt licentiam.ergo non credidit hoc eſſe contra legem, Quinto patet, quia ſi Chriſtus vetuiſſet diſcipulo ſepelire patrem tanquam legi contrarium, expreſſiſſet iſtam cauſam, & tamen expreſſit aliam dicens dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos:ergo non vetuit propter immunditiam,quæ ſequebatur.

Dicendum

Dicendum autem, quòd licet esset licitum patrem sepelire, Christus nõ permisit hoc discipulo, quia per hoc poterat impediri ab eo quod Christus volebat, scilicet a prædicatione Euangelij. sic patet Luc. 9. cũ dixit sine, vt mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade, & annuncia regnum Dei, quasi dicat, noli impediri per sepulturam mortuorum.

Sed nunc stat dubium, quomodo impediebatur per hoc a prædicatione. Aliqui dicunt, quod pater istius non erat mortuus, vnde ipse non petebat, quòd permitteretur sepelire patrem tãquam iam mortuũ, quia dicunt, quòd hoc non fuisset ei denegatum, sed viuebat pater eius, & forte erat senex. petebat ergo a Christo, quòd permitteret eum ire ad manendum cum patre, vt sustentaret eum quandiu viueret, & expleto officio funeris redire posset ad Christum: sic tenet Nicolaus.

Alij dicunt, quòd pater istius nunc mortuus erat, & forte iste petebat licentiam a Christo, vt iret, & sepeliret patrem, & immediate rediret. sic tenet Ambro. super Lucam dicens hoc dicit ei cuius patrem iam sciebat mortuum: sic etiam dicit Chrysosto. in Homilia hoc dixit non iubens contemnere honorem, qui est ad parentes, sed monstrans quoniam nihil cęlestibus negocijs magis necessarium esse oportet: quid magis necessarium enim erat quàm sepelire patrem, & etiã facilius? nec enim multum tempus consumendum erat, & sic apparet, quòd præsupponit patrem illius iam esse mortuum, quia aliàs non diceret, quòd nihil facilius erat quàm sepelire patrem, quia forte multum tempus necesse erat expendi si adhuc viuebat pater istius, & expectandum erat quousque moreretur, & etiam erat incertum.

Sed præcedens positio Nicol. est satis rationabilis, quia si mortuus esset pater istius discipuli satis videtur, quòd Christus concederet ei sepelire illum, quia per hoc parum expectandum erat.

Secundo, quia Christi prohibitio videtur tunc rationabilior: nam si iste discipulus vellet manere cum patre suo vsque ad mortem forte longo tempore mãsurus esset, & ita impediretur a prædicatione Euangelica quam Christus committere volebat ei. maxime quia Christus pauco tempore prędicaturus erat, quia solum per triennium, vel quasi prædicauit, & iam magna pars huius temporis transierat. vnde si ille discipulus rediret ad manendũ cum patre suo quousque moreretur, forte prius Christus moreretur quàm pater illius, & sic nunquam posset redire ad Christum. erat ergo iusta causa non permittendi ei redire ad patrem, si autem esset iam mortuus, & solum vellet eũ sepelire, non videretur causa ita rationabilis quare nõ permitteret ei ad patrem redire cum pauco tempore in hoc moraturus esset. Isto etiam modo exponit Cyrillus dicẽs erat pater huius senectute grauatus: putabat autem honestum aliquid agere duo proponeret obseruare ei debitam pietatem. vnde vbi vocatus est ad Euangelicum ministerium dicente Domino sequere me quærebat inducias, quæ sufficere possent ad decrepiti patris sustentationem, dicens permitte mihi primum ire, & sepelire patrem meum non, ꝙ defunctum patrem sepelire negaret: nec enim Christus hoc agere volentem impediuisset, sed dixit sepelire, idest, sustentare in senectute vsque ad mortem.

Opinio vtraque teneri potest, quia est sanctorum doctorum, magis tamen v̄r conuenire literę, ꝙ pater istius iam esset mortuus, & vellet illum sepelire quod patet. Primo, quia Christus dixit isti, sequere me, & ipse dixit permitte mihi ire, & sepelire patrem meũ. si tamen intelligeretur de mansione cũ patre vsque F ad mortem non esset tempus limitatum, quia nesciret iste quanto tempore pater superuiueret, & an forte ipse prius moreretur quàm pater, & ita nesciret an posset postea redire ad Christum, & ita non est verisimile, quod hoc peteret, & tamẽ dixit Domine permitte mihi primum ire, quasi dicat, immediate post hoc veniam: & ideo non videtur, quòd petiuerit ire ad manendum cum patre vsque ad mortem, sed solum ad sepeliendum eum iam mortuum. Secundo patet, quia dixit permitte mihi primum ire, & sepelire patrem. si n̄ non esset pater eius mortuus, & vellet manere cũ eo vsque ad mortẽ diceret permitte mihi claudere oculos patris mei, vel manere cum ipso donec sepeliam eum, & tamen dixit ire, & sepelire, in G quo significatur solum quædam velocitas motus, & non aliqua mansio. s. ire ad sepeliendum: ideo videtur, ꝙ iam pater illius mortuus erat. Tertio patet ex modo loquendi Christi, qui etiam de sola sepultura locutus est dicens, dimitte mortuos sepelire mortuos suos, & non dixit dimitte, vt alij maneant cũ patre tuo quousque moriatur.

Et tunc dicendum, ꝙ Christus non permisit huic ire ad sepeliendum patrem suum etiam si paucum tempus in hoc expendendum esset. Primo ad innuẽdum, ꝙ diuina, & spiritualia opera præponenda sunt temporalibus, quantumcunque sunt necessaria. sic dicit Chryso. in Homilia. hoc dixit non iubens contemnere honorem, qui est ad parentes, sed monstrans, ꝙ H nihil cęlestibus negocijs nobis magis necessarium esse oportet, & ꝙ cum toto studio his iugi debemus ẽt si valde ineuitabilia, & necessãria fuerint, quæ attrahũt sic etiam dicit Ambrosi. super Lucam cum religiosum humani corporis sepeliendi acceperimus officium, quomodo paterni quoque funeris sepultura prohibetur, nisi vt intelligas humana posthabenda diuinis.

Secundo fuit, quia non erat necessitas aliqua eundi, quia erant alij per quos poterat sepeliri pater istius, & ista est præcipua ratio. ideo hanc Christus tetigit dicens, dimitte mortuos sepelire mortuos suos, quasi dicat, non est necesse, quod tu vadas, quia alij possunt sepelire eum te nõ eunte: si enim nemo fuisset, qui sepelire posset permisisset Christus isti ire ad I sepeliendum patrem, nunc vero, quia alius poterat eum sepelire, licet esset opus pium astare sepulturæ eius, melius fuit, quòd annunciaret regnum Dei, & non occuparetur in sepultura patris, quam quòd occuparetur in ea, sic etiam fuit de Apostolis. nam opus pium erat ministrare cibos pauperibus, quia tamen impediebantur per hoc a prædicatione, & oratione, & hoc poterat per alios fieri, elegerunt alios septem viros ad hoc Actuum sexto, vt ipsi orationi vacarent: sic dicit Ambro. super Lucam humana post habenda sunt Diuinis: bonum enim studium, sed maius impedimentum, nam qui partitur studium diuidit effectum, qui diuidit curam differt profectum, Apo- K stoli ne occuparentur studio dispensandi, ministros pauperibus ordinarunt.

Quarto fuit, quia Christus volebat, quòd nec etiam ad modicum tempus distraherentur discipuli ab officio Euangelizandi, sic patet Lucæ nono, cum quidam dixit Christo Domine sequar te, sed primum permitte mihi renunciare his, qui domi sunt, Christus autem non permisit dicens nemo mittens manum suam in aratrum, & aspiciens retro aptus est regno Dei.

Quinto fuit propter conditionem istius discipuli, qa iste vocatus erat ad gradũ, & opera perfectionis. s. vt Euangelizaret, viris autem imperfectis expedit se exercitare circa opa misericordię corporalia, viri autem

tem perfecti non debent recedere saltem ad modicum tempus ab operibus spiritualibus quandiu illis vacare possunt, vt vacent operibus misericordiæ corporalibus: sic patet in Apostolis, qui prius ministrando pauperibus impediebantur a prædicatione, & oratione: ideo licet illa ministratio esset opus pium, & laudabile dixerunt, quòd non erat iustum eos vacare illi, scilicet, non est æquum nos derelinquere verbũ Dei, & ministrare mensis, considerate ergo ex vobis viros septem quos constituamus super hoc opus, nos vero orationi, & ministerio verbi instantes erimus, & sic cessauerunt ab illa vacatione operis pij corporalis, cõmittentes eam alijs, qui essent in minori gradu, vt ipsi vacarent orationi, & prędicationi, quæ conueniebant statui Apostolatus.

Sic etiam est de Episcopis, quia quilibet homo tenetur curam habere de re familiari. prima Timo. 5. qui suorum maxime domesticorum curam non habet fidem negauit, & infideli deterior est, Episcopus tamen propter excellentiam status sui non debet habere aliquam curam de re familiari, sed administrationem domus suæ alijs committere debet, & ipse orationi, & lectioni, & prædicationi vacare debet 88. distin. c. Episcopus nullam. s. Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed orationi, & lectioni, & verbo prædicationis tantummodo vacet. Sic etiã Episcopus tenetur habere curam de omnibus pauperibus, & debilibus suę diœcesis, vt eis victum, & vestitum largiatur 82 distin. c. Episcopus pauperibus, & tamen non debet hoc facere, per seipsum, sed committet illud Archipresbytero, vel Archidiacono, vt ipse possit instare orationi lectioni, & prædicationi 88. distin. cap. Episcopus gubernationem. s. Episcopus gubernationem viduarum, & pupillorum, & peregrinorum non per seipsum, sed per Archipresbyterum aut Archidiaconum agat, Sic etiam diffinire lites iudicialiter est opus pium, & valde necessarium: nam nihil est magis necessariũ in vrbe quàm iudex: sic dicitur 3. Poli. c. 1. quòd distributiuum iustitiæ, idest, iudex est magis necessarium in ciuitate quàm panis: etiam est iudex minister Dei inquantum malos punit ad Ro. 13. & tamen Apostolus 1. ad Cor. 6. dicit secularia iudicia si habueritis comtemptibiles, qui sunt in Ecclesia illos constituite ad iudicandum. quasi dicat, licet iudicare sit opus pium, quia tamen est in causis secularibus. i. circa res temporales non debet committi hoc viris excellentibus in gradu sanctitatis, quia illi permittendi sunt vacare spiritualibus operibus, sed committendum est viris imperfectis, & contemptibilibus. sic dicitur 88. distin. cap. inutile, & est dictum Grego. i. inutile, & valde laboriosum est hominem literatum ratiocinantium causas assumere, & in eis, quæ non expedit se obligare. i. occupare ita erat nũc, quia iste vocatus erat ad statum prædicatoris Euangelici: ideo non debuit saltem ad modicum tempus omissa ista occupatione se occupare circa officia pietatis corporalis quale erat mortuos sepelire, & istam causam tetigit Christus tanquam præcipuam dicens hic, & Luc. 9. sine vt mortui sepeliant mortuos, tu autem vade, & annũcia regnum Dei, quasi dicat, sepelire mortuos quod est opus pietatis inferioris nõ pertinet ad te, sed ad mortuos, idest, ad homines infimi gradus, vel in peccatis manentes, qui propter hoc mortui vocantur, ad te autem maiora pertinent, scilicet, quòd vadas, & annuncies regnum Dei: sic dicit Ambro. super Lucam, non ergo paterni funeris sepultura prohibetur, sed necessitudini generis diuinę religionis pietas antefertur. illud relinquitur consortibus hoc mandatur electis, scilicet, sepelire mortuos consortibus, idest, ęqualibus vel infimis. prædicare regnum

A Dei solis electis, Sexto fuit, & etiam præcipue, quia occupatio parui temporis poterat multum nocere non quidem propter hoc, quòd modico tempore a Christo recederet, sed quia ex hoc forte oriretur ei occasio, vt nunquam ad Christum rediret, scilicet, quia cupiditas rerum temporalium ex successione in bonis paternis, & affectio cognatorum, & nouę lites ex successione nouæ hęreditatis causarent ei forte cõtrarium desiderium, vel saltem tepiditatem aliquam desiderij prioris, & sic non rediret ad Christum. sic dicit Chrys. in Homilia quid enim magis necessarium erat quàm sepelire patrem, & quid facilius? nec enim tempus multum consumendum erat, sed per hoc Dominus eum a multis malis eripuit, puta luctibus, & męroribus, & ab his, quę hinc expectantur post se-
B pulturam: necesse enim erat iam testamẽta scrutari, & hęreditatis diuisionem, & alia huiusmodi, & ita fluctuationes, & ex fluctuationibus ei succedentes longe eum a veritatis portu abducere. hoc innuitur Luc. nono de illo, qui dixit Christo sequar te, sed permitte mihi primum renunciare his, quę domi sunt, sed Christus prohibuit hoc, scilicet, propter periculum, quia forte postea non reuerteretur dicens, nemo mittens manum in aratrum &c, & ita est periculum ęis, qui proponunt firmiter religionem ingredi post illud propositum manere aliquanto tempore in sęculo ad disponendum de rebus suis, quia per hoc potest eius propositũ immutari, vel tepiditatem incurrere. sic dicit Chrysostomus per hoc docemur, quòd
C nec minimum temporis frustra ducere decet, & si mille cogentia sint immo præferre spiritualia cunctis admodum, idest, valde necessariis: diabolus enim insistit attentius aliquem aditum inuenire volens, & si modicam sumat neligentiam magnam operatur pusillanimitatem, de hoc magis dictum est supra cap. 4. quæst. 11 a.

Ad rationem in contrarium cum dicitur, quòd si istę discipulus petiuisset solum sepelire patrem mortuum, Christus hoc permisisset, quia parui temporis mora erat.

Dicendum, quòd non permitteret, quia tam paruum tempus est, quo quis iret ad renunciandum eis, quæ domi erant, & tamen Christus non permisit pe-
D tenti hoc dicens, nemo mittens manum suam in aratrum &c. Luc. nono, & sic tenendum est, quòd pater istius discipuli mortuus erat, & tunc erit sensus, quòd aduenit notitia a casu isti, quòd pater suus mortuus erat, & quia tunc erat ipse cum Christo petiuit ab eo licentiam. dicens Domine permitte me ire, & sepelire patrem meum, & Christus nõ permisit dicens sequere me, idest, non vadas, sed sequere me, & dimitte mortuos &c. & sic videtur ista litera innuere, quòd nihil ponitur hic, quòd Christus ante dixerit, sed discipulus loqui cępit dicẽs Domine permitte me &c. Sed melius videtur dicendum, quòd Christus locutus fuerit antequam discipulus dicendo ei sequere me,
E & tunc ille dixit Domine permitte &c. & hoc patet, quia dixit Domine permitte primum ire, & sepelire patrem meum ergo oportet, quòd Christus aliquid ante hoc ei iussent de quo ipse volens excusationem habere diceret Domine permitte primum ire, idest, antequam faciam, quòd iubes permitte, vt eam, & sepeliã patrẽ, patet etiã hoc apertius Luc. 9. vbi dr̃ ait Christus ad alterum sequere me. ille autem dixit Domine permitte me primum ire &c. est ergo intelligendum, quòd mortuo patre istius discipuli cum Christus hoc diuinitus sciret, & discipulus ille etiam nouiter sciens, & actualiter tunc cum Christo manens vellet ab eo licentiam petere, Christus præuenit eum dicens sequere me, idest, sequere me

iam

Iam inseparabiliter, & tunc ille dixit Domine permitte primum ire &c. & Christus non permisit propter causas supra positas.

Qua immunditia erat ista mortuorum, & quomodo contrahebatur. Ubi quæ qualesque essent veteris testamenti immunditiæ. Quæst. LXIIII.

QVAERETVR occasione præcedentiū de immunditia sepelientium mortuos, quæ immunditia erat ista, & quomodo contrahebatur.

Dicendum quòd secundum legem Moysi multis modis contrahebatur immunditia de quibus non est ad propositum, vnus autem eorum erat immunditia super mortuo. Et ista contrahebatur multipliciter. s. siquis tangeret hominem mortuum ad sepeliendū, vel aliàs intraret in domum, in qua iacebat aliquis mortuus etiam si non tangeret eum, vel si in agro inueniens cadauer hominis occisi, vel per se mortui tāgeret id, vel si tangeret ossa iam arida mortuorum, vel sepulchrum hominis mortui omnes isti incurrebāt immunditiā Num. 19 & durabat ista immunditia septem diebus eod. c. etiam si coram aliquo in cāpo, vel vbicunque quis moreretur immunditiam incurrebat, Nume. 6. vbi dicitur de obseruante votum Nazaræorum, quòd siquis coram eo subito moreretur polluebatur, & debebat deponere comam consecratam: fiebat enim irrita consecratio sua, & rursus incipiebat ab initio obseruare votum Nazaræorum eod. cap. plangentes etiam mortuum quamuis non tangerent eum polluebantur: ideo Sacerdotibus non licebat ire ad plangendum mortuos Leui. 1. capita vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere, ne forte moriamini: fratres vestri, & oīs domus Israel plāgant incendium, quòd Dominus suscitauit, quasi dicat, alij plangant, & vos non plangatis, & subditur causa. s. vos aūt non egrediemini fores Tabernaculi alioquin peribitis, oleū quippe sanctæ vnctionis est super vos. i. quia vncti estis oleo sancto, non licet vobis egredi ad plangendū mortuos, simile patet Leui. 21. ista ēt īmūditia durabat septem diebus, sicut illa de qua Nu. 19.

Considerandum autem, quòd ista immunditia nō erat peccatum, sed solum quædam macula, vel irregularitas, nisi in quibusdam personis, patet hoc, quia licitum erat Iudæis sepelire mortuos, immo erat laudabile. nam Tobias laudatur ab Angelo de hoc Tobi. 12. etiam a Deo præceptum erat mortuos sepelire, & plangere illos. Leui. 10 s. fratres vestri, & oīs domus Israel plangant incendium, quòd Dñs suscitauit, idest, plāgant pro Nadab, & Abiu mortuis quos Dñs occidit per ignem, etiam patet, qa licet Deus ostenderet in lege, quòd tangens mortuum polluebatur, non tamen vetabat mortuū tangere, qa nusquam hoc prohibuit, & tñ si esset peccatum, vel a lege reputaretur peccatum fuisset prohibitum: non ergo erat pctm̄, sed solū quædam irregularitas, sicut est apud nos bigamia, vel esse illegitimum, quia hæc non sunt peccata, sed irregularitates, & per eas prohibetur quis ab accipiendo ordinem sacrum, & ab obtinendo beneficium, ita per istā immunditiam prohibebatur homo intrare in Sanctuarium, & tangere quascunque res sacras, & si contra faceret moreretur Leui. 15. & Nume. 19. si autem abstineret a rebus sacris: etiam si sæpe incurreret aliquam immunditiam non peccaret, sed potius mereretur, vt si ex charitate aliquem mortuum sepelire vellet. Istud verum est, nisi in Sacerdotibus, quia non licebat illis pollui super mortuis. In Sacerdotibus autem erat quidam summus Sacerdos, qui semper erat vnicus. Ceteri autem vocabantur minores Sacerdo-

F tes. De istis minoribus erat regula, quòd nunquam licebat eis pollui super mortuo. i. tangere illum, vel sepelire, vel plāgere, nisi esset pater, vel mater, filius, vel filia, frater vel soror. s. soror virgo, quæ viro nondum nupserat: pro istis enim sex personis licebat minoribus Sacerdotibus pollui, pro alijs autem nunquam. Leui. 21. Sacerdoti autem magno nunquam licebat pollui super aliquo mortuo: etiam si esset pater suus eod. c. s. pontifex caput suum non discooperiet vestimenta sua non scindet, & ad omnem mortuum non ingredietur omnino, idest, ad nullum, & sequitur super patre quoque suo, & matre non contaminabitur nec egredietur de sanctis ne polluat Sanctuarium Domini. Quod autem dictum est de minoribus Sa-

G cerdotibus, quòd licebat eis super sex personis, verū est, nisi tempore consecrationis suæ: consecrabantur enim Sacerdotes antequam ministrarent, sicut nunc est promoueri ad Sacerdotium, & fiebat illa consecratio per quasdam cęremonias, quæ durabant septē diebus, vel octo. Exo. 29. & Leui. 8. & illis diebus non licebat eis exire de Sanctuario. Leui. 8. & tunc non licebat eis tangere aliquem mortuum nec exire ad plāgendum eum: etiam si esset pater Leui. 10. nam ibi mortui sunt Nadab, & Abiu filij Aaron, & tamen iussit Moyses Aaron patri eorum, & Eleazar, & Ithamar fratribus ipsorum ne exirent ad plangendum eos. Leui. 10. & hoc, quia tunc erant dies consecrationis ipsorum, vt patet Leui. 8. & 9 aliàs autem licuisset Elea-

H zar. & Ithamar plangere illos, quia erant fratres sui. Leui. 21 Aarō autem nunquā licuisset eos plangere, qa erat summus Sacerdos, & etiā si esset pr̄ suus eo. c.

Considerādum vlterius, quòd ista immunditia cōtracta super mortuo durabat septem diebus. Nu. 19. & expiabatur per aquam lustrationis. ista aqua erat, quæ miscebatur cum cineribus vitulæ ruffæ, & immerso hyssopo aspergebatur inde. qui mundus erat die tertio, & septimo a contracta immunditia, & post hoc in ipso die septimo lauabat carnem suam, & vestimenta, & manebat sic adhuc immundus vsque ad Solis occasum, & extunc censebatur mundus, & licebat ei intrare in Sanctuarium, & tangere res sacras.

De cęremoniis autem combustionis vitulæ ruffæ, & de aquis lustrationis, patet plene Num. 19. & ibi sa-

I tis dictum est.

Quare Christus dixit dimitte mortuos sepelire mortuos suos, quia mortuus neminem potest sepelire. Et quando quis tenetur cessare ab operibus spiritualibus, & vacare operibus misericordiæ. Et ad quos pertineat sepelire mortuos. Qū. LXV.

QVAERETVR, quare Christus dixit dimitte mortuos sepelire mortuos suos; quia mortuus neminem pōt sepelire. Dicēdū, quòd Christus accepit mortuos spiritualiter: nā sicut anima est vita corporis, & recedente illa homo moritur naturaliter, sic Deus est vita animę Deut. 30.

K ipse est vita tua, & ad Col. 3. mortui estis, & vita vestra abscondita est cū Christo in Deo. s. vita vestra Deus est, per elongationem ergo Dei ab anima morit̄ anima, & hō spūaliter, & sic per quodlibet pctm̄ mortale anima separat̄ a Deo: ideo oīs existens in pctō mortali mortuus est, & propter hoc vocatur peccatum mortale, scilicet, quia animam mortificat, & ita in Symbolo dicitur de Christo, quòd iudicaturus est viuos, & mortuos, & sic ēt dr̄ Ap. 1. & 2. quòd constitutus est iudex viuorū, & mortuorū. Cōstat tñ, quòd in die iudicij quā Chrs iudicabit oēs erūt viuētes qa iudiciū erit post generalē resurrectionē. ergo vocantur illi mortui existens in mortali peccato, qui in mortem æternam mittendi sunt infra vigesimoquinto, cęteri autem dicuntur

cuntur viuere, ita isti de quibus Christus loquitur erãt in peccato mortali, & vocauit eos mortuos spiritualiter: sic dicit Ambro. super Lucam quomodo mortui sepelire mortuos possint, nisi geminam hic intelligas mortem, vnam naturæ, & alteram culpę, sic etiam dicit Cyrillus, vt æstimo mortui dicuntur, eo quòd nondum Christo crediderant, scilicet, cum iam eis prędicasset.

Primo ergo Christus dixit hoc, vt significaret cognatos istius discipuli esse in peccato mortali, & per hoc esse mortuos, & intelligitur maxime de peccato infidelitatis. s. quia forte Christus prædicauerat illis, & conuerti noluerant, & non loquitur de peccato eorum temporali, sed de peccato obstinationis: præuidebat enim Christus illos damnandos esse, quia in peccato morituri erant, & ideo potuit simpliciter vocare eos mortuos, nos vero neminem possumus vocare mortuum quandiu viuit, licet constet nobis illum esse in peccato mortali, quia nescimus an ante mortem conuertetur, vnde de nullo desperandum est quandiu viuit, vt ait Augu. lib. retracta.

Secundo dixit hoc ad ostendendum, quòd nõ erat necesse, ꝙ iste discipulus iret ad sepeliendum patrem, quia alij erant, qui possent eum sepelire. s. alij mortui spiritualiter, sicut ille erat mortuus naturaliter: sic dicit Augu. lib. de verbis Domini dimitte mortuos &c, quasi diceret, pater tuus mortuus est, sunt alij, qui sepeliant mortuos suos, quia infideles. ac si diceret si nemo esset, qui eum sepeliret, ires tu ad sepeliendum, qa tamen alij sunt, qui sepeliant non est necesse, quòd tu vadas. & iste est sensus præcipuus, & tamen tunc non differt an dicatur dimitte mortuos sepelire mortuos, vel dimitte, quia alij sunt, qui sepeliant mortuos. si autem teneretur, ꝙ pater istius nondum erat mortuus esset sensus dimitte mortuos sepelire mortuos, idest, non est necesse, quòd tu vadas ad patrem, quia alij sunt cognati tui mortui. s. in peccato, qui possunt sustentare patrem tuum vsque ad mortem, & sepelire eum: sic dicit Cyrillus dixit sepelire, idest, sustentare in senectute vsque ad mortem, sed Dominus ad eum dixit sine mortuos sepelire mortuos suos: erant enim & alij curatores linea parentele astricti.

Tertio dixit hoc ad significandum, quòd non conueniebat statui istius discipuli Christum dimittere ad tempus, vt iret ad sepeliendum patrem, quia illud est opus misericordię corporalis, quę est in infimo gradu. ad viros autem perfectos pertinent alia opera excellentiora, & ita erat in isto prædicare, & a Christo addiscere quid prædicare deberet. sic enim patet in similibus operibus: nam valde pium erat ipsi Christo pauperi cibum parare. & tamen Christus magis laudauit Mariam, quæ sedens audiebat verbum eius quam Martham, quæ ex magna charitate, & solicite Christo ministrabat. Luc. 10. dicens Maria optimam partẽ elegit, & iterum Martha turbaris erga plurima, porro vnum est necessarium, & ita dixit Christus hic, & Luc. 9. dimitte mortuos sepelire mortuos suos, tu autem vade, & annuncia regnum Dei, quasi diceret sepelire mortuos non pertinet ad te, sed ad mortuos, idest, ad peccatores, vel ad viros imperfectos, qui sunt in infimo gradu, ad te autem excellentiora pertinent. s. vade & annuncia regnum Dei, quia istud est opus perfectorum. per hoc tamen non est intelligendum, ꝙ ad viros perfectos non pertineat exhibere opera misericordiæ corporalis indigẽtibus, quia quãto quis melior est tanto plura bona facere debet, ẽt qa licet opera misericordiæ corporalia sint minima respectu spiritualium non sunt omittenda, quia oportet hæc facere, & illa non omittere infra 23. sed est sensus, ꝙ non debent viri spirituales cessare ab operi-

A bus spũalibus, vt vacent operibus misericordię corporalis. Pro quo sciẽdũ, ꝙ aut occurrit quis viro spũali existens in extrema necessitate, & nemo alius, est qui possit, vel de quo sit verisimile, ꝙ velit succurrere indigenti, aut non est talis necessitas. Si primo mõ tenetur vir quantumcunque spũalis, & perfectus exhibere indigenti corporalẽ misericordiã si põt, & tenetur cessare pro tunc ab opibus spũalibus, quia talis necessitas excludit oẽm legem, & obligat oẽm statũ, si non sit talis necessitas aut impeditur vir spũalis ab opibus suis pp impendere misericordiam corporalẽ aut nõ, si non impeditur laudabile est, ꝙ illã impẽdat, hoc dr̃, qa non põt semp quis vacare contẽplationi, aut opibus spũalibus, quia fastidium inducerent, &

B debilitaretur feruor: aliqñ ergo cessandum est facta quadã interpolatione, & tũc vtile est vacare aliqbus operibus misericordiæ corporalis: nã ẽt ista mutatio est vtilis hoĩ ad auferendum fastidiũ, quia natura humana gaudet mutatione 7. Ethi. c. vl. si autem per opera misericordiæ corporalis impediatᷣ vir spũalis ab operibus spũalibus, quæ cõpetunt ei ex gradu suo, vel officio, non debet vacare operibus misericordię corporalis, sed relinquere ipsa minoribus, & in hoc casu solo habet locum quod dictum fuit spũales, & excellẽtes viros non debere vacare operibus pijs corporalibus, & sic Apostoli quibus ex officio competebat prędicare verbum Dei, & instare orationi cessauerunt a ministratione ciborum facienda pauperibus, quia per eã impediebantᷣ prędicare. Act. 6. nõ est ęquũ nos relin-

C quere verbũ Dei. & ministrare mensis: ideo instituerunt ibi septẽ viros minoris gradus ad hoc offm̃: sic ẽt quia per iudicia foralia impedirentur viri perfecti a spũalibus occupationibus iubet Apostolus 1. Cori. 6. ꝙ si sęcularia negocia habuerimus contẽptibiles, qui in Ecclesia sunt ad ista assumamus iudicanda, & non solũ est hoc qñ opera misericordiæ corporalis nõ cõpetunt viro spũali spãliter, sed ẽt si cõpetant simul ei ex officio opera spũalia, & corporalia tenetur cõmittere corporalia alijs, vt ipse exerceat spiritualia. sic est de Episcopo cui competit ex conditione status prouidere oĩbus pauperibus Episcopatus sui 82. di. c. Episco-

D pus pauperibus, quia tñ per hoc occuparetur valde, & impediretᷣ a prędicatione, lectione, & oratione, quæ sunt opa eius spũalia 88. dist. c. Episcopus nullã, debet hoc cõmittere Archipresbytero, vel Archidiacono, dist. c. Episcopus gubernationẽ, & istud est, qa qñ occurrũt duo bona, quæ quis põt ęque faciliter agere, & non põt vtrũque, sed alterũ eorũ, & illa bona sunt inæqualia debet facere id quod melius est. sic dicit Apostolus 1. Cor. 14. ęmulamini charismata meliora. i. sequimini gratias meliores. s. si potestis hr̃e grãs inęquales semp conamini meliorẽ hr̃e. Est. n. ꝯ ordinẽ rationis, ꝙ quis dimittat agere maius bonum, vt faciat minus bonum si vtrũque possit æqualiter: sic dicit Hier. & de conse. dist. 5. c. nõ mediocriter errat, qui magno beneficio præfert mediocre bonũ, & ita fuit hic, quia si iste discipulus iret ad sepeliendũ distraheretᷣ ab ali-

E quibus bonis spũalibus: iõ debuerũt dimitti ista corporalia opa misericordię alijs minoribus: iõ Christus dixit dimitte mortuos sepelire mortuos, quasi dicat, nõ pertinet ad te, sed ad minores, qui vocantᷣ mortui. i. viri imperfecti, vel in pctõ mortali existẽtes. sic dicit Rabanus. Notãdũ est in hac lr̃a, ꝙ aliqñ minora bona prętermittenda sunt pro vtilitate maiorũ. i. maiorũ beneficiorũ faciendorum. Quarto vt aliqui dicunt Chr̃s dixit hoc ad ostendendum, ꝙ infidelibus nõ essent pietatis opa exhibẽda, qa dixit dimitte mortuos sepelire mortuos, & vocantur mortui pp incredulitatem, vt dicit Chrys. & Cyrillus. Sed nõ stat, qa ẽt infidelibus tenemur ad opera misericordię saltem in necessitate,

ceſſitate,quia ſupra ca.5.Chriſtus dixit,ꝙ faceremus bonum iam bonis quam malis, ſicut Deus pluit ſuper iuſtos,& iniuſtos.Item patet,quia ad Gal.6.dr̄ operemur bonum ad oēs maxime ad domeſticos fidei. ergo etiam infidelibus benefaciendum eſt, pręferendi tamen ſunt eis fideles quando nō poſſunt vtriſque benefacere. Tertio patet,quia ſi infideli non eſſet benefaciendum nulli peccatori teneremur benefacere, quia omne peccatum auertit a Deo. hoc tamen falſum eſt cum etiam inimicis noſtris, qui mali ſunt ex eo,ꝙ inimici ſunt interdum benefacere teneamur. Quarto patet,quia ſi non teneremur benefacere infidelibus non deberemus diligere eos ex charitate, qa charitatis opus eſt benefacere ſupra 5.& prima Cor. 13.& tunc ſequeretur, ꝙ infideles non eſſent proximi noſtri, quia omnes proximos tenemur diligere infra 22.& tamen hoc falſum eſt, quia omnis homo eſt proximus,vt oſtenſum eſt ſupra 5.cap.q.31.ergo tenemur infidelibus benefacere. Quinto patet,quia ſi non teneremur benefacere infidelibus: etiam non teneretur vnus infidelis benefacere alteri,quia ſiquis propter iniquitatem ſuam perdit priuilegium, vt ei non bene fiat,nullus ſibi tenebitur benefacere,nemo tamen hoc diceret,quia tunc tolleretur omnis communicatio hominum.

Sexto patet, quia filius naturaliter obligatur patri ad tribuendum beneficia 8.& 9.Ethi.ſiue ergo pater ſit fidelis,ſiue infidelis tenebitur filius ad benefaciendum,cum iſta retributio debeatur propter naturam, quæ eſt prior omni fide, & tamen iſte diſcipulus loquebatur de ſepeliendo patrem ſuum: ergo non eſt verum, quòd non teneretur ſepelire eum, quia erat infidelis.

Septimo patet,quia quædam beneficia ſunt, quæ debentur potius propter ſpeciem quàm propter perſonā,& iſtud eſt præcipuum inter illa.ſ.ſepelire mortuum,quia mortuo nullum malum eſt,quòd inſepultus relinquatur,ſed viuentibus eſt dedecus, quòd caro,quæ fuit pars ſpeciei ſuæ laceranda beſtijs dimittatur,& tamē quilibet tenetur honorare naturam ſuā, quia aliàs deſpiceret Deum naturæ conditorem: ideo tenetur quilibet ad ſepeliendum mortuos, ſiue fideles,ſiue infideles, quia omnes æqualiter nobiſcum participant in ſpecie.non ergo prohibetur iſte ſepelire patrem,ſic dicit Ambro.ſuper Lucam non reuocari ab officio patris filius, ſed fidelis a perfido communicationem ſecerni: non interdictum eſt muneris,ſed religionis miniſterium communionem cum gentibus mortuis non futuram,ideſt,non prohibetur filius ſepelire patrem,nec fidelis infidelem, ſed interdicitur fideli communicatio cum infideli.ſ.quantum ad illa ex quibus poteſt reſultare peccatum mortale, quia in alijs non eſt prohibita: non ergo prohibuit Chriſtus iſti diſcipulo ſepelire patrem tanquam infidelem,& apparet ex litera, quia tunc diceret dimitte eum,vel non ſepelias eum,dixit tamen dimitte mortuos ſepelire mortuos, quaſi dicat,non vadas tu,ſed dimitte,ꝙ alij faciant cum alij ſint, qui ſepelire illum poſſint.Iſta dicta ſunt ad oſtendendum,quare dicitur dimitte mortuos ſepelire mortuos.

Quia tamen dicitur ſuos dici poteſt, ꝙ hoc dixit Chriſtus ad ſignificandum, quòd ille mortuus non pertinebat ad iſtum diſcipulum: nam licet eſſet pater eius,quia tamen ille erat mortuus, & iſte viuens non pertinebat ad eum: ſic dicit Chryſo.in Homilia, cum dixiſſet mortuos ſuos oſtendit hunc non eſſe mortuum eius. puto enim de numero infidelium fuiſſe defunctum. Secundo dicitur hoc ad oſtendendum,ꝙ erant alij ad quos pertinebat ſepelire iſtum, quia poſſet dicere iſte diſcipulus,ego ſum filius,& ſi non vado,

F nemo volet ſepelire patrem meum, Chriſtus autem dixit,quòd alij etiam erant,qui ex debito tenebantur ſepelire iſtum mortuum, quia forte habebat alios filios,vel propinquos in cognatione, & vocatur iſte mortuus eorum,quia ex debito cognationis tenebantur eum ſepelire,& iſte eſt proprius ſenſus. ſic dicit Cyrillus ſine mortuos ſepelire mortuos ſuos: erant enim & alij curatores linea parentelę aſtricti.

Quæ erant opera excellentiora ad hunc diſcipulum pertinentia,& quòd olim prædicatores erant miniſtri,& quaſi fidei principes. Quæſt. LXVI.

QVÆRITVR cum Chriſtus dixerit iſti diſcipulo ne iret ad ſepeliendum patrem.ſ.
G quia alia opera excellentiora pertinebant ad eum, quæ erant iſta opera. Dicendum quòd erat officium prædicandi,quia Luc.9.dicitur ſine,vt mortui ſepeliant mortuos ſuos, tu autem vade, & annuncia regnum Dei,ideſt,prædica Euangelium. Iſte autem erat actus excellentiſſimus, quia prędicatores erant tunc magiſtri,& quaſi principes fidei, & ideo pręcipuus prædicator vocatur princeps, vel architectus,ſic dicit Pau.de ſeipſo 1.Cor.3.quaſi ſapiens architectus fundamētum poſui.Sed dicetur quō iſte diſcipulus prædicaret, cum Chriſtus tunc viueret,& prædicaret: nam poſt reſurrectionem ſuam miſit diſcipulos ad prædicandum per orbem.Mar.16.& infra 28.Dicendum,ꝙ Chriſto viuente diſcipuli, & Apo-
H ſtoli prædicabant,ſed differt, quia poſt mortem ſuam miſit eos ad prædicandum per totum orbē.Mar.16. cum autem viueret mittebat illos ſolum ad prædicādum per Iudæam prohibens illis ire ad Gentiles, & ad Samaritanos infra 10.& Luc.9.diſcipuli etiam iſti prædicabant,quia mittebat eos Chriſtus binos ante faciem ſuam in omnem locum, & ciuitatem quo eſſet iturus.Luc.10.& ibi prædicabant, & miracula faciebant eod.c.non ergo debuit diſcipulus iſte ceſſare ab his,vt iret ad ſepeliēdum patrem. ſed adhuc dato, quòd iſte diſcipulus nondum prædicaret ſaltem audiendo Chriſtum,& manendo cum eo inſtruebatur quid facere deberet,& quid poſtea prędicaret. Iſtud autem erat excellentius quàm vacare operibus miſe-
I ricordiæ corporalibus, quale erat mortuos ſepelire quod patet, quia nihil magis pium, & laudabile in operibus miſericordiæ corporalis eſſe poterat quàm Chriſto pauperi in cibo miniſtrare. Chriſtus tamen laudauit magis Mariam,quę ſedens ad pedes eius audiebat verbum ipſius quàm Martham,quæ cum magna ſolicitudine, & charitate ei miniſtrabat dicens. Maria optimam partem elegit Luc.decimo, erat tamen magis neceſſarium, & laudabile in iſto diſcipulo audire verbum Chriſti quàm in Maria Magdalena,quia illa audiebat ſolum, vt inſtrueretur quid deberet agere, diſcipulus vero, vt inſtrueretur quid deberet agere, & prædicare. nam iſte aſſumebatur,
K vt prædicator. Magdalena autem prædicare non debebat, quia erat mulier,prima Timo.2. mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. docere autem mulieri non permitto, nec dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio, non debebat ergo iſte diſcipulus ceſſare ſaltem ad tempus ab operibus tantæ excellentiæ, vt iret ad ſepeliendum patrem, maxime quia iſte iam habebat officium prædicandi, vel prædicare incipiebat, cum Chriſtus ei dixerit, tu autem vade, & annuncia regnum Dei Lucæ nono.

An debeat morari aliquo tempore in sæculo propter sustentationem parentum, qui religionem ingredi desiderat. Vbi quomodo intelligitur sustentatio. Et exemplum Ermegildi Hispani filij cuiusdam regis Gotorum. Quæst. LXVII.

QVAERITVR occasione prędictorum de illo qui desiderat ingredi religionem, an debeat morari aliquo tempore in sæculo propter sustentationem parentum.

Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia filius tenetur honorare patrem de iure naturali. Exo.20.& Deu.5.& intelligitur iste honor maxime circa sustentationem, vt Christus exposuit infra.15.Mat.7.arguens Pharisęos dicētes sufficere, ꝙ filius honoraret patrem verbo etiam nihil dando,& tamen sustentatio tanto est magis necessaria homini,quanto magis appropinquat ad senectutem eo,ꝙ tunc magis viribus deficit, ergo non licebit filio ingredi religionem vsque ad mortem parētum. Secundo patet,quia ille qui est debitor semper tenetur quandiu est debitor. filius autem semper debet patri aliquid cum nunquam possit ei sufficienter retribuere, ideo nunquam potest patrem dimittere filius,sic dicitur 8.Ethic.cap.vltimo, debentem enim reddendum est, nihil autem faciens dignum semper debet,quibus autē debetur potestas dimittere, & patri vtique,idest qui non reddit aliquid dignum, idest ęquale pro illis,quæ recepit semper est debitor,& qui debitor est non potest dimittere eum cui tenetur, sed econtrario, ideo concludit, ꝙ pater potest dimittere filium,& recedere ab eo,filius autem non pōt a patre recedere,ergo eo viuente, & indigente non poterit filius ingredi religionem.

Dicendum,ꝙ quando quæritur de filio volente recedere a patre,aut vult recedere, vt malum euitet,aut vt maius bonum consequatur. Si primo mō dicēdū, ꝙ aut filius vult euadere malum. s.ne sibi malum inferatur,vel vt nō efficiatur malus,aut vult euadere malum.i.dedecus Dei: si primo modo,vt si pater sit nequissimus,& velit occidere filium, vel conetur peruertere eum ad infidelitatem, vt fuit in Ermegildo filio regis Legionis,vt ait Grego.20.dialogorum. & 24.q.1.c.cepit Ermegildus,erat enim pater suus rex Arrianus,& volebat peruertere eum ad hæresim Arrianorum cui cum ille nō assentiret tenebatur ab eo in vinculis misitque ad eum in nocte paschali Arrianū episcopum,vt de manu eius eucharistiam susciperet quā cum accipere noluisset iubente patre eadem nocte in vinculis occisus est: tali autem patri non est prouidendum in necessarijs, sed fugiendum cum teneatur quilibet seipsum magis, quam cęteros diligere, si ergo filius mortem,vel peccatum mortale euadere nō potest manens cum patre,vt in casu dato fugiendum est,& non est manendum ad prouidendum ei etiam si fame moriturus sit,sic innuitur 8.Ethi.c.vltimo forte nullus aliunde vtique recedere videtur non supec excellente in malitia.i.nullus potest patrem licite dimittere,nisi excellat in malitia. s.ꝙ sit malitia insanabilis. Si autem pater it malus sit non tamen ita pernicio sus,sed ꝙ possit filius sine mortali peccato manere cū patre,etiam si vellet peruertere eum ad malum manere debet si credit se posse resistere paternis suasionibus,& hoc si pater sit in magna inopia, etiā si nō sit extrema necessitas,tunc tamen licet filius alias teneatur valde prouidere parentibus in cibo,& potu, nono Ethic.c.2. debet ei parum prouidere. s. vt det ei panē tribulationis, & aquam angustiæ. sic dicitur de Michęa propheta incarcerato. 3.Reg. 22. & hoc,vt propter angustiam victus teneatur deserere malitiā, quia interdum salubriter esurienti cibus negatur, vt iustiA tiæ acquiescat,vt ait Augustinus,& sic dicitur 8.Ethicorum,cap.vltimo.hunc autem.s.malum patrem fugiendum,vel non festinandum sufficere malo existēti.i.non debet filius prouidere patri malo, quantum potest.

Si secundo modo dicendum, ꝙ matrimonia soluuntur propter malum,idest dedecus Dei, nam si alter infidelium ad Christum conuertatur alio non cōuerso non soluitur matrimonium,sed possunt manere si volunt,dum tamen, qui infidelis manet velit cohabitare alteri sine contumelia Dei, vt si forte vir infidelis manens diceret vxori,ecce Christus tuus nihil est, vel diceret multas blasphemias de Christo,vt cō-B tristaret vxorem,etiam si non conaretur reducere eā ad infidelitatem.nam tunc debet solui matrimoniū, prima Corinthiorum septimo, & extra de diuortiis, capitulo gaudemus, filii autem in hoc casu non absoluuntur quin teneantur patri infideli prouidere, etiam si maledicat Christo, si non suadet eis redire ad infidelitatem,& etiam si suadeat, si ipsi putant posse resistere paternę suasioni tenentur adhuc manere, vel non deserere patrem, sed prouidere ei, & tamen parum prouidebunt, vt auertatur a malitia sua, sicut nunc dictum est, si autem filius vult assequi maius bonum stat casus noster,scilicet in ingressu religionis cuius vita est excelsior,quam secularis, & tunc dicendum,quod aut filii impediuntur intrare religionem, C vt parentes nō molestent per suam absentiam, etiam si non indigeant sustentatione ipsorum, vel proptee sustentationem parentibus procurādam, vt quia sunt inopes.

De primo dicendum, ꝙ interdum parentes ex absentia filiorum, & maxime ex mutatione status affliguntur,potius quam si diuitias perderent. sicut patet Tobię quinto, quando Tobias iunior missus est pro pecunia in Rages,nam Anna mater eius conquerebatur dicens & flens,baculum senectutis nostrę tulisti, & transmisisti a nobis, nunquam esset pecunia pro qua misisti eum,sufficiebat enim nobis paupertas nostra,vt diuitias computaremus hoc, quòd videbamus filium nostrum: simile patet Tob.10.& tunc dicendū D ꝙ etiam si parentes valde affligantur ex recessu filii, & mutatione status non tenetur filius manere in sæculo,vt non tristentur parentes,& etiam si rogent eū ne recedat non tenetur assentire illis,sic dicit Hieron. in epistola ad Rusticum monachum,licet pater tuus in limine iaceat,licet mater tua pectus,& vbera ostendat, per calcatum perge patrē, per calcatā perge matrem,& ad vexillum crucis Christi euola.

De secundo dicendum, quòd aut parentes sunt in extrema necessitate,aut non, si in extrema non licet ei dimittere illos,vt religionem ingrediatur, quia istud esset subtrahere eis debitum,& facere sacrificium de rapina. nam quando propter aliqua opera supererogationis omittit quis aliqua opera charitatis necessaria sacrificium de rapina offert, vt ait Hier. & de con-E secratione,distinctione quinta, capitulo non mediocriter, sicut siquis iuisset cum parentibus suis in longam peregrinationem,& inueniens ibi deuotum monasterium vellet intrare in illud, non liceret ei ingredi desertis parentibus in terra aliena, in qua non esset verisimile,ꝙ aliquis vellet eis benefacere, nam illud erat ponere eos in extrema necessitate, ideo teneret reducere eos in terram suam, & tunc redire posset ad religionem,quam desiderauerat si nihil aliud obstaret.Si autem non sunt parentes in extrema necessitate actualiter,aut expectantur verisimiliter venturi ad illam,aut non.Si primo modo non licet filio desertis eis ingredi religionem, vt si parentes senio confecti non potentes sibi victum quęrere habeant sustētationē

pro aliquanto tempore, sint tamen inter tales gentes, ꝙ deficiente eis victu credatur, ꝙ nemo sibi prouidebit, necesse est, ꝙ elapso illo tpe incidant in extremã necessitatem, & tunc filio non licet eos deserere. Est aũt extrema necessitas quando nemo alius est qui ꝓuidere possit aut velit, & tunc debet præponderare sustentatio parentum plus quam desiderium religionis, ita Christus innuit hic dicens isti discipulo, dimitte mortuos sepelire mortuos suos. i. quia alii sunt qui possunt sepelire patrem tuum dimitte, ꝙ illi faciant, quasi d. si nulli alij essent tu deberes cessare ab opere spirituali ad tempus, vt ires ad sepeliendum eum. Si autem non sit extrema necessitas in actu, nec etiam futura præsumatur, ita ꝙ absente filio possunt parentes sustentari, etiam si in paupertate viuant, & angustiorem vitam ducant, quam præsente filio, licitũ est filio ingredi religionem.

Ad primum dicẽdum, ꝙ filius tenetur patrem honorare sustentando eum, & tamen non tenetur omni tempore vacare sustentationi parentum omissis cęteris operibus, quia sustentatio intelligitur, ꝙ habeantur necessaria, & de hac verum est, ꝙ non potest fili⁹ deserere parentes in extrema necessitate actuali, vel verisimiliter futura, vt ingrediatur religionem, vt nũc dictum est, sed illa habita. s. sustentatione necessaria potest filius anhelare ad opera spiritualia ad quæ magis conandum est, quam ad corporalem cibum, sicut Christus dixit Io. 6. operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam ęternam.

Ad secundum dicendum, ꝙ filius nunq̃ pōt dimittere patrem, & recedere ab eo, tanquã plene retribuerit ei pro omnibus, quæ ab ipso recepit, potest tamen recedere ad hoc, ꝙ vacet alijs operibus perfectiorib⁹ sicut est esse in religione, nam per hoc non innuitur, ꝙ sit absolutus a debito paterno, quia tamen honorare patrem sustentando ipsum est pręceptum affirmatiuum non obligat ad semper, nec etiã obligat quantum ad totum conatum quem potest homo apponere, & ideo tempore illo quo filius non obligatur actualiter patri subuenire. i. quando non est in magna necessitate, nec pręsumitur verisimiliter, ꝙ in illã incidet absente filio, licet filio introire religionem.

An liceat patri relicta cura filiorum religionem introire. Et quanam est cura paterna super filios. Et quòd pater tenetur filio ad duo. Filij autem secundum rationem parentibus obligantur.

Quæst. LXVIII.

QVAERETVR an liceat patri relicta cura filiorum religionem introire. Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia filius est semper debitor patris, & tamẽ potest aliquando patre deserto religionem intrare, poterit ergo pater a fortiori deserto filio intrare religionem, quia dicitur 8. Ethic. c. vltimo videbitur non possibile esse filio patrem abnegare, patri autem filium. i. filius nõ potest abnegare patrem dicendo non teneri ei ad aliqd, pater tamen potest abnegare filium. i. asserere, ꝙ ad nihil tenetur ei, & sequitur ibi. quibus autem debetur potestas dimittere, & patri vtique. i. illi quibus debẽt aliquid possunt dimittere debitores suos, ideo pater potest dimittere filium.

Dicendum, ꝙ aut habet quis filios paruulos, aut adultos, si adultos, licet ei dimittere illos, & ire quo voluerit, quia cura paterna super filios est, quandiu ipsi non possunt seipsos alere, cum autem adulti sunt pñt per se victum quærere, ideo non solum religionem intrare, sed etiam quocunque voluerit licet patri ire desertis filijs adultis, quia iam ad nihil eis tenetur. Si autem sint paruuli dicendum, ꝙ tenetur alere eos, ꝓ-

F pter hoc enim natura indidit omnibus animalib⁹ magnam solicitudinem, & amorem filiorum, vt eos conseruent, nam si non esset parentum diligentia circa proles paruulas necesse erat omnia animalia mox genita interire, cum non possent sibi de necessarijs prouidere, & nemo eorum curam ageret, fuit ergo necessaria solicitudo parẽtum pro fętibus, quãdiu sunt paruuli, & propter hoc pecora cognoscũt filios suos, quando sunt paruuli, postea autem non agnoscũt, sed obliuiscantur se habere filios, & si viderint eos non agnoscunt, quod fit, quia natura voluit dare omnib⁹ brutis solicitudinem pro filiis: ad hoc autem necesse erat, ꝙ illos agnoscerẽt, quia solicitudo nulla esse po-
G test de eo, quod penitus ignoratur, tanto ergo tempore cognitionem filiorum dedit, quandiu solicitudo pro eis erat necessaria, sed non est necessaria nisi quousque filii sint adulti per se victum potentes quærere, amplius ergo nec notitia filiorum, nec solicitudo pro eis in brutis manet, homo ergo sicut, & omnia pecora, immo plusquam omnia tenetur pro filijs solicitudinem agere. s. inquãtum ipse melior est, & magis agnoscens rationem debiti, & etiam inquantum filii sui excellentiores sunt filijs brutorum, natura tamẽ & quodlibet agens per rationem, tãto habet maiorem solicitudinem de aliqua re quanto illa est melior, tenentur ergo patres alere filios, quòd si non alant, inquantum possunt homicidæ sunt, ideo pater
H habens filios paruulos nõ potest deserta cura eorum religionem intrare, sed necesse est, quòd committat eos alicui alendos, de quo confidat, quòd eos alet vsq; ad ætatem adultam, & sic religionem introibit, vel ipse alet eos vsque ad eandem ætatem, prius autẽ dimittere non poterit.

Ad argumentum dicendum, quòd pater nõ tenetur filio ex ratione dati, & accepti, tenetur tamen ei ex obligatione naturæ. Pro quo sciendum, ꝙ pater tenetur filio, & filius patri, licet diuersimode pater tenetur filio ex ordine naturæ, sicut causa causato. Et ideo tenetur ei ad duo. Primo ad prouidendum ei, & conseruandum ipsum tempore quo ille seipsum conseruare non potest. s. in parua ętate, vt dictum est. Secundo tenetur ei prouidere in aliquo ꝓ ętate illa, in qua
I per se victum quærere non potest, vt leuius se habeat, & de hoc dicitur. 2. Corin. 13. quòd parentes debent thesaurizare filiis, idest relinquere eis hæreditatem in qua succedant, & de qua se nutriant cum adulti sunt, vel defunctis parentibus. nam thesaurizare non est paruulum nutrire, sed relinquere aliquid filio iam adulto, quod maxime pertinet ad successionem defunctorum.

De primo dicendum, ꝙ absolute tenetur pater filijs prouidere. nec pōt aliqualiter excusari ab hoc debito, quia tam naturalis est ista obligatio, quòd in nullo casu pōt esse illicita, cum per istam consistat tota conseruatio naturæ. De secundo dicendum, ꝙ pater non tenetur absolute thesaurizare filijs, sed est de æ-
K quitate. nam postquam filij perueniunt ad ętatem adultam pater potest eos abducere de domo, vt sibijpsis prouideant, verum est tamen, ꝙ filios succedere patri est de iure naturali, non obligatur tamen pater facere, vt quid habeat in quo filii sibi morienti succedãt licet hoc facere possit, ideo prima obligatio impedit patrem intrare religionem scilicet filiis non aliis. Secunda aũt. s. ad thesaurizandũ filijs non impedit, quia etiam si manendo aliquãdiu in sęculo possit illis thesaurizare non obligatur ad hoc manere, nec vna die, sed mox, vt filij aliti sunt, potest eos deserere, & non accipitur thesaurizare pro multitudine auri congesti, vt dicit Boetius, de consolatione libro tertio, prosa quarta. Sed thesaurum vocat Apostolus quidqd hẽt

filius

filius ex paterna successione, & quicquid est vltra alimenta paruę ętatis, etiam si sit vnicus obolus.

De filijs respectu patrum dicendum, ꝙ obligantur filij patribus ſm rationem, sed non secundum naturam. Primum patet dr̃.n.obligatio ſm rationem, q̃ est ꝑꝑ susceptum beneficium, filij antẽ susceperũt a parentibus immensa.s.esse educationẽ, & eruditionem pro quibus impossibile est, ꝙ aliter parentibus sufficienter retribuant.8.Ethicorum.c.vltimo, & hoc mõ patres non obligãtur filijs ad aliquid, quia nihil ab eis susceperunt: istum modum loquendi habet Aristot. semper, ideo semper dicit filios obligatos parentibus & nunq̃ econtrario. De secundo patet, quia in natura est iste ordo, ꝙ cum cã influat in effectũ semper effectus suscipit a causa, & nunquam causa recipit ab effectu, q̃a sic turbaret̃ immo desineret eẽ totus ordo naturę, pater aũt est cã essendi filijs.9.Eth.c.2.& ideo ſm ordinem naturę semper pr̃ deberet dare filio, & nunquã ab eo recipere, & sic loquitur Apostolus. 2. Cor. 13. parentes debent thesaurizare filijs, & non filij parentibus. accidit tamen ꝑꝑ humanam infirmitatem, ꝙ patres deficiant aliq̃n a potentia influendi in filios, & tunc iam est opus, vt filij refluant in patres, ꝙ ab eis acceperunt turbato iam vel potiùs deficiente ordine naturę ꝑꝑ infirmitatem humanam, qui ordo nunq̃ turbatur, nec deficit in causis vniuersalibus, & incorruptibilibus. deficiente, ergo isto ordine naturę succurrit ordo rationis, scilicet vt cum iam pater non possit filio prouidere, tanquam causa immo nec sibiipsi, prouideat ei filius secundum ordinem rationis, idest propter susceptum beneficium, & sic parentes filijs, & filij parentibus mutuo obligantur, licet non secundum idem genus obligationis.

An monachus videns egere parentes possit exire de claustro sine licentia præsidentis.

Quæst. LXIX.

QVAERITVR propter istum discipulũ, qui nũc erat cum Christo, & voluit redire ad sepeliendũ patrem, an monachus videns egere parentes possit exire de claustro sine licentia pręsidentis ad prouidendum illis. Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia tenetur filius de iure naturali patrem honorare. Exod.20.& intelligit̃ iste honor præcipue in sustentatione, vt Christus exposuit infra 15. sed ius naturale semper obligat, ergo etiam post monachatum manet obligatus, & non obstante cuiuscunque prohibitione tenetur ad prouidendum. Alij dicunt, ꝙ non potest, quia ex voto tenetur obedire, ideo non licet ei exire de claustro sine licentia præsidentis. Dicendum ad plenum intellectum huius, ꝙ in casu dato, aut monachus licẽtiam habere potest ad exeundum de claustro, & prouidendum parentibus, aut non, si licentiam habet non est dubium quin liceat ei exire. Et tamen est dubium an ei expediat, & dicendum, ꝙ aut põt conuenienter ꝓuidere parentibus per aliquem alium, aut non, si põt per alium melius est ei non exire claustrum, q̃a claustrum est vita monachi, & sicut piscis non viuit sine aqua, nec monachus sine claustro, vt ait Hiero. Si aũt non põt per alium prouidere, aut est necessitas parentum extrema, aut non: si extrema non solum expedit sibi exire, sed etiam tenetur, quia tenetur quilibet alteri in extrema necessitate succurrere, & maxime filius patri, & tamen iste monachus non impeditur succurrere, ergo tenetur si non sit extrema necessitas, aut est parua inopia, aut magna, si parua non tenetur nec etiam expedit, quia pro parua vtilitate temporali posset incurrere detrimentum magnum spirituale, quia tepesceret forte feruor eius incipiendo conuer-

Quid sit claustrum.

A sari in sęculo, & hoc valde cauendum est, sic dicit Chrysostomus, ꝙ diabolus attentius aditum quærit, & si inuenerit paruam negligentiam causat magnam pusillanimitatem, si autem est magna inopia considerato statu parentum non est tamẽ extrema necessitas, non obligatur monachus exire claustrum ad ꝓuidendum eis, an tamen expediat sunt considerandæ multę circunstantię particulares. s. quanto tempore extra claustrum oportet manere, & cum quibus conuersandum est, & qualibus negocijs oporteat monachum implicari, & cuius conditionis est ipse monachus. s. senex, vel iuuenis faciliter a passione ducibilis, vel non, & similia, vt per hoc colligi possit quantum periculum est cui se monachus exponit extra claustrum manendo, vt sic compensatis vtilitate in prouidendo parentibus, & periculo suo exeundo claustrum, videatur quid potius eligendum sit, nam contra charitatem est, & contra ordinem rationis, quòd maius periculum pro minori bono quis subeat, quia tunc paruum bonum præfertur maiori, vt ait Hieron. & de consecration. distin. 5. c. non mediocriter, & sic declaratum est supra 4.cap.quæstione 112. an volens religionem ingredi debeat longo tempore manere in sęculo, vt res suas bene vendat, & inde eleemosynas faciat. Si autem non habeat licentiam ad exeundum de claustro, aut sunt parentes in extrema necessitate, aut non, si sunt in extrema potest exire, & prouidere eis non solum sine licentia, immo etiam C prohibente prælato, quod grauius est, & non solum ad prouidendum parenti, sed etiam cuicunque alteri, nam si monachus in claustro manens videret aliquẽ extra claustrum cecidisse in puteum, aut in simile periculum, & nemo esset, qui erueret non est dubium, quin teneretur etiam prohibente præsidente exire ad subueniendum ei, quia talis necessitas excludit omne votum, & obligationem, alias ea quę introducta sunt in cultum Dei militarent contra charitatem, & nesciremus quid esset misericordiam volo, & non sacrificium, si propter cęremonias regulares non succurreremus homini morienti, sicut Christus dixit contra Pharisæos, infra duodecimo capitulo, qui increpabãt discipulos Christi eo, ꝙ fame cogente die sabbati e- D uellebant spicas, & sicut dixit ibi Christus, ꝙ homo est maior sabbato, & quòd sabbatum est ꝑꝑ hominẽ, ita homo est maior quacunque obseruantia, & voto regulari, quia omnia hæc sunt propter hominẽ, nec est obediendum prælato prohibenti in tali necessitate succurrere, quia in eis, quæ sunt expresse, vel manifeste contra Dei mandatum, nemo tenetur obedire alicui, quià istud esset obedire magis homini, quam Deo, quod fieri non debet, sicút dixit Petrus obedire, oportet Deo magis, quam hominibus Actu.5. & distinction.4.cap.qui contra.& 11.q.3.c.qui resistit, sed prælato obediendum est in his, quæ non sunt contra Dei mandatum, vnde ad mandatum pręlati, sæpe oportet cessare a bono, scilicet supererogationis, nun- E quam tamen propter eius præceptum est faciẽdum aliquod malum, sic dicit Gregor. sciendum est, nunquam per obedientiam malum fieri, aliquando tamen debet per obedientiam bonum, quod agitur intermitti. 12.quæstione 3. cap. quid ergo immo dicendum, ꝙ existente patre, vel quocunque extraneo in tal necessitate, monachus etiam sine licentia Abbatis, vel contra mandatum eius potest accipere de bonis monasterij, & prouidere taliter indigenti, vt ostensum est supra capitulo sexto, quæstione sexagesima. Si autem non sint parentes in extrema necessitate, siue sit parua inopia, siue magna, non licet monacho sine licentia prælati claustrum exire ad eis prouidendum, quia in tali casu prouidere licet sit bonũ, nõ est

Oĩa sunt propter hominem.

tamen necessarium, & ideo iubente prçlato cessandū est a tali bono, vt dicit Gregorius, ꝙ per obedientiam cessandum est interdum a bono, quod agitur, vt nūc dictum est, si autem esset iste in sçculo teneretur saltē de quadam çquitate prouidere parētibus existentibus in magna inopia, etiam si citra extremam necessitatem.

Sed dicetur cum iste esset simpliciter obligatus parentibus succurrere in tali necessitate, quo modo potest tolli ista obligatio, quç est de iure naturali sine consensu illius in cuius fauorem est?

Dicunt aliqui, vt Aegidius Romanus quolibet secundo q.25. ꝙ aliter est de sçculari, & aliter de monacho, scilicet quia monachus est mortuus mundo, & auersus ab eo, & per hoc, quòd se obligauit ad maiora bona absoluit se a minoribus, sicut etiam fit ecōtrario, quia coniugatus per hoc, quòd se obligauit coniugi non potest castitatem obseruare illa nolēte, licet melius sit seruare castitatem, quam coniugaliter coire, etiam dicit, quòd monachus est mortuus mundo, & sicut mortuus absoluitur a debito subueniendi parētibus, ita erit solutus monachus. Sed ista non satisfaciunt. De primo patet, quia ibi loquitur de obseruatione castitatis, quæ est bonum supererogationis, & ideo potuit se obligare quis per matrimonium ad aliquid per quod iam non posset exercere maiora bona. Secus autem est de illis, ad quæ quis esset ante hoc obligatus, quia non poterat contrariam obligationē subire, sicut qui coniugatus est, non potest profiteri religionem, nec promoueri ad ordinem sacrum, & e contrario, qui monachus est non potest accipere cōiugem, & tamen præsupponitur, ꝙ iste antequam intraret religionem erat obligatus subuenire patri in magna inopia, etiam circa extremam necessitatem, ergo nō potest tolli ista obligatio per ingressum religionis, vel saltem non est ad propositum exemplum, quod inducit.

De secūdo patet, quia licet monachus sit mortuus mundo, non est mortuus simpliciter, sed solum quadam fictione iuris, vnde multa potest facere, quç non potest vere mortuus. nam mortuus non tenetur subuenire parenti, etiam in extrema necessitate constituto, quia nihil de facto potest. monachus tamen tenetur, vt supra dictum est, non ergo sufficiunt ista. Aliquis forte dicet, quòd obligatio de subueniendo parentibus tollitur in monacho per hoc, ꝙ se obligat ad maiora bona, quia potest minus bonū cōmutari in maius bonum, & sic ingrediēs religionē absoluitur ab omnibus votis exemplum de vo. & vo. redemp. c. scripturæ. ita ergo nunc monachus absoluetur ab illa obligatione per religionis ingressum, sed istud non stat, quia non absoluitur a subueniendo parentibus in extrema necessitate, ergo nec absoluetur ab aliqua alia obligatione respectu parentum. Item non stat, id quod dicitur, quia illud est verum in obligationibus, quæ sunt respectu eiusdem personç, quia potest commutari minor in maiorem, & quia omnia vota fiunt Deo cum sit votum actus latriç, per votum religionis potest absolui quis ab omnibus alijs, quia nullum est maius, quam hoc, vt patet in allegato. c. scripturæ obligationes tamen, quæ sunt ad homines non tolluntur per votum religionis, vt siquis debeat alteri decem denarios nō absoluitur per ingressum religionis, etiam non absoluitur vir a debito coniugali per hoc, ꝙ ingreditur religionem, immo non potest ingredi, sic aūt est de obligatione subueniendi parentibus. Dicendum, quòd obligatio subueniendi parentibus nō est aliquid determinatum, sed solum, ꝙ filius tenetur succurrere parentibus indigentibus, meliori modo quo potest, quia tñ necessitas parentū non est aliquid

F determinatum pro loco, & tempore, & quantitate inopiç, & alijs circunstantijs, non obligatur filius ad aliquid determinatum, sed solum, ꝙ adueniente tempore succurret parentibus meliori mō quo potuerit, & patet hoc, quia filius non tenetur manere semper cum parentibus expectando si aliquando occurrat eis inopia, sed potest ire quo voluerit, & si eo absente accidat parentes indigere, & non subueniat eis, non est in aliqua culpa, & tamen si teneretur ad aliquid determinatum in culpa esset, & ideo non obstante tali obligatione, quç est generalis, & indeterminata potest filius subire aliam obligationem determinatam per q̄ huic indirecte prçiudicetur, & ad veritatem non præiudicatur, quia si præiudicaretur oporteret, ꝙ esset in aliquo determinato istud præiudicium, & tamen non G est, quia non est aliquis certus modus quo parentibus subueniendum sit, ideo potest filius quamcunque aliam obligationem subire, & si postea accidat, ꝙ per illam impediatur succurrere parentibus ita prompte, sicut si non haberet illam obligationem non est inconueniens, quia aliàs filius non posset accipere vxorem, nec effici miles, nec sacerdos, nec aliquod officium accipere, quia nihil est per quod non impediatꝰ subuenire parentibus potius, quam si esset in domo paterna, & tunc manifestum esset, ꝙ filius, qui recederet in terram longiuquam, intendens nunquam redire ad parentes peccauerat, quia per hoc magis impotens efficitur ad subueniendum illis, quam monachus, & tamen certum est, ꝙ non peccat. obligatio ergo H de subueniendo parentibus solum cōsistit in hoc, ꝙ data opportunitate succurrat eis filius melius quo poterit, & hoc facit, etiam monachus, nam secundū conditionem suç religionis, scilicet non præiudicando illi tenetur succurrere parentibus quantum poterit, nec potest isti obligationi præiudicari, nisi expresse faciendo contrarium, vt siquis iuraret, vel ꝓmitteret, nunquam succurrere parentibus in necessitate, vel non succurrere quandocunq; posset. Circa ingressum religionis sunt alia duo dubia. Primum est, an volens religionem intrare debeat immediate intrare, vt fuerit spirituali inspiratione vocatus, vel liceat ei manere aliquanto tempore in sçculo. de quo dixi supra 4. c. quæstione prima, & in solutione ad secundum argu- I mentum.

Aliud dubium est an deliberans animo intrare religionem bene agat manendo aliquanto tempore in sçculo, vt res suas bene vendens ampliores eleemosynas inde faciat, vel sit melius mox intrare de quo dixi eadem quæstione, in solutione ad tertium argumentum.

Et ascendente eo in nauiculā, secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserūt K ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum dicentes. Domine salua nos: perimus. Et dicit eis Iesus. Quid timidi estis modicç fidei: Tunc surgens imperauit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicentes. Qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei?

Et ascendente. Ponuntur quçdam miracula ad discipulorum confirmationem, & primo ponitur miraculum in creatura corporali, scilicet in maris fluctibus,

fluctibus, secundo in spirituali, s. in dæmonibus, ibi.

Et cum venisset. Ponitur hic miraculum de tranquillitate maris facta ad Christi mandatū, & præcedētia de scriba, & discipulo habentur solū hic, & Luc. 9. istud vero de mari pacato habet hic, & Mar. 4. & Luc. 8. & dr̄. *Et ascendente eo*. Idest Christo. *In nauiculam*. Erat.n. parua nauis, s. forte piscatororum, quia istud mare Galileę cum non sit, nisi quoddam stagnum, & non continuetur cum mari mediterraneo non sunt ibi magnę naues, sed solum, vel vt in plurimum nauiculę ad vsum piscatorum, & ita, etiam Lucę 8. nauicula dicitur, & tamen Mar. 4. vocatur nauis inquantum nauis est nomen speciei artificij, & non significat magnum, nec paruum.

Secuti sunt discipuli eius. Idest iuerunt in eadem naui, & tamen dicit secuti sunt eum, s. quia Christus prius intrauit in nauiculā, q̄ illi, vel qa Christus erat Dominus, & quo vadit dominus vadūt famuli, & quamuis simul eant solus Dominus ire dr̄, & alij dr̄r eum seq, sicut dr̄ rex vadit ad talem locū, & nihil dicit de alijs, quasi solus eat, cum tamen constet multos simul ire.

Et ecce motus magnus factus est in mari. Scilicet tēpestas, & dicitur Marci 4. facta est procella magna, & venti, & idē est, sed istud apertius dicitur. est.n. procella ipsa commotio fluctuū in mari, aliquando tñ procella dr̄ magnitudo ventorū. Psal. 10. spiritus procellarū, i. flatus ventorum. & Psal. 148. spiritus procellarum, quæ faciūt verbū eius, i. venti fortes, & impetuosi obediūt Deo, hic tñ Marcus accipit procellā pro cōmotione maris, eo q expressit procellam, & ventos, vel potest accipi procella pro ipsis ventis, qa dr̄ Luc. 8. & descendit procella, & venti in stagnum, & tñ si procella esset commotio fluctuum non poterat descendere, sed vētus est, qui descendebat in stagnum. & satis apparet, quòd accipiatur pro vento, quia dicitur facta est procella magna venti. *Ita vt nauicula operiretur fluctibus*, Non est sensus, q vere operiretur, quia tunc submergeretur, & non potuisset Christus dormire, & tamen dormiebat in naui, vt patet in litera, sed operiebatur, idest inuestiebatur, i. quia fluctus intumescente mari excelsiores fiebant, quam nauis, & hoc erat nauem operiri fluctibus.

Sed contra, quia Marci 4. dicitur, & fluctus mittebat in nauem, ita vt impleretur nauis. Dicendum, quòd est modus loquendi hyperbolicus, quia intrantibus quibusdam fluctibus in nauem dicebatur nauis impleri ad significandum magnitudinem tempestatis, & est modus loquendi, tam in scriptura, quam apud vulgares vsitatus, vt cum dicitur astra ferit clangor, vere tamen non erat nauis impleta, quia dicitur ibi, q Christus erat in puppi super ceruical dormiens, & tamen si nauis esset impleta iam ipse non dormiret super ceruical, sed nataret in aqua.

Potest tñ dici ita, vt impleret nauis. i. vt prope esset, quòd impleretur si Christus non succurrisset, quia quod prope est inesse videtur, & iste est melior sensus, & sine hyperbole, sed Luc. 8. dicitur, & compellebantur, & periclitabantur, idest compellebantur ire contra voluntatē suam non potentes gubernare nauiculā propter magnitudinē tempestatis, & periclitabantur. i. laborabant in periculo constituti inter mortem & vitam. *Ipse vero dormiebat*. Antequam inciperet procella iam Christus dormiebat, & dicitur Marci 4. q ipse erat in puppi super ceruical dormiens, idest in parte posteriori nauis, quæ puppis dicitur, & ibi super ceruical dormiebat. *Et accesserunt*. Erant enim discipuli remoti loco a Christo, quia cum dormire vellet secessit ab eis, ne obstarent sibi, & hoc innuitur Marci 4. scilicet, & erat ipse in puppi, idest in posteriori parte nauis, ideo ad hoc, quòd suscitarent eum opor-

A tuit, quòd accederent, idest irent ad ipsum.

Et suscitauerunt eum. A principio tempestatis propter reuerētiā nō ausi sunt discipuli accedere ad Christum, nunc vero, quia se morti proximos cernebant suscitauerunt eum. *Dicentes, domine salua nos*. Idest libera de hoc periculo, saluare.n. est salutem inducere, vel conseruare, & sic, qui alterum a morte liberat eum saluare dicit. *Perimus*. Idest peribimus si non saluas nos, sed Marci 4. dicitur magister non ad te pertinet, quia perimus, idest non curas de nobis, nec de teipso cum simus in periculo, & iste est modus magis increpatorius, vt infra dicetur.

Et dicit eis quid timidi estis modicæ fidei. Increpatio est de iniusto timore, & erat iste timor propter paucitatē B fidei. nam si recte de Christo discipuli iudicarent non timuissent, posse perire manendo cum illo.

Tunc surgens. Quando accesserunt discipuli iacebat, quia dormiebat super ceruical, vt dicitur Marci 4. petentibus vero discipulis surrexit. *Imperauit ventis, & mari*. Idest imperauit eis, quòd cessarent, sicut dicitur Marci 4. quòd dixit mari tace, & obmutesce.

Et facta est tranquillitas magna. Scilicet maior, quam fuisset antequam inciperet tempestas, & dicitur, q imperauit ventis, & mari. Quia ista tempestas consistebat in duobus, scilicet in commotione fluctuum, & violentia ventorum, vtrique ergo Christus iussit cessare, & quia vētus erat causa commotionis fluctuū ponitur prius, & dicitur imperauit ventis, & mari, sciC licet ventis, vt cessarent, & mari, vt quiesceret, sic dicitur, Lucę 8. ille surgens increpuit ventum, & tempestatem aquæ.

Porro homines mirati sunt. Scilicet qui erant in naui videntes tam subitam, & tam placidam tranquillitatem solo verbo ex maxima tempestate factam mirati sunt, siue autem isti essent discipuli, siue alij existentes in naui cum Christo, dicetur infra quęstionę 89. *Dicentes qualis est hic*. Idest qualis virtutis, & quantæ potestatis. *Quia venti, & mare obediunt ei*. Quasi esset mare creatura rationalis videtur Christi mandato obediuisse. nam mox, vt ipse dixit tace, & obmutesce. Marci 4. cessauit mare.

D *An ea, quæ habentur hic sint continua ad præcedentia. Quæst. LXX.*

QVAERETVR an ea, quæ habentur hic sint cōtinuata ad præcedentia.

Dicendum videtur, quòd sic. primo, quia supra Christus dixit discipulis, quod irent trans fretum, hic autem dicitur quomodo ascenderunt nauiculam, & transfretauerunt, ergo necesse est, q ista fuerint post illa. Secundo patet ex ordine literę, quia sic Matthęus scripsit, & tamen, nunquam est recedendum ab ordine literę sine aliqua causa manifesta, ita vt appareat, quòd non fuerit talis ordo qualis scribitur, hic tamen nulla causa apparet. ideo standum est ordini literę, de E istis, quæ habentur inter mandatum domini de transfretando, supra. & transfretationem de qua nunc agit, scilicet de scriba, & de discipulo, est dicendum, quòd fuerint tempore medio, scilicet Christus, quando vidit turbas iussit discipulis ire trans fretum supra in litera, & dum iret ad intrandum nauem acciderunt ista duo in via, scilicet de scriba, & discipulo. sic patet Lucę 9. factum est ambulantibus illis in via dixit quidam ad illum sequar te, & ponuntur ibi ambo. sic etiam dicit Origenes, quòd autem Matthęus dicit tunc istud gestum esse, quando iussit, vt irent trans fretum. Lucas vero ambulantibus illis in via, non est contrarium, quia viam vtique ambulabant, vt venirēt ad fretū. idem ēt dicit Remigius quid inter iussio-

nem domini de transfretando, & transfretatiqne gestum sit. Euangelista studuit manifestare, cum ait, & accedens vnus scriba, & sic ista duo fuerunt inter mādatum, & transfretationem, & sic fuerunt immediate ante istud, quod habetur hic. F

Sed obijcietur, quòd fuet in alio tempore, & forte post istā transfretationem, quia illa duo, idest de scriba, & discipulo ponuntur, Luc.9. in fi. & ista transfretatio, Luc.8. circa medium. Dicendum quòd non est possibile, q̄ istę res acciderint eo ordine quo ambo Euangelistę narrāt, cum discrepent in ordine narrandi. standum est, ergo Matthęo,

Primo, quia vt communiter Matthęus solet magis sequi ordinem naturalem historię, quam alij Euangelistę. illi vero interdum sequuntur ordinem artificialem, quod Matthæus aliquando facit, sed rarius, quam illi, G

Secundo, quia doctores magis tenent hic istum ordinem narrandi Matthæi, quam Luc. vt patet ex dictis Origenis, & Remigij supra positis.

Tertio patet, quia etiam Lucas aliquo modo licet implicite videtur consentire Matthæo, dicens Luc.9. q̄ ista duo facta sunt ambulantibus illis in via, idest euntibus ad intrandum nauem, vt transfretarent, sicut exponunt Origenes, & Remigius.

Sed adhuc obijcietur, quòd ita transfretatio non fuerit isto ordine facta, sed quòd fuerit post ea, quæ habentur infra 13. vbi Christus posuit parabolam seminantis, quia Mar. & Lucas conueniunt in hoc: nam Marci 4. & Lucę 8. vbi ponitur ista transfretatio ponitur ante illam parabola seminantis. H

Dicendum, quòd potuit esse, quòd illa parabola dicta esset ante istam transfretationem, & tamen an dicta fuerit nondum apparet, quia potest esse, quòd Marcus, & Lucas recesserint hic simul ab ordine naturali, & Matthæus illum teneat de quo qualiter sit veritas dicetur infra decimotertio, vel Marci quarto.

Sed adhuc concesso, quòd parabola seminantis fuerit dicta ante istam transfretationem non tollitur ordo supra positus, quia non erit sensus, quod inter mandatum domini de transfretando, & transfretationem fuit dicta, sed ante illud mandatum, I sic innuitur Marci quarto, vbi postquam ponitur parabola seminantis dicitur. cum sero esset factum dixit Christus transeamus econtra, idest transfretemus, & idem ordo ponitur, Lucę octauo, quia post illam parabolam subditur transfretemus trans stagnum; sed illam parabolam potuit Christus dicere, quando prædicabat turbis. nam postquam exiuit de Capharnaum, de quo habetur supra in litera iuit ad proximas ciuitates, & vicos, vt ibi prædicaret, vt patet Mar. primo, & Lucę quarto, & fuit hoc antequam iuberet discipulis transfretare: nam hoc iussit postquam vidit turbas congregatas ad se, vt dr̄ supra in litera, & illis turbis forte dixit parabolam seminantis, & alias parabolas, quod Mat- K thæus hic subticuit, Marcus tamen, & Lucas illud expresserunt, & tamen de illis parabolis dicendum, quod eo ordine fuerunt dictę quo eas Matthęus describit, quia infra decimotertio dicitur in illo die exiens Iesus de domo sedebat secus mare, & tunc sequitur quomodo congregata turba dixit istas parabolas, an tamen Marcus, & Lucas potuerint tenere ordinem rectum circa istas parabolas dicetur Marco quarto, vel Lucę octauo, vbi de hoc agitur.

Quare Christus nunc transfretauerit. Et quomodo dupliciter ostenditur omnipotentia.
Quæst. LXXI.

QVAERETVR quare Christus nunc transfretauit. Dicendum, q̄ propter multa. Primo ad euitandum turbas, nam voluit illas euitare propter causas positas supra q.55. si tamen vellet ab eis recedere per terram non posset, quia sequerentur eum, nunc vero cum ipse ascenderet nauiculam non poterant turbę sequi eum, quia non poterant intrare omnes in Christi nauiculam cum esset parua, etiam non occurreret eis habere in promptū nauiculas alias iuxta voluntatem suā ad transfretandū, saltē non possent hoc omnes licet essent alię nauiculę ibi cum illa, in quam Christus ascendit Mar.4. non legitur tamen alia transfretasse, nisi Christi nauicula, vt colligitur hic, & ibi, & Luc.8. etiam, quia nescirent turbę quo Christus ire vellet, & sic forte non esset vtile eis sequi illum transfretando, etiam quia si transfretarent non esset eis facile redire quandocunque vellent in domos suas, si autem Christus terrestri itinere pergeret nullū istorum inconuenientium esset, quia facile esset cuilibet de turba sequi illum, quando vellet. & redire, quando vellet: & sic ad hoc, q̄ Christus euitaret turbas nunc congregatas non fuit conueniens, q̄ terrenum iter ageret, sed q̄ transfretaret. Secūdo fuit, quia Christus volebat oñdere se esse Deū, & quia Deo soli cōpetit esse omnipotentē, voluit Christus oñdere omnipotentiā. Ostendit aūt dupliciter omnipotentia, s. intensiue, & extensiue. Primo mō faciendo opera infinitę potestatis, nam infinita potentia est omnipotētia, cū supra infinitū posse nullum posse sit, qui ergo agit aliquid ex infinita potestate agit ex omnipotentia: hunc modū omnipotentię Christus oñdit in quolibet miraculo, nam nullum miraculum potest fieri ex minori potestate, quam infinita. Secūdo modo, s. extensiue ostēditur omnipotētia si super singula quis exerceat potestatē, & hunc modū Christus voluit oñdere nūc, nā in terra potestatē suā ostenderat multa miracula faciendo, voluit ergo nunc ostendere, ēt in mari potestatem suā placando mare per imperiū, sic dicit Origenes cum multa magna, & miranda ostendisset in terra, transijt ad mare, vt ibidem excellentia opera demonstraret, quatenus terrę, marisque dominum se esse cunctis ostēderet, & ista ēt fuit causa quare postq̄ transfretauit sanauit arreptitios, infra in litera, s. vt per hoc oñderet se esse dn̄m creaturę spūalis, sicut oñderat se dn̄m creaturę corporalis sanando corporum morbos. Tertio fuit, quia Christus volebat ire ad p̄dicandū vltra mare istud: prędicauerat. n. multis diebus in ciuitatibus ac locis Galilęę citra mare, ideo voluit, etiā prædicare habitantibus vltra mare; nō. n. volebat manere semper in eodem loco, sed prædicare per diuersa loca, sic patet Lucę 4. quando exiuit de Capharnaum, & turbę venientes detinebant illum ne discederet ab eis, s. de vrbe Capharnaū, & ille dixit, & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum, & ista etiam est præcipua causa transfretādi, licet Christus nō p̄dicauit vltra fretū, q̄a incolę terrę rogauerunt, vt recederet de regione eorū infra in lr̄a saltē tñ sanauit arreptitios, & ad hoc principaliter ibat, quia hoc solum sciebat se ibi facturum.

Quomodo dicitur secuti sunt eum discipuli eius.
Quæst. LXXII.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, quòd secuti sunt eum discipuli eius. Aliqui dicunt, quod secuti sunt eum, quia Christus ascendit in nauem,

nauem,& illi via terrestri secuti sunt eum, sic interdũ faciebant turbę, vt infra 14.ſ.secessit inde in nauicula in locum desertum. & cũ audissent turbæ secuti sunt pedestres de ciuitatibus,& Marc.6.dicitur de Christo & discipulis, ꝙ ascendentes nauem abierunt in desertum locum seorsum,& viderunt eos abeuntes,& cognouerunt multi, & pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc.

Alii dicunt, quòd secuti sunt eum.ſ.euntes in alia naui,& nauis Christi præcessit, nauicula autẽ in qua discipuli erant subsecuta est, nam multę nauiculæ erant in littore cum illa, in qua Christus transfretauit, vt patet Marc.4.

Sed primum non stat, quia discipuli nauigio trãsfretauerunt cum dicatur supra in litera, quòd Christus iussit discipulis ire transfretũ,& magis patet Luc 8.cum dicitur transfretemus,& ascenderunt,nauigantibus autem illis obdormiuit.

Secundum non stat, quia necesse est, ꝙ fuerint discipuli in eadem nauicula,in qua Christus, quia Luc. 8.dicitur ascendit ipse in nauiculam,& discipuli eius. Item patet, quia insurgente tempestate accesserũt discipuli,& suscitauerunt Christum dormientem,vt patet in litera,ergo erant in eadem naui.

Sed dicendum, ꝙ discipuli secuti sunt eum, quia Christus erat dominus eorum, ideo ipse solus diceba tur transfretare,illi autem non dicebantur transfretare,sed sequi dominum suum transfretantem,vt dictũ est supra in expositione literæ.

Quare Christus voluit habere secum in naui discipulos. Et quod multoties Christus permittit hominem fluctuari, ne superbiat. Quæst. LXXIII.

QVAERETVR quare Christus voluit secum in naui habere discipulos.

Dicendum,ꝙ fuit propter multa.Primo ad erudiẽdum eos constantes esse in periculis per fidei firmitatem,nam instruxerat eos qualiter vitare deberent inanem gloriam,& applausum populi per hoc, ꝙ recessit a turbis,quæ eum laudabant,& venerabantur: nũc per experientiam periculorum vult eos instruere cõfidentes esse,nec timere quidquam per fidem, sic dicit Chrysost.accepit autem discipulos secum in naui, vt ad vtraque eos erigeret, & ad hoc, ꝙ in periculis non stupereor, & ad hoc, ꝙ in honoribus moderata de se existiment.

Secundo fuit,vt reduceret eos in considerationem suę fragilitatis, nã ex eo, ꝙ Christus miracula magna faciebat, & isti adhærebant ei familiariter honorabãtur a turbis,& ipsi ex hoc gloriabantur, & maxime, quia Christus concesserat istis potestatem prædicandi,& miracula faciendi infra.10. & Luc.9.& faciebãt miracula,de quibus valde exultabant, & gloriabant. Luc.10.ſ.reuersi sunt 72.cũ gaudio dicentes domine etiam dęmonia subijciuntur nobis in noĩe tuo, Christus aũt dixit nolite in hoc gaudere, quia spũs vobis subijciuntur:in quo patet, ꝙ ibi erat aliqualiter gloria humana per q̃ in seipsis extollebantur discipuli, quia alias Christus non vetuisset eam, vt ergo non gloriarentur in seipsis voluit eis propriam infirmitatem ostendere constituendo in periculo,de quo nõ possent se liberare,& sic agnoscerẽt se nihil eẽ,sic dicit Chry. vt.n.non magna de se saperent pp hoc, ꝙ alijs dimissis eos retinuerat pmittit eos fluctuari, sic.n.sępe De⁹ facit boĩe superbiat,vt patet secunda Corint. 12. cũ Paulus de se ait ne magnitudo reuelationum extollat me datus est mihi stimulus carnis meę angelus Sathanę,vt me colaphizet, sic etiam dicit Grego. super Ezec, quòd quia Deus ostenderat Ezechieli magna-

A lia,Ezehiel.primo, vt non superbiret,vocauit eum filium hominis ibi sequent.c.

Tertio fuit hoc ad ostendendum discipulis dulcedinem beneficiorum suorum, nam Christus multa miracula fecerat turbis sanando infirmos eorũ,& benefaciendo eis, de quo ẽt discipuli Christi gaudebant videndo eius omnipotentiam, quia tñ magis gauderent si in seipsis beneficia diuinæ bonitatis sentirent voluit Christus eos a morte liberare, & ad hoc fecit, vt secum essent in nauicula,sic dicit Cyrill. quia discipuli oẽs a Christo beneficiatos videbant,decebat etiã ipsos per proprium sensum in beneficijs Christi dele

B ctari, non.n. sic quis considerat, quę fiunt in alienis corporibus,& in suo,& ideo dominus discipulos mari,& ventis exponit,idem dicit Origenes.

Quarto fuit,quia Christus volebat transfretare, vt iret ad prędicandum vltra mare, & ad hoc decebat discipulos suos esse cum eo, vt indesinenter doctrinã eius audirent, si tñ non comitarentur eum nauigantem,non inuenirent eum postea, vsque post aliquot dies si sequerentur eum itinere terrestri, & si ibi non prædicauerit,decuit tñ ꝙ viderent qualiter legionem dæmonum eijciens de hoĩe misit in porcos,ꝙ fuit stupeodũ miraculum, & per hoc saltem in fide instruerentur.Quinto fuit pp Christi honestatem,nam cum esset dominus, & magister non honeste iret solus vadens, sed decebat, ꝙ discipuli eius comitarentur eũ,

C quia illi familiariter ei adhærebant cũ specialius ipsi, quam cęteri cognoscerent,& ideo qñ turbę veniebãt ad audiendum Christum ipsi accedebant ad Christũ, vt non permitterent turbas appropinquare ei, sic dicitur supra 5. videns Iesus turbas ascendit in montem, & cum sedisset accesserũt ad eum discipuli eius: hoc autem erat, quia omnes turbę nitebãtur accedere ad Christum,vt tangerent eum Lu.6. omnis turba quęrebat eum tangere,quia virtus de illo exhibat,& sanabat omnes, & propter hoc etiam interdum nolentibus discipulis turbæ comprimebant Christum, vt eũ tangerent sequent.c.& Lucæ.8. discipuli tamen prohibebant quantum poterant,& ideo turbæ rogabant sæpe, ꝙ permitterentur tangere Christum infra.14.ſ.

D rogabant eum,vt vel fimbriam vestimenti eius tãgerent,paruuli etiam volentes aliqñ ad Christum accedere repellebantur a discipulis infra.19.ſ.oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, discipuli autem increpabant eos, & Iesus dixit sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire.

Sexto fuit, & principaliter pp Christi testimoniũ, voluit enim Christus habere testimoniũ a discipulis. Actuum 1.eritis mihi testes in Ierusalem,& in omni Iudęa,& Samaria, & vsque ad vltimũ terræ. Fuit autem illud testimonium quantum ad duo.Primo ad tollendum suspitionem de vita Christi,quia cũ Christus faceret magnalia,qualia nemo fecerat si solus manere soleret putaretur,ꝙ habebat colloquia aliqua cũ dæmonibus, vel faciebat aliquas cęremonias illicitas

E Magorum, aut esset vita sua dissimilis vitę aliorum, & ex hoc redderetur suspecta,nam Iudæi aliqui putabant, vel asserebant eum habere consortium cum dęmonibus dicẽtes in Beelzebub principe dæmoniorũ dæmonia eijcit sequenti cap. & infra 12. & idem putauerunt aliqui gentiles,de quibus fuit Porphyrius,vt ait Aug.lib.1.de concordan.euang.propter hoc ergo Christus nolebat manere solus saltem ad modicum tempus,nisi interdum ex causa, & ad paucum tẽpus, sicut aliqñ orando,vt patet Luc.6.exijt in montem solus orare, & qñ necesse erat discipulos mittere ad aliquid,sicut quando iuerunt pro cibis in vrbem Samaritanorũ,& ipse mansit solus ad fontem Io.4.& redeũtes discipuli,& Samaritanæ colloquentẽ inuenientes

mirati sunt eodem c.& quando turbas volebat expe-
dire: nam iussit discipulis ascēdere nauiculam,& prę-
cedere eum, & post modicum ipse venit ad eos am-
bulans super aquas infra 14.& Mar.6.& quando fu-
giebat a turba, sicut quando voluerunt eum regem
facere: nam tunc solus fugit in montem Ioan.6.&
quando fugit abscondens se volentibus eum lapidare
Iudæis Ioan.8.& quando voluerunt eum præcipitare
Nazareni de supercilio montis Lucę 4.sed ista rara
erāt & paruo tempore durabant,aliàs autem semper
manebat cum discipulis, & ita nemo poterat vitam
eius habere suspectam, quia habebat testes totius cō-
uersationis suę. Secundo erat ei testimonium disci-
pulorum necessarium propter prædicationem, quia
discipuli prædicaturi erant gesta Christi post eius re-
surrectionem, oportebat ergo,quòd diligenter inter
fuissent semper omnibus actibus eius,sic dixit Petrus
loquens de electione Matth. Actu.1.scilicet oportet,
ergo ex his viris,qui nobiscū sunt congregati in omni
tempore quo intrauit, & exiuit inter nos dominus
Iesus incipiens a baptismate Ioannis vsque in diem
qua assumptus est a nobis, testem resurrectionis eius
nobiscum fieri vnum ex istis, & sic necesse erat pro-
pter testimonium Christum manere semper cum di-
scipulis, & ita voluit eos secum habere in naui.

An ista tempestas fuit naturalis, vel miraculosa.
Quæst. LXXIIII.

QVAERETVR de ista tēpestate, quæ nunc fuit
in mari,an fuit naturaliter,vel miraculose.
Dicendum, quòd poterat esse vtroque
modo. De primo patet, quia sępe tempestas in mari
accidit. De secundo patet,quia Deus suscitat tempe-
states in mari, quando vult, quia omnia obediunt ei,
& maxime,quia tēpestates illę accidūt ex ventis:Deus
tamen est, qui ventos gignit,& suscitat.Psal.134.edu-
cens nubes ab extremo terrę, qui perducit ventos de
thesauris suis, & isti venti producti faciunt quidquid
Deus iubet.Psal.147.spiritus procellarum, quę faciūt
verbum eius,idest venti fortes Deo obediunt, vnde si
iusserit ventis diuidere mare, vel desiccare illud fa-
ciēt, sic patet Exo.14.scilicet cum extendisset Moyses
manum super mare abstulit illud Deus, idest aperuit
flante vento vehementi,idest vēte tota nocte, & ver-
tit in siccum. sic etiam locustas, quæ venerant super
Aegyptum Deus expulit de terra obiectoeis vento
Exo.10.scilicet flare fecit ventum ab occidente ve-
hementissimum, & arreptam locustam proiecit in
mare rubrum.sic etiam ventus iubente domino dedit
Iudæis coturnices Numeri 11.ventus egrediens a do-
mino arreptas trans mare coturnices detulit, & dimi-
sit in castra. Idem Psal.77. Deus ergo mittit ventos,
quando vult, & concutit mare, & fiunt tempestates.
Psal.106.qui descendunt mare in nauibus ipsi viderūt
opera domini, & mirabilia eius in profuudo, dixit.i.
mandauit,& stetit spiritus procellę,idest venit ventus
validus, & exaltati sunt fluctus eius. ascendunt vsque
ad cęlos,& descendunt vsque ad abyssos, anima eorū
in malis tabescebat, idest turbabautur nauigantes vi-
sis tempestatibus.
Dicendum tamen, quòd quomodocunque fuerit
ista tempestas, siue naturaliter,siue miraculose Deus
voluit,quòd esset, & ideo intrauit mare,vt tempestas
ista ibi turbaret nauem: nam etiam ea,quæ naturali-
ter accidunt Deo volēte fiunt, & ab eo ordinata sunt
cum ipse sit prima causa naturę.Sed magis videtur di-
cendum,q̃ supnaturaliter accideri Christo iubente,
quod aliqualiter innuitur. Lucę 8.scilicet,& descendit
procella venti in stagnum, idest iste vētus venit a par-
F te superiori, & tamen tempestas maris solet potius a
parte inferiori inchoari genitis quibusdam ventis sub
aqua. sic etiā dicit Origenes ingressus Christus naui-
culam fecit turbari mare:hęc tempestas nō ex se orta
est,sed potestati paruit imperantis, qui educit ventos
de thesauris suis, & ita communiter tenetur.

Quare tempestas ista fuit tam magna. An quia quanto
tempestas erat maior, tanto erat miraculum maius.
Quæst. LXXV.

QVAERETVR quare ista tempestas fuit tam ma-
gna: nam tam grauis fuit,quòd discipuli puta-
G uerunt se perituros, & Mar.4.dicitur, quòd facta est
procella magna venti, & fluctus mittebat in nauem,
ita vt impleretur nauis.
Dicendum,quòd fuit propter multa. Primo,vt di-
scipuli cogerentur Christum dormientem suscitare:
nam si fuisset parua tempestas non timuissent disci-
puli,quia plurimi eorum erant viri nautici experti fre-
quenter pericula maris cum essent piscatores supra 4.
& Mar.primo,vt ergo ipsi timerent oportebat, quòd
esset grauis tempestas, & insolita.
Secundo fuit ad ostendendum manifeste, quòd
esset miraculnm sedare mare: nam si fuisset parua tē-
pestas, etiam si Christo iubente cessaret non putare-
tur esse miraculnm, quia crederetur, quòd per seip-
H sam cessabat,sicut aliàs erat soliunm fieri: Christus ta-
men valde cauebat ne posset dubitari de operibus suis
an essent miracula, vel non.
Tertio fuit, quia Christus non solum volebat mi-
raculum facere,sed etiam magnum miraculum,vt ex
differentia miraculorum ostenderet se maiorem esse
omnibus antiquis patribus, & prophetis, qui aliqua
miracula fecerant, & quia quanto tempestas ista ma-
ior erat,tanto esset miraculum maius saltem ex parte
rei,vel in iudicio hominum,faciendo illam tempesta-
tem magnam faciebat, quòd miraculum esset ma-
gnum, sic dicit Origenes facta est autem tempestas
magna, vt magnum opus ostenderetur.
Quarto fuit, vt magis gauderent discipuli Christi:
quia istud miraculum factum est ad consolationem
I discipulorum eius,vt ostensum est supra q.73.& tamē
quanto quis est in maiori angustia tanto est maius
gaudium de liberatione ab illa, ideo debuit esse ma-
gna tempestas,vt multum gauderent, quando libera-
rentur,sic dicit Orige.facta est tempestas magna,quia
quanto magis fluctus nauiculę irruebant, tanto ma-
gis discipulos timor conturbabat, vt plus desidera-
rent se liberari per miracula saluatoris.

Quare Christus non recipit aliquos de turbis secum in nauicula,
quæ erant in littore. *Quæst.* LXXVI.

QVAERETVR quare Christus non recepit tur-
bas, vel aliquos de turbis secū in nauicula, aut
K in alijs nauiculis, quæ erant in littore,quãdo Christus
transfretauit,vt dicitur. Mat.4.
Dicendum, quòd fuit hoc propter multa. Primo,
quia Christus,ideo transfretauit,vt turbas declinaret,
vt ostensum supra q.55.non ergo reciperet turbas se-
cū,vel aliquos de turba. Secundo fuit hoc,quia Chri-
stus intendebat nunc constituere discipulos suos in
aduersitate, vt per hoc fides eorum appareret saltem
ipsismet, & erudirentur confidentes esse in periculis,
ista autem doctrina non erat necessaria turbis, quia
sufficiebat eis, quòd agnoscerent per miracula Chri-
stum esse verum Deum,& crederent in eum,discipu-
lis autem non solum erat necessariū credere in Chri-
stum, sed etiam instrui tolerare confidenter pericula,
quia

quia ipsi constituendi erant doctores, & principes orbis terræ, ideo sufficit discipulos navigare, vt sic erudirentur per fidem superare pericula, turbis autem non erat hoc necessarium, quia ista est doctrina perfectorum, vel anhelantium ad perfectionem, turbæ autem imperfectæ sunt, & sufficit eis credere, & operari plane maxime in principio doctrinæ, quia nunc erat principium doctrinæ noui testamenti, sic dicit Chryso. vbi enim miraculorum ostensio erat plebem permittit adesse, vbi autem tentationum, & timorum acceptio, athletas orbis terrarum quos excitaturus erat, hos solos assumit.

Tertio fuit, quia Christus nouerat, quòd discipuli sui in hoc periculo futuri erant infirmi, & ipse propter hoc eos increpaturus erat vocans eos modicæ fidei, noluit autem, quòd turbæ viderent defectum discipulorum suorum, ideo noluit, quòd turbæ sequerentur eum, sed ibat ipse cum discipulis, sic dicit Chrysost. homilia, discipuli non habebant decentem opinionem de Christo, scilicet quòd non excitatus, siue dormiens posset mare increpare, propter quod nec præsentibus turbis hoc signum fecit, vt non accusentur discipuli modicæ fidei, sed discipulos solos accipiens corrigit.

Sed obijcitur, quia Christus interdum increpabat publice discipulos sic patet infra 17. & Lucæ 9. cum dixit eis o generatio incredula, & peruersa quousque ero vobiscum? vsquequo vos patiar?

Dicendum, quòd ibi discipuli publice peccauerãt, quia adductus fuerat ad eos quidam lunaticus, & nõ potuerant eum curare propter incredulitatem suam, & hoc fuit præsentibus turbis: nam pater illius lunatici dixit obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum, & tamen peccantes publice, publice debent puniri 1. Timo. 5. peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant, præcipue tamen fecit id Christus ad defensionem suam, quia pater illius lunatici dixit obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum, & per hoc ille putaret, quòd doctrina Christi non erat omnino vera, vel potestas eius nõ erat sufficiens, ideo discipuli sui non poterant istum curare, & per hoc etiam dubitabant, an ipse Christus posset curare illum, sic innuitur Mar. 9. vbi iste dixit si quid potes adiuua nos misertus nostri: Christus autẽ nullo modo debuit hoc tolerare, ideo discipulos suos publice increpuit, & ipse sanauit consestim lunaticũ, vt per hoc ostenderet, quòd propter solam incredulitatem discipuli non potuerant sanare istum, & non propter defectum potestatis, nec doctrinæ Christi, necessarium, ergo valde fuit, quòd nunc Christus eos publice increparet; nunc autem non erat sic, quia adhuc discipuli non peccauerant per pancitatẽ fidei, sed Christus nouerat eos peccaturos, ideo voluit taliter facere, ꝙ peccatum, & correctio eorũ occultarentur,

Vnde prouenit somnus homini. Et qui magis dormiant, & quam sit vtilis homini, & necessarius.
Quæst. LXXVII.

QVÆRETVR circa hoc, ꝙ dicitur, ꝙ Christus dormiebat, & est dubium propter hoc de somno, vnde proueniat homini.

Dicendum, quod prouenit ex duobus, scilicet ex necessitate, vel conditione materiæ, & ex intentione finis.

De primo dicendum, quòd somnus in homine, iuxta Aristotelem priuato de somno, & vigilia nihil aliud est, nisi quies virtutum animalium, idest virtutis intellectiuæ, & virtutũ sensitiuarũ, & maxime sẽsatiuæ. fit autem perfecta sensatio per hoc, ꝙ A species obiectorum acceptæ per sensus particulares transmittuntur, & perueniunt ad sensum cõmunem qui consistit intra cerebrum, & fit ista transmissio per quosdam neruos concauos, si autem contingat istos neruos repleri, ita vt per concauitatem illã nullæ species transeant cessat omnis sensatio, & ista est proprie somnus. est autem cerebrũ pars valde frigida in corpore, & de stomacho surgunt multi fumi calidi propter calorem epatis, & cordis, & cum fuerint in capite propter frigiditatem cerebri ingrossantur, & tunc implent illam concauitatem neruorum, & non possunt transire species sensibiles, & ita causatur necessario somnus, quandiu autem fumi surgentes a stomacho manent in capite adhuc calidi, non fit somnus, B quia calor causat raritatem, & sic sunt fumi illi habentes substantiam raram, ideo licet ingrediantur cõcauitates illorum neruorum non replent illas, sed adhuc manet locus peruius ad transitum specierum, & ita nondum est somnus.

Alia causa est, & magis præcipua, quia calidi est ascendere, ideo fumi isti quandiu sunt calidi manent in parte superiori cerebri, cum autem infrigidantur, quia omne frigidum est ponderosum necesse est, vt cadant, & quia loca inferiora cerebri sunt, vbi sunt illi nerui concaui per quos transeunt species sensibiles necesse est, vt fumi descendẽtes repleãt illos neruos, & sic non remanent perui ad transitum specierum, non potest ergo tunc fieri aliqua sensatio, & tunc neC cessario est somnus, & ista est causa potissima somni ex conditione materiæ. Huius autem sunt multa signa. Primum est, quòd postquam quis cibo plenus est maxime somnum habet, scilicet, quia tunc surgũt fumi de stomacho, qui infrigidati a cerebro replent neruos prædictos, & tollunt sensationem, & consequenter causant somnum. Secundum est, quia post magnum laborem corporalem desiderat homo valde somnum, scilicet, quia per laborem resoluuntur multi fumi qui replent cerebrum, & neruos, vt dictũ est. Tertium, quia in tempore frigido magis homines dormiunt, quam in calido, scilicet quia frigus aeris adiuuat frigiditatem cerebri, vt magis infrigidentur, D & ingrossentur fumi existentes in cerebro, & sic fiat longior somnus. Quartum est, quia homines habentes complexionem magis humidam, dum tamen sit aliqualiter calida, magis dormiunt, quam cæteri, & ita magis dormiunt sanguinei, quam cholerici, vel melancholici, multa, & alia signa huius sunt, quæ omittimus, & ita ex necessitate, & conditione materiæ somnus causatur.

Secundum, & principale est ex intentione finis, natura enim, idest Deus intendit hominem talẽ constituere, vt necesse esset interdum dormire, tanquã eẽt somnus valde vtilis, & necessarius homini, & hoc principaliter propter duo, scilicet propter nutritionẽ, & propter præseruationem a resolutione. De primo E patet, quia anima hominis est vnica cuius sunt omnes potẽtiæ, quæ sunt in homine, & quia potestas sua est finita, quando valde intendit vni rei non potest intense ad alteram attendere, vt ostendit Arist. 10. Eth. in delectationibus, & ita quando aliqua delectatio est vehementissima, siue sit spiritualis, siue corporalis, nõ potest anima intendere, nisi illi soli, sic dicit Aristotel. 7. Ethicorum, capitulo decimoquinto, quòd in venereis neminem intelligere quicquam posse. in vigilia autem homo intendit operibus intellectus, quæ sunt excellentiora in anima, & sensationibus, quæ habent locum post intellectum, vires autem naturales, vt est nutritiua, scilicet in appetendo, digerendo, assimilando, & expellendo, quæ habent locum infimum in viribus animæ, non habent tunc operationem suam, nisi

valde

valde remissam eo, quòd anima non intendit tūc per illas vires, sed per excellentiores, vt dictum est, ideo si homo semper esset vigilans, quasi nihil vegetaretur, & consequenter necesse erat eum cito perire, ideo oportuit dari tempus in quo anima cessaret intendere operationibus intellectiuis, & sensitiuis, & intenderet solis vegetatiuis, & sic homo sufficienter nutriretur, & istud est, quòd homo habeat somnum, quia nihil aliud est somnus, vt supra dictum est, nisi quies virtutum animalium cum intensione naturalium, idest vegetatiuarum. De secundo patet, quia si homo non haberet somnum, oporteret, quod cito moreretur propter magnam resolutionem, quæ fit in vigilia: nā in vigilia homo præcipue intendit operibus intellectus, illa tamen valde desiccant hominem, & corrūpunt, vt dicit Aristo. primo de anima propter multum speculari marcescit animal corrupto quodā interius, & non solum est hoc verum circa speculabilia propriè dicta, quæ sunt scientifica, sed etiam in quacunque cogitatione, etiam de rebus humanis Sapien. 9. corpus, quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem, ideo si homo vigilaret tanta fieret in eo resolutio, ꝙ necesse esset mori in breui, ideo necessarius fuit homini somnus. In quo homo dupliciter adiuuatur, scilicet directè, & per accidens. Directè quidem inquantum ibi valde vegetatur intendente anima solis operibus vegetationis: nam anima, nunquam quiescit, sed semper operatur intensè quandiu in corpore est, q̄ ipsa est substātia infatigabilis, ideo siue in somno, siue in vigilia semper intensè operatur, & tamen in somno, quia intendit soli vegetationi, efficit eam perfectè. Per accidens autē adiuuatur homo in somno, quia tunc non resoluitur per operationes sensitiuas, & intellectiuas: nam sicut resoluunt hominem, & affligunt operationes intellectiuę, ita etiam sensitiuę. nam videre, & audire, & reliquę sensationes non fiunt sine quodam dolore, vt dicitur 7. Ethi. c. vltimo, & tamen non sentimus istum dolorem propter continuam assuetudinem sentiendi, vt dicitur ibidem, quod verum est, nisi sit sensibile excedens, quia tūc non solum affligit, sed etiam destruit sensum, vt dicitur 2. de anima, quòd excellens sensibile corrumpit sensum, vt patet in rebus duris circa tactum ibidem, & in luce forti circa oculum, & voce terribili, vel tonitruo circa auditum. somnus autem priuat omnem sensationem, & intellectionem perfectam, idō somnus per accidens hominem adiuuat, & ita fuit somnus magis necessarius ad vitam hominis, quam panis. Cōsiderandum autem, quòd licet somnus sit in homine necessarius tam ex conditione materię, quam ex intentione finis, potius tamen fuit ex intentione finis, quia potuerant organa sentiendi taliter disponi, quòd fumi ascendentes ad cerebrum non causarent somnum, vt si nerui concaui per quos transeunt species non intrarent ad cerebrum per partem inferiorem, sed per superiorem partem cerebri: nam tunc fumi ingrossati a cerebro, quando descenderent non impedirent concauitates illorum neruorum, immo tunc essent magis liberę, quia omne ingrossatum descendendo elongaretur ab eis, & si forte saltem neruos vnius sensus intrarent per partem superiorem cerebri saltem ille sensus semper vigilaret, cęteri autem ad tempus cessarent a sensatione, & ad tempus sentirēt, quia tamen hoc existente vigilaret semper animal, & consequenter cito periret, natura intendit prouidere homini, quod haberet somnum, etiam si ex conditione materię non sequeretur, sed quia intentio naturæ fuit, quòd homo haberet somnum, quia erat sibi valdè vtilis, taliter disposuit organa sensitiua, quòd ex

F conditione materię sequeretur somnus necessario,
hoc autem fuit faciendo, quòd omnes nerui concaui
intrarent per partem inferiorem cerebri, & ita fumi
ingrossati replerent illos.

An nunc in Christo fuerit somnus naturaliter, vel voluntarie. Et ad quæ somnus sequatur.
Quæst. LXXVIII.

QVAERETVR nunc de Christo an ipse accepit somnum, & an nunc fuit in eo somnus naturaliter, vel voluntarie.

Dicendum, quòd non est dubium quin
Christus somnum accepit: nam nunc dormiuit, vt
patet hic, & Mar. 4. & Luc. 8. ergo assumpsit somnum.
G Oportuit autem, quòd Christus assumeret somnum
propter multa. Primo, quia vt ostensum est supra q.
52. Christus assumpsit omnes defectus nostros generales,
somnus autem cōsequitur totam speciem, quia
nemo est, qui non dormiat propter causas positas precedenti
q. ergo etiam ipse somnum assumpsit. Secundo,
quia Christus assumpsit omnia necessaria ad ostēdendum
veritatem humanę naturę, qui autem non
dormiret nō videretur habere corpus humanum, sed
phantasticū, qđ Manichęi, & multi alij de Christo
senserunt, ideo Christus debuit assumere somnum, vt
vitaret istam calumniam. Tertio, quia corpus Christi
erat passibile, & mortale, sicut corpora nostra 2. ad
Corin. 13. quòd autem crucifixus est ex infirmitate,
H viuit autem ex virtute, idest quia habuit naturam humanam
subiectam eisdem infirmitatibus quibus nos,
& consequenter corpus Christi erat resolubile, ideo
necesse erat, quòd diu vigilando cito moreretur, nisi
seipsum vellet miraculose conseruare: Christus tamē
nolebat viuere miraculose, sed naturaliter cum esset
verus homo, ideo somnum acciperet ne resolueretur
in breui corpus eius. Quarto, quia Christus assumpsit
passiones nostras generales, etiam quę consequuntur
hominem propter peccatum, vt famem, sitim, fatigationem
a fortiori, ergo assumere illas, quę consequuntur
ex conditione speciei, etiam sine peccato
quales sunt desiderium cibi, & potus, quia istę non
sunt pœnę, cum etiam Adam ante peccatum ista ha-
I beret: nam aliàs Deus non prouidisset ei de cibo, &
tamen prouidit Gene. 2. huiusmodi est somnus, quia
homo ante peccatum habuisset somnum si mansisset
diu in statu illo: nam ad cibum, & potum sequitur naturaliter
somnus, ideo sicut sine cibo, & potu in statu
illo non poterat homo conseruari, ita nec posset sine
somno manere: Christus ergo istam passionem assumeret:
nam inter omnes humanos defectus nullus
est etiam naturalis, sicut somnus. Dicendum ergo, ꝙ
Christus somnum acceperat, & dormiebat horis solutis,
& ex causis determinatis secundum naturam, sicut
cęteri homines, alioquin quando nunc Christus dormiuit
in naui mirarentur discipuli, sicut de aliquo insolito,
sed non mirati sunt, quia Christus palam dor-
K miuit videntibus illis, & ipsi non audebant suscitare
eum, tanquam vere dormientem quousque fuerunt
in magno periculo, ergo Christus solitus erat dormire,
sicut cęteri homines. Hoc supposito dicendum, ꝙ
Christus potuit nunc dormire naturaliter, vel voluntarie.
De primo patet, quia propter cibum sumptum,
vel propter laborem, aut alias causas poterat ei accidere
somnus, sicut cęteris hominibus cum illā passionem
assumpsisset. De secūdo patet, quia Christus erat
dominus naturę suę, & poterat habere passionem,
quam vellet, & quando vellet, hoc autem in nobis
non est, quia aliquis somnum desiderat, qui dormire
nequit, & aliquis vellet vigilare, & non potest, sicut
dicitur

dicitur infra 26. & Lucę 22. non potuistis vna hora vigilare mecum: Christus autem assumpsit somnum, quia voluit, & potuisset assumere naturam nostram sine somno, quia non se consequuntur necessitate ineuitabili, ideo poterat Christus si vellet manere lõgo tempore sine somno: sic interdum faciebat integris noctibus vigilãs in oratione, Lucę 6. exijt in mõtẽ solus orare, & erat pernoctans in oratione Dei. per hoc tamen non grauabatur corpus eius, sed ita faciebat omnia ac si semper solitis horis dormiret, vnde eodem c. dicitur, quòd postquam tota nocte in oratione mansisset facto die vocauit discipulos, & elegit ex eis Apostolos, prædicauitque turbis totum illum magnum sermonem, qui habetur supra a principio 5. ca. vsque ad finem septimi. ita etiam poterat Christus dormire, quando vellet, & quantumcunque vellet, etiam nulla causa naturali existente. Primo patet, quia erat dominus naturę suę, ideo poterat hoc facere. Secundo patet, quia ipse potuit immittere soporem grauissimum in Adam, ita vt auferret ei vnam de costis suis, & non sentiret Gene. secundo. poterat ergo sibiipsi soporem immittere. Tertio patet, quia vt ostensum est præcedenti q. somnus prouenit ex ingrossatione fumorum facta a cerebro replentium postea concauitates neruorum per quas transeunt species sensibiles, poterat tamen Christus infrigidare, vel calefacere, aut alterare cerebrum suum qualitercũque vellet, ergo poterat dormire quandocunque vellet, & quanto tempore vellet.

Dicendum tamen, quòd licet tam naturaliter, quã voluntarie somnus iste accidere poterat, fuit tamen voluntarie, quia etiam si Christus nullam causam incitantem ad dormiendum haberet, dormiret tamen vt esset locus sequenti miraculo de turbatione maris, & sedatione, vt dicetur sequenti q. sic dicunt Chryso, & Origenes.

Quare Christus nunc dormiebat, Quæst. LXXIX.

QVAERETVR cum Christus nunc sponte dormierit, quare hoc fecit.

Dicendum, quod propter multa. Primũ est, vt esset locus miraculo, quia Christus volebat, quòd nunc insurgeret grauis tempestas, & discipuli pię timore magno peterent liberari ab eo, & sic appareret manifeste miraculum istud, tamen non poterat conuenienter fieri Christo vigilãte, quia si eo vigilante tempestas inciperet, aut sedaret eam immediate, aut non. si sedaret non appareret miraculum, quia tempestas, quando incipit nõ potest esse magna, eo quod nihil de ea adhuc apparuit, quando incipit. Si autem non sedaret discipuli non rogarent eum, ꝙ sedaret, quia ipse videbat eam, & poterat sedare si vellet, & tunc, aut non sedaret illam, sed permitteret per se cessare, aut tarde sedaret. Si primo modo, nullum esset miraculum. Si secundo modo aliquod esset, & tamen dubium, quòd putarent astantes, quòd vsque ad illam horam facere non potuerat, quod erat incõueniens, quia per hoc crederetur potentiam suam esse limitatam, & ab altero conferri ei per temporum vices, sed spiritus propheticus interdum erat in prophetis, & interdum non, sicut fuit de Eliseo, qui voluit prophetare coram tribus regibus, & non potuit quousque caneret citharista, & tunc facta est super eũ manus domini 4. Regum 3. cum autem Christus dormiret insurgente ista tempestate discipuli necessitate compulsi eum suscitarent petentes liberari, sicut factum est, & ita manifeste appareret miraculũ, & nullũ esset inconueniens de prædictis, sic dicit Cyril. si vigilante domino accidisset tempestas, vel nõ timuissent discipuli, vel non exorauissent, vel non credidissent eum posse talia facere: qua propter dormit pręstans tempus timori: illud dicit Origenes, & ista fuit causa præcipua, quia si Christus vigilaret nihil timerent discipuli, & sic non esset locus miraculo.

Secundo fuit ad ostendendã potestatem, & securitatem mentis, scilicet quia inter marina pericula non timebat Christo dormire, sic dicit Ambro. super Lucam, scilicet supra his, quòd pernoctabat in oratione quomodo hic in tempestate dormit, sed exprimitur securitas potestatis, quando omnibus timentibus solus intrepidus quiescebat.

Tertio fuit ad hoc, quòd discipuli magis agnoscerent miraculum. nam si vigilante Christo accidisset ista tempestas, etiam si discipuli rogarent ipsum, vt sedaret eam rogarent prius, quãdo nondũ ipsa inualuisset, & sic non appareret miraculi magnitudo, nũc vero, quia dormiebat non ausi sunt excitare eũ quousque tẽpestas inualuit, & erat graue periculũ, cognouerunt ergo sic miraculi magnitudinem, sic dicit Cyrillus. cum magna dispensatione videtur esse factum, vt mox postquam tempestas inuadere cępit nauiculã non quęrerent ab eo suffragium, sed post quam malũ inualuit, vt manifestior fiat diuinę maiestatis potestas, quod dominus permisit excitationis gratia, vt cum confessi fuerint periculum cognoscant miraculi magnitudinem, vnde postquam magnitudo periculi ad intolerabilem metum eos vrgebat, tanquam aliam spem non habentes salutis, nisi solum dominum excitauerunt eum.

Quarto fuit, vt aliqui volunt ad ostendendum veritatem naturę humanę cuius somnus est, sic dicit Origenes, est res stupenda, quòd ille, qui nunquam dormit, nec dormitat, dormire dicitur, dormiebat quidam corpore, sed vigilabat deitate ostendens, ꝙ verum humanum portabat corpus, quod corruptibile induerat, sed istud non facit specialiter pro nunc, quia Christus sępe ante hoc dormierat per quod ostẽderat veritatem naturę suę, ideo non oportebat, quòd nunc dormiret, sed fuit hoc propter causas supra positas.

Quomodo Euangelistæ hic discordant in verbis Apostolorum excitantium Christum, Quæst. LXXX.

QVAERETVR quomodo potest stare, quia Euãgelistę discordant hic in verbis Apostolorum excitantium Christum, & hic dicitur domine salua nos perimus, & Mar. 4. dicitur magister non ad te pertinet, quia perimus? sed non poterant hęc simul dici cum semel fuerint dicta, quia semel tantum Christus locutus est, & sic dixerunt alterum ipsorum tantum excitantes eum.

Dici potest vno modo, quòd ista omnia dicta fuerunt: nam multi fuerunt discipuli excitantes Christũ, & varie loquebantur, quilibet enim intendebat periculum instans exprimere, & liberationem petere, sed varijs verbis illud exprimebant, quia rarum est, quòd multi concipientes de eadem re per eadem verba omnino exprimant, & ita vnus dixit, sicut hic dicitur. & alius, sicut Marcus dicit. Et alius, sicut Lucas, & forte plures modi varietatis fuerunt inter discipulos Christum excitãtes, sed Euangelistę non expresserũt, quia isti tres soli de hac re locuti sunt. Secundo potest dici, quòd Euangelistę non curauerunt principaliter de verbis, dum tamen teneant veritatem sententiæ. Fuit autem sententia omnium excitantium Christũ periculum ostendere, & liberationem petere, ideo non curauerunt Euangelistę quibus verbis hoc exprimerent

primerent, dum tamen istud significarent, & potest F
esse, quòd vnus istorum expressit solus verba discipulorum excitantium, alij autem solum sensum, quis tamen istorum verba expresserit non differt: poterat, etiam esse, quòd nemo eorum expresserit verba præcisa discipulorum excitantium, sed omnes secum sunt solum sensum: nam ad idem redeunt omnia dicta ipsorum, quia cum hic dicitur domine salua nos perimus, ostenditur periculum, & petitur auxilium, quod autem dicitur, Lucę 8 præceptor perimus idem est, sed breuius dixit ostendens solum periculum, quia qui iudicat se indigere per hoc aperte ostendit se petere, quod autem dixit præceptor idem est, quia præceptor significat dominum, & magistrum, vterque G
enim præcipit ac si dicat domine perimus, quod autē dixit Mar. magister non ad te pertinet, quia perimus est periculum ostendere, & ad auxilium incitare, sed iste fuit modus aliqualiter increpatorius, quasi dicat magister non habes aliquam curā, quòd perimus, quasi nihil ad te de hoc pertineret? quasi dicat tu dormis, & nos perimus. de hoc patet per Aug. lib. de concor. Euange. dicit enim: Matthæus dicit domine salua nos perimus. Mar. autem magister non ad te pertinet, quia perimus, eadem autem est sententia excitantium dominum, & volentium saluari, nec opus est quęrere quid horum potius Christo dictum sit, siue enim aliqui horum trium dixerint, siue alia verba, quę nullus Euangelistarum commemorauit tantundem autem valentia, quid ad rem interest? quamquam, & hoc fieri potuerit, vt pluribus eum excitantibus omnia hęc, alia autem ab alio, & alia ab alio dicerentur. H

Quomodo Christus vocauit hic discipulos modicæ fidei. Et quòd fides accipitur dupliciter. Et quomodo potestas Christi ad liberandum hic discipulos esset circa quatuor gradus. Quæst. LXXXI.

Quaeritur quomodo Christus vocauit hic discipulos modicę fidei: nam videtur, quòd fidem habebāt: nā si non habuissent fidem non petiuissent a Christo liberari.

Dicendum, quòd discipuli aliquam fidem habebant, sed non sufficientem, ideo dixit eos modicę fidei. Accipitur autem fides dupliciter. Vno modo pro habitu credendi secundum quem assentimus veritatibus sacrę Scripturę, etiam si non constet nobis per probationem de aliqua earum, & ista est fides sine qua impossibile est placere Deo ad Heb. 11. & ista est vna de tribus Theologicis virtutibus quas nominat Apostol. 1. Corin. 13. manent in nobis spes, fides, charitas, & per istam differt fidelis ab infideli. Alia est fides, idest confidentia secundum quam petit quis a Deo confidenter aliquid, idest credens, vel sperans certissime, quod accipiet illud, quod petit, & ista fides est necessaria in orante, quia aliàs nihil impetrat. Iacobi primo. si quis indiget sapientia postulet a Deo, postulet autem in fide nihil hęsitans, sic etiam accipitur infra 17. si habueritis fidem, sicut granum sinapis dicetis huic monti transi hinc, & transibit, nō potest autem accipi ibi fides, vt est virtus Theologica, quia illa non est maior in vno, quam in alio, sed quidquid credit vnus tenetur credere alius, & si aliquid est, quod credere nolit, etiā si cętera credat nullam fidem habet, & tamen fides de qua infra 17. est maior, & minor, ideo non accipitur pro fide, sed pro confidentia, in vtroque autem istorum modorum discipuli insufficientes erant: nam non habuerunt tantam confidentiam de Christo quantam habere decebat, quam si habuissent non timuissent perire Christo præsente, & tamen valde timuerunt, etiam fuit defectus fidei primo modo dictę, quia non crediderunt de Christo quidquid credendum erat. putabant enim, ꝗ Christus vigilans poterat eos liberare de illa tempestate, sed non dormiens, & tamen tam dormiens, quam vigilans equaliter hoc poterat: potestas enim Christi nō erat ab humanitate, sed a deitate, & illa, nunquam dormit. Psal. 120. non dormitabit, nec dormiet, qui custodit Israel, scilicet Deus, ideo debuissent credere discipuli, quòd Christus dormiens liberare poterat eos, & tamen non crediderunt, quia si credidissent non excitassent eum, sed crediderunt, quòd vigilans eos poterat liberare, & ideo eum excitauerunt: nam si nullā spem haberent, quòd posset eos liberare non excitassent illum, sic dicit Chrysostimus in homilia, scilicet si aliquis dixerit, ꝗ non fuit modicę fidei accedentes excitare Iesum hoc signum fuit, quòd non decētem de ipso opinionem habebant: nouerant enim, ꝗ excitatus poterat mare increpare, nondum autem nouerant, quòd hoc poterat dormiens: ista autem erat modica fides, quia deficiebant in aliquo articulo necessario, sicut si quis crederet quosdam articulos, & alios credere nollet.

Considerandum vlterius, quod circa potestatem Christi ad liberandum nūc discipulos erant quatuor gradus. Vnus est credere, quòd nullam haberet potestatem ad hoc, sed quòd esset purus homo. Secundus erat dubitare an haberet potestatem aliquam, vel credere illud non firmiter. Tertius erat firmiter credere, quòd posset Christus ab hoc periculo liberare, & tamen non quandocunque, sed solum, quando esset vigilans. Quartus erat credere firmiter, quòd Christus haberet istam potestatem tam dormiens, quam vigilans, & non magis vigilans, quam dormiens, qui esset in primo gradu nihil crederet, & ideo non peteret a Christo liberari, qui autem esset in secundo peteret a Christo liberari sub dubio, & tamen non obtineret, sic patet Mar. 9. de illo, qui obtulit Christo filium suū lunaticum, vt eū curaret, dicens si quid potes adiuua nos misertus nostri: Christus autem propter istam dubitationem noluit immediate sanare eum, quia dubitare in fide est non habere fidem, vel esse infidelē I
extra de hæretic. c. dubius, sed dixit ei si potes credere omnia possibilia sunt credēti, quasi dicat si potes credere potes sanari, & si non potes credere non potes sanari. & tunc ille dixit credo domine, & Christus ēt sanauit tunc filium eius. discipuli autem non habuerunt istum gradum, nec primum, quia si habuissent primum non petiuissent liberari, & tamen petiuerūt. si habuissent istum secundum peterent, sub dubio dicentes domine si potes salua nos, & tamen non dubitauerunt, sed dixerunt confidenter salua nos perimus, etiam quia Christus non vocasset eos tunc modicę fidei, sed infideles. habuerunt autem tertium gradum, quia crediderunt Christum vigilātem liberare posse eos, ideo suscitauerunt illum, & ista fuit fides, sed non K
integra; si habuissent quartum gradū, nec timuissent, nec excitassent Christum, vel si timerent ex humana infirmitate saltem non excitarent Christum scientes, quòd nihil magis poterat dormiens, quam vigilans, sed potius orarent in corde suo, quòd eos liberaret scientes, quòd deitas Christi, quæ non dormit exaudiret eos in secreto cordis orantes, & liberare posset eos, etiam Christo secundum humanitatem dormiente, & tunc non vocarentur modicę fidei, sed integrę, & perfectę fidei, quia tamen hoc non crediderunt, sed excitauerunt Christum modicę fidei recte vocati sunt.

An

An peccauerunt discipuli dicentes domine salua nos,
Quæst. LXXXII.

QVÆRETVR an peccauerunt discipuli dicentes domine salua nos, &c.

Dicendum, quòd sic. Primo patet, quia fuerunt modicæ fidei, & tamen hoc est peccatum, quia tenebantur habere fidem integram, idest confidentiam, poterant enim habere eam, quia cum vidissent Christum fecisse tot miracula sine aliqua difficultate debuissent firmiter credere, quòd etiam posset istud facere, & sic non debebant timere tam immoderate. Secundo patet, quia Christus increpuit eos, dicens quid timidi estis modicæ fidei? increpatio tamen non fit iuste, nisi pro peccato, ergo peccauerunt, & Christus interdum pro similibus dure increpabat eos, vt j. 17. dixit o generatio incredula, & peruersa quousque ero vobiscum? vsquequo vos patiar? & tamen hoc fuit propter incredulitatem, ergo etiā hic peccauerunt. Tertio patet, per immoderatum timorem: nam timiditas vitium est, isti autem timuerūt plus debito, quia Christo præsente nō debuissent mortem timere, quia etiam si pro eo moriendum esset, debebant constanti animo sustinere, & non ita pauere, & turbari, & ideo, etiam doctores increpant eos, sic dicit Origenes, o discipuli saluatorem vobiscū habetis, & periculum timetis, vita vobiscum est, & de morte soliciti estis, sed respondeant sumus adhuc infirmi, ideoque timemus, iō dicit eis quid timidi estis? quasi dicat si potentem me super terram cognouistis quare non creditis, quòd & in mari potens sum? & si mors irruerit, nonne eam debuistis constantissime sustinere?

Sciendum tamen, quòd sicut dictum est præcedēti q. quatuor gradus erant circa hanc fidem de Christi potestate, & omnes sunt increpabiles præter quartum, qui est laudabilis cum sit perfectæ fidei, & tamē alij tres gradus inter se differunt, quia primus est deterior secundo, & secundus tertio, discipuli ergo, quia habuerunt tertium minus increpati sunt, si autem habuissent primum, vel secundum, Christus durissime eos increparet, vel omnino abijceret, & contemneret, sic dicit Orige. qui modicum credit arguetur, qui nihil credit contemnetur.

An discipuli peccauerint nunc mortaliter, vel venialiter, cum discipuli peccarent in duobus circa fidem.
Quæst. LXXXIII.

SED quæretur an peccauerunt discipuli nunc mortaliter, vel venialiter. Aliqui dicunt, quòd venialiter solum, quia solum fuit quædam infirmitas ex qua timuerunt, & imperfectæ crediderunt, sic dicit Origenes respondeāt sumus adhuc infirmi ideoque timemus. Dicendum, quod non est dubium quin Apostoli, vel generaliter Christi discipuli poterant nunc peccare mortaliter; nā ante Christi mortem & postea vsque ad missionē spiritus sancti peccare poterant mortaliter, & aliquando peccabant: nam interdum contendebant inter se quis eorum maior esset, & desiderabāt honorē mundanum Luc. 22. Petrus, etiam peccauit Christum negando infra 26. & Mar. 14. & oēs discipuli fidē perdēdo, sed ista ad peccatum mortale pertinent, vel pertinere possunt, ideo peccare poterant nunc mortaliter, an tamē peccauerint mortaliter nō est facile dicere, quia nō potest cognosci plene motus cordis eorum, vt videatur quātum peccauerint. Sed potest dici, quòd discipuli peccauerunt hic in duobus circa fidem. Primum est in paruitate confidentiæ. Secundum est in errore fidei,

A De primo patet, quia timuerunt mortem immoderate, cum non esset eis causa timendi manendo cum Christo, & quantum ad hoc dici potest, quòd peccabant solum venialiter tam ex parte timoris, quam ex parte confidentiæ, quia timere pertinet ad humanam infirmitatem, & ex isto timore orta est paruitas confidentiæ, quæ pertinet ad quandam imperfectionem, & ideo non est necesse, quòd hic sit peccatum mortale. De secundo patet, quia errauerunt in fide isti discipuli credētes, quòd Christus poterat eos liberare vigilans, sed non dormiens, hoc autem erat credere eum non esse Deum, sed purum hominem, qui dormiens nihil agere potest, vigilans autem poterat orare
B Deum, sicut aliquis de prophetis, vt per eum fierent miracula, vel si credebant eum esse Deum habebant indignam opinionem de eo, scilicet, quòd deitas dormiret, sicut homo, & ideo nihil posset cum dormiret vterque est error in fide, & tamen quilibet error in fide est grauis, & est peccatum mortale, & ideo in hoc peccarent discipuli mortaliter, & istud faciebat eos dignos magna reprehensione cum ex prioribus miraculis, quæ Christum facientem viderant, sufficienter colligere poterant eum esse verum Deum, qui tam dormiens, quam vigilans posset eos liberare, sicut confessi sunt, quando iterum Christus venit super aquas ad eos periclitantes in nauicula infra 14 scilicet, qui autem in nauicula erant venerunt, & adora-
C uerunt eum dicentes vere filius Dei es, & non est inconueniens, quòd discipuli nunc errarent in fide, quia etiam cum Christus prædixisset eis, quòd moriturus, & surrecturus erat infra 17. tñ post mortem suam fidē perdiderunt an resurrecturus esset Luc. 24. vbi discipuli duo euntes in Emaus dixerunt, nos sperabamus, quia ipse redempturus esset Israel, quasi dicat nunc nō speramus, & Christus arguit eos dure ibi, dicens o stulti, & tardi corde ad credendum. non est autem dubium quin illa incredulitas fuerit peccatum mortale, ideo etiam de ista dici poterit, quòd fuit mortale peccatū.

Sed dicetur, quomodo ergo Christus induxit eos in peccatum istud? nam ipse fecit, quòd discipuli comitarentur eum in nauicula, vt mare turbaretur, &
D inciderent in hoc periculum, vt ostensum est supra q. 73. & tamen Deus non inducit hominem in peccatum, nec in tentationem per quam peccet, quia Deus tentator malorum non est, idest non tentat hominem ad hoc, quòd incidat in malum Iaco. 1. sed potius a Deo petimus ne permittat nos incidere in tentationem, scilicet & ne nos inducas in tentationem supra 6. c. & sic Christus dixit discipulis orate ne intretis in tentationem infra. 26.

Dicendum, quòd discipuli peccauerūt mortaliter in ista incredulitate: Christus tamen non induxit eos ad hoc peccatum, nec etiam præstitit aliquam occasionem, sed potius per istud periculum Christus sanauit eos a peccato in quo forte aliás semper mansissent: nam discipuli non incurrerunt nunc de nouo istam
E incredulitatem, sed habebant eam ante hoc credentes, quòd Christus vigilans poterat miracula facere, sed non dormiens, eo quòd omnia miracula, quæ fecerat ante hoc vigilans fecerat, & sic manebāt in hoc peccato, & ideo occurrente periculo cum hoc crederent, putauerunt se non posse liberari, nisi Christum excitarent. Christus autem voluit hoc periculum inducere, vt esset locus auferendi eis istam incredulitatem: nam per hoc, quòd excitatus increpuit eos, quia timuerant eo dormiente, innuit quòd dormiens potuisset eos liberare, & sic non erat causa timendi. non ergo induxit Christus discipulos in peccatum per istā tempestatem, sed potius peccatum incredulitatis eorum per hoc abstulit. sic dicit Cyrillus simul autem

cum

eum tempestate aquarum soluit Christus tempestatem animatum. Ad rationem in contrarium dicendum, quòd timor discipulorum inquantum erat ex infirmitate humana non erat peccatum mortale, & tamen inquantum erat ibi error in fide in eis, quę credere debebant de Christo, erat peccatum mortale.

An discipuli putabant se perituros, & an possent perire.
Quæst. LXXXIIII.

QVAERETVR quomodo discipuli dixerũt nunc domine salua nos perimus, & an putabant se perituros.

Dicendum, quòd discipuli putabant se vere perituros, nisi Christus eos erueret, erat enim procella maris grauissima, ita vt nauicula impleretur fluctibus Mar. 4. non erat ergo spes, humanitus posse euadere, & quia credebant Christum dormientem non posse eis auxiliari timuerunt, & fuit tam immoderatus timor, quòd omissa reuerentia turbulenti, & ex impetu Christum suscitauerunt, sic dicit Origenes tanto metu discipuli fuerant conterriti, & pęnè animo alienati, vt irruerent in Christũ, & non modeste, & leuiter suggererent, sed turbulenter suscitarent eũ.

An discipuli perire poterant.
Quæst. LXXXV.

SED est dubium an discipuli poterant perire.

Dicendum, quòd loquendo absolute de possibilitate perire poterant, quia poterat Christus permittere mergi nauiculam, & tamen dicendum, quòd nullo modo perituri erant, siue fidem haberent, siue non, quia si fidem haberent, quòd dormiens poterat Christus eos liberare fuissent liberati, etiam si non suscitassent eũ, immo ipsimet potuissent imperare ventis, & mari, & obediuissent eis, sicut dicitur infra 17. si habueritis fidem, sicut granum sinapis dicetis monti huic transi hinc, & transibit, & Lucę 17. dicitur dicetis arbori moro eradicare, & transplãtare in mare, & obediet vobis. Si autem non haberẽt fidem, aut suscitarent Christum, aut non, si suscitarẽt eum liberarentur, sicut nunc factum est: si autem nõ suscitarent, etiam liberarentur, quia si omitterent suscitare eum in hoc periculo, aut hoc facerent ob reuerentiam Christi volentes potius mori si oporteret, quam eum suscitare a somno, vel facerent propter incredulitatem putantes, quòd non posset imperare mari pellendo procellas ventorum, sicut expellebat in terra ęgritudines corporum. Si primo modo liberarentur saltem propter istum bonum respectum reuerentię quem ad Christum haberent licet non esset prudenter factum, quia si ita esset, quòd Christus dormiens non posset adiuuare discipulos, vel saltem nollet, melius erat eum suscitare, quã non suscitare: Deus tamen interdum acceptat zelum bonum, etiam si sit indiscretus: si aũt omitterent ꝑꝑ incredulitatem, etiã liberarẽtur, quia cum essent discipuli isti electi a Christo, tãquam futuri magistri, & principes orbis terrarũ non permitteret eos perire, etiam si increduli essent, sed pateretur defectus eorum, quia ipsos elegerat, sic innuitur Ꞽ. 17. cum dixit o generatio incredula quousque vos patiar, idest quandiu tolerabo defectus vestros, & sic innuitur, quod eos toleraturus erat, nec euacuaretur, vel irritaretur sua electio, & etiam si nihil aliud esset, Christus tamen conseruaret eos, quia erant cum eo simul in naui, erat enim magnũ Christi dedecus si præsente eo discipuli submergerent, quia verisimiliter putaretur hoc factum, quasi ipse eos liberare non potuisset, & ideo quantumcunque mali

F essent, Christus non permitteret eos tunc se pręsente perire, quia esset dedecus sibi, sic enim, quando Deus volebat occidere Iudæos pro peccato in deserto dixit Moyses, quòd non occideret populum, quia dicerẽt Aegyptij non poterat Deus introducere populum istum in terram pro qua iurauerat, & ideo occidit eos in solitudine Numeri 14. & sic Deus non occidit eos, tanquam valde peccassent, quia erat sibi dedecus, ita & nunc nullo modo Christus permitteret discipulos perire, quia cum ipso erant, & ita non erat possibile eos perire, sic dicit Cyrillus. non erat autem possibile eos perire existente cum eis omnipotente, ipsi tamẽ timuerunt se vere perituros, quia putabant, ꝙ Christus dormiendo non poterat eos adiuuare.

G *An discipuli putabant, quòd Christus si dormiret posset cum eis perire, vel non periret eis pereuntibus.*
Quæst. LXXXVI.

QVAERETVR an discipuli putabant, quòd Christus si dormiret posset cum eis perire, vel non periret eis pereuntibus.

Dicendum, quòd aliud est quærere an Christus posset perire supposita credulitate eorum, & aliud, quòd ipsi crederent eum posse perire, vel periturum esse: nam interdum aliqua se consequuntur necessario, & aliquis concedens vnum non concedit aliud, quia non cogitat de illo, vel etiam cogitando de eo putat esse falsum, quia non cogitat quomodo
H sequatur vnum ex altero, sic dicit Aristotel. primo priorum, quòd aliquis putat omnem mulam esse sterilem, & tamen credit, quòd ista mula habet in vtero, idest est prægnans, sequitur tamen necessario si omnis mula est sterilis, quòd etiam ista mula sit sterilis, ita licet ex hoc, quòd erat discipulos perire sequeretur posse Christum perire, poterat esse, quòd discipuli crederent se perituros, & Christum non periturum, vel de eo nihil cogitarent, vnde nullum iudiciũ dari potest quantum ad id quod discipuli credebant. An tamẽ ex hoc, ꝙ erat perire discipulos sequeretur Christum periturum vel posse perire. Dicendum, ꝙ sequebatur Christum posse perire, quia si discipuli
I credebant se perituros Christo dormiente hoc erat, quia putabant, quòd dormiens non poterat eos adiuuare, ideo nec posset adiuuare seipsum, & cum ipse esset verus homo & mortalis, & ipsi credebant eum esse mortalẽ, necessario crederent eum posse perire, & sic sequebatur ex eorũ credulitate, quòd Christus perire posset, forte tamen non cogitauerunt de eo an periturus esset eis pereuntibus, potest tamen dici, ꝙ etiam ipsi putauerint Christum periturum cum eis si dormiret, quòd potest colligi Mar. 4. scilicet magister non ad te pertinet, quia perimus? idest nunquid non habes curam, & nihil tangit te de hoc, quasi dicat, ita pertinet ad te, sicut ad nos, quia omnes perimus, scilicet tu, & nos, nisi subuenias, ideo cũ etiam pertineat
K ad te, idest agatur de persona tua, sicut de nostris debes prouidere ne pereamus, licet potest etiam intelli de solis discipulis, quasi dicat magister si nos perimus, etiam si tu non pareas ad te pertinet, quia tui sumus, ideo debes habere curam ne pereamus, sed quid istorum discipuli intellexerint non apparet, cum etiam non constet an ista sint verba eorum, quia potest esse, quòd ipsi non fuerint locuti verba hęc, sed aliquid simile in sententia, vt supra quæstione 80. ostensum est, non ergo differt quid discipuli de Christo cogitauerint cum sequatur ex eorum credulitate, quòd Christus perire poterat si ipsi perirent.

Quomodo stare potest, quòd discordant Euangelistæ in verbis Christi respondentis discipulis. Et quæ erat Christi intentio. Quæst. LXXXVII. A

QVÆRETVR quomodo stare potest, quòd discordant Euangelistæ in verbis Christi respondentis discipulis: nam hic dicitur quid timidi estis modicæ fidei, & Mar. 4. dicitur, quid timidi estis, necdum habetis fidē, & Luc. 8. dicitur vbi est fides vestra. Christus tamen non poterat dicere omnia hæc, sed aliciū eorum cum semel responderit.

Dicunt quidam, quòd Christus dixit omnia hęc, & forte plura, quia multi discipuli excitauerunt eum, & sic responderet multis diuersimode, dicens quibusdam, quid timidi estis modicę fidei, & alijs necdū fidem habetis, & alijs vbi est fides vestra, & alijs forte alijs modis: Euāgelistæ tamen non dixerūt plura, quia solum tres de hoc locuti sunt. B

Sed dicendum, φ non stat, quia licet discipuli Christum excitantes potuerunt dicere varia, vt dicit Aug. lib. de concor. Euan. & dictum est supra q. 80. Christus tamen non potuit dicere, nisi vnum, ratio diuersitatis est, quia discipuli semel solum Christum excitauerunt, quia tamen multi erant, poterant varia dicere loquentes simul: Christus autem non responderet, nisi postquam erat excitatus, & ita semel solum responderet, vnde licet Augu. lib. eo. dicat discipulos potuisse omnia ista, & etiam plura dixisse, non dicit tamen, quòd Christus omnia hęc dixerit: immo, nec est vllo modo verisimile, quòd diceret, quia semel solum respondit. C

Sed dicendum, quòd Christus dixit aliquid istorū, vel forte nihil eorum, quæ dicunt Euangelistę in verbis, sed solum in sensu q̃ de sensu cura est, & dum ille perfecte teneatur non differt quibus verbis exprimatur, intentio autem Christi fuit ostendere, quòd discipuli erant deficientes in fide, quia putabant se perituros eo dormiente, hoc autem omnes Euangelistæ expresserūt licet diuersis verbis: cum enim dicitur quid timidi estis modicę fidei? innuitur quòd discipuli aliquam fidem habebant, sed non sufficiētem, quia credebant Christum vigilantem posse eos liberare, sed non dormientem, & ista erat modica fides, quia non potest plura Christus vigilans, quam dormiēs, & ideo huc propter dictum est, vt ostensum est supra q. 81. Cum vero dicitur Mar. 4. necdū habetis fidem idem significatur, quia potest accipi fides pro confidentia, vt dictum est supra q. 81. & verum est, quòd discipuli nondum habebant fidem, idest confidentiam, quia non confidebant se posse liberari Christo dormiente, si autem accipiatur fides, vt est virtus Theologica, etiā nondum habebant fidem, scilicet integram, quia aliquid credebant, scilicet quòd Christus vigilans posset eos liberare, & aliquid discredebāt, scilicet quòd dormiens hoc posset, quia putabant, quòd non poterat, qui tamen aliquid de fide negat nullam fidem habet, sed est infidelis, vel hæreticus, & non solum si neget eam, sed etiam si dubitet in illa, quia dubius in fide est infidelis extra de hereti. c. dubius, ergo verum est, quòd discipuli nondum habebant fidem cum eā nō haberent integram, & tamen idem est habere fidem, & habere eam integram, quod autem dicitur Luc. 8. vbi est fides vestra? est sensus, nō habetis eam hic, quia si hic haberetis crederetis, quod possem liberare vos, etiam si non excitaretis me, & hoc idem est cum prędictis, quia si fidem non habebant non poterant eam habere hic, & econtrario, si fidem aliquam haberent necesse erat, quòd hic haberent, quia fides in talibus ostenditur an sit: omnes ergo tres conueniunt in eundem sensum, licet varijs verbis. D E

Secūdo potest dici, quòd Christus dixit omnia hęc non tamen diuersis vicibus, sed vna, ita vt diceret quid timidi estis vbi est fides vestra, necdum habetis fidem homines modicę fidei, & ista est exaggeratio, scilicet quia eadem sententia pluries per verba diuersa exprimitur, & tali colore loquendi vtuntur maxime homines turbati, idest irati, qui volunt alios increpare ad hoc, φ valde exprimant, id quod volūt, & ita Christus cum irasceretur discipulis, vel se iratum ostenderet propter eorū incredulitatem forte exprimeret istud varijs verbis, vt esset maior increpatio, hęc duo tāgit Aug. li. de conc. euan. dicens hoc autem ab alijs Euāgelistis alijs verbis dictum est, Matth. enim dicit eum dixisse quid timidi estis modicę fidei Mar. autem dicit quid timidi estis necdum habetis fidem, idest illam perfectam velut granum sinapis: hic ergo, & ille ait modicę fidei. Lucę autem vbi est fides vestra, & totū quidem dici potuit quid timidi estis, vbi est fides vestra modicę fidei. vnde aliud hic, aliud ille commemorat.

Quomodo Christus potuit imperare mari, & ventis cum ista non possint intelligere cuiusquam imperium. Tamen quòd omnes res, etiam inaminatæ faciunt, quod Deus vult. Quæst. LXXXVIII.

QVÆRETVR quomodo Christus potuit imperare mari, & ventis cum ista nō possint intelligere cuiusquam imperium. Aliqui dicunt, φ Christus istis imperauit, quia poterant et obedire, & intelligere eius imperium, putant enim omnia esse animata ab anima mundi, ita quòd totus mundus sit vnum animal, & tunc singulę partes eius animatę sunt. sicut homine existente animato quęlibet pars eius est animata, vel quod sint singulæ partes mundi animatę proprijs animabus: vtrunque autem falsum est, quia nec mundus est vnum animal, nec singulę partes mūdi sunt animatę. Aliter ergo dicendum, φ Christus imperauit mari, idest locutus est verba imperantis. nā surrexit, & stans contra mare dixit ei tace, & obmutesce Mar. 4. talia verba loqueretur rei animatę, ad quam esset proprie imperium. Secundo potest dici, quòd imperauit, scilicet quantum ad opinionem vulgi, quia imperium est ad illum, qui obedire potest, & tamen vulgares dicebant, quòd mare obediret Christo supra in litera qualis est hic, quia vēti, & mare obediunt ei? Tertio potest dici, quòd imperare non poterat proprie Christus mari, quia imperium est actus rationis inter principantem, & subditum quo exprimit quid agendum sub necessitate esse velit, ideo sicut nō potest imperare, nisi ens rationale, ita non potest imperium fieri, nisi enti rationis capaci: non potest ergo Deus imperare rebus irrationalibus, sicut mari, & vētis: dicitur tamē large imperare, quia imperium fit ei, qui debet exequi, id quod vult imperans, & quia omnes res, etiam inaminatę faciunt, id quod Deus vult, eo quod mouentur ad diuinam ordinationem, dicitur omnia obedire ei, sic etiā philosophi dicunt, quòd opus naturę est opus intelligentię, idest natura particularis, quæ est virtus quædam insita rebus mouetur, & agit per regulationem intelligentiarum, quæ sunt causę vniuersales, & ita mare, & venti obediunt Deo, quia licut, quando ipse vult ventus surgit, & mare intumescit, vt ostensum est supra q. 74. ita etiam, & quādo ipse vult ista cessant, quia ventus obedit Deo Psal. 147. ip. ius procellarum faciūt verbum eius, & Psal. 106. postquā dicitur, quòd Deus suscitat procellas in mari ostenditur, quòd orante homine mitigat eas cū dicitur, & clamauerunt ad dominum cum tribularētur, & de necessitatibus eorum eduxit eos, idest de tempestate,

tempestate, & statuit procellam eius in auram, idest de vento impetuoso, qui dicitur procella, & commouet mare fęcit auram, idest ventum lenem, & placidũ, qui dicitur aura, & siluerunt fluctus eius, scilicet magis cessante procella, quia illa concitat mare fluctus faciens, & lętati sunt, scilicet nautę, quia siluerunt, idest cessauerunt fluctus, & deduxit eos in portum voluntatis eorum, idest pacato mari iuerunt quo voluerunt, & ita non differt an res intelligant imperium domini, vel non, cum ita exequantur illud perfecte non intelligentes, sicut si intelligerent. sic dicit Hiero. super Matthæum ex hoc loco intelligimus, ꝙ omnes creaturę sentiant creatorem: quibus enim imperatur sentiunt imperantem non errore hęreticorũ, qui omnia putant animantia sensibilia esse, sed maiestate cõditoris, quia quę apud nos insensibilia illi sensibilia sunt, idest faciunt, id quod ipse vult ac si vere essent sensibilia.

An tranquillitas ista fuit miraculose facta in mari. Quæst. LXXXIX.

QVAERETVR an fuit miraculose ista tranquillitas nũc facta in mari. Aliqui dicunt, quòd nõ, quia quantumcunque sit aliqua tempestas grauis aliquando cessat naturaliter, & ideo, etiam ista cessare poterat naturaliter.

Dicendum, quòd ista tempestas poterat sine miraculo cessare, & tamen nunc miraculose cessauit primum patet, quia siue ista tempestas naturaliter, siue miraculose suscitata esset poterat naturaliter cessare: primum notum est, quia quotidie grauissimę tempestates cõcitantur in mari, & naturaliter per se cessant, quia sicut est causa naturalis essendi, ita est naturalis causa, & modus deficiendi. De secundo patet, quia etiam si aliquid supernaturaliter fit naturaliter cessat, vt Adam supernaturaliter, idest per creationem esse cępit Gen. primo, & etiam Eua. Ge. secundo, & tamẽ naturaliter postea mortui sunt, omnes etiam mortui a Christo, & discipulis suscitati supernaturaliter esse incipiebant, & tamen postea naturaliter moriebãtur: mare quoque rubrum miraculose diuisum est Exod. 14. stantibus aquis vtrinque pro muro, naturaliter tamen in seipsas postea coierunt, & Iordanis supernaturaliter stetit, & intumuit Iosue 3. sed postea naturaliter defluxerunt aquæ eius, ita nunc fieri poterat immo necesse erat, ꝙ tempestas ista, q̃ Deus miraculose suscitauerat, vt ostensum est supra q. 74 per seipsam naturaliter cessaret, nisi Deus illã miraculose conseruaret. Secundum patet, scilicet quòd ista tempestas licet poterat naturaliter cessare nõ cessauerit, nisi miraculose. Primo patet, quia cessauit ad imperiũ Christi, vt patet in litera: hoc autem non est naturale, quia naturaliter cessat tempestas maris cessante procella, quæ fluctus concutit. Secundo patet, quia cessauit subito: nam mox, vt Christus locutus est steterunt fluctus ac si nulla vnquam fuisset commotio, & tamen quãdo est tempestas, si naturaliter cessare debet tempore indiget, vt in seipsis flatus ventorum consumantur deficiente eorum materia, non ergo poterat esse naturalis cessatio, sic dicit Chrysosto. in homilia, scilicet in hoc etiam ostẽditur, ꝙ omnis ꝯtestim soluta est tempestas, & nulla semita turbationis remansit, quod quidem extraneum erat: cum. n. naturaliter fluctuatio terminatur vsque ad multũ temporis aquæ ꝯcutiuntur, sed hic simul omnia soluebantur. Tertio patet ex oppositis simul factis. i. maxima tempestas, & maxima tranquillitas: natura. n. non potest ab extremo in extremũ sine medio, & tpe trãsire, si aũt fuisset hic parua tẽpestas, & quasi subito induceretur aliqua-

F lis trãquillitas nõ videretur miraculũ, quia inter paruã tẽpestatẽ, & aliqualẽ tranquillitatẽ modicũ, vel nihil differre vr̃, & ꝙ non est sensibile, vel parũ sensibile nõ aduertit̃, inter maximã tñ tẽpestatẽ, & maximã tranquillitatem est oppositio maxima, iõ nõ poterãt ista simul esse, vel vnũ alteri immediate succedere, & tñ hic fuit vtrunque, iõ fuit manifeste miraculũ: hoc lr̃a innuit dicens, ꝙ fuit factus magnus motus in mari, & Mar. 4. dr̃, ꝙ implebatur nauis, & tñ dr̃ hic, ꝙ facta est magna tranquillitas, i. maior, q̃ aliàs solet sequi post tẽpestatẽ, ergo litera probat, ꝙ fuit miraculũ, sic dicit Origenes imperauit Christus ventis, & mari, & facta est de magno vento tranquillitas magna. decet. n. ma-
G gnũ magna facere, & iõ, qui prius magnifice conturbauit profundũ maris nunc iterũ trãquillitatẽ magnã fieri iussit, vt discipuli nimium turbati magnifice lętarentur. Quarto patet, quia discipuli, & alij videntes Christo imperante tranquillitatem factã mirati sunt sic dr̃ in litera, s. porro homines mirati sunt. nõ tñ mirarentur si putarent hoc naturaliter fieri posse, ergo crediderũt illud miraculose factum. Quinto patet qa putauerunt, ꝙ nunc mare obediuerat Christo dicentes qualis est hic, quia venti, & mare obediunt, & tñ mare obedire alicui non est naturale, ergo supernaturaliter factum crediderunt. Sexto patet, quia putauerunt hic fuisse quandam virtutem excellentem a qua
H ista tranquillitas facta esset, quia dixerunt qualis est hic, idest non est talis, sicut cæteri homines, ergo crediderunt, quòd istud supernaturaliter factum fuerat.

Quomodo videntes miraculum dixerunt qualis est hic. Quæst. XC.

QVAERETVR quomodo nunc videntes miraculum dixerũt qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei? nam istud videtur pertinere ad incredulitatem, quæ de discipulis non videtur conuenienter asseri. Dicendum vno modo, quòd isti, qui dixerũt hoc nõ fuerunt discipuli, sed alij existentes in naui cũ discipulis, quia forte non soli transfretabant, cũ nec
I Christus, nec discipuli nauem aliquam haberent, sed ascenderunt in nauem alicuius, & nautæ, vel remiges illius ibi erant, & isti mirarentur. Alij dicũt, quòd discipuli dixerunt hoc: nam ipsi poterant nunc dubitare, & loqui, vt increduli. sicut etiam supra fecerant.

Dicendum videtur, ꝙ potius erant alij existentes in naui, quam discipuli. Primo patet, quia dr̃ in litera porro homines mirati sunt, & sic Matthæus loquitur de eis, tanquam de extraneis: si tamen de discipulis intelligeret nominasset eos discipulos, vel tacito noĩe diceret, ꝙ mirati sunt, & per hoc innueret, ꝙ de discipulis loqueretur, sic dicit Orige. qui homines mirati sunt non putes hic Apostolos signatos, nusquã. n. pręter honorem inuenimus cognominari Christi discipulos, sed semper, aut Apostoli, aut discipuli nomi-
K nantur. mirabantur ergo hi hoĩes, qui cũ eo nauigabant quorum erat nauicula. Secundo patet, quia illi loquuntur de Christo, tanq̃ de extraneo, & incognito eis dicentes qualis est hic, vel quis putas est iste, vt dr̃ Mar. 4. & Luc. 8. discipuli aũt quibus Christus erat familiaris per conuersationem quotidianã, & continuã non loquerẽtur sic de eo, sed dicerent qualis est magister noster, vel dominus noster, ergo non erant ipsi, sed illi quorum erat nauicula. Tertio patet, quia non erat verisimile, ꝙ discipuli nunc inciderẽt in hãc incredulitatẽ. nã tunc Christus increpuerat eos de incredulitate, dicens quid timidi estis modicę fidei? nõ ergo erat verisimile, ꝙ immediate inciderent in aliã maiorem incredulitatem. maxime quia per Christi increpationẽ sanati fuerũt incredulitate, sic dicit Cy-

rillus

rillas simul autem cum tempestate aquarum soluit A tempestatem animarum, idest incredulitatē. Quarto pater, & adhuc efficacius: nā non erat possibile, ꝙ nūc discipuli inciderent in hanc incredulitatem, quia istud erat dubitare de potestate Christi, & tamen ipsi non dubitabant, quia credebant, quòd Christus vigilans poterat liberare eos de tēpestate, sed ꝙ dormiens hoc posset non credebant, vt dicit Chrysostomus in homilia. isti tamen, qui dicebant qualis est hic, &c. admirabantur quomodo Christus vigilans hoc facere potuisset, ergo non erant isti discipuli, & ista tō conuincit omnino. Aliter potest dici, ꝙ discipuli istud dixerunt, & tamen tunc non debet intelligi per modum dubitationis, vel admirationis, sed per modum assertionis, & laudis, scilicet qualis est hic, idest ecce videte B quantę potestatis est, quia venti, & mare obediunt ei, sic dicit Orige. non autem interrogantes dicunt qualis est iste, sed asserentes, quia iste talis est cui venti, & mare obediunt: qualis, ergo est iste, idest quantus, quā fortis, quam magnus iubet omni creaturæ, & non supergreditur iussionem eius, soli homines resistunt, & ideo in iudicio damnabuntur. Aliter potest dici, ꝙ discipuli dixerunt hoc per modum admirationis non tamen, tanquam ignorantes Christi potestatem, sed quia interdum homo admiratur de quibusdam, quæ futura scit, quando videt ea accidere, si magna sunt, & insolita, sicut dicitur supra in litera, ꝙ Christus audiens fidem centurionis miratus est, & tamē ipse prę cognouerat quantam fidem iste centurio habiturus C erat, vt ostensum est supra q. 34. sic dicit Ambro. super Lucam placata tempestate ad imperium Christi discipuli obstupefacti miraculo dicebant quis putas est hic, &c. non autem discipuli, vt ignorantes eum hoc dicebant adinuicem: nouerant enim Deum esse, & filium Dei Iesum, admirantur tamen innatę potestatis abundantiam, & diuinitatis gloriam. Si tamen aliquis contendere vellet, ꝙ discipuli dixerunt istud per modum dubitationis, & incredulitatis. Posset tunc dici secundum Hierony. super Matthæum, quod Euangelista vocauit eos homines propter imperfectionem, dicit enim siquis contentiose voluerit eos, qui mirabantur fuisse discipulos, respondebimus recte homines appellatos, quia necdum nouerant po- D tentiam saluatoris.

An hoc miraculum sufficiebat ad ostendendum potestatem Christi supra mare. Et quare Christus in tota vita sua fecit miracula. *Quæst.* XCI.

QVAERETVR cum nunc Christus fecisset miraculum imperando mari quare fecit iterum aliud miraculum simile placando mare infra 14. nā sufficiebat istud ad ostēdendum potestatem suam super mare.

Dicendum, ꝙ hoc fuit propter multa. Primo, quia Christus sic faciebat miracula ad ostendendam diuinam potestatem, ita volebat, ꝙ essent multa miracula E ad multum ostendendum istam potestatem, & ideo Christus nō suscitauit vnicum mortuum, sed multos, & varijs temporibus, & plurimos languentes sanauit.

Secundo fuit forte ex necessitate, quia accidebat tempestas magna in mari nauigantibus discipulis, & nisi Christus succurrisset eis perirent, vel laborarent nimium, ideo placauit mare, & ita si sæpius tales tempestates accidissent nauigantibus discipulis Christus semper eos miraculose liberaret, si naturaliter euadere non poterant.

Tertio fuit, quia illud miraculū fuit dissimile huic: nam in isto Christus erat in naui cum discipulis. in illo autē non erat, tō liberauit eos, vt experirent quid Christus poterat præsens, & quid absens, & tā decens erat, ꝙ Christus multiplicaret miracula varijs modis ad ostendendum diuersimode potentiam suam. Quinto, quia nunc discipulis orantibus Christus placauit mare, ibi autem non petentibus eis.

Quinto, quia illud miraculum principaliter factū est pp Christum, s. vt ostenderetur potestas eius ambulandi super aquas, quam vsque ad illū diē Christus non ostenderat, & quia si discipuli nauigantes non fuissent impediti tēpestate nulla fuisset occasio, quòd Christus veniret ad eos super aquas, sed transiret vltra mare, tūc aūt turbatis discipulis fuit occasio Christo veniendi ad eos super aquas, vt liberaret illos, & scirent se ab eo liberatos, fuit ergo illa tempestas conueniens, vt fieret illud miraculum.

Sexto fuit, vt Christus instrueret discipulos constātes esse circa phantasmata apparentia, quia sicut nūc timuerunt tempestatem, & Christus docuit eos non timere, ita ibi timuerunt eum ambulantem super aquas, quasi esset phantasma, & Christus etiam docuit eos ibi non timere, dicēs confidite, quia ego sum.

Septimo fuit propter Petrum, quia specialiter voluit Christus ostendere Petro paruitatem fidei suę iubendo eum venire ad se super aquas, nam tunc incipiens mergi timuit, & Christus eum de pauca fide increpuit, dicens modicę fidei quare dubitasti. eodem capi. non tamen fuisset occasio Christo ad hoc, nisi turbatis discipulis in nauigando Christus veniret ad eos super aquas. & tunc etiam Petrus peteret ambulare super aquas.

Octauo fuit pp illos, qui nunc erāt in nauicula, quia illi, qui nunc viderunt istud miraculum non erant illi, qui viderunt illud infra 14. sed alij noui, qui huic miraculo non interfuerant, pp illos ergo conueniēs fuit illud miraculum tunc facere, vnde dicitur ibidem, qui autem in nauicula erant venerunt, & adorauerunt Christum, & non dicitur, ꝙ discipuli adorauerunt Christum, in quo innuitur, ꝙ multi alij pręter illos erant in nauicula, & pp illos saltem conueniens erat istud miraculum fieri, & ista fuit vna de præcipuis causis quare Christus tota vita sua fecit miracula, scilicet quia semper veniebant ad eum noui auditores, qui præcedentia miracula eius non viderant, & propter eos rursus fiebant miracula, de hoc tamen miraculo dicetur magis infra 14. in loco suo.

Et cum venisset Iesus trans fretum in regionem Gerasenorū, occurrerunt ei duo habentes dæmonia de monumentis exeuntes sęui nimis, ita vt nemo posset trāsire per viā illam. Et ecce clamauerunt dicentes. Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei: Venisti huc ante tempus torquere nos? Erat autem non longe ab illis grex multorum porcorum pascens. Dæmones autem rogabant eum dicentes. Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Et ait. Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos. Et ecce magno impetu abijt totus grex per pręceps in mare, & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt, & venientes in ciuitate nunciauerunt hæc omnia, & de his, qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exijt obuiam Iesu, & viso eo rogabant eum, vt transiret a finibus eorum.

Mar. 5. Luc. 8.

Mar. 5. Luc. 8.

Et cum venisset. Hic ponuntur quædam Christi miracula in creatura spirituali, scilicet in dęmonum expulsione, & diuiditur in duo, quia primo ponitur miraculi operatio. secundo ipsius diuulgatio ibi. *Pastores autem.*

Circa primum dicitur. *Et cum venisset trans fretum,* Scilicet completa nauigatione, quia Christus dixerat discipulis, ꝙ irēt trans fretum. i. ad regionem illã, quę erat vltra mare, nam quando intrauerunt nauem erãt in terra Galilęę, transito autē freto, & illo paruo mari venerunt in regionem quãdam Iudęorum, quæ erat vltra illud mare. *In regione Gerasenorum.* Illa regio, quæ erat vltra mare ad quam Christus nunc appulit vocatur regio Gerasenorum a quadam ciuitate nomine Gerasa, quæ ibi erat circa mare, de qua dicetur, infra q. 93. *Occurrerunt ei duo habentes dæmonia.* Idest duo viri arreptitij. isti enim fuerũt primi, qui occurrerũt Christo de illa regione, & dicũtur habētes dęmonia, quia quilibet eorum plura dęmonia habebat, nam de vno eorum dicitur Mar. 5. & Luc. 8. ꝙ habebat dęmonia multa, & ideo vocabatur legio, etiam tametsi quilibet haberet vnicum dęmonium, dicerentur habentes dęmonia, quia duo saltem erant, nam dęmon qui vexabat vnum non vexabat alterum. *De monumentis exeuntes.* i. tunc quando occurrerunt Christo venientes exiuerunt de monumentis, ex hoc, ꝙ isti arreptitij non habitabant in vrbe, sed in monumentis in montibus semper manebant, vt dicitur Mar. 5. & Luc. 8. & nunc forte videntes Christum a longe venientē exierunt obuiam ei de monumentis. *Sæui nimis.* s. contra alios, ita ꝙ inuadebant quoscunque transeuntes per viam, vt eos occiderent, sic dicitur immediate in litera, ita vt nemo posset transire per viam illam, vel dicitur sæui nimis. s. in seipsos, quia affligebant se quãdo rapiebantᷓ a dęmone Mar. 5. erat clamãs, & concidens se lapidibus, & ita si habuisset gladium seipsum transfigeret, quod Mar. de vno asserit, fortassis tamen ambo arreptitii hoc faciebant. *Ita vt nemo posset transire per viam illam.* Non habitabãt isti arreptitii in vrbe, sed die, & nocte manebant in montibus Mar. 5. & nõ poterant tenere eos in ciuitate, quia etiam si ponerēt illos in vinculis rumpebant vincula, & fugiebant ad montes, & sepulchra, Marc. 5. & Luc. 8. & specialiter manebant iuxta viam, quę ducebat de litore maris in ciuitatem, & propter eorum sęuitiam, nemo iam audebat transire per viam illam, quia insiliebant in eum arreptitii. *Et ecce clamauerunt.* s. ambo arreptitii, quia dęmones cogebant eos clamare, immo Christus dæmones cogebat, vt clamarent, vt infra dicetur.

Dicentes quid nobis, & tibi Iesu fili Dei. Hoc licet dixerint arreptitii dicebant illud ex persona dęmonum, quia dæmones erant qui a Christo torqueri timebant arreptitii autem non, & vocauerunt eum filium Dei sicut vere erat, licet an cognouerint hoc dęmones. Mar. 1. dicetur, & dicitur Mar. 5. Iesu fili Dei summi, & Luc. 4. Iesu fili Dei altissimi, & idem est, quia Deus altissimus est eo, quòd ipse est princeps rerum, vel dicitur Dei altissimi ad differentiam illorum Deorum quos gentiles colebant, qui non erant dii, sed dęmones, vel simulachra. *Venisti huc ante tempus torquere nos.* Idest facis nobis iniuriam, quia non debebas venire tam cito ad nos torquendum. hoc dixerunt dæmones, quia videntes Christum timuerunt, quòd expelleret eos de corporibus, & torqueret ipsos, vnde Marci quinto capitulo, dixit arreptitius adiuro te per Deum ne me torqueas, in quo ostenditur timor dæmonis, quod a Christo torqueretur, & orabat eum ne torqueret illum Lucæ octauo, obsecro te, ne me torqueas. *Erant autem non longe ab illis.* Dicitur hic de isto grege porcorum, quia dæmones petiuerunt a

F Christo concedi sibi intrare in porcos, vt dicitur infra in litera, & dicitur, quòd erat non longe ab illis. i. a Christo, & arreptitiis, vnde propter hoc petierunt intrare in porcos. s. quia illos sibi propinquos viderunt. *Grex porcorum multorum pascens.* Erant enim quasi duo millia porcorum, vt dicitur Marci quinto, *Dæmones autem rogabant eum.* Non poterant dęmones propria auctoritate intrare in porcos, ideo rogauerunt Christum, quòd permitteret eis intrare in illos, & dicitur, quòd rogabant dæmones, idest arreptitii, quia non loquebantur dæmones, sed arreptitii, quia tamen illi nõ loquebantur, nisi quod dæmones volebant, quia dęmones mouebant linguam eorum, dicebantur dæmones loqui. *Dicentes si eycis nos mitte nos in gregem porcorum.* Dæmones non volebant exire de illis arrepti-

G tiis, quia tamen timuerunt, quòd Christus vellet eos inde excludere petiuerunt sub conditione, quòd si eos inde eiiceret, quòd mitteret in porcos, sed Mar. 5. dicitur, quòd rogabant dæmones Christum ne expelleret eos extra regionem illam, & Lucæ octauo dicitur, quòd rogauerunt eum ne mandaret eis ire in abyssum, & totum verum est. dixerunt autem mitte nos in gregem porcorum, idest permitte nobis introire in illum, quia non oportebat, quòd Christus mitteret eos, quasi compulsos, vel intrare non potentes, quia solum si permitterentur ipsi intrarent. *Et ait illis ite.* Scilicet permisit intrare in porcos, subintelligendum est, quòd Christus iussit dæmonibus exire de obsessis, sic dicitur Marci quinto, exi spiritus immun-

H de ab homine, & tunc petiuerunt dæmones, ꝙ mitteret eos in porcos dicentes, si eiicis nos, idest, quia eiicis nos hinc, *At illi exeuntes abierunt in porcos.* Concesserat eis Christus intrare in porcos, ideo mox, vt exierunt de hominibus intrauerunt in porcos.

Et ecce magno impetu abijt totus grex. Mox vt dæmones intrauerunt in porcos exagitauerunt illos, ita terribiliter, quòd non potuerunt porci consistere, sed fugientes præcipitauerunt se in mare, & dicitur totus grex, quia non mansit, nec vnus porcus de duobus millibus, sed omnes præcipitati sunt. *Per præceps in mare.* Idest per loca aspera, & prærupta, quia dæmones prius vexauerunt porcos terribiliter, ita vt satis appa-

I reret eos a dæmonibus arreptos, & ideo per loca mõtuosa, & aspera, quæ erant iuxta litus maris coegerũt eos ascendere, & de ipsis locis præruptis eos in mare præcipitauerunt.

Et mortui sunt in aquis. Quia ceciderunt de locis altis in aquam, vnde nemo eorum potuit euadere.

Pastores autem fugerunt. Hic ponitur secundum, s. miraculi diuulgatio, quæ facta est per pastores porcorum venientes in ciuitatem, & dicitur, quòd fugerũt, scilicet videntes, quòd dæmones arripuerant porcos, & præcipitauerant in mare, timuerunt ne ipsos quoque arriperent, & pręcipitarent, ideo prę timore fugerunt.

Et venientes in ciuitatem. Ista est ciuitas Gerasa non

K longe a mari consistens a qua tota regio vocatur Gerasenorum, & patet hoc, quia vocatur hic ciuitas nõ expresso nomine, quasi iam pręcesserit mentio de illa, & hoc est, quia supra dicitur in litera, ꝙ venit Christus in regionem Gerasenorum, & sic innuitur, quòd ista ciuitas est Gerasenorum. s. Gerasa.

Nunciauerunt omnia. i. quomodo dęmones egressi de arreptitiis inuaserant porcos, & pręcipitauerant eos in mare. *Et de his qui dæmonia habuerant.* i. nunciauerunt de illis duobus arreptitiis qũo Christo occurrerant, & quid ei dixerunt, & qũo sanauit eos. *Et ecce tota ciuitas.* s. Gerasenorum admirata de hac re. *Exijt obuiam Iesu.* Voluerunt enim videre quid factum erat. Mar. 5. & Luc. 8. & videre quis erat, qui rem tã gran-

dem fecerat, & ideo propter admirationem tota ciuitas exijt Christo obuiam.

Et viso eo rogabant eum, vt transiret a finibus eorum. Noluerunt enim, quod inter eos maneret, indigni enim erãt tanto magistro, ideo rogauerunt eũ, vt recederet de terra ipsorum, & ita Christus fecit, quia immediate ascendit in nauiculam, & venit in ciuitatem suam sequenti c. & Mar. 5. & Lucę 8.

An hæc ad præcedentia sint continuata.
Quæst. XCII.

QVAERETVR an ea, quæ habentur hic sint continuata ad pręcedentia. Dicendum quod sic, quia supra dictũ est quomodo Christus cũ discipulis transfretabat, & de tempestate, quæ accidit trãsfretãdo. hic autem dicitur quomodo venit in regionem, quę erat vltra fretum ideo ordo rectus est. Secũdo apparet ex cõcordia omnium trium Euangelistarũ: soli enim Mattheus, Marcus, & Luc. loquuntur de hoc, & omnes continuant præcedẽtia ad istud nihil interponẽdo, quod raro accidit, quia licet multi Euangelistę eandem rẽ narrent, raro accidit, quod idem ordo sit in narrando, vt apparet conferendo dicta omnium ipsorum inter se hic tamen concordant in continuatione, ideo est manifestum signum, quod sit continuus ordo. Sed dicetur an sit istud immediate factum post præcedẽtia, vel interiecto aliquanto tẽpore, aut omissis aliquibus rebus, C quę interim factę sunt: nam interdũ est ordo rectus historię, & tñ est magnũ tempus inter vnam rẽ, & alteram, quę tñ in narratione coniũgunt̃, siue quia res medio tẽpore gestę subticent̃, vel quia nihil memoria, & literis dignũ factũ est. Dicendum quod hic sunt duo, scilicet curatio arreptitiorũ, & venire transfretũ. De primo corũ an fuerit factũ statim, vt Christus intrauit regionẽ istã, vel interiecto aliquanto tempore dicetur infra q. 94. De secundo dicendũ, quod fuit factum statim post præcedentia nullo tẽpore interiecto, nec omisso aliquo, quod pertineat ad narrationem, quod patet, quia supra dictum est de nauigatione Christi ad trãsfretandum: hic aũt de quõ venit trans fretũ, sed inter transfretare, & vltra fretum venire nihil potest esse D medium, ideo nihil fuit inter istud, & præcedentia, sed est narratio totaliter continuata.

Quid erat istud mare, quod Christus hic transiuit. Et quot sunt maria, & quibus nominibus appellentur. Et de quibus fit mentio in sacra Scriptura, & de quibus non, & per quæ illorum Christus nauigauit.
Quæst. XCIII.

QVAERETVR de isto freto, vel mari, quod Christus hic transiuit quid erat. Dicendũ quod erat quoddã stagnũ, siue lacus magnus, & vocat̃ mare more Iudaico, vt tñ melius intelligat̃ cũ sępe Euangelistę loquant̃ de isto mari, est dicendũ, quod in sacra Scriptura veteris testamenti non E fit mentio cõiter, nisi de quatuor maribus, s. de mari mediterraneo, & de mari rubro, & de mari mortuo, & mari Cenereth, siue Galilęę. In Euangelijs aũt, nũquam fit mentio, nisi de vnico mari istorũ, i. de mari Galilęę licet varijs nominibus appellet̃, aliud aũt est mare maius omnibus his, quod proprie vocat̃ mare magnũ, & nos vocamus illud oceanũ, & de isto nõ fit mentio saltem in speciali in nouo, nec in veteri testamento. ratio huius est, quia in veteri testamento quãtum ad partes historicas ponitur solũ narratio gestorum populi Iudaici, & iñ ille populus nihil vnquã facere habuit cũ mari magno, i. oceano, eo quod non pertingit terra ipsorũ ad illum, nec est propinqua ei ex aliqua

A parte, ideo scriptura de eo nihil expressit in specialĩ narrando aliqua gesta. De nouo testamento fuit causa, quia historia noui testamenti, quę est in Euangelijs solum est de factis Christi, ipse tñ nunquã exiuit terrã Iudæorum postquam cępit prædicare, & referuntur verba eius, ideo Euangelistę non potuerunt facere narrationem aliquã de mari magno, quia Christus nunquam peruenit illuc. De illis autem quatuor maribus de quibus mentio fit in veteri testamento, est primũ mare rubrum, & istud est, quod Iudæi transierunt pede sicco exeuntes de Aegypto Exo. 14. & dicitur mare rubrum a colore aquarum, quæ rubię sunt nõ quidem ex origine, sed ex contactu littorum in quibus B est terra rubea aquę rubricantur. Istud mare non est intra terram Iudæorum, nec transit per eam, sed est in Aegypto, & ideo Iudæi exeuntes de Aegypto trãsierunt illud, tangit tamen extremitatem terræ Iudæorum in parte orientali eius vbi coniungitur terra Iudæorum cum Idumęa, & ideo Exo. 23. vbi ponunt̃ termini terrę Iudęorum ponitur mare rubrum, tanquam terminus orientalis, & ideo Salomon poterat habere naues in littore maris rubri in Asiongaber 3. Reg. 9. & secundo Paralip. 8. & etiam Iosaphat Rex Iuda in eodem littore habuit naues 3. Re. 22. & secundo Paralip. 20. non poterant tamen isti reges Iudæorum habere naues in littore maris rubri, nisi attingeret illud mare ad terrã Iudæorũ. maximè, quia alij re C ges de licentia eorum habebant naues in Asiongaber in littore maris rubri. nam Ochozias Rex Israel petiuit istam licentiam a Iosaphat rege Iuda 3. Reg. 22. & secundo Paralipo. 22. ex quo apparet, quod portus Asiõgaber pertinebat ad regem Iuda. Istud mare rubrum prouenit ex parte orientis, & terminatur in Aegypto, & in Perside: nam non coniungit se mari oceano, nec ẽt mari mediterraneo nostro, quod intrat a parte occidẽtis inter Hispaniam, & Aphricam iuxta montẽ altissimũ Athlantem, & tendit versus orientẽ, & terminat̃ in Aegypto, & terra Iudæorũ vbi incipit Asia, & non declinat ad latera, i. ad aquilonem, vel meridiem, vt refluat in oceanũ. nec etiam extendit se versus orientem, vt per frontem orientis coniungat se mari ocea D no, sed terminat̃ in fronte terrę Iudæorũ, & Aegypti. ad istud autem mare mediterraneum non pertingit mare rubrũ, vt influat in illud, sed terminat̃ in Aegypto, & ideo, sicut per mare nostrum mediterraneum potest nauigari ab Aegypto, & Iudæa vsque ad finẽ occidẽtis, ita per mare rubrũ, quod in Aegypto, & in Perside terminatur põt nauigari vsque ad caput oriẽtis, & ita per ista duo maria mediterranea facta est tota terra nauigabilis. interpositio tamen cuiusdam partis Aegypti inter mare rubrum, & nostrũ mediterraneũ abstulit liberam nauigationem ab occidente, vsque ad Indos, & ad caput orientis. In quo forte Deus prouidit hominibus auferendo eorum communicationem nimiam, quæ esset si posset fieri continua nauigatio ab extremo occidentis ad regna Indorum. & E maxime in hoc abstulit Deus auaritię, & luxus, & ambitionis occasionem, si diuitię orientalium populorũ potuissent vsque ad extrema occidentis perduci nauigio, ablata est etiam tyrannis occasio multorũ bellorum, quę essent si libere posset ab occidente vsque ad caput orientis nauigari: interpositio igit̃ Aegypti hoc vetuit. Istud aũt mare rubrum cũ ab oriente incipiens integrum veniat antequam terminetur diuiditur, & acuitur in duas linguas, quarum illa, quæ declinat ad austrum vocatur a scriptoribus sinus Arabicus, quia in desertis Arabię, & in capite Aegypti, scilicet ad orientem Aegypti terminatur, & illum sinum Arabicum maris rubri Deus aperuit, vt transirent Iudæi per illum, quia iste est, qui tangit Aegy-

Hoc quod hic dicit auctor, quod nõ coniungit se mare rubrũ oceano intelligi nõ tenui, aliàs esset cõtra Pto. & Põ. & omnes cosmographos, & sic auctor se declarat, nã dicit, quod prouenit i. nascitur ex parte orientis, & terminatur in Aegypto, & in fronte Iudææ, & non in oceano.

Mare rubrum licet sit pars oceani appellatur ab auctore, & multis cosmographis mediterraneũ ex eo, quod intrat & facit sinũ inter Aegyptum, & Persidem, ac Arabiã. Aliqui Imperatores teste Plin. Et adhuc Turchus modernus Soldã Zolimã tentauerunt frãger, & rũpere partem terræ Aegypti, quæ est inter mare rubrum & nostrũ, vt libera fo ret nauigatio ab Alexandria, vsque Calicuth tñ nõ potuerunt inundationis timore.

ptum alia lingua huius maris, qui declinat magis ad
septentrionem terminatur in terra Persarum, ideo vo
catur sinus Persicus. Secundum mare est mare medi-
terraneum, & istud est nostrum mare, quod de ocea-
no per occidentem ingreditur, vt nunc dictum est, &
istud tangit terram Iudęorum, quia totã ipsam clau-
dit a parte occidentis. s. quia extenditur per totã fron-
tem occidentalẽ eius, sic dicitur Num. 34. plaga autẽ
occidentis a mari magno incipit, & ipso fine claudet,
& non solum tota frons terræ Iudęorũ clauditur ma-
ri magno, sed etiam frons Aegypti, & ẽt aliarũ regio-
num, quę sunt ad aquilonem terrę Iudęorũ, quæ sunt
versus terram Gręcorum tenctorũ. Istud mare varie
appellatur in scriptura, aliqñ vocatur mare magnũ, vt
Nume. 34. & Iosue 1. Non tñ dr̃ magnum simplr̃, qa
oceanus est vere mare magnum, sed in comparatio-
ne ad alia maria parua terrę Iudęorum, quæ non erãt
vere maria, sed lacus, vocatur istud mare magnum. Se-
cundo vocatur mare occidentale. Deut. 11. f. vsque ad
mare occidentale erunt termini vestri, & istud est, qa
hoc mare circuit terram Iudęorum per totam fron-
tem occidentalem, sic dicitur Numer. 34. a mari ma-
gno plaga incipiet, & ipso fine claudetur, & Iosue 1.
dr̃, ꝙ mare magnum est ad solis occasum. i. ad occidẽ
talem partem terræ Iudęorum. Tertio vocatur mare
Palestinorum, vt patet Exod. 23. ponã terminos tuos
a mari rubro vsque Palestinorũ mare, & tñ mare ru-
brum est in oriente, ideo mare Palestinorũ est in oc-
cidente, quod vocatur mare magnum, vel occidenta-
le, & dr̃ mare Palestinorum. i. Philisthinorum, qa ma-
ior pars terrę Philistinorum est in litore istius maris,
nam Acharon, quæ erat vna præcipua de quinque ci-
uitatibus Philisthinorum Ios. 13. & 1. Reg. 6. est vsque
hodie in litore maris, & ptinebat ad hospitalarios mi-
lites de ordine S. Ioannis, & vocatur nunc vulgatiter
Acre corrupto nomine antiquo. s. Acharõ licet mul
tum consonet cum nomine Iudaico, quia Iudæi non
dicunt Acharon, sed Icron. alię etiam ciuitates Phili-
sthinorum, vt Gaza iuxta istud mare sunt. Quarto vo
catur a quibusdam mare nouissimum. i. vltimum, &
hoc est, quia erat in vltimo terrę Iudęorum, s. in fine
partis occidentalis.

Tertium mare est mortuum: istud est mare, ꝙ fa-
ctum est in valle illa in qua erat Pentapolis. i. quinque
ciuitates Sodomorum. Sapiẽ. 10. erat enim vallis illa
multum delectabilis, quæ irrigabatur Iordane fluuio.
nam dicitur Gene. 13. ꝙ erat terra illa, sicut paradisus
Domini euntibus de terra Chanaã in Aegyptum, sed
cum Deus propter peccatum Sodomorum subuer-
tit ciuitates illas, fuit ibi lacus magna facta occupans
totam illam prouinciam in qua fuerunt illę quatuor
ciuitates, & est lacus ista magna, & salsissima, & pro-
pter multitudinem aquarum vocatur mare, & varie
nominatur, nam vocatur mare salsissimum Nu. 34.
& Deuter. 3. hoc autem est, quia aqua illius maris est
magis salsa, quam aliorum mariũ, cuius ratio est, quia
est illa aqua sulphurea, nam Deus misit sulphur, &
ignem de cęlo quando subuertit ciuitates illas Gene.
19. & Deuteron. 29. & Sapien. 10. ideo necesse erat, ꝙ
propter istam sulphureitatem, & igneitatem aquę fie
rent salsę, & amarę.

Secundo vocatur mare deserti. Deut. 3. & Iosu. 11.
& istud est, quia istud mare est iuxta desertum Arabię
& cõiungitur ei. s. illis magnis desertis, quę sunt inter
Iudęam, & Aegyptum.

Tertio vocatur mare solitudinis Iosue. 3. & idẽ est
quia desertum, & solitudo idem sunt.

Quarto vocatur mare mortuum. Iosue 3. & istud
est, quia reperitur in eo speciale, quod in nullo mari,
nec in aliqua aqua inuenitur, nã quidquid viuẽs fue-
F rit non poterit ibi mergi, quidquid autem mortuum
est non potest supernatare quantumcunque lene sit,
de conditione huius aquæ, & maris, & regionis late
dictum est Num. 34. & Iosue 3.

Quinto vocatur mare Sodomorum. s. quia terra
Sodomorum subuersa est ad hoc, quod fieret illud
mare.

Sexto vocatur lacus Asphaltici. i. Bituminis, nã in
illa valle, antequam fieret mare subuersis ciuitatibus
erant multi putei bituminis. Gen. 14. nam in illis pu-
teis ceciderunt Rex Sodomorum, & rex Gomorræ
terga vertentes in bello. eodem capitul. & nunc aquæ
eleuant bitumen de parte inferiori, & in litoribus il-
G lius maris bitumen istud inuenitur, quod est optimũ,
& ab illo vocatur ista lacus, Bituminis, & Asphaltici.
sic enim vocat eum Isidorus lib. Etymolog. & alii
scriptores.

Septimo vocatur mare diabolorum, vt dicitur in
libro de situ terrę Sanctę, scilicet, quia diabolo sua-
dente illę quatuor miserabiles ciuitates graue fla-
gitium committentes subuersæ sunt, & mare illud
factum est.

Octauo vocatur mare nouissimum a quibusdam
eo, ꝙ istud est in fine terrę Iudęorum. i. in angulo, vbi
se tangunt latus meridianum, & orientale terrę illius
vt innuitur Nume. 34. & ibi declaratum est, & hoc di-
H citur ad differentiam maris Cenereth, quod est intra
ipsam terram Iudæorum, vt infra dicetur, Quartum
mare est Cenereth, & quia istud est de quo in nouo
testamento mentio fit, dicetur immediate de illo.

Prius tamen sciendum est, ꝙ vt supra tetigimus in
nouo testõ non fit mentio, nisi de vnico mari. s. de ma
ri Cenereth, siue Galilęę, & hoc est in euangelijs, qđ
patet, quia in illis ponitur historia Christi, ipse tñ nun
quam iuit ad aliud mare, nisi ad istud, nam ad oceanũ
nunquam iuit, vt supra dictum est, nec etiam ad mare
rubrum, quia illud est in fine terrę Iudęorum ad oriẽ-
tem, & ad illam partem Christus nunquam accessit,
cuius ratio est, quia illa terra tenebat̃ a Samaritanis,
nam illa erat terra duarum tribuum, & dimidiæ, quæ
I erat ad orientalem partem Iordanis Nu. 32. & Deute.
3. terram tamen omnium tribuum occupauerũt As-
syrii qui postea Samaritani vocati sunt. 4. Re. 17. & ibi
ostensum est, terra autem Iuda, & Beniamin mansit
pro Iudęis, ideo in terra illa, quę erat vltra Iordanem
Christus raro ambulabat, quia ibi non habitabant Iu-
dęi, sed Samaritani, & alię gentes. Christus tamen nõ
intrabat in ciuitates Samaritanorum, & pręcepit disci
pulis, ꝙ non intrarent in illas infra. 10. ideo non fuit
sibi occasio transeundi aliquando ad mare rubrũ. de
mari mediterraneo occidentali apparet, ꝙ Christus
nunquam intrauerit in illud: licet. n. istud esset cõiun-
ctum terræ Iudęorum, & Christus sępe ambulasset,
iuxta illud. i. qñ ibat per fines Tyri, & Sidonis, infra
15. Tyrus tamen, & Sidon sunt in litore istius maris
K mediterranei, vt patet Iosu. 19. & vsque hodie manẽt
in litore ciuitates istę, licet ex maxima parte destructę
sint, immo Tyrus vndique vallatur mari, quasi tota
intra mare posita, ideo dicit̃ esse in corde maris Ezec.
28. non tñ intrauit Christus aliquando istud mare, qa
ipse nunq̃ transfretabat, nisi cũ vellet ire ad p̄dicãdũ
ad aliquem locũ, ipse tñ nunq̃ prędicabat nisi Iudæis
cum vetuerit discipulis ire ad gentes, & ad Samarita-
nos, infra 10. & tñ per mare mediterraneum nõ pote
rat iri ad aliquem locum Iudęorum, cum illud mare
sit totaliter extra terram Iudęorum, quia claudit illã
ab occidente Nume. 34. ergo Christus nunquam na-
uigauit per mare mediterraneum.

De tertio mare, s. mortuo. Dicendum, ꝙ Christus
nunquam nauigauit per illud, qa nemo illud nauigat.
naui

nis naues nõ possunt in eo sustineri eo, ꝙ omne mortuum mergitur in eo, ẽt quia non erat Christo opportunum nauigare per illud mare licet ab alijs nauigaretur, quia illud erat in extremitate terræ Iudęorum in angulo vbi coniunguntur latus australe, & meridianum, ideo non poterat per illud nauigari ad aliquẽ locum Iudęorum patet hoc Nu. 34. nam vocatur mare deserti Deut. 3. quia est in deserto Arabiæ vbi nullę sunt habitationes Iudęorum.

Quartum ergo mare solum manet. s. Cenereth, & istud est de quo Euangelistę loquuntur quandocunque mare nominant, licet varijs nominibus illud vocent, in istud autem Christus sępe introiuit, quia est intra terram Iudęorum, & per illud Christus sępe nauigauit vadens ad prædicandum de vno loco ad alterum, & istud est de quo hic dicitur, non erat aũt istud vere mare, sed quædam lacus magna, quæ fiebat ex concursu aquarum pluuialium, & ex fluxu Iordanis, est enim terra illa habens valles aliqualiter clausas, & profundas, de quibus non possunt effluere omnes aquę, quæ in eas decurrerint, ideo ex aquis pluuialibus simul confluentibus fit magnus lacus, sicut sunt lacus in Alemania, & Italia, & est ista lacus inter Galilæam ex parte occidentis, & terram duarum tribuũ, & dimidiæ ex parte orientis, nam sors dimidię tribus Manasse est a parte orientali istius lacus, & per istum lacum transit Iordanis fluuius, & istud etiam facit istum lacum semper esse abundantẽ in aquis, & propter profunditatem vallium magna pars aquarum Iordanis stagnatur ibi, & reliquæ aquę effluunt, & ita per medium istius lacus transit Iordanis, & vltra effluit, sicut etiam sunt aliquę lacus magnę in Alemania per quas transeunt flumina in impetu, sicut Rhenus fluuius transit per lacum Constantię. iste autem Iordanis oritur in parte aquilonari terræ Iudęorum ad radices Libani montis iuxta ciuitatem, quæ dicitur Cęsarea Philippi, de qua infra decimo sexto capitulo, & fluens peruenit ad Galilæam, & ibi transit per istam magnam lacum, & vltra fluens transit circa Iericho, & postea intrat in mare mortuum, & ibi absorbetur, & nusquam postea apparent aquæ eius. Iste lacus non est magnus longitudine, & latitudine, sunt tamen multa loca terræ Galilęæ in litore eius ex parte occidentis, & multa ex parte orientis in terra dimidię tribus Manasse, & propter multitudinem aquarũ more Iudaico vocatur mare, vocatur etiam interdũ stagnum, vt Luc. 5. vocatur stagnum Genesareth, & aliquando vocatur fretum, quia est paruum mare, & ita vocatur luc. & Marc. 5. Varie autẽ appellatur istud mare, quia interdum dicitur mare Cenereth: istud est nomen antiquissimum, sic enim vocatur Num. 34. & Iosu. 11. & hoc a quadam ciuitate nomine Cenereth quę erat in litore huius maris a parte occidentali, scilicet in Galilęa cuius nomen postea mutatum est, & dicta est Tyberias, vt infra dicetur, & ista est cã quare Euangelistę, nunquam vocauerunt istud mare Cenereth, sicut vocabatur in veteri testõ. s. quia qñ Euãgelistæ scripserunt iam nomen vrbis mutatum erat.

Secundo vocatur mare Galilęę, vt patet supra 4. s. ambulans Iesus iuxta mare Galilęę, & Marc. 1. & Io. 6. & istud est nomen multum cõe, & vocatur sic, quia istud mare est in Galilęa in finibus sortis Zabulon, & sortis Nephthali, vt patet supra 4. & Esa. 9. & erat ista terra Galilęę a parte occidentali istius maris.

Tertio vocatur mare Genesareth, vel stagnũ Genesareth Luc. 5. ipse stabat secus stagnum Genesareth, & vocatur sic a quadã ciuitate, vel loco iuxta stagnũ, & vocatur Genesareth, vel Genesar, vt patet infra 14. s. & cum transfretassent venerũt in terram Genesar, & Mar. 6. vbi ponitur eadem historia dicitur, & cũ

A transfretassent peruenerunt in terram Genesareth, & sic Genesar, & Genesareth idem sunt.

Aliqui autem putant, ꝙ iste locus Genesareth fuit ille qui prius vocabatur Cenereth, & corrupto nomine postea vocatus est Genesareth retenta aliquali similitudine. Alij volunt, ꝙ non sit idẽ locus, sed in hoc parum differt: quid tñ verius sit dicetur infra. 14. vel Mar. 6. Alij volunt, ꝙ vocetur Genesareth. i. generans auram, quia istud mare auras. i. vẽtos generat. Sed hoc non stat, quia istud esset si Genesareth esset nomẽ Latinum vel Gręcum, est tñ Hebraicum, ideo non competit sibi ista origo, vel interpretatio. Itẽ quia hoc mõ innueretur, ꝙ Genesareth esset nomen maris, quia ip-

B sum mare auras generat, & tamen Genesareth, aut Genesar est nomen loci, vel regionis, vt innuitur infra 14. s. cum transfretassent venerunt in regionem Genesar, & Mar. 6. cum transfretassent venerunt in terrã Genesareth, & tñ si Genesareth esset nomẽ maris antequam transfretarent. s. dũ nauigarent essent in Genesareth. i. in ipso mari, & tamen postquam transfretauerunt dr̃, ꝙ venerunt in terram Genesareth, ergo non est Genesareth nomen maris, sed loci.

Quarto vocatur mare Tyberiadis Io. 6. & 21. s. abiit Iesus trãs mare Galilęę, quod est Tyberiadis, & sic idẽ est mare Galilęę, & Tyberiadis, quia Tyberias est quędam ciuitas in Galilęa in litore istius maris distãs per tres leucas a ciuitate Bethulia, de qua fuit oriũda illu-

C stris illa fęmina Iudith, & vocabatur antiquitus ista ciuitas Cenereth a qua dicebatur istud mare Cenereth Num. 34. & Iosue 11. quæ postmodũ ab Herode Tetrarcha Galilęę instaurata ad honorem Tyberij Cęsaris cuius tempore Christus mortuus est, Tyberias fuit appellata, vt ait Hieronym. est autem ista ciuitas longa valde, & angusta per litus maris in longum constituta, sunt autem in eius australi latere balnea medicinalia, & ruinæ antiquæ multæ, & magnę palmę multæ ibi crescunt, & sunt ibi vineæ, & ficeta, & olineta, & terra pinguis valde, vt dicitur in libro de diuisione terræ Sanctę. Ex istis nominibus appellatur illud mare.

D *Quæ regio est ista Gerasenorum, de qua hic dicitur. Et quis situs Gerasæ ciuitatis, & Gadaræ.*
Quæst. XCIIII.

QVAERETVR quæ regio est ista Gerasenorum, de qua hic dicitur. Aliqui dñt, ꝙ istud denominatiuum. s. Gerasenorum est corruptum, quia deberet dici Generasenorum, quia volũt, ꝙ deriuetur de Genesar, vel Genesareth, quia infra 14. dicitur, ꝙ cum transfretassent venerunt in regionem Genesar, & Mar. 6. dicitur, ꝙ venerunt in regionem Genesareth, sed ab illis non potest formari istud denominatiuum Gerasenorum.

Dicendũ, ꝙ litera non est corrupta, quia sicut hic dr̃ in regionem Gerasenorũ, ita ẽt dr̃ Mar. 5. & Luc.

E 8. & omnia exemplaria istud hñt, cum aũt obijcit, ꝙ istud nomen Gerasenorum deriuetur de Genesar, vel Genesareth falsum est, quia alia regio est illa, nec ponitur eadem historia hic, & Mar. 5. & Luc. 8. vbi dicit̃ regio Gerasenorum, & infra 14. & Marc. 6. vbi dicitur regio Genesar vel Genesareth.

Sed dicendum, ꝙ istud nomen Gerasenorũ. s. Gerasenus deriuatur de hoc nomine Gerasa, & est nomen ciuitatis, quæ est iuxta illud mare, & est ciuitas ad quam nunc Christus ibat. & de qua erant illi porci quos dęmones ꝑcipitauerunt in mare, & non est ista ciuitas in Galilęa, quia Galilęa est a parte occidentali istius maris, & Gerasa est a parte orientali apud mõtẽ Seyr in terra dimidię tribus Manasse, & est econtra-

rio ad ciuitatem Tyberiadem, quæ est a parte occi- F dentali istius maris in Galilæa, ita ꝙ inter ambas istas ciuitates est istud mare medium, sic dicit frater Brocardus Theutonicus li. suo de diui. terrę sanctę. s. Gerasa ciuitas sita est in litore maris Galilçæ sub monte Seyr contra Tyberiadē, & erat de trib. a dimidia Manasse, quæ vltra Iordanem sortem acceperat, & est vltra mare Galilææ, & est terra montuosa, & erat de regno regis Basan, & hoc innuitur Luc. 8. s. enauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilçam, idest ex opposito Galilææ, ita ꝙ Galilæa sit ad occidentem istius maris, & regio Gerasenorum ad orientem illius, sic etiam dicit Rabanus Gerasa est ciuitas in finibus Arabiæ trans Iordanē, iuncta monti G Galaad, quam tenuit tribus Manasse non longe a stagno Tyberiadis in quod porci præcipitati sunt, idem dicit Beda per eadem verba, ꝙ autē dicitur, ꝙ sit Gerasa ciuitas Arabiæ non tollit quin sit in terra Iudæorum, quia tres sunt Arabię, & vna est in terra Iudæorum, de qua est ista ciuitas Gerasa. De tribus Arabiis quomodo se habeāt, & de situ earum diximus supra 4 cap. q. 123.

Alii dicunt, ꝙ debet dici in regione Gadararum, q̄ nominatur a ciuitate Gadara. Alij dicunt, ꝙ debet dici in regione Gergesinorum, quia Gergesa est ciuitas iuxta istud mare Galilęę, & ibi dicuntur porci præcipitati, sic dicit Titus. s. veraciora exemplaria, nec Gerasenorum habent, nec Gadararum, sed Gergesino- H rum. Est enim Gadara ciuitas in Iudæa, stagnum autem, vel mare nullatenus inuenitur in ea, sed Gerasa ciuitas est, nec stagnum, nec mare iuxta habens. est autem Gergesa ciuitas antiqua, iuxta Tyberiacum stagnum circa, quam est rupes stagno vicina, in quod ostenditur deiectos fuisse porcos a dęmonibus, quia tñ Gerasa, & Gadara confinium habent cū terra Gergesinorum verisimile est inde ad horum terram porcos fuisse adductos. Sed dicendum. ꝙ non stat dictū Titi, quia licet Gergesa sit vicina mari, & non Gerasa nihil nocet, quia hic non innuitur, ꝙ ista regio de qua hic dicitur sit noīata ab aliqua ciuitate, q̄ esset iuxta mare, & ideo, licet Gerasa esset distans aliquantulum a mari noīaretur tota ista regio ab illa. Motiuum autē Titi est, quia mox, vt Christus exiuit de mari intrauit I in regionem Gerasenorū, vt dr̄ in lr̄a, sed non obstat, quia etiam si distaret Gerasa a mari poterat noīari totum territorium coniunctum mari ab illa, ēt si ciuitas Gergesa esset magis cōiuncta mari, quia forte illa cum esset minor includebatur sub territorio Gerasenorum, nam Gerasa est pręcipua ciuitas in regione illa, sic dicit frater Brocardus Theutonicus, vbi supra. s. in hac regione sunt ciuitates plures, vt Gerasa Gadara Pella Sueta, de qua fuit Baldach Suites amicus Iob, & ciuitas Theman, de qua fuit Eliphan Themanites alius amicus Iob, & alię multę ciuitates.

Secundo patet, & efficacius, ꝙ ista ciuitas a qua denominatur ista regio non erat iuxta mare, quia supra in fine literæ dicitur, quòd pastores fugerunt in ciui- K tatem, & quod tota ciuitas exiit obuiam Christū nō expresso nomine ciuitatis, in quo innuitur, quòd ista ciuitas erat de qua supra facta erat mentio, & tamen non fuit dictum de aliqua, nisi quòd Christus venit in regionem Gerasenorum, ergo illa erat ciuitas, quæ Christo exijt obuiam a qua nominata est ista regio, & tamen illa ciuitas distans erat a mari, quia Christus intrauit in regionem, & sanauit arreptitios, & nondum peruenerat in ciuitatem, sed fugientibus illuc pastoribus, & denunciantibus, quæ facta erāt, exiit ciuitas obuiam Christo, & tamen ciuitas Gergesa, de qua loquitur Titus, est coniuncta mari Tyberiaco, vt ipse dicit, ergo non est illa a qua nominatur illa regio sed ciuitas Gerasa, ideo recte dicitur hic, ꝙ venit in regionem Gerasenorum.

An istud miraculum de sanatione arreptitiorum fuit mox, vt Christus intrauit in istam regionem. Quæst. XCV.

QVAERETVR an istud miraculum de sanatione arreptitiorum fuit mox, vt Christus intrauit in istam regionem, vel aliquanto tempore post,

Aliqui dicunt, ꝙ non potest apparere, quia poterat esse, ꝙ Christus aliquanto tempore maneret prædicans in regione illa, de quo non fiat mentio, & postea fecerit istud miraculum.

Dicendum, ꝙ mox, vt intrauit Christus in regionē fuit hoc, quod patet ex litera. s. cum venisset Christus in regionem Gerasenorum occurrerunt ei duo habētes dæmonia, & sic immediate quando venit occurrerunt ei.

Secundo patet, quia Luc. 8. dicitur nanigauerūt ad regionem, & cum egressus esset ad terram occurrit illi vir, &c. & sic immediate, vt Christus exiuit de naui occurrerunt ei arreptitii.

Tertio patet, & apertius, quia Marc. 5. dicitur venerunt in regionem Gerasenorum, & exeunti de naui statim occurrit ei homo de monumentis, ergo nullū tempus intermedium fuit, hoc autem fuit, quia isti arreptitii non erant in ciuitate, sed vagabantur p̄ mōtes iuxta mare, vt dicitur Mar. 5. & sic Christo exeunte de naui accidit, ꝙ essent isti arreptitij ibi circa litus & sic occurrerunt ei statim. Pro quo sciendum, ꝙ Christus in regione illa non prædicauit, nec egit aliquid, nisi ꝙ curauit istos arreptitios, quia mox, vt intrauit in regionem curauit eos, & misit dæmones in porcos, & præcipitati sunt, quod videntes fugerunt pastores, & nunciauerunt in ciuitate, & tunc ciuitas exiuit obuiam Christo rogans eum, vt recederet de illa regione, quibus Christus consensit, quia immediate ascendit nauiculam, & redijt in Galilæam, vt innuitur supra in litera, in fine, & seq. c. in principio, & Mar. 5. & Luc 8.

Quomodo dicitur hic, quod occurrerunt Christo duo dæmonia habentes. Quæst. XCVI.

QVAERETVR quō dicit̄ hic, ꝙ occurrerunt Christo duo dæmonia habentes, q̄a Marc. 5. & Lucæ. 8. dicitur, ꝙ erat vnus, s. occurrit illi vir, & in tota narratione, nunquam faciunt mentionem, nisi de vno.

Aliqui dicunt, ꝙ istud miraculum, quod describit hic Matth. & illud ꝙ habetur Mar. 5. & Luc. 8. nō sit vnum, sed duo. Sed dicendū, ꝙ non stat, quia necesse est esse idem miraculū eo, ꝙ oīa quę narrat hic Matt. narrant Marcus, & Lucas, & in nullo discrepant, non est tñ vllatenus verisimile, ꝙ omnia ista possent esse eadem in diuersis miraculis.

Secundo patet ex ordine lr̄ę, quia ea quæ ponit hic Matth. ante istud factū. s. tempestatē, q̄ fuit in mari, & ea quæ ponit immediate post hoc, ponunt ēt Mar. & Luc. saltem ea quæ precedunt eodem ordine, hoc tñ non posset esse, nisi idē miraculum esset, ꝙ hic Matt. narrat, & ꝙ Mar. & Luc. narrant.

Tertio patet, & efficacius, quia istud miraculum, ꝙ hic narratur fuit factū immediate, vt Christus exiuit de naui, vt ostensum est præce. q. Ciuitas tñ immediate exiit obuiam ei, & rogauit eum, vt recederet de regione illa, ꝙ ipse fecit, vt dictum est pręceden. quæst. ergo non posset esse aliud miraculum, ꝙ Marcus, & Lucas narrant cum factum fuerit in eadem regione Gera-

Gerasenorum, & tamen nõ est verisimile, ꝙ Christus A
postea ad istã regionem rediret cũ expulerint eum in colle ipsius, nec permiserint intrare in vrbem, vt patet supra in lr̃a. necesse est ergo dici, ꝙ idem sit miraculũ ꝙ isti tres Euangelistę narrant.

Dicendum igitur, ꝙ duo erant habentes dæmonia quos Christus sanauit, vt Matthęus dicit, vnus tamen eorum erat ferocior, & qui magis torquebatur, & habebat plura dęmonia .s. legionem, & de isto solo Marcus, & Luc. locuti sunt, istud autem est valde verisimile ex modo narrandi eorum, quia Marcus, & Lu. qui de vnico narrant, ponunt magnam sæuitiam illius. s. quia dirumpebat catenas, & comminuebat compedes, & nemo poterat eum domare, & erat clamans, & concidens se lapidibus, eratque dæmonia multa B
in eo. s. legio, quę omnia subticuit Matthęus. s. quia narrabat de duobus arreptitijs, ideo voluit narrare solum illa, quæ erant ambobus communia, ne cogeret se in verbis diffundere, & quia illa sęuitia magna, quã Marcus, & Lucas narrant erat vnius eorum tantum subticuit illam Matthæus, Marcus autem, & Luc. qui posteriores fuerunt volentes supplere, ꝙ Matthæus omiserat dixerunt de sæuitia illius arreptitij, & quia illud, ꝙ omisit Matthęus vni eorum tantum cõueniebat, de vno tantum Marcus, & Lucas locuti sunt, nã si duos ponere voluissent narrarent solum ea, q̃ erant communia ambobus, sicut fecit Matth. de vnõ ergo tantum loqui debuerunt, & sic collectis simul, quę dicunt isti tres Euangelistæ resultat plena narratio, sic di C
cit Chrys. ꝙ duo erant arreptitij, sed Lucas, & Marc. vnum eorum ferociorem elegerunt, vnde & eius calamitatem exprimunt: Lucas. n. dicit, ꝙ ruptis vinculis agebatur in deserto. Marcus autem, ꝙ lapidibus seipsum concidebat, nec tñ dicunt, ꝙ vnus solus erat ne Matthęo dicere contraria viderentur.

Secundo potest dici, ꝙ duo erant arreptitii, vnus tamen erat persona clarior, & nobilior, de quo magis dolebat prouincia illa, ideo Marcus, & Lucas, de illo specialiter loquuntur, sic dicit August. lib. de concor. euang. s. ꝙ autem, Matthęus duos dicit fuisse qui dęmonia patiebantur, Mar. autem & Lucas vnum commemorãt, intelligas vnum eorum fuisse personæ alicuius clarioris, & famosioris, quem regio illa maxi- D
me dolebat, & pro cuius salute plurimum satagebat, hoc volentes signare duo Euangelistæ solum. i. vnum commemorandum iudicauerunt de quo facti huius fama latius præclariusque flagrauerat: istud verisimile est, & tñ melius dicunt etiã, sicut supra, ꝙ fecerunt ad supplendum, quæ Matth. omiserat, quia valde cõferunt ad ostendendam magnitudinem miraculi ea, quæ Marcus, & Lucas de sęuitia istius, & de legione dęmonum expresserunt, quæ Matthæus tacuerat, iõ etiam si iste arreptitius ferocior fuisset persona minꝰ clara, & minus famosa, debuerant adhuc exprimi illa quæ tacuit Matthæus, quia magis facit ad magnitudinem miraculi istud, quam ꝙ sanata esset persona clara, vel obscura, & ignobilis. E

Tertio potest dici, ꝙ Marc. & Luc. curauerunt de eo in quo consistebat vere magnitudo miraculi, nam ꝙ Christus curaret simul duos, vel tres, vel mille arreptitios minus videbatur, si illi a singulis tãtum dæmonibus obsiderentur, q̃ curare vnum hoĩem a legione, in qua dñr esse plurimi dęmones, iõ omiserunt Mar. & Luc. dicere, ꝙ erant duo arreptitii, vt dicerent ea, q̃ pertinebant specialiter ad vnum eorũ, quæ valde magna erant, & hoc dr̃, vt non innuatur, ꝙ Marcus, & Lucas viderint euangelium Matt. & supplere voluerint, ꝙ ille tacuerat, quia plurimi negant eos vidisse Matthæi euangelium, & sic etiam si illud nõ viderint poterant hoc intendere, quod diximus.

Quare isti duo arreptitij Christo occurrerunt.
Quæst. XCVII.

QVAERETVR quare nunc isti duo arreptitii Christo occurrerunt. Dicendũ, ꝙ propter multa. Primo, quia isti arreptitij non habitabãt in ciuitate, sed in montibus, & dęmones agebant eos per desertum, ideo accidit, ꝙ tunc essent ibi in montibus circa littus, quando Christus exiuit de naui, ideo potuerũt ei occurrere, & pp hoc Euangelistæ expresserunt, ꝙ isti arreptitii vagabantur per montes.

Secundo fuit, quia isti arreptitij erãt valde feroces, & manebant apud viã, vt nocerent oĩbus transeuntibus, nam dr̃ supra in lr̃a, ꝙ erant sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viã illam, videntes ergo Christum a longe forte non cognouerunt eum esse Christum, iõ occurrebant ei ad nocendum, sicut nocebãt omnibus transeuntibus, postea aũt agnouerũt, & tũc econtrario facientes adorauerunt eum Mar. 5.

Tertio põt dici, ꝙ Christus hoc fecit, quia ipse volebat sanare istos arreptitios, iõ fecit, ꝙ immediate ei occurrerent, nam non erat Christus facturus aliquid aliud in regione illa, sicut postea apparuit cum ciuitas exierit ei obuiã rogans, ꝙ recederet de regione illa, & ipse consentiens eis ascendit nauiculam, & immediate recessit, vt ostensum est supra q. 95. fuit ergo cõueniens, ꝙ arreptitij isti mox occurrerent Chr̃o excũti de naui, vt non esset in regione illa, aliquãdo ociosus, & istud est valde verisimile.

Quarto fuit pp porcos, quia Christus intendebat mittere dæmones in porcos, sicut postea factum est, & sic fuit conueniens, ꝙ ibi occurrerent sibi arreptitij vbi porci erant, nam conueniens fuit, quòd Christus mitteret dæmones in porcos, & etiam, ꝙ istud fieret in præsentia arreptitiorum, vt infra dicetur q. 125, porci erant circa littus maris, quando Christus exiuit de naui fecit, ꝙ occurrerent sibi arreptitij mox, vt exiuit de naui.

Quomodo esse poterat, quod isti arreptitij manerent semper in monumentis. Et quare sepulchra erant in montibus, & qualia erant Iudæorum monumenta.
Quæst. XCVIII.

QVAERETVR quia dicitur Marc. 5. & Luc. 8. dę istis arreptitiis, ꝙ manebant in monumentis, & ibi morabantur semper quomodo esse poterat hoc.

Dicendum, quòd isti arreptitii non erant in ciuitate, sed in montibus vagabantur, quia dæmon incitabat eos, vt fugerent in desertum Lucæ. 8. & ideo manebant per diem, & noctem in montibus Marc. 5. & secundum hoc poterant manere in monumẽtis propter duo. Primo, quia monumenta Iudęorum non erant in ciuitate, sed extra vrbes in montibus, & alijs locis, quia nullius gentis fuit vnquam consuetudo sepelire mortuos in ciuitatibus suis, sed extra in agris, ita etiam Iudæorum fuit consuetudo in agris sepelire, patet enim de sepulchro Elisæi. 4. Regum 13. nam erat in agro, & ideo quidam Iudęi volentes sepelire mortuum iuxta sepulchrum Elisęi videntes latrunculos Moab venire fugerunt, & vt cito facerent posuerunt mortuum in sepulchro Elisæi, sic etiam patet de Christi sepulchro, nam extra ciuitatem fuit, quia sicut Christus crucifixus est extra ciuitatem ad Hebrę. decimotertio, ita etiam sepultus est extra ciuitatem, nam iuxta locum in quo passus est sepultus fuit, & erat ibi hortus in quo monumentum eius fuit Ioã. 19. c. ita generaliter fuit de omnibus Iudęis, nisi de regibus, quia illi sepeliebantur intra Ierusalem in monte Sion, in horto regalis palatij, vt ostensum est.

X 4 2. Reg.

2.Reg 6. & fuit hoc pp maiorem honorem, nam ēt alii viri honorabiles in agris sepeliebantur, sicut fuit de Saule rege Iudęorum. 2.Reg.21.

Erant aūt sepulchra ista in montibus cuius rō erat, quia sm leges humanas locus in quo sepeliebatur aliquis mortuus erat religiosus, vel sacer, & sic non licebat iam ibi aliquid prophanum agere.s.colere terram illum ad plantandum arbores, vel segetes colligēdas, sed relinquebatur terra intacta pp honorem humani sepulchri, & si qñ in aliquem agrum qui solebat seminari sepeliretur mortuus, desinebat iam coli ille ager eo, ꝙ efficiebatur religiosus, & pp hoc vt terra, q̄ erat ad cultum non occuparetur, aut impediretur coli pp sepulchra, eligebātur talia loca ad humana sepulchra quæ aliàs non erant cultui apta, vel non erant necessaria, & ob hoc terræ steriles, & montes, & deserta, quæ non colebantur erant loca sepulchrorū, ita nunc ista sepulchra erant in montibus, nam dr̄ Mat.5. ꝙ semp die, ac nocte manebat arreptitius ille in monumentis & montibus, in quo innuit, ꝙ idem erat manere in monumentis, & in montibus, & hoc est, quia monumenta in montibus erant, & ita antiqua consuetudo Iudęis fuit in montibus sepelire mortuos, sic.n.viri Iabes Galaad sepelierunt filios Saulis regis in nemore Iabes, 1.Re.31. & 1.Paral.10. sic ēt ipse Saul rex, & tota cognatio sua sepulti sunt in latere mōtis cuiusdā in terra Beniamin.2.Re.21. Machabæi ēt qui fuerunt viri illustrissimi, & principes Iudęorum in monte vrbis Modin sepulti sunt, & ibi habuerunt pulchras, excelsasque pyramides septem, vt patet 1. Macha. 13. & ita isti arreptitii cū essent in montibus erant inter monumenta, vnde poterant habitare in eis.

Secundo patet, quia monumenta Iudęorum erāt taliter facta, ꝙ poterat quis habitare in eis, nam erant velut quędam domus, in quibus poterant multi manere, & erant planę, & habebant portas clausas lapidibus magnis, & cum vellent aliquem sepelire aperiebant portam, & ponebant eum interius, & ibi erant multi loculi pro diuersis mortuis. sic patet de Christi sepulchro, nam illud erat quædam domus magna in quam multi intrare poterant, sicut innuitur, infra 28. & Mar. 16. nam mulieres intrauerunt in monumentum Christi, & inuenerunt ibi angelum, & locus erat tam magnus, ꝙ ipse habuit ostendere eis ibi locū, in quo Christus positus fuerat, in quo innuitur, ꝙ si quis intraret monumentum non pp hoc sciebat, vbi erat Christus sepultus, ꝙ esse non pōt, nisi esset locus magnus, de quo magis dicetur infra 28. & ita isti arreptitii poterant habitare in sepulchris, q̄ non erant, sicut sepulchra nostra, sed velut ędificia ad habitandum.

Tertio poterant hoc, quia ipsi poterant aperire, q̄cunque sepulchra vellent, erant.n.sepulchra ista habētia magnos lapides, quibus ostia claudebantur, sicut dr̄ de Christi sepulchro. Mar. 16. ꝙ mulieres eūtes ad Christi sepulchrum dixerunt quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? & sequitur ibi, erat qppe magnus valde.s.quem non possent mulieres reuoluere, hoc aūt fiebat, quia ista sepulchra erant in locis desertis, & vt bestię non possent intrare ad lacerandū, & deuorandum mortuos, obstruebatur ostium monumenti lapidibus magnis, isti tñ arreptitii poterant aperire, quęcunque sepulchra, quia erant magnarum virium, nam Mar.5. dr de vno istorum, ꝙ nemo poterat eum ligare, quia sæpe catenis, & compedibus vinctus dirupisset catenas, & comminuisset cōpedes, & nemo poterat eum domare, poterat ergo iste non solum sepulchra aperire ad habitandum in eis, sed ēt tota ipsa demoliri. Ista consuetudo sepeliendi mortuos, quę dicta est, fuit semper apud Iudęos, etiam apud antiquissimos, nam Iosue in monte Ephraim

F sepultus est. Iosue 24. Eleazar quoque summus sacerdos filius Aaron in eodem monte Ephraim sepultus est. eo.c. ossa quoque Ioseph, quę de Aegypto allata fuerunt sepulta sunt in quodam agro apud vrbem Sichen. eo.c. ista eadem consuetudo erat apud gētiles, & fuerat semper in illa terra Chanaan, quod patet, qa quando Abraham in Ebron petiuit sepulchrum pro vxore sua, dixit ei princeps loci illius in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum. Gen. 23. & ibi dr̄ quomodo emit sepulchrum illius gentilis. s. Ephron Hethęi, quod erat in extrema parte agri sui, & ita gētiles in agris sepeliebant mortuos, vt innuitur. eod.c. & in illo agro sepulti fuerunt omnes patriarchæ, scilicet Abraham, Isaac, & Iacob, & Sarra, & Rebecca, & Lia vxores eorum. Gene.49. sic etiam Rachel vxor

G Iacob sepulta est in via, quæ est inter Bethlehem, & Ierusalem. Gene.48. omnes quoque Iudęi, sicut a suis progenitoribus acceperant, ita semper tenuerunt. s. vt sepelirent mortuos extra vrbes, & maxime in mōtibus, sic dr̄. 4. Reg. 23. reuersus Iosias, vidit sepulchra, quæ erant in monte, vnde sepulchra Iudęorum habitantium in Ierusalem erant in conualle apud torrentem Cedron, nam dr̄. eod.c. ꝙ Iosias extra Ierusalem in conualle Cedron ꝯbussit lucum, & redegit in puluerem, & proiecit super sepulchra vulgi, & sic apud illum torrentem erant sepulchra populariū, soli autem Christiani sepeliunt mortuos intra vrbes, & intra ecclesias, ꝙ quare fiat ostensum est Num.19. Iudęi autem non solum neminem sepeliebant in templo

H suo, aut iuxta illud, sed etiam si aliqui tangerent mortuos ad templum accedere non poterant, ꝙ quare fieret. eo.c. declaratum est.

Quare arreptitii volebant habitare in monumentis. Quest. XCIX.

QVAERETVR quare isti arreptitii volebant habitare in monumentis. Dicendum, ꝙ propter multa. Primo, quia non erat eis alius locus habitandi, nolebant.n. manere in vrbibus, quia fugiebant ruptis vinculis, sed in montibus semper manebant die, & nocte, Mar.5. non erant aūt

I in montibus alia ędificia, in quibus possent manere nisi sepulchra, ideo ibi morabantur. Secundo erat, qa dæmones faciebant hoc, vt malam opinionem hominibus gignerēt, ꝙ animę mortuorum efficiebant dæmones, & ob hoc in sepulchris habitabant, quia ibi erant corpora, in quibus aliquando fuerant, & ita cōpellebant arreptitios illa loca visitare, sic dicit Chrys. in homilia. s. per hoc, quod dicitur de monumentis exeuntes perniciosum dogma imponere volebant. s. ꝙ animæ morientium dęmones fiant, vnde & multi aruspicum occidunt pueros, vt animam eorum cooperatricem habeant: pp quod, & dęmoniaci clamāt, ꝙ anima illius ego sum. Tertio erat, quia dæmones volebant per hoc terrere homines, omnis.n. viuens naturaliter timet mortuos, & mortuorum loca, cum

K autem isti in sepulchris habitarent magis eos timebant homines, tanquam grauiora facturos, vñ ita omnes terruerant, ꝙ iam nemo audebat transire per viā illam, in qua isti erant, vt patet supra in litera. Quarto fuit, quia dæmones volebant exercere ferocitatē suā in istos arreptitios, & ideo omnia, quæ ad crudelitatē pertinebant exercebant in eos. s. facientes eos nudos incedere. Luc.8. & ꝙ vnus eorum se lapidibus concideret Mar.5. & quia etiam est quædam feritas, & inhumanitas habitare in sepulchris humanis faciebant, ꝙ habitarēt in sepulchris, sic dicit Cyril. ꝙ aūt nudus petebat defunctorum sepulchra dæmoniacę ferocitatis erat indicium.

Quo-

A *Quomodo arreptitij poterant esse tam sęui. Et quod esset dęmonium pessimum. Quæst. C.*

QVAERETVR cum dicatur hic, quòd isti arreptitij erant nimis sęui, ita vt nemo transire posset per viam quomodo poterant esse tam sęui.

Dicendum, quòd sęuitia, idest potestas istorum ad nocēdum erat valde magna, & hoc erat propter duo.

Primo propter magnitudinem virium, nam existētibus dęmonibus in eis erant magnę vires ipsorum, & poterant facere multa, quæ aliàs facere nō possent: nam de vno istorum dicitur Mar.5. quòd nemo eum poterat ligare, quia sępe catenis, & compedibus B vinctus dirupisset catenas, & compedes comminuisset, & nemo poterat eum domare, & sic propter ferocitatē posset quilibet eorum, contra multos homines pugnare simul, sic dicit Actu.19. de quodam arreptitio quem adiurabant duo Iudæi per nomen Christi, & ipse insilijt in ambos, & inualuit cōtra eos, ita vt nudi, & vulnerati effugerent de manibus eius, & ita nunc poterant isti duo pugnare contra quoslibet transeuntes, ideo nemo audebat per viam transire.

Secundo erat hoc propter quandam insensibilitatē membrorum: nam quædam sunt ad quæ interdum vires hominis sufficiunt, & tamen non potest illa facere manibus suis propter teneritudinem, & sensibilitatem, dęmones autem alterabant valde istos arreptitios, & sic reddebant membra eorum, C quasi stupida, & insensibilia, & ideo etiam si non haberent ipsi maiores vires, quam alij homines, maiora, & duriora facere possent, sicut apparet de furiosis, & maniacis, in isto autem arreptitio hoc apparet, quia seipsum lapidibus concidebat Mar.5. & tamen si sentiret dolorem non se concideret.

Dicendum tamen, quòd licet isti arreptitij habebant a dęmonibus vires, quia dęmones eos mouebāt, tamen non poterant tanta facere quanta dęmones vellent, & possunt: nam potestas dęmonis est valde magna Iob.41. non est potestas sub cœlo, quę comparetur ei, & tamen propter debilitatem humanorum organorum pauca possunt homines arreptitij agere, D quia si vellent dęmones per eos exercere plene vires suas, cōfringerentur, & comminuerentur illico omnia membra humani corporis, possunt ergo arreptitij operantibus in eis dęmonibus aliquid agere, quod cęteri homines non possunt, sicut Maniaci non habentes maiores vires, quam cęteri faciunt maiora, quam *illi*, & tamen non possunt facere totum, quod ipsi dęmones aliàs possent, sunt tamen quidam arreptitij plura mala facientes, quam alij, eo quòd dæmoni possidenti eos permittitur plus nocere, quam permittatur alijs dęmonibus, & tales dicuntur habere dęmonium pessimum, & talis erat iste de quo dicitur Actuum decimonono c. quòd dominatus est E amborum, & inualuit contra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent. Non est tamen sensus, quòd illud dęmonium sit pessimum, idest potentius ad nocendum, quam alia dęmonia, licet verum sit, quòd non sunt omnia ęqualia in potestate, sed quia illi permittitur plus nocere, quam alijs: nam si alicui dæmoni permitteretur tantum nocere quantum ipse potest, minimus dęmonum posset omnes homines occidere, quia non est potestas sub cœlo, quæ comparetur ei Iob.41. Deus tamen permittit interdum vni plus nocere, quam alteri in loco certo., vel tempore, & illud tunc vocatur dæmonium pessimum.

A *Quare arreptitij volebant omnibus hominibus nocere, cum tamen dæmon nihil possit supra voluntatem humanam. Quæst. CI.*

QVAERETVR quare isti arreptitii volebant nocere omnibus hominibus, ita vt neminem permitterent transire per viam, sic dicitur supra in litera.

Dicendum, quòd hoc faciebāt propter dæmones, qui eos incitabant: nam homini non est naturale nocere velle alteri homini sine aliqua causa, vt propter lucrum, vel dominium acquirendum, aut aliud retribuendum vindicari, & ita de alijs causis, quia potius quilibet homo naturaliter est amicus alteri homini 8. B Ethi.c.1. dæmoniaci tamen nihil intendebant istorū, quia nec prædas agere volebant cum ipsi potius omnia contemnerent, & vestimenta abijcerent nudi existentes, L.ne 8. nec dominari aliquorum volebāt, nec retribuere vindictam, cum ęqualiter omnibus transeuntibus per viam nocere vellent, sed a dęmone agitati hoc faciebant, idem enim iudicandum est de dęmone, & de homine dęmoniaco, cum ille a dęmone possideatur. Ideo, sicut dęmon non arripiens hominē per seipsum nocet hominibus quandocunque permittitur in se, vel in rebus suis, sicut quando Paulus tradidit Sathanę potestatem vexandi Corinthium vsque ad interitum carnis prima Corin.5. & sicut nūc permisit Christus dæmonibus intrare in porcos, & confestim occiderunt eos, ita quando dęmon est in C aliquo arreptitio per illum nocet omnibus quibus nocere permittitur, & sic Actu.19. quia illi duo Iudæi merebantur puniri, eo quòd nolētes credere in Christum adiurabant dęmones in nomine eius, permissus est ille arreptitius insurgere in eos, & dominatus est eorum, ita vt nudi, & vulnerati fugerent de manibus eius, nec est dubium quin illos occidere potuisset, & facile occidisset si fuisset sibi concessa potestas, sed nō permissum est.

Sed obijcietur, quòd etiam si dæmones vexent arreptitios non possent illis imprimere desiderium nocendi, quia dæmon nihil potest supra voluntatem humanam. Dicendum ꝙ dæmon totaliter possidet arre- D ptitios, & per eos quidquid vult facit, & non imprimit eis voluntatem malam, tanquam directe agat aliquid dæmon in voluntatē hominis, vt supra quæstio.118. dicitur, sed ipse dæmon est, qui malum vult, & non arreptitius per ipsum, cum tanq̄ p quoddam organū operat̄, nec est in potestate arreptitij resistere illi operationi, q̄ dæmon per ipsum efficit, quia magis est, vt patiens, quā vt agens, quod apparet, quando dæmon per arreptitium loquitur quidquid vult, quæ nō sunt verba arreptitij, sed dæmonis cū sæpe arreptitius nihil intelligat eorum, quæ loquit̄, sicut ergo dæmō plene possidet linguam arreptitij, ita plene possidere potest phantasiā, quæ est aliquid corporeū, idest virtus corporis, & sic videbitur arreptitio se bene agere, vel tal- E tē turbata phantasia nihil iudicabit, sed dæmon faciet per illum, id quod voluerit, & ita arreptitius nocebit, & dicetur habere voluntatem nocendi non quidem, ꝙ hoc velit ipse, sed ꝙ dæmon, qui per eū operatur hoc vult, & ita isti duo arreptitij nocebant omnibus viatoribus, quia dæmonibus possidentibus eos data fuerat potestas nocendi, & ipsi hoc volebant, quod tamen per istos arreptitios faciebant.

Quare vnus istorum arreptitiorum concidebat se lapidibus. Quæst. CII.

QVAERETVR quare vnus istorum arreptitiorum concidebat se lapidibus, vt dicitur Mar.5. Dicendum, quòd propter multa. Primo, quia dæmon

mon incitabat eum ad faciendum hoc, vt conciden-do se lapidibus sanguinē effunderet, est enim dęmonibus gratissimus sanguis humanus, & desiderant illum sibi præberi, & ob hoc sacerdotes idolorum, quando volebant maxime placare Deos suos, & obtinere, quæ petebant ab eis, effundebant de sanguine suo, sic patet 3. Reg. 18. de sacerdotibus Baal cum iam essent in magna angustia nō exaudiente eos Baal dr. ꝙ clamabant voce magna, & incidebant se iuxta ritū suum cultris, & lanceolis donec perfunderētur sanguine, etiam qn̄ volebant sacerdotes idolorum magnum festum dijs suis facere incidebant sibi mēbra, vt sanguinem effunderent, sic faciebant sacerdotes in festo deę Berecynthię, vt ait Augu. 2. & 6. de ciui. Dei.

Secundo hoc fieret, vt torquerentur arreptitij, vel saltem, vt nocumentum reciperent, dæmon enim, sicut desiderat nocere eis quos nondum possidet, ita etiam nocere vult illis quos possidet, & noceret grauius si permitteretur, ideo dæmon quidquid mali poterat istis arreptitijs inferebat faciendo, ꝙ nudi incederent, & non habitarent in domo, sed in montibus, & sepulchris, & etiam, ꝙ lapidibus alter eorum cōcideret se, sic enim ille dæmon, qui tenebat lunaticum de quo Mar. 9. & infra 17. dicitur, quòd frequenter proijciebat eum in ignem, & in aquam, vt eum perderet, & etiam, qn̄ exire compulsus est ille dęmon, ita discerpebat puerum, ꝙ factus est; sicut mortuus, ita vt multi dicerent mortuus est e. c. isti aūt dęmoni non permittebatur plus nocere arreptitio, quā ꝙ faceret, ꝙ se lapidibus concideret, ideo hoc saltem faciebat.

Tertio erat hoc, quia iste arreptitius efficiebatur, quasi insensibilis, quando dæmon possidebat eum, ideo non timebat seipsum percutere, & concidere, si autem sentiret, & doleret non se percuteret, etiam dæmone suadente, nisi ipse manum illius moueret violenter, sed nunc istud non faciebat, sed potius iste arreptitius redditus erat insensibilis tēpore quo possidebatur a dæmone.

Quarto, & præcipue istud erat, quia Deus volebat concedere dæmonibus istud facere ad ostendendum prauam eorum voluntatem, & ferocitatem ꝯ hoīes, scilicet quòd non miscrentur eorum, qn̄ potestati suę traditi sunt, vt per hoc homo caueat illis subijci.

Quare dæmones permiserunt, quòd isti arreptitij ad Christum venirent cum nociturus esset eis.
Quæst. CIII.

QVAERETVR quare isti arreptitij ad Christum nūc venerunt: nā Christus nociturus erat dęmonibus expellēdo eos inde, iō potius fugere debuissent. Dicendū ꝙ hoc fuit pp multa. Primo, quia forte dæmones, qui possidebāt arreptitios non permissi sunt Christū cognoscere, qn̄ eum viderūt, sed postea appropinquantes agnouerūt, & iō vellent ire ꝯ ipsum, sicut contra cęteros viatores ad nocendum ei. Secundo fuit, quia Christus voluit dæmones compellere, vt ad se venirent: nā volebat curare illos arreptitios, nemo iō posset illos ad Christū adducere, quia nemo poterat domare eos Mar. 5. ideo oportebat, ꝙ Christus eos ad se adduceret, sic dicit Chryso. quia nemo audebat dæmoniacum tenere ipse Christus ad eum vadit alloquens ipsum.

Tertio fuit ad ostendendum potestatem suam, scilicet quia, sicut in mari, vt ait Ambro. omnibus timētibus in tempestate ipse intrepidus quiescebat, & dormiebat, vt ostenderetur potestatis suę securitas, ita cum cæteri fugerent de via ista, vt dicitur supra in litera, quòd nemo per viam illam transire audebat

F voluit Christus per illam ire, & ꝙ dæmones ad eum venirent, vt sic potestas eius ostenderetur.

Quarto fuit, quia forte dæmones sponte venerunt, vt Christo se humiliarent sentientes iam tormenta ex præsentia eius, & orantes, vt amplius non torqueret eos, quod satis est verisimile, nam vterque, vel alter istorum arreptitiorum Christum adorauit Mar. 5. & ideo istud est verisimilius, vel ꝙ Christus compulerit dæmones ad se venire potius, quam ꝙ illi irent ad nocendum ei non cognoscentes illum. quia Mar. 5. innuitur, ꝙ dæmones mox, vt viderūt Christum agnouerunt eum, scilicet videns autem Iesum a longe cucurrit, & adorauit eum, & Lucę 8. dicitur is, vt vidit Iesum procidit ante illum.

G *Quare isti arreptitij, vel alter eorum Christum adorauit.*
Quæst. CIIII.

QVAERETVR cum Mar. 5. & Luc. 8. dicatur, ꝙ isti arreptitij, aut alter eorum Christum adorauit, quare hoc fecit. Dicendum ꝙ propter multa. Primo, quia Christus compulit illum ad hoc: nam dęmon est superbus, & non adoraret Christū sponte, sed Christus coegit eum, vt per hoc ostenderet se Deum esse, qui dæmones ad se adorandum cogere poterat. Secundo potuit esse, ꝙ dæmon istud ageret ex timore: nam sentiebat iam se torqueri, & timebat se grauius torquendum, quod vt euitaret humiliauit se ei, qui illum torquere poterat, vel liberare,
H & ita locutus est aliqua verba timorem suum exprimentia, vt Cyrillus dicit. Tertio fuit, vt Christus exaudiret petitionem dæmonis: nam volebat petere ne eum torqueret, & tamen humilians se in oratione exauditur, ideo dæmon Christum adorauit, sic innuitur Mar. 5 & Luc. 8. s. cucurrit, & adorauit eū, & clamans dixit obsecro te ne me torqueas, & ista est vera causa licet forte coactus sit dæmon hoc facere.

Sciendum tamen, ꝙ per istam adorationem dęmō nihil merebatur propter duo. Primo, quia erat in peccato mortali, & ꝙ grauius est erat obstinatus: nemo tamen potest mereri, nisi existens in charitate 1. Cor. 13. charitatem autem non habeam nihil sum, idest
I nihil valeo coram Deo, scilicet nihil mereor.

Secundo, quia opus ea seipso, idest ea modo faciēdi non erat meritorium, nam fecit hoc coactus, & tūc nihil merebatur, nec demerebatur, quia propter illa, quæ sunt simpliciter violenta non laudamur, nec vituperamur 3. Ethi. c. 1. vel fecit timore inductus, & tunc etiam non est Deo acceptum opus, quia non fit ex deuotione quadam, idest propter Deum, dæmon ergo nihil per istam adorationem meruit, nec mereri potuit, potius quam si non adorasset eum: licet forte aliquid concessit Christus dæmoni adoranti eum, quod non concessisset si non adorauisset illum.

K *Quare dæmones clamauerunt viso Christo.*
Quæst. CV.

QVAERETVR quare isti dæmones clamauerunt viso Christo.

Dicendum, quòd propter multa. Primo propter dolorem magnum quem patiebantur, sic dicit Chryso. in homilia flagellabantur inuisibiliter intolerabilia patientes ex Christi præsentia, ideo clamauerunt dicentes quid tibi, & nobis, &c.

Secundo fuit ex magno timore grauiora adhuc sibi infligenda timentes, vnde dixerunt obsecro te, ne me torqueas, Lucę 8. & Mar. 5. quidquid autem esset, siue dolor, siue timor magnum quid erat, ideo magna voce clamauerunt. Mar. quinto, & tamen vocis

magni-

magnitudo ad magnum affectum exprimendum cõpetit. Tertio fuit, quia Christus compulit dæmonem ad loquendum, vt per hoc potestas sua ostenderetur, nam in hoc, quod dæmones clamabant se torqueri ab eo apparebat, quòd magnus erat quicunque ipse esset, quia non poterat illud fieri, nisi diuina potestate.

Quarto fuit, vt dæmones manifeste confiterentur quis erat Christus, nam si solum adorassent eum, vel eiecti essent de obsessis appareret quidẽ, quod agebat ex diuina potestate, sed expresse nõ videret, quod eẽt Deus, quia prophetę quidam miracula aliqua fecerunt, & ita poterat ipse credi vnus de prophetis, sic enim Iudæi dicebant, quia quidam asserebant eũ esse Ioannẽ Baptistam, alij Eliam, alij Ieremiam, alij vnum ex prophetis infra 16. dæmones autem clamantes confessi B sunt eum esse filium Dei altissimi. Mar. 5. & Lucę 8. quod non poterat exprimi, nisi per vocem, fuit ergo conueniens, quòd dæmones cogerentur clamare.

Quare dæmones dixerunt Christo quid tibi, & nobis, Quæst. CVI.

QVAERETVR quare dixerũt quid tibi, & nobis, quia innuebant, quod nihil ad Christum de dæmonibus attineret, quod falsum erat.

Dicendũ, quod quidã intelligũt quid nobis, & tibi. q. d. nihil est inter nos, & te commune, sic dicit Remigius quid nobis, & tibi, &c. hoc est nihil commune est nostrę malitiæ & tuæ gratiæ, quia secundum Apostolũ C nulla societas est lucis ad tenebras 2. Cor. 6. c. hoc verum est, sed non est ad propositum, quia dæmones, vt videtur conquerebantur hic de Christo dicentes venisti ante tempus torquere nos, & tamen ad hoc nihil facit dicere nihil est commune nostræ malitiæ, & tuæ gratiæ. Dicẽdum ergo, quod istud est verbum superbiæ, i. quod dæmones innuerent, quod Christus non habebat super eos potestatem, s. quid nobis, & tibi, i. quid habes videre nobiscum. q. d. nihil, & hoc licet falsum esset, dęmones tñ ex superbia illud dicere poterãt cũ etiam ex superbia vsurpent sibi diuinum honorem.

Secundo potest intelligi, quod sit verbum querelę, sicut qñ aliquis significat se nihil debere, & iniuste affligi dicit qd mihi, & tibi, i. quid tu habes mihi nocere, D vel cur nocere vis cum nihil tibi debeã, & ita dęmones poterant dicere quid tibi, & nobis, idest o Christe quid est nobis, & tibi. i. nos in nullo tibi nocuimus, cur ergo vis nocere nobis, quia venisti torquere nos, & iste est sensus conueniens, quia dæmones sentiebant iam tormenta sua per Christum infligi, & conquerebantur, quasi iniuste torquerentur licet, etiam in hoc falsum supponebãt, s. nihil mali mereri apud Christũ; nam nocuerant ei inquantum in ipsis erat cum conarentur deitatem sibi vsurpare, & creaturas suas ei subtrahere, sic dicit Cyrillus, quis autem principum terrenorum omnino sustinebit a Barbaris lacessiri suo subiectos imperio? quasi dicat nemo, & cõsequẽ- E ter, nec Christus tolerare debebat hoc sibi fieri a dæmonibus.

Tertio potest intelligi, quod sit verbum desperationis, sicut illi, qui grauia mala tolerant, & desperãt se posse liberari de illis, loquuntur interdum amara, & irrationabilia, ita dęmones grauiter afflicti ex Christi pręsentia, & forte putantes se non posse liberari dicebãt ista, & sic poterant esse hic multę passiones coniunctę. sic dicit Cyrillus attendas hic timorem connexum audacię, & desperationi multę: signum enim diabolicę desperationis est in audẽdo dicere quid mihi, & tibi, &c. timoris vero cum precatur obsecro te, ne me torqueas, sed si nosti eum esse filium Dei altissimi, & fateris eum Deum coeli, & terræ, & eorum, quę con- A tinentur in eis, qualiter ergo non tua in via sua vsurpas, & dicis quid mihi, & tibi? quasi dicat iniuste dicis.

Quare dixerunt dæmones Iesu fili Dei altissimi. Quæst. CVII.

QVAERETVR quare dixerunt dæmones Iesu fili Dei altissimi.

Dici potest, quod fecerunt hoc ex timore, quia sæpe veneramur illos quos timemus, vt non inferant nobis mala irritati contra nos, sic dicitur Prouer. 19. multi venerantur personam potentis, sed sunt amici dona tribuentis, idest multi honorant potentes licet non B diligant eos, sed tribuentes dona, faciunt tamen hoc, quia timent, scilicet per potentiam sibi malum inferri, & ita dæmones vidẽtes, quòd Christus poterat eos punire grauissime, honorauerunt eum vocantes illum filium Dei altissimi.

Secundo fuit hoc ad placandum eum, quia petebãt dæmones ab eo, vt non expelleret eos de regione illa Mar. 5. & vt non mitteret eos in abyssum Luc. 8 sed quòd mitteret eos in porcos, vt patet hic, & non torquere illos Lucę 8 scilicet Iesu fili Dei altissimi obsecro te, ne me torqueas.

Tertio forte fuit ex necessitate, scilicet quia Christus cogeret istos dæmones confiteri, quod ipse erat filius Dei, vt sic homines negare istud non possent dæmo- C nibus illud confitentibus, & ita Hie. super Matthæũ vult, quòd fuerit ex necessitate ista confessio, dicens non est autem voluntatis ista confessio, quam pręmium sequitur confitentium, sed necessitatis extorsio, quæ cogit inuitos, velut si serui fugitiui post multum temporis dominum suum videant nihil aliud, nisi de verberibus deprecantur, nõ est tñ propter hoc putandum, quod nunquam voluntarie dæmones confiterentur Christũ esse filiũ Dei, quia Mar. 1. & Luc 4. dr̃ de quodam habente dæmonium, quod clamauit quid nobis, & tibi Iesu Nazarene scio qui sis sanctus Dei, & Christus iussit ibi tacere dæmoni, & iterum dicitur ibidem, quod eijciebat dæmonia multa, & illa clamabant tu es filius Dei, & dicitur, quod Christus non sinebat D ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum, ergo dæmonia sponte confitebantur, cum potius ipse illa tacere cogeret: nunc autem potuit esse, quod coacta dęmonia loquerentur, vel vocauit Hier. cõfessionem istam extorsionis, scilicet quia per timorem confitebantur non tamen coactione absoluta, quòd cõuenit exemplo suo de seruis fugitiuis.

Quomodo dixerunt dæmones Christo venisti torquere nos. Et an ante hoc torquebantur. Et quid erat ista confessio dæmonum. Quæst. CVIII.

QVAERETVR quomodo dæmones dixerunt nũc venisti torquere nos, in quo videtur innui, E quòd ante hoc non torquebantur.

Dicendum, quod dæmones semper torquentur, quia damnati sunt, & ideo quocunque vadunt infernum suum secum portant, nec pñt vnquã carere supplicio, sicut etiam alij damnati semper pęnas hñt, etiam ante diem iudicij, vt patet Luc. 16. Sed dixerunt venisti torquere nos propter aliqua noua tormenta. Primo, quia dęmones non poterant negare peccatum suũ, & consequenter digni erant poena, ideo dixerũt, quod veniebat Christus ad torquendum eos, sic dicit Chrysostomus in homil. non poterant dicere se non peccasse, quia eos Christus inuenerat mala operantes, & facturam Dei punientes. Secundo erat hoc, quia etiam si nulla alia poena eis nouiter imponeretur, vel veteres

auge-

augerenť cruciatus ſola Chriſti pręſentia erat eis pœna, quia Chriſtum, vt hoſtem ſuum habębāt, iō quòd Chriſtus compareret in regione illa in qua dęmones ante hoc erant, etiam ſi nulla alia mala eis inferret erat illis pœna, quòd non poſſent eum de regione ſua expellere. ſic dicit Hier. pręſentia ſaluatoris tormēta ſunt dæmonum. Tertio erat, quia dæmones realiter ſentiebant ſe puniri præſente Chriſto, ita quòd nunc eſſent multo maiora tormenta eorum, quam prius, ideo clamabant præ dolore: nam & Chriſtus ad oſtendendum ſe illis eſſe dominum eorum cum per bonum hoc cognoſcere nolint oportebat, quòd tormentis iſtud cognoſcerent. Quarto fuit, quia dæmones videbant, quòd Chriſtus volebat eos expellere de obſeſſis, & iſtud erat pœna illis, quia etiam ſi realiter non augerentur eorum cruciatus, priuari eos poteſtate illa, quam exercebant ſuper homines erat ſibi pęna grauiſſima. Quinto fuit, quia dęmones putauerunt, quòd Chriſtus per ſuam prædicationem auferret eis ſolitum honorem: nam ante hoc colebantur à gentilibus, tanquam dij, quia dij eſſe putabantur, & quia dæmones ſuperbi ſunt, gaudebant de iſto honore ſibi exhibito maxime, quia homines exhibendo illum peribant ęternaliter, erat ergo eis pęna nunc, quod iſto honore priuarentur, ſic dicit Augu. 8. de ciui. Dei perditionem ſuam hanc eſſe dicebant, quia fiebat, vt eorum cognitio experiretur. Sexto dixerunt dæmones hoc cogente Chriſto, vt per eorum cōfeſſionem appareret Chriſti poteſtas ſuper eos: nam ſi dicerent ſolum aliqua laudabilia de Chriſto putarentur forte adulari, vel illudere, & non eſſet eis credendum, ita faciliter, nūc vero, quia cum clamore magno tormenta ſua confitebantur credendum eis erat, ſic dicit Chryſo. in homilia, vt autem non videretur adulationis hoc eſſe ab experientia clamabant dicentes veniſti torquere nos, & nihil aliud erat iſta confeſſio dæmonum, niſi timor quidam de tormentis, etiam ſi nondum punirentur, ſicut dicit Hier. quòd iſta confeſſio dæmonum eſt extorſio, quę cogit inuitos velut ſi ſerui fugitiui poſt multum temporis dominū ſuū videant nihil aliud, niſi de verberibus deprecantur, ſic & dęmones cernentes dominum in terris repente verſari ad iudicandos, id eſt puniendos ſe veniſſe credebant, ſcilicet non poterant dæmones videntes Chriſtum ſubito coram ſe putare veniſſe ad aliud, niſi ad torquendum eos, quia conſcientia ſua accuſabat eos.

Dicendum tamen, quòd tertio, & quarto modo melius intelligitur, quam alijs modis: nam dæmones ſentiebant ſibi tormenta inferri in præſentia Chriſti, & orabant ne amplius inferrentur, & patet, quia vbi dixit hic Matthæus quid nobis, & tibi, &c. veniſti torquere nos, dicitur Mar. quinto, & Lucæ octauo quid mihi, & tibi, &c. obſecro te ne me torqueas.

De quarto patet, quia dæmones deſiderant valde habere poteſtatem aliquam nocendi hominibus in ſeipſis, vel in rebus ſuis, quod patet, quia cum expellerentur de hominibus rogauerunt, quod ſaltem permitterentur intrare in porcos, & quia timebant priuari omnino poteſtate nocendi, putabant hoc ſibi eſſe pœnam, & patet, quia dæmones rogauerunt Chriſtum ne eos expelleret extra regionem illam Mar. quinto, & etiam rogabant ne mitteret eos in abyſſum. Luc. 8. hoc autem erat, quia per iſta duo priuabantur poteſtate nocendi, ideo illud erat tormentum, quod Chriſtus eis inferebat.

F *Quare dæmones dixerunt Chriſto veniſti ante tempus torquere nos, & an venerit ante tempus. Quæſt. CIX.*

QVAERETVR quare dixerunt dæmones veniſti ante tempus torquere nos.

Dicendum, ꝙ non erat aliquod tempus determinatū, ante quod dæmones puniri non deberent, ita vt ante tempus puniri dicerētur cū potius tempore debito puniri ſint, quia quocunque mō accipiatur hic pęna eorū illa per Chriſtū inferebatur, cū ipſi dixerint veniſti torquere nos, & tñ Chriſtus non venit ante tempus, ſed cōpleto tempore ad Gal. 4. ſ. at vbi venit plenitudo tēporis miſit Deus filiū ſuū factum ex muliere. ergo non venit ante tempus,
G ſed quia dæmones non putabant Chriſtum tam cito venturum ad puniendum eos, & venit illis inopinatus, dixerunt eum veniſſe ante tempus, ſic dicit Aug. 8. de ciui. Dei, quia ſubitum illis fuit, quod futurum quidem tardius opinabantur.

Secundo dixerunt hoc, quaſi conquerentes iniuſte ſecum agi, quia ſicut ille, qui putat ſe iniuſte puniri dicit ſe plus debito puniri, ita dæmones, quaſi cōquerentes, ꝙ iniuſte affligerentur dixerunt, ſe ante tēpus torqueri non negantes ſibi tormenta debita, ſed non ita cito, & tñ in hoc dæmones falſum dicebant, quia tempus erat eos torqueri ei tñ, qui affligitur vr̃, ꝙ iniuſte affligatur, quia de ſeipſo fauorabiliter iudicat, ſic ēt dæmones dixerunt ſupra quid tibi, & nobis, & tamē
H aliquid erat, ꝙ Chriſtus de eis videre deberet. Tertio poteſt intelligi, quòd dæmones dixerunt ſe torqueri ante tempus, quia vſque ad diem iudicij eſt tempus menti, & dementi hominum, & iō ſicut vſque ad illud tempus ſancti Angeli habitant inter nos ad noſtram defenſionem, ita mali Angeli ad noſtram tentationem, & impugnationem, in die autem iudicij omnia hæc ceſſabunt. quòd vero ante tempus illud dæmones priuentur poteſtate nocendi hominibus, & tentandi eos, putant ſibi eſſe pęnam inflictam ante tēpus, ſic dicit Augu. 8. de ci. Dei. perditionem ſuam dicebant, quia fiebat, vt eorum cognitio ſperneretur, & hoc erat ante tempus iudicij quo ęterna dānatione puniendi ſunt, timuerunt tamen dæmones nunc,
I quòd pro eorum iniquitatibus accelerarentur dies iudicij, ita quòd nunc Chriſtus ad iudicandum veniebat, ſic dicit Chryſo. in homilia non poterant dicerę ſe nō peccaſſe, quia Chriſtus eos inuenerat malà operantes, & facturam Dei punientes, vnde extimabant propter abundantiam malorum, quæ fecerant, quod non expectaretur in eis tempus extremę punitionis, quæ erit in die iudicij.

Quare Chriſtus quæſiuit de dæmonis nomine, quod tibi nomen eſt. Quæſt. CX.

QVAERETVR cum dicatur Mar. 5. & Luc. 8. ꝙ Chriſtus quæſiuit de nomine dęmonum, di-
K cens quod tibi nomen eſt? quare hoc fecit. Dicendum ꝙ propter duo. Primo ad oſtendendum magnitudinem miraculi, ſciebat enim Chriſtus, qui & quot dæmones ibi eſſent, ſed volebat, ꝙ ipſi hoc cōfiterentur, vt appareret ex ſua confeſſione multitudo dæmonū, quæ erat in homine, & per hoc cōſtaret miraculi magnitudo, quia quanto plures eijceret de corpore, tāto eſſet maioris poteſtatis ſignum, ſic dicit Chryſo. non velut iſtius nomen inquirit, ſed vt confeſſa peſte quam tolerabat, virtus curantis gratior emicaret.

Secundo fuit, vt oſtenderetur, vnde proueniebat tanta ſęuitia vnius arreptitij iſtorum: nam ſępe catenas rumpebat, & comminuebat compedes, & nemo

poterat

A poterat eum domare Mar.5.hoc autem proueniebat ex multitudine dæmonum, & sic Christus voluit, quòd dæmones se multos confiterentur, vt appareret, vnde proueniebat tanta ferocitas arreptitij.

Tertio fuit, vt per hoc innuatur, quòd quando dæmones expellendi sunt de arreptitijs, oportet, quòd confiteantur arreptitij quidquid patiuntur a dæmonibus, sicut dicit Beda. nostri temporis sacerdotes, qui per exorcismi gratiam eijcere dæmones norunt, solent dicere patientes non aliter valere curari, nisi omne, quòd ab immundis spiritibus vigilantes dormientesve pertulerunt confitendo patenter exponant, & maxime, quando corporis humani concubitum petere se ac patrare confingunt, an tamen hoc sit verum generaliter non appatet.

B Quarto fuit hoc ne Christus ostenderet magnum desiderium dęmonum de nocendo hominibus, quia omnes dæmones quotquot sunt si permitterentur intrarent in quemlibet hominem, vt omnes eum torquerent: nam licet quilibet dæmon in homine existens non puniat eum quantum vult, sed quantũ permittitur, omnes tamen dæmones, qui sunt in homine permittuntur ipsum torquere aliqualiter, quia dæmones non sunt in arreptitio, nisi inquantum eum torqueant, ideo etiam si paruum sit desiderant tamen hoc paruum malum hominibus inferre, & ita Christus ostendit nunc fuisse multos dęmones in istu arreptitio, quia omnes intrare desiderauerant in eum, vt ipsum torquerent De nomine tñ dæmonum dicẽdum, ꝙ proprie non habent nomina dęmones, nec Angeli, nec etiam dæmon respondit nunc propriẽ de nomine, sed de numero, quare tamen aliqua numina dęmonum sint, & quibus dæmonibus conueniãt, dicetur infra 52.c.

Dæmonum, & Angelorum legiones, quæ sint, & quandiu manent in eis isti ordines. Et quid Legio quid Cohors. Et quòd volunt dæmones imitari Angelorum ordines.
Quæst. CXI.

QVAERETVR quomodo dæmon interrogatus de nomine Mar.5.& Luc.8.dixit Legio, & quid sit Legio. Dicendum, quòd Legio proprie nomen est cuiusdam cõgregationis militum ad bellum, quia congregationes bellicę ordinatę sunt, & reducuntur ad certum numerum sub certo duce, & sic ducũ quidam sunt centuriones, idest habentes cẽtum milites, alij tribuni, idest millenarij, & sic de alijs numeris, sic diuisit Dauid exercitũ suum.2.Reg.18.& ita ꝯgregationis bellicę numerus cognoscitur ex nomine ducis. Aliquando autem cognoscitur ex nomine ipsius cõgregationis, & sic Cohors est congregatio centũ militũ.ita dr̄ Act.10.ꝙ Cornelius erat centurio cohortis, quæ vocatur Italica, & tñ centurio habet centũ viros, iõ Cohors totidẽ cõtinet, sic patet de centurione illo, qui fuit ex mãdato Pilati custos in passione Christi, nam ipse dr̄ habuisse cohortẽ infra 27.sic ẽt Legio est militũ congregatio continens sex millia sexcẽtos sexaginta, & sex, & quia Angeli sunt milites Dei Iob. 25.nunquid est numerus militũ eius.i. Angelorum, & ordinate procedunt ad faciendum oĩa, quæ Deus illis iubet Psal.102.benedicite domino oẽs Angeli eius potentes virtute facientes verbũ illius: accipiunt noĩa ordinatę militię, iõ vocantur aliqñ legiones, vt Christus dixit infra 26.possum rogare patrẽ meũ, & exhibebit mihi mõ plusquã duodecim legiones Angelorũ, & Luc.22.interdũ aũt vocãtur castra Dei Gen.32. vbi Iacob videns Angelos dixit castra Dei hæc sunt, castra autẽ sunt congregatio bellica ordinata Canti. 6.terribilis, vt castrorum acies ordinata.

A Dæmones autem volunt inter se imitari ordines Angelorum, vt sicut illi ordinati sunt ad bonum faciendum, ita dæmones ordinati sunt ad inferendum malum, & propter hoc dicuntur dæmones habere regnũ, quia regnũ est multitudo congregata sub vno principe supremo, si autem non sit ordo, nec habitudo vnius ad alterum, non erit regnum, & sic Christus dixit esse quoddam regnum diaboli.s.oẽs dæmones esse multitudinem quandam distinctã, & ordinatam sub principibus suis, & non inuicem discordantem, sicut dicitur infra 12.si Sathanas Sathanã eijcit aduersus se diuisus est, qũo ergo stabit regnum eius? q.d.nõ est diuisa, sed ordinata multitudo dæmonum, & ideo

B vsurpant sibi dæmones nomina ordinum Angelorũ, vnde sicut Angeli sunt distincti per principatus potestates, & virtutes, qui sunt ordines ipsorum, ita & dæmones, sic dicitur 1.ad Cor.15.scilicet cum tradiderit regnũ Deo patri cum euacuauerit omnem principatum, & potestatẽ, & virtutem oportet illũ regnare, & intelligit de euacuatione dęmonũ, quia tota ordinatio sua euacuabitur in die iudicij cũ illa si ad nocẽdũ, & tamẽ iam non erit nocendi locus, & non intelligit de ordinatione Angelorum bonorũ, quia manebunt ad decorem licet non exerceant circa nos ea.quæ nũc exercent, & ita etiam, sicut in Angelis sunt legiones. vt dicit infra 26.ita etiam in dæmonibus, iõ dixit nunc iste dæmon, ꝙ nomen suum erat Legio.i.nomẽ illius cõgregationis, quæ erat in homine, sic dr̄ Luc.8.quid

C tibi nomen est, & ille dixit Legio, quia intrauerãt dæmonia multa in eum. Vel potest intelligi, ꝙ Legio sit hic nomen principis ipsius legionis non quidem, ꝙ sit nomen proprium, idest personale, sed nomen principatus, sicut vocatur aliquis cẽturio, vel tribunus, idest millenarius, & hoc patet, quia ille dæmon, qui loquebatur videtur sibi hoc nomen appropriare: nã Mar.5. dicitur, ꝙ tibi nomen est? & dicit ei Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Accipiendo primo modo erit sensus, quòd Legio integra dæmonum erat in homine, i.sex millia sexcenti sexaginta, & sex: accipiẽdo secundo modo est sensus, quòd princeps legionis istius erat in homine cum multis de legione illa, non

D tamen oportet, ꝙ esset ibi tota Legio. primum tamẽ est verisimilius de hoc dicit Grego. Nissenus imitantes quidam dæmones supernas militias, & legiones Angelicas dicunt se legionem, sicut eorum princeps dixit se positurum thronum super astra, vt fiat altissimo similis.

Quomodo Euangelistæ discrepant hic in verbis dæmonum ad Christum. Et quod dupliciter Dæmones adiuramus per Deum. *Quæst.* CXII.

QVAERETVR qũo potest stare, quia discordant hic Euangelistę in verbis, & maxime in verbis dæmonũ ad Christum, quia hic dicitur, ꝙ dæmones

E dixerũt quid nobis, & tibi Iesu fili Dei summi adiuro te per Deum ne me torqueas, & Luc.8.dr̄ quid mihi, & tibi est Iesu fili Dei, obsecro te, ne me torqueas etiam, quia hic dr̄ si eijcis nos mitte nos in gregẽ porcorum, & tñ Mar.5.& Luc.8.solum petũt, vt permitteret eos intrare in porcos. Dicendum, ꝙ in ista narratione Euangelistarum licent sint multę diuersitates reducuntur ad tres. Prima quædam ponũt aliqui, quæ alij non posuerunt, & de ista dicendum, quòd non est aliqua difficultas, quia certum est, quòd nemo Euangelistarum scripsit plene gesta Christi. Ioan.20, scilicet multa, & alia fecit Iesus, quæ in hoc libro scripta non sunt, ideo quidquid vnus Euangelista vltra alium dixerit simpliciter, tanquam verum tenendum est, quia sic etiam in libris veteris testamenti libri Paralip.

ralip.supplent multa, quæ fuerant omissa in libris Regum, immo ad hoc fuit ille liber, vt dicit Hierony. in Epistola ad Paulinum. Secunda diuersitas est, quia Matth. locutus est de duobus arreptitijs: Mar. autem, & Luc. de vno solum, & ideo omnia, quæ dicuntur Mar. & Lucę referunt ad illum solum arreptitium, Matthæus autem ad duos, sed ista discordia sublata fuit supra. q. 95. Tertia discordia est quantum ad illa de quibus communiter loquũtur omnes tres, & hoc est quantum ad verba dęmonũ, quæ varie ponuntur ab eis. Et de hoc dicendum vno modo, ꝙ potest esse, ꝙ omnia hęc dæmones dicerent, s. venisti ante tempus torquere nos, & obsecramus te ne torqueas nos, & ẽt te per Deũ adiuramus ne torqueas nos, & istud est satis conueniens, quia primo ostenderent pęnam suam dicentes venisti torquere nos, deinde orarent se liberari ab illa pęna dicentes obsecramus te ne torquas nos, & nouissime volentes magis confirmare petitionẽ suam dixerunt, adiuramus te ne torqueas nos, & tamen Mar. & Luc. dicunt adiuro, & obsecro: Matthæus autem loquitur pluraliter, & ratio est, quia licet ista verba sint dæmonũ, qui multi erant, Euangelistæ tñ concipiunt ea nomine arreptitiorũ, & quia Matth. duos posuit loquitur de eis pluraliter. Mar. aũt, & Luc. de vno solũ loquunt̃, iõ singulariter loquunt̃, q̃a tñ erãt multi dęmones interdũ loquunt̃ pluraliter, nam Mar. 5. & Lu. 8. postquam dr̃ obsecro te, &c. & illud, quod tibi nomen est, dr̃ & deprecabãtur eũ spiritus dicentes mitte nos in porcos, ꝙ autẽ Matth. dixit si eijcis nos mitte nos in porcos, & Marcus, & Lucę solum dixerunt, ꝙ deprecabantur eum spiritus dicẽtes mitte nos in porcos pertinet ad primam diuersitatem, scilicet quia Matthæ. expresse dixit, id quod Mar. & Lucę tacuerunt, & econtrario Mar. & Lucę multa dixerunt de ferocitate arreptitij, & de legionẽ dæmonum, quæ tacuit Matthæus.

Secundo potest dici, ꝙ ista verba dęmonum, quæ tres Euangelistæ ponunt, non fuerunt dicta omnia a dæmonibus, sed aliqua eorum licet non constet cuius Euangelistę verba dixerunt, vel forte nullus verba dęmonum præcise expressit, sed sententiã omnes secuti sunt, erat. n. sensus, ꝙ dęmones se torqueri sentiebant, & orabãt ne torquerent̃, & hoc Matth. expressit, licet non plene, dicẽs venisti torquere nos, & nõ expressit, ꝙ orabant se nõ torqueri. Luc. aũt orationẽ expressit, dicens obsecro te ne me torqueas. Mar. aũt etiam expressit orationẽ, & tñ alio modo, dicens adiuro te per Deũ ne me torqueas, adiuratio. n. nõ proprie fit Christo a dęmone, sed potius fit dęmoni a ministris Christi, quia adiuratio est ad compellendũ aliquẽ per virtutem superiorẽ, sicut dæmones adiuramus per Deũ.

Et tunc potest dici dupliciter. Vno modo, ꝙ dęmõ credens Christũ esse minorẽ Deo, quia hõ erat adiurauit eũ per Deum, dicens adiuro te per Deum.

Secũdo potest dici, ꝙ adiurare accipiatur large pro obsecrare, q̃a obsecrare est orare per interpositionem alicuius, sicut dr̃ Christo a nobis p passionẽ tuã per resurrectionẽ tuã &c. & est sensus adiuro te p Deũ. i. rogo te per Deũ, & idẽ dicit Luc. obsecro te ne me torquas. i. rogo te per Deũ, & iste est melior sensus, quia sic conuenit Mar. cum Lucę: etiam, quia non est satis verisimile, ꝙ dæmon vellet adiurare Christũ p Deũ licet crederet eum minorem Deo, quia ipse confitebatur illũ filiũ Dei, & in potestate Dei operauitẽ, non ergo crederet, ꝙ Deus rogeret Christũ cessare a tortura dæmonum, & sic non adiuraret eum, sed potius per Deum rogaret. de his dicit Aug. lib. de concor. Euan. scilicet quòd autem verba dæmonum diuersimode ab Euãgelistis sunt dicta nõ habet aliquid scrupuli, cum, vel in vnam redigi sententiam, vel omnia

F dicta fuisse possint intelligi, nec quia pluraliter apud Matth. apud illos autem singulariter loquitur, cum & ipsi narrent, ꝙ interrogatus quid vocetur legionem se esse respondit, quia multa erant dęmonia.

An dæmones, quando hominem arripiunt sint intra corpus, vel extra, cum Angelus sit vbi operatur. Et quid sint Phitones. Et quid arreptitij habent dæmones in ventre, & quare potius ibi, quam alibi.

Quæst. CXIII.

QVAERITVR quando dæmones hominem arripiunt an sunt intra corpus, vel extra. Aliqui dicunt, ꝙ sunt extra, & non possunt esse intra corpus, quia dicit glo. super illud Abacuc secundo dominus
G in templo sancto suo, &c. ꝙ dæmones simulacris exterius pręsidere possunt, non autem interius adesse, ergo multo minus intra humana corpora: Secundo patet, quia duo spiritus creati non possunt esse in eodem loco, sed anima est in qualibet parte corporis, ergo in nulla parte eius potest esse dęmon. Tertio patet, quia iuxta Damascenum Angelus est vbi operatur, sed sicut operatur in corpore, ita etiam habet aliquã operationẽ circa potẽtias animę, ergo sicut nõ est intra animã, licet circa illã operetur, ita nec intra corpus. Dicẽdum, ꝙ dęmones possunt esse intra corpus hoĩs, vel extra, & hoc nõ p̃t patere, nisi ex operatione, quia cũ sit dæmõ substantia spũalis nõ põt a nobis cognosci, nisi per aliqua signa, quæ relinquit, &
H ista sunt ipsę operationes quas in corpore arreptitiorũ ostendit. Sunt autem aliquę operationes eius circa corpus ex quibus non apparet an intra, vel extra sit, quia potest illa exercere extra manens, sic est torquere arreptitios cogendo eos cadere in ignem, vel aquam Infra. 17. & Mar. 9. & mouere cũ ex impetu ad discurrendum huc, & illuc, sicut dicitur de isto arreptitio Lucę 8. ruptis vinculis agebatur a dæmonio in desertum, quòd etiam arreptitius seipsum torqueat, sicut iste concidebat se lapidibus Mar. 5. quòd etiam exerceat aliqua opera fortia, sicut Actu. 19. de arreptitio, qui inualuit contra duos, ita vt nudi, & vulnerati fugerent de manibus eius, omnia enim hęc possunt fieri dæmonẽ manente extra corpus per solam appli-
I cationem virtutis motiuę ad impellendum, licet melius fiunt existente dęmone intra corpus, quia melius potest sibi coaptare illud ad mouendum, quam si extra manserit.

Alię operationes sunt ad quas necesse est dæmonem esse intra corpus, vt loqui, multa enim arreptitij loquuntur, quæ constat eos non dicere, sed dæmones per illos, cum sæpe ipsi non se intelligant, vt dicet̃ sequenti quæstione: ad hoc autem necesse est dæmonẽ esse in corpore, quia locutio fit per motum organorum interiorum, quæ a dæmone mouentur, sed non potest illa mouere, nisi ibi sit, ergo necesse est in corpore esse, & non solum in corpore, immo oportet, quòd sit in ventre, quia principale inter organa locu-
K tionis est pulmo, quia pulmo mouetur, & aerem concitat ad refrigerandum cor, & ibi subtiliatur aer, vt sit conueniens materia ad voces articulatas: nam aer exterior manens sic grossus est conueniens ad sonos faciendos, sed non ad voces formandas, propter hoc enim sola animalia habentia sanguinem, & respirantia vocant, idest voces emittunt secundo de anima. organa autem musica non faciunt voces, sed sonos, vt dicitur ibidem, & hoc est, quia non habent pulmonem, cum ergo principium vocis in animali sit in pulmone necesse est, ꝙ quando dæmones per arreptitios loquuntur sint in pulmone, & sic sunt in ventre, omnis ergo dæmon loquens per hoĩem est

in

in ventre eius, ſic dicitur 1.Reg.28.Saul abſtulit Ma-
gos,& Ariolos de terra,& interfecit eos, qui habebãt
Phitones in ventre,& tamen Phitones ſunt dęmones
illi,qui loquuntur per hominẽ, ſic patet Actu.16.ſ.fa-
ctum eſt euntibus nobis ad orationem puellam quã-
dam habentem ſpũm Phitonem obuiare nobis, quę
magnũ quæſtũ præſtabat dominis ſuis diuinando, &
ſecuta Paulũ clamabat, dicens iſti homines ſerui Dei
excelſi ſunt, & ſic illi in quibus dæmon loquitur di-
cuntur habere ſpiritum Phitonem, & habent eum
in ventre. Dicendum autẽ, ꝙ regulariter non ſolum
dæmones,qñ loquuntur per homines, ſed ẽt ſi nunq̃
loquantur intra hominẽ ſunt,quod patet.quia qñcũque
Christus ſanabat aliquẽ arreptitiũ dicebatur exire dæ-
mon de eo, vt patet hic,ſ.at illi exeuntes abierunt in
porcos, & Mar.5.& Luc.8.dr̃ exi ſpiritus immunde
ab homine,& non ſolum eſt verũ hoc de dęmonibus
loquentibus, vt dr̃ Mar.1.& Luc.4.ſ.exibant dęmonia
a multis clamantia, & dicẽtia tu es filius Dei,& Actu.
16.dixit Paulus ſpiritui præcipio tibi in nomine Ieſu
exire ab ea, & dicitur, ꝙ exijt eadem hora,ſed etiã de
ſpiritibus non loquentibus verum eſt, ꝙ ſunt intra
hominem,ſic patet Mar.9.de illo dæmone,qui allide-
bat puerum, & cogebat ſpumare, & proijciebat in
ignem,& in aquam, & tñ non loquebatur, quia erat
ſpiritus mutus,& ſurdus, ſicut Christus dixit ibidem
ſurde.& mute ſpiritus, & tamẽ iſte erat intra corpus,
quia Christus dixit illi exi ab eo, & amplius ne intro-
eas in eum. Et ſi obijciatur,ꝙ exijt clamans. Dicendũ
ꝙ tunc cępit loqui: nam ante hoc, nunquam loque-
batur, & ob hoc Christus vocabat illum mutum.

Alij etiam erant dæmones,qui nunquam loquebã-
tur, immo reddebant homines mutos, & tamen illi
erant in corpore, & de corpore eijciebantur Luc.11.
erat Ieſus eijciens dæmonium, & illud erat mutum,
& generaliter qñcunque agitur de ſanatione arrepti-
tiorum dicitur,ꝙ eijciũtur dæmonia, vt infra 10.ſ.dæ-
mones eijcite, ergo omnes dæmones qũocunque ve-
xent hominem intra eum ſunt. Ad primum argumẽ-
tum dicendum, ꝙ dæmon intra corpus eſt, vel intra
ſimulacrum. dicitur tamen non eſſe intus, vel non
adeſſe interius,id eſt ꝙ non ſit dæmon,quaſi virtus in-
trinſeca coniuncta corpori,vel ſimulacro,ita ꝙ ex dę-
mone, & ſimulacro fiat vnum per ſe, ſicut forma dr̃
eſſe intra materiam, quia eſt ſibi intrinſeca ad conſti-
tutionem ſpeciei, quia ex materia, & forma fit per ſe
vnum ens, & non ſunt velut duo indiuidua eiuſdem
ſpeciei, ſi autem dæmon intrinſece vniretur alicui
ſimulacro eſſet illud viuens,cum forma ſua eſſet ſpi-
ritus, & ita putabant gentiles ſimulacra eſſe viuentia
cum audirent illa loqui, & hoc negat illa glo.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ anima, & dęmon nõ
poſſunt eſſe in eodem corpore eodẽ mõ, ſed ſunt di-
uerſimode.quia anima non eſt in corpore,vt in loco,
ſed vt forma in materia, dæmon autem eſt in corpo-
re, vt in loco velut motor in mobili, ideo operatio,
quam anima facit in corpore, & dęmon non ſunt
eiuſdem rationis, & ideo ſine aliqua confuſione ope
rationum poſſunt eſſe dæmon, & anima in eadem
parte corporis.

Si autem dicatur, ꝙ cum dęmon ſit in corpore, vt
in loco,quomodo poſſunt plures dęmones ſimul eſſe
in eodem corpore dicetur infra q.136.

Ad tertium dicendum, ꝙ dęmõ vere eſt intra cor-
pus, ſed non poteſt eſſe intra animam, quia eſſe intra
aliquid eſt eſſe intra terminos eius,corpus aũt hẽt du-
plices terminos.ſ.terminos eſſentię, & terminos quã-
titatis,termini eſſentię corporis ſunt ea, quæ claudũt
eſſentiam corporis, ſcilicet partes eius, vt materia, &
forma, quidquid aũt nõ eſt materia,nec forma, nec

A virtus dãs eſſe corpori dr̃ eſſe hoc modo extra termi-
nos corporis, ſic aũt anima eſt intra terminos corpo-
ris,quia eſt forma eius ſecundo de anima.dæmon aũt
non eſt intra terminos corporis, quia nec eſt materia,
nec forma eius, nec virtus dans ei eſſe, ſunt autem
termini quantitatis corporis ipſa ſuperficies claudens
corpus,& intra terminos illius realiter poteſt eſſe dæ-
mon, eo ꝙ ibi ſunt multę concauitates in quibus dę-
mon eſſe poteſt, & etiã ſi nulla ibi eſſet adhuc poſſet
ibi eſſe dæmon, quia dæmon nullã quantitatẽ habet
ad hoc,ꝙ oporteat fieri penetrationem dimenſionũ,
ſicut nec exiſtente anima realiter in quacunque par-
te corporis dicuntur dimenſiones ſe penetrare, quia
anima nullas habet dimenſiones.de anima,& de qua-
B cunque ſpirituali ſubſtãtia, dicendum, ꝙ non habet,
niſi terminos eſſentię cum ſit ſimplex, & non habet
terminos quantitatis, & tñ intra terminos eſſentię ni-
hil eſt,niſi pars eſſentię vel virtus dãs eſſe rei, ergo nõ
poterit dæmõ eſſe intra animam, quia non eſt de ſub-
ſtantia eius, nec virtus dans ei eſſe, ſolus autem Deus
dicitur iſto modo eſſe intra quamlibet rem, ſiue intra
terminos rei corporalis, ſiue ſpiritualis, quia ipſe ha-
bet intrinſecam operationem eſſentię, quia ipſe de-
dit eſſe,ꝙ receptum eſt in eſſentia rei, & ipſe illud cõ-
ſeruat,& non potuit iſtud eſſe dari ab alia re,nec con-
ſeruari, niſi a Deo, nulla ergo res eſt intra terminos
ſubſtãtię ſpiritualis,niſi Deus, poſſunt aũt ſpiritus ha-
bere operationes aliquas circa alios ſpiritus,& tñ om-
C nes ſunt ſuperadditę ad eſſentiam,iõ vnus ſpũs, nunq̃
eſt in altero licet operetur circa illum,& ita licet vnus
Angelus purget,perficiat, & illuminet alterũ, non dr̃
eſſe in eo,ſed aliquid exterius operari, & ita de aĩa eſt
licet ab Angelis aliqñ illuminet. Dæmon ergo, nunq̃
eſt intra animam, ſed ſolũ intra corpus, licet aliquid
circa animam operetur, & propter hoc dr̃,ꝙ Deus il-
labitur tam animę,q̃ corpori:aĩa aũt illabitur corpori,
dæmon autem etiam corpori illabitur cum non ſit
aliud illabi rei,niſi ſubingredi terminos illius,& tamẽ
iam declaratum eſt quomodo Deus, anima,& dæmõ
ſubingrediantur terminos alicuius rei.

D *An dæmones poſſunt loqui per arreptitios, & quomodo. Vbi
Not.quòd auctor vidit arreptitium loquentem lingua
Hebraica. Et quòd etiam loquitur quidam eorum
de rebus altiſſimis, & ſcientificis.*
Quæſt. CXIIII.

QVAERETVR an dęmones poſſunt loq per ar-
reptitios,& qũo hoc poſſunt. Dicẽdum,ꝙ non
eſt dubiũ quin poſſint, cũ ſępe videamus arreptitios
loquentes aliqua de quibus conſtat,ꝙ ipſi nõ poſſunt
loqui illa,quod patet, quia dæmone excluſo non pñt
talia loq, ſic patet Actu.16.de puella hñte ſpũm Phi-
tonẽ, quę diuinabat,& multa loquebatur,cũ vero ex-
cluſus eſt ſpũs periit totũ lucrũ dominiorũ puellę, qa
iam nihil potuit diuinare, ſæpe ẽt Euangeliſtę dñi,ꝙ
E dæmones loquebantur, ſicut hic dr̃ dæmones cũ ro-
gabant dicentes ſi eijcis nos mitte nos in gregẽ por-
corũ. idẽ Mar.5.& Luc.8.& Lu.4.& Mar.9.dr̃,ꝙ dę-
monia exibant a multis clamantia. Dicendum aũt, ꝙ
dæmones poſſunt loqui per corpora in quibus ſunt
tripliciter. Primo modo in rebus illis, quæ nec per ſe
poſſunt loqui, nec hñt aliqua organa ad loquendum.
Secundo mõ per illa, quæ per ſe non pñt loqui habẽt
tñ omnia,vel plurima organa locutionis. Tertio mõ
per res illas,quæ organa habẽt,& per ſe loqui pñt. De
primo patet,quia vt qñ dæmones,vel Angeli formãt
ſibi aliqua corpora,quæ aſſumunt,& per illa loquunt̃:
nam illa cũ nec ſint animata, nec viuentia, non pñt
loqui, etiam non ſunt in eis organa ad locutionem,
quia

quia licet exterius illa corpora oñ. dant figuram veri corporis humani, interius tñ non hñt distinctionem partium, sicut sunt in homine, vel in alijs animalibus: Angeli tamẽ intra illa corpora formant artificialiter quosdam sonos, qui videntur esse voces articulatæ, & tñ non sunt, & per illas exprimunt nobis quidquid volunt, non sunt tamen illę voces, quia sola animalia vocant, idest voces habent, vt patet secundo de anima.

De secundo patet, vt si loquatur interdũ Angelus, vel dæmon per animalia: nam illa per se loqui non possunt, habent tamen fere omnia organa locutionis licet non ita completa, vel ita bene formata, sicut homo, ideo non possunt bene articulare vocem, sicut homo, vt patet in auibus, quæ ex consuetudine exprimunt quasdam voces similes humanis, per ista autẽ animalia interdum loquuntur dæmones, sicut fuit de serpente per quem diabolus Euę locutus est. Gene. 3. Angeli etiam loquuntur per ea, sicut locutus est Angelus per asinam Balaam Numeri 22.

Tertio patet, scilicet de locutione, quam facit dæmon per hominem, qui habet organa completa, & per se ipsum loqui potest, & ideo non est de homine semper manifestum, quando loquitur ipse, vel quãdo Angelus, aut dæmon per ipsum, sunt tamen aliqua ex quibus hoc constat, scilicet si talia loquatur homo qualia aliàs loqui nesciret, sicut vidimus aliquos arreptitios omnino rusticos, & idiotas loquentes lingua Hebraica, cuius nec verbum vnquam audiuerant, & tamen plene, & pure loquebantur ea.

Aliud est, quia arreptitij interdum, quando arripiũtur, etiam si in voce consueta loquantur tamen loquũtur de rebus altissimis, & scientificis quas ipsi aliàs nesciunt.

Tertium signum est, quia postquam cessant arripi, & efficiuntur sanę mentis nesciunt respondere de aliquo eorum de quo prius disputabant perfecte.

Quartum est, quia interdum cognoscunt aliquas res, quando arripiuntur quas non solum ipsi aliàs, sed etiam nulli homines illas cognoscere possent, vt quãdo loquuntur de rebus secretis, quæ via naturali sciri non possunt, & tunc dicuntur prophetare, vel diuinare. De primo patet 1. Regum 18. scilicet spiritus Dei malus inuasit Saul, & prophetabat in medio domus suę, idest loquebatur occulta, quæ alij homines nesciebant, sicut loquuntur prophetę. Secũdo patet Actu. 16. de puella, quę habebat spiritum Phitonem, & diuinando magnum quæstum præstabat dominis suis, sic etiam dicitur primo Regum 28. cum dixit Saul ad mulierem Phitonissam diuina mihi in Phitone, & suscita mihi quem dixero tibi, & dicuntur tunc diuinare, quia res occultas dicunt quas scire pertinet ad Deum. sic dicitur Isa. 41. annunciate, quę ventura sunt in futurum, & sciemus, quia dij estis vos, & sic dicuntur diuinare, idest rem diuinam agere aperiendo occulta.

Quintum est quantum ad principale, quia quando dæmon loquitur per arreptitium non est in potestate eius tacere, nec loqui, & hoc apparet, quia interdum etiam si quis arreptitios verberet non tacebunt. Ratio est, quia cum non loquantur a seipsis, sicut non est in potestate eorum inchoare, ita nec desinere, nec etiam quid loquantur, sed interdum loquuntur contraria eorum, quæ volunt. sic patet de Balaam, qui volebat maledicere Iudæis, & conabatur ad hoc. Deus tamẽ vertebat linguam illius, & cogebat, quod benediceret. Numeri 23. & 24. & postea dolebat, quòd benedixisset eodem cap.

F *An dæmones possunt immutare sensus arreptitiorum, vel aliorum hominum præstigijs, vel aliàs. Et quomodo fiunt præstigia & ludificationes sensuum.*
Quæst. CXV.

QVAERETVR si dæmones possunt immutare sensus arreptitiorum, vel aliorũ hominum, & nunc loquimur de sensibus exterioribus.

Dicendum, ꝙ nõ est dubium quin possint illos immutare, quia dęmon potest intrare corpus, & operari in illo, vt ostensum est supra q. 113. potest, ergo consequenter operari circa omnes potentias affixas organis, quia oẽs tales cum sint virtutes corporũ sequunt
G complexiones corporũ, & immutantur alteratis eis. sicut videmus in hominibus ebrijs variari iudicium gustus, & ita de alijs sensibus, dæmon ergo, qui potest alterare corpus potest etiam sensus immutare. nõ est tamen intelligendum, ꝙ per seipsum immutet, sed per aliqua naturalia quibus operatur. nulla enim substantia potest per seipsam operari aliquid alterando, nec gignendo, nisi Deus, qui continet virtutem totius naturę. sic enim Angelus nõ potest aliquid cõburere, nisi applicando ignem, vel suscitando illum. Deus autem sine igne potest incinerare corpora, & quia natura potest sensus immutare poterunt dæmones, & Angeli hoc facere vtentes eisdem medijs quibus natura vtitur. Et quia operatio visus est notior inter om-
H nes sensitiuas operationes: Est videndum quomodo dæmon visum immutet, & per hoc de alijs sensibus intelligetur. Et dicendum, ꝙ dæmon immutat visum in præstigijs ludificando oculos nostros, vt videatur esse serpens, vel Leo, quod est lignum, vel lapis.

Aliqui tamen dicunt, quòd non possint fieri tales ludificationes, quia oportet, quòd si aliquid videtur, siue serpens, siue Leo, videatur per speciem leonis, & serpentis. illa tñ forma non põt solum esse in sensu, quia potentia sensitiua, siue organum eius non habet aliquam speciem, nisi acceptam a rebus: ẽt nõ põt esse species illa in re visa, quia lignũ, vel lapis non põt hr̃e formam aut speciem serpentis, vel leonis, etiam non est illa species in aere, quia aer non est susceptiuus figurę, & lineamentorum, nisi condensaretur, sicut fit
I in corporibus assumptis a dęmonibus, vel Angelis, & sic in nullo potest esse illa species, & ꝯñr non potest fieri ludificatio. Dicendum, ꝙ necesse est concedi pręstigia, & ludificationes cum hoc experiamur, ad sensum, & non potest decipi sensus. nam si videmus necesse est, ꝙ videamus per aliquã speciẽ, quia impossibile est sensum immutari a non ente, ad hoc tamen, ꝙ videamus aliquid nõ est necesse, ꝙ sit illa res, q̃ videre putamus, sed ꝙ sit illa species per quã videmus, & iõ qui in præstigijs leonem, vel serpẽtẽ videt necesse est, ꝙ habeat speciem serpentis, vel leonis, sed non est necesse, ꝙ sit ibi serpens, vel Leo. de ista spẽ non est dubium quin sit in oculo, quia non potest fieri visio aliqua, nisi species visibilis recipiatur in pupilla.

K Sed dubiũ est, vbi sit primum ista species ad hoc, ꝙ perueniat ad pupillam: nã species visibiles a rebus multiplicantur vsque ad pupillam. Aliqui dicũt, ꝙ sit species ista in re, quæ videtur, vt si lignũ videatur esse serpens, sed non est possibile, quia vt dictũ est duę formę non pñt esse in eadem re, ẽt quia si ita esset oĩbus appareret, ꝙ ille lapis, vel lignũ esset serpẽs, sed falsum est, quia quibusdam vr̃ hoc, s. ludificatis, & alijs non.

Alij dicunt, ꝙ sit in aere, sed hoc non stat, quia aut hoc fieret condensando aerem, aut non. si condensando aerem necesse erat, ꝙ ab omnibus videretur, quia ibi esset corpus vere sensibile habens figuram serpentis, vel leonis, & ideo nulli occultaretur, & tamen in præstigijs non apparet oĩbus idẽ, ergo nõ est ibi figu-

ra

ra in aere condensato si fiat non condensando aerem non potest existere in eo figura, quia aer non condensatus non est corpus terminatum, sed diffusum per omnia, & tamen illa figura cum constet ex lineamentis est aliquid terminatum, & necessario erit in corpore terminato, etiam quia moto aere periret figura illa cum partes aeris diuidantur faciliter cedendo alijs corporibus, & tamen etiam si moueatur, & currat res illa, quæ videtur serpens, vel leo, semper sic videtur quousque cesset præstigium: ergo non est forma illa in aere.

Dicendum ergo, quòd formę, per quas videmus ludificati in præstigijs solum sunt in sensu, idest, in organo sensus, vel pupilla. Et potest dupliciter hoc fieri per operationem dęmonis. Vno modo, quòd species, quæ sunt reseruatę i thesauro imaginationis operatione dæmonum decurrant vsque ad organa sensus, & tunc cum species visibilis, quę erat intra cerebrum recurrit vsque ad locum illum, in quo fit sensatio, necesse est, quòd appareat homini esse præsentem rem illam cuius species est in sensu, quia per nihil aliud fit vera visio, nisi per hoc, quòd species visibilis est in oculo in loco sensationis.

Secundo modo potest fieri perturbando sensum quod fit per fumum quarundam rerum, quę immutant oculum: nam ita est in cęteris sensibus, quòd ex corruptione organorum praue iudicatur.

Dicendum autem, quòd licet pręcedens primus modus interdum accidat, non possunt tamen saluari per illum omnia, quæ apparent in præstigijs. Primo, quia interdum apparet eadem res currens: interdum manens, interdum stans, & interdum iacens, sed hoc non potest contingere ex parte speciei recurrentis de imaginationis thesauro ad locum sensationis, quia illa vniformiter manet in loco sensationis: ideo non potest repræsentare rem sub varia habitudine.

Secundo, quia interdum accidit in pręstigijs, quòd homo videat rem quam nunquam vidit in se, nec in sua similitudine, & tamen in thesauro imaginationis non possunt esse species, nisi quę aliquando fuerunt in sensu: ergo non possunt tali modo videri in pręstigijs, nisi ea, quæ aliquando vidimus, & sic non sufficit iste modus ad saluandum omnia, sed modus secundus sufficit, & est conueniens, quia tunc id quod videtur est res exterior, & tamen non videtur talis qualis est, quia sensus corruptus existens non bene iudicat: ideo si res exterior moueatur, vel stet, videbitur moueri, vel stare, sed non talis figurę, vel coloris qualis est, & tunc forma illa non est in re, sed in oculo, idest, quia oculus talem iudicat esse rem per corruptionem, quæ in ipso est, sicut patientibus ophtalmiam omnia videntur esse subrubea, vt dicit Aristot. nono Ethicorum, & hoc, quia habent apostema in oculo, sic & est in gustu, quia habentes linguam infectam cholera iudicant omnia esse amara, illa tamen amaritudo non est in rebus, sed in lingua, nec tamen est intelligendum, quòd illa forma maneat realiter in sensu, quia tunc habens linguam infectam cholera semper sentiret amaritudinem, etiam si nihil gustaret, cum realiter forma amaritudinis maneret in gustu actualiter semper immutans quod falsum est. ideo dicendum, quod amaritudo illa, nec est in re, nec est in sensu, nec vllo modo est, sed sensus decipitur iudicans esse amarum quod non est amarum, illud tamen per quod decipitur non est in re, sed solum in ipso sensu, idest, in organo sensus, & ob hoc solum decipitur in præsentia obiecti, de quo debet iudicare, si tamen esset vere forma amaritudinis in sensu semper gustus sentiret amaritudinem, dicitur tamen esse ista forma

A in sensu, quia id per quod sensus sic iudicat in ipso est.

Idem autem est in visione, quia species non est in re, nec etiam est vere in oculo, quia tunc quandiu maneret ibi iudicaret homo rem illam sic se habere, et si nihil est præsens: redirent etiam inconuenientia priora. de motu, quia si species vere esset in oculo, & non in re, etiam si esset causata per aliquem fumū vel rem exteriorem non posset illa ostendere rem varie se habentem, cum non dependeret a re exteriori, quæ mutatur: ideo non est species in sensu, sed solū corrumpitur sensus per corruptionē organi, & iudicat male de obiecto. Tertium ad probandum prædicta contra primum modum ponendi ludificationem esse poterat efficacissimum, quia tunc per pręstigia

B nulla res de exterioribus videretur aliàs quàm se habeat, & etiam nulla occultaretur, sed inciperet apparere aliqua res, quæ vere non esset præsens. Illa cuius species decurreret de thesauro imaginationis ad locū sensationis, patet quia hoc modo organum sensus nō corrumpitur, nec inficitur, sed potius perficitur per speciem interiorem decurrentem ad locum sensationis, vna tamen species non impedit aliam cum multas res simul videamus: ergo decurrente specie ad locum sensationis, vt dictum est adhuc non impedire mur videre res exteriores quarum sunt species, & quę cunque sint præsentes, & tamen non videmus omnes eo modo, quo sunt, quia aliquis homo erit ibi, qui videbitur leo vel serpens, & similia, & sic non potest videri illa res sub propria specie: ergo non fit hoc pro-

C pter speciem decurrentem ab interiori ad locum sensationis, sed oportet, quòd fiat per aliquam infectionē organi: idem etiam esset si forma ista visibilis causaretur in organo ab extra, idest, non decurreret de thesauro imaginationis, sed esset solum in oculo, quia per illam non impediremur videre omnia, quæ sunt extra sub proprijs speciebus, & tamen impedimur.

Quartū est, quia licet dęmones possint spēs existentes in thesauro imaginationis facere decurrere ad locum sensationis, non pñt tñ facere quilibet malefici, vel pręstigiatores, quia interdum isti operantur sine

D dæmonū adiutorio solū per aliqua naturalia media, dęmones aūt, quia pñt subintrare cerebrum pñt facere ꝙ species decurrant de loco suo per illos neruos cōcauos per quos intrauerunt vsque ad locum sensationis, & tamen quilibet pręstigiator facit apparere rem aliter quàm sit: ergo non fit hoc decurrente specie ab interiori.

Sed Dicendum, ꝙ non est modus per quem saluentur oīa, quę apparent in ista ludificatione, nisi per infectionem organi, quia inficitur a dęmone, vel a præstigiatore per aliqua naturalia, & tunc iudicat de re pręsenti aliter q̄ se habeat, vel de aliqua re, quę de nouo apparere cogitur, & nō est species in sensu nec aliqua forma, nisi forma ipsius rei visibilis, & tñ nō iudicatur de ea vel per eā qualiter ipsa repræsentatiua est, & non solū ista infectio est ex parte oculi, sed ēt ex parte rei, ita ꝙ licet res habeat propriā specie, per aliquā tñ infe-

E ctionē ei appositā determinatur aliqualiter ad turbādū visum ne bene de ipsa iudicet, quod patet, qa aliàs si inficeretur solū organū visus oēs res pręsentes tales viderent, & ludificatus circa vnū esset ludificatus circa oīa quod falsum est, qa in vna re determinata, & non in oībus fit pręstigium: non ēt sufficit, ꝙ sola res visibilis inficiatur, quia tunc omnes pręsentes ludificarentur, & tñ facto pręstigio si superueniant aliqui nō videtur eis aliquid, sicut cęteris, sed omnia vident sub proprijs formis, & si præstigiator aliquid agat circa illos etiam ipsi ludificantur: ideo oportet circa rem, & circa organum visus esse infectionem ad hoc, quòd fiat ludificatio, & iste est modus

dus quo si domus suffumigetur quodam fumo omnia ligna domus videntur serpentes cunctis intrantibus domum, & hoc est, quia tam ligna quàm tota domus est infecta illo fumo, & intrantes inficiuntur, quia totum medium est infectum: ideo sic iudicant.

An dæmones possint immutare potentias sensitiuas interiores. & per quod differunt sensus interiores ab exterioribus. Quæst. CXVI.

QVAERETVR an dæmones possint immutare phantasiam, idest, potentias sensitiuas interiores.

Dicendum, quod sic, quia dæmon potest operari immutando sensus exteriores, vt dictum est præcedenti q. nam sicut oculus potest ludificari, ita & gustus, & omnis sensus, quia tamen operatio visus est manifestior cum appareant in ea plures differentiæ rerum primo Metaph. apparet ibi magis ludificatio quàm in alijs sensibus, & tamen in omnibus fieri potest: non differunt tamen sensus interiores ab exterioribus, nisi per interius, & exterius: ergo sicut potest dæmon immutare sensus exteriores, ita etiam potest immutare interiores.

Secundo patet, quia dæmon habet potestatem super corpora, & consequenter super ea, quæ consequuntur corporis conditionem, & tamen phantasia, & omnes vires interiores sunt affixæ organis corporeis, quibus alteratis alterantur ipsæ: ideo poterit dæmon phantasiam immutare.

Tertio patet, quia dæmon operatur quibusdam naturalibus medijs, sed natura potest alterare phantasiam, sicut videmus in dormiente, & in ebrio, & in furioso, quia omnium istorum est immutata phantasia, nec possunt de rebus ita iudicare, sicut cæteri: ergo poterit etiam dæmon phantasiam immutare, quia potest facere, quòd patiatur homo eadē quæ in somno ebrietate, vel furore patitur cum possit vti eisdem quibus natura istud facit.

Quarto patet, quia dæmon potest per motum localem immutare phantasiam mouendo species, & turbando eas ad hoc, quòd varij conceptus habeantur per eas, sic turbata, quia sicut poterat facere, quòd species decurrerēt de thesauro imaginationis ad locū sensationis, vt dictum est præcedenti quæstio. & per hoc fieret sensatio, quæ aliàs fieri non posset, ita mutatis localiter, & turbatis speciebus intra cerebrum fient conceptus discordes ab eis, qui aliàs fierent, & ideo dicunt, quòd dæmones possunt illustrare phantasmata, scilicet, per istam vanam cōpositionem, & ita homini cogitationes immittunt, vel est illustrare phantasmata ipsa in se aliquo modo alterare, vel depurare, ita vt per illa possint aliqua concipi, quæ prius non poterant, & hoc est proprie illustrare, idest, illuminare, vel clariora reddere, idest, potentiora ad repræsentandum.

An dæmon possit immutare intellectum. Et quomodo immittit nobis cogitationes, q. as vult. Angeli autem boni possunt aliquid directe imprimere in intellectum, & quare mali nunquam imprimant cum possint. Quæst. CXVII.

QVAERETVR an possit dæmon immutare intellectum.

Dicendum, quòd dæmon non habet operationem, nisi supra corpus, & ea quæ sequuntur conditionem corporis, quia dæmon operatur mediante natura, sed pure spiritualia excedunt

F conditionem naturæ: cum natura solum habeat operationem circa corpora, eo quòd instrumenta sua operatiua sunt virtutes corporales, spiritus autem purus non habet aliquid de conditione corporis: ideo natura nihil potest circa illum, & intellectu autem ita est, quia non est corpus, nec etiam aliqua virtus affixa corpori: ideo dæmon non potest directe operari in intellectu, poterat autem supra sensus interiores & exteriores, vt dictum est quæst. præcedenti, & supra quæst. 115. eo quòd tam interiores quàm exteriores sensus sunt affixi organo, & alterato organo immutatur sensus. intellectus autem non est alligatus organo: nam anima quantum ad intellectum absoluta est a corpore, & ita causa est, quare intellectus intelligit obiecta omnium sensuum particularium: nā

G si esset virtus alligata organo limitaretur ex conditione organi ad vnum genus rerum cognoscibilium, sicut est de quolibet sensu particulari, & tamen non limitatur ad aliquod genus, sed apprehendit omne ens: ergo est virtus absoluta a corpore: etiam patet hoc, quia intelligit rem vniuersaliter: potentiæ autem affixæ organis apprehendunt rem particulariter ratio est, quia sequuntur conditionem organi, & organum est materiale, sed conditiones particularitatis sunt a materia: ideo apprehendunt necessario particulariter vires affixæ organis: intellectus autem vniuersaliter apprehendit: ideo necesse est eum esse absolutum a corpore, & ita dæmon non potest directe

H aliquid super intellectum.

Dicendum tamen, quòd licet intellectus non sit organo affixus, dependet tamen operatio eius ab organo, quia dicitur tertio de anima, quòd phantasma est obiectum intellectus, sicut color visus, phantasma tamen dependet a sensu, quia habetur per sensus particulares: ideo licet operatio intellectus non sit per organum, dependet tamen ab organo, idest, non potest intellectus operari intelligendo, nisi præcesserit operatio organi accipiendo speciem, quæ est phātasma, & est obiectum intellectus: nam sine obiecto nulla potentia potest apprehendere, & quia dæmon potest aliquid super phantasiam, vt ostensum est præcedenti quæstione, poterit indirecte aliquid super in-

I tellectum, quia si turbet species existentes in phantasia, quæ sunt obiectum intellectus, poterit sequi turbatio in operatione intellectus, non quidem quòd ipsa operatio in seipsa turbetur, vel minuatur in sua perfectione, sed quia phantasmata a quibus immutatur non mutant debite, sicut siquis bene legēs legat per librum mendacem, licet non legat vitiose legit tamen vitiosa, vnde ita bene legit per mendacem, sicut per veracem, & tamen per vnum legit vera, & per alium falsa, & vitiosa, ita in actu intellectus poterit dæmon indirecte causare imperfectionem, sed in ipsomet actu directe nihil potest, in operatione autem sensuum exteriorum, & etiam phantasiæ potest aliquid directe cum inficiat organa, & virtus affixa

K organo sequitur necessario conditionem organi, & ideo cogitur a dæmone ad praue sentiendum, sicut ipse infecerit organa. Hoc modo dæmon immittit nobis cogitationes, quas vult alterando phantasiam nostram, & illustrando phantasmata, vt dictum est præcedenti quæstione intellectus tamen non cogitur accipere istas cogitationes, quia ad hoc quòd fiat cogitatio, vel actus non solum requiritur obiectū, & potentia cognoscēs, sed ēt intētio cognoscētis. i. quod cognoscēs velit intendere in obiectū illud: nā sicut pñte aliqua re nō est necesse quod illā intueamur, quia possumus auertere oculos nros ab ea, ita exñte specie aliqua in phantasia nō est necesse, quod intellectus intēdat in illā, sed pōt se auertere ab ea, & ita dæmon nō poterit cogere intellectum

tellectum, vt cogitet ea, quæ ipse vult: nam quando A dæmon dicitur immittere nobis cogitationes non est sensus, quòd ipse formet in nobis cogitationem aliquam, quia cogitatio est actus cogitantis, & ideo si dæmon formaret cogitationem esset cogitatio sua, & non hominis, ita quòd per illam homo nihil cogitaret formaliter, sicut per intelligere dæmonis homo non est formaliter intelligens, quia illud intelligere non est hominis, nec pertinet vllo modo ad eũ, non potest ergo dæmon cogitationem homini immittere, idest, actum cogitandi, sed dicitur immittere cogitationem, idest, aliquid per quod homo cogitet, scilicet, speciem, non tamen quod dæmon no- B uas species formet in phantasia, sed quòd existentes ibi illustret varie eas disponendo ad hoc, quòd per illas intellectus immutetur: potest ergo se auertere intellectus ab his, vt nihil cogitet de eo quod dæmones suadent.

Cogitatio quid.

De Angelis bonis dicendum, quòd directè possunt aliquid imprimere in intellectum, quia secundum Augustinũ operantur in intelligentias nostras miris quibusdam modis, hoc autem est inquantum lumẽ intellectus agentis nostri confortatur per lumen intellectuale Angelorum quod est maius quàm nostrũ, dæmones autem non imprimunt directè in intellectum nostrum, nec confortant lumen intellectus C nostri, quia licet lumen naturale intellectus dæmonũ sit efficacius lumine intellectus nostri, quia cum mali sint non intendunt confortare lumen intellectus nostri, sed potius obfuscare, vt nos decipiant: ergo non imprimunt in intellectum, sed in phantasiam.

Sciendum autem, quòd dæmones cum sint excellentioris luminis naturalis quàm homo secundũ speciem, possunt imprimere in intellectũ nostrum, sicut Angeli boni, quia quorundam dæmonum est intellectus excellentior quàm quorundam Angelorum, nunquam tamen imprimunt in intellectum, quia hoc est contra intentionem eorum: est enim intentio dæmonis nocere hominibus, & hoc maxime facit decipiendo, & tamen quanto fuerit intellectus noster perfectior tanto minus decipietur: ideo dæ- D mon non vult imprimere in intellectum ne conforte tur lumen illius, sed imprimit in phantasiam illustrãdo phantasmata, quia per istum modum non perficitur intellectus, sed potius est via ad decipiendum eũ si attendat ad phantasmata, quæ dæmon illustrat, & ob hoc licet dæmones interdum doceant aliquos homines, nunquam docent eos spiritualiter agendo interius in intellectum ipsorum, sed velut magistri extra loquuntur, & hoc est, quia sic non perficiunt directè intellectum ipsorum cum immediate agant in sensum verba formando, & non possunt homines tunc plus per eos addiscere quàm ipsi volunt, si tamen directè agere imprimerent in intellectum adhuc præter veritates illas, quas dæmonibus suadentibus ho- E mines addiscerent, maneret intellectus eorum fortior, & perfectior ad quęcunque alia intelligenda. dæmones ergo licet possint in intellectum nostrum directè agere nunquam tamen agunt, sed in phantasiam imprimunt, & inde resultat actus eorum in intellectum modo supradicto. Sed quia ista actio est indirecta intellectus noster potest euitare eam, vt supra dictum est, scilicet, non recipiendo cogitationes ab eis immissas, idest, phantasmata illustrata per eos non aduertendo, sed respuendo, sicut in potestate nostra est visis aliquibus rebus claudere oculos, vel auertere ne videamus illas.

An dæmones possint mouere voluntatem hominis. Et quod potentiæ sunt in triplici differentia.
Quæst. CXVIII.

QVÆRETVR an possunt dæmones mouere voluntatem hominis arreptitij, vel alterius, scilicet, tentati.

Dicendum, quòd non possunt istud directè, nec indirectè, quia dęmon directè agit in corpus, & in ea, quę sequuntur corporis conditionem. voluntas autem nec est corpus, nec ad corpus pertinet, sed est virtus omnino absoluta a corpore: ideo non potest dæmon in eam.

Pro quo sciendum, quòd quędam vires dependẽt a corpore quantum ad actum, aliæ autem quantum ad obiectum, sed non quantum ad actum: alię vero nec quantum ad actum, nec quantum ad obiectum. De primis patet, scilicet, de sensitiuis, quia actus earum est per organum: nam homo non videt, nisi per oculum, & ita de alijs. & istę vocantur potentię affixę corpori, & consequuntur omnino corporis conditionem, & non sunt illo modo absolutę a corpore quantum ad aliquid.

De secundis est solus intellectus, qui quantum ad actum non dependet a corpore, quia non intelligit per organum: non enim intelligit homo potius per oculum quàm per capillos, vel vngues, & ideo intellectus quantum ad se, & quantum ad actum suum est virtus absoluta a corpore quantum ad obiectum, quia phantasma quod est obiectum intellectus tertio de anima non potest accipi, nisi per sensum, & tamẽ nunc non vocatur intellectus aliquo modo virtus affixa, vel alligata, quia quantum ad essentiam suam non est de conditione alicuius organi, & etiam non vtitur aliquo organo in actu suo.

De tertijs est sola voluntas, quæ nullo modo dependet a corpore non quidem quantum ad actum, quia sicut intellectus non intelligit per organum, ita nec voluntas vult per organum, nec etiam quantum ad obiectum, quia voluntas accipit obiectum ab intellectu. id quod indicatur bonum, vel malum per intellectum voluntas vult vel non vult, & ita minus dependet voluntas a corpore quàm intellectus: ideo licet dæmon possit indirectè in intellectũ propter obiectum suum quod habetur per organum in voluntatem, tamen nihil poterit, quia ipsa nec quantum ad actum nec quantum ad obiectum dependet a corpore, & sic dęmon non agit in eam directè, nec indirectè. istud etiam accidit, quia voluntas est domina sui actus: vnde dato ꝙ dependeret a corpore quantũ ad obiectum, adhuc non posset dæmon aliquid in eam indirectè, quia dæmon potest aliquid in intellectum propter obiectum, quia intellectus cogitur a demonstratione, & ita omne verum manifeste cogit intellectum, ita vt non possit dissentire ei, voluntas tamen non cogitur ab obiecto, quia etiam si cognoscatur aliquid esse manifeste bonum, voluntas non cogitur illud velle, nisi sit summum bonũ sub ratione summi boni: ideo dęmon non potest voluntatem mouere, quia nullum bonum pôt ei ostendere quod ipsam cogat.

Ex prędictis patet, quòd dęmon imprimit solum in sensus, & in phantasmata: Angeli autẽ imprimũt tam in phantasmata quàm in intellectum, Deus autẽ solus imprimit in voluntatem. Prouerb. 21. cor regis in manu Dñi est, & quocunque voluerit vertet illud. & accipitur cor pro voluntate, & Prouerb. 15. infernus, & perditio coram Dño quãto magis corda filiorum hoĩum: dęmones aũt licet possint imprimere in intellectum, tamen non imprimunt, vt ostensum est præcedenti q.

An dæmones possint cogere arreptitios ad peccandum, Et an ea quæ faciunt arreptitij sint pecatum.
Quæst. CXIX.

QVAERETVR an dæmones possint cogere arrepititios ad peccandum, vel aliquo modo facere, quòd peccent.

Dicendum, quòd non possunt cogere ad peccandum, quia si possent cogere non esset peccatum illud ad quod cogerent, quia de ratione peccati est esse voluntarium. Si autem quęritur an possint aliquo modo facere, quòd peccent,

Dicendum, quòd possunt facere suadendo, & non solum in arreptitijs, sed etiam in omnibus alijs hominibus cum ipsi tentent eos, & tentatio dæmonis ordinatur ad peccatum. Sed vt videatur an ea, quę arreptitij faciunt instigati a dæmonibus sint peccatum, est dicendum, quòd aut illa faciunt propter violentiam, aut propter turbationem. si primo modo quicquid faciant non est peccatum, vnde si dæmon cogat arreptitium occidere aliquem hominem nō peccat, quia non agit, sed patitur: nam potest dæmon mouere membra arreptitij ad occidendum hominem, & sicut siquis impulsus a vento cadat super alterum, & occidat eum non est vituperabilis tertio Ethicorum capitulo primo, quia est ibi violentum simpliciter, ita si dæmon mouerit membra arreptitij, & ita videtur fuisse de illo arreptitio, qui expoliauit, & vulnerauit duos adiuratores suos, Actuum decimo nono, & ita potest cogere hominem ad fornicandum, & ad quęcunque alia mouendo omnia organa corporis eius, & potest esse, quòd arreptitius videat se male agere non perturbatus existens, & tamen resistere non potest, quia violenter mouentur organa sua. Si autem perturbetur, vt quia dæmon potest perturbare phantasiam, ita vt per illam non possit recte iudicare quicquid fecerit arreptitius non est peccatum, quia idem est, quòd in furioso, qui nihil peccat, quia iudicare recte non potest, illud tamen in sola phantasia est, quia intellectus, & voluntas in seipsis nunquam possunt perturbari. idem etiam in ebrio cuius actus non est peccatum, nisi inquantum ebrietas sua fuit culpabilis, & dedit causam delictis, si autem ebrietas fuisset sine culpa quicquid sequeretur inde, non imputaretur sibi, vt ait Augustinus contra Faustum lib. secundo, & decimoquinto quæst. prima capit. inebriauerunt, & tamen quod arripiatur homo a dęmone est pure inuoluntarium: ideo si perturbata phantasia aliquid egerit arreptitius non est ei imputandum.

Sed obijcietur, quòd culpa sua incidit in hanc pœnam, ideo mala inde secuta debent saltem imputari aliquo modo, sicut dicitur de ebrietate in allegato capit. inebriauerunt.

Dicendum, quòd non habet verum illa regula, scilicet, quòd si peccatum sequatur in non potente euitare propter aliquam culpam præcedentem, ꝙ semper debeat imputari, quia illud est verum quando directe sequitur illa necessitas faciendi malum per actū voluntarium, sicut siquis inebrietur sequitur necessario, quòd poterit multa mala agere nesciens q̄d agat, & ista ebrietas directe sequebatur ex actu suo, quia ex multum bibere necessario sequitur ebrietas, non est sic de arreptione dæmonis, quia licet interdum homines propter peccatum arripiantur a dęmone, vt patet 1. Cor. 5. tamen non est necessarium ꝙ omnis peccās a dæmone arripiatur, quia non est ista pęna determinata pro peccato quolibet. Secundo non tenet ista regula, quia nunquam imputatur peccatum quod sequitur ex aliqua pęna, sed solum quod sequitur ex culpa,

F sic enim inebriari peccatum est, licet ergo ebrius nescit quid agat, imputantur ei omnia inde secuta saltē aliqualiter: arripi autem a dęmone, licet sit interdum propter culpam non est tamen culpa, sed pœna quędam: ideo nihil inde secutum imputatur ad pœnam, & ista est ratio pręcipua, sic etiam siquis tenetur adiuuare aliquem certo die, & postea propter aliquod delictum ponatur in vinculis, & sic non possit facere, ꝙ tenebatur, non imputatur ad culpam. Si autem arreptitius non cogatur, nec etiam sit omnino perturbatus, sed solum per suggestionem dęmonis malum faciat imputatur ei, quia dæmon tunc non cogit eum, nec perturbat, sed manet sibi locus resistendi iniquitati: peccat ergo illud faciendo, sic fuit de Saule 1. Reg.
G 18. qui arreptus a dęmone prophetabat, & misit lanceam in Dauid, vt occideret eum, hoc tamen imputatur ei in peccatum: ergo arreptitius potest peccare tunc quando a dęmone arripitur, & tamen vt communiter arreptitij perturbantur penitus quando arripiuntur, ita vt nesciant quid fecerunt, vel dixerunt, & si cesset dęmon torquere eos erubescunt de illis, quæ dixerunt, si tamen quando dixerunt non fuissent turbati non dixerant ista, de quibus nunc erubescunt, vel non erubescerent nunc se illa dixisse, & maxime est hoc quando torquentur, quia vt communiter etiā tunc phantasia turbatur,

H *Quomodo dæmones possunt torquere hominem, & quantum possunt eum torquere.*
Quæst. CXX.

QVAERETVR quomodo dęmones possunt torquere hominem, & quantum possunt eum torquere.

Dicendum ad primum, ꝙ hoc possunt per quendam motum localem, quia dęmon, vt communiter qñ vexat arreptitios elidit eos in terram & proijcit in aquā, vel in ignem, & cogit eos spumare 17. & Mar. 9. sed ista per motum localē fiunt, s. impellēdo hoīem sicut vnus homo impellit aliū, & ad hoc sufficit dæmon non solum in corpore existens, sed ēt foris ma-
I nens, quia ad impellendū non requiritur, nisi applicatio virtutis motiuę, quod etiam faciunt Angeli mouēdo homines, sicut Angelus tulit Abacuc de Iudæa in Chaldęam Danie. 13. Aliquando aūt dæmon torquet hoīem per solam compressionem corporis, quod ēt pertinet ad motum localem, sicut ille cuius guttura stringuntur torquetur, etiam si in loco suo maneat p hoc, ꝙ comprimuntur fauces, ita arreptitij ad hoc, ꝙ spument comprimuntur a dęmonibus: nam elidere eos minor vexatio est, huius signū est, ꝙ arreptitijs interdū qñ vexanť, vř ꝙ habeāt pōdera īmensa s. se, hoc tñ non fit, nisi quia valde cōprimunť pcordia eorum, vel alię partes corporis, & iō interdū reddunt vexatos quasi mortuos, sicut dř Mar. 9. ꝙ spūs multū clamans & discerpens hoīem exiuit ab eo, & factus est, sicut
K mortuus. Ad secundum dicendum ꝙ dęmones possunt vexare hoīem, ita vt occidant: nam plurimos occidunt, nec longa mora opus est ad hoc, quia subito poterunt multos occidere, sic fuit de dęmone, qui occidit septem viros Sarrę Tob. tertio, sic etiam dęmones occiderunt in vna hora in Aegypto omnia primogenita hominum, & pecorum: Exodi duodecimo, fuerunt aūt dęmones, qui hoc fecerunt Psal. 77. s. misit in eos iram indignationis suę per Angelos malos, sed nō permittunť torquere hoīem quantum volunt, vñ si pmittanť occidere hoīem occidunt. 1. Cor. 15. tradidit eū Sathanę ad īteritū carnis. i. ad hoc ꝙ occidat eū carnaliter: aliqñ pmittit De⁹ solū, ꝙ torqueāt hominem, sicut fuit de arreptitio, qui insilijt in duos

adiuratores

adiuratores suos, ita vt nudi, & vulnerati euaderent Act. 19. & aliquando magis, vel minus vexant secundum ꝙ permittuntur magis, vel minus nocere: nam nihil nocent, nisi quantum Deus vult, sic patet Iob 2. vbi iussit Deus dęmoni, ꝙ tentaret Iob puniendo eũ in rebus suis, sed non extenderet manum ad eum: patet autem hoc, quia nunquam dæmones tantum nocent quantum possunt, quia non permittuntur. habuerat enim vnus istorum arreptitiorum legionem dęmonum a longo tempore Mar. quinto, & Luc. 8. & non occiderant eum, nec vulnerauerant, & tamẽ qñ permissi sunt ingredi in porcos subito occiderunt duo millia porcorum Mar. quinto, ex quo apparuit ꝙ non exercebãt totas vires suas in arreptitio, quia aliàs subito eum occidissent: magis enim vellent ei nocere quàm porcis, quia porcis non nocet dęmon, nisi ꝓpter hominem, sed non permissi sunt plus ei nocere quàm ꝙ se lapidibus concideret Mar. quinto, dęmones tamen conantur interdum vltra permissionem Dei aliquid agere, sed non possunt, sic patet de illo arreptitio, quem dæmon sæpe proijciebat in ignem, & in aquam, vt eum occideret infra decimoseptimo, & Mar. 9. & tamen nunquam potuit eum occidere, licet longo tempore eum possedisset, scilicet, ab infantia sua Mar. 9.

Quare dæmones desiderant intrare in hominem.
Quæst. CXXI.

QVAERETVR, quare dæmones desiderant intrare in hominem.

Dicendum, ꝙ hoc faciunt ad nocendũ: sunt enim valde inuidi, & summe desiderant nocere homini: vidẽt enim quòd homo qui eis natura inferior est, per humilitatem ascendit ad beatitudinem, quam ipsi ꝑ superbiam habere non potuerũt, & ideo ex inuidia tentant eum, inducere cupientes in peccatum, ne assequatur illam beatitudinem, ꝙ si non possunt, saltem volunt ei corporaliter nocere quod est minus nocumentum, & ita desiderant intrare in eum, quia intrando vexant. non est enim aliud quòd dæmon permittatur in aliquem intrare quàm quòd permittatur eum vexare: nam potest intrare non vexando, & potest vexare non intrando.

Secundo desiderant hoc propter honorem, quia dæmones sunt cupidi honoris, & ideo desiderant quãcunque præeminentiam, & quia posse nocere hominibus est gradus quidam potestatis desiderant, quòd permittantur intrare in hominem ad torquendum eum.

Tertio cupiunt hoc, vt ostendant hominibus potestatem suam, & per hoc ab eis adorentur: sic enim fuit inter Gentiles, quia quosdam Deos colebant Gẽtiles credentes se ab eis posse beneficia recipere, alios aũt colebant ne eis nocerent. sic enim dicit Ouidius lib. de Fastis, ꝙ Deos infernales colebant in mense Februarij facientes eis cęremonias quasdam, quæ vocantur purgationes, & hoc, vt non terrerent viuentes nec eis nocerent, sic etiam Romani colebant tertianam, & quartanam, & Tullus Hostilius tertius rex Romanorum vouit facere templum timori, & pallori ne eum affligerent, sed recederent ab ipso, quia inuaserant eum in bello, vt ait Titus Liuius, ita dæmones, vt timerentur ab hominibus, & per hoc honorarentur volebant torquere eos, ita vt homines cognoscerent se ab illis torqueri, & per hoc eos honorarent, vt cessarent a vexatione.

A *Quare Deus permittit homines torqueri a dæmonibus. Et dæmon quid. & quid sequatur ex negatione eorum.*
Quæst. CXXII.

QVAERETVR, quare Deus permittit homines torqueri a dæmonibus.

Dicendum, ꝙ causa principalis est peccatum: nam raro Deus hoc permittit, nisi propter aliqua delicta, & tunc sicut Deus põt inferre alia genera pęnarum, ita interdum infert istud.

Secundo fit ad ostensionem Diuinæ potestatis, qa sicut sapientia, & potestas Dei apparet in creatione tãtæ multitudinis rerum, & tam ordinatę, ita etiam apparet potestas sua in varijs modis pęnarum, quas infli- B gere potest: ideo conueniens est, ꝙ etiam dæmones interdum homines puniant.

Tertio fit ne aliquid maneat superfluum in vniuersitate rerum, est autem superfluum id quod aliquid potest agere si nihil agat: superfluũ autem repugnat ordini, & tamẽ omnia quæ a Deo sunt, ordinata sunt ad Rom. decimotertio: ideo nihil debet superfluum manere in vniuerso, dæmon autem est substantia spiritualis potens aliquid agere, quæ si permansisset fuisset beata, & Deo assisteret, cum vero ceciderit, & iã non possit esse minister Dei ad bonum, constituit eũ Deus ministrum ad malum, idest, ad inferendas pœnas, quæ sunt quoddam malum: conueniens ergo est, C quòd Dæmones aliquando vexent hominem.

Quarto fit hoc ad cognitionem fidei: sunt enim dæmones substantiæ spirituales, de quibus plurimi dubitant, an sint, & hoc est in detrimentum fidei, quia negantes esse dęmonem negant etiam infernum, sic patet de Saducęis Act. vigesimotertio. Saducæi dicũt non esse resurrectionem, nec Angelum, ne spiritum, & quia ista opinio est periculosa, quia periculosius est errare in hoc quàm in omnibus articulis fidei, eo quòd qui negat infernum negat etiam vitam æternã, & tunc superuacuum est Deum colere si nihil boni post istam vitam est 1. Corint. decimoquinto: oportuit ergo ꝙ haberemus fidem quandam de dęmonibus, & ad hoc permittuntur vexare homines, & loqui per eos, vt per hoc manifeste appareat esse substã- D tiam quandam spiritualem præter animam hominis, quę torqueat ipsum, & istam vocamus dæmonem.

Quinto fit, vt homines timeant dæmones, & caueant eorum futurum consortium quod non potest melius ostendi quàm quando dęmon valde torquet hominem, quia si hic vbi non permittitur a Deo nocere quantum potest, tam grauiter torquet, quid faciet post hanc vitam vbi erit vere locus pęnæ? prodest ergo nobis valde cognoscere, quod dæmones sint, & quanta sit eorum feritas contra hominem.

E *An fuit conueniens, quòd Christus faceret miracula circa dæmones.*
Quæst. CXXIII.

QVAERETVR an fuit conueniens, quòd Christus faceret miracula circa dæmones expellendo eos.

Dicunt quidam quòd non, quia Christus non fecit miracula circa Angelos, & illi sunt meliores dæmonibus, quia Angeli mali reguntur per bonos, vt ait Augustinus quarto de Trinitate, scilicet, spiritus rationalis desertor atque peccator regitur per spiritum rationalem purum & iustum: ergo non debuit miracula facere circa dęmones. Secundo patet, quia miracula Christi ordinabant ad gloriã

Dei, ſicut dicitur ſequenti cap. ꝙ turbæ videntes para
lyticum ſanatum timuerunt, & glorificauerunt Deū,
qui dedit talem poteſtatem hominibus, dęmon tamē
non eſt ad glorificandum Deum, quia non eſt ſpecio
ſa laus in ore peccatoris Eccleſiaſtici 15. vnde licet dę
mones interdum vellent annunciare Chriſtum eſſe
filium Dei non permittebat ipſe illos loqui: Mar. 1. &
Lucę 4. ergo non fuit conueniens circa dæmones mi
racula fieri. Tertio patet, quia Chriſtus faciebat mi-
racula ad vtilitatem hominum, & tamen interdum
dæmones exibāt de hominibus cum magno damno
ipſorum, ſicut patet Mar. nono. ſ. ꝙ exiuit ſpiritus cla
mans, & multum diſcerpens hominem, ita vt vide-
retur mortuus: ergo non debuit miracula facere cir-
ca dæmones.

Dicendum, quòd Chriſtus debuit facere miracula
eijciendo dæmones de hominibus. Primo, vt imple
ret Scripturas, quia oportebat impleri omnia, quæ de
ipſo ſcripta erant: Lucæ 24. & tamen Zachar. 14. hoc
de ipſo prenunciatum fuerat. ſ. ſpiritum immundum
auferam de terra: ergo oportuit, quòd eijceret dęmo
nes de hominibus.

Secundo propter neceſſitatem, quia dæmones tor
quebant homines, & non poterant liberari ab illa
tortura, niſi expulſis inde dæmonibus: Chriſtus ta-
men miſerebatur patientibus languores ſequenti ca.
& ex miſericordia curabat eos: ergo etiam debuit dę-
mones expellere.

Tertio fuit ad oſtendendum magnitudinem pote-
ſtatis ſuæ. ſ. quia non ſolum poterat ſuper creaturas
corporales, ſed etiam ſuper ſpirituales: nam maioris
vigoris ſunt ſpiritus quàm corporeę creaturę Iob 41.
non eſt poteſtas ſub cœlo, quæ comparetur ei, ideſt,
dęmoni: ergo maior poteſtas Chriſti oſtendebatur in
hoc, quod poſſet ſuper dęmones quam quòd poſſet
ſuper corpora.

Quarto ne videretur Chriſtus manifeſte impotēs:
nam in terra Iudæorum erant plurimi a dæmonibus
vexati, & offerebant eos Chriſto curandos Mar. pri-
mo, & Lucæ quarto, ſi autem nullum eorum cura-
ret putaretur, quòd non habebat poteſtatem ſuper
dæmones, & ſic non crederetur eſſe Deus, oportuit
ergo ꝙ dæmones eijceret.

Quinto fuit ad tollendum ſuſpitionem operationū
ſuarum, quia ſicut plurimi malefici operantur aliqua
quæ nobis admiranda videntur, & hoc in poteſtate
dęmonum faciunt, ita crederetur de Chriſto, quòd
dæmonibus ſibi fauentibus hoc faciebat: ita enim cre
didit Porphirius, vt ait Auguſtin. lib. 1. de concord.
Euange. ſic etiam Iudæi dixerunt ſequenti capi. & in-
fra duodecimo, ſcilicet, in Beelzebub principe dęmo
niorum dæmonia eijcit, & verum eſt, quòd in hoc
errauerunt male arguentes, quia potius ex hoc fun-
damento Chriſtus probauit ſe non agere fauentibus
dęmonibus, quia Sathanas non ageret contra ſeip-
ſum, quia tunc regnum eius periret, & iam periuiſſet,
& tamen ſtat: etiam quia nemo poteſt auferre ea, quę
poſſidet fortis armatus, niſi fortior illo fuerit, & tamē
Chriſtus auferebat dęmoni homines, quos poſſide-
bat: ergo erat fortior eo, & per hoc manifeſte oſten-
debat, ꝙ valde à dęmonibus diſcordabat, & ſic nō fa-
ciebat illa opera fauentibus eis, ſi tamen nunquam
dæmones expuliſſet de corporibus putaretur cum il-
lis quandam ſocietatem habere, ergo fuit conueniēs
ꝙ illos excluderet de corporibus. Sexto fuit, vt habe-
ret quoddam teſtimonium ab eis: nam ipſi ſe mino-
res Chriſto confitebanť dicentes veniſti torquere nos
& ab eo humiliter aliqua petebant, vt Luc. 8. obſecro
te ne me torqueas, & Mar. 5. dř, ꝙ dęmones rogabant
Chriſtū ne expelleret eos de regione, & ne mitterēt
F eos in abyſſum Luc. 8. etiam confitebātur illum filiū
Dei, vt patet hic in litera, & Mar. 5. & Luc. 8. erat ergo
vtile dęmones a Chriſto torqueri, & expelli, vt iſta cō-
fiterentur de eo, vt ſi teſtimonium hominum nō ſuf
ficeret dęmones ipſi hoc faterentur, ſic dicit Chryſo.
in Homilia, quidam homines Chriſtum hominē eſſe
dicebant venerunt dæmones Deitatem eius diuulgā-
tes, vt qui mare procelloſum, & rurſus quietum non
audierant, dęmones clamantes audirent.

Septimo fuit ad dandum nobis ſpem, ꝙ liberare-
mur de poteſtate dęmonis, & de inferno. nam mira-
cula Chriſti erant quędam argumenta fidei quam ip-
ſe docebat, futurum autem erat, ꝙ per virtutem Dei-
tatis eius excluderetur poteſtas dęmonū ab homini-
G bus credituris in ipſum, iuxta illud Ioan. 12. nunc iudi
cium eſt mundi, & princeps huius mundi eijcietur fo
ras. ſ. diabolus ad oſtendendum ergo hoc conueniens
fuit, vt precederent quædam corporalia ſigna, ſcili-
cet, quòd Chriſtus expelleret dęmones de corpibus.

Ad primum dicendum, ꝙ non fuit neceſſarium fie
ri miracula aliqua circa Angelos, quia miracula fie-
bant ad hominum vtilitatem. dæmones autem no-
cent hominibus: ideo ad eorum vtilitatem debuerūt
expelli: Angeli autem non nocent, ſed proficiunt:
ideo circa eos miracula fieri non oportuit, etiam qa
homines per Chriſtum erant liberandi a poteſtate
dæmonum, & ſociandi angelis bonis ad Colo. 1. paci-
ficans per ſanguinem crucis eius, quæ in cęlis, & quæ
in terris ſunt. i. Angelos, & homines: ideo circa Ange
H los nihil debuit oſtendi, niſi id quod pertineret ad no-
ſtram, & ipſorum futuram ſocietatem, & hoc erat, ꝙ
ad nos mitterentur, & ita fuit in Chriſti natiuitate An
gelis cantantibus, & loquentibus ad paſtores: Lucæ
ſecundo, & in Chriſti reſurrectione, infra 28. & Mar
16. & in eius aſcenſione Actuum 1. Circa dæmones
autem fieri debuerunt ea, per quæ oſtenderetur nos
de poteſtate ipſorum liberandos, & hoc fuit, quòd
expellerentur de corporibus.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ Chriſtus fecit miracu
la in expulſione dęmonum non ad vtilitatem ipſorū,
ſed hominum, & erat gloria Dei, ꝙ liberarētur homi-
nes a vexatione dęmonum, ꝙ vero dęmones de Chri
ſto teſtimonium ꝑhiberent aliquādo fuit vtile nō tñ
I fuit eis ſemper permittendum, ne ipſi vſurparent offi
cium Apoſtolicum, & ne homines aſſueſcerent cre-
dere eis, vt dicit Chryſoſtomus, & Athanaſius. Quare
tamen Chriſtus interdum non permittebat loqui dę-
monia laudantia ipſum dicetur Mar. 1. vel Luc. 4. Ali
quādo autem loqui permittebat illa, vt per hoc Chri-
ſti poteſtatem, & ſuam ſubiectionem faterentur, &
hoc erat vtile, ſicut nunc, vt patet hic, & Mar. 5. & Lu.
8. nam non prohibuit illa loqui. Ad tertium dicēdū,
ꝙ Chriſtus permittebat aliquando vexari arreptitios
in exitu dęmonum, vt per hoc appareret a quāto ma
lo liberarentur dum eos grauius torquerent, & tñ ēt
ſi aliter non poſſent dæmones expelli, niſi vt torque-
K rent homines grauiter in exitu, melius erat, vt gra-
uiter torquendo exirent quàm vt leuius vexādo ſem-
per manerent.

An anima vnius hominis intret in corpore alterius, & eum vexet. Quæſt. CXXIIII.

QVAERETVR an interdum anima vnius
hominis intret in corpus alterius, & vexet
illum.

Aliqui dicunt, quòd ſic, quia ipſi ſpiritus
hoc fatentur dicentes, ego ſum anima talis homi-
nis, vel talis. Secundo, quia inueniuntur operatio-
nes earum manifeſte in arreptitijs, quia quidam

arreptitij

arreptitij ita loquuntur, & citharizant, & alia faciunt, sicut illi quorum animas in se esse fatentur, quòd sæpe vidimus, & videtur hoc fieri, quia anima est principium operationis, & cum illa adueniat, & ingrediatur in aliquod corpus facit easdem operationes, quas faciebat dum esset in suo.

Tertio, quia isti spiritus sępe petunt, quòd oretur pro eis, & ꝙ liberabuntur ab illa pęna, sed hoc dæmones non facerent.

Quarto, quia interdum suadent hominibus iusta, & vtilia, vt confiteri, & ablata restituere, dæmon tamen potius nititur in oppositum.

Quinto, quia sępe dicunt secreta aliqua, quæ egerunt dum viuerent, & sic apparet, quod humanæ animæ sunt.

Dicendum, ꝙ anima vnius hominis nunquam intrat in alium, vt eum vexet. Pro quo sciendum, ꝙ vt dicitur 3. de anima vnitur anima corpori tripliciter. s. vt forma, & motor, & finis. & est verum de anima, q̄ est in corpore, & est forma corporis: nam simul est forma eius. s. inquātum dat esse specificum, vt anima dat corpori esse corpus humanum, & nihil aliud facit nec est alia distinctio operationum, aut diuersitas, sed similiter omnibus partibus corporis dat esse humanas. est etiam vt motor, idest, inquantum in corpore anima exercet operationes suas, per quas in corpore est motus quidam, & ita est de omnibus operationib' animæ sensitiuis, & vegetatiuis, quia istę competunt animæ non vt est forma, sed vt est motor, quia inquātum est forma solum dat esse corpori, in istis autem operationibus non dat esse corpori, sed operatur per illud, & apparet, quia inquantum forma est dat vnicū esse, & tamen operatio multiplex est: ideo non competit ei, vt forma, sed vt motor. etiam quia anima est forma corporis per essentiam suam, operationes tamen non competunt ei per essentiam, sed per potentias: ergo operationes animę non sunt inquantum est forma corporis, sed inquantum est motor, & sic tota diuersitas organorum corporis, quæ fit propter diuersas operationes animæ non fit ab ea tanquam a forma, sed tanquam a motore: vnitur etiam corpori vt finis, quia anima est quædam perfectio corporis, finis autem habet rationem perfecti: ideo cum vnitur anima corpori, vt perfectio perfectibili, vnitur ei, vt finis suus.

Sciendum tamen, ꝙ anima licet sit motor corporis est motor intrinsecus, quia taliter esse motorem non competit, nisi formę quæ intrinsęcę est in materia quod patet, quia si dæmō subintret corpus humanum mortuum non poterit taliter mouere corpus. s. vegetando illud, & videndo, & audiendo per illud, q̄a istud necessario præsupponit, quòd ista duo, quibus vnitis resultat talis operatio sint tanquam partes, & ex eis resultet vnum ens per se constitutum sub aliqua specie, cum istę operationes sint specificę, idest, p̄tineant ad certam speciem, vel genus, non potest tamen resultare vnum per se in aliqua specie, nisi ex materia, & forma: ergo oportet, ꝙ si dęmon posset vegetare cadauer, & per illud videre, & audire esset forma corporis, & tamen non est forma, quia est de intelligētijs separatis a materia: ideo talem motum non potest facere, nisi forma, ꝙ apparet, quia dęmones sępe cadauera arripiunt, & mouent, tamen nunquam illa vegetant, nec corruptionem pręseruant, quod tamen facerent si ad hoc se extenderet facultas eorum naturalis, quia magnam gloriam per hoc haberent: ergo nō possunt illud facere, & sic licet esse formam, & motorem distinguantur, soli tamen formę competit taliter esse motorem.

Dicendum ergo aliter, ꝙ anima potest in corpore

A esse dupliciter. s. vel sicut in materia, vel sicut in loco. primo modo sola anima est in corpore, dæmon autē & angeli nō possunt, quia non sunt partes alicuius speciei, sed in se totam rationem speciei cōtinent, & isto modo dicendum, quòd anima semel a corpore soluta non potest esse in corpore, in quo prius fuit, nec in aliquo alio, nisi miraculose. De alieno corpore dicendum, ꝙ omnino non potest esse in illo, quia anima accepit esse indiuiduatum per vnionem ad istud corp', ideo impossibile est, ꝙ alterius corporis sit pars, vel forma, & ad hoc etiam miraculum non sufficit, licet Pythagoras putauerit, ꝙ animæ transibant per corpora non solum hominum, sed etiam in corpora bestiarum, quod tam absurdum est, vt redargutione nō in-

B digeat, quia si transiret anima hominis in corpus pecoris nondum animati, & viuificaret illud, impossibile erat quod esset pecus, sed quod esset homo, quia forma dat speciem, & non materia, cum materia nullum esse habeat, sed recipiat, vnde Philosophi formā speciem vocant dicentes esse tres substantias. s. materiam speciem, & ꝙ ex his. i. compositum.

Quod autem non possit anima ingredi in corpus, de quo exiuit, vt illud vegetet apparet, quia anima summo desiderio cupit esse in corpore, quia sicut homo super omnia cupit viuere, quia istud est esse, ita animæ esse naturale est esse partem speciei: ideo summe cupit actualiter manere, vt pars, & hoc vegetando corpus est: si ergo posset anima redire in corpus suum, sed non redit: ergo non potest.

C Item patet, quia anima nunquam recedit de corpore, nisi quando ita distemperatur corpus, ꝙ non potest ibi manere, quia tunc cogitur recedere, & tamē postquam recesserit semper corpus magis elongatur ab illa temperie secundum quam manebat anima in corpore: ergo minus poterit postea redire quàm manere potuit quando exiuit.

Item patet, quia si anima posset redire in corpus, de quo exiuit ad vegetandum illud, istud esset vere resurgere, & tunc resurrectio non esset miraculum, & tamen habetur pro maximo miraculo, & solus Deus est, qui suscitare potest mortuos. Deuterono. 32. ego

D occidam, & ego viuere faciam. & 1. Regum 2. Dominus mortificat, & viuificat, & ita Christus dixit Ioan. sexto: ego sum resurrectio, & vita. & iterum ego suscitabo eum in nouissimo die. non ergo potest anima redire in corpus, de quo exiuit ad illud vegetandum. Alio modo potest anima esse in corpore solum, vt in loco. s. non viuificando, sicut dæmon etiam est in corpore, & quia spiritus non dicitur esse in loco, nisi per operationem, anima si fuerit localiter in aliquo corpore operabitur ibi, & ita poterit mouere aliquod corpus: cum enim anima soluta a corpore sit spiritus manens, & retinens virtutem suam operatiuam, quia nō acquirebat illam a corpore, nō videtur inconueniēs, ꝙ possit operari mouendo aliquod corpus solum localiter, & quantum ad hoc, ita anima soluta corpore

E pōt esse in corpore, de quo exiuit, sicut in quocunq; alio, non est enim dr̄ia cum non vniatur illi corpori, vt forma, sed vt motor: cuilibet ergo mobili poterit ęqualiter applicare virtutem suam, licet quædam poterit mouere, & alia non, sed hoc videtur, quia licet anima soluta a corpore possit mouere aliquod corpus, non poterit tamen tantum mouere, sicut quādo erat corpori vnita, quia tunc res habet maximū vigorem qn̄ est in suo proprio esse naturali, & tamen animę est naturale esse formā corporis, & operari in eo: ideo tunc habebit maximum vigorem suum, quia non est impedita ab eo, quod potest naturaliter: cum autem est soluta corpore est præter naturam, & quòd vniat se corpori solū, vt motor est

contra dispositionem suam naturalem: ergo necesse
est, ꝙ minus possit quam manens corpori vnita, & tñ
manens vnita non potest mouere, nisi corpus, in quo
est, & sub certo gradu facilitatis: ergo soluta a corpore
non poterit mouere rem æqualem sub æquali facili-
tate.

Dicendum ergo ex his, ꝙ spiritus isti, qui ingrediũ-
tur humana corpora non sunt animæ defunctorum,
sed dæmones. Primo patet ex potestate istorum spi
rituum respectu animæ manentis in corpore, quia spi
ritus ille mouet corpus localiter contra imperium
animæ viuificantis illud, etiam mouet organa vocis,
& format locutiones quas vult nolente anima: ideo
est maioris potestatis quàm anima manens in corpo-
re, non tamen posset hoc si esset anima humana, quia
animæ sunt æquales secundum speciem, sed ęquale
non agit in ęquale. maxime, quia anima in corpore
manens est in suo esse naturali, illa vero, quæ vnit cor
pori solum vt motor, est extra dispositionem natura
lem ideo licet ambę essent ęquales s'm spẽm poten-
tior esset tunc illa, quæ maneret in corpore: ideo non
posset cogi ab alia.

Secundo patet ex his, quæ dicunt spiritus isti: nam
dicunt aliqua, quę sunt vltra humanam cognitionem
disputando interdum de rebus altissimis, & sępe oc-
culta reuelando, quæ nullus hominum nouit, aīę tamẽ
defunctorum non possent ista scire. quod patet, quia
aīæ, quæ creduntur a quibusdam intrare in corpora
hominum sunt malę, s. in inferis obligatę, vel adhuc to-
lerantes pœnam purgatoriam, quia nemo vnquã cre
didit beatorum aīas hoc agere, aīę sñ quæ in inferno,
vel in Purgatorio sunt nesciunt plura q̃ hic sciebant,
nisi ea, quę per tormẽtorum experientiam addiscũt;
ergo nõ possunt illę dicere talia qualia arreptitij dñt.

Tertio patet ex magnitudine rerum, quas faciunt:
nam arreptitij quando arripiuntur sunt fortiores alijs
hominibus, & rumpunt compedes, & cathenas si an-
gunt si ligantur, vt patet Marc. 5. & Luc. 8. & tamen
ista non posset facere aīa humana, quia vt dictum est
minoris potestatis est q̃ñ vnitur corpori, vt motor q̃
quando vnitur, vt forma. maxime autem quia non so
lum minora posset, sed etiam nihil posset, quia resistit
sibi anima in corpore manens: ergo nihil posset, & tñ
potest arreptitius pugnare simul contra multos ho
mines, sicut isti duo arreptitij faciebant, ꝙ nemo aude
ret transire per viam, vt dicitur supra in litera, & ille
de quo Actu. 19. inualuit contra duos spolians eos, &
vulnerans. non sunt ergo animæ hominum.

Quarto patet, quia isti spiritus torquent homines,
& tamen vna anima hominis non torqueret alium
hominem propter similitudinem naturalẽ in specie.

Quinto, quia isti spiritus desiderant valde nocere,
& nituntur ne expellantur de hominib⁹, in quo appa
ret, quod inuident eis, & tamen animę mortuorum
non inuident viuentibus, sed potius diligunt eos.

Sexto patet, quia licet non sit generale, ꝙ quilibet
homo diligat quemlibet, tamen saltem parentes dili
gunt filios, & cognati cognatos, & etiam si apud infe-
ros sint hunc amorem non perdunt, sic patet Luc. 16.
de diuite existente apud inferos, & rogante ne fratres
sui irent in illum locum tormentorum, & tamen spi
ritus torquentes arreptitios dicunt interdũ, ego sum
pater, vel mater istius: ergo mentiuntur, quia si ille
esset filius suus non torqueret eum, sed misereretur
eius, & si dicas, quòd Deo iubente hoc faceret, saltẽ
cum dolore faceret. & gauderet inde expelli, & tamẽ
etiam illi quando adiurantur, vt exeant dolent, & nitũ
tur manere ibi: ergo non est spiritus ille patris, vel
matris, sed dæmon est.

Septimo patet, quia si essent animæ, aut essent bo-
F norum, aut malorum, non quidem bonorum, quia
illę sunt in vita ęterna, non etiam malorum, quia illę
mox rapiuntur ad loca pœnarum & non vacat eis ista
facere: ideo non sunt aīæ, sed dęmones, sic dicit Chry
sost. in Homilia, vbi istam rationem ponit. dęmones
tamen nituntur ostendere, ꝙ animæ mortuorum effi
ciantur dæmones post mortem, & vexent homines,
& propter hoc dæmones cogebant istos duos arrepti
tios habitare in monumentis, sic dicit Chrysost. visi-
tant dæmones mortuorum sepulchra volentes homi
nes imbuere periculosa doctrina, scilicet, ꝙ mortuo-
rum animæ dæmones fiant, ex hoc etiam alius error
oriebatur, quia cum malefici dęmones habeant ad-
iutores in operibus suis, & putarent quòd animæ ho
G minum dæmones efficerentur, occidebant aliquos
pueros, vt animas eorum iam dæmones factas in adiu
torium haberent, sic dicit Chrysos. vbi supra, scilicet,
multi aruspicum occidunt pueros, vt animas eorum
cooperantes habeant, & hoc destruit ibi multis ratio-
nibus.

Octauo patet, quia Christus plurimos arreptitios
sanauit, semper tamen dicuntur illi curati a dęmoni-
bus, & ꝙ Christus dęmones eijciebat vocans eos im-
mundos: spiritus ergo nunquam sunt animæ huma-
næ, quę vexant arreptitios, sed dæmones.

Dicendum tamen, quòd animæ solutę corporibus
pati pñt in varijs locis, in qb⁹ peccauerunt, & interdũ
hominibus apparere in corporibus assumptis, & loq.
H vt late ostendit Greg. 4. dialogorum, quia ad hoc nõ
sequitur aliquod inconueniens sicut sequitur si vexa
rent arreptitios.

Ad primum dicendum, ꝙ licet sp̃s dicat ego sum
anima huius, vel illius, mentitur, quia dęmon est, sed
facit hoc, vt decipiat audientes. sic dicit Chrysosto. in
Homilia, dęmoniaci clamant anima illius ego sum,
non est autem anima defuncti, quæ clamat, sed dæ-
mon hoc fingit, vt decipiat audientes; est enim hoc
dæmoni conueniens ad fallendum. Primo, quia cũ
putent homines animas fieri dęmones aliqui occidẽt
homines, vt animas eorum tanquam dæmones fa-
miliares habeant, & ita faciebant multi aruspicum,
vt in hoc dicit Chrysostomus, vt supra, sed falleban-
I tur in hoc, quia etiam si anima morientis efficeretur
dæmon, nollet illa adiuuare occidentem, sed potius
persequeretur eum tanquam hostem, quia eam de
propria sede inuitam expulerat.

Secũdo, quia dato, ꝙ illa nõ p̃sequeretur occisorem
nõ poterat aruspex accipere aīam illi⁹ quẽ occideret,
quia illa est aliqd inuisibile euolãs nullius viuẽtis po-
testati subditũ, hoc tñ aruspices dęmonibus suggeren
tibus credebant: nã dęmones, vt incitarent eos ad ho-
micidiũ hoc asserebant, ꝙ cũ fecissent ipsi dęmones, q
hoc suggesserant patrocinium præstabant maleficis
in operibus suis asserentes se esse aīas illorum puero-
rũ, quos occiderant, vt sic esset eis occasio manendi
semper in errore, & grauiora cõmittendi, istud innuit
K Chryso. vbi supra. Secundo decipiebat dęmon hoīes
hoc modo, quia homines timent dęmonem, & si spi-
ritus ille fateretur se esse dęmonem non crederet̃ ei,
quia putaret̃ semper, ꝙ vellet fallere: cum autem di-
cat se aīam hoīs, non timet̃, & facilius ei creditur.

Ad secundum dicendũ, quòd dęmones loquuntur
quasi voce defunctorum, quia sicut facile est dęmoni
assumere corpus ad similitudinem cuiuscunque ho-
minis, ita est facile voces cuiuslibet imitari, & omnes
alias operationes, & ista etiam facit ad fallendum, vt
sibi magis credatur, ꝙ sit anima humana.

Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ petunt pro se orari non tãquã
sit eis vtile, sed quia volunt per hoc decipere, vt putet̃,
ꝙ sunt animę manentes in pęnis purgatorijs.

Ad quartum

Ad quartum dicendum, quòd dęmon nunquam suadet bonum ex intentione, sed vt facilius decipiat, & ideo cum aliqua falsa dixerit aliqua vera admiscet, vel permittit bona, vt mala inferat, quia dicere verum non nocet ei, & inferre falsum, vel malum ex vero facit ad intentionem suam, & ita sępe inuenium est, quòd isti spiritus dixerunt multa vtilia, & deinde grauissimas hęreses introduxerunt.

Ad quintum dicendum, quòd dęmones sciunt secreta opera nostra, quæ sunt exterius quantumcunque in abscondito fuerint facta, & ideo possunt dicere opera secreta defunctorum, vel viuentium, nec colligitur ex hoc esse animas defunctorum.

Quarę dęmones introierunt in gregem porcorum qui erat apud arreptitios. Quæst. CXXV.

B

QVAERATVR, quare dicitur de grege porcorum in quem dęmones introiuerunt quod erat non longe ab illis, scilicet, a Christo, & arreptitijs.

Dicendum, quod istud notanter dictum est ad ostẽsionem huius miraculi: nam Christus volebat ostendere, quòd eijciebat multos dęmones de arreptitijs, & ad hoc misit illos in porcos, vt per suffocationem porcorum constaret de multitudine dęmonum, volebat autem Christus, quòd constaret de isto miraculo discipulis, & alijs, qui cum eo erant, & etiam ipsis C arreptitijs, si tamen dęmones intrassent in aliqua pecora longe inde manentia, nemo eorum, qui cum Christo erant, videret illa perire, & sic non constaret de miraculo: vt ergo constaret oportuit, quòd grex porcorum in quem dęmones intraturi erant esset iuxta Christum, & mox, vt exirent dęmones de arreptitijs intrarent in porcos, & sic dicitur, quòd erat nõ longe ab illis grex porcorum multorum, & alij etiam hoc ex industria tetigerunt: nam Marc. 5. dicitur erat ibi circa montem grex porcorum, idest, iuxta eos, differt tamen, quia Marc. quinto, dicitur erat ibi circa montem, & Luc. 8. dicitur grex porcorum pascentium in monte.

Sed dici potest vno modo, quòd porci illi partim erant in monte, & partim extra montem, quia erat D magnus grex, & qui erant extra montem erant iuxta illum, sic dicit Augusti. lib. de concor. Euange. quod Marc. dicit circa montem fuisse gregem porcorum Luc. autem in monte non repugnat. grex enim porcorum tam magnus fuit, vt aliquid eius esset in monte, & aliquid circa montem; erant enim duo millia porcorum, sicut Mar. expressit.

Aliter potest dici, & forte melius, quòd isti porci erant in monte, & circa montem, & totus grex erat in monte, & totus circa montem: nam non videtur proprie intelligi, quòd pars esset in monte, & pars circa montem, quia tunc neuter Euangelistarum loqueretur de toto grege, sed vterque de parte, & tamen E vterque de toto loquitur, quia Marc. dixit erat circa montem grex porcorum, & Luc. dixit, quòd erat grex porcorum in monte, sed videtur esse differentia in accipiendo montem, quia aliquando accipitur mons pro toto tumore terræ incipiendo a partibus infimis, & omnino planis, aliquando autem accipitur mons solum pro summitate, vel partibus excelsis, partes autem, quæ sunt in descensu montium, quæ non sunt adhuc planę non vocantur mons, sed campestria, & sic sunt campestria media inter plana, & montem, ita quod sunt descensus montis: sic patet Num. 33. vbi ponitur vna mansio Israelitarum in campestribus Moab, & alia in locis planioribus terræ Moab, & sic campestria sunt ibi descensus montium: ita accipiunt A Euangelistæ montem, quia secundum veritatem porci illi non erant in summitate montis, sed in descensu eius, & ideo Luc. dicit gregem porcorum. s. totum fuisse in monte, quia totus erat in descensu montis, siue in campestribus, & Luc. vocauit montem totum tumorem terræ. Marc. autem accepit montem pro summitate: ideo dixit, quòd erat grex circa montem, & talis differentia in modo loquendi est inter Mat. & Luc. quia supra 5. dicitur, quòd Christus prædicauit in monte, & tamen Luc. 6. dicitur, quòd descendit de monte, & prædicauit in loco campestri, eo quòd campestria sunt partes montium, vt dictum est, ita ergo fuit hic.

Quare dęmones petierunt a Christo, vt intrarent in porcos, Quæst. CXXVI.

QVAERATVR quomodo dęmones nunc rogabant Christum, & an confidebant se audiendos ab eo: nam videtur, quod non debuissent rogare, quia dęmones sunt ita superbi, quòd nollent subijcere se Christo orando, quia licet scirent se Christo inferiores, & subditos, tamen nollent confiteri hoc, vel saltem sponte non se subijcerent ad petendum.

Item quia non erat verisimile, quòd Christus concedere vellet eis quidquam cum sint mali, & maxime, quia petebant malum, scilicet, quòd permitterentur ingredi in porcos ad occidendum eos.

Dicendum quòd dęmones petiuerunt primo propter magnum desiderium, quia tantum est eis desideriũ nocendi hominibus in se, vel in rebus suis, quia nihil eis obstabat quin peterent. Secundo fuit, & principalius, quia Christus incitauit dęmones ad petendum, quia istud conueniebat ad ostensionem miraculi. nã volebat Christus ostendere multitudinem dęmonũ, quæ fuerat in homine per ingressum in porcos, & vt sciretur, quòd dęmones introibant in porcos voluit, quòd illi peterent ab eo, quòd permitterentur intrare. Sed diceretur, quare Christus non fecit eos intrare ipsis non petentibus, quia poterat.

Dicendum quòd fuit propter multa, Primo ad ostendendum desiderium nocendi dęmonum, quia tanto ardore hominibus nocere desiderant, quòd si non possunt nocere eis in seipsis, saltem volunt nocere in quibuscunque rebus eorum, & istud erat conueniẽs ostendi, vt homines timeant, & caueant dęmonem: ideo potius debuit dęmon petere quàm eo non petente Christus eos in porcos mittere. Secundo fuit ad ostendendum Christi clementiam. s. vt ipse non videretur sponte damna inferre, sed potius petitus, & ex causa illa permittere. Tertio fuit ad magis notificãdum miraculum, quia si dęmonibus nihil petentibus Christus nihil loquens mitteret eos in porcos, etiam si porci præcipitarentur in mare nesciretur vnde hoc venerat, & sic non constaret de multitudine dæmonum exeuntium de homine de qua Christus constare volebat, si autem dęmonibus non petentibus Christus diceret intrate in porcos, aliquo mõ appareret, quòd intrauerant, & tamen planius appareret ipsis hoc petentibus: ideo Christus fecit, quòd dęmones valde deprecarentur eum ne in abyssum mitteret eos Luc. 8. & ne faceret ire extra regionem Marc. 5. sed quòd mitteret eos in porcos, vt dicitur hic, tunc autem Christo dicente intrate, cum subito porci cum impetu præcipitarẽtur, apparebat manifeste porcos a dęmone fuisse arreptos.

Cum autem dicitur an dæmones confiderent: dicendum, quòd sic, quia Christus, qui incitabat eos ad petendum, daret eis confidentiam obtinendi.

Ad

Ad primum dicēdum, quòd dęmones licet essent superbi tamen præ magnitudine desiderij nocendi hominibus petiuerunt istud a Christo: ita enim est in hominibus habentibus passiones contrarias, quia illa, quæ est fortior superat aliam, sicut qui sunt superbi, & tamen sunt auari, si per humiliationem credunt se magna acquisituros humiliantur contra conditionem suam, & ita in dæmone desiderium nocendi fecit eum humiliari contra conditionem suam, potius tamen credendum est hoc fuisse, quia Christus incitauit dęmones ad petendum, quia licet aliàs dęmones semper desiderarent nocere hominibus non petebāt ab eo, quòd nocere permitterentur.

Ad secundum dicendum, quòd habuerunt dęmones confidentiam obtinendi, quæ petebāt, quia Christus eis istam immitteret, sicut immisit desiderium petendi, vel potest dici, quòd non habuerunt fiduciā, sed ex magnitudine desiderij saltem in dubio petiuerunt. Sed primum est verisimilius.

An dæmones meruerunt exaudiri. Et quòd duo considerantur in oratione. Quæst. CXXVII.

QVAERETVR an dęmones meruerunt nunc exaudiri.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia dęmones petebant rem bonam, scilicet, quam Christus etiam eis non petentibus erat cōcessurus: etiam humiliter petiuerūt, quia adorauerunt Christum isti arreptitij Mar. quinto, & Luc. octauo. Sa longe cucurrit, & adorauit eum: etiam in oratione laudabat dęmon ipsum vocans eū filium Dei altissimi, vt patet ibidem, & tamen talis oratio accepta est Deo Psal. 49. immola Deo sacrificium laudis, & iterum sacrificium laudis honorificabit me: etiam fuit oratio valde attenta, quia Mar. quinto, dicitur & deprecabatur eum multum: ideo merebantur exaudiri.

Dicendum quòd in oratione duo considerantur. s. meritum, & impetratio, mereri in oratione dependet ab orante, quia necesse est, quòd ille, qui in charitate existens orat, per hoc mereatur gradum quendam in vita ęterna, qui vero est extra charitatem nihil mereri potest.

De impetratione dicendum quòd ista pendet ex sola clementia Dei, qui oratur: nam quantumcūque sit aliquis in magna charitate non meretur impetrare ea, quæ petit, ita quòd sit debitum sibi illa dari, quia per actum charitatis meremur vitam æternam: ideo quandocunque quis operatur ex charitate facit vitā æternam sibi esse debitam, quia ista sola est directe, & determinate nobis promissa pro opere bono, cętera autem non sunt nobis expresse promissa: ideo quandoquis orat ex charitate semper meretur vitam ęternam, illam tamen rem pro qua orat non meretur, idest, non facit eam sibi debitam, ita quòd sit iniustum eam sibi non dari: nemo ergo orando quantumcunque longo tempore oret meretur rem illam quam petit: ideo impetratio non prouenit, nisi ex Dei clementia, & ob hoc sępe aliqui existentes in charitate, & petentes aliquid non impetrant illud, necesse tamē esset impetrare si illud mererentur. sed tunc homo impetrat quando ea, quæ petit concordant diuinæ voluntati, & ob hoc interdum aliqui non existentes in charitate exaudiūtur, & existentes in charitate non exaudiuntur, scilicet, quia contingit non existentem in charitate petere, ea quæ Deus vult, & tunc impetrat, & contingit existentem in charitate petere, quæ Deus non vult, idest, quæ disposuit se non facturum, & tunc non exauditur sicfuit de Moyse, qui petiuit intrare in terram Chanaam Deuteronom. tertio, &

F trigesimosecundo, & Num. vigesimoseptimo, & nō est exauditus: Samuel etiam pro Saule orans non fuit exauditus primo Regum decimoquinto, ambo tamen erant viri sanctissimi, & quos Deus laudat super cęteros patres veteris testamenti. Ierem. decimoquinto, si steterit Moyses, & Samuel, & Daniel coram me non est anima mea ad populum istum.

De dęmonibus autem dicendum, quòd per orationem istam nihil meruerunt, quia impetratio non cadit sub merito quantumcunque sit orans in charitate, vt dictum est: a fortiori ergo dęmones hoc non mererentur: etiam nō poterunt mereri aliquid aliud,
G quia illud meritum orationis non est, nisi existentis in charitate, dęmones autem sunt in peccato, & obstinati quidem: etiam quia petebant dęmones rem malam, scilicet, nocere proximo: etiam quia petebant malo animo, scilicet, ex inuidia, & desiderio nocendi, quæ omnia directe repugnant merito: nihil ergo meruerunt dęmones orando, impetrauerunt tamen, quòd petebant, quia id quod petebant concordabat diuinę voluntati, immo Deus mouebat eos nunc ad petendum, vt dictum est præcedenti quęstione, & ita sępe mali viri existentes in plurimis peccatis petunt aliqua, quæ pertinent ad exaltationem ipsorum, & ad pœnam proximorum, Deus tamen exaudit eos, quia ipse talia facere disposuit ex causis nobis occultis, ma-
H li tamen orando nihil merentur cum non sint in charitate: nec etiam exaudiri merētur licet exaudiantur, quòd raro eis ad bonum est.

Ad argumentum dicendum, quòd dęmones non petebant rem bonam, sed malam, scilicet, posse nocere. & cum dicitur, quòd erat bona, quia Christus illam concessit, dicendum quòd materialiter erat mala inquantum pęnalis: poterat autem esse bona inquantum iusta, & etiam inquantum bono zelo desiderabatur, & ita Christus hoc voluit, dęmones autem nesciebant hoc esse iustum, immo etiam si scirent esse iustum non peterent inquantum iustum, sed inquantum nocumentum: ideo rem malam petebant. Ad aliud, scilicet, quòd humilier pete-
I rent.

Dicendum quòd ista humilitas non erat ex animo, sed ex timore, vel ex necessitate, vt ostensum est supra quæstione 107. quocunque enim modo dęmones se humiliarent non poterant per hoc mereri, quia erant peccatores.

Ad aliud dicendum, quòd licet laudauerunt Christum non meruerunt, quia ipse eos compulit ad hoc, vel timentes laudauerunt, vt ostensum est supra quęstione 104. & quæstione 107. & tamen dato, quòd sponte Christum laudarent non esset hoc ei acceptū, quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Ecclesiastici decimoquinto, quòd satis ostenditur Psalmo quadragesimonono: nam cum dicatur ibi sacrificiū laudis honorificabit me, vt non putetur, quòd laus
K a peccatore prolata sit grata Deo subditur. peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas? quasi dicat, non honoras me, sed deturpas verba sacra, quæ accipis per os tuum.

Ad aliud cum dicitur, quòd attente orauerunt dicęndum, quòd ista conditio adiuuat orantem quando cętere circunstantiæ orationis bonæ sunt, & tamen si aliæ malæ sunt, ista efficit orationem deteriorem, quia sicut qui bona attente, & instanter petit melius agit quàm remisse petendo, ita qui rem malam instanter petit grauius peccat quàm si remisse peteret.

Quære

Quare dæmones expulsi de homine non manserunt in aere, sed voluerunt intrare in porcos.
Quæst. CXXVIII.

QVAERETVR, quare dęmones expulsi nũc de homine non manserunt in aere, sed voluerunt intrare in porcos.

Aliqui dicunt, quòd hoc fuit, quia dęmones non sustinebant claritatem cęli: & ideo volebant intrare in corpora obscura pecorum. sic dicit Ambro. super Lucam super hoc verbo rogabant illũ, vt permitteret eos ingredi in porcos, scilicet, dęmones cœlestis luminis claritatem sustinere non poterant, vt qui oculos dolent radios solis ferre non possunt.

Sed dicendum, quòd loquitur mystice, quia secundum veritatem nulla lux corporalis potest dęmones perturbare, quia non habent oculos cum nõ sint animalia, & si accipiatur lux cœlestis pro Christo, qui est lumen de lumine, vt dicitur in Symbolo non stat, qa ad fugiendum præsentiã huius luminis intellectualis nihil proderat dæmonibus intrare in porcos, quia nõ minus ibi Christum cognoscerent quàm in aere manentes.

Dicendum ergo, quòd fecerunt ex desiderio nocendi: nam quandiu manent in aere nulli nocerent, sed tunc cum intrarent in aliqua animalia: sic dicit Remigius non autem petierunt, vt in aere dimitterentur propter nimiam cupiditatem nocendi hominibus. Secundo, & præcipue fuit, quia Christus incitauit dęmones ad petendum hoc, vt dictum est s̃. quæst. 126. quòd patet, quia postquam dęmones ingressi in porcos occiderunt eos, non petierunt amplius a Christo permitti intrare in aliqua animalia, & tamen si principaliter petiuissent istud ex desiderio nocendi etiam postquam occiderunt porcos peterent mitti in aliqua animalia; immo tunc potius peterent quàm ante hoc credentes, quòd Christus istud concederet, quia executi fuerant voluntatem eius occidendo porcos, vel saltem, quia nunc experti fuerant ipsum propitium precibus suis quod ante hoc non viderant: ideo sumerent confidentiam ad vlteriora petendum, & tamen nihil postea petiuerunt: ergo principaliter petiuerunt istud, quia Christus ad hoc eos incitabat.

Quare dæmones potius petierunt ingredi in porcos quàm in alia animalia. Quæst. CXXIX.

QVAERETVR cum vellent mitti in animalia quare potius petiuerunt ingredi in porcos quàm in alia animalia, & cur non petiuerunt ingredi in homines.

Aliqui dicunt, quòd videntes dęmones Christum, qui eijciebat eos esse hominem non ausi sunt petere intrare in hominem, sic dicit Remigius: ideo non petierunt, vt in homines mitterentur, quia illum cuius virtute torquebantur humanam speciem gestare videbant.

Aliter potest dici, & meli⁹, quòd dæmones videbãt se expelli de homine: ideo non erat verisimile, quòd permitteret eos intrare in alios homines. De brutis dicunt, ꝙ non permisit Deus dæmones introire in pecora, quia erant munda, & offerebantur in templo, porcus autem erat de immũdis tam ad cibum quàm ad sacrificium Leuit. 11. & Deut. 14. sic dicit Remigi⁹, scilicet, nec etiam petierunt, vt in pecora mitterẽtur, quia pecora Dei præcepto sunt munda animalia, & tunc in templo Dei offerebantur.

Sed dicendum, quòd ista non est causa, quia tunc poterant dæmones mitti in bestias, & in serpentes,

A quæ non sunt animalia munda. Secundo, quia istud repugnabat intentioni Christi: nam ipse non venerat, vt conseruaretur lex Moysi, sed vt consummaretur, & ideo licet ipse in persona sua operę seruauerit legẽ Moysi, non tamen docuit eam seruandam incitando ad hoc verbis, vel exemplis, si tamen ideo non misisset dęmones in pecora, quia illa munda erant incitaret per hoc ad discretionem ciborum, potius tamen contrarium inducturus erat Actuum decimo, vbi Petro ostensum est vas plenum quadrupedibus, & volatilibus, & dictum est ei occide, & manduca, & ille ait absit Domine, quia nunquam manducaui commu- B ne, & immundum, & vox dixit ad eum quod Deus purificauit, tu commune non dixeris. ergo non mitteret Christus dęmones in porcos, quia erant immundi, & non in pecora, quia munda erant.

Alij dicunt, quòd misit dęmones in porcos, & hoc ipsi petiuerunt, quia porci erant eis similes in immunditia, sic dicit Cyrillus: ideo turba immundorum spirituum petit mitti in conformem sibi gregem immundorum porcorum: sic etiam dicit Remigius. pręalijs autem immundis in porcos mitti petierunt, quia nullum animal est immũdius porco, vnde & porcus dicitur quasi spurcus, eo quòd in spurcitijs delectetur, sic & dęmones spurcitijs peccatorum delectantur.

C Sed dicendum, ꝙ istæ sunt causæ morales, & per adaptationem, & non literales, & tunc etiam poterat dici, quòd mitterentur dæmones in serpentes, vel leones, quia dęmon vocatur serpens antiquus, & draco, & leo, sic dicit Augu, quòd vocatur leo propter impetum, & draco propter insidias.

Dicendum autem, quod causa vera fuit ad ostensionem miraculi. nam ad hoc, quòd appareret multos dęmones fuisse eiectos de homine oportuit, quòd intrarent in multa animalia, & quòd ista animalia essent in præsentia Christi, & arreptitiorum. vt illi, qui erant cum Christo videntes, quòd dæmones petebãt mitti in illa animalia, & Christus hoc permittebat, & subito porci pręcipitabantur in mare, manifeste cognoscerent, quot dęmones arripuerant eos, accidit D autem iuxta Christum esse gregem porcorum, & nõ aliorum pecorum, vel istum esse propinquiorem: iõ Christus incitauit dęmones, vt peterent mitti in porcos, si tamen fuisset ibi magnus grex arietum, vel hircorum, & grex porcorum fuisset valde distans petiuissent dęmones mitti in arietes, & nõ in porcos, istã causam tetigerunt omnes Euangelistæ: nam hic dicitur erat autem non longe ab illis grex porcorum, & Marc. 5. & Luc. 8. dicitur erat autem ibi grex porcorum, scilicet, iuxta Christum.

Quare Christus permisit dæmonibus introire in porcos, & occidere duo millia eorum.
Quæst. CXXX.

E QVAERETVR, quare Christus permisit dæmonibus introire in porcos, & tot occidere.

Dicendum quòd Christus non fecit hoc inclinatus precibus dęmonum: nam non merebantur exaudiri nec attendi ad illas, quia rem malam petebant, & malo animo, sed concessit Christus, quia conueniens erat. Primo ad ostendendum infirmitatem dęmonis, scilicet, quia nihil potest ex seipso, sed oportet, quod omnia sibi concedantur a Deo, sic dicit Grego. 2. Moralium scit enim diabolus, quia quodlibet agere ex semetipso non sufficit, quia nec per semetipsum in eo, quòd est spiritus existit.

Secundo ad ostendendum magnitudinem Diuinę prouidentiæ, quæ non solum ad homines, sed etiam ad pe-

ad pecora, & ad res minutissimas se extendit, & per eã omnia conseruantur, quæ aliàs cito peritura erant: nã apparuit magnum desiderium diaboli intrandi in porcos, & postquam Christo permittente intrauerũt subito occiderunt omnes porcos, clare ergo apparebat, quòd nisi iste, qui nunc concessit ante hoc temp prohibuisset, iam multo ante hoc omnes porci fuissent occisi, & tamen non habebant potestatem, nisi Christus nunc concessisset, & si non habent in porcos, a fortiori non habent in homines, sic dicit Athanasi. qui super porcos potestatem non habent multo magis nullum habent dominiũ ꝯ homines factos ad imaginem Dei, oportet ergo Deum solum timere illos autem contemnere.

Tertio fuit ad ostendendum magnam crudelitatẽ dęmonum contra homines. nam accepta potestate super porcos quasi in momento occiderunt duo millia, & tamen magis oderunt hominem dęmones q̃ porcos, quia porcis non nocent, nisi propter hominẽ: fuissent ergo crudeliores contra homines si fuisset eis permissum, & quotidie facerent si permitteretur, quòd vtile fuit ostendi, vt fugiamus dæmonem, qui contra nos tam crudelis est, & Deo adhæreamus cuꝰ prouidentia, & beneficijs conseruamur.

Quarto fuit specialiter ad ostendendum clementiam Dei, & prouidentiam circa istos arreptitios: nã dæmones egressi de eis quasi in momento occiderunt omnes porcos, & tamen in arreptitijs manserant longo tempore Marc. quinto, & Luc. octauo: ergo potius occidissent, & lacerassent eos sæpissime, nisi Deus conseruasset, & quot partes temporum, vel momenta transierant, toties eos a morte seruauerat de his Chrysostomus in Homilia dicit, non fecit autem Christus hoc quasi a dęmonibus persuasus, sed propter multa. vnum quidem, vt instruat magnitudinem nocumenti dæmonum, qui illis hominibus insidiabantur. aliud vt discant omnes quoniam nec aduersus porcos audent, nisi ipse concesserit.

Quinto, vt ostenderet, quòd grauiora in illos homines operati essent quàm in porcos, nisi essent illi homines inter calamitates diuina prouidentia adiuti: magis enim odio habent homines quam irrationabilia per hoc autem manifestum fit, quoniam nullus est, qui non potiatur diuina prouidentia.

Aliud etiam addiscimus quoniam non communiter omnibus prouidet solum, sed & singulariter vniuscuiusque, quòd in dęmoniacis his aliquis inspiciet manifeste, qui iam olim suffocati essent, nisi diuina procuratione potiti essent.

Sexto fuit, & principalius ad ostendendum miraculi magnitudinem: erat enim obstupendum istud miraculum propter multitudinem dęmonum deiectorum de vno arreptitio: voluit ergo Christus ostendere quot erant ibi dęmones, vel saltem, quòd erant multi, & quia dęmon est spiritualis substantia, quæ nõ cognoscitur a nobis, nisi per operationem, voluit ostendere operationes eorum, ista autem est in nocendo: ideo oportuit, quòd mitterentur in animalia, vt ex multitudine animalium a dæmonibus arreptorum appareret dęmonum multitudo: nam si mitterentur omnes in vnum porcum, sicut fuerant in vno homine nihil constaret per experientiam de ipsorum multitudine, cum autem multi porci arriperentur constabat plurimos esse dæmones, quia saltem in singulis porcis singuli dæmones essent, & ista fuit præcipua causa mittendi eos in porcos.

F *Quare dæmones petierunt a Christo ne mitterentur in abyssum. Quæst. CXXXI.*

QVAERETVR, quare dæmones petierunt ne mitterentur in abyssum, sicut dicitur Luc. octauo.

Dicendum quòd propter multa. primum, quia forte dæmones Christum videntes putauerũt, quòd veniebat ad iudicandum eos, vt dicit Chrysostomus in Homilia. s. ꝙ propter abundantiam malorum, quæ fecerant non expectaretur in eis tempus extremę punitionis, quæ erit in die iudicij, & quia punitio extrema est dęmonibus, & hominibꝰ ire in abyssum, putauerunt se illuc mittendos. nam vsque ad iudicium dę-
G mones manent in terra inter homines, postea vero omnes detrudentur in Inferno. Secundo, quia quando dęmones tentant aliquẽ, & superantur, mittuntur in abyssum, vt ostentum est supra 4. cap. quæst. 69. soli enim dęmones. qui nos tentant manent inter nos, & quia isti nunc quasi superati expellebantur de hominibus timuerunt, quòd mitterentur in abyssum, & petiuerunt ne mitterentur. Tertio fuit propter desiderium nocendi hominibus: nam dęmones manentes in abysso nemini nocent, sed ipsi tormenta sustinent, qui autem inter nos manent ad nocendum relinquũtur, quia aliàs locus eorũ proprie est abyssus, & quia si mitterentur in abyssum nemini possent nocere, ꝙ maxime cupiunt, vt Remigius dicit, petiuerunt ne
H illuc mitterentur.

Quarto fuit ad ostendendum, quòd dęmones timent abyssum: nam si non timuissent non peterent instanter ne mitterentur illuc, vt per hoc etiam nos instruamur esse sub terra locum pęnalem quem maxime timere debeamus: nam abyssus profunditatem nominat, eo quòd infernus sit in corde terrę, & ob hoc dicitur infernus quasi infra nos.

Quinto fuit ad ostendendum, quòd proprius locus dæmonum sit abyssus, sic dicit Maximus, statuit Deus vnicuique materiei peccatorum consonam pęnam, gehennam ignis propter carnis incendium, stridorem dentium propter risum lasciuum, intolerabilem sitim propter voluptatem, & crapulam, peruigi-
I lem vermem propter obliquum, & malignum cor, caliginem perpetuam propter ignorantiam, & fallaciam, limbum abyssi propter superbiam vnde dęmonibus tanquam superbis abyssus delegatur. Sexto & principaliter fuit, vt esset dęmonibus locus petendi mitti in porcos: nam cum eijcerentur de homine oportebat, quòd alicubi manerent, & quia non poterant, nisi Christo permittente hic vel ibi manere, petiuerunt primo ne mitterentur in abyssum, vt cum permitterentur manere super terram heberent locũ petendi, quòd permitteretur eis intrare in porcos, qui propinqui erant.

K *Quare dæmones petiuerunt a Christo ne expelleret eos extra regionem. Quæst. CXXXII.*

QVAERETVR, quare dęmones petiuerunt ne Christus expelleret eos de regione, vt dicitur Mar. 5.

Dicendum quòd propter multa. Primo, quia timebant ne mitterentur in abyssum, vt dicitur Luc. 8. & vt illud euitarent petiuerunt non mitti extra regionem, quia dum manerent in regione non poterant claudi in abyssum.

Secundo fuit, quia dęmones propter mala, quæ fecerant, timebant etiam si non mitterẽtur in abyssum, ꝙ mitterentur ad loca deserta in quibus nulli possent nocere,

nocere, sicut a sanctis viris alligantur, sæpe dæmones in desertis locis, vt nulli nocere possent, quia dum ibi manserint nihil habent præsens cui noceant, sic dicitur Tobiæ octauo, tunc Raphael Angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deserto superioris Aegypti, scilicet, dæmonium nomine Asmodæus cuius erat opus tentare homines de libidine, & occidere eos, qui in hoc peccabant; occiderat enim septẽ viros Saræ Tob. 3. & nunc ne posset dæmon nocere Tobiæ iuniori die nuptiarum saltem tẽtando ipsum, alligauit eum in deserto Aegypti, vbi nulli poterat nocere.

Tertio fuit, quia dæmones isti inuenerant conuenientem locum in regione illa nocendi: Deus enim forte propter peccata hominum permittebat eos valde in potestate dæmonum, si autem alibi mitterentur, credebant se non habituros æqualem potestatem: ideo petebant non mitti extra regionem.

Quarto fuit, quia forte dæmones colebantur in regione ista: nam multi Gentiles ibi erant, & Samaritani, si autem mitterentur in terram Iudæorum, quæ esset totaliter Iudæorum forte non colerentur, dæmones tamen sunt honoris cupidi: ideo volebant manere vbi honorarentur.

Quinto, & principaliter fuit, vt esset locus petendi mitti in porcos: nam si Christus concederet eis semel manere in regione dicerent, mitte ergo nos in porcos, qui propinqui sunt, sicut eis postea concessum est, & ita videtur, quòd dæmones petiuerunt illa tria per ordinem incipiendo a minori. petiuerunt primo ne mitterentur in abyssum, quo concesso, vt dicitur Luc. 8. petiuerunt non mitti extra regionem Mar. 5. & hoc etiam concesso petiuerunt mitti in porcos, vt dicitur hic, vel omnia tria simul petiuerunt sub vnica clausula dicentes non mittas nos in abyssum nec expellas de regione, sed permitte intrare in porcos, Christus autem concessit vltimum quo concesso priora concedebat, & licet isti tria dæmones petiuerunt, singuli tamen Euangelistæ singula expresserunt.

Quomodo inter Iudæos poterant esse isti porci cum Iudæi non vescantur porcis.
Quæst. CXXXIII.

QVAERETVR quomodo inter Iudæos poterant esse isti porci, quia Iudæi non vescũtur porcis in cibo, nec offerunt in sacrificio Leuitici Deuteronom. decimoquarto, immo maxime abominabile erat offerri carnes porcorum, & ob hoc quando Antiochus destruere voluit legẽ Iudæorum introducturus cæremonias gentium quasi pro maxima desertione legis, iussit offerri in altari Dei carnes porcinas primo Machabæorum primo.

Dicendum, quod porci isti in terra Iudæorũ erant, & poterat multipliciter accidere. Primo, quia forte Iudæi isti erant mercatores, & cum haberent ibi congrua loca ad pastum porcorum potius quam aliorũ animalium vendebant porcos illos Gentilibus, qui non longe a regione illa habitabant, & hoc est satis verisimile, quia Iudæi potius voluissent habere pecora de quibus liceret eis vesci quàm porcos, forte tamẽ non habebant loca ita congrua ad pastum pecorum, sicut porcorum: nam porci optime pascuntur, & impinguantur in montibus, & ita nunc erat, quia Luc. octauo, dicitur quòd pascebatur grex porcorum in monte, & ista etiam videtur fuisse causa, quare erat tantus grex, scilicet, duorum millium porcorum, scilicet, propter pascua eis conuenientia in montibus.

A Secundo, quia inter Iudæos erãt Gentiles: in singulis enim locis Iudæorum erant nunc multi Romani, quia erat ibi exercitus eorum, qui tenebant Iudæos sub obedientia Romanorum, & erant distributi milites per loca: nam erat vnus Centurio in Capharnaum supra in litera, & Lu. 7. & alius in Cæsarea, scilicet, Cornelius Act. 10. & ita per alia loca. Romani tamen erãt Gentiles, & vescebantur omnibus cibis: ideo propter eos saltem essent ibi porci. maxime quia cum Iudæi essent tunc gens magna de multis alijs regionibus cõueniebant Gentiles in Iudæam ex diuersis causis, & oportebat esse cibos pro illis.

Tertio, quia ista regio, in qua Christus nunc erat partim pertinebat ad Iudæos, & partim ad Samaritanos, & Gentiles, vt ostensum est supra quæst. 93. B poterat ergo esse, quòd isti porci ad Gentiles pertinerent, potius tamen dicendum est, quòd fuerunt porci Iudæorum, quia erant porci de ciuitate Gerasa, a qua nominatur illa regio Gerasenorum, & omnes de ciuitate illa exierunt videre, quòd factũ erat, pastores quoque porcorum ad ipsam ciuitatem fugerunt porcorum interitum annunciaturi, vt dicitur hic in litera; ergo erant porci de ciuitate illa. erat tamen illa ciuitas Iudæorum, quia Christus ibat ad prædicandum eis: non tamen iret illuc si essent Gentiles, vel Samaritani cum ipse hoc prohibuerit discipulis infra 10. ergo porci erant Iudæorum.

C *An iuste factum sit Christum duo millia porcorum occidisse.*
Quæst. CXXXIIII.

QVAERETVR quomodo Christus voluit tanta damna inferre occidendo duo millia porcorum, cum ipse non solum non nocendum, sed etiam benefaciendum proximis prædicaret, & an iuste factum fuit.

Dicendum, quòd Christus non operatus fuit hoc tanquam homo, & magister noster, sed tanquam Deus, & Dominus omnium habens generalem prouidentiam, & tunc iuste occideret istos porcos propter peccata dominorum: nam omnia nocumenta, D quæ homini inferuntur in se vel in rebus suis a Deo fiunt, quia non est malum in ciuitate quod Deus non fecerit Amos 3. sicut ergo non existente isto casu Deus per prouidentiam occultam faceret omnes istos porcos propter delicta dominorum morbo consumi, ita & nũc manifeste ad ostẽsionem gloriæ suæ, & propter dominorum peccata illos occidit.

Secundo poterat fieri etiam si Domini porcorum nihil peccassent, quia Deus gratis dat nobis omnia hæc, vt possideamus ea præcario. s. quandiu ei placuerit sine temporis præfinitione, cum ergo illa nobis auferre vult nullam iniuriam facit, sic dixit Iob. si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non suscipiamus? quasi dicat, iustum est, quòd suscipiamus ea Iob 2. quod etiam innuit dicens nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc, Dominus E dedit Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est. Iob 1. quasi dicat, non habet homo ius querelæ, quia Deus, qui dedit aufert, & non tollit nobis nostra, q̃a nihil habemus, nisi sua, sic dr̃ primo Par. 29. qs ego, & quis populus meus, vt possimus hæc vbi vniuersa promittere, tua sunt oĩa, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi, ita igit̃ iuste occiderent̃ isti porci etiam si non peccassent Dñi eorũ. Tertio põt dici, ꝙ fuerit factum ad solã ostensionẽ virtutis, quia Christus interdũ aliqua nocumenta, vel pœnas inferebat sine culpa solum propter significationem aliquã, sic fuit de ficulnea cui maledixit, & arefacta est a radicibus, quia non inuenit in ea ficus, sed folia solum

infra

infra 21.& Mar. 11.nihil tamen ficulnea peccauerat, F maxime quia tunc non erat tempus ficuum, vt dicitur Mar. 11.sed fuit hoc ad significandum, quòd Christus in Iudæis quærebat fructum bonorum operum, & fructus dignos pœnitentiç, vt Ioan. Bapt. eis annunciauerat supra 3.non inuenit tamen nisi folia tantū, idest, hypocrisim, & apparentiam exteriorem bonorum operum, & ita maledicendi erant, sicut ficulnea, interdum etiam sine peccato Deus pœnam alicui infert ad solam ostensionem gloriæ suç, vt in cęco nato Io.9.& ita hic ad ostendendum magnitudinem miraculi in liberatione arreptitiorum occidit porcos etiā si Domini eorum non peccassent.

Dicendum tamen, quòd vere fuit istud factum pp duo. s. quia Domini porcorum peccauerant, & quia Christo fuit opportunum ostendere gloriam suam in grege porcorum, præcipue tamē fuit propter Christi gloriam, quia etiam si peccassent Domini porcorum, & Christo non fuisset opportunum ostendere gloriam suam non occidisset porcos: multi enim alii in regione illa peccauerant quorum greges Christus nunc non occidit.

Quot erant isti dæmones, qui introierunt in porcos. Quæst. CXXXV.

QVÆRETVR quot erant isti dęmones, qui nunc introierunt in porcos.

Dicendum, quòd dęmones vtriusq; arreptitii in porcos ingressi sunt, de vno tamē H non constat an vnicum, vel plura dęmonia habuerit, de altero autem dicitur, quòd habuit legionem Mar. 5.& Luc. 8.legio autem continet sex mille, & sexcentos sexaginta sex, tot ergo dęmones habuisse videtur ille arreptitius: est tamen dubium, quia legio potest accipi pro toto illo exercitu dæmonum, vel pro principe illius exercitus, quia Mat. 5.dixit Christus exi spiritus immunde ab homine, & quod tibi nomen est, & dicit ei legio mihi nomen est: si ergo accipiatur legio pro exercitu erant ibi sex mille sexcenti sexaginta sex dæmones. Si vero pro principe poterat esse ibi ipse cum aliquibus de sua legione, & non opportebat, quòd essent ibi omnes.

Dicendum tamen videtur potius, quòd erant ibi I omnes cum dicatur legio, & dæmon voluit istud esse potius nomen numeri quàm principis: nam dixit legio mihi nomen est, quia multi sumus, etiam quia dicitur Luc. octauo nunciauerunt quomodo sanus factus esset a legione: ergo exercitum nominare voluit, quia accipiendo pro principe legionis non esset perfecta curatio: nam illo expulso poterant ibi multi dæmones de eadem legione manere. fuit tamen perfecte curatus, & dicitur, quòd a legione sanatus est: ergo tota legio erat in eo, saltem autem essent duo millia dæmonum, quia porci erant duo millia Marc. quinto, & tamen in singulos porcos singuli dęmones saltem introirent cum quilibet porcus per se arriperetur, poterant tamen simul multi dæmones ingredi in vnum porcum, sicut omnes K illi fuerant in homine, & si fuissent plures porci plures fuissent arrepti. satis tamen erat Christo ostendere, quòd in homine illo fuerant duo millia dæmonum, quia hoc credito poterat credi, etiam quòd essent centum millia.

Dicendum ergo videtur, quòd tota legio, quæ eiecta est de homine introiuit in porcos, licet plures erāt dęmones quàm porci, multi tamen in vnum introibant.

Quomodo tot dæmones poterant esse in eodem homine. Quæst. CXXXVI.

QVÆRETVR quomodo tot dęmones poterant esse in eodem homine, quia vt dictū est supra quæst. 113.non possunt duo spiritus esse in eodem loco: & ideo anima, & dęmon poterant esse simul in qualibet parte corporis, quia anima est in corpore, vt forma, dęmon autē est ibi solum, vt in loco, & tamen isti dæmones si essent in corpore non poterant esse, nisi vt in loco: ergo non poterant ibi esse multi.

Aliqui dicunt, quòd vnus dæmon erat in corpore cęteri autem exterius. Sed hoc non stat, quia Luc. 8. G dicitur, quòd intrauerant multa dæmonia in eum, & Mar. 16.dicitur, quòd Christus eiecit de Maria Magdalenæ. septem dęmonia, & idem Luc. 8.ergo intra corpus erant omnes isti dæmones, & sic dicitur supra in litera, quòd exeuntes abierunt in porcos.

Dicendum, quòd isti dæmones erant omnes intra hominem nec impediuntur esse in homine propter suam quantitatem, quia nullam habent, & ideo in indiuisibili possent esse infiniti, sed impediuntur simul esse propter operationem, quia spiritus secundum substantiam suam non est in loco, cum non habeat quantitatem per quam ibi sit, sed est per operationē, & ideo si operationes multorum spirituum possunt esse in loco sine confusione sua, poterunt esse simul multi spiritus, si vero operationes confunduntur nō poterunt simul esse. nunc vero dicendum, quòd erāt multi dęmones simul in corpore, quia circa diuersas partes corporis exercebant operationes suas, & ita erant distinctæ operationes dęmonum loco, & subiecto, & non confundebantur, & ita poterant esse centum millia dæmonum in eodem homine.

Secundo potest dici, quòd quilibet dęmon possidebat totum hominem, & tamen operabantur circa illum operationibus distinctis specie, & sic non erat confusio, sicut idem subiectum ex eadem parte potest simul esse frigidum, & album, non tamen possunt in eadem parte esse duę albedines, quia cum differant solum numero oportet, quòd differant subiecto, vel loco cum a subiecto accidens indiuiduetur.

Tertio potest dici, quòd omnes dęmones simul faciebant eandem operationem per applicationem virtutis, sicut in motu locali portando aliquid plures homines simul portant eandem rem, & est vnica portatio, sicut est vnica res portata, & quia dęmones per motum localem homines torquent, vt ostensum est supra quæst. 120. poterunt simul multi dęmones eundem hominem vexare impellendo eum, vel comprimendo. de his tamen, & quid verius sit dicetur magis Marci 5.

Quare dæmones præcipitauerunt porcos in mari cum potuissent aliter occidere illos. Quæst. CXXXVII.

QVÆRETVR, quare isti porci iuerunt per pręceps in mare, quia potuerant dęmones eos subito occidere sine motu ipsorum.

Dicendum, quòd verum est, sed non fuit conueniens, quia Christus misit dæmones in porcos ad ostensionem miraculi, vt videretur multitudo dæmonum, si tamen occidissent eos subito non apparuisset hoc.

Primo, quia si subito, & sine motu ipsorum occiderētur, non appareret an dęmones hoc fecissent, quia poterat accidere, quòd totus grex esset ęqualiter infectus aliquo morbo, & simul perireut.

Secundo,

Secundo, quia dato, quòd occiderentur isti porci, & putarentur a dæmone occisi, si sine motu fieret nõ appareret an essent multi dæmones, quia poterat vnicus dæmon subito totam istam stragem facere, sicut vnus Angelus occidit per noctem in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia virorum 4. Reg. 19. & Isa. 17. & sic poterat putari, quòd esset vnicus dæmon, intentio tamen Christi erat ostendere, ꝙ plurimi dæmones fuerant in homine: ideo debuerũt occidi porci per motum ipsorum, ita vt dæmones intrarent in eos, & arriperent illos, & hoc propter duo.

Primo, quia sic apparebat distinctè esse multos dæmones, quia cum quilibet porcus per se arriperetur, & per diuersa discurreret, apparebat quòd in quemlibet ingrediebatur vnus dæmon: quot ergo erant porci, tot saltem constaret esse dæmones.

Secundo, quia per hoc apparebat, ꝙ vere erant dæmones, qui arripiebant eos illi, qui exierant de homine, & non alij, quia cum dæmones eijcerentur de homine, si mitterentur in porcos verisimile erat, ꝙ talia ibi facerent qualia in hominibus facere soliti erant, & tamen isti quando arripiebantur rumpebant catenas, & compedes, & ruptis vinculis fugiebant in desertum, & per diuersa discurrebant: ita ergo quando dæmones exeuntes inuaderẽt porcos verisimile erat, quod eadem facerent, vt patet Luc. octauo, & sic appareret eosdem dæmones esse in porcis, qui fuerant in arreptitijs.

Quare dæmones præcipitauerunt porcos, & occiderunt. Quæst. CXXXVIII.

Sed quæreretur, quare ergo præcipitauerunt porcos, & occiderunt, quia sufficiebat ad hoc, ꝙ arriperent eos, & agitarent per desertum, sicut agitabantur arreptitij Luc. 8. & non occiderẽt illos, sicut nec occiderant arreptitios. Dicendum, ꝙ Christus volebat in vno opere multa documenta præstare, & ideo licet forte sufficeret ad ostendendum dæmones intrasse in porcos, quòd eos agitarent, alia tamen erant, quæ per hoc ostendi non poterant. Primo, quia forte non appareret sufficienter dæmones intrasse in porcos si solum agitarentur, & postea illæsi cessarent: nam in hominibus constabat esse dæmones, quia loquebantur, & multa alia faciebant, quę homines facere non poterant, si solum ergo porci agitarentur cum hoc posset contingere eis ex alijs causis non constaret dæmones intrasse in eos. Secundo, & principaliter, quia Deus volebat ostendere crudelitatem dæmonis contra homines, quæ apparebat præcipitando duo millia porcorum, quæ non appareret si eos illæsos post agitationem reliquissent. Tertio, vt appareret Dei prouidentia in conseruando homines: nam cum occiderent dæmones istos porcos apparebat, quod etiam possent occidere homines, & potius eos occiderent si permitterentur, quia magis oderunt homines quàm porcos, cum non oderint porcos, nisi propter hominem, scilicet, quia hominis bona sunt, & per mortem eorum tristatur: sic dicit Chrysosto. in Homilia, scilicet, ideo porcos dæmones occiderũt, quia vbiq; in mœstitiam homines immittere studẽt, & sic apparet, quod non potuerint dæmones occidere homines Deo prohibente. Quarto, vt appareret clementia Dei erga istos arreptitios: nam si dæmones arripientes porcos dimitterent eos illæsos putaretur, quod nihil facere poterant, nisi agitare eos, & ideo ꝙ non occiderant arreptitios, quia non poterant, nisi agitare, & ita non constaret de magnitudine beneficij sanando arreptitios, nunc vero cum crudeliter dæmones occiderunt porcos apparebat, quod sępe occi-

A dere potuissent, & occidissent arreptitios, nisi Deus vetuisset, & sic apparebat quanta fuerit Dei prouidẽtia eos custodiendo, & quantum beneficium illis pręstiterit a dæmonibus liberando: fuit ergo conueniẽs, quòd occiderentur porci.

Quare dæmones occiderunt porcos in mari cum potuissent in terra occidere. Quæst. CXXXIX.

Quaeretur, quare ergo præcipitati sunt in mare, quia poterant occidi in terra.

Dicendum, quòd dæmones poterant eos occidere post aliquantam agitationem non præcipitando ipsos, sed vexando, & compressis præ- B cordijs cogendo expirare, hoc tamen non fuit conueniens. Primo, quia non putarentur forte occisi a dæmone, sed ex aliquo morbo perijsse, quia cum morerentur non existente vulnere nec exteriori nocumento, iudicarentur manifeste ex morbo fuisse consumptos: sic enim interdum bestijs, & pecoribus accidit, quòd in rabiem efferantur, & sine vulnere pereant, vt ergo crederetur fuisse a causa extrinseca oportebat, quòd vulnera inferrentur, vel præcipitati perirent, dæmones tamen non debuerunt vulnera inferre, quia vulnerans est agens ab extra, Christus autem volebat ostendere, quòd dæmones ingressi C fuerant in porcos, sicut fuerant prius in arreptitijs: ideo non debuerũt vulnerare, sed præcipitare, potuissent tamen vulnerare porcos, vel cremare eos, sicut Angelus Domini occidit in castris Assyriorum 185. millia virorum quarto Regum decimonono, & Isaia trigesimoseptimo: solum ergo debuerunt præcipitare, vt appareret, quòd dæmones erant intra porcos.

Secundo fuit, vt appareret ferocitas dæmonum: tanta enim erat dæmonum ferocitas, quod porci ab eis agitati non horruerunt loca altissima nec mare timuerunt, sed de præruptis montibus se præcipitauerunt, & de hoc Christus ostendere volebat, vt videatur, quæ est crudelitas dæmonum in nos si esset sibi permissa facultas, sicut in porcos concessa est: debue- D runt ergo potius in mare pręcipitari quam alia morte leuiori in terra occidi.

Quare totus grex porcorum præcipitatus est. Quæst. CXL.

Quaeretur, quare totus grex porcorum præcipitatus est.

Dicendum, quòd Christus fecit introire dæmones in porcos principaliter ad ostendendum miraculi magnitudinem, & ista erat in multitudine dæmonum de homine expulsorum, quæ non potuit manifestari, nisi mittendo dæmones in aliqua animalia, quia cum mouerentur singuli porci a singulis dæmonibus apparebat saltem tot esse dæmones quot E porcos. si autem solum aliqui pręcipitarentur videretur, quòd non erant plures dæmones quàm porci pręcipitati, totus ergo grex pręcipitari debuit.

Sed diceretur, quòd oportuisset ad huc pręcipitari plures, quia in vno homine erat legio dæmonum: ideo vltra sex millia porcorum pręcipitari oportebat.

Dicendum, quòd si fuissent ibi sex millia porcorum omnes pręcipitarentur quousque tot essent porci præcipitati quot dæmones in arreptitijs fuerant, nunc tamen cum totus grex fuerit præcipitatus sufficiebat ad intentionem Christi, quia per hoc non limitabatur numerus dæmonum, quia etiam si in singulos porcos singuli dæmones intrarent non

constaret,

eo constaret, quod essent dęmones eum totus grex porcorum periret, quia poterant esse multi alij dęmones exeuntes de hoie, qui in nullos porcos intrarent, sed unus aliis superarat & q̃a poterat esse, ꝙ multi dæmones intrarent in eundem porcum, sicut omnes simul fuerant in eodem homine: unde etiam si solum fuissent mille porci dum tamen totus grex periret sufficiebat ad ostendendum miraculi magnitudinem.

Quare pastores porcorum fugerunt.
Quæst. CXLI.

QVAERETVR, quare pastores porcorum fugerunt.

Dicendum, quòd primo fecerunt ex timore: nam videntes totum gregem subito perijsse timuerunt, quòd ipsi quoque perirent, & ideo fugerunt terrore concussi ne dæmones intrarēt in eos: sic dicit Titus fugam autem pastores arripiunt ne cum porci perirent.

Secundo, quia pastores forte crediderunt hoc fieri propter peccata incolarum illius regionis: timuerunt ergo, ne in eos furor Dei veniret, sicut in porcos, quia forte erant sibi conscij peccatorum.

Tertio fuit ne viderentur esse in culpa, quia porci erant eis commedati, & oportebat reddere de illis ra- H tionem, voluerunt ergo cito annunciare ne increpa rentur, quia si moratentur hoc ipsum redderet eos suspectos, sicut dixerunt quatuor leprosi inuenientes vacua castra Syrorum si tacuerimus, & noluerimus nunciare vsque mane sceleris arguemur quarto Regum septimo: poterant enim dicere Domini porcorum, quòd forte pastores permisissent ingredi dæmones in porcos, vel de consensu eorum Christus hoc fecisset, voluerunt ergo cito nunciare, & ista est causa præcipua quam tangunt omnes Euangelistæ: vnde dicitur Luc. octauo, quòd vt viderunt factum, qui pascebant fugerunt, & nuntiauerunt in ciuitatem, & in villas, quòd autem fuerit ista causa præcipua apparet, quia si solum, vel principaliter fu- I gissent propter timorem elongansent se a Christo, & tamen iuerunt in ciuitatem, & in villas: ideo videtur, quòd ibant ad nunciandum in omnibus locis illis de quibus erant porci pręcipitati.

Quarto fecerunt, vt clare ostenderent se a culpa immunes; perierunt enim porci se præcipitando, ꝙ Christus fecerat, vt ergo pastores se excusarent oportebat, quòd Christum ostenderent, qui hoc fecerat, & quia forte putabant, quòd cito inde recederet voluerunt prius nunciare in ciuitate, vt eum videre possent.

Quare dicitur, quòd tota ciuitas exijt obuiam Christo.
Quæst. CXLII.

QVAERETVR, quare dicitur hic, quòd tota ciuitas exijt obuiam Iesu.

Dicendum, quod non solum tota ciuitas, sed etiam tota regio illa exiuit obuiam Christo: sic dicitur Luc. octauo rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum, vt discederet ab ipsis. Hoc autem fuit, quia pastores porcorum fugerant in ciuitatem, & in omnes villas propinquas, vt dicetur ibidem, omnes igitur voluerunt exire ad Christum, & dicendum, quòd hoc fuit primo, vt certificarentur de hac re: narrauerāt enim pastores magnalia, scilicet, sanatos arreptitios, & subito totum gregem porcorum perijsse, F quæ vix credere poterant incolę regionis, exierunt ergo, vt viderent quid hoc esset Luc octauo, exierunt autem videre, quod factum est.

Secundo fuit vt Christum viderent, admirati enim erant quis tanta, & tam subito facere potuisset, desiderauerunt ergo illum videre, manebat autem Christus tunc cum arreptitijs, quia sciebat venturos ciues, & expectabat eos. nam nonerat se in regione illa non mansurum, vnde quando venerunt incolę inuenerunt sanatum a legione vestitum, & sane mentis ad pedes Christi sedentem.

Tertio fuit, quia forte audientes incolę porcorum præcipitationem timuerunt, quòd Christus non G maneret in regione illa, & quia credebant, quòd iturus esset in ciuitatem cum iam intrasset in regionem, venerunt ei obuiam antequam iret in vrbem, rogaturi quòd exiret de regione, sicut fecerunt.

An isti peccauerint rogando Christum, vt de regione illa recederet.
Quæst. CXLIII.

QVAERETVR, quare rogauerunt isti Christū, vt de regione illa recederet, & an peccauerunt hoc rogando.

Dicendum, quòd rogauerunt hoc primo propter timorem, quia videntes tantam porcorum stragem ad Christi ingressum subito factam timuerunt, quòd si ibi Christus maneret tota regio cito periret, & si auderent ipsi Christum expulissent, quia tamen, tantæ potestatis erat, timuerunt eum, quia dicitur Luc. octauo, quòd videntes sanatum a legione sedentem ad pedes eius timuerunt: ideo rogauerunt, quòd recederet eod. cap. scilicet: & rogauerunt illum, vt discederet ab ipsis, quia timore magno tenebantur.

Secundo fuit forte ex humilitate, quia cognoscentes se peccatores iudicauerunt indignum esse, quòd Christus cum eis maneret: sic enim Petrus videns Christi potestatem in captura piscium dixit exia me Domine, quia homo peccator sum Luc. 5. sic dicit Hiero. rogant, vt transeat fines eorum non de superbia hoc faciunt, sed de humilitate qua se indignos Domini præsentia indicabant, sicut & Petrus ait exia me Domine, quia vir peccator sum.

Tertio potest dici, quòd fecerunt partim ex humilitate, & partim ex timore, nam agnoscentes Christi sanctitatem timebant, quòd ex comparatione iniquitatis suę ad Christi sanctitatem Deus magis recordaretur peccatorum suorum, & grauius puniret eos: ita enim putabant antiqui, sic dixit vidua Sareptana ad Eliam mortuo filio, ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum 3. Reg. 17. vel forte timuerunt incolę, quòd manente ibi Christo ipsi peccarent, & tunc peccatum eorum grauius puniretur, & sic volebant Christum esse potius absentem: sic enim dixerunt Bethsamitæ quan- K do videntes arcam petierunt de eis 50. millia virorū quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius 1. Reg. 6. quasi dicat, nemo. ideo subiunxerunt ad quē ascendet a nobis, idest, mittamus a nobis istā arcam Dei, & ita miserunt eam in Cariathiarim eod. cap. & seq. Quarto potest dici, ꝙ fecerunt hoc ex quadam superbia, vel indignatione nolentes tenere in regione sua eum, qui sibi tanta damnā intulerat. Cum autem quæratur an peccauerunt Christum de regione sua expellēdo. Dicēdū, ꝙ hoc pendet ex cognitione causæ: pro qua eū expulerūt. nā si ex sola humilitate expulerūt non peccauerūt: nā nemo asseret Petrū peccasse cū dixit exia me Domine, si autem hoc fecerunt

cerunt ex ira, vel indignatione aut superbia quadam A vel contemptu grauiter peccauerunt. nã grauius erat Christum in persona sua talia facientem repellere, quam aliquem discipulum eius, & tamen infra. 10. & Luc. 9. dicitur, ꝙ siquis nõ reciperet discipulos Christi in domo, vel in ciuitate dicentes pax huic domui, ꝙ tolerabilius erit terræ Sodomorũ, & Gomorrhęorum in die iudicii, quam illi ciuitati. ergo grauiter isti peccarent, quia tamen non constat cur hoc fecerint non apparet an peccauerint. Satis tamen potest dici, quòd peccauerunt aliqualiter isti, nam principaliter fecerunt ex timore, sic dicitur Luc. 8. rogauerunt illum, vt discederet ab ipsis, quia timore magno tenebantur, quicquid tamen fuerit etiam si ex humilitate B Christum repulerint imperite fecerunt, quid.n. stultius erat, quam a se abijcere saluatorem? nã si porcos occiderat homines sanabat p̄tertim, quia misericors erat, nec inferret eis aliqua damna si ei humiliarẽtur, erant tamen viri rudes, & soli sęculo dediti, ideo Christum abiecerunt.

Quare in regione ista Christum non receperunt.
Quæst. CXLIIII.

QVAERETVR quare in regione ista Christum non receperunt cum de nulla vnquam regione expulerint, sed potius precabantur, vt iret ad eos, & quando recedere volebat detinebant eum, sicut fuit C in Capharnaum Luc. 4. s. venerunt vsque ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis quibus ille ait, etiam aliis ciuitatibus oportet me euãgelizare, & qñ non poterant tenere eum in ciuitatibus sequebantur illum quocunque iret Ioan. 9. & omnes volebant accedere ad ipsum Luc. 6. ita vt interdum, nec manducandi spacium haberet Mar. 6.

Aliqui dicunt, ꝙ non solum hinc, sed etiam de alia ciuitate expulsus est. Luc. 9. quando clauserunt ianuas discipulis eius.

Dicendum, ꝙ ibi non expulerunt eum, quia libentissime suscepissent eum si prędicare vellet, & tamen ipse ibat in Ierusalem, & nolebat intrare in ciuitatem ad prædicandum, sed solum ad cibum eod. c. s. firma- D uit faciem suam, vt iret in Ierusalem, & misit nũcios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi, & non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Ierusalem, hic autem Christus volebat prędicare, & expulerunt eum.

Dicendum ergo, ꝙ hic solum Christus expulsus est, quia reddidit se terribilem antequam cognitum, nam in aliis ciuitatibus Christus benefaciebat omnibus Actu. 3. & pertransiuit benefaciendo, nemini autem nocebat, hic vero terribilem plagam incussit occidens duo millia porcorum, ideo timentes expulerunt eum, si tamen ipse incępisset hic benefacere, & E nequaquam nocere, sicut in aliis regionibus nequaq̃ expulissent eum, & si alibi noceret antequam cognosceretur, sicut hic forte non reciperent eum.

Quare Christus ab istis expulsus non puniuit eos.
Quæst. CXLV.

QVAERETVR quomodo Christus ab istis expulsus non puniuit eos, vel saltem non redarguit verbo.

Dicendum, ꝙ Christus in omni opere, & verbo suo nobis viuendi regula fuit, contempsit ergo proprias iniurias, quia nobis sic contemnendas suadebat. 1. Pet. 2. cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur nõ comminabatur, sic etiam fuit

A quando misit discipulos in ciuitatem Samaritanorũ, & non receperunt eos Luc. 9. nã dixerunt Iacobus, & Ioannes dñe vis dicamus, vt ignis descẽdat de cęlo, & consumat illos? Christus aũt increpuit eos dicens, nescitis cuius spiritus estis: filius hoĩs non venit aĩas perdere, sed saluare. Christus ergo nõ increpuit istos, sed magis cõpassus est eorũ cęcitati, quia saluatorem a se abiiciebãt, sic dicit Chry. in hom. intuere autem Christi mãsuetudinẽ post virtutem, quia. n. beneficia adepti abigebant eũ nõ restitit, sed recessit, & eos qui indignos se nunciauerant eius doctrina, dereliquit.

Secũdo fuit, quia Christus iudicauit forte indignũ esse manere inter eos, quia ipsi propter peccata sua demerebantur eum habere præsentem, & quia forte B si Christus eos increparet, ꝙ enim abiiciebant, ipsi cõpungerentur corde, & peterent a Christo, vt non recederet, & quia forte non erat decens, ꝙ Christus maneret cum eis, non increpuit eos ne eum reciperent, sed expulsus recessit.

Tertio fuit, quia forte Christi præsentia non erat vltra necessaria in regione illa, quia ibi relinquebat p̄dicatores. s. pastores porcorum præcipitatorum, & sanatos a dęmonibus. nam sanato a legione dixit Christus redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecerit Deus Luc. 8. & sequitᷣ ibi abiit per vniuersam ciuitatẽ prædicans quanta illi fecisset Iesus, sic dicit Chryso. in hom. eos qui indignos se nunciauerũt eius doctrina C dereliquit dans eis doctores liberatos a dæmonibus, & porcorum pastores.

Ad quid Christus iuit in hanc regionem cum nihil ibi fecerit.
Quæst. CXLVI.

QVAERETVR ad quid Christus iuit in regionẽ istam cum nihil ibi fecerit, sed statim redierit in nullum locum intrando.

Dicendum, ꝙ Christus ibi parũ mansit, nam in nullũ locum intrauit illius regionis, sed cum transfretasset mansit in littore, & ibi fecit oĩa hæc, quod patet, quia Christus mox, vt exiuit de naui habuit arreptitios occurrentes sibi Marc. 5. s. & exeunte de naui statim occurrit de monumentis homo in spiritu immũ D do, sed mox vt arreptitii accesserũt adorauerunt Christum Mar. 5. & Luc. 8. & petiuerunt dęmones a Chr̃o ꝙ permitteret eos intrare in porcos, ꝙ ipse statim cõcessit, & mox exeuntes dæmones introierunt in porcos, & pręcipitauerunt eos: hæc oĩa facta sunt in littore maris vbi arreptitii Christo occurrerunt, præcipitatis tamen porcis pastores fugientes nunciauerũt in ciuitate, ipsi vero ciues illico egressi ad Christũ venerunt quem inuenerunt in locum, vbi miraculum factum fuerat. nam dr̃ Luc. 8. ꝙ exierunt obuiã Chr̃o, & inuenerunt eum, qui sanatus fuerat a legione sedentem ad pedes eius, ipsi vero statim orauerunt, vt de finibus illis recederet, ꝙ Christus illico fecit, vt pa- E tet seq. cap. in principio. s. & ascendens in nauiculam transfretauit. non ergo discurrit Christus per illam prouinciam, nec intrauit in aliquem locum, sed mansit in litore maris vbi miraculum fecerat. Cũ autẽ dr̃ ad quid Christus venit in regionem illam? Dicendũ, ꝙ antequam veniret sciebat, quid ibi facturus esset, & ideo sicut ibi non prędicauit, ita disposuerat non prædicare, sed venit ad duo. s. ad sanandum illos arreptitios, & ad notificandum se illi regioni. Primum immediate fecit cum arreptitii occurrerẽt sibi mox exeunti de naui. Secundum autem fecit dupliciter. Primo per seipsum miracula faciendo, nam illa satis prædicabant eum esse Deum, & per hoc reddebat incolas regionis illius inexcusabiles, quia videntes eum & agnoscentes virtutem ipsius expulerunt illum,

ideo ignorantia veritatis prædicandę iam non excusaret eos.

Secundo fecit hoc prædicatores constituẽdo, quia pastores porcorum, & sanatos a dæmonibus illius regionis doctores reliquit, vt dicit Chrysostomus. De dæmonibus an cognoscerẽt Christum dicetur Marc. primo capitulo, de miraculis in generali dicetur Mar. secundo cap.

C A P. I X.

Mar. 2. Luc. 5. Ioan. 5.

ET ascendens Iesus in nauiculam transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Videns autẽ Iesus fidem illorum dixit paralytico. Confide fili. Remittuntur tibi peccata tua.

E*T ascendens Iesus in nauiculam.* Matthæus in capitulo præcedenti posuit quædã Christi miracula ad legis euangelicę confirmationem, hic consequenter subdit alia per quæ declaratur virtus ipsius Christi legislatoris, inquantum ad suæ deitatis positionem. Et diuiditur in tria, quia primo ponitur ad hoc miraculi operatio. Secundo credentium vocatio ibi. *Et cum transiret inde.* Tertio eorũ confirmatio ibi. *Hæc illo loquente.* Prima in duas, quia primo in operatione miraculi ad declarationem suæ deitatis fides credentium approbatur. Secundo infidelitas negãtium reprobatur ibi. *Et ecce quidam de Scribis.* Quòd aũt dictum est præcedentia miracula fuisse ad legis euangelicæ confirmationem, & ista ad deitatis Christi declarationem non est intelligendum, ꝙ ita sint totaliter distincta quantum ad effectum, quia nullum miraculum est a Christo factum, quod non confirmet legem euangelicam, & etiam omnia ostẽdunt deitatem suam, quædam tamen adaptantur magis ad ostensionem deitatis, quia de illa ibi agĩt, sicut hic. quia Christus ostendit se esse Deum ex dictis Pharisæorum. s. ꝙ nemo dimittit peccata, nisi Deus, ipse tamen se peccata dimittere ostendebat. Præcedentia autem dicuntur fuisse miracula ad confirmationem legis, quia ante hoc posuerat magnum illum sermonem, qui continet legem suam supra. 5. c. a principio, vsque ad finem septimi, ideo omnia miracula posita præced. c. videbantur fieri principaliter ad confirmationem illius legis datæ.

An ea quæ habentur hic sint continuata ad præcedentia. Quæst. I.

QVAERETVR circa primum an ea, quæ habentur hic sint continuata ad pręcedentia, & an fuerunt facta immediate post illa, vel interiectis alijs.

Ad primum dicendum, quòd ordo continuus est, quia omnia, quę habentur in hoc capitulo fuerunt facta post ea, quæ habentur præcedenti capitu. quia ea, quæ habentur in fi. præceden. cap. s. de curatione arreptitiorum fuerunt facta in regione Gerasenorum ex alia parte maris Galilææ, omnia autem quę habẽtur hic fuerunt facta postquam redijt in Galilæam transfretando in illam.

Ad secundum dicendum, quòd ista continuatio potest fieri quantum ad principium istius c. & finem præcedentis, vel quantum ad ea, quæ sunt in prosecutione.

F De primo dicendum, quòd est continuatio nullo tempore interiecto, nec tacitis aliquibus rebus gestis, quod patet, quia in fine præcedentis c. dictum est, ꝙ rogauerunt Christum Geraseni, vt recederet de finibus eorum, hic autem in principio dicitur, ꝙ ascendit in nauiculã, & transfretauit, & sic nihil fuit inter præcedentia, & ista.

De secundo an sit continuatio dicetur infra qõ. 4. Chryso. autem in homil. continuat istud ad præcedẽtia dicens monstrauit Christus superius suam virtutẽ per doctrinam, quando docuit eos, vt potestatem habens, & per leprosum quando dixit volo mundare, p Centurionem, qui dixit dic verbo, & sanabitur puer meus, per mare, ꝙ verbo refrenauit, per dęmones qui eum confitebantur, hic autem rursus alio maiori mo-

G do inimicos eius cogit confiteri ęqualitatem honoris ad patrem. Circa primum dicitur. *Et ascendens in nauiculam.* Rogauerunt eum Geraseni, ꝙ recederet de finibus eorum præcedenti cap. ipse autem nolens eis resistere cum indigni essent Christum apud se habere consensit, & ascendit in nauiculam, erat. n. Christus in littore maris, quia vt ostensum est præcedenti cap. q. vltima Christus non discurrerat per regionem Gerasenorum, nec in aliquem locum eius intrauerat, sed mox, vt exiuit de naui occurrerunt ei in littore maris arreptiti, & sanauit eos, mansitque ibi quosquę Geraseni egressi de ciuitate venerunt ad eum rogantes, vt recederet de finibus eorum, & ipse tunc ascendit in nauiculam, in qua venerat, & rursus transfretauit

H redeundo in Galilæam de qua venerat. *Transfretauit.* Idest transiuit fretum, vel mare. istud est mare Galilęę de quo quid sit, & de nominibus eius dictum est præcedenti. c. q. 73. satis late. *Et venit in ciuitatem suam.* i. in Nazareth, vel in Capharnaum, vel in Galilęam, sicut dicetur infra q. 3. *Et offerebant ei paralyticum.* Istud, ꝙ habetur supra de Christi transfretatione habetur hic, & Mar. 5. & Luc. 8. ꝙ vero iam sequitur de curatione paralytici haberĩ hic, & Mar. 2. & Luc. 5. & ponuntur hic miracula, quæ Christus fecit in Galilæa postquam redijt de regione Gerasenorum, erat autem iste paralyticus toto corpore solutus, ita vt seipsum ad nullum motum posset exercitare. *Iacentem in lecto.* Non enim poterat seipsum mouere, nec per se ad Christum ve-

I nire, nec etiam manibus aliorum sustentatus, quia solutis membris dolor nimius causaretur siquis ipsum attrectaret, sic dicit Hierony. obtulerunt iacentem in lecto, quia ipse ingredi non valebat. *Videns autem Iesus fidem illorum.* Idest illorum, qui offerebant paralyticũ, vt aliqui exponunt, vel melius illorum. i. tam paralytici, quam offerentium eum Christo, vt infra dicetur, Matthæus autem tacuit hic modum offerendi paralyticum Christo, & ideo non apparet ex litera, quomodo Iesus videret fidem illorum, sed ponitur hoc Marę. 2. & Luc. 5. s. ꝙ erat Iesus in Capharnaũ docens in domo, & tanta turba conuenerat, ꝙ portantes paralyticum non potuerunt eum per portam inferre, sed ascendentes in tectum nudauerũt ipsum tectum

K domus, & per tegulas submiserunt per quatuor funes ante Christum, & in hoc apparuit fides illorum, quia si non confiderent, ꝙ Christus poterat sanare paralyticum nõ fecissent istam rem tam insolitam, nec fuissent tam importuni. *Dixit paralytico confide fili.* i. habe fidem, vel confortare non timeas, quia nũc sanus eris. *Remittuntur tibi peccata tua.* i. omnia peccata, quæ commisisti, & præcipue illa propter quæ incidisti in hanc ægritudinem, & idem erat dicere remittuntur peccata, ꝙ dicere surge, & ambula, vt Christus dixit infra in litera.

Quare

Quare Christus nunc transfretauit ascendendo nauiculam, quia poterat trāsire sine nauicula. Et propter quid Petro dixit Christus veni mecum. *Quæst.* II.

QVAERATVR quare Chrs nūc trāsfretauit ascēdendo nauiculam, quia poterat transire sine nauicula, sicut fecit infra 14. Dicendum, quod vere Christus hoc poterat, & tamen non decebat, vt Christus faceret quidquid poterat, pręiudicaret.n.intentioni suę.nā sicut Christus erat verus Deus, ita erat verus hō, & vtrunque per actus suos ōndere debebat. nā sicut de Christi deitate a multis dubitatū est, vt ab Arrianis, & ita de Christi humanitate plurimi dubitauerūt ipsum nō hoīem, sed phātasticū corpus assumpsisse asserentes, vt fuerūt Manichæi, sicut dicit Hiero. si aūt Christus faceret oīa, quæ posset semp miraculose operaretur, & ita nec cibum, nec potum sumeret, nec pedibus graderetur, sed subito iret quo vellet, & sic nunquam humanitus, sed semper diuinitus viueret, ꝙ multum pręiudicabat veritati humanitatis suę, quia tali eum esse verum hominem credere vellent; cohibebat ergo Christus suam potestatē, vt ōnderet carnis verę infirmitatē, & ita se in omnibus cōformabat infirmis hominibus, nisi cum ratio exigeret miraculum aliquod ad deitatis manifestationem fieri, sic dicit Chryso. in homilia nauigium autem intrans pertransit, qui pede poterat mare pertransire, non enim semper mirabilia volebat facere, ne incarnationis noceat rationi.

Secundo fuit, quia Christus cū oīa prudentissime ageret, nulla miracula faciebat, nisi apparente aliqua causa multū rationabili, hic tñ nulla erat. nā habebat Christus nauiculā: frustra ergo ambularet sup aquas, cum aūt ambulauit super aquas infra 14. & Io. 6. non habebat nauiculam in q̄ ascenderet, quia discipuli in nauicula præcesserant dum Christus maneret in littore turbas dimittendo infra 14. quibus dimissis nulla manebat nauicula in littore, quam Christus ascenderet. ideo oportuit, quòd ambularet super aquas patet hoc Ioan. 6. quia cum turbę vidissent Christum sequenti die dixerūt ei Rabbi, quādo huc venisti? nam vidit turba, ꝙ non erat, nisi vna nauicula in littore in quam discipuli ascenderant, & quòd Christus non intrauerat cum eis in illam, nūc autem cum haberet nauiculam, nulla erat ratio ambulandi super aquas.

Tertio fuit propter discipulos, quia habebat Christus nunc discipulos quos oportebat in nauicula trāsfretare, ideo propter eos etiam ipse nauem intraret. nam cum ambulauit super aquas non habebat secū discipulos, quia illi iam præcesserant in nauicula eo relicto in littore infra 14. & Ioan. 6.

Sed dicetur, quòd Christus poterat etiam facere, quod discipuli ambularent cum eo super aquas infra 14. Dicendum, quòd ibi aliqua causa fuit: nam licet Christus super aquas ambularet nulli discipulorum iussit hoc facere. Petrus tamen dixit ei domine si tu es iube me venire ad te super aquas, & Christus dixit veni. quod fecit propter duo. Primo, vt certificaret discipulos, erant enim conterriti putantes illum esse phātasma, & vt auferret eis timorem fuit conueniēs, quòd hoc concederet Petro, maxime cum Petrus hoc peteret ad certificationem de Christo an ipse esset, vnde dixit domine si tu es iube me venire ad te.

Secundo fuit ad ostensionem potestatis suę, vt nō solum constaret, quòd ipse poterat ambulare super aquas, sed etiam, quòd alijs hanc virtutem cōcedere poterat, hoc tamen non concessisset, nisi Petrus peteret, sed quia eo petente si Christus hoc concederet dubitarent discipuli an hoc facere posset, ideo concessit ei super aquas ambulare, hic autem nulla causa

A suberat faciendi hoc, ideo non fecit Christus eos ambulare secum super aquas. maxime, quia hoc non cōueniebat discipulis qui adhuc erant infirmi. nam gloriarentur de hac potestate, quasi se per hoc beatos putantes, quod eis peccati causa fieret, sic enim dicitur Luc. decimo capitulo, quòd discipuli cum gaudio dixerunt Christo, domine etiam dæmonia in nomine tuo subijciuntur nobis, Christus autem dixit nolite in hoc gaudere, quòd spiritus subijciuntur vobis. nō ergo oportebat nunc ostendere eis tantam excellentiam ne gloriarentur, & diabolus haberet occasionē tentandi eos cum essent adhuc noui, & imperfecti, talibus autem non est adhuc honor dandus, aut excel
B lentia, sic Apostolus ostendens qualis debeat esse episcopus. 1. Tim. 3. dicit non Neophitum.i. nouū in fide, & conuersatione religionis Christianę, & subdit cām.i. ne in superbiam elatus in iudiciū incidat diaboli, idest ne per honorem sibi datum superbiat cū adhuc sit nouus, & non habet perfectam virtutem p q̄ sciat moderate se habere in honoribus ne efferatᵱ, & sic diabolus occasionem habeat tentandi eum, & pp hoc, quando Petrus venit ad Christum sup aquas ipso permittēte incępit mergi, & clamauit ne per hoc extolleretur, sed agnosceret infirmitatē suam, vt non putaret se aliquid esse cum in ipsa miraculosa operatione miraculosa indiguerit liberatione ne periret, & sic instrueretur non appetere ascendere ad excellētiā se maiorē, non ergo fuit cōueniens nunc, quod Chri
C stus ambularet solus super aquas, nec etiam discipuli eius cum eo.

Neophitus quid.

Qua ciuitas fuit ista. *Quæst.* III.

QVAERATVR, cum dicatur hic venit in ciuitatē suam, quæ ciuitas fuit ista. Dicunt quidam, ꝙ Nazareth, quia illa erat ciuitas Christi, vt infra dicit. Sed obijcitur, quia dr̄ venit in ciuitatem suam, & ecce offerebant ei paralyticum, & sic innuitur, ꝙ in ciuitate sua fuerat sanatus paralyticus. constat tamen eū fuisse sanatum in Capharnaum Mar. 2. Aliqui dicunt ad hoc, ꝙ istud miraculum de paralytico, & illud, qđ
D habetur Marc. 2. non est idem, sed duo miracula, & sic vnū fieret in Capharnaum, & aliud in Nazareth ciuitate Christi. Dicendum, ꝙ non stat, quia necesse est dici fuisse idē miraculū istud, & illud, quia omnia, quæ habentur hic ponuntur Mat. 2. sed non ecōtrario, non pt aūt faciliter confingi, quòd vnum miraculum fm oēs easdem circunstantias fuerit factum his, vel in diuersis locis, ideo dici debet, quod idē est. Est ergo dicendum, ꝙ varie putatur de ista ciuitate, quæ fuerit, quidam.n. putant non fuisse ciuitatem, sed prouinciam.s. totam Galilæam, & ꝙ veniendo in q̄cunq; partem Galilęę diceretur Chrs venire in ciuitatē suā, & quia Capharnaum erat in Galilęa, vt patet supra 4. cū Chrs nunc illuc venit dr̄ in ciuitatem suā venisse,
E sic dicit Aug. ꝙ Matt. hic scribit de ciuitate domini, Marcus autem de Capharnaum difficilius solueretᵱ si Matthæus Nazareth nominaret, nunc vero cū potuerit ipsa Galilæa ciuitas dici Christi, quia in Galilæa erat Nazareth, sicut vniuersum regnum Romanū in tot ciuitatibus constitutum, dicitur modo Romana ciuitas, quis dubitauerit, vt veniens in Galilæam dominus recte venisse diceretur in ciuitatem suam, in quocunque esset oppido Galilææ. Alii dicunt, quòd ciuitas Christi vocatur hic Capharnaum, quia licet non esset ibi conceptus, nec natus, quia tamen Capharnaum erat præcipua ciuitas Galilææ, in qua erat Nazareth, dicitur Christus fuisse de Capharnaū, hoc tenet Nico. & dicit, ꝙ Nazareth erat vicus, vel oppidum respectu Capharnaum, sicut Parisius dicitᵱ ciui-

tas alicuius nati in aliquo oppido iuxta Parisius, huic
opinioni satis consonat Augu. lib. de concor. euang.
dicens, quis dubitauerit, vt veniens in Galilæa domi-
nus recte venisse diceretur in ciuitatem suã, in quo-
cunque esset oppido Galileę, præsertim quia & ipsa
Capharnaum excellebat in Galilæa, vt tanquam me-
tropolis haberetur. Sed hoc licet large loquendo pos-
set stare, proprie tñ non stat nec consonat exemplũ
Nicolai de Parisius, & vico, quia quantumcunque sit
aliqua ciuitas excellens in aliqua regione si quis sit de
aliqua ciuitate, quæ non sit illi subdita, vel quæ per se
habeat regimen politicum, non dicitur esse de illa ci-
uitate, si tñ est de aliquo vico, qui pertineat ad ciuita-
tem, quia vicus per se non habet gubernationem poli
ticam dr̃ esse de ciuitate illa, vt patet. ff. ad municipal.
l. qui ex vico, hoc verum est, nisi illa ciuitas esset tãtæ
excellẽtiæ, ꝙ vocaretur patria cõis, sic est de vrbe Ro
mæ pp singularem excellentiam suam. nam vocatur
patria cõis, vnde quilibet Italicus poterat dicere se eẽ
Romanum, vt patet. ff. eo, ti, l. Roma. non erat aũt sic
de Capharnaum, ita ꝙ posset vocari communis pa-
tria oĩum Galilæorum, ideo non vocaretur ciuitas
Christi propter hoc. Alij dicunt, ꝙ Capharnaũ vocat̃
ciuitas Christi pp assiduam habitationem, quia ma-
gis ibi morabatur, quam in aliis locis, sic dicit Chry-
so. in homil. ciuitatem autem suam hic Capharnaum
dicit, alia. n. eum suscepit nascentem. s. Bethlehẽ, alia
autem nutriuit. s. Nazareth, alia autem habuit conti-
nue habitãtem. s. Capharnaum, hoc autem magis sta-
re potest, quam præcedens.

Quare patria cõmunis Roma appellatur.

Dicendum aũt, ꝙ oẽs istæ positiones sunt tolerabi
les, & tamen melius dicendum est, ꝙ fuerit ista ciui-
tas Nazareth, sic dicit Hieron. super Mat. ciuitatẽ eius
non aliam intelligimus, quam Nazareth, vnde & Na
zarenus appellatus est, & hoc est melius dictum, quia
nunquam alicubi in scriptura inuenitur Capharnaũ
esse Christi ciuitatem, vel Christũ vocari de Caphar-
naum, & tamen tota scriptura vocat eum de Naza-
reth. sic enim dicitur supra 2. qm̃ Nazarenus vocabi-
tur, sic enim eum Angeli vocabant Marc. 16. Iesum
quæritis Nazarenum. sic etiam prophetæ illum præ-
nunciauerunt nominandum supra 2. c. s. vt adimple-
retur, quod dictum est per prophetas, qm̃ Nazarenus
vocabitur, sic etiam discipuli sui eum vocabant Ioã. 1.
vbi Philippus dixit ad Nathanael, quem scripsit Moy
ses in lege, & prophetæ inuenimus Iesum filium Io-
seph, & dixit Nathanael a Nazareth potest aliquid bo
ni esse? sic etiam vocabant eum Pharisæi, & tota tur-
ba, infra. 21. cum diceretur quis est hic, populi autem
dicebant hic est Iesus propheta a Nazareth Galilææ,
nunquam autem inuenitur, quòd vocaretur de Ca-
pharnaum.

Item irrationabile est dicere Capharnaum Christi
ciuitatem, quia quando scriptura loquitur de patria,
vel ciuitate Christi semper loquitur de Nazareth, sic
patet infra 13. & Marc. 6. s. veniens in patriam suam
docebat eos, & tamen necesse est, ꝙ intelligatur ipse
locus fuisse Nazareth, quia ibidẽ dr̃, ꝙ cognati Chri-
sti. s. mater pater, & fratres eius erant ibi, & tamen to-
ta Christi cognatio erat in Nazareth, & nõ in Caphar
naum, ergo patria Christi erat Nazareth.

Secundo patet, quia Christus dixit infra 13. & Mar,
6. non est propheta sine honore, nisi in patria sua, &
in cognatione sua, & in domo sua: hæc tamen non
possunt intelligi, nisi de Nazareth, quia ibi ciues vo-
luerunt eum præcipitare de monte. Lucæ quarto,
quòd in nullo alio loco totius Iudææ, vel Galilææ cõ-
tra ipsum vnquam attentatum est, in Capharnaum
autem Christus valde honorabatur, quia Centurio
princeps vrbis ipsius adeo honorauit ipsum, quòd di-

F xit se non esse dignum, quòd Christus intraret in do-
mum eius præcedenti capitulo, & Lucæ septimo, e-
tiam tanto honore prosequebantur eum, ꝙ quando
volebat recedere non permittebant eum turbę Luc.
4. s. ille dicebat oportet me etiam aliis ciuitatibus e-
uangelizare.

Tertio patet, & efficacius, qa patria Christi in scri-
ptura distinguitur a Capharnaum Luc. 4. s. quanta au
diuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.
ergo non erat patria sua Capharnaum, sed Nazareth,
& ipse etiam dixit, eodem capitulo, nemo propheta
acceptus est in patria sua, & loquebatur de Nazareth.
non est ergo verisimile, ꝙ scriptura vocauerit hic Ca
pharnaum ciuitatem Christi, cum nulla causa esset ad
hoc, nec in aliis locis soleat sic nominari, & maxime,
G quia non expressit nomen ciuitatis, tanquam notum
esset ex præcedentibus, quæ esset ista ciuitas, ante hoc
tamen nunquam dictum est Capharnaum, quòd es-
set Christi ciuitas, sed Nazareth dicitur, quòd habita-
bat ibi supra 2. ergo non potest intelligi de Caphar-
naum, sed de Nazareth.

Cum autem dicit Chrysos. ꝙ Capharnaum vocatur
Christi ciuitas, quia habuit eum continue habitantẽ,
est dicendum, ꝙ sæpe Christus veniebat in Caphar-
naum, quia morabatur maxime in Galilæa, in qua e-
rat Capharnaum, non tamen diu manebat ibi, sed ci-
to recedebat, ita vt turbæ vellẽt eum tenere Lucæ 4.
ipse tamen dicebat. oportet me euangelizare aliis ci-
uitatibus, in Nazareth autem longissimo tempore
H mansit, quia ab initio vitæ, vsque ad annum trigesi-
mum quando prædicare cępit, semper mansit in Na-
zareth, vt innuitur supra 2. s. veniens habitauit in ciui-
tate, quæ vocatur Nazareth, & ibi declaratum est, sic
etiam dicitur habitator Nazareth, supra 2. & ista fuit
causa quare Christus licet natus fuerit in Bethlehem
supra. 2. non vocatus est Bethlehemites, sed Nazare-
nus. e. c. s. quia longo tempore habitauit in Nazareth
vt ibi dr̃, & sic pp habitationem continuam etiam si
nihil aliud esset nõ debebat vocari ciuitas sua Caphar
naum, sed Nazareth. Cum autem obijcitur, ꝙ mira-
culum istud factum est in ciuitate Christi, & tamen
constat, ꝙ factum est in Capharnaum. Dicendum, ꝙ
in Capharnaum factum est, & non in ciuitate Christi,
I sed ista obscuritas prouenit, quia Matthæus locutus
est valde breuiter dicens, venit in ciuitatẽ suã, & ecce
offerebãt ei paralyticum, quasi nihil medium fuerit
inter venire in ciuitatẽ suã, & offerri ei paralyticum,
debet autem dici, ꝙ veritas fuit hæc. s. ꝙ Christus re-
diens de regione Gerasenorũ venit primo in ciuitatẽ
suam Nazareth, & fecit aliqua, quæ Mat. tacuit hic, &
ẽt cæteri Euangelistæ, & inde venit in Capharnaũ, &
ibi curauit paralyticum de quo hic dr̃, sic dicit Augu.
li. de concor. euan. s. & ſm hoc dicemus Matthęũ præ
termisisse, q̃ gesta sunt postq̃ Iesus venit in ciuitatem
suã donec veniret Capharnaum, & hoc adiunxisse de
sanato paralytico, sicut in multis ita faciũt prætermit
tentes mediã, tanq̃ hoc continuo sequatur, quod sine
K vlla prætermissionis signatione subiungũt, cã aũt hu-
ius omissionis fuisse vr̃, quia Christus non fecit in Na
zareth nũc aliqua multũ excellẽtia, quę Euangelistę
scribere noluerunt, forte enim nulla miracula ibi fe-
cit, sed solum prædicauit, & hoc pp indignitatẽ Naza
renorum, quia pp suam incredulitatem indigni erant
miraculorum bñficia a Christo recipere, sic. n. dicitur
infra 13. & Mat. 6. qñ iterum venit Christus in Naza-
reth, ꝙ nõ fecit ibi virtutes multas pp incredulitatem
eorũ, & sic Christ[us] forte nũc miracula nulla fecit, sed
solũ p̃dicauit ibi, ideo nõ oportuit, ꝙ scriberet, qd ibi
Chr̃s fecerit, scriberet tñ si in aliquo fecisset miracula
ibi, fuit ergo ista ciuitas Nazareth, & nõ Chapharnaũ,

Quando

Quando fuit curatio paralytici, & an sit ordine continuato scripta. Quæst. IIII.

QVAERETVR circa id quod dicitur hic de curatione paralytici, quando fuit, & an sit ordine continuato scripta. Aliqui dicunt, quod non, sed quod prius fuit suscitatio filiæ principis synagogę, quę ponitur infra in lr̃a, & patet hoc, quia Mar. 5. & Lu. 8. vbi ponitur, quod Christus reuersus est de regione Gerasenorum, & sequitur statim, quod archisynagogus petiuit a Christo, quod filiam eius sanaret.

Dicendum, quod in multis Euangelistæ non concordant in ordine narrationis, & tñ non est propter hoc asserendum, quod aliquis eorum errauerit, quia non est intentio eorum dicere, quod eo ordine acciderint gesta quo ipsi narrant, sed quod omnia quæ ipsi narrant acciderunt, & etiam plura, quam ipsi dicant, qñ ergo volumus scire ordinem rerum gestarum, oportet considerare aliquas circunstantias ex quibus colligatur.

Ex hoc aũt dicunt aliqui, quod tenẽdum est prius fuisse suscitationem puellæ, quam sanationem leprosi. Primo, quia Marcus, & Luc. tenent istum ordinem, Matthęus autem solus est in ordine contrario.

Secundo, quia ex litera Mar. 5. & Luc. 8. videt̃ hoc colligi, nam Marc. 5. dicitur factum est cum redisset Iesus excepit illum turba, erant enim omnes expectãses eum, & ecce venit princeps synagogę, & sic innuitur, quod mox, vt rediuit Christus venit princeps synagogæ, nam dicitur, quod turba erat expectando Christum, & sic antequam iret ad aliquem alium locum mox, vt descendit de nauicula factum est hoc de curatione puellæ, idem innuitur Mar. 5. s. cum transcendisset Iesus in naui rursus trans fretũ conuenit turba multa ad illũ, & erat circà mare, & venit quidam de archisynagogis, & ita qñ erat iuxta mare descendens de nauicula venit ad eum ille princeps synagogæ, & sic fuit ante curationem paralytici.

Dicendum, quod prius fuit curatus paralyticus, quod videtur colligi ex hac litera, nam hic dicitur de curatione istius paralytici, & postea dicit̃ & cum transiret inde Iesus vidit hominem sedẽtem in Theloneo Mat. nomine, & sic videtur, quod vocatio Matth. fuit postquã recessit de loco in quo sanauit paralyticum, & postea dicitur quomodo Christo sedente ad conuiuiũ murmurauerunt Pharisæi, quia in domo Matthęi cum publicanis comedebat, & disputauerunt ibi Pharisæi cum Christo de ieiunio, & discipuli Ioãnis, & postea sequitur hęc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus accessit, & adorauit, & ille est cuius filia suscitata est. ergo necesse est dici, quod ea die qua Christus comedebat in domo Mat. post vocationem eius, & conuiuiũ suscitata fuit ista puella, & tamen vocatio Matth. fuit post curationem paralytici, vt ostensum est, ergo necessarium videtur dicendum, quod prius fuerit paralytici curatio, quam suscitatio puellæ, & sic fuit ordo rerũ gestarum quem tenuit Matthęus, & non ille quem Marcus, & Lucas sequuntur.

Ad primum cum dicitur, quod standũ est potius Marco, & Luc. dicendum, quod si ageretur de inquirenda veritate, qñ esset dubium quis eorum verũ diceret, stari deberet potius duobus, quam vni, sed hoc nunquã põt accidere cum nunquam dubitetur de veritate in sacra scriptura, quantum ad ordinem tñ non est necesse, quod potius pręsumatur pro duobus, q̃ pro vno, cũ non sit præcipua intentio scribentium sequi ordinẽ naturalẽ rerum gestarũ, sed veritatem enarrare quocunque ordine, & sic p̃t sequi vnus ordinẽ ẽt quod tres ab eo deuient, verum est tñ quod si nulla signa apparent quis potius ordinem naturalẽ tenuerit, magis stabit̃ tribus, vel duobus in ordine concordantibus, q̃ vni discordanti ab eis, hic tñ apparent potius indicia ꝓ Mattheo, quod tenuerit ordinem naturalem, q̃ pro aliis, vt ostensum est, ergo potius ei stabitur.

Ad secundum dicendum, quod cum dicitur Lucæ 8. factum est cum redisset Iesus excepit illũ turba, erãt enim omnes expectantes eum. intelligitur istud factum esse mox, vt descendit de nauicula, quia manebant aliqui expectantes eum in loco, de quo recessit, quando iuerat in regionẽ Gerasenorum. Cum sequit̃ aũt ibi, & ecce vir &c. non est illud continuatũ ad immediata, sed debet subintelligi, quod postq̃ turba illa, quę manebat apud mare expectans Christum recepit eũ, locutus fuit ibi Christus aliqua cum eis, & inde iuit in ciuitatem suam Nazareth, vt hic dr̃, & inde venit in Capharnaum, vbi curauit paralyticum de quo hic, & post hoc vocauit Matthęum, & die quo in domo eius sedebat in conuiuio, venit princeps synagogę orans pro filia sua, quæ suscitata est, & iõ licet Marc. & Lucas describant illa, tanquam continua, debet intelligi, quod omnia ista intermedia subticuerunt, & alibi mutato ordine expresserunt, sic dicit Aug. lib. de concor. euan. in multis ita faciunt prætermittentes media, tãquam hoc continuo sequatur, quod sine vlla prætermissionis signatione subiungunt, & hoc modo sunt multę difficultates in continuatione eorũ, quę Euãgelistæ dicunt.

Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius, dicere dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, surge & ambula? Vt aũt sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimitten di peccata, tunc ait paralytico. Surge tolle lectũ tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit, & abijt in domum suam. Videntes autem turbę timuerunt, & glorificauerũt Deũ qui dedit potestatem talem hominibus. Mar. 2. Luc. 5.

Et ecce homo. Hic ponitur secundum in quo infidelitas negantium Christi deitatem redarguitur, & ponitur primo eorum negatio cum dr̃. *Et ecce quidam de Scribis.* Multi Scribæ præsentes erant qñ Christus fecit hoc miraculum. veniebant.n. ad doctrinam eius. Luc. 8. Scriba autem dicitur sapiens in lege, & ideo Luc. 8 dicitur, quod erant Pharisæi ibi, & legis doctores, sicut hic dicitur, & Scribæ, & non solum fecerũt istã murmurationem Scribæ, sed etiam Pharisæi. eod. c. s. cęperũt cogitare Scribæ, & Pharisæi. *Dixerunt intra se.* Nondum publicabant istud, sed prius in corde suo torquebantur. *Hic blasphemat.* s. quia dixit remittuntur tibi peccata tua, quod putabant ad solum Deum pertinere, & non ad Christum. sic dicitur Marc. 2. & Lucæ quinto capit. quis põt dimittere peccata, nisi solus Deus. Est autẽ blasphemia qñ asseritur aliquid falsum de Deo, quod minuit eius dignitatem, vt si dicatur, quod natura diuina est corporea, vel negatur aliquid, quod pertinet ad eius dignitatem, vt si dicatur, quòd Deus non creauit sęculum, ita autem hic solius Dei conditio est ex infinita potestate peccata remittere posse, quod autem dicatur aliquem hominem posse peccata remittere, dicitur, quòd non solus Deus remittit, & sic negatur illa perfectio singularitatis suæ, ideo est blasphemia, & quantum ad hoc rectè dixerunt Iudæi, & tamen, quòd crederent Christum ista di-

Scriba quid.

Blasphemia quid.

centem blaſphemare error erat, cum ipſe verus Deus eſſet, quod poſtea oſtendit.

Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum. ſ. quas nondū expreſſerant, & ideo adhuc cogitationes erant, & dr̄, ꝙ vidit .i. cognouit, quia cogitatio non vr̄ cū ſit actus ſpiritualis, ſed cognitio quælibet vocatur viſio, ſicut intellectus dr̄ quidam oculus 6. Ethi. c. 15. ſic dr̄ Luc. 5. vt cognouit Ieſus cogitationes eorū, & iſta cognitio non fuit nota ꝑ aliqua ſigna exteriora, ſicut dęmones cognoſcunt interdū cogitationes noſtras, ſed cognouit Chriſtus, quia Deus erat, & corda noſtra ſunt in manu Dei Prouer. 15. & 21. nam omnia nuda ſunt, & aperta oculis eius ad Heb. 4. nec eſt inuiſibilis ei vlla creatura. Vel anima Chriſti cognouit iſtud in verbo in quo cognoſcit oīa, quę ſunt. ſic dr̄ Mar. c. 2. ſ. quo ſtatim cognito Ieſus ſpiritu ſuo .i. per ſpiritum ſuum. *Dixit, vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris.* q. d. malum eſt hoc, quod cogitatis, quia ego non blaſphemo, vt vos putatis. *Quid eſt facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua, aut dicere ſurge, & ambula?* Vult per hoc Chriſtus oſtendere ſe non blaſphemare, & quia blaſphemia eſt dicere, ꝙ purus hō peccata dimittat, Chriſtus voluit oſtendere, ꝙ ipſe erat Deus, qui poſſet peccata remittere, & probauit hac ratione, ſ. qui pōt facere aliquod maius, vel ęquale huic, quod eſt pc̄tā remittere pōt remittere pc̄tā, & tamē ego poſſum facere aliud ęquale, ergo poſſum remittere pc̄tā, ad hoc .n. dixit qd eſt facilius dicere remittunt̄ ibi peccata tua, an dicere ſurge, & ambula? Sciebat .n. ꝙ Iudæi non dicerent eſſe minoris poteſtatis ſanare paralyticū ſolo verbo, quam peccata remittere, quia vtrunque pertinebat ad ſolam potentiā infinitā, & iō neſciuerunt rn̄dere huic rationi, cū aūt dr̄. aut dicere ſurge, & ambula debet ſuppleri .i. & ꝙ ſic ſequatur in re, quia aliàs dicere ſurge, & ambula nullius poteſtatis eſt, ſed Mar. 2. dr̄. dicere ſurge tolle grabatū tuū, & ambula, in quo oñditur ꝑfecta ſanitas, ſ. vt nō ſolū poſſit ambulare, ſed ēt onera magna portare. *Vt ſciatis quoniam filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata.* Quaſi dicat vos conceditis nō eſſe maius peccata remittere, q̄ dicere ſurge, & ambula, volo ergo oñdere vobis, ꝙ filius hoīs, ideſt ego qui ſum hō, habeo poteſtatē dimittendi peccata, & hoc faciā ſanando paralyticū, & dr̄ poteſtatē in terra dimittendi peccata. q. d. vos putatis, ꝙ Deus ſolus, qui in cęlo eſt poſſit peccata dimittere, ego aūt dico vobis, ꝙ ēt hō manens in terra inter vos pōt dimittere peccata. *Ait paralytico ſurge tolle lectum tuum.* Per hæc verba ſanauit eum, & voluit, quod tolleret lectū ſuum ad oſtenſionem perfectę ſanitatis. *Et vade in domum tuam.* Iſtud non erat de neceſſitate miraculi, ſed quia tollere lectum erat ad oſtenſionem perfectę ſanitatis, & non erat quo honeſte lectū portaret iſte, niſi in domum ſuam, iuſſit ꝙ iret in domū. *Et ſurrexit.* Scilicet immediate, vt per hoc appareret diuinę virtutis operatio, quæ in inſtanti agit. ſic dicitur Marc. 2. Et ſtatim ille ſurrexit. Et Luc. 5. dr̄. & confeſtim ſurgens coram illis. *Et abijt in domum ſuam.* Sicut Chriſtus præceperat portauit lectum in domum, poſtea autē forte redijt ad audiendum Chriſti doctrinā. *Videntes autem turbæ.* Multi .n. præſentes erāt, qū Chriſtus hoc fecerat, quia venerant ex omni caſtello Galilęę, & Iudęę, & Ieruſalē. Luc. 8. *Timuerunt.* Viſa magnitudine huiuſmodi, & erat iſte timor quędā admiratio Mar. 2. abijt coram omnibus, ita vt mirarētur oēs. *Et glorificauerunt Deum.* .i. laudauerunt, eſt .n. gloria frequens cognitio, vel clara manifeſtatio alicuius cū laude, & quia omnes manifeſtabant diuinam magnitudinē cū quadam laude, dicebantur eum proprie glorificare.

Qui dedit poteſtatem talem hominibus. Hoc dicit, quia ſupra Chriſtus dixerat, vt ſciatis, ꝙ filius hoīs habet
F poteſtatem in terra dimittendi peccata, & quia omnis poteſtas hominum a Deo eſt dicitur, ꝙ Deus dedit iſtam poteſtatem hominibus, ſed adhuc iſti Iudæi ſine intellectu erant, quia non cognoſcebant Chriſtū eſſe Deum per opera ſua, vt infra dicetur.

Quis erat iſte paralyticus. Quæſt. V.

QVAERITVR de iſto paralytico quis erat. Aliqui dicunt, ꝙ eſt ille de quo Ioan. 5. quia ibi dicitur, quòd Chriſtus ſanauit paralyticum, etiā dixit ei ſurge tolle grabatum tuum, & fecit ſic.

Dicendum, ꝙ non eſt idē paralyticus, nec idē mi-
G raculum, quia ibi dicitur, ꝙ ille paralyticus iacebat Ieroſolymis apud piſcinam probaticam, iſte aūt ſanatus eſt Capharnaum Mar 2. & vt dictum eſt ſupra q. 3.

Secundo, quia illum paralyticum Chriſtus inuenit jacentem in lecto cum ambularet Chriſtus in porticu Ioan. 5. iſte autem paralyticus ad Chriſtum portatus eſt, & per tegulas domus in lecto ſubmiſſus Marc. 2. & Lucę 5.

Tertio, quia ille paralyticus non petiuit a Chriſto ſanitatem, ſed erat expectans ſanari per motum aquæ in probatica piſcina, & Chriſtus dixit ei vis ſaluus fieri? iſti autem paralytico nihil dixit, ſed potius attulerūt eum ad Chriſtum, quia expectabant, quòd ab eo ſanaretur, vt patet hic. Quarto, quia ille paralyticus di-
H xit, domine hominem non habeo, qui mittat me in piſcinam, iſte autem quatuor habebat, qui portabant eum Mar. 2. & Luc. 5. non ergo fuit idem paralyticus. Sic dicit Chryſo. in homilia, paralyticus iſte alter eſt præter eum, qui in Ioanne ponitur, ille quidem in natatorijs iacebat, hic autem in Capharnaum, & ille famulis carebat, hic autem habebat eos, qui ſui curam habebant, qui & portantes eum attulerant.

Quare dixit Chriſtus paralyticum eſſe filium, Quæſt. VI.

QVAERITVR quare Chriſtus dixit paralyticum eſſe filium. Dicendum, ꝙ ꝑꝑ multa. Primo ad oñdendū benignitatē ſuam, erat
I enim Chriſtus tā dulcis in verbo, & in tota vitę conuerſatione, ꝙ ad oēs ſe habebat, vt ad filios neminē contemnēs, ſed oēs diligens, ſicut pr̄ cōtemnere nō pōt filiū qualiſcunque ille ſit. ſic dicit Hiero. ſuper Matth. o mira humilitas deſpectū, & debilē totis membrorū cōpagibus diſſolutū filiū vocat, quē ſacerdotes nō dignabantur tangere. Secundo, quia iſte in charitate, & oēs exiſtētes in gratia ſunt filij Dei. Et hoc patet, quia remiſſa erant ſibi peccata, neceſſe eſt. aūt remiſſis peccatis fieri hoīem filiū Dei, ſic ēt dicit Chryſo. vbi ſupra. ſ. aut certe, iō filiū vocat, quia dimittuntur ei peccata ſua. Tertio ſpecialiter ꝑꝑ fidē, quia per fidem efficitur homo filius Dei Io. 1. dedit poteſtatē filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius.
K iſte aūt credebat, vel ad credendū incitabat̄, iō filius vocat̄. ſic innuit lr̄a. ſ. confide fili .i. fidem habe. Quarto, quia vere erat filius Chriſti: nā Chriſtus eſt Deus, iō pr̄ eſt oīum, quia oēs creauit, & oēs poſſidet Deut. 32. nunquid non ipſe eſt pr̄ tuus, q̄ poſſedit te, fecit, & creauit te? Quinto, qa Chriſtus voluit oñdere affectū blandiētis dādo bonā ſpem ei de ſanitate. recte ergo cū filium vocat cū pr̄ ſit nomen dulcedinis 2. Pol. c. 1.

An iſte paralyticus fuit ſanatus propter fidē ſuam, vel propter fidem portantium ipſum. Quæſt. VII.

QVAERITVR an iſte paralyticus fuit ſanatus ꝑꝑ fidem ſuam, vel ꝑꝑ fidem portantium illum.

Dicen

Dicendum, ꝙ si accipiatur fides, vt causa meritoria sanitatis nemo meretur. ꝙ miraculose Deus eum sanet quantumcunque fidem habeat, sed beneficium Dei est, quòd sic homo sanetur.

Si autem accipiatur fides, vt causa dispositiua ad salutem. i. sine qua Deus non saluat hominem, est verū, ꝙ poterat paralyticus iste sanari ꝑꝑ fidē suā, vel ꝑꝑ fidem portantiū illū. Aliqui dicunt, ꝙ sanatus est ꝑꝑ fidē portantiū ipsum, & non ꝑꝑ suā, quia dr̄ in lr̄a. vidēs Iesus fidem illorū, Sic ēt dicit Hiero. sup Matth. vidēs Iesus fidem illorū, non eius, qui offerebatur, sed eorum, qui offerebant. Sic etiam dicit Ioan. Papa quantum valet apud Deū fides propria apud quem sic valuit aliena? Dicendū, ꝙ tam paralyticus, q̄ portantes eū fidem habuerunt. De portantibus patet, quia ea fide portauerunt, ꝙ a Christo sanandus esset, & vt magis feruor, & confidentia ipsorum appareret, cum nō possent ipsum ponere ante Christum rem nouam fecerunt per tectum deponentes eū, quod nulli alij adhuc fecerāt. sic dicit Chryso. mirandi sunt, qui paralyticū adduxerūt qualiter cū nequiuissent intrare ꝑ ostiū nouū, aliquid, & alienū attentarūt, & quia fuit ista fides magna, debuit sequi magnū miraculū, sic dicit Chryso. in homilia, quia igitur tantam ostenderunt fidē monstrat etiam ipse suā virtutē cum omni potestate soluens peccata. De fide paralytici patet, quia ipse permisit se portari ad Christū, non tñ permisisset, nisi crederet, maxime, quia non permisisset se deponi de tecto per funes, nisi crederet, & aliquid sibi profuturum. sic dicit Chryso. erat magna fides ēt huius infirmi, non. n. permisisset se submitti, vt alius Euangelista dicit per tectum non credens. poterat ēt paralyticus fidem habere ex fide portantium eum, & sic non sine fide curaretur proprie.

Ad dictum Hiero. potest dici, ꝙ Christus vidit fidē portantium, & non paralytici, scilicet principaliter licet vtrique fidem habuerint, fuit tamen forte maior fides portantium, & sic illam Christus magis respiceret. Aliter potest dici, ꝙ paralyticus fidē habuit, sed non a principio, quando portabatur, sed postea ei fides data est a Deo merito portantium eum, & hoc potest innuere litera, quia Christus dixit paralytico confide fili, idest habe fidem, & sic poterat esse, ꝙ ante hoc fidem non habuerant, quia tamen fides portantium eum fuit valde magna promeruit, vt daretur fides paralytico, & sic posset intelligi litera, scilicet, vt vidit Iesus fidem illorum, idest portantium dixit paralytico confide fili, idest ēt habe tu fidem, & tunc eam haberet, ita vt sine fide sua non sanaretur, quocūque ergo modo ponatur habuit fidem paralyticus.

Ad secundum dicendum, ꝙ valuit hic fides aliena apud Deum, scilicet principaliter, quia erat maior, quam propria, vel potius, quia erat prior, & propter eam daretur fides ipsi paralytico.

An aliquando remitti possint peccata alicui per fidem alterius. Et quòd fides est duplex. Et quomodo in baptismo peccata dimittuntur paruulis, & adultis per fidem.

Quæst. VIII.

QVAERETVR an aliquādo remitti possint peccata alicui per fidem alterius. Aliqui dicunt, ꝙ in quibusdam non habentibus fidem remittuntur interdum peccata per fidem aliorum, & maxime fit hoc in infirmis, vel in turbatis animo, qui fidem propriam habere non possunt. sic dicit Hierony. super Matthæ. non autem vbique ab ęgris quærit fidem, puta cum insaniunt, vel aliter ab ęgritudine in excessu fuerint mentis.

Secundo patet, quia dicit Ioan. Papa quantum valet apud Deum fides propria apud quem sic valuit aliena, vt intus, & extra sanaret hominem? & tamen sanare intus est sanare a peccatis dimittendo illa. ergo per fidem alienam interdum dimittuntur.

Tertio patet, quia dicit Ambro. super Lucę magnus dominus, qui aliorum meritis ignoscit alijs, & dum alios probat alijs relaxat errata: cur apud te homo collega non valeat cùm apud Deum seruus interueniendi meritum, & ius habeat impetrandi? si grauium peccatorum diffidis veniā, adhibe precatores, adhibe ecclesiam, quæ pro te precetur, cuius contemplatione, quod tibi dominus negare posset ignoscat, & sic in grauibus peccatis per fidem alienam dicit posse aliquem sanari.

Dicendum, quòd aut quęritur de sanatione corporis, aut de remissione peccatorum, quæ ad solam animam pertinet. De primo dicendum, quòd potest aliquis per fidem alienam etiam sine propria sanari corporaliter ab ęgritudine, & ita licet iste paralyticus propriam habuit, potuit tamen per fidem portantiū eum solam sanari. Ratio est, quia curantur hic ęgritudines corporis, quę curatio totaliter est ab extra, ideo non est necesse, quòd concurrant aliqui actus ipsius curati, & tamen fides propria est actus proprius, scilicet quoddā confidere. ergo non est semper necesse quòd ad curationem miraculosam ęgritudinum pręcedat, vel concurrat fides ipsius curati. Si autem sit secundum, scilicet curatio animę, idest remissio peccatorum.

Dicendum, quòd non est possibile alicui remitti peccata sine fide propria. Est autem duplex fides, scilicet fides qua creditur, & est virtus Theologica, alia est fides, quæ est confidentia quædam, scilicet quod Deus concedet, id quod petimus, vel quod desideramus. vtraque autem requiritur in eo cui peccata dimittenda sunt. De prima patet, quia quandiu manet aliquis infidelis non possunt ei peccata dimitti, sic dicitur Mar. 16. qui crediderit saluus erit, qui autem nō crediderit condemnabitur, & tamen si remittantur homini omnia peccata sua necesse est, quòd saluetur, infidelis autem saluari non potest. ergo infideli non possunt peccata dimitti, sic etiam dicitur Ioan. 3. qui non credit iam iudicatus est, idest condemnatus. ergo fides prima per quam creditur quidquid credendum est, requiritur ad remissionem peccati.

Sed obijcietur, quia paruulis in baptismo dimittūtur peccata, & non hñt fidē propriā, seu solum est ibi fides ecclesię. Dicendum ꝙ verū est, & tñ non est sic de adultis propter duo. Primo, quia ad remissionem peccati requiritur, ꝙ nulla sit infidelitas, quia infidelitas repugnat remissioni peccati cum per infidelitatē male sentiatur de dignitate, & potestate Dei remittentis peccata, quod præiudicat dignitati ipsius: in paruulo autem licet non sit fides, quia non pōt habere actum proprium, nulla tñ est infidelitas, quia ēt infidelitas dicit aliquid positiuū, & est per actū propriū ipsius hominis infidelis, in adultis aūt, nunq̄ potest esse defectus fidei sine infidelitate positiua, ita ꝙ necesse est de quolibet adulto, ꝙ habeat fidem, vel infidelitatem. paruulus autem nec habet fidem, nec infidelitatem: ei ergo per fidem ecclesię Deus infundit fidem, quia nihil inuenit in eo, ꝙ repugnet fidei cū paruulus nullū actū propriū habuerit, & sic iustum est paruulis fidem dari, & peccata remitti sine propria fide, in adultis non potest hoc fieri, quia non potest fides infundi homini a Deo, nisi simul auferatur infidelitas, & quia illa inducta est per actū proprium hominis, necesse est, ꝙ ꝑ actū ipsius tollat, vel concurrat actus suus ad tollendū consentiendo Deo tollenti illam, alias. n. sequeretur, ꝙ Deus destrueret naturam hoīs

auferendo ei libertatem, nam credere, vel discredere
licet sit actus intellectus, est tamen per imperium vo-
luntatis, quia credimus, quod volumus cum non sit
fides de eis, quæ necessaria ratione demōstrātur. si er-
go Deus vellet alicui auferre infidelitatē & non tolle
ret ei libertatem voluntatis, posset ipse velle discrede-
re, vel erronee credere, & sic maneret infidelis, etiam
si Deus vellet eum fidelem facere, si autem Deo vo-
lente eum facere fidelem necesse esset non posset di
scredere, & sic cogeretur credere, quod falsum est,
ideo necesse est dici, quòd in adultis non potest infun
di fides sine actu proprio, vt sicut per proprium actū
infidelitas causata est, ita etiam per proprium actum
tollatur in adulto, & consentiatur fidei, quam Deus
inducere vult, & sic nec fides inducetur in adulto sine
proprio actu, nec peccata ei dimittentur sine propria
fide. secus autem de paruulis, vt dictum est.

Secundo differunt, quia paruuli non habent, nisi
peccatum originale, illud autem non est proprie pec-
catum personale, sed quasi naturale cum non sit fa-
ctum per proprium actum, sed per originem ab Adā
traductum, cum ergo sine proprio actu peccatum in
eis contractum est, iustum est, vt sine proprio actu de-
leri possit, & sic sine fide propria per solam ecclesiæ
fidem Deus peccatum dimittet paruulo infundendo
ei fidem, vt iam fidem propriam habeat, peccata au-
tem adultorum sunt proprie personalia, quia per pro
prium actum ex electione commissa sunt, ideo iustū
est, vt non sine proprio actu dimittantur, ideo necesse
est propriam fidem habere eum cui debent peccata
dimitti si est adultus, quia primus motus ad iustifica-
tionem est ipsius fidei, & sic apparet, quòd nō potest
fieri remissio peccati sine fide propria, secundum quā
credimus, quæ est prima fides. De secunda fide. i. con-
fidentia dicendum, ꝙ etiam sine illa non possunt pec
cata dimitti, nā siquis credat omnia, quæ in sacra scri-
ptura continentur, & quæ ecclesia credit, si non con
fidit, quòd Deus dimittet ei peccata ipso dolente de
eis nunquam dimittentur, immo etiam si peteret illa
dimitti si non confideret, & certissime crederet illa
sibi dimittenda, nunquam dimitterentur Iac. 1. postu-
let autem in fide nihil hęsitans, qui enim hęsitat simi
lis est fluctui maris qui a vento mouetur, nō ergo ex-
timet homo ille, ꝙ accipiat aliquid a Deo. requiritur
ergo ista confidentia ad peccati remissionem.

Dicendum igitur, ꝙ peccatum in adultis nunquā
potest dimitti per fidem alienam, sed semper est ne-
cessaria fides propria, quod patet, quia tunc sequere-
tur, ꝙ omnes infideles sic manentes saluari possent,
quia ecclesia orat pro eis, & habet fidem, ꝙ Deus po-
test sanare eos, & tamen dicimus, quod impossibile
est aliquem infidelem saluari, nisi cōuersus fuerit ad
Christum, & ita ipse dixit Mar. 16. qui non crediderit
condemnabitur, ergo non est possibile remitti alicui
peccatum per fidem alienam.

Secundo patet, quia si posset per fidem alienā pec-
catum dimitti, posset etiam per alienam contritionē
peccatum dimitti, quia eadem omnino ratio est, &
tamen istud est absurdum, quia nemo potest habere
remissionem de peccato, nisi de eo doluerit, sic dicit
Aug. lib. de pœnitentia, omnis enim qui mentis suę
arbiter constitutus est, nō potest nouam vitā inchoa-
re, nisi eum veteris pęnituerit. non ergo potest pecca-
tum dimitti sine propria fide, & dolore. sequeretur
enim aliàs; ꝙ nemo periret quantumcūque grauiter
peccaret, quia ecclesia pro omnibus orat, & de pecca
tis omnium dolet, & tñ non saluantur omnes, ergo
sine actu proprio peccatum non dimittitur.

Tertio patet, quia tunc saluaretur aliquis actualiter
manens in peccato mortali, & in eo decedens, quod

F patet, quia poterat quis pro alio habere fidem, & do-
lere de peccato illius, & quòd ille maneret in delecta-
tione, & actu peccati, taliter tamen peccata remitti est
impossibile cum actualiter maneant, quia sic sine cha
ritate moriens haberet vitam ęternam, ergo non po-
test sine proprio actu peccatum dimitti cū maneat.

Si autem dicatur, ꝙ peccatum vere tollitur vni per
fidem, & actum alterius. Oporteret dici, ꝙ alio dolen-
te de peccatis meis necesse esset, ꝙ ego cessarem ab
illis, vt sic non manerent actualiter, ꝙ falsum est, quia
actus alienus non cogit voluntatem meam, ergo im-
possibile est dimitti vni peccatum per fidem, vel a-
ctum alterius, sed necesse est per propriam fidem, &
actum dimitti.

Dicendum tamen, quòd fides aliena adiuuat ad re
G missionem peccati, non quidem, quòd per illam di-
mittatur peccatum quantacunque illa sit. Sed quia
interdum per meritum fidei aliquorum Deus dat fi-
dem aliquibus infidelibus, qui aliàs illam habituri nō
essent, nisi precibus sanctorū adiuuarentur, quia mul-
ta, ita sunt a Deo prædestinata obtineri, quod nō, nisi
precibus sanctorum habeantur, vt ait Gregor. 1. dialo.
sic etiam de contritione, quia aliqui sunt peccatis de-
diti, qui nunquam ab eis recederent, nisi precibus san
ctorum Deus moueret valde efficaciter animam il-
lorum ad dolendum de peccatis, & tunc fides pro-
pria, & contritio propria peccatum delent, fides autē
aliena non delet illud, sed disponit ad delendum. s. fa-
ciendo, ꝙ homo habeat fidem propriam per quā de-
H leatur. De isto autem paralytico dicendum, ꝙ pecca-
ta remissa sunt ei non per fidem portantium, sed per
suam, habuit enim fidē a principio antequam porta-
retur, sic dicit Chrys. quòd non permisisset se submit
ti per tegulas, nisi crederet, & tunc potest exponi lite-
ra. s. videns Iesus fidem illorum. i. paralytici, & portā-
tium. & sic exponit Nicol. & valde rationabiliter, vel
etiam dato, ꝙ nō habuisset fidem a principio habuit
saltem fidem antequam peccata ei remitterentur, qđ
ostendit litera, quia Christus dixit confide fili remit-
tuntur tibi peccata tua i. habe fidem, & sic prius dixit
ei, ꝙ haberet fidem, quam quòd peccata ei remitte-
bantur, & tamen Christo dicente paralytico confide
I ille mox haberet fidem, quia verba Christi erant effi-
cacia, ideo prius habuit fidem, quam peccata remit-
terentur ei saltem ordine naturæ, quia potuit esse, ꝙ
simul tempore fuerit ei fides collata, & peccata re-
missa, immo ita fit, quia quando fides de nouo infun-
ditur a Deo simul cum ea infunditur charitas, & om-
nes virtutes, quia aliàs non esset iustificatio generalis
ipsa iustificatio impij, & tamen generalis est, qa Deus
totum hominem simul curat, vt dicit Aug. lib. de pę-
nitentia, & ostenditur 4. senten. distin. 15. ergo in eo-
dem instanti infusa fuit isti fides, & peccata remissa,
sed vnum præcedit alterum natura, sicut causa causa-
tum. s. fides, & gratia peccati remissionem, potuit au-
tem ista fides paralytici ei dari ex meritis portātium
K ipsum, quod potest innui in litera. s. videns Iesus fidē
illorum. i. portantium dixit paralytico cōfide. i. quia
respexit ad fidem portantium ex merito eorum de-
dit paralytico fidem dicens ei confide. non ergo fue-
runt remissa peccata paralytico per fidem alienā, sed
per suam.

Ad primum dicendum, ꝙ intelligitur dictum Hie-
ronym. de sanatione corporali, quæ potest dari homi
ni sine propria fide, eo ꝙ illa totaliter est a causa ex-
trinseca, & non requirit proprium actum. secus autē
de remissione peccati, vbi requiritur proprius actus
propter causas supra positas, & est sensus; ꝙ ad hoc, ꝙ
Christus sanaret aliquem ęgrum corporaliter requi-
rebat, vt communiter ab eo fidem, & tñ interdū non

requirebat .vt ſi aliqui eſſent inſanientes, vel poſiti in excessu mentis propter ęgritudinem, quia ab iſtis non exigebat Chriſtus fidem cum illam habere non poſſent, ſic erat de arreptitijs quos Chriſtus ſępe ſanabat dum actualiter a dæmone arriperentur, ſic patet de duobus arreptitiis, præceden. c. & de alio arreptitio Mar.9.& tunc iſti non poterant habere actum fidei, quia a dęmone totaliter poſſidebantur, & non operabantur ipſi aliquid, ſed dæmon per eos, vel in eis, ſic etiam innuit fuiſſe de iſto paralytico, qui præ magnitudine morbi erat abſorptus, & in exceſſu mentis poſitus, & ſic non poterat habere fidem actualem, & iõ Chrs non exegit eam ab illo, ſed ſuffecit ſibi fides portãtiũ. iſte exceſſus mentis aliqualiter colligitur eo quòd dum iſta fierent paralyticus nihil loquebatur B et ſi Chriſtus ei loqueretur. Quod autem intelligatur de curatione corporali, & non de remiſſione peccati patet, quia aliàs ſequerentur abſurda ex dicto Hierony. ſ. quòd ſi infidelis moreretur in furore qui ſemper fuit infidelis quando erat ſanę mentis, poſſent ei peccata dimitti per fidem eccleſiæ orantis pro eo, & ſequeretur, quòd ſiquis fidelis erat in peccato mortali ſemper antequam incideret in furorem, in quo moritur ſine dolore peccati poſſet ſaluari per fidem, & orationes eccleſiæ. Etiam ſequeretur, quòd omnes qui in peccato mortali ante hoc manebant, & ſubitanea morte pręoccupantur in qua de peccatis nõ poſſunt dolere, poſſent ſaluari, quæ omnia abſurda ſunt, quia omnes ſic morientes eccleſia perire aſſerit. ergo C non intelligitur, ꝙ quantum ad remiſſionem peccati Deus non exigat fidem ab inſanientibus, & conſtitutis in exceſſu mentis per quod ſufficiat fides aliena. ſed intelligitur de curatione morbi corporalis.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ fides aliena valuit hic tantum apud Deum, quòd propter illam ſanauit paralyticum corporaliter, quia etiam ſi non fuiſſet fides propria poterat ſanari paralyticus: valuit etiam fides aliena, vt ſanaretur intus ſ. ad remiſſionem peccati, nõ tamen valuit immediate, ſed diſpoſitiue. ſ. vt ex merito fidei portantium daretur fides paralytico, per quã ſanaretur, vt oſtenſum eſt ſupra.

Ad tertium dicendum, quod poteſt intelligi auctoritas Ambro. de remiſſione peccatorum diſpoſitiue, D vt dictum fuit, melius tamen intelligitur de remiſſione peccatorum, quantum ad reatum pœnę purgatoriæ, vel temporalis, nam peccatum quantum ad maculam, vel offenſam, quæ proprie pertinent ad ipſum non poteſt remitti, niſi per actum proprium, & tamẽ quantum ad pęnam debitam in purgatorio cuius reatus manet ablato peccato, poteſt fides aliena proficere, & ita dicimus, ꝙ vnus homo poteſt ſatisfacere pro alio, quia aliàs indulgentię collatę nobis de theſauro eccleſiæ, quæ ex meritis Chriſti, & ſupererogationibꝰ ſanctorum, nihil nobis proficerent, quod falſum eſt. Quod autem intelligatur de hoc dictum Ambro. patet, quia dicitur ſi de grauium peccatorum diffidis venia, adhibe precatores, adhibe eccleſiam, quæ pro te E precetur, cuius contemplatione, ꝙ tibi dominus negare poſſet ignoſcat, & tamen nulla peccata ſunt quãtumcunque grauia, quæ Deus non remittat peccatori non ſolum pluries roganti, ſed etiam ad vnicum gemitum. Ezech.3. quacunque hora ingemuerit peccator peccati eius non memor ero. Secus eſt de pęna, quia illa non tollitur ſine ſatisfactione, & quia oratio eſt vnum de tribus operibus ſatisfactionis, vt colligitur.4.ſenten.diſtinct.15. & ibi tenent hoc omnes doctores. & vnus homo poteſt pro alio ſatisfacere, neceſſe eſt, ꝙ cum plures ſint ſatisfactionis opera faciãt de maioribus ſatisfaciant, & etiam citius, quam ſi ſolus homo pro ſeipſo ſatisfaceret, & ſic verum eſt, ꝙ

Vnus hõ poteſt pro alio ſatiſfacere.

A aliqua peccata ſunt, de quibus peccator non poſſet ſolus per orationem ſuam obtinere hic plenam remiſſionem quantum ad pœnam, & ſi tota eccleſia orauerit pro eo poterit conſequi cito iſtam remiſſionem, quam Deus ei ſoli oranti negare poſſet. ſ. quia ſolus non poſſet hic ſatisfacere.

Quare Chriſtus dixit paralytico remittuntur tibi peccata tua, cum non ad hoc ei offerretur.

Queſt. IX.

QVAERETVR quare Chriſtus dixit hic paralytico remittuntur tibi peccata tua, quia paralyticus non offerebatur ei ad conſequendum remiſſio- B nem peccatorum, ſed ad habendam corporalem ſalutem.

Aliqui dicunt, ꝙ hoc fecit Chriſtus, quia quando aliquem ſanabat corporaliter etiam ſpiritualiter ſanabat, quia vt dicitur Ioann. ſeptimo cap. Chriſtus totũ hominem ſanum fecit in ſabbato. i. intus, & extra, ſed ſanitas interior eſt remiſſio peccatorum, ideo dixit remittuntur, &c.

Dicendum, ꝙ non ſtat. Primo, quia iſtud non conſtat an ſanaret Chriſtus a peccatis omnes quos ſanabat a morbis, quia iſta duo ſunt multum ſeparata, & poteſt vnum ſine altero haberi, quia tamen vt cõmuniter dicitur, quòd Chriſtus omnes ſanabat intus, & extra poteſt hoc concedi, illud tamen. ſ. totum homi- C nem ſanum fecit in ſabbato non probat hic, quia intelligitur de corporali ſanitate. ſ. quia habebat homo ille multos morbos, & ab omnibus ſimul eum Chriſtus ſanauit, cum tamen potuiſſet ſanare ab vno non ſanando ab alio.

Secundo patet, quia dato, ꝙ omnes, qui corporaliter ſanabantur ſpiritualiter ſanarentur non ſtat hoc, quia plurimos alios Chriſtus ſanauit a morbis, & tamen non dicebat eis remittuntur vobis peccata veſtra.

Alii dicunt, quòd hoc fuit, quia morbus accidit homini propter peccatum, & prius debet auferri cauſa morbi, quam tollatur morbus, ſic dicit Hieron. ſuper. Mat. hic datur nobis intelligentia propter peccata ple- D raſque euenire corporum debilitates, & idcirco forſitan prius dimittuntur peccata, vt cauſis debilitatis ablatis ſanitas reſtituatur, ſic etiam dicit Beda hominẽ autem dominus a paralyſi curaturus primo peccatorum vincula diſſoluit, vt oſtẽderet eum ob nexus culparum artuum diſſolutione damnari, & niſi his relaxatis membrorum non poſſe recuperatione ſanari.

Dicendum tamen, ꝙ hoc non ſufficit, quia licet verum ſit omnes morbos, & pœnalitates quaſcunque prouenire ex peccato mediate, vel immediate, ſcilicet ex peccatis noſtris, vel ex peccato Adę, tamẽ Chriſtus non dixit remittuntur, &c, propter hoc, quod patet. Primo, quia vt dictum eſt plurimos alios Chriſtꝰ ſanauit quorũ etiam ægritudines ex peccato eueni- E bant, & tamen non dixit illis remittuntur, &c. immo iſtud Chriſtus non dicebat, quando volebat aliquem ſanare corporaliter, ſed ſolum quando ſpiritualiter, ſic fuit de Magdalena, de qua dixit dimittũtur ei peccata multa, quia dilexit multum Luc.7. illam tamen a nulla corporis ægritudine Chriſtus ſanauit, ſed ſolum a peccatis, & hoc etiam ſolum ipſa petebat. eo. c.

Secundo patet, quia non eſt verum generaliter, vt dicit Beda, quod ægritudines non poſſunt ſanari, niſi relaxatis peccatis, quia quoſdam Deus ſanat quotidie ab ægritudinibus, nunquam tamen peccare deſinũt, & tamen ſunt ægritudines illę propter peccatum.

Tertio, quia etiam econtrario accidit. ſ. quòd interdum quidam ſanentur a peccatis omnibus, & tamen

non

non liberentur ab ęgritudinibus, quia aliàs possent fieri homines immortales si dolendo de peccatis cessarent ægritudines, & tamen non cessant: ideo peccatũ, & ægritudo non habent necessariam connexionem, ita quòd ad hoc, ꝙ ægritudo cesset, peccatum debeat prius dimitti, ergo non dixit Christus propter hoc.

Alii dicunt, quòd hoc fecit Christus ad ostendendum, quòd iste peccauerat, & quòd non posset dicere se non peccasse, sic dicit August. lib. de concordã. euan. s. quòd autem dicit homo dimittuntur tibi peccata ad hoc insinuandum valet, quia homini dimittebantur peccata, qui hoc ipso, ꝙ homo erat nõ posset dicere non peccaui.

Sed hoc, licet verum sit non sufficit, quia in aliis hoc Christus non dicebat, qui etiam homines erant, & non poterant negare se peccasse.

Quarto dicunt alii, ꝙ dixit hoc Christus ad ostendendum se esse Deum, quia nemo potest dimittere peccata, nisi Deus Mar. 2. & Luc. 5. per hoc ergo Christus ostendebat se Deum esse cum peccata remitteret, sic dicit Augu. vbi supra. s. simul etiam vt ille qui homini peccata dimittebat intelligeretur esse Deus.

Quinto potest dici, & melius, quòd licet Christus hoc faceret ad istum finem, tamen immediare faciebat ad suscitandum quãdam discordiam in Pharisęis, & Scribis contra se per quam ostenderetur clarius eẽ Deus, nã per miracula, quæ Christus faciebat se Deũ esse ostendebat, & ad hunc finem faciebat illa. vt tamen manifestius hoc ostenderet voluit suscitare cõtra se Pharisęos, ex qua repugnantia magis appareret miraculum, si enim Christus solum sanasset paralyticum, nihil aliquod dicens, non putassent Iudæi ꝑ hoc illum esse Deum, nec etiam crederẽt, ꝙ ipse per hoc ascribebat sibi deitatem, quia etiam prophetæ aliqui miracula fecerant, voluit ergo aliquid dicere per qđ Pharisæi, & Scribæ crederent eum esse Deum, vel errare, & etiam viderent, quòd ipse volebat ostendere se esse Deum, & hoc fuit dicendo remittuntur tibi peccata tua, quia Iudęi credebant, quòd nemo poterat peccata dimittere, nisi solus Deus. Mar. 2. & Lu. 5. quod verum est, ideo quando Christus dixit dimittũtur, &c. illi dixerunt ille blasphemat, & ex hoc fuit Christo occasio ad ostendendum, quòd poterat peccata remittere, vt probaret, ꝙ nõ blasphemabat, & dixit eis quare cogitabant mala in cordibus suis, & ostẽdit per signa, quòd ipse poterat peccata remittere, & consequenter constabat eum esse Deum. si tamen non dixisset remittuntur, &c. non fuisset occasio ad aliquid istorum, & sic non appareret ita manifeste eũ esse Deum, ideo dixit hoc, vt ex discordia Pharisæorum esset occasio ad istud probandum euidenter. s. ꝙ Deus erat.

Quomodo Christus nunc remisit peccata paralytico sine confessione cum sit necessaria. Et ꝙ confessio est præceptũ legis nouæ, & non de iure naturali. Et quod peccata notoria oportet confiteri propter duo.

Quæst. X.

QVAERETVR quomodo Christus nunc remisit peccata paralytico sine confessione cum illa sit necessaria. Aliqui dicunt, ꝙ non requiritur confessionem esse actualiter ad remissionẽ peccati, sed sufficit eam esse in proposito, vt ostenditur. 4. sen. dist. 15. & hoc verum est. Sed tunc dicetur quomodo fuerũt remissa, quia paralyticus non habuit etiam propositũ confitendi, nec fuit alicui confessus.

Dicendum, quòd paralytico remissa sunt peccata sine confessione actuali, & proposito confitendi ꝓ multa. Primo, quia confessio non erat tunc ex præcepto, quia dolere de peccato est de iure naturali, confiteri tamen nec est de iure naturali, nec erat præceptũ in veteri testamento, sed est pręceptum legis nouę, & ecclesię determinantis tempus, & modum, & alias cęremonias confessionis, & quia nondum erat a Christo sacramentum istud institutum, vel etiam si esset institutum nondum obligabat, quia lex noui testamẽti cuius erat istud sacramentum, nondum inceperat obligare, quia Christus non erat mortuus, nec ipsa erat adhuc plene publicata, ideo non tenebatur iste paralyticus confiteri, nec habere propositum confitendi.

F

Secundo, quia dato, quòd incępisset obligare præ-
G ceptum de sacramento pęnitentiæ, non obligaretur, paralyticus nunc confiteri, quia quòd fiat remissio peccati per confessionem istud est quantum ad viam communem, quando sacramentum istud dispẽsatur per ministros, qui non habent aliam potestatem, nisi secundum quod a iure eis impositum est, ideo neminem possunt absoluere, nisi confitentem: Christus autem habet potestatem super sacramenta, ideo absoluere poterat sine confessione, & sine proposito confitendi.

Tertio, quia superuacuum erat velle aliquid Christo confiteri, quia ipse melius nouit quid sit in homine, quam homo ipse, ita vt non sit opus ei aliquid di-
H cere, sic dr̃ Io. 2. ipse nouerat omnes, & non erat opus, vt quis testimonium perhiberet de homine, ipse. n. sciebat quid esset in hoĩe, ideo si aliquis vellet Christum honorare. & petere ab eo veniam peccatorum non oportebat explicare ei peccata, quia istud esset innuere, quòd nesciebat illa. melius ergo erat petere ab eo veniam de peccatis in generali, vel etiam ostendere signa petendi, sic enim fecit Magdalena lachrymis rigans pedes Iesu Luc. 7. & ipse dixit remittuntur tibi peccata tua. tanquam intelligeret, quòd non petebat, nisi veniam de peccatis, sacerdotes autem nesciunt peccata nostra, nisi inquantum eis verbo notificamus, quia nemo scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in eo. 1. Cor. 2. & ideo oportet eis
I confiteri. Si autem interdum contingat, quòd sacerdotes sciant aliqua peccata nostra, vt quia sunt notoria, vel quia viderunt nos peccare, adhuc oportet ista peccata eis confiteri propter duo. Primo, quia sic cõstitutũ est. s. vt omnia peccata cõfiteamur nihil omittendo, & contra faciens peccaret mortaliter, vel saltem confessio esset sibi inutilis. Secundo, quia sacerdos non debet absoluere quemquam, nisi videat, ꝙ displicet ei de peccatis, quia aliàs non esset sacramentum, cum deficiat contritio, quæ est præcipua pars sacramenti, potest tamen quis dolere de vno peccato volendo adhuc manere in aliquo alio peccato, quod commisit, non potest tamen tunc absolui de aliquo, quia de necessitate poenitentiæ est, quòd sit integra. i. ꝙ nullum peccatũ sit in cuius delectatione velit ad-
K huc peccator manere, vt ostenditur. 4. senten. dist. 15. non potest tamen constare confessori, de quibus peccatis dolet peccator, & de quibus non dolet, nisi ex confessione sua, ergo oportet ꝙ confiteatur omnia, immo si esset aliquod peccatum confitentis notum aliàs sacerdoti, & illud non confiteret̃ haberet occasionem sacerdos cogitandi, ꝙ peccator non doleret de illo peccato, & sic esset dubius an deberet eum absoluere, quia dubitaret an esset vere pęnitens, ideo debet sacerdoti omnia peccata dicere. Christo autẽ non erat opus aliquod dicere, & sic conuenienter peccata remissa sunt pararalytico sine confessione, & proposito confitendi.

Quomodo Christus remisit nunc paralytico peccata sine satisfactione. Et quod ad omnimodam peccati remissionem duo sunt necessaria. Et quod pœnitentia habet partes materiales, & formales.

Quæst. XI.

QVAERETVR quomodo Christus remisit nunc paralytico peccata sine satisfactione, & istud est maius dubium, quam præcedēs, quia confessio peccatorum non est de iure naturali, nec etiam erat necessaria de iure diuino positiuo tēpore quo isti paralytico peccata remissa sunt, satisfactio tamen pro peccato semper fuit de iure naturali, & positiuo, ideo videbatur teneri paralyticus ad satisfactionem.

Dicendum, quòd verum est, quòd iste paralyticus tenebatur ad satisfactionem, & tamen Christus non imposuit eam ei nunc. Pro quo sciendum, quòd ad peccati remissionem omnimodam sunt duo necessaria. Primum est detestatio peccati præteriti. Secundum est satisfactio pro illo: cum primo etiam debet intelligi detestatio peccati futuri, idest quòd non solum doleat quis, quòd peccauit, sed etiam, ꝙ non habeat intentionem vlterius peccandi. Primum istorum non potest suppleri per aliquid aliud, nec etiam per aliam personam, nisi per peccantem. Secundum autem potest suppleri per aliquid alterum, vel p actū alterius personæ, quia potest vnus homo satisfacere pro altero, non potest tamen vnus dolere pro peccato alterius, ita ꝙ per istum dolorem remittatur alteri peccatum, ideo Christus primum istorum imponebat, quando peccata remittebat, vt patet Io. 7. de muliere depræhensa in adulterio cui Christus dixit vade & amplius noli peccare. i. habe voluntatem nūquam amplius peccandi, nam præsupponitur, ꝙ de præterito peccato iam doluerat, & ita potest esse, & est satis verisimile, ꝙ dixerit isti paralytico amplius noli peccare, quando dixit vade in domum tuam. s. vade in domum tuam, & amplius noli peccare, licet nullus euāgelistarum hoc expresserit, quia sic Christus dixit, qñ sanauit alium paralyticum Io. 5. s. ecce sanus factus es iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. De satisfactione autem nihil habetur hic, nec est verisimile, ꝙ Christus imposuerit ei aliquam, quia etiā aliis quos curabat non imponebat illam, sed solum dicebat noli peccare, & hoc quia impositio satisfactionis non erat causa necessaria, sicut detestatio peccati, & hoc quia potest vnus pro altero satisfacere, sed nemo potest pro alio peccatum detestari, etiam quia satisfactio fit interdū pro peccatis nostris sine aliquo actu nostro per solam ecclesiæ remissionem, vt quando conceduntur indulgentiæ, quia non est ibi necessarius aliquis actus satisfactionis ꝓ pœna debita in purgatorio illis peccans ad quæ se extendit indulgētia cōcessa ab ecclesia. Christus ergo peccata remittebat nullam imponendo satisfactionem. Et hoc primo ad ostendendam excellentiam suam, quia ex plenitudine potestatis non solum poterat peccatum dimittere, sed etiam totam pœnam peccato debitam, quod non possunt sacerdotes, quia nullam virtutem habēt vt de suo nobis conferant ad satisfaciendum. Secundo, quia etiam si Christus non imponeret satisfactionem per se, intelligebatur, ꝙ teneretur paralyticus satisfacere, quia quicunque peccat ipso facto est naturaliter obligatus ad satisfaciendum de peccato si remissionem habere vult, & ideo satisfactio nō est pars sacramenti pœnitentiæ, quasi voluntarie apposita, aut cæremonialis, sicut confessio, sed ipso iure debita, etiā si non exprimatur, impositio tamen satisfactionis. i. ritus imponēdi, vel quòd debeat imponi, est cæremo-

A nialis, & introductus per ecclesiam, quia etiā si sacerdos nullam pœnitentiam imponeret, non tolleretur quin esset integrum sacramentum, & maneret obligatus confitens ad satisfaciendum, ex sola ergo cæremonia ecclesiæ introducta est impositio satisfactionis, ideo cum tempore Christi non obseruaret̄ ritus sacramenti pœnitentiæ non oportebat, quòd imponeret satisfactionem aliquam remittendo peccata, qa vel ex plenitudine potestatis dimitteret simul peccatum, & pœnam peccati, vt si non dimitteret maneret homo ad satisfactionem obligatus, ēt non imposita satisfactione. Cum autem dicitur, quòd satisfactio erat de iure naturali verum est, sed non impositio satisfactionis, ideo etiam si Christus non imponeret eā
B nihil ageret contra ius naturale, quia maneret satisfactio debita pro peccato explenda per illum, vel per alium loco eius. Tertio, quia etiam si Christus vellet obseruare ritum sacramenti pœnitentiæ, sicut nunc obseruatur, non oporteret, vt pœnitentiam imponeret, quia etiam nunc impositio pœnitentiæ non est de necessitate sacramenti, sed solum est ritus quidam totius ecclesiæ, quod patet, quia sacramentum pœnitentiæ habet partes materiales, & formales, materiales se tenent ex parte confitentis, & sunt tres. s. contritio, cōfessio, & satisfactio, & intelligitur satisfactio in proposito, vel in actu, pars formalis tenet se ex parte sacerdotis. s. absolutio, & istæ sunt necessariæ ad integritatem sacramenti pœnitentiæ, ita ꝙ si aliquid eorum
C desit non est integrum sacramentum, impositio autē pœnitentiæ non est aliquid istorum, ideo non est de necessitate sacramenti, vnde etiam si sacerdos omittit imponere satisfactionem, non propter hoc sequit̄ quin sacramentum sit integrum, potest tamen peccare omittendo istud.

Pro quo dicendum, ꝙ aut omittit voluntarie, aut ex obliuione, si voluntarie peccat, quia contemnit ritum totius ecclesiæ, licet nihilominus sacramentum sic sit integrum. Si autem ex obliuione, idest non aduertendo omittat imponere pœnitentiam, nō est necesse, quòd peccet, & sic Christus etiam si obseruaret sacramentum, sicut nunc, non oportebat, ꝙ imponeret satisfactionem.

D

Qui Scribæ erant qui contra Christum murmurarunt, & quomodo huc conuenerunt.

Quæst. XII.

QVAERETVR de istis Scribis qui nunc contra Christum murmurauerunt, qui erāt, & quomodo huc conuenerant.

Dicendum, ꝙ Scriba secundum Hebræos vocatur sapiens apud Latinos, & ita isti vocabantur Scribæ. i. sapientes Iudæorum, sic patet Luc. 5. nam vbi dicitur hic Scribæ dicitur ibi legis doctores, qa apud Iudæos illi soli vocabantur sapientes, qui in lege sua periti erant, quia nō habebant aliam sapientiam, nisi legem:
E vel saltem istam vocabant sapientiam suam a qua gloriabantur se esse sapientes. sic dicitur Deuteronom. 4. hæc est sapientia vestra, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersa præcepta hæc dicant. En populus sapiens, & intelligens, gens magna, nec est alia natio tam grandis. de istis sapientibus legis. i. Scribis dicendum, quòd conueniebant multi ad audiendum Christi doctrinam, & maxime nunc. nam dicitur Lucæ. 5. ꝙ erant Pharisæi sedentes, & legis doctores, qui venerant ex omni castello Galileæ, & Iudææ, & Ierusalem, isti veniebant, vt communiter ad audiendum doctrinā Christi, vt possent inuenire aliquid de quo eum accusarent, sic dicitur Luc. 6. obseruabant autē Scribæ si in sabbato curaret, vt inuenirent vnde accu-

satent

F faœent illum. Aliqui tamen de istis legis doctoribus bono animo Christi doctrinam audiebant, & credebant in ipsum, sic patet de Nicodemo, qui credebat in Christum Ioan. 3. & erat discipulus eius occultus tamē propter metum Iudæorum Lucę 23. erat tamē iste doctor legis, sic Christus dixit ei Ioan. 3. tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Ita etiam multi alij de doctoribus legis, & principibus Synagogę credebant in eum, & libenter ipsum audiebant, & tamen non manifestabant seipsos timentes perdere honorem Synagogę Ioan. 12. scilicet veruntamen ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, vt de Synagoga non eijcerentur, dilexerūt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei. De istis Pharisæis, & Scribis, qui nunc venerant non constat quo animo venerint. Aliqui putant, G quod animo calumniandi, quod apparet, quia cęperunt contra Christum mala cogitare, vt in litera dicitur. Dicendum tamen, ꝙ ex hoc non constat, quia poterat esse, quòd bono animo venerint, & tamen verbum Christi erat ita durum, quòd non erat mirū eos murmurare quousque viderent signa probantia eum esse Deum, si autem postquam sanauit paralyticum murmurassent contra ipsum pro hoc verbo apparebat malo animo hoc agere, & ad calumniandum venisse, & tamen non apparet, quòd postea murmurarent, cum potius dicatur, quòd turbę timuerunt, & laudauerunt Deum, ergo non constat quo animo venerunt.

H

Quare loquitur hic solum de scribis, quòd intra se istud cogitabant. Quæst. XIII.

QVAERETVR cum scribæ, & Pharisæi nūc Christum audirent, quando dixit remittūtur tibi peccata tua, vt patet Lucę 5. quare solum dicitur hic de scribis, quod intra se istud cogitabant.

Dicendum, quòd tam scribæ, quam Pharisæi contra Christum cogitauerunt, quòd blasphemaret nūc Lucę 5. scilicet cæperunt cogitare scribæ, & Pharisæi dicentes, quis est hic, qui loquitur blasphemias? Matthæus tamen dixit de scribis, ad ostendendum magis I rationem dubitandi: nam scribæ, & Pharisæi habebātur in populo in magno honore, & tamē diuersimode, quia Pharisæi honorabantur, tanquam viri religiosi, & excellentiores cæteris in obseruantia legis, & in multis alijs cæremonijs, sicut sunt religiosi nunc inter cæteros homines, habebant enim multas superuacuas cæremonias, quæ ostēdebant quandam exteriorem sanctitatem, sed non erant vere sancti, sed potius maligni ipsi Pharisęi, de quibus Christus tanquā superstitiosos arguit eos Mar. 7. & infra 15. Scribæ autem erant doctores legis, & propter hoc populus honorabat eos, non tamen habebantur in tanta opinione sanctitatis apud plebem, sicut Pharisæi; & tamen, K quia vtrique erant excellentes in populo simul solent nominari, maxime quia aliqui etiā de Pharisæis erant doctores legis, & prædicabant, sicut scribę, sic dicitur infra 23. super Cathedram Moysi sederunt scribæ, & Pharisæi, scilicet ad prædicandum, quod patet, quia subditur. omnia quæcunque dixerint vobis seruate, & facite. De conditionibus autem Pharisæorum, & Saducæorum, & Hesenorum dictum est supra 3. c. q. 63. istud autem dubium de quo murmurabatur nunc contra Christum erat dubium ad solos sapientes pertinēs, s. an solus Deus peccata remittat, vel possint etiā per hominem remitti, & quomodo: nam hoc non poterat sciri, nisi per legem, vel naturalem rationē. in vtraque autem soli sapientes vigent, si autem Christo

F dicente hoc aliqui simplices solum, vel plebei murmurarent non erat respiciendum ad eos, & contemnerentur ab omnibus, quasi ignoranter loquentes, & tunc non oportebat, quòd Christus faceret miraculū aliquod ad eos conuincendum, quia esset factum sine causa, nunc vero cum doctores legis quorum sententię totus populus stabat murmurarent de hoc, etiam populus faueret eis, & sic esset necessitas faciendi miraculum ad hoc, quòd Christus ostenderet se recte dixisse, & quia Pharisæi, vt in plurimum non erant sapientes, nec habebantur, vt sapientes, sed vt viri religiosi, etiam si ipsi soli mouerēt hoc dubium contemnerentur, ideo ad ostendendum dubium magnum, & causam necessariam faciendi miraculum non oportuit dici, nisi de scribis, licet etiam Pharisęi hęc cogi- G tarent, & sic etiam Mar. dixit, erant illic quidam de scribis cogitantes in cordibus suis, nō ergo dici oportuit, nisi de scribis.

Quare dicitur, quòd scribæ hic intra se cogitabant mala. Quæst. XIIII.

QVAERETVR quare dicitur, quòd scribæ intra se hoc cogitabant.

Dicendum, quòd propter multa. Primo, quia forte timebant populum. nam populus habebat Christum, vt prophetam, & sic sapientes non auderent ei resistere, vel eum palam impugnare, sic interdum principes sacerdotum nitebantur Christum compręhendere, H sed non audebant propter populum, quia omnes eū, vt prophetam habebant Io. 7. sic etiam instante passione non audebant capere Christum præsente populo propter scandalum infra 26. scilicet non in die festo ne forte tumultus fieret in populo. Secū do, quia forte scribę non audebant, adhuc publice contra Christū aliquid dicere, quia forte poterat Christus taliter exponere verba sua, quòd non essent blasphemia, ideo etiam si non fuisset Deus, potuisset exponere verba ista in bono sensu, quia Christus nō dixit remitto tibi peccata tua, sed remittuntur, & sic poterat intelligi, ꝙ Deus illa remittebat, & non Christus. Et si diceretur ei, quomodo ergo dicit remittuntur, &c. poterat di- I cere, quòd dixerat annunciatiue, scilicet quòd ipse erat propheta, & Deus reuelauerat ei, quòd remitterentur peccata isti homini, & ita ipse annunciabat, est tamen verum, quòd non dixit in hoc sensu, sed innuit, quòd ipse remittebat peccata, quia erat Deus potens hoc facere, scribæ tamen, quia forte putabant, quòd ipse posset in aliquo sensu vero exponere ista verba, nondum audebant eum arguere. Tertio fuit, quia ista erat res periculosa: nam si verum esset, quòd Christus blasphemaret, vt illi putabant, erat reus mortis, quia blasphemi lapidantur secundum legē Moysi Leu. 24. in rebus autem tam grauibus non debet quis seipsum pręcipitare, ideo non audebant adhuc loqui sapientes, sed forte expectabant, quòd etiam alias bla- K sphemias adderet, & sic possent eum iuste arguere. Quarto fuit, quia non fuit eis locus loquendi: nam mox, vt ista cogitare cæperunt, Christus dixit, quid cogitatis mala in cordibus vestris? & sic antequam loqui possent præuenit eos, & istud est verum Mar. 20. scilicet erant quidam de scribis cogitantes in cordibus suis, & sequitur. quo statim cognito Iesus in spiritu suo, idest immediate, vt cæperunt cogitare cognouit quid cogitarent, & mox locutus est, quia aliás ipsi erupissent in vocem, fuit tamen conueniens, ꝙ Christus prius diceret eis quid cogitarent, quam ipsi exprimerent, vt dicetur sequenti q. & ista fuit causa præcipua, & etiam prima, scilicet quia timuerunt plebem, sic dicit Chrysosto. metu autem multitudinis

nam

suam intentionem aperire Pharisęi non audebant, & sed solum in cordibus suis meditabantur, & tamen 4. causa est verior omnibus.

Quare Christus locutus fuit respondens cogitationibus Scribarum antequam ipsi quidquam loquerentur. Vbi quòd neque Angeli neque dæmones sciunt cogitationes hominis, nisi solus Deus. *Quæst.* X V.

QVAERETVR quare Christus locutus fuit respondens cogitationibus scribarum antequam ipsi quidquam loquerentur.

Dicendum, quòd propter multa. Primo vt ostenderet se esse Deum: nam nemo nouit cogitationes hominis, nisi Deus, & ipse met homo. de Deo patet ad Hebræ. quarto, omnia nuda sunt, & aperta oculis eius, & non est ei inuisibilis aliqua creatura, & Psal. 7. dicitur scrutās corda, & renes Deus: cæteri autem, siue dæmones, siue Angeli nesciunt cogitationes hominis 1. Cor. 2. quis enim scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Christus autē cognoscebat cogitationes, & mox, vt homo inciperet cogitare sciebat quid cogitaret. Mar. 2. scilicet quo statim cognito Iesus spiritu suo, quòd sic cogitatent intra se.

Secundo fuit hoc ad certificandum eos de eo in quo dubitabant, quia dubitabant Christum posse peccata remittere, immo credebant, quòd non poterat, ostendit ergo, quòd homo poterat per aliud æquale, scilicet per cognitionem cogitationum in qua vtrunque ostendit, scilicet se esse Deum, & peccata posse remittere. De primo dicit Ambro. super Lucam dominus saluos volens facere peccatores ex occultorū cognitione se esse Deum demonstrat. De secundo patet, quia dicit Cyrillus o Pharisęe, qui dicis quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus? respondebo tibi quis potest secreta cordis scrutari, nisi solus Deus, qui per prophetas dicit, scrutans corda, & probans renes, sic etiam dicit Chrysosto. si increduli estis circa principium, scilicet remissionem peccati, ecce aliud adijcio dum intima vestra patefacio.

D Tertio fuit, vt præueniret locutionem Scribarum: nam cum cæpissent cogitare, quòd Christus blasphemabat dicturi erant hoc coram turba, & tunc scandalum fieret in plebe, & licet Christus vellet illud placare, forte non posset humanitus bene placari, & ita non esset locus miraculo, quia populus turbatus non respiceret ad miraculum, quod facere volebat, nec ad probationem deitatis, quam per hoc intendebat, cum ergo istud scandalum nocere poterat, vitauit illud præueniendo Scribas ne loquerentur.

An Scribæ peccauerunt cogitando intra se, cum in grauibus non est præcipitanda sententia. *Quæst.* X V I.

QVAERETVR an isti Scribæ peccauerunt nunc cogitando ista intra se.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia Christus arguit eos, & tamen non esset iusta increpatio, nisi peccassent.

Secundo, quia Christus dixit eis, quid cogitatis mala in cordibus vestris? ergo malum faciebant ista cogitando.

Tertio, quia imprudentes videntur egisse præcipitando nimis sententiam in re tam dura, quia mortis reus erat, q blasphemaret, & tamē in grauibus nō est præcipitanda sententia, sed differenda, sic dicit Cyrillus in hoc mortis præcipitant sententiam, erat enim mandatum in lege, quòd quicunque blasphemaret in Deum morte puniretur.

A Dicendum, quòd aliquis actus est, qui quantum ad exteriora est indifferens, & ex intentione efficitur bonus, vel malus, ita hic ex his, quæ dicuntur Scribæ fecisse non constat eos peccasse, quia poterant hæc corde simplici, vel maleuolo fieri, non tamen cōstat quo animo fecerunt, quia vt ostensum est supra q. 13. non constat quo animo venerint isti ad audiendum Christum, quia aliqui Scribę bono animo veniebant, alij autē maligno corde: si enim animo iniquo venissent, dicenda erat ista cogitatio iniqua, & peccarent, si autē venerint bono animo, poterat iudicari cogitatio eorū iusta, & non peccarent, sed potius essent zelatores legis, est tamen dicendum, quòd aut isti aliàs audiuerāt

B Christum docentem, & miracula facientem, vel nō, si audiuerant aliàs reprehensibiles erant, quia ex operibus eius colligi poterat, quòd esset Deus, & sic non erat admirandum, quòd diceret se peccata remittere: nam cum essent sapientes, ex operibus eius poterant arguere ipsius potestatem, si autem nulla eius miracula adhuc viderant, iuste mouebantur cogitantes, ꝙ blasphemaret, quia nondum poterat eis constare, ꝙ esset Deus, & tamen ex verbis suis se Deum faciebat dicendo, quòd peccata remitteret, & ideo ex zelo legis adhuc grauius poterant prorumpere contra eum, quia tam graue erat, quòd vnus homo purus diceret, quòd erat Deus, sicut dicere colamus Deos alienos, & tamen si aliquis propheta quantumcunque miracula faciens, diceret eamus, & colamus Deos alienos,

C statim occidendus erat: Deuterono. 13. ergo si homo purus diceret se esse Deum occidendus erat, quia erat ista grauissima blasphemia, & tamen tale erat siquis diceret, quod peccata dimitteret, sicut Christus asserebat, ideo si ante hoc miracula eius non viderāt, mitum est quomodo non durius proruperunt contra ipsum, ideo in dubijs non oportet istos asserere peccasse.

Ad primum dicendum, quòd non fuit proprie redargutio ista, quam Christus fecit, sed magis quędam instructio ne errarent, quia incipiebant isti Scribæ errare contra Christum ex ignorantia, quæ poterat esse probabilis in eis, & inculpata, vt dictum est, vt tamen non procederet error iste ad amplius, instruxit eos ista dicendo.

Ad secundum dicendum, quòd isti cogitabāt mala in cordibus suis, idest rem malam, scilicet falsum putantes, quòd Christus blasphemaret, & erat error, non tamen erat mala cogitatio, idest ex malo animo procedens, vel irrationabilis, cum iuste possent hoc cogitare si miracula Christi non viderant, vt supra dictum est.

Ad tertium dicendum, quòd isti non multum pręcipitauerunt sententiam, quia illa consistebat adhuc in sola cogitatione, nec in vocem proruperat, non ergo erat periculosa præcipitatio, qualis prohibetur in rebus grauibus.

E *Quare per ista signa, quæ Christus fecit non vocauit se Deum. Et quòd debuit antequam occideretur, occultare deitatem suam. nec tamen debuit tacere se esse Deum & esse Messiam.* *Quæst.* X V I I.

QVAERETVR cum Christus intenderet hic ostendere se esse Deum per ista, quę faciebat, quare non vocauit se Deum, quia ad directe respondendum hoc dicendum erat, cū enim dixerunt Scribæ hic blasphemat quis peccata potest dimittere, nisi solus Deus? poterat Christus dicere, & ego possum peccata dimittere, quia sum Deus, & non oportebat vti pluribus circumloquijs.

Dicendum, quòd Christus non dixit hoc propter multa.

multa. Primo propter scandalum intolerabile; erat enim in auribus Iudæorum istud tam absurdũ siquis diceret se esse Deum, quòd etiam si fecisset plura miracula, quam cogitari possent, nemo ei crederet, nec audire vellent rationem aliquam, aut probationẽ, sed clauderent aures suas, tanquam ad blasphemiam, & insurgerent in eum ad mortem: nam minus erat, vel saltem videbatur, quòd aliquis propheta post multa miracula, quæ fecisset diceret eamus, & colamus aliũ Deum quem ignoratis, quam quòd diceret ego sum Deus, nam de re, quæ non videtur potesant cogitare, quòd haberet aliquam deitatem, quod tamen homo viuens inter eos posset esse Deus nullo modo poterãt concipere, & tamen si ille propheta diceret colamus alium Deum quem ignoratis nõ erat audiendus, sed illico occidẽdus. Deuteron. 13. ergo a fortiori siquis hominum aperte diceret ego sum Deus, nemo hoc sustineret quantacunque miracula fecisset, voluit ergo Christus vitare istud grauissimum scandalum, quia si hoc diceret nec ad miracula sua respiceretur, nec doctrinam eius quisquam audiret, sed vnanimiter tota gens insurrexisset in eum ad occidendum ipsum patet hoc ex alijs minoribus in quibus suscitatum est graue scandalum, vt Ioan. 8. Christus dixit antequam Abraham fieret ego sum: nam sustulerunt lapides, vt iacerent in eum, ita vt oporteret, quòd se abscõderet, & exiret de templo. illud tamen valde minus erat. Primo, quia non dicebat aperte se esse Deum. Secũdo, quia ista verba exponi poterant, vt non esset Deus, quia poterat esse Enoch quem transtulit Deus in Paradisum Gen. 5. & Eccle. 45. & de quo late dictum est 4. Regum 2. & sic ille fuit ante Abraham longo tempore, & nunc poterat esse a Deo missus, sicut aliquando mittendus est. Tertio, quia quando Christus illud dixit prædicauerat iam longo tempore, quia illud fuit pauco tempore ante passionem suam, nunc autem adhuc pauco tempore prædicauerat in Galilæa, ideo minus scandalizari debebant, quando diceret antequam Abraham fieret, &c. quam si nunc illud diceret, & potissime rem grauiorem, scilicet quòd Deus erat, nemo ergo tolerasset si Christus hoc diceret.

Secundo patet, quia Ioan. 10 Christus dixit opera, quæ ego facio testimonium perhibent de me, & ego do vitam æternam, & sustulerunt Iudæi lapides, vt lapidarent eum: non tamen dixit ibi aperte, quòd erat Deus, sed per circumloquia, & Iudæi hoc intelligentes voluerunt eum lapidare, a fortiori ergo lapidarẽt si aperte diceret, ego sum Deus vester.

Tertio patet infra 26. quando petiuit Cayphas a Christo an esset filius Dei, & illo dicente ammodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli. quo audito Cayphas rupit vestimenta sua dicens blasphemauit quid adhuc egemus testibus? & omnes dixerunt reus est mortis. ibi tamen non dixit se aperte Deum, ergo grauius esset nunc scandalum si hoc diceret. Simile etiã fuit in Stephano, qui dixit video cœlos apertos, & Iesum stantem a dextris Dei. Actu. 7. Iudæi autem dicentes hoc esse blasphemiam lapidauerunt eum, ita ergo nunc facerent, & clauderent aures suas nolentes amplius eum audire, nam sic fecerunt de Stephano eodem c. scilicet exclamantes autem voce magna cõtinuerunt aures suas, & impetum fecerũt vnanimiter in eum. non ergo debuit Christus aperte dicere ego sum Deus, quia ista vox nullo modo potuisset audiri, sic patet Ioan. 10. cum Christus dixit. ego do eis vitam æternam, & Iudæi vellent eum sublatis lapidibus lapidare, dixit multa bona opera ostendi vobis propter, quod eorum me lapidatis, & illi dixerunt de bono opere nõ lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu cũ

F sis homo facis teipsum Deum, istud ergo, nunquam erat dicendum, quia erat scandalosum valde, sed poterat persuaderi paulisper per aliqua circumloquia, nam ad rem grauissimam non est subito tendendum nihil antẽ grauius maius, & incredibilius de homine dici poterat, quam quòd Deus esset, ideo licet verum esset, quòd Christus esset Deus, & haberet ad hoc firmissima testimonia nõ debuit a principio dici Iudæis adhuc rudibus, & longe manentibus, vt ad hoc perduci possent, sed prius debuerãt corda ipsorum emolliri, & placari vidẽdo mirabilia, quæ Christus faceret, & sic paulisper de eo magna credere inciperent, vt iã plene dispositis annunciaretur, quòd Deus erat, ita G factum est, quia Christo viuente, nunquam annunciatum est de eo, quòd esset Deus, sed post mortem, & resurrectionem, & confirmationem Apostolorũ incæpit prædicari, quod Christus esset Deus, & tunc fuit facilius persuaderi propter dispositiones præteritas.

Secundo quantum ad principale Christus non dixit aperte, quod Deus erat, quia dicebat illud per aliquod æqualens, vt siquis non diceret se esse hominem, diceret tamen se esse animal rationale, quia ista idem omnino sunt, ita Deum esse, & peccata posse dimittere idem sunt, sicut dixerunt scribæ quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Mar. 2. & Lucæ 5. ipse tamen dixit, quod peccata remittebat, & hoc probauit ex operi- H bus, ideo idem erat ac si diceret se esse Deum, sed in hoc differebat, quia cautius dicebatur; & magis sine scandalo, quod posset peccata remittere, quam quod esset Deus, ideo hoc Christus dixit, & non illud.

Tertio fuit, & principaliter, vt Christus nõ se ostẽderet omnino quis esset; & istud fuit adhuc magis præcipuum, quam vitare scandalum: nam si Christo dicente ego sum Deus vester grauissimũ scandalum sequeretur, poterat ergo illud tripliciter tollere.

Primo cedendo turbationi populi ad tempus, sicut Ioan. 8. quando eo dicente, antequam Abraham fieret ego sum, sustulerunt lapides, vt iacerent in eum, abscondit se, & exiuit de templo. & tamen post paucum rediit ad prædicandum, & miracula faciendum I Ioan. 9. & 10. ita nũc licet turbarentur, & eis cederet, rediret postea, & prædicaret.

Secundo poterat tollere scandalum placando animos eorum, sic patet Ioan. 10. vbi Christo dicẽte ego do vitam æternam sustulerunt lapides, vt eum lapidarent, non tamen fugit, nec se abscondit, sicut prius fecerat, sed placauit animos eorum verbis dicẽs, multa opera bona ostendi vobis, propter quod horum me lapidatis, & hoc fuit, quia prius per potestatem corda eorum interius placauerat, cum sint corda hominum in manu Dei Prouer. 15. & 21. alias enim verba sola non sufficerent ad subito continendum animos tam concitatos, ita ergo, & nunc licet eo dicente ego sum Deus turbarentur Iudæi, poterat placare animos eorũ K verbis, & cessaret scandalum.

Tertio poterat hoc facere permittendo eos in iracundia sua, & se ipsum per potentiam defendendo, faciendo, quod illi nihil possent ei nocere, sicut Ioan. 18. quando Iudæi Christum capere volebant, & cũ Christus dixit ego sum, ceciderunt retrorsum, & tunc necesse erat, quod stupor, & admiratio rei huius scandalum tolleret, & multi crederent verum esse, quod Christus dicebat, istud tamẽ repugnabat valde intentioni Christi, qui volebat mori, vt nos redimeret, impediretur tamen mors eius si ista prædicaret, quod patet, quia si istud diceret populus hoc non permitteret, sed necesse erat, quod vel eum cito occiderent, vel talia faceret per quæ populus credens eum esse Deum desisteret, & patet, quia ista res erat tam grauis, quòd nequaquam populus dimitteret longo tempore illã

sub

sub dissimulatione transire, sicut de alijs rebus facere, quæ non erant iam scandalosę, vtrunque tamen erat inconueniens, quia si Christo a principio suę prædicationis dicente se esse Deum populus insurgens subito occideret eum, manerent opera eius incompleta, & memoria eius videretur peritura, nisi miraculose illam cōseruaret, ꝙ erat incōueniens, quia sicut oportebat Christum pro nobis pati, ita etiam necesse erat, quòd nobis legem daret cum qua viuentes cōsequerentur fructum passionis eius, quod non fieret si subito occideretur.

Secundum autem erat inconueniens, quia si Christo dicente se esse Deum populus crederet per signa, quæ ipse ostenderet, nunquam crucifixissent eum, quia Deum nemo occidere vellet, & etiam crederēt, quòd non præualerēt 1. Cor. 2. scilicet si enim cognouissent, nunquam dominū glorię crucifixissent, istud autem erat maximum inconueniens, quia nos non poteramus, nisi per mortē Christi saluari, ergo debuit se occultare ne putaretur esse Deus antequam occideretur, istud apparet manifeste, quia Christus non solum volebat dicere se esse Deum aperte, sed etiam nolebat dicere palam, ꝙ erat Messias, patet Ioan. 10. nam dixerunt ei Iudæi quousque tollis animam nostram, si tu es Christus, idest Messias dic nobis palam, idest non dicas per circumlocutiones. Christus autē dicere noluit, sed dixit, opera quæ ego facio testimonium perhibent de me. etiam quando Petrus dixit Christo, quòd erat filius Dei Christus dixit, ꝙ hoc taceret ne cui reuelaret, quia oportebat ipsum multa pati, & reprobari a senioribus infra 17. & Mar. 9. & Lucę 9. scilicet ꝙ si cognosceretur eum esse Messiā nemo illum occideret, & sic impedirentur, quæ ipse disposuerat, ista ergo duo non publicauit, scilicet se esse Messiam, & Deum, sed reuelabat in secreto aliquibus, sicut mulieri Samaritanę Ioan. 4. nam illa dicente Messias venit, Christus dixit ego sum, & hoc quia Samaritani non conuersabantur cum Iudæis eodem cap. ideo licet aliqui eorum hoc scirent non impediretur mors Christi. secus autem si Iudæi scirēt hoc, ideo nullis Iudæorum hoc reuelabat, nisi discipulis suis, & illis iubebat ne alicui dicerent vsque post resurrectionem suam infra 16. hoc verum est, nisi in fine vitę cum iam ipsa passio inciperet, & non posset perturbari: nam tunc confessus est se esse Deum publice Mar. 14. quando summus sacerdos dixit interrogans tu es Christus filius Dei benedicti, & ille ait ego sum. & tamē hoc dixit, quia sciebat, ꝙ iam Iudæi erāt tam commoti contra ipsum, quòd etiam si confitēretur se Messiam, vel Deum non curarent, sed magis murmurarent, & sęuirent, vt patet Lucę 22. cum dixit summus sacerdos Christo. si tu es Christus dic nobis, & ille ait si vobis dixero non credetis mihi, si autem interrogauero non respondebitis mihi, nec dimittetis me: dum autem viueret poterat passio impediri, ideo ante hoc, nunquam publice istud confessus est Iudæis viuens, etiam Christus dixit hoc ceco nato quem sanauit, scilicet credis in filium Dei, & ille dixit, quis est, vt credam in eum, & illi dixit Christus, vidisti eum, & ipse est, qui loquitur tecū. Ioan. 9. sed huic dixit, quia sciebat, quòd ille non scandalizaretur, nec murmuraret ex hoc.

Sed dicetur si Christus volebat se occultare esse Deum, & Messiam, cur per circumloquia, & ęqualentia dicebat se esse Deum, sicut hic?

Dicendum, ꝙ debuit Christus tenere viā mediam. nā nec omnino debuit tacere se Deū esse, & Messiā, nec palam dicere debuit aliquid horū, quia quidquid istorum faceret impediebantur ea, quæ ipse facere disposuerat. si enim palam diceret, impediebatur passio A eius, vt dictum est. ēt non debuit omnino tacere hoc ꝓp duo. Primo, q̄a si nec ipse esset Deus, nec Messias nihil iniustum viderentur fecisse Iudæi occidendo eum, cum legem eorum aliqualiter mutaret.

Secundo, & principaliter, quia si ipse non ostenderet, & diceret aliqualiter se esse Deum, & Messiā, nemo postea annunciaret illum esse Deum, quia videretur esse fictum cum ipse de se talia nō dixisset, & istud erat grauissimum inconueniens, sic enim dixit Porphyrius, & aliqui pontifices idolorum, quòd Iesus erat vir bonus, & sapiens, & non dixit se esse Deum, sed Petrus, & Paulus, & alij discipuli eius hoc confinxerunt, vt refert Augu. lib. 1. de concor. euan. nunc autē B tenendo istam viam mediam nullum fuit inconueniens, quia mors Christi non fuit impedita, etiam quia Iudæi non fuerunt excusabiles, quia cum Christus diceret eis, quòd peccata remittebat, vt patet hic, & quòd ipse erat principium. Ioan. 8. & ꝙ dabat vitam ęternam Ioan. 10. & ꝙ ipse, & pater vnum erant. e.c. pater in̄ Christi erat Deus Hebræorū, sicut ipse dixit. Io. 8. s. & vos dicitis, quia Deus vr̄ est. manifeste colligebāt, ꝙ diceret se esse Deū, & ad hoc faciebat signa, quæ hoc sufficiēter probabant, Io. 5. & increpabat Iudæos, quia non credebant illis signis, ēt Messiā se esse ostendebat Io. 10. dicens. oēs quotquot venerunt ante me fures fuerunt, & latrones, s. qui dicebant se esse Messiam, & e.c. cum dicerent Iudæi Christo si tu es C Christus dic nobis palam. ille dixit loquor vobis, & nō creditis, opera quæ ego facio testimonium perhibent de me, non ergo erant excusabiles, quasi Christus non annunciasset quis erat: etiam non poterant calumniari, ꝙ discipuli confinxerant eum esse Deum eum sæpe ipse per circumloquia hoc dixerit, & quasi palā, fuit ergo iste modus conuenientissimus vtpote a Dei sapientia institutus, talis quidem per quem qui boni erant aperte intelligerent, & crederent Christū esse Deum, qui vero mali erant haberent in quo errarent, sic Christus dixit Iudæis dicentibus, si tu es Christus dic nobis palam, loquor vobis, & non creditis, opera, quæ ego facio perhibent testimonium de me, sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis, D quasi dicat satis aperte loquor vobis, nec obscuritas locutionis meę impedit quin credatis, sed hoc solum vos impedit, scilicet quia non estis ex ouibus meis, idest quia mali estis non vultis credere ēt si apertissime vobis dicā: nam magis credere deberetis operibus. i. miraculis, quæ necessario conuincunt, q̄ verbis, sed illis non creditis ēt si sint efficacissima, quō ergo credetis verbis nudis? frustra ergo petitis, ꝙ loquar vobis palam. apparet ergo quare Christus licet vellet per opera sua se esse Deum non debuit tn̄ dicere ego sum Deus, nec vnquam palam dixit.

An sit facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua, quam dicere surge, & ambula. Vbi quòd miraculum facere Deo naturale est. Et quòd dupliciter miraculum consideratur: Suntque tres miraculorum gradus.

E *Quæst. XVIII.*

QVAERETVR propter hoc, ꝙ in litera dr̄, quid est facilius dicere dimittunt̄ tibi peccata tua, an dicere surge, & ambula, an vnum miraculū sit maius alio. Dicendum, ꝙ miraculū secundū rationē nominis dicit admirationē, non est aūt admiratio, nisi de re super excellenti: nam ꝙ nobis minus est, vel ęquale non admiramur, sed quilibet admiratur ea, quę supra se sunt primo Ethico. ex quo patet, ꝙ esse miraculū, vel admirabile non est ad absolutum, sed relatiuum, quia absoluta ad quodcunque comparentur eadem sunt, sicut albedo, siue ad hominem, siue ad lapidem,

siue

siue ad Deum, vel Angelum compararetur semper est F
albedo, sed non est, sic in patre, & filio, magno, & par-
uo, quia pater ad aliquem est pr̄, & non est pr̄ ad la-
pidem, nec ad omnem hominem, ita de miraculo
cum miraculum, vel mirabile sit solum respectu il-
lius ad quem excedit, sequitur, ꝙ miraculum non erit
simpliciter miraculum, quia aliquid erit, ꝙ non exce-
dat, & ita dicendum, ꝙ respectu Dei nihil est miracu-
lum, quia nullum opus est, quod excedat potentiam
suam, sed quidquid fiat ēt si ab ipso fiat, quasi nihil est
coram eo, Isa. 40. ecce gētes, quasi stilla situlę, & quasi
momentum staterę reputatę sunt, ecce insulę, quasi
puluis exiguus: omnes gentes, quasi non sint sic sunt
coram eo, & quasi nihilum, & inane reputatę sunt G
ei, ideo sicut comedere, & bibere non est homini mi-
raculum, quia est sibi naturale, ita facere Deo ea, quæ
nos miracula iudicamus non est miraculū ei, sed est
sibi naturale, quia naturale est Deo agere ex infinita
potentia. quidquid tn̄ procedit ex infinita potētia mi-
raculū dicimus, sed ista vocant̄ miracula respectu na-
turæ, & oīs potestatis creatę, quia nulla talis ptingit ad
hoc faciendū, sed sunt supra conditionē suā. Hoc sup-
posito dicendum, ꝙ miraculum, aut consideratur in
ratione miraculi, idest ex ea parte ex qua est miracu-
lum, vel ex re in qua fit miraculum, quæ est per acci-
dens ad rationem miraculi. Si primo modo nullum
miraculum est maius alio, quia miraculum dicitur
ex ea parte qua excedit potestatem rei createę, & sic H
est miraculum solum, ꝙ fit per potentiam infinitam,
sed ipsa est semper eadem, & non est accipere in ea
magis, & minus, ideo non erit maius vnum miracu-
lum altero ex ratione miraculi, quia nullum miracu-
lum est quantumcunque stupendū, quod exigat ma-
iorē potestatē, q̄ infinitā, & nullū est quantūcunque
paruū indicetur ad ꝙ sufficiat minor potestas, q̄ infi-
nita, quia aliàs non esset miraculum, si aliqua virtus
creata ad hoc sufficeret, non est ergo vnum miracu-
lum maius alio ex ratione miraculi, quæ attenditur
ex parte potentię. sic dicit Aug. in Epistola ad Volu-
sianum, scilicet in rebus mirabiliter factis tota ratio
facti est potentia facientis.

Si autem consideretur miraculum quantum ad
rem in qua fit, potest dici vnum miraculū maius alio. I
nam miracula fiunt in rebus corporalibus, vt com-
muniter, quia hæc sola sunt, quæ nos videmus, & li-
cet ad illa facienda sola potentia infinita sufficiat, &
natura non pertingat ad illa, in quibusdā tn̄ natura est
magis elongata ab ipso opere, quam in alijs pp caren-
tiam dispositionum magis in vno, q̄ in alio, sicut ꝙ ali-
quis nihil sciens, ꝙ in instanti efficiatur dialecticus
miraculum est, quia non sufficit ad hoc, nisi virtus in-
finita, quòd tamen nihil sciens in instanti efficiatur
perfectus in omni scientia humana miraculū maius
est, non quidem ex parte agentis, quia non requiritur
maior potentia ad vnum, quā ad alterum, sed ex parte
rei factę, quia vere maius est habere oēm scientiā hu-
manam, quam solam dialecticam, quia plures dispo- K
sitiones requiruntur ad vnum, quam ad alterum.

Et ex hac parte distinguuntur tres gradus miracu-
lorum. Primus est, quando ipsum, quod fit miraculū
est, ita ꝙ natura nullo modo potest illud facere, nec
in illo subiecto, nec in alio, & nec illo modo faciendi,
nec alio, sic est quòd corpora duo sint in eodem lo-
co, siue ambo sint ibi localiter, siue non, sic esset stare
coelum, & retrocedere, sic etiam fieri hominem im-
mortalem, & fieri gloriosum: nihil enim istorum na-
tura potest, Secundus gradus est respectu subiecti in
quo fit res, sic est mortuum suscitare, & cęcos il-
luminare: nam in suscitatione mortui, id quòd fit est
dare vitam, ꝙ natura potest, sed non respectu huius
subiecti: nā fętui nondū concepto, & non viuenti na-
tura vitam dat, sed mortuo dare non pōt, siue in ho-
mine, siue in peccatore, ꝙ fit pp carentiā dispositionū
ad vitam, sic ēt fętui nōdū animato natura visum dat,
sed animali iam perfecto, ꝙ visum perdidit, vel nun-
quam habuit, non potest dare visum, miracula istius
gradus sunt minora, quam primi gradus, quia ad il-
la nullo modo natura sufficit: nam nulla duo corpo-
ra potest constituere in eodem loco, ad ista tamen
sufficit natura respectu alicuius subiecti.

Ex hoc patet contra errorem aliquorum, qui pu-
tant maximum miraculum esse ex parte rei mortuos
suscitare, & tamē falsum est cum pertineat ad secun-
dum gradū miraculorū, vnde maius est duo corpora
esse in eodem loco, vel solem stare, aut retrocedere,
quam hominem resurgere. Tertius gradus est ex par-
te modi, vel ordinis, & hoc est, quando illa res, quæ
fit miraculose poterat fieri naturaliter, sed non eo or-
dine faciendi, sic est virginem concipere, & parere, &
subito ad loca remota transire, vel ęgritudines subito
curari, aut hominem in instanti sapientem fieri: nam
quòd virgo aliquando concipiat, & pariat quotidie
fit, scilicet postquam fuerit a viro cognita, quòd ta-
men non cognita concipiat est mutare ordinem fa-
ciendi, & est miraculum. sic etiam omnes scientias
humanas potest homo per doctrinam, & successio-
nem acquirere, ꝙ tamen nullo docente efficiat̄ quis
subito sapiens miraculū est, & ita de alijs. ad istud ge-
nus pertinent communiter plures spēs miraculorū,
q̄ ad alia duo genera, & sunt ista minima omniū mi-
raculorū, quia res istas oēs natura potest facere, & re-
spectu cuiuscunque subiecti, nō tn̄ eo ordine, vel mō
faciendi quo Deus facit, qn̄ illa sunt miracula. Et sic
patet, quòd si quæratur de miraculis ex parte rei an
vnum sit maius alio, dicendum est ꝙ sic: si vero ex
parte potentię, dicendum quòd non est vnum ma-
ius alio. Si vero absolute quæratur an sit vnum mira-
culum maius alio dicendum est, ꝙ nō, quia ex ea par-
te ex qua proprie est miraculum, & est ratio miraculi,
scilicet ex parte potentię non est vnum maius alio,
sed ex eo, ꝙ est per accidens, & tamen res debet de-
nominari ab eo, quòd est per se, & non ab eo, quòd
est per accidens.

An sit maius paralyticum sanare, vel peccata dimittere. Et quis sit verus sensus verborum Chrysostomi super hoc. Quæst. XIX.

QVAERITVR cum Christus dicat quid est
facilius dicere dimittuntur, &c. an sit ma-
ius paralyticū sanare, vel peccata remitte-
re. Dicunt quidam, ꝙ maius est peccata di-
mittere, quia sicut anima plus est, quā corpus & esca.
supra 6. ita miracula facta circa animam erunt maio-
ra, sic dicit Chrysost. in homilia quanto quidem ani-
ma corpore potior est, tanto peccatum dimittere ma-
ius est, quam corpus sanare, sed illud quidem nō ma-
nifestum, hoc autem manifestum.

Dicendum, ꝙ non est maius secundum veritatem
vnum, quam alterum, quia vtrunque miraculū est, &
tamen vnum miraculum nō est maius altero, vt ostē-
sum est præcedenti quęstio.

Secundo patet, quia si maius esset peccata dimitte-
re, quam sanare paralyticum non probaret Christus
sufficienter se posse peccata dimittere, quia maius nō
probatur per minus, sed potius econtrario, cū possit
quis habere minorem potestatē nō habendo maiorē,
sed non econtrario, & tn̄ Christus probauit se posse
peccata dimittere per hoc, quòd sanauit paralyticum,
ergo maius est paralyticum sanare, quam peccata
dimit-

A dimittere, vel saltem non est minus: sic enim est in probationibus demonstratiuis, quia principia debēt esse potiora conclusione, aliàs enim nulla esset probatio.

Tertio patet ex verbis Christi, quia dixit quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua, an dicere surge & ambula, & postea dicit, vt sciatis, quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata ait paralytico surge & vade. ergo innuit, ꝙ facilius erat peccata remittere quàm dicere surge, & vade, cum dixit ꝙ per hoc scirent eum habere potestatem dimittendi peccata. Quarto patet, & efficacius, quia secũdum veritatem dimittere peccata nullius potestatis est, sed solum præsupponit potestatem, sanare autem paralyticum est vere potestatis infinitę. Patet primum, qa dimittere peccata non dicit potestatem, sed solam voluntatem, velle autem nullius potestatis est, & sic re- B mittere peccata non dicit potestatem: nam etiam homines peccata remittunt, quia sicut homo peccat in Deum, ita etiam peccat in hominem, & sicut Deus remittit peccatum contra se factum, ita etiam homo peccata facta contra se, supra 6. si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vestẽr cęlestis delicta vestra. præsupponit tamen potestatem dimittere peccata, quia non posset Deus dimittere peccata omnium, nisi ipse esset vniuersalis Dominus contra quem peccaremus quandocunque malũ agimus: ideo præsupponitur eum esse magnę potestatis, C quia peccata dimittit, ipsum tamen dimittere nulla potestas est. Secundum patet, quia sanare paralyticũ est aliquid vere efficere, ꝙ non potest procedere, nisi ab infinita potestate si subito fit sicut Christus faciebat, & ideo posset dici, ꝙ sanare paralyticum est miraculum, remittere autem peccata non est miraculum, & tamen pertinet ad illum solum, qui miracula facere potest intelligendo de remissione peccatorum in generali, quia aliqua peccata potest homo remittere scilicet, illa quæ commissa sunt in eum: Deus autem omnia remittit, vel intelligitur de remissione integra peccati, quia licet possit homo remittere peccatum contra se factum, tamen non remittitur plene, quia etiam si homo dimittat, manet adhuc satisfactio de il- D lo peccato Deo facienda, Deus autem potest remittere tam illud ꝙ committitur contra ipsum, quàm ꝙ committitur contra hominem.

Quinto patet, quia dicit Hieron. super Matthæum, vtrum enim sint paralytico peccata dimissa solus nouerat, qui dimittebat, surge autem & ambula, tam ille qui surgebat, quàm hi qui surgentem videbant poterant approbare, quamquàm eiusdem virtutis sit, & corporis vitia, & animæ dimittere, inter dicere tamen & facere magna distantia est.

Ad argumentum dicendum, quòd Chrysostom. dicit, quòd quanto anima est potior corpore, tanto est maius dimittere peccatum quàm sanare corpus, intelligitur, quòd est maius, idest, maioris excellentiæ, vel dignitatis, sed non maioris potestatis: quicqd E enim circa animam fiat est excellentius omnibus, quæ fiunt circa corpus ex natura subiecti, sed non oportet, quòd sit difficilius fieri quàm id, quòd est circa corpus: nam potest vnus homo docere alterum per quod perficit animam eius, & tamen non potest facere vnum capillum eius album, vel nigrum, supra quinto cap. melior tamen est doctrina quàm albedo, vel nigredo, & non solum est verum de actione mediata & indirecta, sed etiam de actione directa, & immediata, quia Angeli boni possunt confortare lumen intellectus nostri, & directe imprimere in illum vt ostensum est præcedenti capit. quæst. 117. non potest tñ aliquis Angelus sanare paralyticũ, quia solus A Deus potest facere miracula: ergo quamquàm ea, q̃ sunt in anima sunt semper meliora, & excellentiora eis, quæ in corpore sunt, non tamen sunt semper difficiliora ad agendum, & ideo non requirunt maiorem potestatem, Christus autem de potestate locutus est hic, & non de excellentia dicens, quid est facilius & non dixit quid est excellentius. Cum autem dicit sed illud quidem non manifestum, hoc autem manifestum facit minus, quòd est manifestius, vt demonstret maius, & non manifestum.

Dicendum, quòd non debet intelligi, quòd sit minus in potestate, quia si sanare paralyticum esset minus in potestate quàm remittere peccata, etiam si esset manifestius quantum ad sensum non sufficeret ad probandum, quòd Christus poterat peccata remittere, quia principium semper debet esse poten- B tius conclusione, vel effectu in illo genere, in quo est principium: in scientificis, & demonstratiuis nihil quæritur, nisi notorietas rei, & ideo quantum ad hoc principium est potentius, quia principium est notius conclusione.

Hic autem arguitur in genere potestatis, & intenditur probari potestas: ideo oportet, quòd probetur potestas minor per maiorem, quia aliàs non erit cõueniens probatio, & sic sanare paralyticum erat manifestius quantum ad sensum, & etiam erat manifeste potestas maior quàm peccata remittere, vel saltem constabat, ꝙ non erat minor,

C

An Christus per iam dicta se Deum esse sufficienter probauit.
Quæst. XX.

QVAERETVR an Christus per ista probauit sufficienter se esse Deum.

Dicendum, quòd sic, quia ista probatio fit per ostẽsionem alicuius diuinæ proprietatis, vel passionis, quã proprium solum competit ei cuius est proprium, vnde si de aliquo ostendatur, quòd sit risibilis constat eum esse hominem, agere tamen ex potestate infinita est proprium Dei solius: ideo de quocunque probatur, quòd agit ex potestate infinita constat, quòd D sit Deus, omne autem miraculum procedit a potestate infinita, vt probatum est supra quæstione decimaoctaua: ergo siquis miracula faciat constat, quòd Deus est, Christus autem fecit hic duo miracula. vnum est, quòd cognouit occultas cogitationes. aliud quòd paralyticum sanauit, & vtrunque probat illum esse Deum.

De primo patet, quia dicit Ambrosius super Lucam Dominus saluos volens facere peccatores ex occultorum cognitione se esse Deum demonstrat. Sic etiam dicit Cyrillus, o Pharisæe, quia dicis, quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus? respondebo tibi, quis potest secreta cordis scrutari, nisi solus Deus? & ista probatio erat sufficiens Iudæis, & maxime sapientibus. quia ex lege scie- E bant, quòd solus Deus scrutatur corda, & renes, Psalmo septimo, & ideo vtebatur Christus hoc argumento contra Scribas, & Pharisæos, qui sapientes erant: sic enim fecit contra Pharisæum, qui dicitur Simon leprosus: Lucæ septimo: ille enim dixerat in corde suo, si iste esset Propheta sciret quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum, & tunc Christus respondit ad cogitationes eius. eodem capitulo. Conueniebat etiam ista probatio ad propositũ, quia Christus volebat ostendere, ꝙ peccata dimittebat, & quia dimittere peccata nõ est aliqd in carne, sed in spũ, iõ oportet, ꝙ ille, q pctã dimittit ptãtẽ habeat in spiritu, hoc autẽ Christus côue-

nientec

nienter ostendit per hoc, quòd cogitationes eorum cognouit: nam nemo potest cognoscere cogitationes hominis, quæ sunt in spiritu hominis, nisi ipse homo cuius est spiritus. prima Corinthio. secundo, vel ille, qui illabitur spiritui, & iste est Deus, quia cum sint cogitationes in spiritu, nemo illas nouit, nisi qui intrat essentiam spiritus, & iste est Deus, sicut ergo apparebat Christum posse aliud intra spiritus Pharisæorum, quia nouerat eorum cogitationes, ita posset in spiritu paralytici ad remittendum ei peccata, sic dicit Hieronymus super Matthæum, scribæ arguunt Christum blasphemiæ, videns autem cogitationes eorum ostendit se Deum, qui potest cognoscere, & quodammodo tacens loquitur, eadem potentia, qua cogitationes vestras intueor, possum, & hominibus delicta dimittere, ex vobis intelligite qd paralyticus consequatur.

De secundo patet, quia sanauit paralyticum, & tamen istud est infinitæ potestatis, scilicet, illum subito sanare, quod nulla virtus creata facit: ideo etiam ex hoc Deus esse ostenditur, duo tamen miracula simul fecit, vt abundantius ostenderet, quod volebat: etiam, quia quidam persuaderentur magis per spiritualia, scilicet, sapientes, alij vero magis per corporalia, vt populus, sic dicit Chrysostomus si increduli estis erga primum, scilicet, remissionem peccati, ecce aliud adijcio dum intima vestra patefacio, quin & aliud dum paralytici corpus consolido. sufficienter ergo se Deum esse ostendit,

An Christus sufficienter ostendit se habere potestatem remittendi peccata. Et quòd Prophetæ miracula non faciebant. sed Deus ad eorum preces, propterea Christi miracula necessario ostendunt ipsum esse Deum. Quæst. XXI.

QVAERITVR an Christus sufficiēter ostēdit se habere potestatem remittendi peccata.

Dicendum, quòd sic, quia quandocunque aliqua duo conuertuntur, quicunque probat vnum probat alterum, vt siquis ostendat se esse risibilem probat se esse hominem, sed Deum esse, & peccata remittere posse conuertuntur, sicut dixerunt Scribę, quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus Mar. secundo, & Lucæ quinto, Christus tamen probauit sufficienter se esse Deum, vt patet præcedenti quæstione: ergo per hoc probat se peccata remittere posse.

Ipse quoque innuit se sufficienter probare istud cū dicit. vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata, ait paralytico surge, & vade, & sic dicit, quòd per hoc scire poterant, idest, apte cognoscere, quòd peccata dimittere poterat.

Sed dicetur, quòd non erat sufficiens probatio, qa etiam alij Prophetæ miracula fecerant, constat tamē, quòd illi peccata remittere non poterant, quia erant puri homines, nec aliquis eorum de se hoc asseruit.

Aliqui dicunt, ꝙ apparebat Christum esse Deum ex miraculis, quæ faciebat, quia Prophetæ faciebant miracula orando, & cum quadam difficultate, quasi non esset in eis potestas ad hoc, sed ab extra illam haberent, vt patet quando Elias suscitauit filiū viduę, 3. Reg. 17. & Elisæus alium. 4. Reg. 4. nam diu orabāt & incuruabantur super eos ad calefaciendum carnē mortuorum. Christus autem dicebat mortuis surgite & immediate surgebant. Luc. 7. & Io. 11. ideo apparebat eum esse Deum.

Dicendum, ꝙ istud non facit plenam probationē: bene est enim signum ad hoc ostendendum, siquis F tamen vellet proteruire non probat sufficienter, quia poterat dici, ꝙ Christus non erat Deus, sed fuit Propheta magis Deo acceptus quàm cęteri Prophetæ: ideo concessit ei facere miracula excellentiori modo quàm alij fecerant. Alij dicunt, quòd non solum ex modo, sed etiam ex rebus factis apparebat Christum esse Deum, quia plura miracula, & maiora fecerat q̃ Prophetæ, & per istud ipse ostendit se esse Deum, sic patet Ioan. 15. si opera nō fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem viderunt & oderunt me.

Dicendum, ꝙ etiam ex maioritate miraculorū nō constat necessario ipsum esse Deum, quia poterat dici, ꝙ ei tanquam viro sancto concessit Deus maiora G miracula facere, & excellentiori modo: est ergo illud signum, sed non plena probatio. dictum autem Christi non probat solum ex eo, quòd fecit maiora miracula quàm alij, sed quia fecit ad ostensionem virtutis suę. Dicendum ergo aliter, ꝙ Christus sufficienter, & necessario probauit se esse Deum potentem peccata remittere ex his miraculis. s. quia ista miracula inducta sunt ad hoc probandum: ideo impossibile erat, ꝙ fierent, nisi verum esset id, ad quod inducebantur: nā constat, quòd miraculum non fiebat per Prophetas, sed ad preces eorum fiebat per Deum in signum, & testimonium eius, quòd Prophetæ volebant ostendere, sic dixit Samuel Iudęis quando voluit ostendere ꝙ peccauerunt petendo regem 1. Reg. 12. inuocabo do H minum, & dabit voces, & pluuias, & scietis & videbitis ꝙ grande malum feceritis petentes super vos regem, sic etiam 4 Reg. 1. dixit Elias si homo Dei sum descendat ignis de Cœlo, & ita fuit, istud autem dabat Deus tanquam signum infallibile ad cognoscendum aliquem esse Prophetam verum, scilicet, si diceret se a Deo missum, & in testimonium huius prædiceret aliquod signum eueniret Deuteronom. 18. hoc autem erat, quia præsupponitur ꝙ omnia miracula a Deo sunt, & Deus nō potest esse testis falsitatis: ideo non faciet miraculum, nisi ad confirmationem rei verę, sic autē fuit hic, quia Christus dixit quòd remittebat peccata, & induxit ad probandum hoc miraculū: ergo impossibile erat falsum esse, ꝙ prædixerat, patet quia dixit, vt autem sciatis, quia filius hominis habet I potestatem dimittendi peccata ait paralytico, surge, & vade, & ita factū est: ergo erat ista probatio necessaria. s. ꝙ Christus esset Deus. Alij autem Prophetę miracula fecerunt non tamen ad ostendendum, ꝙ poterant peccata dimittere, vel ꝙ quisquam eorum erat Deus, sed ad alios fines, vt apparet ex variis locis Scripturæ vbi ponuntur eorum miracula: ideo ex miraculis Christi etiam si non essent maiora q̃ miracula Prophetarum per sua miracula probaretur esse Deus, & iste modus solus est per quem necessario Christi miracula probant eum esse Deum. s. quia inducebat illa ad probādum hoc, cęteri autem modi sunt calumniabiles. hoc modo intelligitur Christi dictum Ioan. 15. K si non fecissem opera in eis, quæ nemo alius fecit peccatum non haberent, idest, si nō fecissem magna opera ad ostensionem virtutis meę, talia autem nemo fecit, quia nullus prophetarum fecit vnquam miraculum ad ostensionem potestatis suæ, sed ad Dei glorā, & ad alios fines, & non potest intelligi de sola differētia magnitudinis operum eius ab aliis, quia tunc potius crederemus, ꝙ quilibet Apostolorum esset Deus quàm Christus fuerit Deus, quia plura valde miracula, & maiora fecerunt aliqui eorū q̃ Christus, sic ipse dixit Io. 14. qui credit in me opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet, & tn̄ nemo Apostolorū faciebat miracula ad ostendendā p̄ītatem suā; sed ad ostēsionē glorię Chr̄i, & cōfirmationē legis eius

quam

quam ipsi prędicabant Mar. 16. illi autem profecti prędicauerunt Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

Quare Christus dixit potius, quòd remittebat peccata quàm faceret aliquo modo aliud miraculum ad ostendendum se esse Deum. Quæst. XXII.

QVAERETVR cum Christus voluerit ostendere se esse Deum per aliqua, quæ Deo competerent, quare potius dixit, ꝙ remittebat peccata quàm faceret aliquod aliud miraculum, quia per quodlibet miraculum ostenditur diuina potestas.

Dicendum, quòd sicut dicitur primo Posterio. ille qui vult aliquid probare debet procedere ex veris, & notis, vel saltem ex eis, quæ videntur respondenti, & melius est arguere ex eis, quæ videntur respondēti, quàm ex simpliciter notis, quę forte non videntur ei talia esse: ita autem est de miraculis, quia per quodlibet miraculum probatur diuina potestas, quædam tamen magis persuadentur quibusdam probationibus quàm alijs, ita erat autem de Iudæis, quia credebant istam esse solius Dei conditionem, scilicet, peccata posse remittere, de miraculis autem non credebant sic, quia multi Prophetę miracula fecerant, nemo tamen eorum poterat peccata remittere, nec etiam quisquam eorum hoc asseruit: ideo magis ostendebatur se esse Deum per hoc quàm per alia miracula.

Aliter etiam dici potest, & melius, quòd Christus fecisset quodcunque aliud miraculum ad hoc ostendendum si aliquid probaret, & tamen nihil probabat, quòd patet, quia si Christus miracula faceret nihil præmittendo nihil confirmaretur per illa miracula, sed solum appareret, quod Deus operabatur per illum, ad hoc autem quòd ostenderet per miracula se esse Deum oportebat, quòd prius diceret ego sum Deus, & tunc illud per miracula probaret, non tamen decuit, ꝙ Christus diceret palam ego sum Deus, vt ostensum est supra quęstione decimaseptima, oportuit ergo ꝙ diceret aliud ęquiualens huic quod est esse Deum, & probando illud constaret ipsum esse Deum, & ad hoc Christus inuenit conuenientem modum dicens, quòd peccata remittebat, quia remittere peccatum est esse Deum, sicut dixerunt Scribę, & ista fuit vera causa, quare Christus hoc dixit, & non est simile de hoc, & de miraculis, quia miracula sunt ad probationem alicuius rei, istud autem non erat ad probationem cum non esset apparens, sed potius ad probationem eius duo miracula inducta sunt, scilicet, cognoscere cogitationes, & sanare paralyticum. propter hoc ergo solum Christus dixit istud tanquam si diceret ego sum Deus, & tamen non potuit illud dici sine scandalo intolerabili, vt ostensum est supra quęstione decimaseptima, istud autem potuit.

Quare Christus induxit vnum miraculum ad probationem alterius, vbi quòd eiusdem sit virtutis animæ & corporis vitia dimittere. Quæst. XXIII.

QVAERETVR, quare Christus induxit hic vnum miraculum ad probationem alterius: nam Christus dimisit peccata paralytico, quod erat miraculum: ideo non oportebat istud probari per alia, quia miracula sunt quędam ostensiones diuinæ virtutis, & illa non probantur per alia notiora.

Dicendum, quòd Christus remisit peccata, & per

A hoc sequebatur, quòd remittere poterat, non tamē constabat an vere remiserit, quia iste erat actus spiritualis, & ideo induxit ad hoc duo miracula, scilicet, quòd cogitationes illorum cognouit, & paralyticum sanauit. sic dicit Hieronymus super Matthæum vtrum enim sunt paralytico peccata dimissa solus nouerat, qui dimittebat. surge autem, & ambula tam ille qui surgebat quàm illi qui surgentem videbant poterant approbare: quamquàm eiusdem virtutis sit, & corporis, & animæ vitia dimittere, inter dicere tamen & facere multa distantia est: fit ergo carnale signum, vt probetur spirituale. poterat etiam Christus alio modo hoc probare, quia Ioannes Baptista prædixerat de eo, quòd peccata dimitteret.

B Ioannis primo, ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, & illud testimonium erat conueniens, quia Iudæi valde credebant Ioanni: omnes enim eum tanquam Prophetam habebant infra vigesimoprimo, & Marc. vndecimo, Christus tamen noluit vti illo testimonio Ioannis ostendens, quod ipse habebat aliud testimonium efficacius, scilicet, miracula, quæ erant probatio necessaria, sic Christus dixit Iudæis, Ioannis quinto, vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati, ego autem ab homine testimonium non accipio: habeo enim testimonium maius Ioanne, opera quæ ego facio testimonium perhibent de me. noluit ergo Christus allegare illud testimonium Ioan. sed fecit duo miracula ad hoc ostendendum, quia licet istud esset mira-

C culum, erat tamen occultum, sicut quod Christus cognosceret Iudæorum cogitationes miraculū erat, non tamen constaret de hoc, nisi ipse dixisset eis, quod cogitabant, & sic verbum fuit probatio cogitationis, ita hic sanare paralyticum, quod erat miraculum exterius, fuit probatio interioris miraculi, scilicet, remissionis peccatorum factæ paralytico.

Quare Christus dixit remittuntur peccata, & non remitto. Quæst. XXIIII.

D QVAERETVR, quare Christus dixit remittuntur peccata tua, non dixit remitto cum ipse remitteret.

Aliqui dicunt, quòd hoc fuit ad euitandum calumniam Scribarum, quia si diceret remitto appareret, ꝙ de se loquebatur, dicendo autem remittuntur, poterat referri ad Deum.

Dicendum verum esse, quòd ista verba poterant recipere benignam interpretationem, vt essent vera si Christus fuisset purus homo, tamen non dicebat ipse ad hunc sensum, quia potius ipse volebat de se ostēdere, ꝙ peccata remitteret cum dixerit. vt sciatis, quia filius hominis habet potestatem remittendi peccata: etiam quia ad hoc induxit miraculum, & tamen si de Deo loqueretur frustra esset hoc facere.

E Dicendum ergo ꝙ Christus de se loquebatur, & ita intelligi volebat, dixit nō remittuntur quasi loquatͬ de alio, & hoc, quia est modus loquendi quorundam ꝙ de seipsis tanquam de alijs loquanͬ, sic enim sæpe Deus loquitur in veteri testamento, vt Exo. 20. nam dixit ego sum Dn̄s Deus tuus, & postea dixit non assumes nomē Dei tui in vanum, cum deberet dicere nō assumas nomen meum, etiam dixit sex diebus fecit Deus coelum, & terram, & non dixit feci ego, ita Christus locutus est de se hic quasi de alio.

Secundo potest dici, ꝙ fecit hoc ex causa, scilicet, humilitate, q̄a peccata remittere, erat magna excellē tia, & nolebat ore suo se laudare, & cū necesse esset de

ſe magna dicere, ſicut hic, dicebat illa eo modo, quo ſonatent minus in laudem, ſic dicit Chryſoſtomus cum allocutus eſt infirmantem non dixit dimitto tibi peccata propriam exprimens poteſtatem, ſed remittuntur tibi peccata, coegerunt tamen Scribæ eum, vt poſtea magis exprimeret, & dixit vt ſciatis, quia filius hominis poteſtatem habet dimittendi peccata.

Quare dixit Chriſtus poteſtatem habet in terra dimittendi peccata. Et quòd peccata mortalia quantum ad reatum pœnæ, vt plurimum poſt vitam remittuntur.
Quæſt. XXV.

QVAERETVR, quare dixit Christus poteſtatem habet in terra dimittendi peccata.

Dicendum, quòd propter duo. Primo ad tollendum errorem Scribarum, quia ipſi putabant, quòd ſolus Deus, qui in cœlo eſt peccata dimitteret, inter homines autem nemo eſſet, qui poſſet illa dimittere, Chriſtus autem dixit, quòd filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, ideſt, aliquis homo, qui eſt in terra inter vos habet poteſtatem dimittendi peccata, ille autem Deus eſt.

Secundo dicitur hoc, quia peccati remiſſio ſolum fit in terra, ideſt, quandiu homo viuit, quòd verum eſt de mortali quantum ad maculam: nam quantum ad reatum pœnæ, vt in plurimum dimittitur poſt hanc vitam, ſcilicet, expletis pęnis Purgatorijs, venialia autem poſt hanc vitam remitti poſſunt tam quantum ad maculam quàm ad pœnam, quia tamē peccatum proprie eſt ipſum mortale, cum ipſum ſolum a Deo ſeparet, & iſtud remittitur proprie quantum ad maculam, quòd ſolum fit in vita: ideo proprie loquendo peccata ſolum in vita remittuntur nobis, & hoc eſt ſuper terram peccata remitti, ſic dixit Chriſtus Petro infra decimoſexto, quemcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum, & in cęlo, ſic dicit Theophilus, vide quòd in terra dimittit peccata dum enim ſumus in terra peccata noſtra dolere poſſum9, poſtquam vero a terra tollimur non valebimus confiteri: clauditur enim ianua. iſte eſt conueniens ſenſus, & tamen quantum ad propoſitum magis facit pręcedens, eo quòd Chriſtus volebat innuere, quòd non ſolum Deus in cœlis habitans (vt Iudæi putabant) poterat peccata remittere, ſed etiam aliquis homo manens in terra, iſte tamen non differebat a Deo, qui eſt in cœlis.

Quare Chriſtus cum de ſeipſo loqueretur non dixit vt ſciatis, quia habeo poteſtatem. Et quare ſæpe ſe vocat filium hominis: Ex quo non debemus magna de nobis dicere, nec ſentire.
Quæſt. XXVI.

QVAERETVR cum Chriſtus loqueretur de ſeipſo, quare dixit, vt ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, & non dixit, vt ſciatis, quia ego habeo poteſtatem.

Dicendum, quòd propter multa. Primo, vt euitet de ſe dicere magnalia inquantum poteſt, & quia neceſſe erat hic magna dicere, ſcilicet, de poteſtate dimittendi peccata, ſaltem locutus eſt de ſe, quaſi de alio loqueretur, vt per hoc minus ſe laudare videretur, in quo nos inſtruit, nec magna de nobis ipſis ſentire, nec dicere, ſed cum aliquid dicendum ſit potius ad Ironiam, quæ eſt infra veritatem, aut veracitatem, quàm ad iactantiam, quæ ſupra illam eſt declinemus; ſic enim quando paralytico remiſit pecca-

F ta non dixit dimitto tibi peccata tua, ſed dimittuntur quaſi de alio loqueretur, vt dictum eſt ſupra quæſtione vigeſimaquarta.

Secundo fuit ad oſtenſionem vere humanitatis, erat enim verus homo, ſicut verus Deus, & ſicut oportuit, quòd oſtenderet ſe eſſe Deum, ita oportuit, quòd oſtenderet ſe eſſe hominem: multi enim hęretici dixerunt, quòd non fuit homo, ſed ſolum Deus, & quòd corpus aſſumptum non fuit de humana ſpecie, ſed phantaſticum, vt ergo confunderentur ex verbis eius ſæpe ſe hominem, & filius hominis appellauit, & ad hoc melius adhuc dicitur, quod ſit filius hominis quàm quod ſit homo, quia qui eſt filius hominis neceſſe eſt, quòd ſit de humana ſpe-

G cie, cum ab homine non deriuetur, niſi humana natura, homo poteſt accipi pro eo, qui exercet opera hominis, & haber humanam figuram, etiam ſi non habeat hominis ſubſtantiam, cum autem dicitur, quod eſt filius hominis, ſignificatur veritas naturæ, quia per natiuitatem ab homine cępit eſſe homo: ideo fuit conueniens Chriſto, quòd ſępe vocaret ſe filium hominis.

Tertio fuit propter Iudæos, quia non poterant intelligere, quòd eſſet aliquis ſimul homo, & Deus, & ideo ante hoc Chriſtum purum hominem putabant: nunc vero, quia oſtendit ſe poſſe peccata remittere quod ad ſolum Deum pertinet, putaret forte aliquis, quòd erat Deus, & non homo, licet

H haberet figuram humanam: ideo nunc quando dixit ſe habere poteſtatem dimittendi peccata dixit, quòd erat filius hominis, vt appareat, quod in eo erant ſimul vera Deitas, & vera humanitas.

Quarto fuit propter humilitatem, quia licet Chriſtus eſſet Deus & homo, noluit nominare ſe a Deitate, quæ erat in infinitum excellentior humanitate, ſed hominem ſe eſſe dixit, vt inſtruat nos ſublimia, & excelſa nomina non appetere, ſed vera virtute eſſe contentos quibuſcunque nominibus appellemur, quia voces nullam excellentiam conferunt, ſed ſignificant.

Quinto fuit ad tollendam ambiguitatem, quia ſi diceret ego habeo poteſtatem dimittendi peccata,

I cum ego ſit nomen perſonæ, & Chriſtus eſſet perſona Diuina, & non humana, quia erat vnicum ſuppoſitum, poſſet putari, quòd ad ſolam Deitatem pertinebat illa remiſſio peccatorum, vt ergo videatur, quòd non ſolum ad ſe Deum, ſed etiam ad ſe hominem pertinebat iſta remiſſio, dixit, quòd filius hominis, ideſt, ipſe exiſtens filius hominis poterat peccata remittere, & verum eſt, quòd Chriſtus homo peccata remittebat, licet non competeret ſibi hoc ex parte humanitatis.

Sexto fuit ad exaltationem naturæ humanæ, vt totam ſpeciem humanam Chriſtus oſtenderet exaltatam per illam humanitatem particularem quam ipſe aſſumpſerat, & ideo quando agitur de rebus magnæ

K excellentiæ appellat ſe filium hominis, & ita fuit hic quia agebatur de remiſſione peccatorum, quæ ad ſolum Deum pertinet, vt videatur, quòd iſta opinio communicata eſt homini per vnionem naturæ humanæ ad Diuinam perſonam, ſic etiam infra vigeſimoſexto, quando Cayphas, quæſiuit a Chriſto an ipſe eſſet filius Dei benedicti dixit Chriſtus ammodo videbitis filium hominis ſedentem a dextris virtutis Dei. vt innuat, quod homini communicatum eſt ſedere ad æqualitatem Dei, ſic etiam quando ſignificauit poteſtatem iudiciariam ſibi traditam ſuper totum orbē vocauit ſe filium hominis infra vigeſimoquarto, ſcilicet, videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & maieſtate.

Quare

Quare paralyticus non loquebatur, nec dabat gratiarum actiones, cum tamen beneficia duo Christus huic paralytico contulerit.
Quaest. XXVII.

QVAERETVR de isto paralytico cum Christus benefaceret ei, quare non loquebatur, nec dabat gratiarum actiones: nam non legitur hic in omnibus istis quicquam locutus.

Aliqui dicunt, quòd hoc fuit, quia paralyticus erat propter corporis morbum positus in ecstasi mentis, & ita nihil poterat loqui.

Sed hoc non sufficit, quia istud staret a principio quando nondum erat sanatus, sed Christus dixit ei remittuntur tibi peccata tua, postquam tamen sanatus est, poterat libere loqui.

Alij dicunt, quòd iste paralyticus erat totus carnalis, & non respiciebat ad beneficium remissionis peccatorum: ideo gratias non agebat, nec loquebatur quaquam, sic dicit Ioannes Papa audit veniam, & tacet paralyticus, nec ullam respondet gratiam, quia plus corporis, quàm animae tendebat ad curam: merito ergo Christus offerentium recipit fidem non vecordiam, sic iacentis.

Dicendum, quòd Christus contulit isti paralytico duo beneficia, scilicet, peccata remisit, & morbum curauit, & fuerunt distincta in tempore, quia quando dixit remittuntur tibi peccata tua, remisit peccata, sed non sanauit ab ęgritudine, quia interim murmurauerunt Scribę intra se de hoc verbo, & Christus voluit inducere curationem paralytici in testimoniū remissionis peccatorum dicens, vt sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata ait paralytico. surge & vade, & sic non fuerunt simul ista duo.

Ideo de primo beneficio non potuit dare gratias paralyticus Christo tunc quando collatum est, quia adhuc languebat corpore, & forte loqui non poterat toto corpore dissolutus.

De secundo autem gratias egit, quando iam sanatus erat a morbo, & tunc forte pro vtroque simul egit gratias. De primo patet, quia dicit Hiero. super Matt. non autem vbique ab aegris Christus quęrit fidem, puta cum insaniunt, vel ab ęgritudine in excessu mētis fuerint, & sic innuit, ꝙ iste paralyticus erat in excessu mentis, & ideo non requirebatur ab eo fides, sed a portantibus, vel etiam dato, ꝙ nō esset alienatus mente, esset saltem non potens loqui prae languore, & tunc licet Christus ab eo exigeret fidem in corde, tamen non exigebat fidem, idest, fidei confessionē, & hoc tenet Chrysostom. dicens, ꝙ istius paralytici fuit magna fides antequam sanaretur, quia non permisisset se mitti per tegulas, nisi crederet. De secundo patet, quia Lucae quinto, dicitur de isto paralytico confestim surgens coram illis tulit, in quo iacebat, & abijt in domum suam magnificans Deum, & tunc credendum est, quòd magnificaret pro vtroque beneficio, licet vnum esset sensibile, & aliud non.

Ad dictum Ioannis Papę dicendum verum esse, ꝙ iste paralyticus praecipue tendebat ad curationem morbi, imo solum tendebat ad eam, quia non venerat ad Christum, vt ei peccata remitteret, sed vt eum a morbo curaret, & tamen in hoc non peccabat, quia remissio peccati potest aliàs haberi a Deo per solum motum cordis etiam si ad Christum corporaliter nō venisset. ꝙ tamen paralyticus tacuit quando Christus dixit remittuntur tibi peccata tua non est sensus, ꝙ hoc fecerit quasi ex ingratitudine, vel contemnendo remissionem peccatorum, sed quia morbo grauatus loqui non poterat, & sic potest dici, quod

A paralyticus habebat vecordiam quantum ad ea, quae foris apparebant cum nihil loqueretur, non tamen vere, quia animum bonum habebat, vt dictum est.

Quare viso hoc miraculo turbae timuerunt.
Quaest. XXVIII.

QVAERETVR, quare dicitur, quòd viso hoc miraculo turbae timuerunt.

Dicendum, ꝙ propter multa. Primo forte timuerunt propter crimen, ꝙ inceperant Christo imponere, quia dixerant Scribę hic blasphemat, B Christus autem ostendit per miraculum, ꝙ poterat peccata remittere, & hoc videntes turbae timerent, quòd posset eis nocere pro crimine quod de eo cogitauerant.

Secundo potest accipi timuerunt, idest, ex timore abstinuerunt a prosecutione criminis, quia dixerant Scribę intra se hic blasphemat, & intendebant contra Christum procedere pro blasphemia, nunc vero videntes, quòd per miraculum probauerat veritatem dicti sui, & erat potens, timuerunt aliquid vltra facere contra ipsum, & abstinuerunt, & ita exponit Nicolaus.

Tertio potest accipi timor pro admiratione, quia C quando aliqua res est excellenter magna tanta est admiratio de ea, quòd timere videmur, & ita accipitur vnum pro altero, hoc patet, quia sicut dicitur hic timuerunt dicitur Marc. secundo, ita vt admirarentur.

Quarto potest accipi, quòd vere timuerunt videntes Christum fecisse istud opus mirandum, ita enim quando Iudaei videbant aliquos facientes mirabilia timebant illos, sic patet primo Regum duodecimo, quando praesente populo ad inuocationem Samuelis Deus dedit pluuias, & tonitrua, dicitur quòd omnis populus timuit nimis Deum, & Samuelem. Christus autem fecerat nūc rem maiorem quàm Samuel, ideo turbę timuerunt, scilicet, timuerunt Deum, & timuerunt Christum, quia videbant eum esse potentem ad nocendum, vel benefaciendum eis, & aliquo D modo pertinebat iste timor ad reuerentiam, quia simul Christum honorauerunt tanquam excellētem, & timuerunt eum tanquam nocere potētem, & prouenit iste timor ex quadam incredulitate: nam si credidissent non timerent, sed diligerent, sic dicit Ambros. super Luc. diuini operis miracula maluerunt timere quam credere, si autem credidissent non timuissent vtique, sed dilexissent: perfecta enim dilectio foras timorem excludit.

An Iudaei peccauerint, quia non honorauerunt Christum digno honore, cum plurima & magna miracula exhibuerit. Et quem magis eum esse existimabant.
Quaest. XXIX.

E QVAERETVR an peccauerunt isti Iudaei, quia non honorauerunt Christum digno honore, nam cum viderunt istud miraculum non laudauerūt eum, vt Deum, sed vt hominem putauerunt, nam dicitur glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talē hominibus. Aliqui dicunt, ꝙ peccauerunt, quia sicut dare idolo laudem Diuinam est peccatum, & est idolatria, ita Deo non dare diuinum honorem peccatū est, quia est subtrahere ei latriam, vel non impendere ei illam cum sit debita. sic enim ad Roman. primo. Apostolus arguit Gentiles, & maxime Philosophos dicens, qui cū Deū cognouissent non vt Deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & postea dicitur, ꝙ propter hoc tradidit eos Deus in

F reprobum sensum: ergo ex hoc solo, quòd Deum non laudabant vt Deum, peccabant, Christus tamen ostendit hic manifeste signa Deitatis suæ, & isti non laudauerunt eum, vt Deum, ideo videtur, quòd peccauerint,

Secundo patet, quia istud fuit ex quadam incredulitate, vt dicit Ambros. scilicet diuini operis miracula maluerunt timere quàm credere, si autem credidissent non timuissent vtique, sed dilexissent, incredulitas tamen peccatum est: ergo peccauerunt.

Alij dicunt, quòd Iudæi dederunt hic Christo cōgruam laudem tanquam Deo, & homini: nam tota potestas quam Christus homo habet est communicata, & prędicatur de ipso Christo homine non ex G parte humanitatis, sed quia per vnionem humanæ naturæ ad verbum diuinum consecuta est natura humana istam excellentiam: hoc autem totum est ex eo quod Deus dignatus est naturam nostram sibi vnire: ideo totam illam perfectionem quam ex hac vnione habet natura nostra dedit sibi Deus, & sic verum est, quòd Deus dedit hanc potestatem homini.

Dicendum tamen, quòd non stat, quia tunc debebant dicere, qui dedit talem potestatem homini, scilicet, isti homini Christo, quia sola humanitas sua est vnita Diuinę personæ, dixerunt tamen qui dedit talē potestatem hominibus, ostendentes multis esse hoc collatum: ergo non laudauerunt eum digne.

H Est dicendum, quòd turbæ non laudauerunt hic Christum digne, & tamen non oportet dici, quòd peccauerunt. De primo patet, quia Christus per hęc miracula sufficienter ostendit se esse Deum habentem potestatem remittendi peccata: illi tamen non laudauerunt eum tanquam habentem potestatem in se, sed tanquam ab alio extertus acceperit, inquantum dicitur, qui dedit talem potestatem hominibus, etiam quia non crediderunt, nec laudauerunt eum, vt Deū, quia dicitur glorificauerunt Deum, qui dedit talem potestatem, & non dicitur glorificauerunt ipsum, etiā quia fecerunt eum alijs hominibus consimilem cum dixerūt, qui dedit talem potestatem hominibus, istud autem fuit, quia Iudæi per ista miracula adhuc nō cognouerunt Christum esse Deum, sic dicit Chrysosto. I paulatim serpunt Iudæi magnificantes Deum, non tamen putabant eum Deum esse, istud autem erat, quia adhuc cor Iudęorum erat aggrauatum, & non poterant ascendere ad hanc altissimam cognitionē, scilicet, quòd Christus, qui verus homo erat esset Deus, & ideo etiam per omnia ista miracula, quæ faciebat non credebant eum esse Deum, sed esse virum sanctum, & Prophetam excellentem: nam quando mortuos suscitabat (quod vulgares maximum miraculum putant) dicebant, quòd erat Propheta magnus Lucæ septimo, quando suscitauit filium viduę: nam dixerunt Propheta magnus surrexit in nobis, & quia videbant eum maiora facere quam fecissent alij Prophetę iudicabant de ipso homines varie, nemo tamē ipsum plus quam hominem putabat, sic dicitur in- K fra decimosexto, cum Christus dixit discipulis, quē dicunt homines esse filium hominis? idest, me, & illi dixerunt alij Ioannem Baptistam, alij Eliam, alij Ieremiam, alij vnum ex Prophetis. erat autem ista cognitio valde imperfecta, quia non solum iudicabant eum esse purum hominem, sed etiam saltem non iudicabant eum esse Messiam per hoc adhuc putantes aliquem perfectiorem ipso esse venturum: nam de Messia creditum erat apud Iudæos, quod nullus homo melior ipso futurus erat, & ideo quidam Iudęi interdum videntes magna miracula Christi, quasi sub dubio dicebant eum esse Messiā Ioan. septimo, Christus cum venerit nunquid plura signa faciet quàm F hic facit, quasi dicat, non videtur, ꝙ quisquam plura facere possit verumtamen determinate, & publice nemo illum Messiam dicebat; ideo inter omnes illas opiniones, quas Apostoli narrauerunt de Christo, infra decimosexto, nullus erat qui diceret, quod esset Messias, sed quando quæsitum est de hoc a discipulis dixit Petrus, tu es Christus, idest, Messias. erat ergo valde aggrauatum cor Iudæorum, vt non crederent id, ꝙ Christus eis ostendebat. De secundo dicendum, ꝙ non oportet dici istos peccasse, sed solum habuisse imperfectionem quandam, quia plura credere poterant quàm credebant, hoc autem erat propter magnam imperfectionem, quia cum essent valde rudes G difficile erat eis subito ascendere ad hanc rem insolitam, & difficiliorem inter cętera credibilia, scilicet, Deum esse hominem. istud enim facilius credere potuissent Gentiles, quia homines transferre in Deos assuefebant, Iudæis autem erat hoc valde vetitum, scilicet, vt non putarent Deum habere similitudinem aliquam viri, nec fœminæ, nec alicuius animalis, sic dicitur Deuteronomij quarto, custodite animas vestras sollicite, non vidistis aliquam similitudinem in die, qua locutus est vobis Dominus in Oreb de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis imaginem masculi, vel fœminæ, sic etiam dicitur Isa. quadragesimo: cui ergo similem fecistis Deum, aut quam imaginem ponetis ei, quasi dicat, nulla similitudo eius re- H periri potest: ideo quicquid Christus faceret hoc solum putabant, quòd ipse erat vir sanctus valde acceptus Deo, & hoc aliquid erat, quia ita paulisper per gradus venirent ad cognoscendum eum esse Messiā, & deinde, quòd esset Deus, sic dicit Chrysostomus paulatim serpunt Iudæi magnificantes Deum non tamen putabant eum Deum esse, obstabat enim eis caro, nec tamen erat modicum existimare eum præcipuum esse mortalem & a Deo processisse. hoc autem dicit, quia Mar. secundo, dicitur, quod facto isto miraculo dixerunt turbę, nunquam sic vidimus: hoc etiam Christus voluit, quia vt dictum est supra quæstione decimaseptima, ipse nolebat dicere palam se esse Deum, vel Messiam, vt non impediretur I mors sua, sed taliter dicebat, quòd credi posset si quis attenderet, & non omnino ignoretur eum hoc dixisse. Tertio fuit, quia Christus ad hoc occasionem præstitit dicens, vt sciatis, quia filius hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata: ideo sicut ipse dixit, quòd homo haberet istam potestatem, ita illi de hac potestate homini tradita locuti sunt, quia dicitur in litera glorificauerunt Deum, qui dedit talem potestatem hominibus. & sic non oportet dici, quòd peccauerint, sed quòd fuerunt imperfecti non credentes sufficienter ea, quæ Christus de se ostendebat, nec eum iuxta dignitatem suam quam ostenderat laudantes.

Ad primum dicendum, quòd non fuit de istis, sicut de Prophetis Gentilium, quia illi cognouerunt K Deum, & non laudauerunt, vt Deum: ideo sunt inexcusabiles ad Roman. primo, scilicet, ita vt sint inexcusabiles, quia cum cognouissent Deum non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, hic autem Iudæi non cognouerunt Christum esse Deum: ideo non potuerunt laudare, vt Deum, si autem cognouissent peccarent non adorantes eum: non ergo sunt culpabiles, quia eum non adorauerūt vel laudauerūt, sed de imperfectione, & ruditate sunt arguendi, quia facta plena probatione, quòd esset Deus ad hoc credendum aut intelligendum assurgere non potuerunt. Ad secundum dicendum, ꝙ in turbis fuit nunc quædam incredulitas, non tamen veniebat ex iniquitate, sed ex imperfectione, quia

non

non fuerunt ipsi manifeste resistentes, sed non poterunt maiora cognoscere: hoc dicitur propter sapiētes Iudæorum, qui aliquid de Christo cognoscebant, & tamen non solum non honorabant eum, sed etiam oderant illum Ioan. decimoquinto, si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit peccatum non haberent, nunc autem viderunt, & oderunt me. hic autem non fuit sic, quia illi, qui oderant Christum quando videbant eum miracula facere nō laudabant Deū tanquam istud esset a Deo, sed dicebant in Beelzebub principe dęmoniorum dæmonia eijcit infra duodecimo, & Lucæ vndecimo: hic autem turbæ laudauerunt Deum, & dixerunt ista ab eo esse, scilicet, qui dedit talem potestatem hominibus: ergo bono animo erant ad Christum, & sic non peccauerunt, licet non laudauerunt eum vt Deum.

A

B

An dixerunt verum istæ turbæ dicentes, qui dedit talem potestatem hominibus.
Quæst. XXX.

QVAERETVR an dixerunt verum istæ turbę dicentes, qui dedit talem potestatem hominibus.

Dicendum, quòd si accipiatur istud stricte falsum est, quia hic facta sunt duo miracula ad probandum vnum, scilicet, cognitio cogitationum & sanatio paralytici, & per hæc probata est remissio peccatorum: nullius tamen istorum potestas dari potest homini. C

De primo patet, quia nemo potest cognoscere cogitationes hominis, nisi Deus, potest autem Deus reuelare Prophetis quid homines cogitent, & ita ipsi cognoscunt istud quod eis reuelatur, & hoc est, quod homines cogitant, ipsi tamen non cognoscunt quomodo homines illa cogitent, quia non vident corda eorum, maxime quia non dicitur hic, quod homines ista faciant, sed quòd sit eis data potestas ad hoc, & si data esset iam ipsi illam haberent, & possent per eam operari quandocunque vellent, ꝙ falsum est.

De secundo patet, quia paralyticum sanare est infinitę potestatis: non potest autem aliquid esse infinitum, nisi Deus: ideo sicut nulli rei, quæ est extra Deū potest communicari, quòd sit Deus, ita nec potest communicari potestas infinita illi. D

De remissione peccatorum eadem ratio est, quia remittere peccata est esse Deum, cum peccata omnia non sint facta, nisi contra Deum: nemo ergo potest illa remittere, nisi Deus, quia si alicui communicaretur istud, communicaretur ei, quòd esset Deus. potestas tamen faciendi miracula nulli potest communicari, vt magis dicetur Mar. secundo, vbi agetur de miraculis in generali, remissio etiam peccatorum nulli communicatur. an vero possint homines peccata remittere, & qui homines, & quomodo, & alia circa hoc dicetur Mar. secundo: non ergo erat verum, quod Deus dedit hanc potestatem hominibus. E

Sed dicet aliquis, ꝙ ista potestas data est homini Christo: nam Christus homo faciebat miracula, & peccata remittebat, sicut ipse dixit supra in litera, vt sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata.

Dicendum, ꝙ hoc verum est, & tamē turbę nō sic intellexerunt, quia tūc crederent Christum esse Deū, & hominem, & tamen non crediderunt, vt ostēsum est præcedenti q. Item quia dixerunt, qui dedit talem potestatem hominibus, & sic non soli Christo innuebant hanc potestatem traditam, sed etiam alijs hominibus interdum tradi. & tamen falsum est, quia sola Christi humanitas diuinę personę vnita est: ideo non intellexerunt sic. Est tamen dicendum, ꝙ non cōstat, an ista verba fuerint turbarum, vel ipsius Euangelistæ, si fuerunt Matth. certum est, ꝙ vera sunt. quia diceret ea in bono sensu. s. qui dedit talem potestatem hominibus. i. dignatus est opera tantę potestatis exercere per homines quasi per quosdam ministros, vel quòd Deus sit promptus ad vocem hominis quasi obediendo ei, vt faciat ea, quæ homo dixit, & tali modo loquitur Scriptura, sicut dicitur Iosue decimo, quòd dixit Iosue Sol contra Gabaon ne mouearis, & postea dicitur non fuit ante nec postea tam longa dies obediente Deo voci hominis. si autem sint ista verba turbarum poterit esse, ꝙ errauerint putando, ꝙ ista potestas poterat communicari homini, licet homo nō haberet eam a seipso: nesciebant enim an sequeretur ex hoc inconueniens. s. esse Deum illum cui communicabatur ista potestas. Potest etiam dici, ꝙ turbę habuerunt sanum intellectum. s. ꝙ data est potestas ista hominibus non formaliter, vt ipsi illam habeant, sed ministerialiter. i. vt Deus per illos operetur. s. loquentibus eis, vel aliquid exterius facientibus, sic innuitur Mar. 6. s. vnde huic hęc omnia, & quæ est sapientia, q̄ data est illi, & virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur?

Quomodo potest stare, quia Euangelistæ discordant in verbis huius partis.
Quæst. XXXI.

QVAERETVR quomodo potest stare, quia Euāgelistæ discordant hic in verbis, & hoc in duobus. Primo vbi dicitur confide fili. Secundo vbi dicitur, qui dedit potestatem talem hominibus: nam de primo dicitur homo remittuntur tibi peccata tua.

Ad istud primum dicendum, vt sępe dicitur, quòd Euangelistæ sensum verborum Christi semper secuti sunt, & in hoc nunquam variant, verba autem non semper referunt eadem, sed interdum ponunt alia æquiualentia in significando, hic autem erat Christi intentio dicere, quod remittebantur isti peccata, ad excitandum autem eum, & vt videretur ad quem verba dirigeret dixit, fili vel homo, & non differt qd eorum diceret, quia vtrunque verum erat: erat enim homo, & etiam erat filius eius: quid tamen diceretur non apparet, quia per vtrunque poterat Christus ęqualiter ostendere ad quem dirigebat verba. verisimilius tamen est, quòd dixerit fili, quia istud est nomen cuiusdam dulcedinis, & amoris, & pertinet propriè ad illum, qui alteri vult benefacere, sicut nunc Christus volebat isti paralytico: patet etiam quia Matthę. & Mar. dicunt fili. Luc. solus dicit homo. Sed adhuc differunt, quia Matthæ. dixit hic confide fili remittuntur tibi peccata, & quantum ad hoc dicendum est, quòd alij tacuerunt istud verbum confide, quòd Matthæus expressit, quia vbicunque vna scriptura exprimit plusquam alia, standum est plus dicenti, quia ita vtraque erit vera, quòd non fieret, si staretur minus dicenti.

Secundum est, quia hic dicitur glorificauerunt Deum, qui dedit talem potestatem hominibus, & Marc. secundo, dicitur, quòd dixerunt nunquam sic vidimus, & Lucæ quinto, dicitur vidimus mirabilia hodie.

Dicendum vno modo, quòd Euangelistæ sequuntur solum sensum non curantes de verbis, est autem sensus, quòd turbæ admiratę sunt, & expresserunt in voce admirationem suam, quibus autem verbis expresserint non differt: dum ta-

men solam admirationem exprimerent: cum ergo verba omnium trium Euãgelistarum admirationem signent, quę illorum dixerunt turbę, vel forte nulla illorum, sed alia ęquiualentia non differt.

Secundo potest dici, & melius quòd turbę dixerũt omnia hæc. scilicet, ea, quæ dicunt Marc. & Luc. sed non ea, quæ dicit Matth. quòd paret ex modo loquẽdi, quia Matth. dicit hic turbæ glorificauerunt Deũ, qui dedit talem potestatem hominibus, & sic non innuit, quòd turbæ illud dixerunt, sed videtur ipse illud dicere, assignans per hoc causam dicti sui, scilicet, turbæ glorificauerunt Deum, & hoc, quia dedit talem potestatem hominibus, ea autem quæ dicunt Marc. & Luc. turbæ dixerunt, sicut asserunt ipsi Euãgelistæ, quia Mar. secundo, dicitur, ita vt admirarentur omnes dicentes nunquam, sic vidimus, & Lucę quinto, dicitur, & repleti sunt timore dicentes, quia vidimus mirabilia, & sic dicendum, quòd vtrunque dixerunt, ita vt dicerent vidimus mirabilia hodie, & nunquam sic vidimus, & ita vnus expressit quod alius tacuerat.

Mar. 2. Luc 5. a. q. 1. cap. multi.

Et cum transiret inde Iesus vidit hominem sedentem in teloneo Matthæum nomine. Et ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo; ecce multi publicani, & peccatores venientes discumbebant cum Iesu, & discipulis eius.

Credentiũ vocatio.

Et cum transiret. Hic ponitur credentium vocatio, & diuiditur in duo, quia primo circa eam describitur condescensio ad peccatores. secundo ponitur reprehensio Christi contra murmurantes ibi.

Et videntes Pharisæi. Hic agitur de vocatione Matthæi ad discipulatum, qui prius erat publicanus. & dicitur.

Et cum transiret Iesus inde. Idest, de loco, in quo fecerat miraculum de curatione paralytici, quæ supra habetur, sic exponit Chrysostomus.

Vidit hominem. De seipso Matthæ. hic loquitur. & ideo posuit immediate nomen suum.

Sedentem in teloneo. Est teloneum domus, in qua vectigalia congregantur, & dicitur a telon in Græco, quód est vectigal. vt dicit glo. & ibi sedebat Matthæ. quando nunc vocatus est, quia officium suum erat ista vectigalia publica colligere, & ideo vocatur publicanus Lucæ quinto capitulo, & infra decimo, scilicet, quia publica colligit. sed Lucæ quinto, dicitur, sedentem ad teloneum, & idem est, quia potest accipi teloneum pro domo, in qua vectigalia colliguntur, & ita sedebat in teloneo, vt hic dicitur, vel potest accipi pro istis vectigalibus, quæ colliguntur. & ita est verum, quód sedebat ad teloneum, idest, manebat sedens ad colligendum teloneum, idest, vectigal ab omnibus transeuntibus, sic dicitur Mar. secundo, & Lucæ quinto, erat autem locus, in quo nunc sedebat Matthæ. quędam domus, iuxta mare Galilęæ, & ibi colligebat vectigalia, vt dicetur infra quęst. 38.

Teloneum quid sit.

Matthæum nomine. Ipse enim, qui scripsit hęc, sed Mar. secundo, & Lucæ quinto, vocatur Leui.

Et ait illi sequere me. Scilicet, corpore, & mente: nã corpore secuturus erat eum vadens quocunque ille iret, vt posset semper audire verbum eius cũ assumendus esset in Apostolum sequẽti cap. & Lucę 6. etiam mẽte secuturus erat eum, vt iam non haberet animũ terrena lucra sectandi, sed qui prius aliena auidus cu-

[F] piebat, nunc propria contemneret, & relinqueret, sicut Christus opere contemnebat, & verbo, contemnenda esse docebat, cum non haberet vbi reclinaret caput suum pręcedenti cap. & Lucę nono.

Et surgens secutus est eum. Sedebat forte ad mensam, in qua erant libri rationum suarum, & pecunię, quas recipiebat, & surgens reliquit omnia illa, ita vt erant, & secutus est Christum corporaliter, & spiritualiter; non enim potuisset eum corpore sequi omnia illa, in quibus prius versabatur deserendo, nisi prius ea animo contemneret. vt vocantem sequeretur.

Et factum est discumbente eo in domo. Idest, Christo sedente ad conuiuium in domo, scilicet, Matth. vt dicitur Mar. 2. & Lucæ quinto: nam postquam vocatus

[G] est Matthæ. a Christo inuitauit eum, vt in domo sua discumberet, & fecit Christo magnum conuiuium Lucæ 5. an vero istud conuiuium fuerit factũ statim post vocationem dicetur infra quęst. 47.

Et ecce multi publicani. Publicani dicuntur a publico, idest, qui colligunt redditus publicos huiusmodi sunt vectigalia, erant autem isti publicani socij Matthæi in officio colligendi publica, quia etiam ipse erat publicanus, vt patet sequenti cap. & Lucę 5. erant aũt multi isti publicani: nam dicitur Lucæ quinto, quòd erat turba multa publicanorum. Vnde publicani.

Et peccatores. Potest intelligi, quòd isti publicani erant peccatores, vel quòd alij præter publicanos erãt peccatores, qui nunc fuerunt in conuiuio illo, vt dice-

[H] tur infra quęst. 43.

Venientes discumbebant cum Iesu, & discipulis eius. Fuit magnum conuiuium. vt dicitur Lucæ quinto: ideo fuerunt multi inuitati in eo: nam fuit ibi Christus, & omnes discipuli eius, fuit etiam turba multa publicanorum.

Sciendum, quòd ista vocatio Matthæi a solis tribus describitur Euangelistis, scilicet, hic & Mar. secũdo, & Lucæ quinto.

An vocatio Matth. fuerit post præcedentia immediate, vel interiecto tempore. *Quæst. XXXII.*

QVAERETVR de ista vocatione, an fuerit post p̃cedentia, & an fuerit immediate post illa, vel in-

[I] teriecto aliquanto tp̃e. Dicendum, ꝙ aliqui volunt, ꝙ non fuerit post pręcedẽtia, sed ante illa, sic dicit hic Nicolaus, qui ponit duas opiniones vna est sua. s. ꝙ vocatio Matth. & istud conuiuium fuit ante curationẽ paralytici, quæ habet̃ s. sed ponitur hic per recapitulationem. Alia est opinio aliorum. s. ꝙ vocatio Mat. fuit ante curationem continuato ordine, & tñ vt conuenientius describatur hic istud conuiuium, scribitur Matth. vocatio, quæ fuit occasio huius conuiuij.

Sed dicendũ, ꝙ vtraq; opinio est falsa. De prima patet primo ex ordine literę, quia semp̃ est standũ ordini literę, nisi cõstet aliunde, ꝙ non fuerit ille ordo rerum gestarum, quem litera sequitur. Secundo patet,

[K] quia oẽs tres Euangelistę, qui istam vocationem descripserunt ponunt eam statim post curationem paralytici, & istud est efficax argumentum, ꝙ si nõ fuisset iste ordo rerum gestarum cum multi describant eandem rem, aliquis discordaret ab alijs in ordine narrationis, sicut sępe fit circa alia. Tertio patet, quia dr̃ hic in litera, & cum transiret inde Iesus vidit hoĩem sedẽtem in teloneo, i. postquam transiuit de loco, in quo sanauit paralyticum, de quo supra immediate dr̃ vidit hominem &c. ergo ista vocatio fuit post curationẽ paralytici. Quarto patet Lucæ 5. vbi ponitur apertius istud, & dicitur, & post hoc exijt, & vidit Iesus publicanum: ergo post curationem paralytici, de qua ibi Lucas loquebatur fuit Matth. vocatio.

Quinto

Quinto patet, quia dicit Augu. post paralyticum sanarum de conuersione publicani agitur.

Sexto patet, quia dicit Chrysosto. cum transiret inde Iesus vidit hominem sedentem. s. a loco vbi miraculum de curatione paralytici fecerat vidit hominē sedentem in teloneo. necesse est ergo dici, quòd ista vocatio Mat. fuit post curationem paralytici.

De secunda opinione patet, quòd sit falsa: nam inquantum supponit, ꝙ vocatio Mat. fuerit ante paralytici curationem supra ostensum est, quòd sit falsa: inquantum vero dicitur, quòd conuiuium fuit post istā curationem paralytici verum dicit, sed quia dicit, ꝙ conuiuium non fuit immediate post vocationem, sed alio tempore falsum dicit, vt dicetur infra quæstione 47.

Dubium tamen manet de continuatione huius ad præcedentia omnia: nam non est dubium quin fuerit ista vocatio post curationem paralytici, vt nunc ostēsum est, & tamen an fuerit ante omnia, quæ supra habentur non apparet. Nam quidam putant, quòd fuit ista vocatio Mat. ante sermonem Christi in monte, qui habetur supra 5. nam Matth. prius vocatus est q̄ eligerentur Apostoli, quia electio eorum fuit simul facta. s. in vna die, vt colligitur Luc. 6. s. quòd vocauit Christus omnes discipulos suos, & de illis elegit duodecim quos Apostolos nominauit. Matthæus tamen fuit vnus de illis duodecim seq. ca. & Mar. 3. & Luc. 6. ideo vocatio Mat. fuit ante electionem Apostolorū, & hoc necessarium est, quod etiam ostendunt omnes tres Euangelistæ ex ordine narrationis, quia Mat. posuit hic vocationem suam, & seq. cap. Apostolorum electionem etiam Mar. 2. ponitur ista vocatio Matt. & Mar. 3. ponitur electio: sic etiam Luc. 5. ponitur ista vocatio, & Luc. 6. electio, & tamen Lucas vult, quòd fuerit electio Apostolorum ante sermonem Christi in monte Luc. 6. & iste sermo ponitur supra 5. ergo videtur, quòd ista vocatio Mat. fuit ante ea, quæ habētur supra 5. sic dicit Augu. lib. de concor. Euange. s. vel probabilius videtur, quòd hæc prætermissa recordando Mat. commemorat, quia ante sermonem habitū in monte credendum est Mat. esse vocatum, in eo quippe monte tunc Lucas commemorat oēs 12. electos quos, & Apostolos nominat. Sed dubium stat in hoc, quid prius fuerit an sermo Domini in monte, vel electio Apostolorum, de quo dicetur sequē. cap. circa principium.

Ad secundum principale dicendum, quòd non apparet an immediate post paralytici curationem fuerit vocatio Mat. vel aliquanto tempore interiecto, videtur tamen, ꝙ paucum tempus interciderit.

Primo, quia omnes tres Euangelistę, qui hoc narrant nihil interponunt, & tamen si intercidisset aliquod tempus, aliqua gesta media fuissent, quæ aliquis Euangelistarum tangeret. Secundo patet, & efficacius, quia dicitur in litera cum transiret Iesus inde vidit hominem sedentem, & sic videtur, quòd mox, vt fuit facta curatio paralytici transiuit Iesus per locū, in quo sedebat Mat. maxime, quia dicit Chryso. exponens hoc, cum transiret inde Iesus vidit hominem sedentem, scilicet, a loco vbi miraculum de curatione paralytici fecerat vidit hominem sedentem in teloneo.

Ordo autem fuit huius rei. s. ꝙ Christus sanauit paralyticum intra vrbem Capharnaum Mar. 2. & sanauit eum in domo: nam per tectum domus deposuerunt eum ante Christum Mar. 2. & Luc. 5. facto autē miraculo exiuit de domo illa, & de vrbe, & ibat iuxta mare: nam Capharnaum in litore maris Galilęæ est, & in ipso litore erat Matthæus sedens ad recipiendū vectigal, & ibi vocauit eum, istud innuitur Mar. 2. vā

A postquam dicitur, quòd turba videns curatum paralyticum dixit, nunquam sic vidimus, sequitur, & egressus est rursus ad mare omnisque turba veniebat ad eum, & docebat eos, & cum preteriret, scilicet, per littus maris vidit Leui sedentem ad teloneum.

Quare Christus transiuit de loco, in quo miraculum fecerat. Quæst. XXXIII.

QVAERETVR, quare Christus transiuit inde, idest, de loco, in quo miraculum fecerat.

B Aliqui dicunt, quòd hoc fuit ad vitandū inuidiam Iudaicam, vel contentionem ne magis succenderet Iudæos contra se: sic dicit Chrysosto. cum Christus fecisset miraculum non permansit in eodē loco, ne Iudæorum zelum accenderet ampliorem, hoc & nos faciamus non obstinate obsistentes eis, qui insidiantur nobis.

Sed hoc non multum videtur, quia per hoc Christus non euitabat Iudæorum zelum, quia licet mutaret locum non declinabat auditores, quia isti coram quibus curauerat paralyticum venerant de diuersis locis ad audiendum eum Luc. 5. s. erant ibi Pharisæi sedentes, & legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilęæ, & Iudęę, & Ierusalem, & isti sequebantur
C eum etiam si ad alia loca iret, & ita fuit nunc, quia dicitur Mar. 2. omnis turba veniebat ad eum, & docebat eos egressus rursus ad mare: illi ergo coram quibus miraculum fecerat ibant cum eo quando transiuit de loco miraculi: ideo transeundo non vitaret zelum Iudæorum. Secundo patet, quia non videtur, ꝙ ex hoc Iudæi zelum habuerint, quia antequam Christus faceret miraculum, cum dixit remittuntur tibi peccata tua, turbabant intra se scribę, & Pharisęi, postquam tamen sanauit paralyticum conquieuit illa turbatio, & dicitur, quòd turbæ videntes glorificauerūt Deum, & non solum hoc turbæ fecerunt, sed etiam Pharisęi, & scribę, quia dicitur Mar. 2. quòd surrexit paralyticus, & sublato grabato abijt coram omnibus, ita vt admirarentur omnes, & Luc. 5. dicitur, & stu-
D por apprehendit omnes, & magnificauerunt Deum. Aliter ergo potest dici, quòd Christus recessit inde, quia officium suum erat prædicare omnibus audire volentibus Mar. 1. eamus in proximos vicos, vt & ibi prædicem; ad hoc enim veni, & quia non poterant commode habitatores omnium locorum cōuenire ad locum, in quo ipse esset, discurrebat per omnia loca, & non manebat diu in aliquo loco: aliquādo enim incolę locorum propter miracula volebant eum tenere ne iret ad alia loca, sicut iterum fuit in hac vrbe Capharnaum Luc. 4. s. turbę venerunt, & detinebant illum ne discederet ab eis, quibus ille ait, quia & alijs ciuitatibus oportet me Euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum, & ideo cum nunc sufficienter
E prędicasset in Capharnaum, exiuit inde prędicaturus in locis proximis, sicut iterum fecerat Marc. primo eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prædicem.

Quomodo stat, quòd hic nominatur Matthæus, & Luc. quinto vocatur Leui, Et quis erat Zebedæus, Quæst. XXXIIII.

QVAERETVR quomodo stat, quia hic nominatur Matthęus, & tamen Mar. 2. & Luc. 5. vocatur Leui.

Dicendum, quòd erat binomius, & nomen suum principale erat Matthæus minus principale erat Leui, & ita ipse posuit nomen quo communius nominabatur Marc. autem, & Luc. nomen

minus

minus consuetum: sic enim multi sępe in sacra Scri- F
piura sunt binomij, vel trinomij, & mutatio nominũ
præstat obscuritatem, sicut Esau vocabatur Esau, &
Seyr, & Edon Gen. 25. vt ibi ostensum est, & Iacob
vocabatur Iacob, & Israel. Gen. 32. & 35. pater Dauid
vocabatur Isai. 1. Reg. 16. & Iesse. Isa. 11. & supra 1. &
Naas 2. Reg. 17. sic etiam Iosias babuit tres filios, &
quilibet eorum habuit tria nomina, vt ostensum est
4. Reg. 23. sic etiam in nouo testamẽto Petrus habet
tria nomina. s. Petrus sequen. cap. & Luc. 6. & Simon
præcedenti capitu. & Luc. quarto, & quinto, & Ce-
phas infra decimoseato, & Io. 1. & 1. ad Corint. 15. &
ad Gala. 2.

Considerandum etiam quòd Matthæus, & Luc.
posuerunt nomen simplex Matthę. quia hic vocatur G
Matthæus, & Luc. 5. Leui. sed Mat. posuit etiam co-
gnomen. s. Leui Alphæi, idest, Leui filium Alphęi, si-
cut dicitur Iacobus Zebedęi seq. cap. & Mar. 3. idest, fi-
lius Zebedęi: nam Zebedęus erat pater Iacobi, & Ioan
nis supra 4. & Mar. 1. sic etiam vocatur alius Iacobus
Alphęi seq. cap. & Luc. 6. idest, filius Alphęi, & tamen
non erat filius eiusdem Alphęi cuius erat iste Mat-
thęus, & ideo vbi nominantur ambo vocatur solum
Iacobus Alphęi, & non Matthæus Alphęi, sed absolu-
te vocatur Matthæus sequenti capitu. & Mar. tertio,
& Luc. sexto.

Aliter potest dici, quòd forte nomen Matthæ.
antequam a Christo vocaretur non erat Mat. sed so-
lum Leui, & istud posuerunt Mat. & Luc. Matthæus H
autem fuit vocatus post assumptionem in discipulũ:
ita enim quibusdam nomina addita sunt, vt Simon
vocatus est a Christo Cephas Io. 1. & sic forte tunc
istum vocauit Matth. & ista videtur esse causa, quare
postea in nullo loco sacrę Scripturę nec etiam apud
scriptores vocatur Leui, sed solum Matthæus. s. quia
non licebat aliter eum nominare, nisi sicut Christus
nominauerat, potissime quia ipse reiecerat illud no-
men vetus, scilicet, Leui & ita videtur esse veritas.

Quare Marcus, & Lucas noluerunt vocare Matthæum, sed Leui. Quæst. XXXV.

QVAERETVR dato quòd Matth. haberet ista I
duo nomina, quare ipse Matthæum se nomi-
nauit, & Mar. & Luc. noluerunt eum nomina
re Matthæum, sed Leui.

Dicendum, quod Mat. ea humilitate hoc facit illi
autem ea vrbanitate. Primum patet, quia Mat. ea hu-
militate non vult abscondere ignominiam suã: erat
enim publicanus, & quando scripsit hoc cognosceba
tur sub hoc nomine Matthęus, & ita de cętero a toto
sęculo agnoscendus erat, illud autem nomen Leui
abierat in desuetudinem, & hoc, quia Christus assu-
mens eum in Apostolum vocauit ipsum Matt. vt di-
ctum est præcedenti quæsti. si ergo sub hoc nomine
Leui de se loqueretur, cum sic a raris agnosceretur,
videretur occultare ignominiam suam: ideo Mat- K
thæum se nominauit, vt omnes agnoscerent, quòd
de se loqueretur seipsum quantum ad priorem sta-
tum accusando.

Secundum patet, quia Mat. & Luc. de alio loquebã
tur: ideo propter honorẽ Apostolatus, & ipsius Mat.
qui iam erat ad meliora conuersus debuerunt vrba-
nius loqui ignominiam status eius occultantes, & q̃a
noluerunt ostendere conditionem status eius, scili-
cet, quòd publicanus esset ad ostendendam Christi
clementiam, saltem in nomine voluerunt eum esse
incognitum, nomine inconsueto eum appellantes.
Fuit autem econtrario quantum ad ea, quę aliquam
excellentiam Matthęi ostendebant: nam Matthæus
illa tacuit. Luc. autem ipsa expressit, vt patet de con-
uiuio, de quo hic Matthæus obscure loquitur, ita vt
non appareat in cuius domo Christus manducabat.
Mar. tamen, & Lucas expresserunt, quòd in domo
Leui, idest, Mat. & dixit Lucas, quòd fecit conuiuiũ
magnum Leui in domo sua. sic dicit Hierony. super
Mat. cęteri propter verecundiam, & honorem Mat.
noluerunt eum nomine appellare vulgato, sed dixe-
runt Leui. ipse autem Mat. iuxta illud Salomonis iu-
stus in principio sermonis accusator est sui Matthęũ
se, & publicanum nominat, vt ostendat legentibus
nullum debere desperare salutem si ad meliora con-
uersus sit, cum ipse de publicano in Apostolum sit re
pente mutatus.

Aliter potest dici, q̃ Marc. & Luc. nihil noui fece-
runt, de quo sit causa petenda, sed Matth. mutauit so-
litum. nam Marc. & Luc. etiam si nullo modo de ho
nestate Mat. curarent, debuerunt eum vocare Leui,
& non Matt. propter duo. Primo, quia quando voca-
tus est a Christo non nominabatur Mat. sed Leui, vt
dictum est præceden. quæst. ideo debuerunt eum no-
minare scribentes vocationem, sicut nominabatur
quando vocatus est. s. Leui. Secundo, quia etiam istud
nomen conuenit vocationi. nam per vocationem di-
misit statum veterem quem ante tenebat, & cum il-
lo etiam nomen antiquum perijt Christo imponen-
te aliud: ideo cum scribi vocationem Matth. sit scribi
eius veterem statum debuit nomine veteri tunc vo-
cari. s. Leui. ipse tamen Mat. recessit a solito, quia vt
redderet notam suam veterem conuersationem ap-
pellauit se eo nomine quo non appellabatur quando
vocatus est, & ista videtur ratio magis pręcipua quàm
præcedens, quia si propter solum honorem Matth.
Marcus, & Lucas hoc fecissent, tacuissent eius vete-
rem conuersationem, vel saltem non multum expli-
carent eam, & tamen Lucas magis illam aperuit
quàm hic Mat. quia hic dicitur vidit hominem sedẽ-
tem in teloneo Mat. nomine, & tamen Luc. 5. dicitur
vidit Iesus publicanum nomine Leui sedẽtem ad te-
loneum: ista ergo fuit potius causa quàm illa.

Quare Christus non vocauit Matthæum quando vocauit reliquos discipulos. Et quo ordine vocantur nomina Apostolorum. Quæst. XXXVI.

QVAERETVR, quare Christus non vocauit
Mat. quando vocauit Petrum, & Andream
Ioannem, & Iacobum, & alios discipulos, sed
multo post tempore.

Aliqui dicunt, q̃ hoc fuit, quia Matt. non erat di-
spositus ad Christi vocationem ante hoc, quia cum
esset publicanus cuius vita multũ distabat a vita Apo-
stolica, oportuit prius paulatim multis miraculis, &
prædicationibus emolliri cor eius, vt disponeretur ad
conuersationem discipulorum Christi. sic dicit Chry
so. in Homilia. s. sed cur non cum Petro, & Ioanne, &
alijs eum vocauit? & respondet q̃m durius adhuc di-
spositus erat, sed post multa miracula, & multã Chri-
sti famam quando aptiorem eum ad obedientiam sci
uit, qui intima cordis nouit.

Sed dicendum, q̃ forte de talibus non sunt causæ
petendę, quia non assumitur hic causa ex parte rei,
sed ex parte voluntatis: cum enim Christus vocaue-
rit discipulos, quare potius incępit a Petro, & Andrea,
& non a Iacobo, & Ioanne, qui tamen tempore voca-
tionis erant in eodem loco, scilicet, in mari Galilęę
apud littus, & inter se parum distantes. vt patet su-
pra quarto, & Marc. primo non videtur esse alia cau-
sa, nisi quia placuit ei Petrum, & Andream primos

esse

esse,& ita de alijs. De Matthæo non videtur posse dari causam, nisi quia Christus sic voluit, maxime quia præsupponitur, quòd omnes Christi Apostoli iam vocati erant,& tamen hoc non videtur esse verum, quia Apostoli videntur ordinari secundum ordinem vocationis, electio nanque ipsorum facta est simul hora vna. Luc.6.& tamen Euangelistæ ponentes nomina eorum ponunt semper quendam ordinem inter eos, qui fere seruatur apud omnes tres, qui eorum nomina scripserunt, vt patet seq.ca.& Mar.3.& Luc. 6.& iste non est ordo secundum dignitatem, quia manifestum est, quòd Iacobus,& Ioannes digniores habentur quàm Andreas, cum illi specialiter vocarentur a Christo simul cum Petro quando aliquid secretum, vel speciale acturus erat, vt in transfiguratione infra,& in suscitatione puellę Luc.9.& tempore passionis ad exponendum illis tristitiam suam. Luc.22. & tamen in ordine Apostolorum Andreas ponitur ante Iacobum,& Ioannem, vt patet seq.cap.& Luc.6. & hoc videtur esse, quia Andreas prius tempore vocatus est quàm Iacobus,& Ioannes supra quarto, & Mar.primo,& sic videtur, quòd nomina Apostolorum scribuntur secundum ordinem vocationis, vel aduentus eorum ad Christum: Matt.tamen ponitur septimo loco inter Apostolos Mar.tertio,& Luc.sexto, licet ipse ponat se octauo loco seq.cap.ergo videtur, quòd alij de Christi Apostolis fuerunt vocati post ipsum, vel venerunt ad Christum post ipsum, & sic non præsupponitur verum, quòd Mat.fuerit vltimus in vocatione: non ergo videtur posse dari causam quare tali tempore, vel tali fuerit vocatus.

Quare fit mentio de vocatione Petri,& Andreæ,& Iacobi,& Ioannis & Matthæi,& non aliorum Apostolorum. Et quòd Apostoli non diuersis temporibus efficiebantur Apostoli sed omnes eadem die facti sunt Apostoli. Quæst. XXXVII.

QVAERITVR, quare fit mentio de vocatione Petri,& Andreæ, Iacobi & Ioannis, & Mat.& non de vocatione aliorum Apostolorum.

Aliqui dicunt, quòd hoc fuit propter conditionẽ status istorum exprimendam, scilicet, quia Petrus,& Andreas Iacobus,& Ioannes piscatores erant, quod est de officijs abiectis. Matthęus autem erat publicanus, quod est de officijs pessimis, alij autem Apostoli non erant in talibus officijs, sed forte honestioribus: ideo de alijs nihil dictum est. sic dicit Chrysostomus in Homilia, quid est autem, quod de alijs Apostolis nihil dicitur qualiter, & quando sunt vocati, nisi de Petro,& Andrea, Iacobo,& Ioannę, & Matthæo,& respondet: hi enim maxime erant in inconuenientibus,& humilibus studijs: nec enim telonei officio est aliquid deterius, nec piscatione vilius.

Aliter potest dici, quod Euangelistæ illa sola expresserunt, quæ ad aliquam instructionem nostram proficiunt,& quia in istorum quinque vocatione fuit aliquid speciale, & ad miraculum pertinens, vocatio istorum solum descripta est. Petrus enim & Andreas Christo vocante relictis retibus, & naui secuti sunt eum, nihil amplius morantes supra quarto, & Mar. primo, etiam in vocatione eorum dixit Christus eis faciam vos fieri piscatores hominum. Iacobus autem, & Ioannes Christum vocantem relicta naui, & patre secuti sunt eodem capitulo: Matthæo autem adhuc fuit maius, quia cum sederet in ardoribus auaritiæ lucra terrena captans in teloneo Christo vocante omnia deseruit, quæ habebat,& quæ habere poterat, & quod maius est, quæ habere cupiebat. nam pro his totum studium erat, hæc autem mox vocatus, quod subito desereret miraculum erat, & inter miracula ponendum. sic dicit Glos. Matthæ. enim vocationem suam refert inter miracula: magnum enim miraculum fuit, quòd publicanus factus est Apostolus, in vocatione autem aliorum forte nihil speciale fuit: ideo non fuit descripta.

Aliter potest dici, & melius, quòd istorum quinque solum vocatio descripta est, quia non fuerunt aliqui alij de Apostolis vocati a Christo.

Pro quo sciendum, quòd Apostoli non efficiebantur Apostoli diuersis temporibus quando vocabantur, sed omnes eadem die Apostoli facti sunt. Fuit B autem, sic quòd Christus quemcunque vocabat, vel venientem recipiebat habebat in discipulum, & sic congregauit magnum numerum discipulorum, & aliquanto tempore eos docuit, postea quadam die cõgregatis omnibus in vnum elegit ex eis istos 12. quos Apostolos nominauit. Luc.sexto,& Marc.tertio cęteri autem manserunt in gradu discipulorum, & ex illis assumpti sunt 72. discipuli. Luc.decimo, nõ oportet autem dicere, quòd singulos istorum Christus ad se vocauerit, sed plurimi eorũ visis Christi miraculis veniebant ad eum, & forte rogabant, quòd eos in discipulos susciperet. sic patet de illo scriba, qui dixit Christo, Domine sequar te quocunque ieris pręcedenti capitu.& Luc.nono, sic etiam Philippus, qui postea Apostolus factus est secutus fuit Christum. sic C & Nathanael. Ioan.primo: nam ad Philippum non dixit Christus, nisi sequere me Ioan.primo: ita ergo esse potest, quòd alij Apostoli non fuerunt vocati ad discipulatum, sed ipsi per se venerunt: ideo scriptura non ponit, nisi de illis, quòd fuerint vocati. si autem aliqui alij vocati fuerint fuit illa leuis vocatio, sicut de Philippo quem Christus inueniens dixit ei sequere me. Ioannis primo: istę ergo vocationes solę scribuntur.

Quando vocatus est Matthæus vbi erat, & quod officium habebat. Quæst. XXXVIII.

D QVAERITVR de Matth. quando vocatus est vbi erat,& quod officium habebat.

Dicendum, quòd Matthęus erat publicanus, vt dicitur seq.cap.& Luc.quinto, idest, colligens redditus publicos. vnum autem genus istorum redditum est vectigal, quod exigitur a transeuntibus per certa loca, vel intrantibus in ea de mercibus, quę feruntur,& dicitur vectigal a vehendo, idest, portando, quia exigitur de rebus, quę portantur. Matth. autem ista colligebat,& videtur, quòd colligeret iura maris, & terrę. nam erat in litore maris, de quo multi redditus colliguntur: erat etiam in via publica, vt a transeuntibus iura debita exigeret. Et erat teloneum quędam domus, in qua Matthæus sedebat, non quidem in vrbe Capharnaum, sed circa illam ad duas leucas,& erat domus Matth. in litore maris Galilęę. Capharnaum autem erat in ripa Iordanis, qui influit in mare Galilęę, distat tamen ab ipso quasi per duas leucas. sic dicit frater Brocardus Thentonicus lib.de situ,& diuisione terrę sanctę, scilicet, in litore maris Galilęę ante ciuitatem Capharnaum ostenditur locus, & domus in strata regia, vbi Dominus vocauit Matth.de teloneo, & est ad latus Aquilonare maris Galilęę, & istud concordat eis, quę habentur. Marc, secundo: nam miraculum de sanatione paralytici fuit factum in Capharnaum eodem capitu.& illo facto dicitur, & egressus est Iesus rursus ad mare, omnisque turba veniebat ad eum,

eum, & docebat eos, & cum preteriret, scilicet, iuxta mare vidit Leui sedentem ad teloneum.

Quare dicitur, quòd sedebat ad teloneum quando vocatus est Matthæus. Et quòd gradus Apostolicus est excelsior inter omnes gradus spirituales. Quæst. XXXIX.

QVAERATVR de Matthæo, quare dicitur, quòd sedebat ad teloneum quando vocatus est, & quare ponitur hic eius cõuersatio antiqua.

Dicendum, quòd propter multa. Primo ad ostensionem miraculi, vt videatur virtus vocantis. nã erat Matthæus in summo ardore auaritiæ, quia talis est cõuersatio publicanorum, ꝙ ergo transire vellet de illo statu ad extremam paupertatem qualis erat paupertas Christi, qui non habebat vbi caput reclinaret præcedenti capitu. & Lucæ nono, magnum erat, quòd tamen sedens in teloneo mox vocatus iret transeundo subito de extremo in extremum, immo mutatus in virum alterum miraculum erat, quod fieri non poterat, nisi ex summa potentia vocantis. sic dicit Cyrillus publicanus enim fuerat Matthæ. vir auarus, effrenis erga superflua, alieni amator: hoc est enim publicanorum officium, sed ab ipsis officiosis malitię trahitur Christo eum vocante.

Secundo fuit ad ostendendum clementiam Christi vocantis: nam fuit summa clementia, quòd ad gradum Apostolicum, qui est excelsior inter omnes gradus spirituales assumeret hominem vilibus officijs occupatum, & lucris illicitis inhiantem: fuit ergo miraculum talem hominem, sic fuisse exaltatum: ideo inter miracula descripsit ipse Matthæ. sic dicit g. Mat. enim vocationem suam refert inter miracula: magnum enim miraculum fuit, quòd publicanus factus est Apostolus.

Tertio fuit ad ostendendum magnitudinem beneficij respectu liberationis a periculo, quia quando Deus aliquem ad se spiritualiter vocat benefacit ei, & tamen tanto est maius beneficium quanto eum a maioribus periculis liberat. sic fuit de Matthæo, quia nullum peccatum est quod ita hominem implicet, & permanentius sit quàm auaritia, quæ nunquam senescit, ab hac autem Christus Matthæ. liberauit non solum auaritiæ, sed etiam lucris illicitis insistentem. sic dicit Chrysostom. in Homil. scilicet, per hoc mõstrat vocantis virtutem, quoniam non desistentem a periculoso officio ex medijs ipsum euulsit malis. sicut & Paulum adhuc insanientem.

Quarto fuit ad instructionem nostram propter spem, vt nemo quantumcunque vitæ detestabilis fuerit, desperet se ad excelsum meritorum gradum posse peruenire, cum Matthæus ex publicano Apostolus factus fuerit. sic dicit Hieronym. super Matth. publicanum se Matthæ. nominat, vt ostendat legentibus nullum debere desperare salutem ad meliora conuersus sit, cum ipse de publicano in Apostolum sit repente mutatus. idem dicit Beda.

An Matthæus, & socij essent Iudæi, vel Gentiles. Quæst. XL.

QVAERETVR de Matthæo, & socijs eius an essent Iudæi, vel Gentiles.

Aliqui dicunt, quòd Matthæus erat Gentilis, quia fuit publicanus, idest, colligens publicos redditus, & tamen dicunt, quòd nemo colligebat ista vectigalia, nisi Gentilis. Sic dicit Tertullianus, quia dicitur non erit pendens vectigal ex Israel.

F Dicẽdum, quòd Matthæus fuit Iudæus: aliàs enim Christus non elegisset eum in Apostolum, quiã nõ solum non reciperet eum ad conuersationem, sed nec etiam loqueretur ei, quia Christus non consueuerat conuersari cum Gentilibus. Et patet hoc, quia Iudæis erat peccatum manducare cum Gentilibus: Exodi trigesimoquarto, scilicet, ne aliquando apponerent eis cibos consecratos Idolis. Christus tamẽ valde obseruauit legem ne Iudęi haberent occasionẽ calumniandi ei, & maxime quantum ad conuersationem cum Gentilibus, quia si conuersaretur cum eis potuissent maleuoli de Iudæis calumniari ei dicẽtes, iste non est Messias vester, sed potius est de stirpe Gẽtilium: Christus ergo valde cauebat a Gentilibus, ita G quòd non solum non manducabat cum eis, sed etiã inter eos esse nolebat, nec illis loqui, & iubebat discipulis ne prædicarent Gentilibus, sequenti capitu. in viam gentium ne abieritis, & in ciuitate Samaritanorum ne intraueritis, Christus tamen manducauit nũc cum Matthæo, & cum omnibus publicanis: ergo videtur, quòd illi erant Iudæi.

Secundo patet, quia Christus obseruauit istud tota vita sua, & etiam Apostoli post Christi mortem aliquanto tempore obseruauerunt, quòd non conuersarentur cum Gentilibus. sic dixit Petrus Cornelio, & alijs, qui cum eo erant: Actuum decimo, vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo coniungi aut accedere ad alienigenam. non ergo recepisset Christus Matthę. ad quotidianam conuersationem, H & cibos fecisset Gentilis.

Tertio patet, quia quando Christus discubuit in domo Matthæ. cum publicanis, Pharisęi solum accusauerunt eum murmurantes, ꝙ comederet cum peccatoribus. si tamen fuissent isti Gẽtiles, accusarent illum Pharisæi aperte tanquam agentem contra legẽ, quod non fecerunt: ergo non erant isti Gentiles.

Quarto patet, quia Christus assumpsit Matthę. in Apostolum sequen. capitu. omnes autem Apostolos mittebat ad prædicandum per terram Iudæorum. eo. cap. Iudæi tamen nullo modo permitterent, quòd quisquam Gentilium inter eos doceret, quia esset eis suspectum ne vellet inducere errorem aliquem contra legem pertinentem ad idolatriam: immo etiam si I esset conuersus de Gentilitate non permitterent eũ docere publice, quia reputarent hoc esse ignominiã Israelitarum, & tamen Matthę. prædicabat inter Iudæos, sicut cęteri Apostoli, quia omnes duodecim missi sunt ad prędicandum sequenti capitu. ergo non fuit Matth. Gentilis, nec etiam aliquis Apostolorum, nec etiam discipulorũ Christi, quia sicut duodecim Apostolis data est potestas prædicandi sequenti cap. ita etiam 72. discipulis Lucæ decimo, conuersabatur cum Christo in cibo & potu, & omnibus pertinentibus ad domesticam conuersationem: ergo nemo eorum erat Gentilis, sed omnes Iudęi.

Quinto patet, quia omnes doctores asserunt Matt. K esse de gente Iudæorum. sic dicit Hierony. in prologo super Matth. scilicet, Matth. ex Iudea, idest, fuit de Iudęa. idem Aug. lib. 1. de concord. Euange. & ista fuit causa quare Matthęus scripsit Euãgelium in Hebręo, cũ cęteri scripserint in Gręco, vt dicit Aug. vbi supra, & Hiero. in quodam prologo super Matt. qui incipit. Matth. cum primum, & in alio prologo, qui incipit. plures fuisse. non est ergo Mat. Gentilis. Ad dictum Tertulliani non est curandum, quia illud intelligit de vectigali iniusto. i. ꝙ nõ imponeretur, quia Deus hoc vetabat, si nõ a principibus, vel populo imponeretur vectigal colligebatur per ipsos Iudęos, & ita erat hic licet forte isti redditus iam pertinerent ad Romanos, qui erant Dñi terræ Iudęorum, sed in hoc nõ differt,

quia

quia siue ad Romanos, siue ad Iudæos pertinerent colligerentur per ipsos Iudæos, vt tolleretur magna conuersatio Iudæorum cum Gentilibus qualis est in exactione, & collectione istorum iurium. de hoc dicit Hieronymus super Matthæ. scilicet, Tertullianus hos dicit fuisse Ethnicos dicente Scriptura, non erit vectigal pendens ex Israel, quasi Matthæus non fuerit Iudæus: Dominus autem non conuiuatur cum Ethnicis, cum id maxime caueret ne legem solueret videretur, qui & discipulis præcepit in viam gentium ne abieritis.

An Christo vocante eum statim Matthæ. secutus est.
Quæst. XLI.

Qværitvr an Christo vocante Matth. secutus est eum statim.

Dicendum, quod sic, quia dicitur in litera, quod vidit Iesus hominem sedentem in teloneo, & ait illi, sequere me, & surgens secutus est eū, & sic videtur, quod non moratus est quicquam Matth. sed mox, vt vocem audiuit surrexit, & secutus est eum. idem dicitur Mar. secundo, sed magis aperitur Lucæ quinto, scilicet, ait illi sequere me, & relictis omnibus surgens secutus est eum. si tamen non fuisset immediate, vt vocatus est, non diceretur, quod secutus est eum, quia iam Christus transisset, & propter hoc notantet dicitur hic in litera cum transiret Iesus vidit hominem sedentem, & ait illi sequere me, quasi dicat, non accessit Christus ad teloneum Matthæ. vt manens ibi cum eo persuaderet sibi ista relinquere, & eum sequi ostendens ei status sui prauum, & periculosam conditionem, sed solum in trāsitu apud domum telonei vocauit illum, & transiuit, & Matthæus surgens secutus est transeuntem. propter hoc etiam dicitur cum transiret vidit hominem, quasi dicat, non locutus fuit ei antequam vocaret eum, sed solum vidit, & vocauit ipsum, & sic apparuit obediētia magna Matthæi, & virtus excelsa vocantis, quia sic vocatus illico obediuit. sic dicit Chrysostomus in Homilia, sicut vidisti vocantis virtutē ita addisce vocati obedientiam, nec enim restitit, nec domum abire rogauit, & suis hoc communicare.

Quomodo Matthæus subito vocatus voluit Christum vocantem statim sequi relictis omnibus.
Quæst. XLII.

Qværitvr quomodo Mat. subito vocatus voluit Christum vocantem statim sequi omnibus relictis.

Aliqui maligni dicunt, quòd Matthæ. fuit insipiens vocantem statim sequendo. vel Euangelistę mentiti sunt dicentes ipsum vocatum illico surrexisse, & hoc dicunt Porphyrius & Iulianus Imperator Apostata ęmuli Christi, & inimici nominis Christiani. sic dicit Hieronymus super Matthæum, scilicet, arguit autem in hoc loco Porphyrius, & Iulianus Augustus, vel imperitiā historici mentientis, vel stultitiam eorum, qui statim secuti sunt Saluatorem quasi irrationabiliter vocantem hominem sint secuti. Sed ad istos non est attendendū, quia non ipsi, sed Sathan per eos loquitur. vnde vterque istorum ęmulus Christo conatus est impugnare Christi doctrinam ratione, & argumento, vnde cum summo studio libellos prauos confecerunt aduersus Euangelicam veritatem singula loca, quæ ipsis calumniabilia videbantur annotantes, & imperitis quibusdam ratiunculis pungentes, vt dī in Historia triparita. Alij dicunt quod Matthæ. statim

A secutus est Christum vocantem, quia multa miracula eius viderat, & famam celeberrimā audiuerat, ideo eū secutus est, sic dicit Chrys. in Homilia, Chrs Mat. non cum Petro, & Ioanne, & alijs vocanit, quia durius adhuc dispositus erat, sed post multa miracula, & multā Christi famā qn aptiorem eum ad obediētiam sciuit qui intima cordis nouit. Dicendum, quod hoc multum proderat, non tñ sufficiebat ad hoc, quod Mat. vocatus illico oīa desereret, nisi aliquid aliud fuisset, qa ad hoc, quod Mat. Chrm sequeretur deserta tota priori conuersatione non sufficiebat, quod intelligeret Chrm esse potētem: immo quod putaret eum esse Deum, nisi aīus eius aliunde dispositus esset ad hæc deserenda, quod apparet in nobis manētibus in delitijs huius sęculi, & peccatis, quæ scimus a Deo esse prohibita, & certi sumus
B de ęternis supplicijs & etiam de beatitudine, formidamus etiam horrendas vindictas, quas Deus in peccatores sępe in hoc sęculo infligit, & tñ non sufficiunt hæc oīa, vt vitia deseramus, & virtutis amplectamur viam, eo quod affectus nrī in ɔtrarium inclinant, quos necesse est prius corrigi quam virtutis semitam tenere possimus. Matthæ. tñ nihil maius bonum siue terribile de Christo concipere potuit quam nunc nos de Deo cognoscimus, sed hęc non sufficiunt nos paulisper, & successiue ad virtutē trahere, quanto magis miracula a Christo facta sufficerent ad mouendum subito Matthæ. vt transiret de extremo in extremū? Secundo, quia mul-
C ti alij viderant plura miracula Chri quam Matt. & audiuerant frequentius doctrinam eius. nam Mat. non ɔsueuerat ante hoc sequi Christum ad audiendum eū cū esset implicitus negocio telonei. quod innuitur, quia nunc qn Christus vocauit Mat. erat iuxta mare, & tota turba conueniebat ad ipsum, & docebat eos Mar. 2. Mat. tñ licet Christum prope haberet non ibat illuc, nam qn Christus transiuit manebat Mat. in teloneo, vt dr in litera, & tñ alij qui continue Chrm audiebant non concipiebant hunc spm deserendi oīa: ergo nec Mat. ex hoc solo moueret cum potius aliqui videntes oīa ista opera Christi inuiderent ei dicentes, quod in beelzebub eijciebat dęmonia Ṁ. 12. & Luc. 11. ergo nō suffecit hoc ad mouendum Mat. Tertio patet, quia p oīa
D pręcedentia non videbatur Mat. adhuc aliqualiter dispositus ad Christum sequendum, vel saltem ad deserendū bona sęculi, quia si aliquid disposuissent in eo verba Christi pręcedentia, & eius miracula aliquo modo saltem eum subtraxisset ab illicitis lucris paulisper accedendo ad virtutem, & tñ manebat adhuc in fętuore auaritiæ sedens in teloneo qn Christus eum vocauit. ergo non erat dispositus ex miraculis Christi pręcedētibus, & prędicatione, ad hoc quod subito vocat' oīa desereret. Aliter ergo dicendū, quod Mat. statim secutus est Chrm vocantem, qa Chrs mouit cor eius tunc qn vocauit eū, & hoc poterat esse tripliciter. Vno modo mutando solū cor sine aliquo exteriori incitatiuo. & hoc est, qa cor hoīs est in manu Dei Prouer. 21. cor re-
E gis in manu Dñi, & quocūq; voluerit vertet illud. poterat ergo Chrs mouere cor Matt. ad desiderādū qdcunq; ipse vellet, & sic forte nunc mouit, vt vellet prōpte oīa deserere, & eū sequi. Secundo fieri poterat p virtutē vocis Christi, quia poterat dare voci suę tantā efficaciā, quod Mat. quasi cogeret obedire ei. sic fuit Ioā. 18. qn quærentibus Iudęi Chrm, & ipso rñdente ceciderunt oēs armati retrorsum ad soiā Christi vocem. Tertio fieri poterat p aliquod signum apparens in facie Christi vocātis quod Matthęū alliceret, sic enim dicit fuisse qn euertit mensas nūmulariorū, & eiecit de tēplo ementes, & vendentes facto flagello de funiculis Io. 2. nā nemo ausus est ei resistere pecunā effundēti, & hoc est, quia timuerūt eū nimis, quia vt doctores dicūt procedebat de vultu eius, quidā diuinus fulgor illis

F illis valde terribilis, ita nunc esse poterat; quòd fuerit ille fulgor valde allicitiuus replens Matth. omni spirituali dulcedine desiderio sequendi Christum. de hoc dicit Hieron. super Matth. cum tantę virtutes, & tanta signa præcessissent, quæ Apostolos antequam crederent vidisse non dubium est, certe fulgor ipse, & maiestas diuinitatis occulte etiam in facie relucebat humana, qui ad se trahere poterat videntes etiam in primo aspectu. si enim in magnete lapide hec vis esse dicitur, vt ferrum trahat, quanto magis Dominus omnium creaturarum ad se trahere poterat, quos volebat?

G *An obligabatur Matthæus sequi Christum vocantem. Quæst. XLIII.*

QVAERETVR an obligabatur Matth. sequi Christum vocantem.

Dicendum, quod aut Matthæ. putabat Christum esse Deum aut nō. si putabat esse Deum, tenebatur illum sequi. si non putabat esse Deum, aut putabat esse Prophetam, aut non.

Si primo modo dicendum, q tenebatur eum sequi si hoc diceret ei ex parte Dei, & vt Propheta, aliàs autem non tenebatur. nam etiam si constaret aliquē esse Prophetam, non oportebat ei in omnibus credere, nec obedire, sed solum in illis, quæ diceret ex parte

H Dei, quia in alijs poterat errare, & peccare, sicut quilibet aliorum hominum, & tamen quando loqueretur ex parte Dei obediendum sibi erat, alioquin pœnam incurreret non obediens. sic fuit de Michęa Propheta, qui dixit cuidā socio suo ex parte Dei percute me, & ille noluit & dixit Michęas, quia noluisti audire vocem Domini, ecce recedes a me, & percutiet te leo, & ita factum est. 3. Reg. 20. dixerat autem Michęas hoc illi in sermone Domini. i. ex parte Dei. eod. cap.

De Matthæo nunc dicendum est, q quando Christus eum vocauit non cognoscebat eum esse Deum, quia hoc etiam discipuli sui non cognoscebant, sed postea cognouerunt aliqui eorum. an vero Matthęus putaret Christum esse Prophetam non apparet, & tamen licet hoc crediderit, non tenebatur eum vocan-

I tem sequi, quia nun locutus fuit ei, sicut Propheta, vt diceret dico tibi ex parte Dei, q sequaris me, quia nunquam istum modum loquendi Christus habuit, vt non ostēderet se esse, sicut vnum de Prophetis, sed dixit solum sequere me: ergo non tenebatur Matthæus illum sequi, quasi necessitate iuris, erat tamē Christi pręceptum efficacius trahens secum executionem suam, quia compellebat quasi ex quadam necessitate absoluta Matthę. ad sequendum, ita vt non posset Matth. aliud facere, & hoc est, quia Christus mouerat cor eius, vt videretur sibi nihil esse melius quàm omnia deserendo Christum sequi, & ita illud fecit.

K *An prius Matthæus disposuit res suas quàm secutus est Christum. Quæst. XLIIII.*

QVAERETVR quando Matth. secutus est Christum an disposuit prius de rebus suis ordinando rationes suas, aut saltem recolligendo ea, quæ habebat in telonco, & ponendo in custodia.

Dicendum, q non, sed mox, vt Christus vocauit eum reliquit omnia surgens de mensa illa vbi habebat libros rationum suarum, & si quas pecunias forte coram se tunc habebat etiam illas dereliquit, quia dicitur hic ait illi sequere me, & surgens secutus est eum, idest, nihil fecit, nisi surgere, & sequi. & Lucę 5. dicitur magis aperte, & relictis omnibus surgens secutus est eum. In hoc autem ostenditur magna potestas vocantis, & magna mutatio facta in animo Mat. qui potuit subito cōtemnere, & deserere omnia, quæ tota vita tam ardenter congregauerat. insuper exposuit se periculo corporis relinquendo rationes suas imperfectas, vt posset respondere dominis temporalibus, quorum vectigalia colligenda susceperat, sed hæc omnia contemnere faciebat vocantis potestas. sic dicit Chrysost. in Homilia inuocantis virtutem, & obedientiam vocati considera: nec enim obstitit nec vacillauit, sed protinus paruit, & nec in propriam domum ire voluit, vt suis hoc intimaret, sicut nec piscatores. De timore aut dominorum temporalium, quē

G contempsit dicit Basilius, non solum fęnora telonei postposuit, sed etiam contempsit pericula, quæ sibi, & suis accidere poterāt, dum calculos telonei dimitteret imperfectos. Remigius quoque dicit. humana etiam pericula, quæ ei a principibus accidere poterant paruipendit, dum rationes officij sui imperfectas reliquit.

Quare Matthæus non petijt a Christo licentiam ordinandi res suas antequam sequeretur eum. Nam quando Christus aliquos vocabat nolebat, quod aliquam dilationem ponerent. Quæst. XLV.

H SED dicetur, quare Matthæus non petiuit a Christo licentiam ordinandi rationes suas, & disponendi de rebus suis antequam sequeretur eum?

Dicendum, quòd Christus hoc non permitteret, quia quando aliquem vocabat nolebat, quòd poneret aliquam excusationem, nec peteret saltem aliquam dilationem etiam parui temporis quantumcumque esset causa rationabilis illam petendi, siue pro affectione parentum siue pro dispositione rerum temporalium, sed omnia deseri volebat, qn ipse vocabat.

De primo patet, quia Christus vocauit semel quendam dicens sequere me, & ille ait Domine permitte me primum ire, & sepelire patrem meum, Christus

I autem non permisit dicens, dimitte mortuos sepelire mortuos suos, tu autem vade, & annuncia regnum Dei pręce. cap. & Luc. 9. De secundo patet, qa semel dixit quidā Chrō, Dn̄e sequar te, sed primū permitte mihi renūciare his, qui domi sunt. i. ire ad disponēdū de illis, vt dem illa aliquibus, Christus aūt non pmisit dicens, nemo mittēs manum suā in aratrū, & aspiciēs retro aptus est regno Dei, nō poterat tn̄ esse aliqd facilius, & minoris dilationis egens quā renūciare possessis. i. donare illa, sed ēt hoc Christus non pmisit. Lu. 9. ergo non pmitteret hoc Matthęo, sed repelleret eū dicens. nemo mittens manū in aratrū. Secundo fuit, quia Matthęus noluit hoc petere: tāta. n. mutatio fuerat facta in corde eius, q hęc oīa cōtempserat, ita vt nec existimaret dignū esse aduertere ad illa ad hoc, q

K disponeret de eis. Vel forte quasi alienat⁹ a mēte hęc oīa obliuiscebat: hoc aūt Christ⁹ facere voluit ad ostēdendam potestatē suā, quia vario gn̄e miraculorū diuinā in se virtutē Chr̄s ostendebat: aliqn̄. n. exercēdo illā super corpora, vt in curatione diuersorū lāguorū. vt supra paralyticū sanauit, & pręce. cap. oēs languentes, qui ei offerebant. Aliqn̄ aūt super intellectū illum penetrando, & secreta eius cognoscendo. sicut qn̄ cogitationes Scribarum eis patefecit supra in litera, & Mat. 2. & Luc. 5. Aliquando autem supra voluntatem illam ad quodcunque vellet subito mutando, sicut nunc Mat. voluntatem mutauit. nec erat dubium qn omnes hoc videntes miraculum reputarent. nam quod ille, qui ante hoc ardenter lucris illicitis inhiabat

hiabat subito omnia desereret sui ipsius oblitus, non poterat humanitùs fieri, sed diuinæ virtutis erat, quæ poterat corda mutare, & ita Christus nunc mutauit cor Mat. potenter eum ad se trahens, vt sicut ille a cęteris vectigalia accipiebat, ita Christus ab eo ipsum totum acciperet. sic dicit Theophilus ab accipiente censum a transeuntibus Christus censum accepit, non quidem eius accipiens pecuniam, sed totaliter eum transferens ad suum consortium.

Quomodo Christus fecit, quòd Matthæ. omnia desereret, & rationes officij imperfectas relinqueret.
Quæst. XLVI.

SED quæretur quomodo Christus fecit, quòd Mat. omnia desereret, & rationes officij sui imperfectas reliquerit, quia per hoc perirent bona eius, & constitueretur in periculo circa dominos temporales, qui ab eo possent exigere rationem de vectigalibus collectis. Etiam quia iniustum erat, quòd Matthæus non redderet rationem de eis, quæ collegerat. nam ad hoc debitor erat, hæc tamen omnia poterant bene fieri si postquam Christus illum vocauit concessisset ei de rebus suis disponere.

Dicendum, quòd Christus nihil imprudenter, & nihil indebite agi voluit: nec propter vocationem suam factum est, nec ipse Matt. constituit in periculo dominorum temporalium, quia ipse per omnia volebat scandalum euitare. vnde quando petitum est tributum ab eo, licet non teneretur de iure dixit Petro ne scandalizemus eos solue pro me, & pro te infra 17. a fortiori ergo Matt. liberaret a periculo, & scandalo de debito etiam vectigalium collectorum Christus vellet, quod Mat. rationem redderet, quia sicut vectigal est debitū imponenti illud ad Ro. 13. s. reddite oībus debita, cui tributū tributū, cui vectigal vectigal, ita qui colligit illud est debitor ad reddēdū rationem de eo. Christus tamen omnia debita solui vult ad Rom. 13. nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis, idest, omnia alia debita conamini soluere, vt non maneatis debitores, istud autem quod est de dilectione non potestis soluere, quia quandiu vixeritis oportet vos esse debitores ad soluendum.

Sed dicendum, quòd Christus taliter prouidit, ꝙ Matthæ. potuit omnia disponere in rebus suis, vt decebat. nam licet quando vocatus est nihil disposuit, sed omnibus relictis secutus est illum, postea tamen Christo volente rediit in domum suam, & de omnibus disposuit. Quod patet, quia post istam vocationē fecit Mat. conuiuium magnum in domo sua inuitans Christum, & discipulos, & publicanos socios suos, vt patet hic, & Marc. secundo, non poterat tamen facere conuiuium in domo sua, nisi redisset postea in illam, & haberet administrationem pecunię. potissime, quia istud conuiuium erat magnum, vt dicitur Luc. quinto, quia turba multa publicanorum conuenerat eodem capitu. poterat ergo Matth. tunc disponere de rebus suis cum posset parare conuiuia etiam curam officij sui, & reddendarū rationum poterat relinquere socijs suis in eodem officio, quia multi publicanorum erant cum eo nunc in isto conuiuio, & ita esset liber Matthæ. a timore principum, & a rationibus reddendis. hoc modo vtrunque factum est, scilicet, vt Christus ostenderet potestatem suam subito mutando Matthę. vt desertis omnibus sequeretur eum, & ita de omnibus plene dispositum est ac si Mat. concessum fuisset post vocationem non sequi statim Christum, sed manere ad dispositionem rerum suarum, nec tamen per hoc virtus Christi minor apparuit, aut Matth. obedientia

A minoris fuit meriti quam si nunquam ad disponendum de rebus suis redijsset, quia quando Matt. surgēs de teloneo Christum secutus est, ita fuit illum secutus ac si nunquam rediturus esset ad disponēdum de rebus quas relinquebat. nam iam eas in animo suo plene contempserat.

Quando factum fuit hoc conuiuium in domo Matth. ei.
Quæst. XLVII.

QVÆRETVR de isto conuiuio facto in domo Mat. quando factum est.

Dicendum, quòd non est dubium quin fuerit factum post vocationem Matt. quia antequam vocaretur non habebat familiaritatem aliquam cum Christo ad hoc, quòd eum, & discipulos
B eius inuitaret, maxime, quia videtur esse istud conuiuium quasi expeditionis de socijs suis, vt dicetur sequenti quæstione.

Secundo, quia omnes tres Euangelistæ ponunt illud conuiuium post vocationem Matthæi. vt patet hic, & Mar. 2. & Luc. 5. ideo apparet, quòd fuerit post vocationem.

Aliqui tamen dicunt, ꝙ fuit tam vocatio Matt. ꝗ conuiuium istud ante curationem paralytici, quæ supra ponitur, vt dicit Nicolaus. Sed hoc falsum est, vt ostensum est supra quæst. 32.

Alij dicunt, ꝙ istud conuiuium fuit multo tempo-
C re post Matth. vocationem, & sic fuit vocatio eius ante curationem paralytici, sed conuiuium fuit post curationem. Sed hoc non stat. Primo quia omnes tres Euangelistæ ponunt istud conuiuium statim post vocationem Matth. nihil interponendo, vt patet hic, & Mar, 2. & Luc. 5. quasi sit narratio cōtinua, & sic innuunt, quòd nihil intercidit inter vocationē, & conuiuium. Secundo patet, quia idem tenet Aug. lib. de concor. Euange. dicens Matth. non expressit in cuius domo discumbebat Iesus. vnde posset videri nō hoc ex ordine subiunxisse, sed quòd alio tempore factum recordatus interposuisset, nisi Mar. & Luc. qui hoc omnino similiter narrant manifestarent, & sic vult, quòd vocatio, & conuiuium habuerunt se ordi-
D ne continuo.

Tertio patet, quia si fuisset hoc aliquanto tempore post vocationem Mat, forte tunc Matt. nec domū haberet, in qua Christus discumberet, nec pecuniam de qua grande conuiuium instrueret, & tamen istud magnum fuit. Luc. 5. & quia Apostoli, & discipuli Christi iam cum eo manentes nihil proprium habebant, quia etiam quando ibant per viam nullam pecuniam portare debebant. sic Christus dixit sequenti cap. & Luc. 9. nolite possidere aurum nec argentū nec pecuniam in zonis vestris, sed illico, vt ad Christū transibant relinquebant ea, quæ possidebant. sicut dicitur infra decimonono. ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. & Luc. nono, dixit quidam Christo, Domine sequar te, sed permitte mihi pri-
E mum renunciare his, qui domi sunt. Mat. tamen habebat nunc domum, & pecuniam, & sic nondum disposuerat: consequenter ergo modicum est, quòd vocatus fuerat. Et ita dicendū est, ꝙ fuit conuiuiū forte die sequenti, vel paucis diebus post vocationem.

Ad quid factum fuit hoc conuiuium in domo Matthæi.
Quæst. XLVIII.

QVÆRETVR ad quid fuit factum istud conuiuium.

Dicendum primo, quòd fuit factum iuxta consuetudinem antiquorum patrum, quia illi quando deserebant

rebant sęculum, vt se transferrent ad prophetandum faciebant magna conuiuia. sic fuit de Eliseo quando vocatus est ab Elia. nam occidit par boum, in quo arabat, & aratra cremauit, & coxit carnes deditque populo, tertio Regum decimonono. & 86. distinct. cap. non satis. & cap. Dominus. ita & nunc Matthęus transiturus ad Christum cum relinqueret sęculum conuiuium fecit.

Secundo fuit propter Christum, vt per hoc videretur ei gratias reddere, vt sicut ab eo vocabatur ad bona spiritualia ita reciperet temporalia ab ipso, sic dicitur prima Corinth. nono, si nos vobis spiritualia seminamus non est magnum si carnalia vestra metamus. sic dicit glo. congruam autem cęlestis beneficij vicē rependens Matthæ. Christo magnum conuiuium in domo sua parauit, vt illi commodaret sua temporalia, a quo expectabat perpetua bona.

Tertio fuit ad expeditionem de hoc sęculo, & de socijs suis. deserebat enim omnia Matthæ. se ad Christum transferens: voluit ergo se de socijs suis expedire, quia iam nunquam cum eis mansurus erat in eodem genere conuersationis, in quo prius, & huius signum est, quia turba magna publicanorum discumbebat ibi cum illo. vt dicitur hic, & Lucæ quinto.

Quarto fuit, vt ostenderet Matth. gaudium animi sui. conuiuia enim & iucunditates fieri solent pro rebus prospere gestis, & pro aliquibus, quæ fęliciter acciderunt, vt exprimatur gaudium de talibus rebus cōceptum. Matth. ergo magnum conuiuium fecit, vt
H ostenderet se maiori iucūditate huius sęculi diuitias deserere, quàm alius eas assequeretur, & hoc fuit cōueniens, & attestabatur Christi virtutem, qui poterat corda hominum taliter disponere, vt subito mutati tam arduum viuendi propositum conciperent, & cū tanta iucunditate, ita quòd non solum fuerit potens cor Matth. subito mouere, & alienare, vt omnia desereret, sed lętitiam de hac re in eo conseruabat.

Quinto fuit, quia Christus inspirauit Matth. istud conuiuium facere, vt locum haberent ea quæ ipse facere volebat, vt dicetur infra q. 50.

An licuit Matthæo magnum conuiuium facere. Quæst. XLIX.

I QVAERETVR cum dicatur Lucæ quinto, quòd istud conuiuium fuit magnum an licuit Matthæo talem conuiuium facere.

Aliqui dicunt, quòd non, quia Matthæus fecit conuiuium diuitibus, scilicet, publicanis qui diuites erāt, & lucra sęculi captabant. pauperibus tamen Christus suadet conuiuium facere. Luc. decimoquarto, cum facis prandium aut cęnam noli vocare amicos tuos nec fratres, nec cognatos nec vicinos diuites. sed voca pauperes, & debiles claudos, & cęcos, & beatus eris: ergo non debuit tale conuiuium Matthæus facere.

K Secundo, quia eleemosyna melius diuisim datur quàm tota simul. vt ait Ambro. & 86. dist. cap. in singulis: melius ergo Matth. distribuisset sumptus istius magni conuiuij in pauperes quàm illud fecisset, maxime quia Matth. iam non curabat de honore sęculi cum se ad Christi humilitatem transferret.

Dicendum, quòd conuiuium illud conuenienter factum est magnum. nam volebat Matthæ. inuitare Christum, & discipulos eius, etiam volebat socios suos publicanos inuitare, vt dicetur seq. qō. & qō. 51. omnes tamen illi simul erant multi: ideo oportebat, vel non inuitare eos, vel magnum cōuiuium facere.

Secundo fuit, quia sic cōsuetudo erat. nam Elisæus
F quando se transtulit ad Eliam habebat par boum, & occidit boues coxitque eos in aratro, & dedit toti populo conuiuium. 3. Regum 19. & ita Elisæus videbatur omnia sua in conuiuio illo expendere. nam propter hoc aratrum cremauit ibi, vt videretur, quòd de rebus suis iam nihil manebat, de quo haberet solicitudinem. Matth. autem ditior erat, quia non erat arator, sed publicanus: ideo adhuc maius conuiuium quàm Elisæus facere ei licuit, cum sibi liceret exemplum prophetę imitari.

Tertio fuit, quia Matthæ. semel tantum hoc facturus erat, & eà quæ semel in vita fieri debent magnifice facienda sunt vt dicitur 4. Ethico. cap. 6. Christus etiam hoc voluit, scilicet, quòd ea, quæ non sæpe fa-
G cienda sunt debent fieri abundantius, licet videantur minus pia quàm illa, quæ quotidie fiunt. sic patet infra vigesimosexto, cum murmurauerunt quidam dicentes, vt quid perditio hæc? poterat enim vnguentū istud venundari plusquam trecentis denarijs, & dari pauperibus. dixit Christus semper pauperes habebitis vobiscum, & cum volueritis poteritis illis benefacere, me autem non semper habebitis: non enim defendit Christus istud opus dicens, quòd melius esset hoc quàm dare pauperibus, sed quia non poterant sibi aliquid dare, nisi nunc. pauperibus autem semper dare poterant: licuit ergo Matth. istud conuiuium magnum facere.

Ad primum dicendum vno modo, quòd Christus
H ibi non innuit, quòd sit peccatum inuitare amicos, & fratres, & diuites, qui possunt retribuere, sed quod faciens hoc non habet retributionem in vita æterna: est ergo licitum quamuis non sit meritorium, & ita non peccaret Matth. licet hoc modo faceret.

Aliter potest dici, quòd quando quis inuitat aliquos cum spe retributionis: etiam si illi sint pauperes nihil meretur apud Deum: si autem inuitet amicos fratres, vel cognatos, aut diuites non cum spe retributionis, sed propter aliquam honestam causam, meretur apud Deum, quia sola intentio retributionis temporalis tollit meritum. sic dicitur ibidem, scilicet, cum facis prandium &c. & sequitur ne forte ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio. Matthæ. tamen non faciebat istud conuiuium socijs suis publi-
I canis, vt retributionem aliquam ab eis reciperet, quia ipse mutabat statum, & non erat vlterius conuersaturus cum eis in sęculo: ideo poterat mereri faciendo istud conuiuium, maxime cum faceret ex causis honestis, vt dictum est præcedenti quæst.

Ad secundum dicendum, quòd eleemosynæ ab eis, qui non mutant statum, vt communiter melius fiunt in plures diuisæ quàm semel & in vnum collatę, illis tamen qui statum mutare volunt, melius est eleemosynas totas & magnas simul dare. sic dicit Ambro. li. de officijs, & 86. dist. cap. non satis. siue ca. Dominus, de quo late dictum est supra 6. cap. q. 71. & q. 72.

K *Quomodo Christus voluit venire ad conuiuium Matthæi, in quo erant publicani. Et quando non licet cum peccatoribus conuersari. Quæst. L.*

QVAERETVR quomodo Christus voluit venire ad illud conuiuium Matthæi, in quo erant multi publicani.

Dicendum, quòd Christus fecit propter multa. Primo propter honorem Matthæ. nam honor est alicui, quòd vir magnus & excellens velit ab eo conuiuium accipere. sic dicit Chrysost. vocatū Leui. i. Matth. Dñs honorauit dum cum eo confestim epulatus est: erat. n. decens, quòd Christus honoraret in hoc discipulos suos, cum ipsi eo suadente honorem sęculi cōtēnerent, &

ita Christus eum intrauit in Capharnaum non mansit apud alium, nisi in domo Petri, licet ille pauper esset, & hoc faciebat ad honorandum eum, sic dicitur præcedenti capitulo, & cum venisset in domum Petri. sic etiam dic. Chry. in hom. apud discipulos enim discertebat Christus honorans eos.

Secundo fuit propter vtilitatem spiritualem, quã in hoc conuiuio Christus facere intendebat. nam vocati erant multi Publicani ad illud, & ipse intẽdebat comedendo cum eis illos ad meliora conuertere, & ista fuit causa præcipua, quam solam expressit Christus Pharisæis murmurantibus. s. non est opus valentibus medicus, sed male habentibus, q.d. isti sunt male habentes. i. peccatores, & ideo opus est, vt ego qui sum medicus eorum comedam cum eis, & sic sanẽ eos a vitiis, ita etiam dixit, non veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. i. comedendo cum istis voco eos ad pœnitentiam.

Tertio fuit, vt Christus daret de seipso fiduciam peccatoribus, qui vellent conuerti. nam si Christus iuxta excellentiam suam cõtemneret peccatores secuestrando se ab eis diffiderent ad illũ accedere propter magnam differẽtiam vitę, putantes se despiciendos, nunc vero cum se omnibus mitem affabilem, & tractabilem redderet, oĩbus de se confidentiam præstabat, & sic peccatores ad illum faciliter veniebant, & conuertebantur, sic dicit Chry. Christus cum Mattheo confestim epulatus est, hoc enim ei maiorem præstabat confidentiam.

Quarto fuit, vt ostenderet non esse peccatũ comedere cum peccatoribus, dum tamen non communicemus operibus eorum malis, multa. n. sic Chr̃s facit ad dubia tollenda, ita enim Christus ad nuptias inuitatus epulatus est. Io. 2. vt per hoc nuptias approbaret ostendens nuptias non esse pc̃tũ, sicut postea aliqui hæretici asseruerunt. sic etiam cum Publicanis manducauit hic, vt ostenderet peccatum non esse cũ peccatoribus manducare si in eorum peccatis non communicemus, erat enim magni scandali, & periculi occasio si viri boni abstraherent se a quocunque pc̃tõre nolendo ei cõicare, quia ex hoc legitimata multa in ecclesia fierent, & cõuersionis locus pc̃tõribus auferretur si viri boni se oĩno ab eis subtraherent, licet ergo viris iustis comedere, & conuersari cum iniustis quousque ecclesia per excommunicationem hoc interdixerit ppublicatis delicta, ideo communicare aliás cũ peccatoribus non solum est licitum, sed interdũ etiã meritorium. Nisi ex hac communicatione iustus timeat sibi. i. ne incidat in peccata malorum, quia tunc etiam a bono opere cessandum est, sic intelligitur supra 5. si oculus tuus scandalizat te, erue eũ, & pro. i. si de bono opere sequitur tibi scandalum. i. tẽtatio ad malum erue, & proiice. i. caue, & cessa iam ab isto bono opere, sic ẽt dr̃ ad Gal. 6. si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spũales estis huiõi instruite in spiritu lenitatis considerans teipsum ne & tu tenteris. i. caue ne volendo liberare alterum a tentatione incidas tu in tentationem.

Secundo debet caueri, quando ex conuersatione gignitur opinio mala de viro iusto, nã etiam si iustus non timeat sibi tentationem, ex conuersatione cum malis, si tamen cæteri male de eo iudicant putantes ipsum propter conuersationem esse delictorum participem, cessare debet a cõuersatione, quia nõ solum a malo, sed etiam ab omni specie mali abstinere Apostolus præcipit. 1. Thessa. 5. valde enim cauendum est ne de nobis sinistra causetur opinio, sic dicit Greg. ꝙ ecclesia debet defendere reos a morte iniquitatiũ honeste potuerit, sed hoc caute fiat ne in malã opinionẽ incurrat. i. ꝙ delictis faueat, & hr̃. 14. q. 6. ca. hi, qui in

A furtis, & ista est causa potissima, quare iusti vitare debent malorum consortia saltem assiduam, & magnã frequẽtationem, quia nec etiã oportet omnino se ab eis subtrahere, sicut ab excommunicatis.

Quinto fecit hoc Christus ad instruendum nos, ꝙ nihil est, ꝙ omittere debeamus, qñ intendimus aliq̃ vtilitatem spiritualem causare, ita Christus non dedignatus est se humiliare ad manducandum cũ pc̃tõribus, vt eos iustos faceret, & ita Apostoli habuerũt cũ omnibus gentibus conuersationem ad modũ ipsarũ gentium, vt possent eas ad Christum trahere, sic dicit 1. Cor. 9. cum liber essem omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem, & factus sum Iudæis, tanquã Iudæus, vt Iudæos lucrarer. factus sum infirmis infir-
B mus, vt infirmos lucrifacerem. omnibus omnia fact° sum, vt omnes saluos facerem.

Causa autem præcipua in his fuit, quia Christus intendebat pro tunc conuertere in illo cõuiuio aliquos publicanos, sic enim dicit Chrysostomus in homilia, accesserunt ad redemptorem nostrum Publicani non solum ad colloquendum, sed etiam ad conuescendum recepti sunt, nam non solum disputans, aut curans, aut arguens inimicos, sed etiam conuescens emendabat multoties eos qui male dispositi erãt, per hoc docens nos, ꝙ omne tempus, & omne opus potest nobis vtilitatem afferre.

Quare Publicani fuerunt vocati ad istud conuiuium Matth.

C *Quæst.* *LI.*

QVAERETVR quare nunc Publicani fuerũt vocati ad istud conuiuium.

Dicendum, ꝙ propter multa. Primo, quia istud conuiuium faciebat Matthæus ad expeditionem de seculo, ideo illud maxime amicis suis facere debuit, p hoc concludens illam antiquam amicabilem cõuersationem in hac iucunditate, nam si Elisæus deserens seculum toti populo conuiuium fecit. 3. Reg. 19 a fortiori Mat. amicis suis hoc præstare debuit, isti autem erant Publicani cum essent in eodem officio, in quo Matt. & ideo istos potissime inuitauit, nam præter Christũ & discipulos non leguntur fuisse in hoc cõuiuio, nisi
D Publicani, & peccatores, vt patet hic, & Mar. secundo & Luc. 5.

Secundo fuit, quia Christus sic inspirauit Mat. eo ꝙ ipse volebat venire ad hoc conuiuium, vt peccatores conuerteret, vt dictum est præced. q. ideo oportuit, ꝙ Mat. istos Publicanos vocaret.

Tertio fuit, quia Mat. voluit ostendere honorem, quem Christus ei faciebat, cum dignaretur in domo eius discumbere, & hoc voluit ostendere amicis suis, quia illi potius gauderent de honore eius, quam alii, & isti erãt Publicani cum essent eiusdem officii, ideo vocauit eos, sic dicit Chryso. honoratus autem Matt. ingressu Christi in domum eius omnes Publicanos, qui erant eiusdem artis conuocauit.

E. Et videntes Pharisæi, dicebant discipulis eius. Quare cum Publicanis, & peccatoribus manducat magister vester? Et Iesus audiens ait. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem, discite, quid est misericordiam volo, & non sacrificium: Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Tunc accesserũt ad eũ discipuli Ioã. dicentes. Quare nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunãt?

Mar. 2 Luc. 5 Mar. 2

Osee. 6 infra 12.

Mat. 2. Luc. 5. Et ait illis Iesus. Nunquid possunt filii sponsi lugere quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus. Tollit enim plenitudinem eius a vestimento, & peior scissura fit. Neq; mittunt vinum nouũ in vtres veteres. Alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres G nouos mittunt, & ambo conseruantur.

Reprehensio contra iniuste murmurantes pro Christi manducatione.

Et videntes. Hic ponitur reprehensio contra iniuste murmurantes pro Christi manducatione cũ Publicanis, & primo arguuntur in hoc a Christo Pharisæi.

Secundo Ioannis discipuli ibi. *Tunc accesserunt.*

Considerandum, quòd istud est continuatum cum præcedenti, quia est eadem historia, nam tunc quando istud conuiuium factum est Pharisæi hoc videntes murmurabant, & respondit eis Christus ea, quæ habentur hic, vnde dicitur.

Et videntes Pharisæi. Scilicet, quòd manducaret H Christus in domo Matthæ. cum Publicanis, & peccatoribus, sed Marc. vigesimo capitulo & Luc. quinto capitulo, dicitur videntes Scribæ, & Pharisæi, scilicet, quia vtrique simul murmurabant.

Dicebant discipulis eius. Non loquebantur Christo, sed cum discipulis murmurabant, Christus tamen illud audiuit, quia non longe erat, & respondit eis, vt dicitur in litera.

Quare cum Publicanis, & peccatoribus manducat magister vester. Quasi dicat male facit, quomodo ergo vos sequimini eum? sed Mar. secundo capitulo, dicitur mãducat, & bibit. idem tamen est, quia nomine manducationis intelligitur cibus, & potus, sed Lucę quinto, I dicitur quare cum Publicanis manducatis, & bibitis, in quo videtur referri verbum simul ad Christum, & discipulos, de quo dicetur, infra quæstione quinquagenia, & quinquagesimasexta.

At Iesus audiens ait, Audiuit Iesus murmurationes Pharisæorum, & pro se, & pro discipulis respondit. *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus.* Ponit hic tres responsiones.

Prima est, quod ipse erat medicus animarum, & sicut medicus corporum non est opus, i. non est necessarius valentibus, idest sanis, sed tota occupatio sua esse debet cum male habentibus, idest cum ęgris, ita medicus animarum conuersari debet cum male habentibus, idest cum peccatoribus ad hoc, quòd conuertat eos, & sicut medicus corporum interdum cũ K ægris comedit ad hoc, quòd incitet eos ad comedendum, & sic conualescant, ita medicus animarum interdum comedere debet cum peccatoribus spiritualiter languentibus, vt etiam in hoc ad spiritualem vitã eos informet, ita faciebat nunc Christus cum peccatoribus manducans.

Euntes autem discite. Ista est secunda responsio, & arguit contra eos ex auctoritate scripturæ, quia istud scilicet misericordiam volo habetur Oseę. 6. & est iste modus respondendi durus, & increpatorius. sciebat enim, quod Pharisæi per inuidiam ista dicebant, ideo sicut ipsi mordebant cũ illi inuidendo, ita Christus mordaciter eos nunc tetigit iuste eos increpando dicens, euntes discite, idest eatis ad addiscendum, quasi dicat estis insipientes, & non intelligitis scriptu- F ras, & ideo insipienter me arguitis, ite ergo ad addiscendum in scriptura, & inuenietis, quod ego iuste egerim.

Quid est misericordiam volo, & non sacrificium. Ista est auctoritas quã allegat contra eos, scilicet, quia Deus vult magis misericordiam, quam sacrificium. nõ poterat tamen esse maior, vel laudabilior misericordia, quam conuertere errantem ab errore suo, extra de sponsa. capitulo inter opera, ita autem erat nunc, quia Christus comedendo cum peccatoribus vocabat eos ad pęnitentiam, vt hic dicitur, ergo Deus hoc volebat, & non debebat Christus de hoc argui, sed laudari potius quam si offerret multa sacrificia.

Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Ista est tertia responsio, scilicet ego benefacio manducando cum istis potius, quam cum iustis, quia manducando cum istis voco eos ad pœnitentiam, iusti tamen non indigent, quod ad pœnitentiam vocentur, nec ego veni ad vocandum illos, & tamen officium meum est peccatores vocare, ideo recte ago cum istis manducando, sed Lucę quinto, dicitur vocare peccatores ad pœnitentiam, & verum est, quia ad hoc vocantur peccatores, & non iusti.

Quare nunc Pharisæi murmurarunt de Christi manducatione cum Publicanis. Quæst. LII.

QVAERETVR quare nunc Pharisæi murmurauerunt de Christi manducatione cum Publicanis.

Dicendum, quòd primo fecerunt hoc propter inuidiam, quia officium Pharisęorum erat mala inquirere contra Christum, nam audiebant doctrinã eius vt possent eum in aliquo accusare. Lucę 6. Obseruabant autem Scribæ, & Pharisæi si in sabbato curaret, vt inuenirent vnde accusarent illum, volebant ergo in quocunque possent maculam ei infamiæ apponere. Secundo fuit quia Pharisæi habebantur a populo in magna reputatione sanctitatis, & tamen non erat vera, sed omnia faciebant, vt honorem consequerentur, infra 23. omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus, honorem autem ipsum totis viribus procurabant. eo. c. amant primos accubitus in cęnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab omnibus Rabbi, cum autem non possint simul multi supremum honorem consequi, necesse est, ꝙ ille qui honorem supremum desiderat inuideat omnibus appetitoribus eiusdem honoris, & oĩbus quibus ille ẽt non appetentibus defertur, & qa Christo dabatur summus honor a plebe, quia quidã vocabant eum prophetam magnum. Luc. 7. ꝓpheta magnus surrexit in nobis. Alij dicebant, ꝙ nunquã fuerat ei similis in operibus, & doctrina. De operibus patet Mat. 2. qñ turbæ videntes curationẽ paralytici dixerunt, nunq̃ sic vidimus, & Luc. 7. nunq̃ sic factum est in Israel. De verbis patet Io. 7. 1. nunq̃ sic locutus est homo. Alii autem pp miracula Messia eum suspicabantur. eo. c. dicentes, Christus qñ venerit nunquid plura signa faciet, q̃ hic facit? necesse ergo erat, ꝙ Pharisęi valde Christo inuiderẽt pp illum magnũ honorem qui ei deferebatur a turba, & sic nitebantur obfuscare facta eius, vt diminuerent opinionẽ eius in ꝯspectu plebis, & si aliqñ nõ poterãt qa ppłs tenaciter sequebatur Chrĩm maledicebant turbę. Io. 7. nunquid aliquis ex principibus credit in eũ, sed turba hæc, quæ non nouit legẽ maledicti sunt, & quia oẽs tenebant Chrĩm a Deo missum conabantur Pharisæi destruere hoc dicentes, nõ est hic hõ a Deo, quia sabbatũ nõ custodit. Io 9. & qa multi suspicabant eũ ee Messiã, Pharisęi ẽt hoc excludere volebant, vñ quia Nicodemus

Christo

Christo aliqualiter fauebat dixerũt ei Pharisęi. Ioa.7. nunquid, & tu Galilęus es? i. faues isti Galilęo credendo, ꝙ sit Messias, & sequitur. scrutare scripturas, & vide, quòd propheta a Galilęa nõ surgit, idest Messias non erit de Galilęa, sicut iste: mentiebant̃ tamen, quia Christus non natus fuit in Galilęa, sed in Bethleem, vt patet supra 2. & Lucę 2. & quando non poterant sub colore scripturę diminuere facta Christi, saltem sub quocunque alio colore arguebãt eum. & ita nũc, quia manducabat cum Publicanis accusabant eum, & imponebant ei infamiam, ꝙ esset vorax infra 11. ecce homo vorax, & potator vini, Publicanorum, & peccatorum amicus. & quando nullum colorem habebant etiam sine colore maledicebant ei, vt quando videbant magna miracula eius, dicebant, quòd in Beelzebub eijciebat dęmonia infra 12. & Lucę 11. & de hoc Christus conqueritur, quòd sine causa vlla oderant eum. Ioan. 15. si non fecissem in eis opera, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autẽ viderunt, & oderunt me, vt adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Quando autem, nec sic potuerunt deprimere honorem Christi, sed tòtus mũdus sequebatur eum, vt ipsi dixerunt, totus mundus post eum vadit. Ioan. 7. cogitauerunt quomodo occidendo illum, honorẽ ei tollerent ne amplius cresceret opinio eius Ioan. 11. scilicet colligerunt pontifices, & Pharisæi consilium aduersum Iesum, & dicebant, quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimitimus eum, sic omnes credent in eum, & ita illum occiderunt, & quoniam, nec per mortem honorem Christi tollere potuerunt cum magis ille cresceret, quia Christus resurrexit testãtibus hoc etiam ipsis custodibus sepulchri, corruperunt eos pecunia, vt dicerent, quòd nõ surrexerat, sed quòd discipuli eius furati fuerant corpus ipsius infra 28. sed nec, sic præualuerunt, quia nomen Christi in dies magis diuulgabatur, & augebatur numerus credentium in eum Actu. 2. Apostoli quoque prædicantes diuulgabant nomen Christi, in quo dolebant valde Pharisæi, & pontifices, & comminabantur eis ne prædicarent nomen Christi, Actu. 4. illi vero quantomagis prohibebantur prædicare, tantomagis prædicabant dicentes. obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Actu. 5. & sic dissolutum est omne consilium Pharisæorum, quo contra Christi nomen, & famam moliebantur, & nomen eius per vniuersum orbem diuulgatum est, & hoc, quia voluntas Dei erat cui nõ potuit resistere humanum consilium, quia nõ est consilium contra dominum. sic enim prædixerat Pharisæis quidam de eorum consortio nomine Gamaliel, discedite ab hominib⁹ istis, & sinite illos, quoniam si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissoluetur. si vero ex Deo est, non poteritis dissoluere illud, ne forte & Deo repugnare videamini.

Tertio fuit hoc, quasi in vindictam, quia Christus prædicabat contra Pharisæos, & Scribas vocans eos hypocritas, & annuncians peccata eorum infra 15. & 23. & Mar. 7. ipsi autem dolentes mordebant eum in quo poterãt, & quia hic habuerũt aliqualẽ occasionẽ increpabant eum. Quarto faciebant ex superbia quadã ad ostendendum se Christo meliores, quia ipsi quantum ad exteriora ostendebant quandam sanctitatis effigiem cauentes a conuersatione peccatorum, arguebant, ergo Christum in hoc, tanquam sic viderentur meliores eo, quasi non essent reprehensibiles in eo in quo ipse erat reprehensibilis. sic dicit Rabanus. duplici errore tenebantur Pharisæi, q a se iustos arbitrabantur, & quia superbię fastu a iustitia longe discesserant, & eos criminabantur iniustos, qui resipiscendo a peccatis iustitię propinquabant.

A *Quare Mat dixit hic de solis Pharisæis, quòd murmurauerunt, & non de Scribis. Quæst. LIII.*

QVAERETVR quare Matth. dixit hic de solis Pharisæis, ꝙ murmurauerunt nunc contra Christum, quia etiam Scribę murmurabant. Dicendũ, ꝙ tam Scribę, quam Pharisęi murmurauerunt, Mar. 2. & Lucę. 5. co, ꝙ isti semper erant consortes in aduersando Christo. Mathæus tamen expressit solos Pharisæos forte causa breuitatis, quia intentio sua erat ostendere factã esse contra Christum murmurationem, & quid ipse responderit. a quibus autem facta esset non multum differebat, ideo non
B curauit exprimere, ꝙ Scribę, & Pharisæi simul murmurauerunt.

Aliter potest dici, & melius, ꝙ Matt. fecit hoc valde artificiose. nam supra quando Christus dixit paralytico remituntur tibi peccata tua, Pharisæi, & Scribæ simul murmurauerunt, vt patet Mar. 2. & Luc. 5. & tñ Matt. posuit solum de Scribis. hic etiã Scribę, & Pharisæi simul murmurauerũt. Mar. 2. & Luc. 5. sed Matthæ. solum posuit de Pharisæis, cuius ratio fuit, quia Scribę habebantur apud Iudæos, vt valde sapientes, quia erant doctores legis, sicut vocantur. Luc. 5. & tamen erant parum religiosi, Pharisæi autem habebantur, vt multum religiosi, & tamen non, vt sapientes, ideo quantum ad ea, quæ pertinent ad sapientiam, &
C doctrinam legis ponuntur, vt præcipui Scribę. ad ea vero, quæ pertinent ad sanctitatem, & peccatorum fugam ponuntur, vt pręcipui Pharisæi, & quia Christo dicente ad paralyticum remittũtur tibi peccata tua, an esset ibi blasphemia, vel non, erat dubium, ꝙ pertinebat ad legem, posuit ibi Matth. Scribas murmurasse, vt ostendatur fuisse maior, & fortior dubitatio, nunc vero, quia agebatur de cęremonijs sanctitatis, & perfectionis, scilicet an viris iustis liceret cum peccatoribus manducare posuit, ꝙ Pharisæi murmurauerant, vt ostendatur fuisse maior murmuratio. nam ad Scribas parum de hoc pertinebat, & ista videtur propria causa, & ita artificiose factum est, secus aũt si vtrobique ponerentur soli Pharisæi, vel soli Scribę, vt dice-
D retur causa breuitatis fuisse factum.

An Pharisæi putabant esse peccatum manducare cum Publicanis. Quæst. LIIII.

QVAERETVR cum nunc Pharisæi murmurauerunt ꝯ Christum pro manducatione cũ Publicanis, an putabant esse peccatũ mãducare cum eis, & quare hoc faciebant. Dicendũ, ꝙ Pharisæi nõ crediderunt peccatum esse manducare cum Publicanis, tanq̃ esset hoc lege vetitũ, quia lex non vetabat manducare cum aliquo homine, nisi esset gentilis, ne ille daret Iudęo cibos idolo consecratos Exo. 34. vel cum immundo tali immunditia, ꝙ non liceret ad eum accedere, sicut erant immundi, qui eijciebantur de ca-
E stris, vel leprosi, & fluentes semine, & sanguine Nu. 5. cum his enim non licebat manducare, nec stare, nec sedere in loco vbi illi sederant. Leui. 15. quia aliàs cõtrahebatur immunditia, etiã siquis comederet, vel biberet, vel dormiret in domo in qua erat lepra, immũdus erat. Leui. 14. cum peccatoribus autem, nunquam lex vetuit manducare, ergo peccatum nullũ erat, cum non esset secundum se malum, nec etiam lege prohibitũ. Secũdo patet, quia si Pharisęi putarent hoc esse ꝯ legem aperte accusarent Christũ, tanq̃ legis pręuaricatorẽ, quod ipsi libẽter facerent, quia obseruababãt eũ, vt inuenirent aliq̃ cãm de qua illũ accusarẽt. Luc. 6 & tñ nõ accusauerũt aperte, sed occulte murmurabãt. nã discipulis Chri illud dicebãt, & nõ Christo, vt

patet in litera, ergo nõ putauerût istud est pctm̃, tanq̃ lege vetitũ. Dicendum ergo, ꝙ Pharisæi murmurauerunt contra Christum non quasi ageret contra legẽ, sed quasi aliàs esset reprehensibilis, quia sæpe est homo reprehensibilis, & nondum agit determinate cõtra legem, & maxime est hoc in viris qui profitẽtur statum perfectionis, quia non solam legem, quæ omnibus communis est, sed etiam multa alia obseruare tenentur, & sic erunt sæpe reprehensibiles etiã si contra legem non agant, ita nunc in Christo Pharisęi putabant. Et hoc propter tria. Primo, quia licet manducare cum Publicanis de se non esset peccatum, dabat tamen occasionem suspicandi malum. s. vt putaretur Christus istud agere ex quadam voracitate, quia Publicani magis cibis, & potibus indulgebant, quam viri religiosi ad quos pertinet victus seruare parsimoniam, & ita Pharisæi imponebant Christo, ꝙ esset vorax, & propter hoc cum Publicanis manducaret, infra 11. ecce homo vorax, & potator vini Publicanorum, & peccatorum amicus. Secundo erat hoc propter statum perfectionis, quem Christus videbatur profiteri saltem in doctrina sua, ideo a multis cauere debebat vltra ea, quæ lege vetita erant, videbatur ergo Pharisæis, ꝙ erat quædam inhonestas, ꝙ Christus qui videbatur esse doctor viæ perfectionis peccatoribus communicaret comedẽdo cum eis, quasi in hoc se dehonestaret cadens a grauitate. Tertio erat, quia Christus habebat discipulos, tanquam esset vir vitæ excellentis, qui docebat aliquam viam excellentiorẽ, quam in lege contineretur, inhonestum autem videbatur, ꝙ ille qui magister erat aliorum in moribus cũ peccatoribus manducaret factus eorum socius, & amicus, infra 11. & istud præcipuum ex quo Pharisæi murmurabant cum discipulis Christi dicentes, quare cum Publicanis manducat magister vester, idest quare vultis habere talem magistrum, qui cum Publicanis manducet?

Quare Pharisæi dicebant hoc discipulis Christi, & non Christo. Quæst. LV.

QVAERETVR quare Pharisæi dicebant istud discipulis Christi, & non Christo.

Dicendum, ꝙ propter multa. Primo, quia non audebant, timebant enim ipsum cum viderent eum mirabilia dicere, & facere.

Secundo fuit, quia Pharisæi viderunt, ꝙ ista sua accusatio leuis erat, nam non accusabãt eum de aliquo, ꝙ esset cõtra legem, aut in seipso malum, sed de quadam cæremonia exterioris apparentię, ad quam respondere facile erat, & ideo timentes cito se excludẽdos non locuti sunt ei, sed discipulis, si aũt esset aliqd quod crederent contra legem esse, & ꝙ Christus non posset eis respondere, ipsummet conarentur arguere.

Tertio fuit, vt auerterent animos discipulorum a Christo, volebant enim inter magistrum, & discipulos discordiam seminare, & ideo quando putabant, ꝙ magister peccaret dicebant malum de eo coram discipulis, sicut fuit hic, quia istud attribuebatur Christo, ꝙ manducare vellet cum Publicanis, & non discipulis, ideo dixerunt, quare cum Publicanis, & pctõribus manducat magister vester? quasi dicat, ipse facit, cum vero discipuli videbantur peccare, & non Christus, annunciabant hoc Pharisæi Christo, & non discipulis, infra 12. & Mar. 2. s. ecce discipuli tui faciunt, ꝙ non licet eis facere sabbato: erat ergo ista diabolica, & artificiosa murmuratio ad separandum corda discipulorum a Christo, sic dicit Chryso. in hom. notandũ ꝙ cum discipuli visi sunt peccare, Pharisæi Christum alloquuntur dicentes, ecce discipuli tui faciunt, quod

F non licet facere sabbato, hoc autem apud discipulos Christo detrahunt, quę omnia malignantiũ erant, & volentium separare a doctore corda discipulorum.

Quarto fuit, quia Pharisæi nocere desiderantes honori Christi cęperunt in ea parte, quę infirmior erat, & ita, quia discipuli adhuc indocti erant, & infirmi, & forte nescientes respondere ad istud diabolicum argumentũ turbarentur, voluerunt Apostolis ista dicere, & non Christo. sic enim diabolus volens tentãdo hominem perdere a fęmina, quæ infirmior erat tẽtationem inchoauit. Gen. 3. ita & ista diabolica tentatio fuit, & ita fuit in cibo, sicut illa. sed diabolus dixit mulieri, quare non manducabant, Pharisæi autem dixerunt discipulis quare manducabat, sic dicit Ambro. super Luc. serpentina vox ista est, hanc primam
G vocem serpens emisit, dicens Euæ, quarę dixit vobis nolite manducare!

Quomodo potest stare hæc discrepantia Euangelistarum inter Matthæum, & Lucam in isto passu. Quæst. LVI.

QVAERETVR quomodo potest stare, ꝙ hic dicitur, ꝙ Pharisæi dixerunt discipulis, quare cũ Publicanis manducat magister vester, & Lucę 5. dicitur quare cum Publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibitis. Dicendum, ꝙ põt hoc stare dupliciter. Vno modo, ꝙ ista duo dicta fuerint a Pharisæis, ita vt dixerint quare cum Publicanis manducat magister
H vester, & etiam vos quare cum Publicanis manducatis, & bibitis. Secundo potest dici, ꝙ alterum eorum fuerit dictum, in quo Pharisæi arguebant Christũ, & discipulos, quia manducabant cum Publicanis, & tñ fuit conueniens poni eãdẽ sñiam per verba diuersa, ad magis exprimendũ, quod nõ poterat fieri per eadẽ verba, ad significandũ ergo, ꝙ Pharisæi istã culpam præcipue Christo imponebant, dr̃ hic, & Mar. 2. quare cũ peccatoribus manducat magister vester? ad significandum autem, ꝙ etiam ipsos discipulos Pharisæi in hoc aliqualiter increpabant. dr̃ Luc. 5. quare cum Publicanis manducatis, & bibitis? scilicet tam vos, q̃ magister vester. sic dicit Aug. li. de cõcor. euan. vr̃ Lucas aliquãto differentius cõmemorasse hoc ab aliis Euã-
I gelistis s̃m, ꝙ Pharisæi dñi discipulis, quare cũ Publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibitis, Christo, & discipulis hoc obiectũ insinuãs, sed cũ discipulis dicebatur magistro magis obijciebãt quẽ sectando imitabantur, vna est ergo sententia, & tanto melius insinuata quanto quibusdam verbis manente veritate mutata, Sed diceretur quid istorum dictum est? dicendum, ꝙ non apparet. Videtur tamen verisimilius, ꝙ fuerit dictum manducat, & bibit magister vester propter duo. Primo, quia Matth. & Mar. dicunt istud: Lucas autem solus dicit manducatis, & bibitis. Secundo, quia si hic culpa aliqua erat Christi erat potius, q̃ discipulorum, quia discipuli sequunt̃ magistrũ. sic dicit Aug. vbi supra. etiam, quia dato, ꝙ esset culpa ęqualis,
K potius vellent Pharisæi accusare christũ, quam discipulos eius, quia illi inuidebant, & non eis.

Qui erant isti peccatores cum Christo manducantes. Quæst. LVII.

QVAERETVR cum dicatur hic quare cum Publicanis, & peccatoribus. &c. qui erant isti peccatores.

Dicendũ, ꝙ põt dupliciter intelligi. Vno mõ, ꝙ Publicani, & peccatores eẽnt idẽ, ꝙ teneat, &, expositiue, idest, s. Publicanis, pctõribus, i. Publicanis, qui sunt pctõres, & hoc est, q̃a Publicani talia officia

exer-

exercent quę vix sine peccato exerceri possunt, vt dicit Gregor. sic etiam exponit glo. Publicani vocātur qui publicis negocijs implicantur, quę sine peccato vix, aut nunquam possunt tractari, & tunc nihil plus fuit dicere cum Publicanis, & peccatoribus, quam dicere solum cum Publicanis, nisi ꝙ ly peccatoribus denotat qualitatem personarum quantum ad statū. s. ꝙ Publicani sine peccato non viuunt. Sed hoc non stat, quia Lucæ. 5. dicitur erat turba multa Publicanorum, & aliorum, & sic necesse est dici fuisse alios præter Publicanos in isto conuiuio. Secundo dr̄, ꝙ accipiantur Publicani pro illis, qui secundum conditionē status sui possunt viuere sine peccato, licet difficulter, & peccatores dicantur illi, qui nullo modo secundū suum statum possunt viuere sine peccato, vt meretrices. nam Publicani sine peccato viuere possunt, licet est difficile: meretrices autem non est possibile sine peccato, & tali modo loquendi Christus vtitur istos duos status coniungendo infra 21. Publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei. Sed hoc non stat, quia nullo modo erat verisimile, ꝙ in illo conuiuio essent meretrices, nec Christus comederet nō solum cum eis, sed nec etiam cum mulieribus honestissimis. Tertio modo dici potest, & istud est verum. s. ꝙ Publicani solum fuerunt inuitati in conuiuio isto vltra Christum, & discipulos eius, & Publicani vocant̄ peccatores propter causam supradictam cum istis tū erant multi alij. s. famuli ipsorū, vel amici aut cognati qui tū non erant Publicani, & ita innuitur Lucę. 5. s. erat turba multa Publicanorum, & aliorū qui cū illis erant, & sic verum est, ꝙ alij pręter Publicanos erant in conuiuio, illi tamen non sunt, qui vocantur peccatores, sed ipsimet Publicani pctōres vocantur. Quod patet, quia si isti pctōres essent alij a Publicanis essent deteriores Publicanis, cum vocentur absolute peccatores, quasi per excellentiam peccatores, vel semper in pctō manentes, & tunc Luc. qui posuit distinctionem Publicanorum, & aliorum, nominasset illos, vt per hoc magis appareret causa murmurādi Phariseorum, & tū non nominauit illos, sed dixit, & aliorum, quasi nullū gradū grauitatis illi adderent, nec præstarent aliquā causam murmurandi, ergo videtur, ꝙ illi alij non erant qui nominantur hic peccatores, sed Publicani erant qui peccatores nominantur.

Quare Christus respondit Phariseis cum ipsi non alloquerentur eum. Quæst. LVIII.

QVAERETVR quare nunc Christus respondit Pharisæis cum ipsi non loquerentur ei, sed discipulis. Dicendum, ꝙ propter multa. Primo, quia Christus præsens erat, vel prope, ita vt audiret verba ista, quia dicitur in litera, at Iesus audiens ait. potius ergo ipse debuit respondere, quam discipuli. Secundo, & principalius, quia ista murmuratio non fiebat contra discipulos, sed contra Christum, quia dixerunt quare cum Publicanis manducat magister vester? ipse ergo respondere debebat. Tertio, quia quomodocunque aliquid diceretur, siue de discipulis, siue de Christo ad ipsum pertinebat responsio, & non ad illos, quia ipse caput erat. Quarto, quia discipuli erant adhuc indocti & infirmi, & forte nescirent respondere ad istā murmurationem, sed potius turbarentur, ideo Christus pro eis respondit. Quinto fuit ad tollendam varietatē ipsorum, quia si permitterentur illi rñdere forte varie responderent, sicut multi erant, & ex hoc colligeretur eorum imperitia, & irriderent eos Pharisęi, quod Christus non permisit. vnde etiam alias quando Pharisæi arguebant contra solos discipulos, respondebat Christus pro eis, vt infra duodecimo cap. & Lucæ. 6. quando in sabbato vellebant spicas dixerunt eis Pharisæi, quid facitis, ꝙ non licet in sabbatis? & respondens Iesus dixit non legistis, quid fecit Dauid, &c.

Sexto fuit, quia si discipuli responderent forte blā de responderent propter reuerentiam, & metū Pharisæorum, Christus autem volebat, ꝙ sicut mordaciter arguerant, ita mordaciter, iuste tamen responderetur eis, sicut factum est, quia Christus misit eos, sicut paruulos insipientes ad addiscendum dicens, euntes discite, idest ite ad addiscendum, discipuli tamen non sic responderent. Christus ergo per seipsum voluit respondere.

Quid Christus intellexit per responsionem istam non est opus valentibus, &c. Et quod vitia sunt animarum languores. Et Christus medicus spiritualis est. Et qui vocentur hic sani, & qui male habentes. Quæst. LIX.

QVAERETVR circa Christi respōsionem cum dixit non est opus valentibus medicus, sed male habentibus quid per hoc intellexit. Dicendum, ꝙ Christus voluit ostendere se iuste, & ex cā necessaria manducasse cū Publicanis, quia assidebat illis, sicut medicus ęgris. ad hoc aūt induxit silitudinē de medico corporali ad spiritualē, quia sicut medicus corporū hēt opus suū circa languentes solos saltē ex necessitate, ita medicus aīarum. vitia tū sunt quidā languores animarum, vt ait Boetius, de consol. lib. 4. prosa 4. pctōres ergo sunt spiritualiter languentes. circa quos spiritualis medicus solū necessariā curā exercet, & sicut medicus corporum adhibet oēm diligentiam, & modū quo possit curare vitia corporum, ita & medicus aīarum nihil de contingentibus omittere debet, vt sanet morbos aīarū, & quia Chrs comedēdo cum Publicanis poterat eos sanare, vt ostensum est, supra q. 50. iō hēbat iustam causam manducandi cū eis. Vocauit aūt Christus se medicū spiritualem, quā ad sanādū nos venerat Psal. 106. misit verbum suū, & sanauit eos, & tamē verbū Dei est filius, & Sap. 17. dr̄ nō herba sanauit eos, sed oīpotēs sermo tuus. i. filius Dei, q est verbū patris, & est oīpotēs sicut pater, & fuit medicus nouo gn̄e medicandi, q ægritudines nostras sanauit p dolorē suū. Isa. 53. vere languores nr̄os ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, sic dicit Rabanus, seipsum medicū dicit qui miro medicandi genere pp iniquitates nr̄as vulneratus est, vt vulnus peccatorum nostrorum sanaret. Sed est dubiū qui vocātur hic sani & qui male habentes. Aliqui dn̄t, ꝙ vocātur sani illi q seipsos p superbiā suā sanus eē putabant credentes se iustificari ex lege, & nullo alio indigere, male hn̄tes dn̄r illi qui credentes se non posse iustificari ex lege, ad Dei grām recurrebant. Primi erant Pharisæi qui de sua iustitia cōfidētes cæteros aspernabant̄. Secundi erant Publicani, qui se pctōres agnoscentes Dei mīam postulabant. Luc. 18. sic dicit Rabanus, sanos q dē eos appellat qui suam volentes statuere iustitiā verę Dei iustitiæ subiecti non sunt, male habentes eos vocat qui suæ fragilitatis conscientia deuicti, nec per legem viuentes se iustificari se submittunt gratiæ Dei. Aliter pōt dici, & apertius. s. ꝙ sani vocantur illi q anhelāt ad viā pfectionis, vel qui nituntur legē Dei ad plenum custodire, talibus enim nō est medicus necessarius, quantum ad exteriorem operationem. s. qui verbo a vitijs eis recedere suadeat, cum ipsi per seipsos hoc agant, sed sola Dei virtus interius operans est eis necessaria, vt confirmet in eis, quod operari incępit, peccatores autem vocantur illi qui adhuc peccatorum desiderio tenentur, & huius sęculi caduca bona pro veris bonis cū summo studio amplectunt̄,

his enim necessarius est exterior medicus, idest prædicator, ꝙ verbo suadeat a talibus recedere, ita erat nūc quia inter Iudæos aliqui erant viri boni solicite agentes, vt a vitijs se custodirent. Et istos vocat nūc Christus sanos, nec erat eis valde necessaria Christi conuersatio licet esset vtilis, saltem quantum ad hoc, ꝙ erat a vitijs recedere nullo modo erat necessaria, peccatores aūt erant Publicani, qui in peccatis perseuerabant, talibus autem Christi conuersatio erat necessaria, vt delererent vitia, & istos dixit esse male habentes, cum quibus ipse tanquam medicus esse debebat.

An sit hoc verum, scilicet misericordiam volo, & non sacrificium. Sed quòd Deus detestatur sacrificium quod est sine misericordia. Quæst. LX.

QVAERETVR quomodo dicitur hic misericordiam volo, & nō sacrificiū, & an sit hoc verū. Dicendum, ꝙ non est dubiū, ꝙ Deus velit misericordiā, & tñ, ꝙ non velit sacrificiū non vr̄ esse verū, qa volebat illud. nā si noluisset illud nō statuisset diligenter leges de illo distinguens genera sacrificiorum, & cęremonias eorū, vt patet Leui. primo vsque ad octauū c. & iubebat ista obseruari iure perpetuo, & ꝙ ignis esset perpetuus in altari ad sacrificia cremāda, & ꝙ tota nocte sacerdos vigilaret apud altare cremādo holocaustum vespertinū. Leui. 6. & dicebat Deus ista sacrificia sibi valde placere, & quòd quando cremabatur adeps sacrificij erat Deo odor suauissimus. Leui. primo. & 3. & siquis non diligenter administraret sacrificia Deus dicebat se contemni, sicut Malachię primo conquerentur Deus de sacerdotibus, quia offerebant ei animalia cęca, & clauda, & debilia, & dicebant, mēsa domini polluta est, idest altare, & siquis impediret sacrificia ista peccabat grauiter. sic dicitur primo Reg. 2. de filijs Eli sacerdotis, erat peccatum puerorum grande nimis corā domino, quia detrahebant hoīes a sacrificio domini. Deus ergo valde volebat ista sacrificia. Aliqui dicunt, ꝙ verum est Deum voluisse sacrificia ista tēpore veteris testamenti, & tñ in principio noui cessatura erant, scilicet quando veniret Messias. sic dicitur. Psal. 39. holocaustum, & pro peccato non postulasti, & tunc dixi ecce venio, idest quando Messias venturus esset non exigeretur ab hominibus iam holocaustum, nec sacrificium pro peccato, Christus autem erat Messias, ideo iam tempore suo Deus nolebat sacrificium. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia Christus non loquitur istud, quasi a seipso, vel quasi isti tempori hoc competat, & non alteri, sed allegat auctoritatem Oseę 6. qui non loquitur specialiter de aliquo tempore, sed dicit, ꝙ Deus vult misericordiam, & non sacrificium, & ita ipse mittit Pharisæos ad illam scripturā, vt illā intelligant. Aliter ergo dicēdum, ꝙ scriptura hoc absolute loquitur, & est sensus misericordiam volo, & non sacrificium, idest misericordiam potius, q̃ sacrificium. patet hoc ex verbis Oseę. nā dicit misericordiā volui, & non sacrificiū, & scientiam Dei plusquā holocausta. vtraque tñ est eadem sn̄ia per alia, & alia verba. sic etiā dr̄, ꝙ melior est obedientia, quam victima. primo Regum. 15.

Secūdo potest intelligi, ꝙ Deus vult misericordiā, scilicet ꝑ seipsam sacrificiū aūt nō vult ꝑ seipsum, quia offerre animalia, & cremare carnes eorum non est in seipso aliquod bonum, sed solum, quia sic statutum erat: misereri autem hominibus maxime quātum ad animam procurando eis viam vitę ęternę est per se bonum, & Deo valde gratum, & ista est melior religio, quam multa animalia offerre. Iacobi primo. religio autem munda, & immaculata apud Deum hęc est visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum.

F Tertio modo potest intelligi misericordiam volo, & nō sacrificium, i. nolo illud sacrificium, quod est sine misericordia in quo homines confidentes se per illud perfecte liberari cętera opera contemnunt, tale enim sacrificium Deus abominatur: nam si necesse esset alterum eorum deseri, potius vellet Deus sacrificium, quam misericordiam deseri. sic innuitur Isai. primo quid mihi multitudinem victimarum vestrarum dicit dominus? plenus sum, holocausta arietū, & adipem pinguium nolui, non offeratis vltra sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi, hoc autem erat, quia isti in peccatis manebant, & ista sola sacrificia ad salutem sibi sufficere putabant, ideo subditur, iniqui sunt cętus vestri, manus vestrę sanguine plenę sunt, & cum extenderitis manus vestras auertā

G oculos meos, & subiungitur quid esset illud in quo possent confidere, scilicet lauamini, & mundi estote auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruerse, & discite benefacere, quęrite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduā. per ista autē dicit Deus, ꝙ peccata dimitterētur, scilicet si fuerint peccata vr̄a, vt coccinum, quasi nix dealbabuntur, scilicet faciendo hęc, sic ergo sacrificia Deus detestatur, qn̄ sola sunt, & in eis confidūt hoīes se saluādos. sic dicit glo. nō despicit Deus sacrificium, sed sacrificium sine misericordia.

Quomodo istud erat ad propositum Christi. scilicet misericordiam volo, & quis bene se habeat ad proximum.

H *Quæst. LXI.*

QVAERETVR quō istud erat ad propositum Christi. Dicendum, quòd quantum ad misericordiam satis apparet, scilicet quia Deus vult misericordiam, & talis erat, quā Christus præstabat cum Publicanis comedendo, vt eos ad pœnitentiam vocaret. Sed de sacrificio non apparet.

Dicendum, ꝙ vno modo potest intelligi, ꝙ Deus, ita vult misericordiam, ꝙ etiā præfert eā sacrificio, & sic confortat Christus rationē suā. q. d. bene ago mādueando cum Publicanis, quia misericordiam ꝓsto illis, quam Deus vult plusquam sacrificium, & cum

I vos me accusatis in hoc Deum accusatis, quia ista dixit. sic dicit Chryso. in homilia euntes discite misericordiam volo, &c. quasi dicat cum accusatis me, quia peccatores corrigo, ergo & Deum accusate ex hoc. sicut. n. ille vult peccatorū emēdationem, ita & ego, & sic ostendit non solum non esse prohibitum, ꝙ accusabant, sed etiam secundū legem maius esse sacrificio. Aliter pōt dici, & melius, ꝙ Christus redarguit ex hoc Pharisæos. quod patet ex mō loquendi, s. euntes discite. i. estis addiscēdum, & sic dicit Hier. Christus sumens testimoniū de propheta sugillat Scribas, & Pharisæos. i. arguit, qui iustos se extimantes peccatorū, & publicanorū cōsortia declinabant. Et dicēdū, ꝙ redargutio Pharisæorum fuit ex parte sacrificij, &

K hoc fuit in duobus. Primo quantū ad seipsos, nā Pharisæi, vt iusti apparerēt offerebāt sępe sacrificia in templo, de misericordia aūt, & iudicio, & iustitia nō curabāt, & hoc erat detestabile. iō Christus redarguit hic vitā eorum dicens, ꝙ addiscāt melius scripturā, quia Deus non vult sacrificia, tanq̃ illa per se perficiant ad salutem, sed magis vult misericordiam, sic dicit glo. Deus sacrificiū non despicit, sed sacrificiū sine misericordia, faciebant autem Pharisæi sacrificia sæpe in tēplo, vt iusti apparerent coram populo, sed non exercebant misericordię opera in quibus probatur vera iustitia. sic etiam dicit Rabanus. admonet itaque eos, vt per opera misericordiæ sibimetipsis supernę misericord. ę pręmia conquirant. & non contenta pauperum

perum necessitatibus per oblationem se sacrificiorũ Deo placere confidant. vnde sępe Christus increpans Pharisęos allegabat istã auctoritatem, quasi per hoc eos valde morderet, sic patet infra 12. quando Pharisæi accusabãt discipulos Christi, quòd sabbato spicas vellerent: nam dixit. si autem sciretis quid est misericordiam volo, & non sacrificiũ, nunq̃ condẽnassetis innocentes. iterũ & infra 23. qñ increpabat Pharisęos, ꝙ tota vita eorũ consisteret in quibusdã cęremonijs, & verã virtutem omitterent dixit, vę vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritę, qui decimatis mentã, & anethũ, reliquistis, quæ grauiora sunt legis iudiciũ, & misericordiã, & fidẽ. Secũdo erat ista increpatio Pharisæorũ quantũ ad doctrinã ipsorũ: nã suadebãt populo offerre Deo sacrificia, & parentibus nihil dare, sed solum honorare eos in verbo infra 15. & Mar. 7. istud autem erat perniciosum, & ꝯ Dei legem, vt Christus eos ibidem arguit, iõ sæpe vtitur ista auctoritate contra eos, quia valde facit contra ipsos. volebant enim hominibus imponere onera superuacua, quasi ad Dei cultũ pertinerẽt maxime, quod falsum est, quia cultus Dei in duobus consistit, s. ꝙ bene se habeat hõ ad Deum, & ad proximum, & quia Deus spiritus est vult cultũ spiritualẽ, s. munditiam cordis nostri. Io. 4. Deus spũs est, & eos, qui adorant eum oportet in spiritu adorare. ad proximũ aũt se habet quis bene sua ei non auferendo, & insuper in necessitate ei subueniendo, ista duo perficiunt verã religionẽ. sic dr̃ Iaco. primo religio munda, & immaculata apud Deum hęc est visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sęculo, quod pertinet ad cultum Dei, & significat cordis munditiam, idem patet Michęę 6. vbi ostenditur, ꝙ sacrificia non liberant hominem a peccato, nec placatur Deus per illa, & subdit quid est, quod Deus vult, scilicet indicabo tibi homo quid sit bonum, & quid Deus quęrat a te: vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cũ Deo tuo: de quibus nihil curabant Pharisæi solis sacrificijs confidentes, ideo iustę sæpe per hanc auctoritatem arguuntur.

Quare Mat. solus allegauit hic istam auctoritatem, scilicet misericordiam volo. Quæst. LXII.

QVAERETVR quare Matthęus solus allegauit hic istam auctoritatem. nam ponitur ista historia hic, & Mar. 2. & Lucę 5. ibi tamen tacuerunt eam.

Dicendum, quòd Christus allegauit auctoritatem istam, quia multum faciebat ad eius intentionem, & ad redargutionem Pharisæorum, vt ostẽsum est præcedenti quæst. & hoc facit Matth. sequens consuetudinem suam, quia vbicunque allegare potest auctoritatem aliquam veteris testamenti, quæ consonet gestis Christi semper illam allegat, non solum quidem eas quas Christus allegabat quas etiam alij (vt cõiter) inducunt (licet hic istam omiserint) sed etiam quas Christus non allegauit, vt patet supra 1. & 2. & 3. & 4. alij autẽ Euangelistę non allegãt illas, sic patet pręc. c. vbi Christus multitudinẽ languentiũ sanauit, & inducit ibi Mat. illam auctoritatẽ Isa. 53. vere languores nostros, &c. & tamẽ Mar. 1. & Luc. 4 vbi ponitur eadem historia non allegatur auctoritas, hoc autẽ facit Matthæus, quia ipse scripsit Euangeliũ Iudæis, vt ostẽdit Hier. in prologo sup Matth. qui incipit: Matthęus cũ primo. & in alio, qui incipit plures fuisse: Iudæi aũt valde credebant scripturis suis, quia in illis promissus erat Messias, sicut dicit Christus Io. 5. scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illę sunt, quæ testimoniũ perhibent de me: Matthæus ergo inducit qñcunque põt ad concordiã ge-

Mat. semp allegat in euang. suo auctoritates veteris testamenti quas alii Euan. non allegant quare hoc facit.

A storum Christi auctoritates ex veteri testamento, vt ostendatur, ꝙ ille erat Messias in scripturis promissus. Alij autem Euangelistę non scripserunt principaliter genti Iudæorum, ideo non fuit eis cura allegare auctoritates aliquas, sed solum referre eas quas Christus allegasset.

Quomodo dixit Christus non veni vocare iustos, sed peccatores. Et quomodo Virgo Maria non fuit per se innocens. Quæst. LXIII.

QVAERETVR quomodo Christus dixit hic nõ veni vocare iustos, sed peccatores, quia Chri-
B stus propter omnes venit, sicut dicit Hilarius Christus omnibus nobis venerat, quomodo ergo non se iustis venisse dicit?

Aliqui dicunt, ꝙ ad oẽs homines venit, hic tñ iusti vocãtur Angeli boni in quibus nullũ pctm̃ est, peccatores aũt vocantur oẽs homines, sic dicit Greg. Nisenus, s. dicit non egere sanos, & iustos medico. i. Angelos, sed male habentes, & peccatores. i. nos, quia morbum peccati incurrimus, qui in cœlis nõ est. Sed hoc non est ad propositum, quia tunc nõ potius esset mãducandum Christo cum Publicanis, quam cum Pharisæis, quia omnes tunc peccatores dicerentur: ẽt quia superflue dictũ esset non veni vocare iustos, quia per se notũ erat, ꝙ Angeli vocatione nõ indigebant, quia Deo semp assistunt infra 18. Angeli eorũ semp vidẽt
C faciẽ patris mei, vocatio tñ fit ad eos, qui longe sunt, etiam quia superflue dictũ esset nõ veni, quia dato, ꝙ Angelos vocare voluisset veniendum non erat, quia Christo nihil aliud est venire, nisi in tempore carnem assumere, & secundum eius præsentiã inter nos conuersari, & ita dicit vado, & venio ad vos. Io. 14. i. aliqñ ostendam vobis præsentiam carnis meę, & aliquãdo illam subtrahã iuxta illud modicum, & iã non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me Io. 16. ad vocationem tñ Angelorũ non erat necessaria, immo non erat vtilis carnis assumptio, quia ipsi sunt puri spiritus, ergo non intelli̇r de Angelis, sed de hominibus quorũ quosdam Christus vocauit iustos, & alios pec-
D catores. Alij dicũt, ꝙ Christus pro omnibus venit. i. ad vtilitatem omnium, non tñ ad vocandũ oẽs, sed solos peccatores. Sed hoc non stat, quia ẽt aliquos iustos Christus vocauit: nam vocauit Nathanael, vt colligitur. Io. 1. & tñ Nathanael iustus erat, sic Christus dixit de eo, ecce vere Israelita in quo dolus non est eodem ca.

Alij dicunt, ꝙ Christus loquitur hic ironice de iustis, scilicet ꝙ omnes erant peccatores, & indigebant Christi vocatione. Aliqui tamen putabant se esse iustos, & illos vocat Christus iustos ironice, sic dicit Chryso. in homilia ironice dicit illos iustos, sicut qñ dicitur ecce Adam factus est, quasi vnus ex nobis, ꝙ autem nullus erat iustus super terram ostendit Paulus dicens, omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.

E Istud melius stat, sed adhuc non sufficit, quia etiã illos iustos, idest qui se putabant iustos Christus vocare venit, cum etiam aliqui de Pharisæis in Christum crediderint, sicut fuit Nicodemus, qui Pharisæus erat Ioan. 3. sic etiam Gamaliel in Christum credidit: fuit tamen Pharisæus. Actu. 5. & ita de multis alijs.

Aliter ergo dicendum, quòd iusti vocantur hic illi, qui legem obseruant cauentes a vitijs iuxta posse, peccatores dñr, qui bona huius sęculi, tanq̃ vera bona prosequuntur propter illa a lege Dei declinantes, & tunc dicendũ, ꝙ Christus venit pro omnibus, vel ad vocandũ oẽs, i. ad redemptionẽ, quia licet aliquis sit nunc iustus, tñ aliqñ peccauit, & nemo est, qui nõ aliquando peccauerit ad Ro. 3. omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, & tñ saltẽ ab originali, ꝙ oẽs incur-

runt nemo poterat, nisi Christo redimente liberati,
omnes ergo tam iustos, quã peccatores ad redẽptio-
nem vocauit: nã ẽt beata virgo (dato, ꝙ ponatur, sine
originali concepta) Christi redẽptione indiguit, nõ. n.
sic concepta fuisset, nisi ꝓp Christũ, qui de ea nasci-
turus erat, & iõ ipsa nõ est per se innocens, sed ꝑ Chri-
stũ, sic dr̃ Exo. 34. apud te nemo ꝑ se innocẽs est. q. d. si
aliquis habuerit priuilegiũ innocentię nõ habet ꝑ se,
sed per te. Secundo Christus venit ad vocandũ oẽs tã
iustos, q̃ iniustos ad fidẽ, quia qui non crediderit con-
demnabit̃. Mar. 16. licet ergo multi essent iusti inter
Iudæos, qñ Christus venit, erat tñ eis necessaria fides
Christi, quia si illa diuulgata credere nollent perirẽt.
Tertio Christus vocauit oẽs ad legẽ, quia ipse dedit
legem, q̃ omnes homines seruare tenentur infra 28.
euntes docete omnes gentes seruare omnia quęcun-
que mandaui vobis, non recipienti autem hæc pęna
imponitur Mar. 16. ꝙ condemnabitur.

Quarto Christus vocauit ad pœnitentiã, & ista fuit
prima vocatio, q̃ fecit, vt patet supra 4. s. pœnitentiam agite:
nam ista fuerunt prima verba, quæ prædicare cæpit,
vt ibi dicitur, & quantum ad hæc solos peccatores
vocauit, & iste est verus sensus literę, scilicet non ve-
ni vocare iustos ad pœnitentiam, sed peccatores, &
ita Christus tunc expressit, vt dicitur Luc. 5. non veni
vocare iustos, sed peccatores ad pœnitẽtiã, licet Mat.
& Mar. hoc tacuerunt, iustos autẽ non vocauit Chri-
stus ad pœnitentiã, quia non indigent illa, sic dr̃ Luc.
15. gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœni-
tentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis,
qui non indigent pœnitentia. *Tunc accesserunt*. Hic
reprehẽdit Christus Ioannis discipulos, & primo po-
nitur eorũ maligna interrogatio. secundu Christi be-
nigna responsio ibi. *Et ait illis Iesus*. Considerandũ, ꝙ
hoc continuatũ est cũ præcedẽti, & est eadẽ historia:
nam mox, vt Christus respondit Pharisæis super mã-
ducatione cum Publicanis, accesserunt Ioannis disci-
puli, vt eum interrogarent de ieiunijs.

Et patet hoc primo, quia tres Euangelistę ponunt
istud, & omnes continuant illud cũ præcedenti nihil
interponendo, vt patet hic, & Mar. 2. & Lucę 5.

Secundo patet, quia litera hoc innuit: nã dr̃ hic tũc
accesserunt, idest quando fuit finita quęstio pręcedẽs,
accesserunt discipuli Ioannis ad quærendum, & sic
non interciderunt aliqua gesta Christi, nec aliquot
tempus medium inter ista, & præcedentia.

Circa primum, ergo dicitur. *Tunc accesserunt ad
eum*. Scilicet finita quęstione Pharisæorum. *Disci-
puli Ioannis*. Scilicet Baptistæ, quia Ioannes Euangeli-
sta discipulos nullos habebat tunc, sed ipse potius erat
vnus de Christi discipulis, quia ipse, & Iacobus frater
eius vocati fuerant de naui supra 4. & Mar. 1. Ioannes
Baptista habebat discipulos multos, vt patet Ioan. 3.
& 4. & infra 11.

Dicentes quare nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter.
Non est sensus, quod quærant quare ieiunabant ipsi,
quia de hoc non peterent causam a Christo, sed a se-
ipsis, sed est sensus quare discipuli tui non ieiunant
cum nos, & Pharisæi sæpe ieiunemus, quasi dicat iu-
stum erat, quòd etiam ipsi ieiunarent, sicut & nos,
sed Lucę 5. additur, & obsecrationes faciunt, idest fa-
ciunt orationes temporibus certis, quas etiam disci-
puli tui non faciunt.

Discipuli autem tui non ieiunant. Videbant enim eos
manducare cum Publicanis, qui non ieiunabant, sed
delitijs vescebantur.

Et ait illis Iesus. Hic ponitur Christi responsio, &
ostendit non esse decens, quod nunc discipulis Chri-
sti imponeretur onus ieiunandi, quia erant adhuc no-
ui in doctrina, & talibus non sunt imponenda grauia

F præcepta, & ad hoc inducit tres similitudines. Primã
de sponso. Secundam de veste. Tertiam de vtre, &
vino. De prima dicitur hic. *Nunquid possunt filij sponsi
lugere*. Vocantur filij sponsi, idest socij eius, vel amici
ad quos pertinet aliquid de sponso, & est sensus, quan-
do fiunt nuptię est tempus exultationis, quia impen-
ditur honor sponso, iõ omnes cognati, & amici eius
tunc gaudent, & pascuntur delitijs, nec est iustũ, ꝙ lu-
gerent, ita est nũc de discipulis Christi, quia Christus
erat, quasi sponsus, & ipsi erant velut eius filij, vel fa-
miliares, ideo quandiu manebat cum eis, s. vsque ad
mortẽ suam non erat illis tempus ieiunandi. *Quandiu
cum illis est sponsus*. Scilicet non possunt tunc lugere,
nec ieiunare, quia tunc est tẽpus gaudij, & nõ tristitiæ,
vel luctus, sicut est ipsum ieiunium. *Venient autem dies
G cum auferetur ab eis sponsus*. Istud futurũ erat post Chri-
sti passionẽ, & ascensionẽ in cœlis: nã tunc ablatus est
ab eis sponsus, & recessit ab eis. auferri violentiam si-
gnificat, & hoc fuit, quia Christus per mortem desijt
esse cum discipulis, sed mors sua fuit violenta, s. per
vulnera, iõ recte ablatus dr̃: etiã recessit, quia post mor-
tẽ redijt ad discipulos, quia post resurrectionem suam
ostendit se eis sæpe, & comedit cũ eis, sed potius re-
cessit, nunq̃ rediturus secundũ corporalẽ præsentiam,
Actu. 1. vsque ad diem iudicij, s. hic Iesus, qui assum-
ptus est a vobis in cęlum sic veniet quẽadmodũ vi-
distis eũ euntem in cęlũ, & hoc fuit recedere, quia
sponte se ab eis subtraxit. *Et tunc ieiunabant*. Quia Apo-
stoli post Christi ascensionem magna ieiunia fecerũt,
H sic dicit Paulus in ieiunijs multis in frigore, & nudi-
tate 2. Cor. 11. *Nemo autem mittit*. Ista est secunda simi-
litudo de veste per quã ostendit, ꝙ discipuli erant ad-
huc infirmi, sicut vestes veteres, quæ cito rumpuntur,
& si vellet eis imponere duritiem nouorum præce-
ptorum non possent tolerare, sicut in veste veteri si
ponatur aliqua pars panni noui in parte, quæ rupta est
facilius rumpitur, & fit turpior, quia non bene conue-
niunt pannus nouus, & antiquus.

Et ideo dicitur, ꝙ *Nemo mittit commissuram panni rudis
in vestimentum vetus*. Pannus rudis est nouus, quia ni-
hil adhuc in eo factum est, sicut vocantur rudes ho-
mines illi, qui noui sunt, & nondum adhuc literas
inceperunt, commissura dicitur particula aliqua, &
I dicitur commissura, quasi commictura. de con. &
mitto, quia simul mittitur, idest ponitur vna particu-
la panni cum alijs partibus vestis, vbi ipsa vestis rupta
erat.

Tollit enim plenitudinem eius a vestimento. i. tollit pul-
chritudinẽ, & vniformitatẽ, quia ꝑ hoc, ꝙ panno ve-
teri assuitur pannus nouus redditur vestis turpis. Ali-
ter potest intelligi, quòd tollit plenitudi em a vesti-
mento, scilicet a nouo vestimento de quo tollitur
illa particula, vt assuatur veteri vestimento, & iste est
melior sensus, quia Lucę 5. innuitur, quod de vesti-
mento nouo abscidatur aliqua pars, vt ponatur in
ruptura veteris vestimenti, & tunc sunt duo mala, sci-
licet quia tollitur plenitudo, idest integritas noui ve-
K stimenti abscissa particula, & vetus deformatur, quia
non conuenit nouum cum veteri, cum ibi dicitur ne-
mo commissuram a vestimento nouo mittit in ve-
stimentum vetus alioquin, & nouum rumpit, & ve-
teri non conuenit commissura a nouo.

Et peior scissura fit. Idest maior fit scissura, quam prius
in vestimento veteri, eo quod pannus nouus est
spissior, & fortior, & trahens ad se pannum veterem
extendit illum plus debito, & facilius rumpitur,
quam aliàs si esset tota vestis de panno veteri.

Nec mittunt vinum nouum in vtres veteres. Ista est
tertia similitudo de vino, & vtribus, scilicet quod si-
cut nõ ponitur vinum nouũ in vtre veteri, eo ꝙ rum-

pitur

pitur vter, & vinum perit, ita hominibus veteribus A
non ſunt præcepta noua, & fortia imponenda, vt dictum eſt. *Alioquin rumpuntur vtres.* ſ. quia non poſſunt ſuſtinere ebullitiones vini noui, & vinum effunditur, ſcilicet ruptis vtribus, & vtres pereunt. ſ. quia poſt quã rupti ſunt ad nihil valent. *Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conſeruantur.* Scilicet quia vtres noui fortes ſunt ad ſuſtinendum vini ebullitionem, & conſeruantur ſic vinum, & vtres, ſed Luc. 5. ponitur etiam aliud exemplum de bibente vinum, ſcilicet nemo bibens vetus ſtatim vult nouum, dicit enim vetus melius eſt, in quo innuitur, quòd licet vinum nouum per ſe tempore ſuo bonum eſſet, & vetus tẽpore ſuo, tamen ꝙ vnum poſt alterum ſtatim bibatˉ non
conuenit bibenti, nec delectat guſtum, ita ꝙ homini B
veteri dentur præcepta noua, vel econtra non cõuenit, & ad idem pertinet, quòd tria præcedentia exempla.

Quomodo dicitur, quod diſcipuli Ioannis quæſiuerunt iſtud a Chriſto cum Ioannes eſſet mortuus.
Quæſt. LXIIII.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, ꝙ diſcipuli Ioannis quæſierunt, nunc iſtud a Chriſto cum videatur, ꝙ Ioannes iam eſſet mortuus.

Aliqui dicunt, quòd viuente Ioanne factum eſt, & tamen iſtud ponitur hic per recapitulationem, quia prius factum eſt.

Dicendum, quòd non ſtat, quia ſupra oſtẽſum eſt, quòd iſta ſunt continuata, nam ſupra in litera dicitur, tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioannis, ſcilicet qñ Phariſæi diſputare ceſſauerunt, quare cum Publicanis Chriſtus comederet.

Alii dicunt, ꝙ Ioannes mortuus erat, & tamen diſcipuli eius qui eum viuentem ſecuti fuerat nunc manebant, ſicut Chriſto mortuo mãſerunt diſcipuli eius longo tempore, & iſti diſcipuli Ioannis tenebant nũc doctrinam eius, & contra Chriſtum arguerunt.

Dicendum, quòd non ſtat, quia Ioannes nondum erat mortuus, quia poſtea de morte eius agitur, infra decimoquarto cap. & nõ eſt aliqua recapitulatio, ſed
rectus ordo, quia ſicut Matthæus ponit mortẽ Ioan- D
nis poſt iſta. ſ. infra 14. ita etiam Marcus, quia hoc habetur Mar. 2. & mors Ioannis Marc. 6. cum ergo ambo conueniant in ordine apparet, quòd non ſit recapitulatio, ſed rectus ordo.

Sed obiicietur, quia ſupra 4. dicitur, quòd cũ Chriſtus audiſſet, quòd Ioannes traditus erat ſeceſſit in Galilæam, & tunc cœpit prædicare. eod. capitu. ergo poſt mortem Ioannis prædicare cœpit, & tamen iam diu erat, quòd Chriſtus prædicabat, & miracula faciebat, ergo Ioannes iam mortuus erat.

Dicendum, quòd Chriſtus non cœpit prædicare in Galilæa vſquequo Ioannes fuit traditus, & tamẽ prædicauit antequam Ioannes occideretur eo, ꝙ Ioãnes
fuit in carcere longo tẽpore. ſ. anno integro, vel qua- E
ſi: Chriſtus antẽ cœpit prædicare mox, vt Ioannes poſitus eſt in vinculis, quia dicitur ſupra 4. ꝙ cũ audiſſet, ꝙ Ioannes traditus eſſet ſeceſſit in Galilæã, & ibi cœpit prædicare, & ita omnia, quæ habentur a 4. c. ſupra vſque infra ad c. 14. facta ſunt inter incarcerationem Ioannis, & mortem eius, quia fuit longum tempus, & ita cum Ioannes adhuc maneret in vinculis Chriſto publice prædicante audiuit mirabilia eius, & miſit ad eum duos de diſcipulis ſuis dicens, tu es qui venturus es infra 11. & Lucæ. 7. viuebat ergo Ioannes adhuc poſt hoc, & diſcipulos habebat: illi ergo poterant nunc a Chriſto iſta quærere.

Qui erant iſti qui hoc a Chriſto quærebant.
Quæſt. LXV.

QVAERETVR qui erant iſti, qui a Chriſto iſtud quærebant.

Dicendum, quòd circa hoc videntur diſcordare Euangeliſtæ, quia hic dicitur, quòd diſcipuli Ioannis acceſſerunt dicentes, &c. & ſic innuitur, quòd ipſi quærebant. Sed Mar. 2. dicitur, & erant diſcipuli Ioannis ieiunantes, & veniunt, & dicunt illi, quare diſcipuli Ioannis, & Phariſæorum ieiunant, & ſic innuitur, ꝙ non quærebant hoc diſcipuli Ioannis, ſed alii loquebantur de eis. ſ. Publicani, vel alii qui cum Chriſto diſcumbebant, vt dicit Auguſtinus, ſed Luc. 5. innuitur quòd Phariſæi hoc quæſierunt, nam dicitur, at illi dixerunt ad eum, quare diſcipuli Ioannis ieiunant: & ſic Phariſæi, qui ante illud loquebantur cum Chriſto videntur iſtud dixiſſe.

Dicendum, quòd ſecundum veritatem tam diſcipuli Ioannis, quam Phariſæi iſtam quæſtionẽ ſimul fecerunt Chriſto, vt oſtenditur Mar. 2. licet Mat. non exprimat hic eam factam eſſe, niſi a diſcipulis Ioãnis. Luc. autem non exprimat, niſi de Phariſæis, & hoc patet, quia Mar. 2. dicitur, erant diſcipuli Ioannis, & Phariſæi ieiunantes, & veniunt, & dicunt illi, & ſic vtrique ſimul venerunt, & hoc dixerunt.

Cum autem obiicitur, quòd non dixerunt hoc diſcipuli Ioannis, nec Phariſæi, ſed conuiuæ loquentes
C de illis in tertia perſona. Dicendum, quòd nõ obſtat, quia ipſimet locuti ſunt de ſeipſis in tertia pſona, quaſi de aliis, quia modus ſcripturæ eſt ſic ſæpe loqui, ſicut ſupra in litera Chriſtus dixit paralytico remittuntˉ tibi peccata tua, cum dicturus eſſet remitto, & iterum dixit, vt ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata, cum dicere poſſet, vt ſciatis, quia ego habeo poteſtatem, &c. ita iſti dicerent de ſeipſis loquentes, vt de aliis, ſic dicit Aug. lib. de concordan. euang. ſ. ſed cum Matthæus tantum diſcipulos Ioãnis hoc dixiſſe perhibeat, verba, quæ apud Mar. leguntur magis indicant alios hoc dixiſſe de illis. i. conuiuas de diſcipulis Ioannis, & Phariſæis, quod Lucas euidẽtius expreſſit qui alios de aliis dixiſſe narrauit, vnde ergo
D Matthæus dicit tunc acceſſerunt ad eũ diſcipuli Ioannis, &c. niſi quia, & ipſi aderant, & omnes certatim, vt quiſque poterat hoc obiecerunt.

Quare ſolum de diſcipulis Ioannis expreſſit Matt. & Luc. quare de ſolis Phariſæis, qui maxime perſequebantur Chriſtum. Quæſt. LXVI.

QVAERETVR cum tam diſcipuli Ioannis, quam Phariſæi ſimul hoc dixerint, quare de ſolis diſcipulis Ioannis, Mat. expreſſit, & Lucas quare de ſolis Phariſæis.

Dicendum, quòd Matthæus fecit hoc. Primo ad oſtendendum, ꝙ diſcipuli Ioannis fuerunt præcipui
E in quæſtione iſta, ſic enim innuitur Mar. 2. ſ. & erant diſcipuli Ioannis, & Phariſæi ieiunantes, decuit ergo eos, vel ſolos, vel præcipue nominari, & ſic Marcus poſuit eos primos, quia vtroſque poſuit. Matth. autẽ eos ſolos poſuit.

Secundo, quia diſcipuli Ioannis incœperunt quæſtionem illam, ſed Phariſæi poſtea eos adiuuauerunt, & ſic fuit præcipue quæſtio diſcipulorum Ioãnis, hoc patet. quia iam poſitum erat ſilentium Phariſæis, in quæſtione præcedenti, & ideo non auderent mouere immediate quæſtionem aliam, ſed diſcipuli Ioannis qui nihil quæſiuerant, poterant nunc quærere, ſicut infra 22. quæſiuerunt Phariſæi a Chriſto, & impoſitũ eſt eis ſilentium, & tunc Saducæi quæſiuerunt, & illis

etiam

etiam responsum est, videntes autem rursus Pharisæi, quòd silentium esset impositum Saduceęis quęsiuerūt iterū a Christo. Tertio fuit, quia intentio Mat. fuit ostendere quomodo contra Christum omnes sectę Iudæorum insurgebant, & ille omnibus respondebat, & quia supra cum diceretur de curatione paralytici dixit, quòd Scribę intra se cogitabant contra Christum, & ipse cognitis cogitationibus ipsorum respondit eis, & postea dixit quomodo Pharisęi murmurauerunt pro manducatione cum Publicanis, & illis quoque responsum est, nunc dicit de murmuratione discipulorum Ioannis, quæ erat alia secta Iudæorum, ꝙ etiam Christus illis responderit.

Quarto fuit, & præcipue, quia Matth. intēdit semp ostendere magnitudinem murmurationis factę cōtra Christum, & ideo licet simul multi murmurent nominat solū illos ex quorum persona colligitur, ꝙ fuerit maior murmuratio, & sic in curatione paralytici licet simul Scribę, & Pharisæi mala cogitarent, vt patet Mar. 2. & Luc. 5. solos tamen Scribas nominauit, eo ꝙ illa murmuratio pertinebat ad inquisitionē sapientum, & tamē Scribę erāt sapientiores Pharisęis, & supra in murmuratione pro manducatione cū Publicanis Scribæ, & Pharisæi simul erant Marc. 2. & Luc. 5 solos tamen Pharisæos nominauit, eo quod non manducare cum Publicanis erat quędā cęremonia apparentis sanctitatis, in qua magis vigebant Pharisæi, quam Scribæ, eos ergo solos nominauit, nunc vero de ieiunijs agebatur in quibus discipuli Ioannis cęteros Iudæos excedebant, sicut Ioannes excesserat omnes homines in abstinentia, eos ergo solos nominauit, vt appareret maior esse murmuratio, cum isti, qui circa ieiunium famosissimi erant murmurarent. De Luca dicendum, quòd nominauit solos Pharisæos ad ostendendum quanta fuerit pertinacia, & inuidia eorum contra Christum: nam inter omnes sectas Iudæorum nulla fuit, quæ magis Christū persequeretur, quam ista, ipsi enim fuerunt pręcipui in cōsilio mortis Christi. Ioan. 11. collegerūt pontifices, & Pharisæi consilium aduersus Iesum, & licet pontifices essent maiores Pharisæis dignitate honore, & potestate, magis tn̄ Pharisæi persequebantur Christū, q̄ pontifices, immo ipsi principes sacerdotū, & populi licet in Christū crederēt propter timorē tn̄ Pharisæorū non audebant hoc aperte confiteri Ioā. 12. i. verumtn̄ ex principibus multi crediderunt in eum, sed pp Pharisæos non confitebant, vt de Synagoga non eijcerētur. Factum fuit ergo valde conuenienter. i. vt Marc. rei veritatem describeret, dicens quòd discipuli Ioannis, & Pharisæi simul hoc dixerunt. Matth. autem, & Lucas speciales rationes ostenderint in murmuratione ista, vnus dicens, quod discipuli Ioannis hoc dixerunt, & alius, quòd Pharisæi.

Quare discipuli Ioannis contra Christum murmurauerunt. Quæst. LXVII.

QVAERETVR quare discipuli Ioannis cōtra Christum nunc murmurauerunt. Dicēdū, ꝙ hoc fuit. Primo, & præcipue ex inuidia: nā sicut Pharisæi valde Christo inuidebāt, vt ostensum est supra q. 52. ita & discipuli Ioannis: nā iam a multo tempore inuidere cęperant pp Ioannē, quia cum Christus inciperet baptizare veniebant ad eū plurimi, & inuidebant discipuli Ioannis, ꝙ Iesus, qui nouiter surgebat excederet in fama, & honore, vnde dixerunt ei Ioa. 3. Rabbi ille, qui erat tecum trans Iordanem cui testimonium perhibuisti, ecce baptizat, & omnes veniunt ad eum. Ioannes autem increpuit illos, quòd non inuiderent significans, quod

F sus maior erat, quam ipse, & dixit illum oportet crescere me autem minui, scilicet in honore, & fama, creuit tamen intantum ista inuidia, quòd Christus hoc videns cedere voluit, & recessit de Iudæa in Galilęam Ioan. 4. Secundo, quia forte isti inuidebant Christo propter seipsos: nam sicut Pharisæi inuidebant valde Christo, quia honor summus quem ipsi cupiebant deferebatur illi a turba, vt ostensum est supra q. 52. ita cum isti discipuli Ioannis honorem desiderarēt, quia inter Iudæos excellentes erant, & præcipue in ieiunio inuidebant Christo, quia iste honor daretur illi, & nō eis, & sic forte murmurabant in quo poterant gestis Christi detrahentes.

G Tertio fuit, quia Pharisæi erant socij eorum, & cū viderent eos nunc superatos cęperunt ipsi arguere, quasi inducti nunc a Pharisæis, qui eos a principio secum acceperant ad impugnandum Christum: nam ista erat consuetudo Pharisæorum, quòd alios secum adiungerent ad loquendum contra Christum, vt sibi fauerent, sic dicitur infra 22. quòd Pharisæi miserunt discipulos suos cum Herodianis ad quærendum a Christo, & tentandum eū, sic dicit Chryso. in homilia. s. Lucas dicit, ꝙ Pharisæi hoc dixerunt. Matth. aūt dicit, ꝙ discipuli Ioannis, quia Pharisæi illos secum acceperunt ad dicendum, quod postea in Herodianis fecerūt. Quarto fuit pp superbiā, vt se meliores Christo, & discipulis eius ostenderent: nam cum ipsi ieiunarent, & non discipuli Christi ex hoc putabant se superiores, & arguebant illos, vt per hoc maiores viderentur, scilicet tanquam ipsi excellerent in eo in quo discipuli Christi deficiebant.

Quare isto tempore potius, quam alio discipuli Ioannis hoc quæsiuerunt. Et quod austeritas vitæ videbatur Iudæis res maximæ sanctitatis. Quæst. LXVIII.

QVAERETVR quare in isto tempore potius, quam alio discipuli Ioannis hoc quęsiuerunt.

Dicendum, ꝙ pp multa. Primo, quia Pharisæi acceperāt eos secū in fauorē suum, vt dicit Chrysostom. & quia videbant succubuisse illos in q. pręcedenti de manducatione cū Publicanis voluerunt eos adiuuare mouētes aliud dubiū, vt per hoc saltē Christum possent superare.

Secūdo fuit specialiter propter opportunitatē tēporis: nam hoc tempore discipuli Ioannis ieiunabāt, & videbant discipulos Christi manducare, iō non solum nunc quæsierunt, sed etiam de hoc dubio tertiorum petiuerunt, sic patet Mar. secundo. s. erant discipuli Ioannis, & Pharisæi ieiunātes, & veniūt, & dicūt illi. i. Christo, quare discipuli tui non ieiunant, & sic tunc, quando erant ieiunantes venerunt ad hoc quærendum.

K Tertio fuit, quia tunc fuit tempus conueniens ad redarguendum Christi discipulos: nam tunc manducabant in conuiuio cum Publicanis, vbi abundanter epularentur, quod non faciūt ieiunantes. Quarto fuit, quia ista pendet a præcedenti, nam videtur esse eadē disputatio, licet enim Pharisæi succubuissent in quæstione, reformant eā discipuli Ioannis per aliū modū, nam Pharisæi dixerant de manducatione, isti aūt dūt de ieiunio.

Quinto fuit, quia ista quæstio videbatur valde conueniens ꝯ Christum, & discipulos eius, erat. n. Christus magister perfectionis, & discipuli eius, iō ei adhęserant, vt perfectiorē vitā tenerent, q̄ populus, q iouā legē obseruabat, austeritas aūt vitę putabat a Iudęis ptinere ad maximā sanctitatē, & ideo Ioannem Baptistam omnibus hominibus sanctiorem esse credebāt,

qua

quia nullus præcedentium ei in austeritate par fuerat, putabant ergo, quod erat Christo ignominia vitam perfectam prædicare, & ieiunia non obseruare, ideo dixerunt quare discipuli tui non ieiunant, sicut nos, & discipuli Pharisæorum.

Quare discipuli Ioannis non obiecerunt hoc Christo dicentes cur non ieiunas, &c. Quæst. LXIX.

QVAERATVR quare discipuli Ioannis non obiecerunt hoc Christo dicentes, cur non ieiunas cum etiam ipse manducaret, sicut discipuli sui, & quando ipse ieiunabat etiã discipuli ieiunabant, quia imitabantur eum, sicut dicitur Io. 13. exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.

Dicendum primo, quòd forte non ausi sunt directe contra Christum loqui, sicut nec Pharisęi, & tamen mutauerunt modum, quia Pharisæi cum loquerentur contra Christum nihil ei dixerunt, sed discipulis. s. quare cum peccatoribus manducat magister vester? isti autem cum loquerentur Christo non de eo, sed de discipulis locuti sunt dicentes, quare discipuli tui non ieiunant.

Secundo, quia licet loquerentur de discipulis satis aperte eum tangebant, & hoc in duobus. Primo quãtum ad personam suam, quia si culpa erat non ieiunare Christus etiam reprehensibilis videbatur, qui non ieiunabat, sicut nec discipuli, sed manducabat cũ Publicanis. Secundo quantum ad doctrinam, quia dato, quod Christus ieiunaret si discipuli non ieiunarent erat reprehensibilis, quia non bene instruebat eos, & hoc sufficiebat ad redargutionem Christi.

Tertio quantum ad principale, quia discipuli Ioannis non arguerunt contra Christum eo, quòd iam pro eo responsum erat, nam ista quæstio pendet a præcedenti de manducatione cum Publicanis, Christus autem dixerat, quod ipse manducabat cum eis, sicut medicus cum ægris, manebat ergo quæstio contra discipulos. s. illi non manducabant, sicut medici cũ ægris, cur ergo non obseruabant ieiunia, sic dicit Chrysost. in homilia, quod autem dicunt est tale esto, quòd tu vt medicus hoc facias, sed cur discipuli tui dimittẽtes ieiunium talibus mensis attendũt, si igitur potuissent discipuli Ioannis contra Christum arguere potius cõtra eum arguerent, sicut Pharisæi, supra fecerunt, nã manducare cum Publicanis commune erat Christo, & discipulis, & tamen contra solum Christum locuti sunt dicentes, quare cum Publicanis manducat magister vester? & tamen quia iã responsum erat in hoc direxerunt quæstionem suam discipuli Ioannis cõtra solos discipulos Christi. s. quare discipuli tui non ieiunant? Item patet hoc ex responsione Christi hic, nam si aliquo modo hic intenderent eum impugnare discipuli Ioannis respondisset potius pro se, quam pro discipulis, quia grauior esset sua redargutio, quam discipulorum, & tamen pro illis solis respondit dicens, quòd non possunt filii sponsi ieiunare, ergo contra illos solum arguerunt, quia pro Christo iam quæstio soluta erat.

An discipuli Ioannis peccauerunt ista inquirendo contra Christi discipulos. Quæst. LXX.

QVAERATVR an discipuli Ioannis peccauerunt, nunc ista quærendo contra Christi discipulos. Dicendum, quòd peccauerunt in tribus. Primo, quia de suo ieiunio se iactabant dicentes, quare nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter, nam de operibus bonis, nemo se dẽt iactare,

A nec desiderare gloriã ab hominibus, sed a solo Deo, & ideo non debet velle, quòd opera sua hominibus sint cognita, sed Deo supra 6. cap. & specialiter dicitur de ieiunio, tu autem cum ieiunas vnge caput tuum ne videaris ab hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito. Secundo peccauerunt, quia se Pharisæis coniungebant, & maxime ad Christum impugnandum, ipsi tamen sciebãt Pharisęos condemnatos a Ioanne magistro suo vocante eos progeniem viperarum supra 3. c. valde tamen sociabantur isti discipuli Ioannis Pharisęis, ita vt se mutuo iuuarent, & zelarent pro alterutris, nam quando fama Christi incępit crescere, ita vt minueretur Ioannis fama. Ioan. 3. s.
B illum oportet crescere me autem minui, & discipuli Ioannis ex hoc inuidebant Christo, eodem capitulo, etiam incęperunt Pharisęi simul murmurare, de hoc Ioan. 4. & propter ipsos recessit Christus de Iudęa tũc in Galilęam. s. cognouit Iesus, quòd audierunt Pharisęi, quòd Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quã Ioannes reliquit Iudęam. & abiit in Galilæam, econtrario autem nunc cum Pharisęi fuissent a Chr̃o superati, discipuli Ioannis dolentes pro eis arguere cęperunt, vt sic saltem Christum caperent in sermone, & ipsimet professi sunt se socios Pharisęorum dicentes, quare nos & Pharisęi ieiunamus frequenter. Tertio peccauerunt, quia Christum arguebãt de defectu abstinentiæ, nam arguendo discipulos eius arguebãt
C eum, quia etiam ipse non ieiunabat, vel saltẽ arguebant eum quantum ad doctrinam, quia quòd discipuli sui non ieiunarent culpa eius erat, retorquebant ergo in Christum culpam, Christum tamen arguere nefas erat potissime, quia ipsi audierant Ioannem magistrum suum dicentem de Christo: ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. Ioan. 1. peccatum tamẽ non habet qui aliorum peccata tollere potest, ipsi etiam hoc sciebant, quòd Ioannes eum laudauerat, vt patet Io. 3. vbi ipsi dixerunt Ioanni Rabbi ille qui erat tecũ trans Iordanem cui testimonium perhibuisti. i. quem laudasti, ecce baptizat, peccauerũt ergo discipuli Ioãnis arguendo contra Christi discipulos.

D *Quod erat istud ieiunium discipulorum Ioannis, & Pharisæorum. Vbi quod Ioannes Baptista omnes homines in abstinentia excesserat suo tempore. Quæst. LXXI.*

QVAERATVR quod erat istud ieiunium discipulorum Ioannis, & Pharisæorum, de quo dicũt hoc, quare nos, & Pharisæi ieiunamus.

Dicendum, quòd Pharisæi, & discipuli Ioannis fuerunt duæ sectæ Iudęorum, quia tamen discipuli Ioannis non semper durauerunt, sed pauco tempore non computantur, tanquam vna secta Iudæorum, vtrique autem istorum ieiunia multa habebant. De discipulis Ioannis patet, quia Ioannes magister suus excesserat omnes homines in abstinentia, nõ enim comedebat
E panem, nec vinum bibebat, aut quidquam, quod posset inebriare, quia ita de eo prædixerat angelus Luc. 1. sed cibus eius erat locustæ, & mel syluęstre supra tertio cap. fuit ergo a tota vita sua quoddam ieiunium continuatũ, immo plus quam ieiunium, quia nõ vtebatur cibis, quibus ieiunantes vtuntur, vnde potius Ioannes poterat dici non comedens, quam ieiunans, sic enim Christus appellauit eum, infra 11. venit Ioãnes non manducans, nec bibens, & dicunt, quia dęmonium habet, discipuli ergo Ioannis imitarentur eum, & licet non possent pertingere ad illam austeritatẽ vitæ, vt fere nihil comederent, excellerent tamẽ alios homines in ieiuniis, sicut magister eorum excesserat omnes magistros, & ita multa ieiunia facerent, sic n.

se iactauerunt dicentes quare nos ieiunamus frequē-ter. De Pharisæis etiam dicendum est, ꝙ ieiunia mul-ta hēbant, licet forte non tot, quot discipuli Ioānis, in-tentio enim Pharisæorum erat sanctitatem simulare, vt honorem ab omnibus haberent infra 23. s. omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus, apud Iudæos tamen qui adhuc rudes erant nescientes in quo vera sanctitas, & vitæ perfectio consisteret, puta-batur esse sanctitatem in ieiunio eo, quòd istud opus habet quandam difficultatem, & infert passionem corpori, & tristitiam, vt ergo viderentur sancti, sicut cupiebant necesse est, quòd ieiunarent, sic enim glo-riabatur Pharisæus vnus in oratione de ieiunio dicēs ieiuno bis in sabbato. i. in hebdomada. Luc. 18. & sic credendum est, ꝙ alij Pharisæi facerent, & conaban-tur imitari ieiunium discipulorum Ioannis, vnde nūc coincidebat vtrunque ieiunium, quia dicitur Mar. 2. erant discipuli Ioannis, & Pharisæi ieiunantes, & ita ipsi professi sunt se esse similes in ieiunio. s. quare nos & Pharisæi frequenter ieiunamus.

Quod erat istud ieiunium de quo discipuli Ioannis loquuntur, & an discipuli Christi ieiunarent. Et quod apud Hebræos duplex erat ieiunium.
Quæst. LXXII.

QVAERETVR quod erat ieiunium istud de quo discipuli Ioannis loquuntur ꝯ Christi discipulos. Et an discipuli Christi aliquando ieiunabant.

Dicendum ad primum, quòd inter Iudæos erat duplex ieiunium, sicut etiam nunc. s. ieiunium necessitatis, & deuotionis. Ieiunium necessitatis erat duplex quoddam erat per legem statutum, aliud vero p consuetudinem, vel constitutionem populi. s. De primo erat vnicum ieiunium in toto anno. s. die propitiationis. s. die decima mensis septimi, in qua affligebant animas suas abstinendo a cibo, & potu, & ab omni corporis delectatione Leuit. 16. & 23. De secundo erant quatuor ieiunia. s. ieiunium quarti mensis, & quinti, & septimi, & decimi, quæ fuerant introducta a populo propter aliquos tristes euentus, & per consuetudinem a toto populo approbata. Vel forte per constitutionem super hoc a populo factam, quæ habebat iam vim legis maxime, quia Deus iam approbauerat illa loquendo de eis Zach. 8. s. hæc dicit dominus ieiuniū quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudium, & lætitiam, & in solennitates præclaras, de causis istorum ieiuniorum dictum fuit late supra 6. c. q. 133. & Hier. de hoc super Zachariam, & habetur 75. dist. c. ieiuniū. De ieiunio deuotionis dicendum, ꝙ erat sicut nunc, quia quilibet ieiunabat quantum volebat, & quando volebat vltra ieiunia necessaria.

Ad primum dicendum est, quòd discipuli Ioannis loquebantur nunc de ieiunio deuotionis, quod patet, quia dicitur hic nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter, & tamen ieiunia, quæ erant Iudæis necessaria pauca erant, vt nunc dictum est, patet etiam hoc ex obseruatione Iudæorum nunc, quia non obseruant, nisi illa, & tamen si aliquando fuissent inter eos plura ieiunia necessitatis, etiam nunc manerent, & obseruarēt illa, loquunt ergo de ieiunijs deuotionis, & ista erant multa, sicut ipsi sibi ipsis instituere voluerant. Secundo patet, quia Luc. 5. dicitur quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, tui autem edunt, & bibunt? apparet ergo, ꝙ loquuntur de cæremonijs obseruationum suarum, cum dicant, & obsecrationes faciunt. i. orationes, nullus tamen modus, nec tempus orationis imponebatur populo a le-

F ge, sed isti sibi ipsis hoc instituerāt. Tertio patet, quia si intelligeretur de ieiunijs necessitatis cum illa cēnt communia toti populo non allegarent hic specialiter Pharisæi, & discipuli Ioannis, sed diceretur quare discipuli tui transgrediuntur legem non ieiunantes sicut dixerunt Marc. 2. quare discipuli tui faciunt sabbatis, quod non licet? s. quia spicas vellebant, & confricabant manibus ad comedendum, sed dixerunt quare nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter, tui aūt discipuli nō ieiunāt allegādo istas duas sectas Iudæorū, & sic vr̄, ꝙ discipuli Chr̄i non deficiebāt in ieiunijs legis siue necessarijs, sed solū in ieiunijs deuotionis, & specialiter in illis, q̄ obseruabant discipuli Ioānis, & Pha-

G risæi. Ad secundum dicendū, quòd discipuli Chr̄i ieiunabant omnia ieiunia necessitatis, quæ a lege, vel aliâs introducta erant, quod patet, quia ipsi Iudæi erāt iō legem obseruarent, nisi forte postquam ad Christum venerunt docuit eos legem non seruare, quod falsum est, quia Christus semper seruauit legē, quandiu vixit, & sic discipuli eius seruauerunt, nam si ipse docuisset eam non seruandam, non dubitarent Apostoli post mortem Christi, an Gentiles conuersi ad Christum tenerentur obseruare legalia. Act. 15. & tñ ibi fuit magnum dubium, ergo Christo viuente seruabant discipuli legem, quod etiam patet de Petro q post mortem Christi nolebat manducare cibos a lege vetitos dicens, commune, & immundum, nūquā

H intrauit in os meum, ergo quando erat cum Christo semper legem seruauerat, ita ergo quantum ad ieiunia esset. Secundo patet, quia non obseruanti ieiunia legis erat pœna mortis, vt patet de die expiationis, siue propitiationis Leui. 26. & 23. anima, quæ nō fuerit afflicta die illo peribit de populo suo; & ita discipuli punirentur, ergo ieiunabant his diebus. Tertio patet, quia si ista ieiunia omitterent Pharisæi accusarēt eos dure, tanquam transgressores legis, & nullo mō sustinerent ipsos, & tamen ista erat leuis redargutio, ergo non omittebant discipuli Christi ieiunia necessaria. Sed dicendum, ꝙ discipuli Ioannis arguerunt eos de ieiunijs supererogationis, & erat motiuum ipsorum, quia cum discipuli Christi anhelarent ad viam perfe-

I ctionis, cum propter hoc Christo specialiter adhærerent, vt essent meliores, quam populus, erat in eis culpa, quòd non obseruarent aliqua ieiunia, plus quam populus, sicut ipsi, & Pharisæi multa obseruabant, sic enim dixerunt, quare nos, & discipuli Ioannis ieiunamus frequenter, tui autem discipuli nō ieiunant? q. d. cum nos frequenter ieiunemus saltem tui discipuli deberent aliquando ieiunare.

Quare Christus respondit nunc blande discipulis Ioannis, & Pharisæis. Quæst. LXXIII.

QVAERETVR quare nunc Christus respondit blande discipulis Ioannis, & Pharisæis cum aliâs soleret dure respondere, sicut supra dixit Pharisæis

K euntes discite. i. stans ad addiscendum.

Dicendum, ꝙ propter multa. Primo, quia supra Pharisæi mordebant Publicanos contemnentes eos cum dixerint, quare cum Publicanis manducat magister vester? hic autem solos discipulos mordebant dicentes, discipuli tui non ieiunant, Christus tamen magis tolerare voluit iniuriam discipulorum, quam publicanorum propter duo. Primo, quia Publicani infirmiores erant, quam discipuli, & magis turbarentur de ista iniuria, discipuli enim instructi erant aliqualiter ad iniurias tolerādum, quia saltem Christus præmunierat eos in hoc supra. 5. dicens beati estis cū maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, vt ergo placaret animum Publicanorū increpuit

dure

dure Pharisæos ibi, hic autem nõ, sic dicit Chrysosto. in homilia, scilicet considerandum, quod quando pro extraneis, sicut pro Publicanis sermo erat, vt eorum turbatam mitiget animam vehementius incusauit exprobrantes, vbi autem discipulis conuitiabantur cum mansuetudine respondit. Secundo, quia Publicani hanc iniuriam propter Christum suscipere videbantur, nam ex eo, quòd inuitauerant eum, aut assistebãt ei, & honorabant ipsum in conuiuio habuerunt Pharisæi occasionem loquendi contra eos, debuit ergo Christus eos defendere, quod fuit increpando dure Pharisæos. Secundo quantum ad principale fuit, quia Pharisæi Christum supra redarguebãt directe, nunc autem solum discipulos eius directe, quia supra dixerant, quare cum Publicanis mãducat magister vester? & nunc quare discipuli tui non ieiunant? Christus tamen acrius debuit respondere pro sua iniuria, quam pro iniuria discipulorum, non quidem, quia propria erat, sed quia maior erat: nam Christi confusio, erat confusio discipulorum, cum ipsi essent propter illũ, iniuria autem discipulorum poterat esse sine Christi confusione, ideo non ita dure respondit.

Tertio, & principaliter fuit, quia ista quæstio, vel redargutio fuit rationabilior, aut saltem minus irrationabilis, quam præcedens redargutio, nam quòd Christus non manducaret cum Publicanis, per quod vocabat eos ad pœnitentiam contra charitatem erat, & hoc suadebant Pharisæi, quòd autẽ discipuli Christi ieiunarent, sicut suadebant discipuli Ioannis non erat contra charitatem, sed potius ad quandam perfectionem pertinebat licet parua esset, ideo Christus respondit supra Pharisæis, quòd male dicebant cũ ait, euntes discite, idest eatis ad addiscẽdũ scripturas, quia nõ bene intelligitis, & ideo erratis arguentes me, nũc autem non dixit discipulis Ioannis, quòd male dicerent, sed potius approbauit dictum ipsorum, sed excusauit discipulos a ieiunio propter imperfectionem, dicens quòd adhuc erant infirmi, & tamen concessit, quod aliquando ieiunaturi essent, scilicet auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt, & tamen si discipuli Ioannis non bene dicerent, non cõcederet Christus, quòd aliquo tempore discipuli sui hoc essent facturi, ista ergo fuit præcipua causa quare nunc Christus blande respondit.

Quare discipuli Christi nunc non ieiunabant, & quare non faciebant aliqua ieiunia supererogationis. Et quòd homines iustificantur per fidem ex Dei gratia.

Quæst. LXXIIII.

QVAERETVR quare discipuli Christi nunc non ieiunabant, & quare Christus non instruebat eos facere aliqua ieiunia supererogationis. Dicendum, quòd propter multa. Primo propter infirmitatem eorum, & imperfectionem, quia nunc noui erant, & si imponerentur eis illico opera grauia forte sustinere non possent, & recederent. nam etiam propter infirmitatem suam circa intellectum quædam, quę Christus dicebat, non poterant intelligere, nec credere, & recesserunt multi discipuli ab eo. Ioan. 6. cum dixit, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem nõ habebitis vitam in vobis, & dicitur multi audientes ex discipulis eius dixerũt durus est hic sermo, & abierunt retro, & iam cum illo non ambulabant, ita ergo si imponeret eis a principio opera dura non potentes tolerare recederent, non ergo imposuit eis ieiunium. & hoc responsum Christus dedit in duabus similitudinibus, scilicet de panno nouo in vestimento veteri, & de vino nouo in vtre veteri.

A Secundo fuit, quia Christus voluit congregare ad se discipulos multos, si tamen imponeret eis magna ieiunia pauci possent tolerare, quia difficilia, & perfecta non sunt ad multitudinem, sed ad paucos, ideo Christus nõ imposuit ea, vt multos cõgregare posset: nam licet non concessit eis aliquid illicitum, vt multos haberet, sicut fecit Machometus concedens omnem turpitudinem, tamen nec perfectionem, aut dura opera, quæ necessaria non erant imponere noluit, quia si illi, qui iam venerant recederent si imponerẽtur eis opera dura, a fortiori illi, qui nondum venerant non venirent, cum melius sit viam domini non agnoscere, quam post agnitam retroire secunda Petri 2. sic dicit Remigius non conueniebat, vt seueriora præce- B pta ieiunij illis committerentur, ne forte austeritate ieiunij frangerentur, & fidẽ perderent, quam habebant. Tertio fuit ex conditione temporis, quia luctus, & gaudium non conueniunt, sed aliud est tempus flendi, & aliud tempus ridendi Ecclesiastes 3. ieiuniũ autem pertinet ad luctum, sed totũ tempus quo Christus secundum carnis præsentiam mansit cum discipulis fuit quædam festiuitas ipsorum, ideo nõ debuerunt hoc tempore ieiunare, sed postquam cessaret ista festiuitas, & hoc etiam Christus respondit dicens, nunquid possunt filij sponsi ieiunare quandiu cum illis sponsus est? venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.

Quarto fuit, quia Christus voluit ostendere, quòd C status nouus quem ipse inducebat non erat, sicut antiquus, quia iam non erant homines iustificandi ex operibus, sed ex fide, lex enim iustificare non potest, nisi per opera, quia nihil continet, nisi præcepta, & prohibitiones, fides autem iustificat hominẽ ex Dei gratia, idest quia Deus vult nobis facere hanc gratiã, quòd quicunque crediderit in Christum eo ipso sit iustus, sic enim dicitur Ioan. 1. quòd lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est, idest non dedit ipse nobis legem, sicut Moyses, sed gratiam, idest fidem gratificantem, & veritatem, & impletionem omnium promissorum, quia nihil eorum, quæ in lege, & prophetis promissa erant fuit impletum ante Christum, sed ipse impleuit omnia su- D pra 5. non veni legem soluere, aut prophetas, & quia veritas propositionis de futuro pendet ex futuro euẽtu, scilicet quando, sic in præsenti fuerit qualiter ipsa in futurũ esse significat, ille qui deducit rem significatam ad esse præsentem verificat propositionem, cũ ergo Christus fecerit esse in p̃senti omnia, quæ in lege, & prophetis permittebantur implendo illa, dicitur ipse fecisse veritatem, idest verificasse legem, & prophetas, quæ nemo alius potuisset verificare, & sic Christus fecit gratiam, & non legem, ita etiam Actu. 15. Apostoli dixerunt, quando agebatur de obseruatione legalium, quòd non erat imponendum onus legis credentibus in Christum, quia ipsi credebant per fidem Christi saluari, scilicet quid tentatis Deum E imponere iugum super ceruicem discipulorũ, quod nec patres nostri, nec nos portare potuimus? sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari, ad ostendendum, ergo istam excellentiam status quẽ nunc Christus introducebat non debuit imponere onera dura, nõ solum ieiuniorum, sed nec etiam aliarum cæremoniarum, & ita fecit, & ista fuit causa præcipua quare Christus, nec discipulis, nec nobis imposuit aliqua ieiunia, nec aliquas cæremonias, noluit tamen Christus istam causam exprimere, quia per hoc significaret legem Moysi cessaturam, & alium statum meliorem introducendum per ipsum, de quo turbarentur Pharisæi, & dicerent Christum blasphemare, noluit tamen eos turbare maxime, quia per hoc ape-

riebat

riebat se esse Messiam, quod nondum erat tempus ostendendi. Quinto fuit, quia si Christus nunc imponeret Apostolis ieiunia etiam ipsi prædicarent per totum orbem ista ieiunia obseruãda infra 28. euntes docete omnes gentes baptizantes eos, & docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. Sed non conueniebat toti orbi prædicari ieiunium, quia quędam gentes sunt quibus nullo modo ieiunium conuenit, ergo nec debuit Christus ieiunia imponere nunc discipulis, sic dicit Chryso. in homilia, sic dispositis non oportet grauedinem imponere præceptorũ. hoc autem dixit regulam dans suis discipulis, vt discipulos ex vniuerso orbe terrarum cum mansuetudine suscipiant.

Sexto fuit, quia ieiunium principaliter fit ad carnẽ domandam ne superbiat contra spiritum: Christus tamen poterat sine ieiunio pręstare quibus vellet plenam obseruantiam castitatis, ideo non oportuit, ꝙ discipulis ieiunium imponeret, sic dicit Cyrillus cum tanquam Deus absolutus esset a quolibet vinculo passionis ieiunio non indigebat, sed nec eius comitiua ieiunio egebat, sed particeps gratię eius sine ieiunio roborata virtuose conuersabatur, sic etiam dicit Rabanus, ideo non fuit conueniens, quòd Apostolis Christus imponeret nunc onus ieiunandi.

Quare Christus non ieiunabat nunc & aliquando ieiunabat. Quæst. LXXV.

QVAERETVR quare Christus nunc non ieiunabat, & quare aliquando valde ieiunabat, sicut quando ieiunauit quadraginta diebus supra 4. cap. & aliquando nihil, sicut nunc.

Dicendum, quòd Christus non debuit ieiunare eo modo quo ieiunabant Iudæi frequẽter, ratio est, quia Christus voluit ostendere se maiorem patribus veteris testamenti, ieiunium enim est pars satisfactionis, vt ostensum est supra 6. c. q. 127. patres autem veteris testamenti, q aliquãdo peccauerant ieiunio egebant ad satisfaciendum pro peccatis: Christus autẽ Deus erat, qui non peccauerat 1. Pe. 2. sed potius ad tollendum peccata mundi venerat Ioan. 1. ideo non indigebat ieiunio, & eadem ratione illi, qui cum eo erant quibus poterat peccata, & peccatorum pœnas gratis dimittere ieiunio non egebant. sic dicit Rabanus: Christus qui peccata potest condonare cur a peccatoribus manducantibus declinaret quos abstinentibus poterat facere iustiores.

Secundo, quia ieiunium principaliter fit ad vitandũ vitia carnis ne libido in homine dominetur: Christus autem passionem hanc non habuit, ideo ieiunio non egebat, & etiam ipse poterat istam passionem comprimere in quocunque vellet, ita vt ieiunio non indigeret ad hoc, quòd esset continens, sed ex eius gratia esset continens. Sapientię 8. scivi quoniam aliter non possum esse continens, nisi Deus det, ideo Apostoli etiam ieiunio non indigebant Christo cõferente eis castitatem sine ieiunio, sic dicit Cyrillus: sancti quidem idcirco ieiunant, vt corpus affligentes quiescerent passionis impetus, sed Christus non egebat ieiunio ad perfectionem virtutis, cum tanquam Deus absolutus esset a quolibet vinculo passionis, sed nec eius comitiua ieiunio egebat, sed particeps grãę eius sine ieiunio roborata virtuose conuersabatur.

Tertio fuit, quia sancti ieiunabant ad augmentum meriti, quia etiam si posset esse, quod peccatum nullum habuissent vnquam, ieiunium tamen proficiebat eis ad meriti augmentum, & ad maiorem beatitudinem: Christus autem erat essentialiter beatus, im-

F mo ipsa beatitudo, quia Deus erat, ideo nec ieiunio, nec alijs operibus indigebat ad maiorem gradũ beatitudinis, cum ipse posset alijs beatitudinem dare peccata dimittendo, sicut dicit Raba. Ioannes vinum, & siceram non bibit, quia abstinentia meritum auget ei cui nulla est potentia naturæ, idest qui non habet potestatem naturaliter contra peccatum, sicut Deus; Christus autem, qui peccata potest condonare cur a peccatoribus manducantibus declinaret, quos abstinentibus poterat facere iustiores?

Quarto fuit propter discipulos, quia si Christus ieiunaret, aut discipuli ieiunarent, aut non: si ieiunare vellent erant imperfecti, & infirmi, & deficerent, si autem non ieiunarent esset inconueniens, quia non imitarentur magistrum suum in moribus, & sic frustra

G essent discipuli, & esset ad ignominiam eorum, ꝙ magistro ieiunante ipsi non ieiunarent, etiam quia oportebat, quòd Christus se ab eis subtraheret non manducando cum eis, quia non est idem cibus, nec idem tempus comedendi ieiunanti, & non ieiunanti, hoc autem esset triste, & molestum valde discipulis, quòd Christus se subtraheret ab eis, & tamẽ subtraheret se si non manducarent eosdem cibos, sicut Cephas subtrahebat se a conuersis de gẽtilitate propter diuersitatem cibi Iudaici, & gentilis ad Gala. 2. esset autem Christo hoc inconueniens, quia non posset, ita grate applicare ad se discipulos, sicut si simul viuerent, & manducarent, ideo debuit non ieiunare, vt cũ illis manducaret, eo quòd illi non poterant ieiunare,

H sic faciebat Paulus inter quascũque gentes erat vtens cibis eorum, & ritu viuendi, vt sic facilius posset eos ad Christum deducere 1. ad Corin. 9. scilicet factus sum Iudæis, tanquam Iudęus, vt Iudæos lucrarer, factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem, omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem.

Quinto fuit, quia Christus voluit nobis auferre occasionem difficultatum, cum enim tota actio Christi sit instructio nostra, & debeamus eũ sequi in omnibus, quæ non excedunt facultatem nostram dicente ipso, exemplum dedi vobis, vt sicut ego feci, ita & vos faciatis. Ioan. 13. si Christus nimis ieiunasset crederemus teneri nos ad multum ieiunandum, vel saltẽ

I putaremus in hoc esse maximam perfectionem, & vtrunque falsum est, quia perfectio est in charitate, & in hoc voluit Christus, quòd specialiter eum imitaremur. Ioan. 15. in hoc cognoscent omnes, quòd mei estis discipuli si dilexeritis inuicem, sicut dilexi vos, non ergo fuit conueniens, quòd Christus nimis ieiunaret.

Dicendum ergo, quòd Christus aliquando ieiunauit, & aliquando ieiunare noluit, quia ita decebat, nam ieiunauit interdum, vt nobis ieiunandi aliquando exemplum traderet, & aliquando non ieiunabat, idest raro ieiunabat, vt ostenderet, quòd ieiunium non erat ei necessarium, scilicet quia ipse poterat sine ieiunio plura nobis præstare, quam ieiunium confe-

K rar, & etiã, quòd ipse in se plura habebat naturaliter, quam posset quis per ieiunium de sanctitate, aut perfectione, vel merito consequi, sic dicit Rabanus ieiunat Christus ne præceptum declines, manducat aũt, vt gratiã, & potestatẽ intelligas. sic ẽt dicit Cyrillus, si Christus ieiunauit quadraginta diebus nõ hoc fuit, vt in se passionem mortificaret, sed vt normam abstinentię ostendat mortalibus.

Quis est iste sponsus, & quæ sponsa, & qui filij sponsi. & quod est istud ieiunium. Et ꝙ est duplex ieiunium, quod corporale vocatur. Quæst. LXXVI.

QVAERETVR cum dicatur hic, ꝙ non possunt filij sponsi ieiunare, quando cum illis sponsus

fil,

est, quis est iste sponsus, & quæ sponsa, & qui filij spõsi, & quod est illud ieiunium. De primo dicendum, ꝙ Christus est sponsus, sic ipse innuit cum loquatur de discipulis dicens, auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt, & tamen constat, quòd de seipso auferendo ab eis loquitur, patet etiam, quia Ioannes vocauerat eum sponsum. Ioan. 3. qui habet sponsam sponsus est amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum gaudio gaudet propter vocem sponsi.

De secundo, scilicet de sponsa. Dicendum quòd potest accipi dupliciter. Vno modo pro ecclesia, ista enim est sponsa sua, quam Christus exhibuit sibi mũdam, & immaculatam ad Ephe. 5. & tota ista ecclesia vocatur vna virgo, quæ desponsatur Christo 2. Cor. 11. despondi enim vos, id est desponsaui vni viro Virginem castam exhibere Christo. est autem matrimonium inter Christum, & istam Virginem ad Ephe. 5. vbi dicitur, quod matrimonium est sacramentum magnum, & sequitur, ergo autem dico in Christo, & in ecclesia.

Alio modo potest accipi sponsa Christi ipsa natura humana, quam diuinum verbum desponsauit copulãdo eam sibi in vnitatem suppositi. sic dicit Cyrillus Saluatoris nostri in hoc sæculo demonstratio nihil aliud fuit, quã quædam festiuitas intelligibiliter, quasi quandam sponsam copulans illi nostram naturam, vt quæ quondam sterilis fuerat fœcunda fieret.

De tertio, scilicet de filijs sponsi dicendum, quòd isti sunt Christi discipuli, & omnes, qui postea crediderunt, nam ex eo, quòd Christus suscepit ecclesiam in sponsam, omnes quotquot intra ecclesiam in fide, & aqua renascuntur Ioan. 3. efficiũtur filij Christi per hanc fidem Ioan. 1. dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius, omnes autem illos ecclesia spiritualiter Christo gignit. sic dicit Hiero. super Matth. sponsus Christus est sponsa autem ecclesia, de hoc spirituali connubio Apostoli sunt creati. accipiendo autem spõsam pro natura humana a verbo assumpta, etiam filij sunt discipuli, quia Christus per hoc, qui apparuit inter nos in humanitate assumpta per verbum prædicationis multos sibi spiritualiter filios genuit, quos aliter non genuisset, sic dicit Cyrillus hij sponsi esse noscuntur quicunque vocati sunt ab eo per nouam, & Euangelicam disciplinam, non autem Scribæ cum Pharisæis, qui solam legis vmbrã considerant.

De quarto dicendum quòd ieiunium istud aliqui putant esse quandam famẽ verbi Dei, sicut ieiunium corporale corporis famẽ causat, & filij sponsi, id est discipuli non poterant ieiunare quandiu erat cum eis Christus, quia audiebant semper verbum eius, sic dicitur Ioan. 3. amicus sponsi stat, & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem spõsi. sic dicit Basilius, filij sponsi ieiunare nequeunt, hoc est animæ nutrimentũ non sumere, nec viuere in omni verbo, quod de ore Dei procedit.

Sed dicendum, ꝙ iste non est sensus literalis, quia tunc nihil esset ad propositum Christi responsio, nam cum satiritate spirituali posset stare ieiunium corporale, discipuli tamen Ioannis de corporali ieiunio loquebantur, ergo necesse erat, quod Christus etiam loqueretur de corporali dicens, ꝙ non possent discipuli eo præsente ieiunare. Secundo patet, quia etiam non conueniret tunc illa litera, scilicet auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt, quia post Christi ascensionem minus ieiuni fuerunt Apostoli, quam Christo viuente quantum ad cibum spiritualem, eo ꝙ Christo viuente erant adhuc imperfecti, & multa ignorabant, quæ Spiritus Sanctus postea eos docuit Ioan. 16. multa habeo vobis dicere, sed non potestis

A portare modo, cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnẽ veritatem, ergo non intelligitur de spirituali ieiunio, sed de corporali, quia illud habuerunt post Christi recessum, quod non habuerant eo viuente cum eis.

Alij dicunt, quòd intelligitur de ieiunio, quod est carere cibo corporis, & sanguinis domini, sic dicit Ambro. super Lucã non hic ieiunium relegatur quo conficitur caro, & corporis luxuria castigatur, hoc ieiunium nos comendat Deo, sed non possumus ieiunare, qui Christum habemus, & Christi carnem epulamur, & sanguinem. Sed dicendum, quòd nõ iste est sensus mysticus. Primo, quia necesse est, ꝙ Chri-

B stus loquatur de ieiunio corporali, vt supra dictum est. Secundo, quia etiam non est verum, quòd discipuli non essent ieiuni a cibo corporis, & sanguinis domini: nam Christo manente cum eis nunquam, nisi semel hunc cibum gustauerunt, scilicet in die cœnæ domini, quia tunc illud sacramentum institutum est, vt colligitur infra 26. & Lucæ 22. & clarius patet 1. Cor. 11. scilicet dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem, &c. post mortem tamẽ Christi discipuli poterant quandocunque vellent istum cibum conficere, & manducare 1. Corin. 11. quotiescunque feceritis mortem domini annunciabitis, id est faciens quandocunque volueritis, & quotiescunque feceritis semper annunciabitis mortem domini, immo &

C Christus hortatus fuerat eos istud sæpe facere dicens, sic facite in meam commemorationem infra 26. & Lucæ 22. non ergo intelligitur de tali ieiunio.

Sed dicendum, quòd intelligitur de ieiunio corpõrali, & istud est duplex, vt ait Aug. lib. de quæstionibus Euangelij, & de vtroque loquitur hic Christus, ꝙ nõ conueniebat discipulis eo viuente. Primum est, quod ordinatur ad carnis refrænationem, & disponit ad cõtemplationem. Aliud autem est, quod procedit ex plenitudine, & perfectione contemplationis. Primũ illorum non competebat Christi discipulis, quia habebant Christum sibi præsentem, ideo non oportebat, quòd disponerentur per ieiunium ad contemplãdum Christum, quia dispositio fit ad habendum rem,

D quæ nondum habetur, & quantum ad hoc Christus dixit non possunt filij sponsi ieiunare quandiu spõsus cum illis est, scilicet quia eum præsentem habent, & fruuntur eo, sed quando fuerit ablatus ab eis tunc ieiunabunt, scilicet propter tristitiam, quia eum non habent, vel vt disponant se per ieiunium ad contemplationem per quam spiritualiter eum præsentem habeant.

De secundo dicendum, quòd illud est in viris perfectis, qui nimis immorantur diuinæ contemplationi, quia quanto eis magis intendunt tanto magis abstrahuntur ab omnibus corporalibus, & sic pauco cibo vtuntur, sic enim dicitur 10 Ethi. ꝙ felix contemplatiuus paucis indiget, tale autem fuit ieiunium Moysi,

E qui 40. diebus ieiunauit bis sine cibo mandũcos Deute. 9. & hoc erat, quia participatio diuini colloquij sustẽtabat eum, immo reddiderat faciem eius splendidam, & radijs cornutam Exo. 34. hoc autem ieiunium non competebat discipulis quãdiu mansit cum illis Christus, quia istud ieiunium prouenit ex perfecta contẽplatione, quæ est virorum perfectorum, discipuli autem erant adhuc rudes, & imperfecti, ideo non conueniebat eis quousq; post Christi recessum Spiritus Sanctus perficeret eos, & tunc ieiunarent. & de hoc ieiunio Christus posuit duas similitudines, scilicet de veste veteri, & panno nouo, & de vino nouo in vtre veteri, quia non conueniunt inter se propter perfectionem vnius, & imperfectionem alterius, vt dicetur infra q. 80. & 81. & 82. quantum ad primum ergo, ieiunium

Iunium istorum dixit Christus, quòd non possunt filij sponsi ieiunare quandiu sponsus cum illis est.

Aliter potest intelligi hoc, & planius, vt sit quędam similitudo ad sponsum carnalem, scilicet quòd sicut, quando sponsus celebrat festum nuptiarum filij spõsi, idest amici eius non possunt esse in tristitia, nec ieiunio. sicut dicitur Ioan. 3. amicus sponsi gaudet propter vocem sponsi, ita nunc discipuli, qui erant filij sponsi, & amici eius, scilicet Christi Ioan. 15. vos autẽ dixi amicos, &c. non poterant rectè tristari, nec ieiunare, sed sicut ille, qui nouiter spõsam accipiebat post matrimonij consummationem permittebatur manere cum ea per annum, & nõ poterat compelli ad bellum illo anno, nec aliquis labor de publico ei poterat imponi, sed permittebatur illo anno gaudere cũ vxore sua Deuterono. 24. ita totum hoc tempus quo Christus conuersabatur cum discipulis erat eis datũ ad quandam iocunditatem, ideo non debebat per ieiunia, nec per aliquid triste interrumpi, vt dicit Chrysosto. in homilia.

Quando est istud tempus quo sponsus auferetur, & filij sponsi ieiunabunt. Et quomodo Christus sæpe increpuit Apostolos: qui tamen post Christi mortem frequenter ieiunabant, & quare. Vbi de inchoatione ieiunij quadragesimalis, & cur præcedat festũ resurrectionis. Qõ. LXXVII.

QVAERETVR quando est istud tempus quo sponsus auferetur, & filij sponsi ieiunabũt. Aliqui dicunt, quòd cum Christus sit sponsus non potest a nobis auferri, nisi quãdo nos voluerimus, quia potius ipse vult esse nobiscum, & delectatur esse nobiscum spiritualiter Prouer. 8. delitię meę esse cum filijs hominum, & ideo semper ipse clamat ad ostium, vt recipiamus eũ Apo. 3. ecce ego sto ad ostium, & pulso, siquis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam intrabo ad illum. interdum tamen nos non recipimus eum, sed potius excludimus Iob. 21. qui dixerũt Deo, recede a nobis scientiam viarum tuarum nolumus. sic dicit Ambro. super Lucã, qui sunt illi dies quibus vobis Christus auferetur, cum ipse dixerit vobiscum ero vsque ad consummationem mundi? & respondet nemo Christum tibi potest auferre, nisi te illi ipse auferas. si tamẽ interdum contingat, quòd a nobis recedat sponsus per peccatum, tunc per ieiunium, & fletum peccatũ delendum est, vt ille redire velit, sic dicit Beda quandiu enim sponsus nobiscum est, & in lętitia sumus, nec ieiunare possumus, nec lugere, cum autem per peccata ille recedit, tunc indicendum est ieiunium, & requirendus luctus,

Sed dicendum, quòd non est ille sensus literalis: nã Christus non loquebatur de tali ablatione sponsi: nã ipse loquebatur Iudæis rationem reddens quare discipuli tunc non ieiunabant, ergo oportet, quod illud, quod dicebat tale esset, quod possent Iudæi intelligere, non poterant tamen intelligere quid est Christum esse nobiscum per gratiam, & recedere per peccatũ, ergo non fuit de hoc locutus,

Secundo patet, quia hoc modo Christus non recessit ab Apostolis postea, quia post mortem Christi dato discipulis Spiritu Sancto iam non peccauerunt mortaliter, & ideo Christus, nunquam ab eis recessit spiritualiter, sed viuente eo Apostoli aliquando peccabant, quia cõtendebant inter se quis maior eorum esset, & infra 18. & Lucę 22. & adinuicem indignabãtur, & inuidebant, vt infra 20. vbi decẽ indignati sunt de duobus fratribus, scilicet Ioanne, & Iacobo, quia petiuerunt sedere ad dexteram, & ad sinistram, & in-

F terdum proximis contra charitatem mortem inferre cupiebant. sicut Iacobus, & Ioannes petere voluerunt ignem de cœlo, vt cremaret vnam ciuitatem Samaritanorum, quia eos excluserant de illa. Lucę 9. sed Christus increpuit eos, dicens nescitis cuius spiritus estis. sępe etiam aliàs peccabant per imprudentiam, vel per fidei paucitatem, & Christus increpabat eos, vt infra 16. dixit Petro vade retro Sathana, scandalum enim mihi es, increpauit etiam omnes discipulos infra 17. & Mar. 9. dicens o generatio incredula, & peruersa quousque vos patiar? & ita de multis alijs, ergo quando cum Christo manebant corporaliter ieiunare debebant, eo quod sępe per peccatum Christus ab eis spiritualiter auferebatur, & tamen tunc non ieiunauerunt, ergo non intelligitur de hoc ieiunio, nec de ista

G ablatione.

Tertio patet, quia dicitur auferetur ab eis sponsus, quod significat violentiam, & tamen, quando per peccatum Christus à nobis recedit sponte recedit, vel nos ab eo sponte recedimus. Dicendum ergo, quod intelligitur de ablatione per mortem, quia tũc Christus subtraxit discipulis corporalem præsentiam, & fuit ablatio, quia mors Christi violenta fuit, sic enim dicit Hiero. super Matth. sponsus Christus est, sponsa autem ecclesia: de hoc spirituali connubio Apostoli creati sunt, qui lugere non possunt quandiu sponsam in thalamo vident, & sciunt sponsum esse cũ sponsa, quando vero transierint nuptię, & passionis ac resurrectionis tempus aduenerit, tunc filij sponsi ieiuna-

H bunt, & hoc verum fuit, quia post Spiritum Sanctum datum Apostoli multis ieiunijs intendebant, sicut Paulus de seipso dicit in fame, & siti, & in ieiunijs multis, omnibus etiam idem faciendum suadebat 2. Corin. 6 ecce nunc tempus acceptabile exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros ĩ vigilijs, in ieiunijs, in castitate. ieiunabant autem Apostoli propter tristitiam de Christi absentia in cuius præsentia maxime post resurrectionem fuerant ineffabiliter consolati, & ideo cupiebant dissolui, & esse cum Christo, vt illa visione iterum lętarentur, ita & nobis prę desiderio Christi absentis nobis lugendum, & ieiunandum est, sic dicit Augu. sermone de quadraginta. proinde quia sponsus ablatus nobis est lugendum est, & rectè luge-

I mus si flagramus desiderio eius, beati quibus licuit ante passionem tunc illum habere præsentem, & interrogare, sicut vellent audire, sicut deberent, illos dies concupierunt videre patres ante aduentum eius, nec viderunt, in nobis autem illud impletũ est, quod ipse dixit venient dies, quando desiderabitis videre vnum de diebus istis, & non poteritis, quis ergo hic non lugeat, quis non dicat factę sunt lachrymę meę panes dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus? merito ergo Apostolus cupiebat dissolui, & esse cum Christo. Ieiunabant etiam Apostoli ad carnem compescendam, quia plenitudo Spiritus Sancti non abstulerat eis omnem tentationem, sed adhuc ieiunio indigebant 1. Corin. 9. castigo corpus meũ, & in seru-

K uitutem illud redigo, ne cum alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar.

Secundo ieiunabant ad exemplum, quia ipsi erant patres ecclesiarum, & omnes sequebantur eorum exempla, siue in bonũ, siue in malum, ita vt per hoc, ꝙ aliquid agerent, quasi cogebant alios ad, sic faciendum, sic dixit Paulus Cephę ad Gal. 2. cogis gentes iudaizare, scilicet per hoc, quod subtrahis te ab eis, & obseruas cibos Iudæorum, cogis exemplo tuo cõuersos ex gentibus ad iudaizandum, & ita ieiunando, quasi cogebant cæteros exemplo suo ad ieiunandum.

Tertio fuit ad augmentum meriti, quia quodlibet

opus

opus bonum proficit ad maiorem gradum gloriç. Apostoli ergo Christo manente cum eis non ieiunauerunt, sed post eius recessum, quando ablatus est sponsus. Ex hoc autem aliqui dixerunt, quòd ieiuniū quadragesimç inchoandum erat sequenti die post ascensionem, quia illa die sponsus ablatus est. Actu. 1. Sed istud non fuit conueniens, quia ieiunium quadragesimç est ieiunium continuum, festum tamen Pentecostes, quod est post ascensionem, illud interrumperet.

Alij autem dixerunt, quòd statim post Pentecostem debuit quadragesima inchoari, & ita quidam hęretici faciebant. sic dicit Hierony. super Matth. nonnulli putant idcirco post dies quadraginta passionis ieiunia debere incipi, licet statim dies Pentecostes, & Spiritus Sanctus adueniens inducat nobis festiuitatem, & huius occasione testimonij Montanus, Prisca, & Maximilla etiam post Pentecosten faciunt quadragesimam, quòd ablato sponso filij sponsi debeant ieiunare. Sed ecclesia non recepit istam consuetudinem, sed facit, quòd quadragesima præcedat festum resurrectionis propter duo. Primo propter significationem ex parte Christi, ipse enim mortuus est propter infirmitatem carnis 1. Pe. 3. & venit ad gloriam resurrectionis per humiliationem, & obedientiam, ad Phil. 2. ieiunium autem pertinet tam ad humiliationem, quam ad infirmitatem, ideo congrue ieiuniū præcedit festum resurrectionis.

Secundo fit hoc propter nos: nam in festo resurrectionis accipere debemus eucharistiam, ad hoc tñ, ꝙ quis eam digne recipiat oportet disponi per ieiunia, & orationes, fuit ergo ieiunium magis ibi conueniēs, quam alibi. sic dicit Hiero. vbi supra: ecclesię autem consuetudo ad passionem domini, & resurrectionem per humilitatem carnis venit, & vt spirituali sanguine, & eucharistię ieiunio corporis præparemur, ideo tota ecclesia quadragesimam ante resurrectionem obseruat.

Quomodo stat, quia dicitur quomodo possunt filij sponsi ieiunare, & Lucas aliter dicit.

Quæst. LXXVIII.

QVAERATVR quomodo stat, quia hic dicitur quomodo possunt filij sponsi ieiunare, sed Lucę 5. dicitur nunquid potestis filios sponsi facere ieiunare?

Dici potest dupliciter. Vno modo, ꝙ ambo simul dixerit Christus, scilicet non possunt filij sponsi ieiunare, & quomodo potestis facere eos ieiunare. q. d. nō potestis. Secundo potest dici, ꝙ alterum ipsorū fuit dictum, & tñ Euangelistæ præcipue sequunt̃ sñiam omissis interdū verbis, & tunc quod Christus dixit nō pñt filij sponsi ieiunare, quia istud expresserunt Mar. & Matth. illud aūt. s. nō potestis solus Luc. dixit vtrobique tamen est eadem sententia, s. ꝙ filij sponsi non ieiunant quandiu sponsus cum illis est; Lucas tñ hãc sententiam alijs verbis expressit, vt ostenderet, ꝙ isti Pharisæi, qui nunc cum discipulis Ioannis loquebantur Christo facturi erant, ꝙ discipuli ieiunarent occidendo Christum: nam Pharisæi fecerunt consilium de Christi morte Ioan. 11. quasi dicat vos facietis aliquando, ꝙ isti ieiunent, scilicet cum me occideritis, & tamen nunc quandiu viuo non potestis facere, ꝙ ieiunent, sic dicit Aug. lib. de concor. euan. s. per hoc, ꝙ solus Lucas dicit non potestis filios sponsi facere ieiunare, intelligitur eosdem ipsos, qui loquebantur fuisse facturos, vt lugentes ieiunarent filij sponsi, quoniam ipsi essent sponsum occisuri.

A *Quomodo potest stare, quia hic dicitur non possunt filij sponsi lugere, & Mar. & Luc. aliter dicant. Et quod consuetudo antiquorum fuit, vt cum lugerent etiam ieiunarent.*

Quæst. LXXIX.

QVAERETVR quomodo potest stare, quia hic dicitur non possunt filij sponsi lugere, & Mar. 2. & Luc. 5. dicitur non possunt ieiunare.

Dici potest dupliciter. Vno modo, ꝙ Christus vtrūque dixerit, sed Matth. alterum subticuit Mar. autē, & Luc. illud solū, quod Matt. tacuit expresserunt, & sic fit ex eis vna plena narratio, ita vt Christus diceret, nō possunt filij sponsi lugere, & ieiunare. Secundo potest dici, quòd alterum eorum tantum dictum est, scilicet B ieiunare, quia hic de ieiunio agebatur, ideo potius exprimeret Christus nomen ieiunij, quam luctus, quia magis conueniebat proposito suo, etiam quia Mar. & Luc dixerūt ieiunare solus Matth. dixit lugere, hoc tñ fecit propter duo. Primo ad significandum duplex ieiunium de quo Christus hic loquitur. vnum est ieiunium moeroris, quod fit ad carnem domandam, vel propter tristitiam de absentia boni. Aliud est ieiunium exultationis, quod prouenit homini ex perfecta contemplatione, quia illa rapit hominem a sensibus, & pauco cibo indiget, vt dictum est supra quæstione 76.

Primum ieiunium, scilicet moeroris non poterant habere Apostoli, quia erat cum eis sponsus, ad significandum conditionem specialem huius ieiunij moeroris Matth. posuit nomen speciei, & non generis, dicens non possunt lugere, & ieiunium luctus habere quandiu sponsus cum eis est, ad ostendendum autem, quòd non poterant discipuli adhuc habere ieiunium exultationis propter suam imperfectionem, & vetustatem, posuit Chrs duas alias similitudines, scilicet de vestimento, & vtribus. sic dicit Aug. lib. de concor. euan. quòd dixit Matth. lugere vbi Mar. & Luc. dicūt ieiunare, signauit de tali ieiunio dominum locutum, quod pertinet ad humilitatem tribulationis, vt illud alterum, quod pertinet ad gaudium mentis in spiritualia suspēsę, & ob hoc alienatę a corporalibus cibis posterioribus similitudinibus signasse intelligat̃ ostēdens, quòd circa corpus occupatis, & ob hoc veterem sensum habentibus hoc genus ieiunij non congruat.

Secundo fecit hoc propter proprietatem ieiunij, quod efficit hominē tristem carnem macerando, & hoc omnibus est triste, qui sunt infirmi qualis est omnium cōitas, secus est de perfectis viris, qui pp̃ cōtemplationē sapię ieiunare volunt. sic dicit Chryso. in homilia ieiunium. n. triste est non naturaliter, sed illis, qui imbecilles adhuc, & indispositi sunt: his enim qui sapientiam contemplare desiderant delectabile est, vñ secundum opinionem illorum hoc dixit. Tertio fecit specialiter propter consuetudinem Iudæorum, & antiquorum: nam cū antiqui essent adhuc rudes, quasi sola bona corporalia cognoscentes, triste erat illis ieiunium per quod subtrahitur directe delectatio gustus, & indirecte omnis delectatio corporalis, & ideo ab antiquo istud consuetum erat, ꝙ qui volebant tristari, vel se tristes ostendere ieiunabant. Et quia homines pro mortuis solent plangere, & affligere se, fuit antiquis consuetum, ꝙ quando faciebant planctum magnum pro aliquo, ꝙ inter cęteras afflictiones ē ieiunarent, vt se per hoc tristes ostēderent. sic dr̃ 1. Reg. 31. ꝙ viri Iabes tulerunt cadauera Saul, & filiorum eius, & sepelierunt ea in nemore Iabes, & ieiunauerunt septem diebus, idem 1. Paralipome. 10. etiam quando Dauid, & viri sui audierunt Saulem, & filios eius corruisse in bello planxerunt valde, & ieiunauerunt tota die vsque ad vesperum secundo Regum 1.

sic ēt qñ Ioab occidit dolose Abner principem exer-
citus Isboseth doluit valde Dauid, & venit tota mul-
titudo populi, vt consolaretur eum, & vt sumeret ci-
bum cum illo, & ille noluit consolari, nec comedere
sed iurauit, ꝙ vsque ad solis occasum non comederet
2. Reg. 3. & hoc erat, quia nolebat cessare a plāctu pro
Abner, & tamen si solueret ieiunium cessaret ꝑ hoc a
planctu, ideo noluit comedere vsque ad vesperam, &
sic apud antiquos lugere, & ieiunare idem erāt, & ita
Mat. posuit non possunt lugere, vbi Mar. & Luc. dixe-
runt ieiunare.

Quare Christus dixit similitudinem de veste veteri, & panno nouo. Quæst. LXXX.

QVAERETVR quare Christus dixit similitudi-
nem de veste veteri, & panno nouo. Dicēdū,
quòd vt dicit Aug. lib. de quæstionibus Euan
gelii, & li. de concor. euan. duplex est ieiuniū.
Primum est mœroris, quod etiam ad contemplationē
disponit, & istud ostendit Christus non conuenire di-
scipulis dicens, non possunt filii sponsi, vt ostensum
est præcedenti q. & supra 76.

Aliud est ieiunium exultationis, quod sequitur ad
perfectam contemplationem, & istud dicit non con-
uenire discipulis propter imperfectionem, & ad hoc
sunt istę duę similitudines, & prima est de veste. s. ꝙ si
in veste veteri ponatꝰ in ruptura pars noui panni fiunt
duo incōuenientia. s. quia fit deformitas propter dis-
similitudinem, etiam quia maior scissura fit in veteri
panno, ita hominibus existentibus in vetustate doctri-
næ non sunt immediate danda præcepta nouę doctri
nę, quia est deformitas propter dissimilitudinem, &
etiam, quia fiet peior ruptura nō potentibus illis præ
infirmitate tolerare præcepta nouę doctrinę. sic erat
de ieiuniis, quia licet Christus nulla ieiunia posuit
sub præcepto, fuerunt tamen maiora ieiunia, & sunt
in nouo testamento, tam ieiunia necessitatis, quam
deuotionis, quam fuerunt in veteri, ista autem noua
ieiunia non erant imponenda discipulis adhuc vete-
ribus, sic dicit Remigius vestimentum vetus disci
pulos suos vult intelligi, qui nondum erāt per omnia
innouati, pannum rudem. i. nouum appellat nouam
gratiam. i. Euangelicam doctrinam, cujus quædā par-
ticula est ieiunium, & ideo non conueniebat, vt seue
riora præcepta ieiunii illis committerentur, ne forte
austeritate ieiunii frangerentur, & fidem perderent,
quam habebant, & tunc fit peior scissura, quia vt dicit
gl. graue onus rudi iniunctum illud boni, quod prius
habebat, sæpe destruit.

Aliter potest intelligi, ꝙ ieiunium non potuit im-
poni discipulis nunc propter vetustatem ipsorū, quia
doctrina ieiunij est non solum a cibis, sed etiā ab om-
nibus delectationibus temporalibus abstinere, talem
autem abstinentiam non possunt tolerare homines
dediti veteri conuersationi, si ergo imponeretur eis
abstinentia sola a cibis, rumperetur ipsa doctrina ieiu-
nij, & esset deformitas. sic dicit Aug. li. de quæstioni-
bus Euangelij.

Alij autem exponunt hoc tam de veste, quam de
vtribus referēdo ad Pharisæos, & discipulos Ioannis,
& non ad Christi discipulos, & tunc vestimentum ve
tus sunt ipsi Pharisæi, & pannus nouus sunt præcepta
noui testamenti, quæ coniungi non debent eo, quòd
inter se non conueniunt, & est tunc sensus, ꝙ Phari-
sæi, & discipuli Ioannis volebant trahere Christi disci
pulos ad doctrinam suam de ieiuniis. Christus autem
innuit, ꝙ discipuli sui erant erudiendi in præceptis no
uis, & non in præceptis veteribus ieiuniorum, & ꝙ il-
la pręcepta noua non conueniebant Pharisęis dedi-
B tis vetustati ad hoc, quòd simul obseruarent noua
pręcepta & vetera, sicut Galathæ volebant legē Moy
si cum Euangelio obseruare ad Galat. 2. & 3. sic dicit
Hier. super Mat. ꝑ vestimentū vetus, & vtres veteres
debemus intelligere Scribas, & Pharisæos, particula
vestimenti noui, & vinum nouum sunt ꝓcepta Euan
gelica, quæ nō possunt sustinere Iudæi, ne maior scis-
sura fiat, tale quid Galathæ facere cupiebant, vt cum
Euangelio legis præcepta miscerent, & in vtribus ve-
teribus mitterent vinum nouum. ꝙ autem discipuli
non essent instruendi nunc in ritu ieiuniorum, quæ
pertinebant ad veterem doctrinam Pharisæorum, &
discipulorum Ioannis, sed potius in aliis præceptis no
G uis ostendit gloss. dicens per hoc signat, ꝙ Apostoli
non erant in veteribus obseruantiis detrahēdi, quos
oportebat gratia nouitatis profundi, præcedentes tñ
expositiones meliores sunt, s. ꝙ de solis discipulis lo-
quatur hic Christus, non de Pharisæis.

Quomodo potest stare hæc discrepantia Euangelistarum. Quæst. LXXXI.

QVAERETVR quomodo potest stare, quia
hic dicitur nemo mittit commissuram pā
ni rudis in vestimentum vetus, & Luc. 5. dr
nemo commissuram a vestimento nouo
H mittit in vestimentum vetus.

Dicendum, quòd hic in superficie literę videtur in-
nui, quòd aliqua pars panni noui ponatur in ruptura
vestimenti veteris, sed Lucæ 5. clare innuitur, ꝙ pro
veste veteri rupta non sit tollenda aliqua pars de ve-
ste noua, vt assuatur ei, nam dicitur nemo commissu-
ram a vestimento nouo mittit in vestimētum vetus,
idest non accipit partem de veste noua, vt ponat in ve
terem, etiam quia dicit alioquin, & nouum rumpit,
& veteri non conuenit commissura a nouo, i. pars ac-
cepta de nouo vestimento non conuenit veteri pro-
pter dissimilitudinem.

Dicendum ergo, ꝙ ille est sensus verus quem ex-
pressit Luc. & ad illum sensum sunt trahenda verba
I Matthæ. quia bene conueniunt ei eo, ꝙ Matth. loqui-
tur breuiter, & sic cum dicitur hic nemo mittit com-
missuram pāni rudis, idest noui debet suppleri, quòd
etiam sit ista commissura de vestimento nouo, quod
Matthæus tacuit, & Luc. expressit, siquis autem velit
trahere Lucam ad Matth. non erit possibile, cum Lu
cas expresse loquatur, etiam, quia Marc. concordat
Luc. dicens nemo assumentum panni rudis assuit ve-
stimento veteri, assumentum tamen dicitur pars pan
ni, quæ assuta est alteri parti, ergo videtur, quòd ista
pars panni rudis, antequam assueretur veteri vesti-
mento erat assuta alicui alteri parti, & sic erat pars ve-
stimenti noui. hoc modo dicetur, quòd qui ita
faceret rumperet vestimentum nouum, & causaret
deformitatem in veteri, & tunc plane significatur, si-
K cut dicit Remigius, & Augustinus. quòd pręcepta de
ieiuniis sunt quędam pars nouorum præceptorum,
quæ pertinent ad integritatem legis nouę, si ergo
Christus ieiunia imposuisset nunc discipulis, nōdum
obseruantibus alia præcepta, & ritus nouitatis, rumpe
retur quodam modo ipsa doctrina nouæ legis cuius
pars auferretur, & non conueniret discipulis manen
tibus adhuc in vetustate veteris testamēti, quia fieret
quædam commixtio.

Quare dixit Christus de vino nouo, & vtre veteri. Quæst. LXXXII.

QVAERETVR quare Christus dixit de vino no-
uo, & vtre veteri.

Dicen-

Dicendum, ꝙ etiam hoc conuenit discipulis, vinũ enim nouum, nondum decoctum forte est pp ebullitiones quas facit separãdo grossum, & impurũ a puro, & tunc intumescit, & rumpit vasa si sunt clausa. sic dicitur Iob. 32. en venter meus, quasi mustũ absq; spiraculo quod lagunculas nouas dirumpit, & ideo sine spiraculo nihil potest illud cõtinere, nec ẽt noua vasa cum dicatur ibi, ꝙ lagunculas nouas dirumpit, cum autem habet spiraculum possunt illud continere vasa fortia, fragilia autem nũquam possunt, etiam si sint sine spiraculo, vtres autẽ veteres sunt vasa fragilia, ideo non possunt continere vinum nouum, sed vinum vetus continent, quod nullas facit ebullitiones. sic erat de discipulis qui fragiles erant, sicut veteres vtres, & non poterant tunc austeritatem ieiuniorum tolerare, sed possent, quando essent vtres noui. s. post Pentecostẽ, sic dicit Aug. lib. de quæstionibus Euangelii, veteribus vtribus comparantur Apostoli, qui vino nouo, quasi spiritualibus præceptis facilius disrũpuntur, quam contineant, erunt autem noui vtres cũ post ascensionẽ accepto desiderio consolationis eius orando, & spetando innouabuntur.

Alii dicunt, ꝙ vinum nouum vocantur secreta cęlestia, & plenitudo spiritussancti, quæ non poterant discipuli nunc suscipere, sed in Pentecoste receperunt nouum uinum, & ita cum loquerentur variis linguis dixerunt quidam isti musto pleni sunt. i. nouo vino. Act. 2. sic dicit Remigius, vtres veteres appellat discipulos, qui nondum erat perfecte innouati, vinum nouum appellat plenitudinem Spiritus Sãcti, & profunda cęlestium mysteriorum, quæ tunc discipuli ferre non poterant, sed post resurrectionem vtres noui facti sunt, & vinum nouum receperunt, quando Spiritussanctus repleuit corda eorum, vnde quidam dixerunt omnes isti musto pleni sunt.

Sed iste sensus mysticus est, & non literalis, nam de ieiunio corporali quærebatur, ideo oportebat, ꝙ Christus innueret, ꝙ ex hoc, ꝙ isti erant vtres veteres non poterant ieiunare.

Alii dicunt. s. Beda, & Grego. Nisenus, ꝙ vtres veteres vocantur illi, qui adhuc in malitia vitiorum perseuerant quibus vinum nouum. i. sacramenta dari non debet, vel significantur illi, qui legem veterem cum noua miscere volebant, quod fieri non debet. Sed iste etiam est mysticus sensus cum Christus loqueretur hic de ieiuniis defendendo discipulos. i. ꝙ non deberent cogi ieiunare, vnde primus sensus est verus, & literalis.

Quare Christus loquebatur in materia tam humili. s. de vino & vtre, &c. Quæst. LXXXIII.

QVÆRETVR quare Christus loquebatur in materia tam humili, scilicet de veste veteri, & de vino, & vtribus. Et quare tot exempla simul inducebat.

Ad primum dicendum, quòd fecit propter duo. Primo propter eos quibus loquebatur, quia non erãt viri forte exercitati circa sapientiã, ideo de rebus planis, & communibus loquebatur. sic dicit Chrysost. in homi. s. hunc, & nos causam docuit humilium verborum, quæ continuo ad eos dicebat propter imbecillitatem ipsorum. Secundo fuit ad significandum infirmitatem ipsorum de quibus loquebatur, ideo rebus infimis eos comparans non potuit de sublimibus loqui, sic dicit Amb. super Luc. fragilitas humanę conditionis aperitur cum corpora nostra exuuiis defunctorum animalium comparantur. i. vtribus qui sunt de pellibus mortuorum.

Ad secundum dicendum, quòd oportuit Christũ

A ponere plura exempla, nam voluit excusare discipulos a ieiunio corporali.

Est autem corporale ieiunium duplex. s. mœroris, & exultationis, vt dicit Augu. lib. de concor. Euange. & lib. de quæstionibus Euangelii, de vtroque autem Christus ostendere voluit, ꝙ non conueniret discipulis. Pro primo autem. s. ieiunio mœroris induxit similitudinem de sponso, & filiis eius, vt ostensum est supra q. 76. & 79. Pro secundo. s. ieiunio exultationis induxit duo exempla. s. de veste veteri, & vtribus veteribus, vt ostensum est, quæstione præcedenti, & supra quæst 80.

Sed dicetur quare duo exempla posuit ad hoc, qa B sufficiebat vnum? Dicendum, ꝙ fecit ad fortius, & planius conuincendum Pharisæos, sicut qui pluribus efficacibus argumentis vitur solidius infert, quod intendit, oportebat autem istos multum conuinci, vt sic magis confunderentur, & non auderent ei sæpius insultare.

Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps Mar. 5. Luc. 8.
vnus accessit, & adorabat eum dicens. Dñe
filia mea modo defuncta est, sed veni impo
ne manum tuam super eam, & viuet. Et sur
gens Iesus sequebatur eum, & discipuli eius.
C Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patie- Mar. 5.
batur duodecim annis, accessit retro, & teti- Luc. 9.
git fimbriam vestimenti eius. Dicebat. n. in- 5. d. c. eius. De pę d. 5. c inter hęc hircum i.
tra se. Si tetigero tantũ vestimentum eius sal Mar. 5.
ua ero. At Iesus conuersus, & videns eam di-
xit. Confide filia. Fides tua te saluam fecit.
Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum
venisset Iesus in domũ principis, & vidisset
tibicines, & turbam tumultuãtem dicebat.
Recedite. Non est. n. mortua puella, sed dor- Mar. 5.
D mit. Et deridebant eum. Et cum eiecta esset
turba intrauit, & tenuit manum eius, & di-
xit. Puella surge. Et surrexit puella. Et exiit
fama hæc in vniuersam terram illam.

Hæc illo loquente. Hic ponuntur quædam miracula ad discipulorum confirmationẽ, & diuiditur in duo. quia primo narrantur quædam miracula in speciali. Secundo concluduntur multa in generali, ibi. *Et circuibat.* Prima in tres partes, quia narrantur tria miracula. Secunda ibi. *Et transeunte.* Tertia ibi. *Egressis autem illis.* Prima iterum in tres, quia primo incipit narrare primum miraculum. Secundo interponit quod-E dam aliud in medio factum ibi. *Et ecce mulier.* Tertia reuertitur ad primum ibi. *Et cum venisset.* Ponitur hic primo vocatio Christi ad suscitandam puellã defunctam. ad quam dum iret fecit in via miraculum aliud sanando mulierem a fluxu sanguinis, ponuntur autẽ ista duo miracula a tribus. s. hic, & Marco quinto, & Luc. 8.

Circa primum dicitur. *Hæc illo loquente ad eos.* Idest ad discipulos Ioannis, & Pharisæos, qui arguebant de ieiunio, alia litera habet hæc illo loquente ad turbas, & vtrunque verum est, nam quando loquebatur discipulis Ioannis turbæ multæ conuenerant, & sic ad omnes loquebatur excusando coram eis discipulos suos a ieiunio.

F *Ecce princeps vnus accessit*. Scilicet princeps synagogæ, vt dicitur Luc. 8. & vocabatur Iairus eodem capitulo. *Et adorabat eum*. Scilicet procidens coram eo in terram, sicut dicitur Mar. 5. *Dicens domine filia mea modo defuncta est*. Ista fuit prima, quam Christus suscitauit, neminem quippe ante eam suscitauerat, & tamē Mar. 5. dicitur, quòd erat in extremis, & Luc. 8. dicitur quòd moriebatur, de quo dicetur infra q. 88. *Sed veni, & impone manum tuam super eam*. Idest veni in domum meam, & impones manum super illam. *Et viuet*. i. resurget, sicut postea factum est, vel dicitur, & viuet. i. non morietur, quia iam erat in extremis. Marcus 5. *Et surgens Iesus*. s. de loco in quo erat disputando cum discipulis Ioannis. *Sequebatur eum*. Scilicet princeps ille præcedebat ad ostendendum Christo domū suam. *Et discipuli eius*. s. sequebantur Christum, & dicitur de G eis hic, quia postea fit mentio, quòd ipsi responderūt Christo dicenti quis me tetigit?

An ista sint continuata ad praecedentia.
Quæst. LXXXIIII.

QVAERATVR an ista sint continuata ad præcedentia. Aliqui dicunt, quòd non, quia Mar. 5. & Lu. 8. discontinuatur ista historia, quia ponuntur ista mox, vt Christus venit de regione Gerasenorum, de quo habetur supra 8.

Dicendum tamen, quòd non stat, quia hic dr̄ in litera, ꝙ hæc illo loquente. i. dum loqueretur Christo discipulis Ioannis acciderunt ista. Aliqui autē dicunt, ꝙ potius standum est Mar. & Luc. qui concordant in illo ordine, quam Matthæo qui solus est.

Dicendum, ꝙ si solum appareret ordo literæ, & nihil aliud aliqualiter staret̄ potius duobus, q̄ vni, quia esset maior præsumptio, ꝙ duo qui concordant in ordine tenuissent naturalem ordinem historiæ, quā tertius qui discordat ab eis, & tamen Matthæus, qui sol⁹ est expressit ordinem dicens, hoc illo loquente, ergo necesse est, ꝙ istud fuerit immediate post præcedentia. s. quia adhuc Christus erat actualiter loquens discipulis Ioannīs, quando venit iste princeps synagogæ. Mar. autem & Luc. licet ponāt istud immediate post reditum de terra Gerasenorum, nō dicunt, quòd fuit I immediate post illum reditum, sed debet ibi subintelligi, quòd alia interciderunt in medio, licet non exprimantur, Matthæus autem exprimit, quòd fuerit istud immediate post collocutionem cum discipulis Ioannis, & Pharisæis, & ita tenendū est hic dicit Aug. lib. de concor. euang.

Quis erat iste princeps de quo hic dicitur. Et quid synagoga. *Quæst.* LXXXV.

QVAERETVR quis erat iste princeps, de quo hic dr̄. Dicendū, ꝙ Matthæus tacuit hic nomē eius, sed Mar. 5. & Lu. 8. dr̄, ꝙ vocabatur Iairus, erat autem K princeps synagogæ, vt dr̄ Luc. 8. vel vnus de archisynagogis, quod idem est Mar. 5. Pro quo sciendum, ꝙ Iudæi habebant in tota terra sua vnicum templum in quo erat locus sacrificiorum Deutero. 12. & 16. alibi autem siquis vellet immolare sacrificia mortis reus erat Leu. 17. & Iosue 22. ad illud autem templum conueniebant Iudæi ter in anno ad festiuitates omnes de Israel. Exod. 23. & 34. & ibi offerebant sacrificia sua. Deute. 12. in singulis autem locis habebant quasdam domos sacras ad quas conueniebant Iudæi ad orationem, & de his dr̄ supra 6. cum oratis non eritis, sicut hypocritæ, qui amant in synagogis orare, ille autē qui præerat huic domui dirigendo ea, quæ fieri deberent in ea, vocabatur princeps synagogæ.

F Aliter potest accipi, ꝙ synagoga sit ipsa multitudo populi, quia Hebræi synagogam vocant ipsam multitudinem, & Græci appellant eam ecclesiam, nos vero cōcionem, vel multitudinem. & ita princeps synagogæ erat princeps populi, tanquam rector, vel dignitatem habens in populo, quod autem dicitur Marc. 5. quòd erat quidam de archisynagogis, apparet multos fuisse istos principes synagogæ. Et potest intelligi, ꝙ erant multi in illa vrbe, in qua fuit miraculum istud, scilicet in Capharnaū, & erat iste vnus eorum. Vel quòd erant multi in diuersis locis, sed in quolibet loco erat vnicus, & sic in vrbe Capharnaum esset iste solus, sed verisimilius est, ꝙ multi eēnt, quia aliàs melius vocaretur absolute archisynagogus, quā quidam de archisynagogis.

G

Quare nomen istius exprimitur Marc. 5. Et quare dicitur, quod erat princeps synagoga.
Quæst. LXXXVI.

QVAERETVR quare nomen istius exprimitur Mar. 5. & Lu. 8. & quare dr̄, ꝙ erat princeps synagogæ. Ad primum dicendum, ꝙ Matthęus breuitatis causa tacuit hic nomē istius, Lucas tamen, & Mar. illud expresserunt ad maiorem miraculi manifestationē, quia iste erat vir clarus, & a multis ea noīe cognoscebatur, cū ergo narraretur factum expresso nomine istius viri magis magnificaretur, & hoc erat quantum ad illos, qui eo tp̄e H viuebant, vel agnouerant famam viri, sic dicit Titus, ad posteros autem non differebat quo nomine vocaretur, quia iam ex nomine non agnoscitur.

Dictum est aūt, ꝙ erat princeps synagogę ad ostendendum Christi excellentiam, & opinionem, quæ de eo illo tempore habebatur, cum ēt principes populorum adoraret eum cadentes ante pedes eius, sicut de isto dicitur Marc. 5. ꝙ procidit ad pedes eius, vt ab eo misericordiam peteret, & liberationem in malis suis. Secundo fuit hoc ad confusionem Pharisæorum, & discipulorum Ioannis qui Christum arguere nō verebantur, cum iste qui erat princeps synagogæ procideret ad pedes eius. sic dicit Titus accessit autem non ali I quis infirmorum, sed princeps synagogę, vt magis obturarentur Iudæorum ora.

Quare iste adorauit Christum, & qualis adoratio fuit.
Quæst. LXXXVII.

QVAERETVR quare iste adorauit Christum. Et qualis adoratio fuit ista.

Dicendum primo, ꝙ hoc fuit ad exhibendum ei debitum honorem, nam dignum erat, ꝙ ille, qui talia facere poterat, in magno honore haberetur.

Secundo fuit ex necessitate, quia volebat iste princeps placare Christum, vt dignaretur filiam eius sanare, quod per humilitatem putabat habere posse, ideo K adorauit eum, sic dicit Theophilus, ꝙ necessitate instante cecidit ad pedes Christi. decebat autem, vt absque necessitate cogente caderet ad pedes eius, & cognosceret ipsum esse Deum, & tamen vt Titus ait, dolor aliquando vrget hominem ad faciendum ea, quæ decent.

Ad secundum dicunt aliqui, quòd ista fuit adoratio latriæ, eo ꝙ ista vocatur proprie, & per excellentiā adoratio, etiam quia ille cui exhibebatur erat talis qui debebat adorari, etiam quia causa pro qua adorabat eum erat talis quæ adorationem exigebat, vel ei cōpetebat, nam petebat suscitari filiam suam, quod ad solum Deum pertinebat qui adorandus est.

Sed dicendum, ꝙ non stat, quia ad hoc, ꝙ adoraret

illum

illum exhibendo latria oportet, ꝙ cognosceret eum esse Deum cum illi soli adoratio ista debeatᷣ Deut. 6. & supra 4. dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, & tñ iste princeps non agnouit Chr̃m esse Deũ, ergo non adorauit eum. patet, quia dixit ei veni, & pone manum tuam super illam, & viuet. credebat enim, ꝙ non poterat aliter eam sanare, nisi poneret manũ super eã, si tamẽ putaret ipsum esse Deum crederet, ꝙ per solã voluntatẽ poterat sanare illam non tangendo, nec eundo. non ergo exhibuit ei latriã. sed duliam, quæ hominibus exhibetur. vnde adorauit eũ tanquam virum sanctũ, & prophetã, quæ est quædam magna veneratio, est tñ citra adorationem latriæ.

Quomodo dixit princeps Domine filia mea est in extremis, & Lucas, quod moriebatur. Quæst. LXXXVIII.

QVAERETVR quõ dr̃ hic, ꝙ dixit princeps domine filia mea in extremis est. & Lucæ. 8. dr̃, & moriebatur. Dicendum, ꝙ filia istius non erat mortua qñ iuit ad rogandum Iesum pro ea, sed vere erat in extremis, vt Mar. dicit, & qñ venit princeps ad Christum mortua erat puella, ita ꝙ qñ Christus iuit ad illã iam erat defuncta. Aliqui ergo dicunt, ꝙ verum est, ꝙ Marc. & Luc. dicunt referendo ad tempus in quo recessit iste princeps de domo, & ꝙ dicit Matthæus est verum, referendo ad tempus quo iste princeps locutus est Christo, sic dicitur Marc. 16. ꝙ valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentũ orto iam sole. s. valde mane surrexerunt ad veniendum, & tamen qñ ad monumentum venerunt iam erat ortus sol.

Sed non stat, quia tunc oportebat, ꝙ iste princeps sciret filiam suam defunctam, quando diceret Christo istud, & tamen nesciebat, quia dicitᷣ Mar. 5 & Luc. 8. ꝙ Christus ibat cum principe isto. & dum irent venerunt nuncii ad istum principem dicentes noli vexare magistrum, quia mortua est filia tua, & sic nesciebat ipse mortem, quando locutus est Christo, iõ non potuit dicere filia mea modo defuncta est. nam præsupponebat eam defunctam antequam veniret.

Alij dicunt, ꝙ viuebat puella qñ locutus est princeps iste, & ipse putabat eam viuere, & tamẽ dixit defuncta est ad ostendendum dolorem suum, vt magis Christum flecteret, sic dicit Chry. in hom. s. hoc, ꝙ dicit princeps de morte puellæ est augentis calamitatem, etenim consuetudo, est rogantibus extollere sermone propria mala, & amplius aliquid eo, quod est dicere, vt magis attrahant eos quibus supplicant. Sed etiam hoc non satisfacit, quia tunc præsupponetur, ꝙ princeps dixerit modo defuncta est, & tamẽ, & Marc. 5. dicitur est in extremis.

Dicendum ergo, ꝙ princeps non dixit modo defuncta est, sed dixit, ꝙ erat in extremis, & hoc est verisimilius. Primo, quia iste princeps nesciebat illam esse mortuam, sed post hoc venerunt nuncii ad illũ Marc. 5. & Luc 8. Secundo, quia Marc. & Luc. concordant, ꝙ non dixerit defuncta est, quia Mar. 5. dr̃ est in extremis, & Luc. 8. dicitur, ꝙ moriebatur. Tertio patet, quia nuncii qui dixerunt principi puellam esse mortuam dixerunt ei noli vexare magistrum, quia iam mortua est, & sic innuunt, ꝙ si illam prius mortuam sciuisset non iuisset ad orandum Christum pro ea, quia saltem talis erat opinio seruorum principis, ꝙ posset Christ⁹ languentem sanare, sed non mortuam suscitare.

Alij dicunt, ꝙ Mat. & Luc dixerunt id, ꝙ iste princeps dixit. Matthæ. autẽ dixit id, quod illi in corde tenebat. sic dicit Aug. li. de concor. euange. s. ꝙ princeps iste reliquit puellam in extremis credens, ꝙ non posset euadere, & ꝙ quando Christus veniret iam eam

A mortuam inueniret, & ideo magis habebat in animo ꝙ Christus eam mortuam suscitaret, quam ꝙ languẽtem sanaret, expressit tamen, ꝙ erat in extremis, quia ita eam reliquerat, & hoc probat dicens, ꝙ si quisquã duorum. s. Mar. vel Luc. diceret, ꝙ princeps audito, ꝙ puella esset mortua dixisset Christo, ꝙ non vexaretur repugnarẽt cogitationi eius ista verba Matthæi. s. modo defuncta est veni, & pone manum tuam super eã, & viuet. & tamen quando nuncii dixerunt noli vexare magistrum, adhuc princeps voluit, ꝙ Christus iret, ergo intendebat, ꝙ suscitaret mortuam, & hoc intenderat a principio putans, ꝙ Christus non inueniret eam viuentem. Mat. ergo non expressit verba principis, sed intentionem, & concludit ibi Aug. dicens, hic B rem valde necessariam discimus, in cuiusque verbis non debere inspicere, nisi voluntatem cui debent verba seruire, nec mentiri quicquam si alijs verbis dixerit, quod ille voluerit cuius verba non dicit, & istud est valde conuenienter dictum.

Aliter potest dici, & forte melius, ꝙ Matthæus dixit hoc breuitatis causa, quia interdum ille qui breuiter aliquid narrare vult oportet, ꝙ alijs verbis vtatur, quam ille qui rem diffusius, & suo ordine narrat. Marcus autem, & Lucas, hanc rem plene referunt. s. quomodo princeps venerit, & quid dixerit. s. filiam esse in extremis, & ꝙ Christus secutus fuerit eum, & dũ miraculum faceret sanando mulierem fluentem sanguine, nuncii venerint dicentes, puella mortua est no C li vexare magistrum. hæc omnia Matthæus subticet, & incipit ab illo loco quando pater scito, ꝙ esset puella mortua voluit adhuc, ꝙ Christus iret illuc, iam autem non ibat ad sanandum eam, sed ad suscitandum, eum ergo ex hoc loco Matthæus incipiat formãs petitionem patris, necesse est, vt petat pro ea tanquam pro mortua, & sic recte dicit filia mea modo defuncta est, quasi nihil petiuisset iste princeps antequã venirent nuncij, & tamen si tunc inciperet non poterat petere, nisi sicut dicit hic Matthæ. s. domine filia mea modo defuncta est, & ita fecit, & ista est propria causa quare sic dicit, verba tamen principis sunt illa. quæ Mar. expressit qui rem plene refert.

D *Quare princeps dixit veni, & pone manũ super eam. Quæst. LXXXIX.*

QVAERETVR quare dixit iste princeps veni & pone manum tuam super eam. Dicendum, ꝙ ꝑꝑ multa. Primo, quia iste grosse intelligebat putans, ꝙ esset aliqua virtus in Christo, quæ per contactum deriuaretur in eos quos tangeret, & ideo ad sanandum oporteret esse contactum, sicut agentia naturalia non agunt, nisi per contactum in ea, quæ sunt sibi coniuncta. Secundo, quia sic antiqui prophetæ curabant ægritudines, vel suscitabant mortuos. sicut Elias incubuit super mortuum E filium viduæ quousque calefieret caro eius. 3. Re. 17. & simile fecit Elisæus. 4 Re. 4. c. sic. n. putabat Naamã Syrus, ꝙ Elisæus sanaret lepram eius tangendo locum lepræ. 4. Reg. 5. Tertio, quia iste princeps non putabat, ꝙ Christus esset Deus, sed ꝙ esset aliquis de ꝓphetis, & ideo non credebat, ꝙ in absentia posset operari, in quo iste fuit minoris fidei, quam Cẽturio, quia ille dixit, ꝙ non erat necesse, ꝙ Christus iret in domũ suam, sed solum verbo diceret præceden. c. & Luc. 7. ideo fuit aliqualiter reprehensibilis, sic dicit Chryso. considera eius ineptiam, quærit enim a Christo, vt in domum veniat ignorans, ꝙ etiam absens poterat liberare, sciret autem si dixisset, sicut Centurio, dic verbo & curabitur filia mea.

Sed dr̃ quomodo poterat ignorare iste princeps,

ꝙ Christus absentia curare posset: nam iam curauerat sic seruum centurionis præcedenti cap. Aliqui dicunt, ꝙ forte fuit in alia regione, & nondum peruenerat noritia eius ad istum principem.

Dicendum, ꝙ non stat. nam in eadem ciuitate ambo facta sunt, scilicet in Capharnaum: ibi enim sanatus est seruus centurionis præcedenti cap. & etiam ibi fuit hoc, quod patet, quia iste princeps venit ad Christum, qñ loquebatur discipulis Ioannis supra in litera, illi tñ loquebant cũ Christo, qñ fuerat cũ Matthæo in cõuiuio, vt patet ibidẽ. & tñ Matth. habitabat in Capharnaum. nã & domus telonei in qua ipse sedebat in littore maris circa Capharnaũ est. vt dictum est supra q. 64. non ergo ignoraret princeps Synagogę istud miraculum, quia fuit valde famosum pp centurionem cuius seruus erat, & ille erat princeps terrę Galilęę. vnde ipse misit seniores Iudæorum ad Christum rogaturos super hoc Lucę 7.

Alij dicunt, ꝙ nondum erat factũ illud miraculũ. Sed dicendum, ꝙ non stat cũ ponat præcedenti c. Si autem dicas, ꝙ est anticipatio, ẽt non stat, quia sicut Matthæ. ponit illã curationẽ ante istam ẽt ponit Luc. quia Lucę 7 ponitur curatio serui cẽturionis. & Luc. 8 ponitur de isto principe. Dicendum ergo, quod licet iste princeps illud sciuerit, tamen adhuc non credebat nunc, ꝙ posset filiã eius sanare, nisi imponeret ei manum, & hoc forte, quia credebat maiorem esse ęgritudinem filię suę, quam fuerat serui centurionis. Vel melius, quia Iudæi erant increduli. & licet viderent miracula plurima Christum facientem, adhuc dubitabãt an posset postea plura facere. sic patet Mar. 9 de illo, qui dixit Christo si quid potes adiuua nos misertus nostri. & tamen ante hoc plurima dæmonia Christ⁹ eiecerat, de quo nemo dubitabat, ita ergo iste haberet aliquam incredulitatem, licet sciret Christum fecisse miraculum de seruo centurionis. ratio huius est, quia isti Iudæi non credebant Christum esse Deum, sed prophetam aliquem, prophetę autem nõ poterant facere miracula quandocunque volebant. nam etiam spiritum propheticum, qui aliquid minus erat nõ semper habebant. sicut patet de Elisęo 4. Reg. 3. & 4. ita ergo de Christo crederent, ꝙ licet aliquando faceret miracula, non posset semper facere illa quandocunque vellet, vel non quõcunque vellet.

Quomodo Christus voluit nunc ire cum isto principe Synagogæ, cum ipse vocasset eum ex quadam infidelitate.

Quæst. *XC.*

QVAERETVR quomodo Christus voluit nunc ire cum isto principe Synagogę, cum ipse vocasset eum ex quadam infidelitate, scilicet quia non credebat, ꝙ absens posset sanare filiam eius. nam pp infidelitatem noluit ire cum Regulo cuius filius infirmabatur Capharnaum. Ioan. 4. Dicendum, ꝙ Christus, qui habebat dispositionẽ oĩum rerum secundũ varia tempora, & varias causas, diuersimode se habebat in operibus suis. vnde aliquando diuersis temporibus iubebat miracula sua occultari. sicut præcedenti cap. de leproso, & infra in litera de duobus cęcis, & alio tempore iubebat illa diuulgari. sicut Luc. 8. sanato a legione dæmonum iussit prædicare quanta fecisset illi Deus, etiam in eodem tempore aliqñ varie operabatur, sicut nunc dum iret ad suscitandũ filiam principis sanauit mulierem fluentẽ sanguine, & iussit de suscitatione illa, ꝙ nemini dicerent. mulierem tamẽ a fluxu sanguinis occulte sanatam coegit ad hoc ꝙ publicaret coram omnibus quomodo fuerat sanata, & sic eodem tempore ista duo modo cõtrario facta sunt ex diuersis causis. de quibus infra dicet, ita

F hic, & in Regulo: nã ibi Christus volebat oñdere virtutem fidei, vt homines de eo digna crederent, s. ꝙ posset in absentia sanare, ideo noluit ire cum Regulo, sed dixit vade filius tuus viuit. & ille credidit, & sic factum est. Quòd autem ad ostensionem virtutis fidei fieret, apparet, quia Christus increpuit ibi Regulum, dicens, nisi signa, & prodigia videritis non creditis, & tñ adhuc Regulus non credebat, sed dixit domine descende priusquam filius meus moriatur: Christus ergo noluit descẽdere, vt daret ei causam credendi. sed dixit filius tuus viuit, & tunc credidit. hic autem Christus non attendit ad ostensionem virtutis fidei, quia hoc ostendit in alio miraculo, quòd statim fecit sanando mulierem fluentem sanguine, sed respexit Christus primo ad suam mansuetudinem ostendendam,

G quia omnibus dulcis erat, & non dedignabatur ire quocunque vocaretur. sic dicit Remigius. miranda est pariter atque imitanda domini humilitas, & mansuetudo: nam mox, vt rogatus est rogantem cępit sequi. Secundo fuit propter aliud miraculũ, quod in via facere intendebat, scilicet sanare mulierem a fluxu sanguinis, quam in via sanauit, & tamen si nũc non iuisset ad domum principis, non fuisset opportunitas sanandi mulierem, quia illa audiens, ꝙ Christus iret ad domum principis, iuit ad eum Mar. 5.

Tertio fuit propter magnitudinem miraculi nunc faciendi. nam suscitaturus erat puellam, & ante hoc nullum mortuum suscitauerat. Iudæi autem credebãt istud esse maius omnibus miraculis, ideo oportebat,

H ꝙ Christus valde certificaret istud miraculum ab eo esse factum. non poterat autem esse maior certificatio, quam ꝙ iret ad puellam, & tenens manum eius diceret puella surge, & illa surgeret, & ita factum est Mar. 5. si autem absens diceret, quòd puella resurgeret, etiam si illa resurgeret putaretur forte, quòd non suscitauerat ipse eam, cum nunquã hoc prius fecisset, vt dicetur infra q. 127. & 128. & ista fuit præcipua causa quare ire voluit ad suscitandum eam, vnde etiam si pater puellę non peteret, ꝙ Christus iret illuc, iret tamen, vt ostenderet miraculum a se factum.

Et ecce mulier. Hic ponitur secundum vbi interponitur miraculũ de sanatione mulieris sanguine fluentis,

I quã doctores vocant Hemorhoissam, idest patientem Hemorhoides, sunt enim Hemorhoides quędã passio cum inflantur capita, vel extrema venarum, & sanguine fluunt, & quia ista mulier fluxum sanguinis patiebat Hemorhoissam vocant illam. sed non est eadem ęgritudo, nec in eadem parte corporis, quia fluxus sanguinis fęminę, siue tempore menstruorum, siue extra illud tẽpus per anteriora fit, Hemorhoides autem ad posteriora pertinẽt, aliqua tamen similitudo est. & dicitur.

Et ecce mulier. Scilicet occurrit ei. nã in via accessit ad ipsum Mar. 5. *Quæ sanguinis fluxum patiebatur*. s. extra tempora mẽstruorum. nam sanguinem mẽstrualem fluere naturale est, & non computaĩ inter ęgritu-

K dines, sed potius cessatio fluxus menstruorum in fęminis causat eis graues ęgritudines, fluere autem sanguinem extra tempora menstruorum ęgritudo est, & sic Leuit. 15. distinguit lex inter fluxum mẽstruorum, & sanguinem fluentem extra tempora menstruorũ.

Duodecim annis. Et sic fuit magna ęgritudo, quę duodecim annis durauerat. *Accessit retro*. Christo eunte in via immiscuit se ista mulier turbę, & inter turbas accessit ad Christum retro. *Et tetigit fimbriam vestimenti eius*. Pars vestis est fimbria, & illam solam tetigit.

Dicebat enim intra se. Scilicet antequam tangeret vestem Christi. *Si tetigero tantum vestimentum eius salua ero*. Idest sanabor a fluxu sanguinis, & ista est fides mulieris, quia anteq̃ accederet credidit. *At Iesus conuersus.*

Scilicet

Scilicet ad mulierem, quæ tetigerat eum retro, & conuersus fuit retro ad videndum eam. hic debet subintelligi, ꝙ dicitur Mar. 5. & Luc. 8. s. ꝙ mox, vt illa mulier tetigit Christum sanata est, & Christus quæsiuit a discipulis, quis me tetigit, & illi dixerunt, turbę te comprimunt, & dicis quis me tetigit, & Christus ait tetigit me aliquis, quia ego sensi virtutem exiuisse de me. & tunc mulier timens, & tremens procidit ad pedes Christi, & confessa est rei veritatem.

Videns eam dixit confide filia. s. postquã mulier cõfessa est quid egisset, & timeret ne forte Christus eam increparet, quia tacens accesserat, dixit Christus consolãdo eã cõfide filia. s. nõ timeas, qa nullũ malũ tibi erit pro hoc, quod fecisti. *Fides tua te saluam fecit.* i. per fidẽ saluata es, quia credidisti, ꝙ tangendo fimbriã sanareris. *Et salua est mulier ex illa hora.* Scilicet ex hora qua tetigit, & non ex hora qua locutus est ei Christus. nã iam sanata fuerat, vt dicitur Mar. 5. & Lucę 8.

Quare hic interseritur de curatione istius mulieris nondum completo miraculo, quod narrari inceperat. Quæst. XCI.

QVAERETVR quare interserit̃ hic de curatione istius mulieris nondum completo miraculo, quod narrari incęperat. Dicẽdũ, ꝙ postq̃ Christus cępit ire ad sanandũ puellam, in via sanata est ista mulier, id sequendo ordinẽ historię debuit interponi. Sed dicetur quare Christus fecit hic illud miraculum interpositũ? Dicendũ, ꝙ pp multa. Primo, quia non erat alibi opportunitas faciendi illud, potuit enim ista mulier nunc accedere ad Christum, & non poterat alio tempore, vt dicetur infra q. 94. voluit ergo Christus nunc illud facere.

Secũdo fuit ad excitandũ fidẽ principis Synagogę. nam nunc ei nunciatum erat, ꝙ filia sua mortua esset, & id ꝙ nollet vexare magistrum, quasi non posset suscitare mortuam, quam poterat sanare ęgram, Christus autem, vt ostenderet ei magnitudinẽ virtutis suæ voluit sanare mulierẽ modo mirabili, scilicet ꝙ nihil ei dixisset, & ita crederet princeps filiam suam suscitandam. sic dicit Amb. super Lucam Christus suscitaturus mortuã ad faciẽdum fidem, hemorrhoissam autem curauit. sicut & resurrectio temporalis in passione domini celebratur, vt perpetua illa credatur.

Tertio fuit ad instruendum moraliter, nullũ enim tempus Christus vacuum dereliquit quin in eo aliquid agat. nam dum vadit, & postquam vadit semper miracula operatur, vt instruat nos nullo tẽpore cessandum esse a bono. Ecclesiastes 9. quodcunque potest manus tua instanter operare.

Quare dicitur istam mulierem duodecim annis passam esse fluxum sanguinis. Quæst. XCII.

QVAERETVR quare dr̃, ꝙ ista mulier 12. annis passa est fluxũ sanguinis. Dicendum, ꝙ dictũ est ad ostendendum miraculi magnitudinẽ, vnde oẽs tres illud dixerunt, & est ad duo. Primo ad ostẽsionem magnitudinis miraculi: nam tanta est curatio ęgritudinis quanta est ęgritudo: ostẽditur aũt, ꝙ fuerit magna ęgritudo, qa longa fuit, s. 12. annis, & ita sæpe annotant tempora passionũ quas Christus curabat pp hãc cãm. vt Luc. 13. dr̃ de muliere sanata, q̃ fuerat decem, & octo annis in ęgritudine. Ioan. 5. de paralytico sanato dr̃, ꝙ 38. annis fuerat in ęgritudine, & Et ipse Christus ab eis quos sanabat quęrebat interdum quanto tpe passi fuissent, vt per hoc nota fieret longitudo passionis Mar. 9. vbi quæsiuit de lunatico quantum temporis est ex quo hoc ei accidit, & dictũ

A est ab infantia sua. Secundo fuit ad ostẽdendum cãm curationis, s. quia Christus motus est misericordia sup hac muliere, quia tanto tempore passa erat Mar. irẽ. & Luc. plura addunt ad ostẽsionẽ magnę ęgritudinis, dicũt enim, ꝙ erogauerat oẽm substãtiã suam in medicos, nec ab vllo potuit curari, quod aũt dicitur de medicis ponitur, quia forte aliquis diceret istam fuisse leuem passionem, quia irẽ mulier non ageret curam sui ipsius, vel tanq̃ pauperem medici non curarent, ideo tandiu maneret ęgritudo etiam si esset leuis. & dicit̃ Mar. 5. ꝙ passa fuerat multa ista mulier, a compluribus medicis, vt per hoc magis ostẽdat̃ difficultas ęgritudinis, quia omnes medici regionis illius curam habuerant mulieris huius, & dicitur, ꝙ passa fuerat mul-B ta ab eis, i. multa genera curationum, quia quilibet expertebatur in ea, quod putabat profecturum ei, & etiã dr̃ Luc. 8. ꝙ a nullo vnq̃ curari potuit, & sic ostẽdebat̃ morbus ille incurabilis esse, quia illud est esse aliquid incurabile, & quòd nemo posset illud curare, quia fortassis nullus morbus esset incurabilis si medici scirent oĩa naturę remedia. sed nemo est, qui quasi scire incipiat, & quia aliquis diceret, ꝙ medici nõ nitebantur curare mulierẽ forte, quia paup erat, vel ꝙ pauca eis dabat, dicitur ꝙ erogauerat oẽm substantiã suam in medicos, & ꝙ grauius erat, quia vt dr̃. Mar. 5. non solum nihil ei profuerunt, sed deterius habebat ex curatione ipsorum, & ita erat iam difficilior curatio passionis. ista omnia ostẽdunt tam difficultatẽ cu-C rationis, & magnitudinẽ miraculi, q̃ cãm curationis, erat enim satis miserendum mulieri tã afflictę cuius corpus ęgritudo, medici vero opes consumpserant, ita vt iam sola desperatio relinqueretur, nisi in Christum speraret, ille ergo misertus est ei.

Quomodo potuit ista mulier venire ad Christum, vt sanaretur cum esset immunda, & non posset in vrbem introire. Quæst. XCIII.

QVAERETVR quomodo potuit ista mulier venire ad Christum, vt sanaretur. nam erat immunda, & nõ licebat ei accidere ad quẽquam, nec intrare in vrbem, sed foris mane-D re, quia lex tales mulieres extra vrbes esse iusserat quandiu passio perseueraret Nume. 5. eijciant de castris omnem leprosum, & fluentem semine, & qui super mortuo pollutus est, & tamen idem iudicium erat de viro fluente semine, & muliere fluente sanguine Leui. 15. nam immundi erant, qui tangebant eos eodem c.

Aliqui dicunt, ꝙ ista mulier potuit secrete intrare vrbem, vt inter cæteros a Christo sanaretur, sicut factum est. Sed dicendum, quod non stat, quia cum lege excluderentur ab vrbe, grauis esset pœna si intrarent, ideo non auderet fęmina hęc intrare vrbem

Dicendum, quòd non intrauit vrbem, sed extra sanata est: nam dum Christus veniret de loco vbi lo-E quebatur cum discipulis Ioannis ad domum principis contigit eum ire extra vrbem iuxta illam, & ibi ista mulier occurrit ei, sicut enim Christus sanabat leprosos. nã ibi seorsum extra vrbes manebãt Leui. 14. & Num. 5. & qñ Christus intrabat in vrbes occurrebant ei aliqui leprosi, & sanabant. sic fuit de leproso, qui occurrit ei ante introitũ in Capharnaũ proced. c. sic etiam dr̃ Luc. 17. ꝙ cum vellet Christus intrare in quoddam castellũ, occurrerũt decẽ viri leprosi, & curauit eos. ita ista mulier extra vrbẽ manebat seorsum in loco immundorũ, & qñ contigit trãsire Christum iuxta locum illum immiscuit se turbę, & accessit ad eum. sic innuitur Mar. 5. scilicet cum audisset de Iesu venit in turba retro, & tetigit vestimentum eius,

ſicenim dicit Hierony. ſuper Matth. hæc antem mulier ſanguine fluens non in domo non in vrbe accedit ad dominum, quia iuxta legem vrbibus excludebātur, ſed in itinere ambulante domino, vt dum pergit ad aliam, curaretur alia.

Quæ fimbria erat iſta, quam iſta mulier tetigit. Vbi notandum de fimbrijs Hebræorum, quibus duplex datum eſt ſignum, vt diſtinguerentur ab alijs gentibus.
Quæſt. XCIIII.

QVAERATVR cũ dicatur hic, ꝙ mulier iſta tetigit fimbriam veſtimenti Chriſti, quæ fimbria erat iſta. Dicendum, ꝙ Chriſtus habebat fimbrias in veſtimento iuxta cõſuetudinem Iudæorum, nam in quolibet veſtimēto exteriori quatuor fimbrias habebant. Pro quo ſciendũ, ꝙ populus Iudaicus, de quo Chriſtus natus eſt ſecundum carnem, debebat pollere quadam ſpeciali ſanctitate ſuper alios populos, & diſtingui ab eis in omnibus, vt ſicut diſtinguebantur per legem datam ſibi a Deo, quæ nulli alteri populo data eſt Pſal. 147. non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis, ita debuerunt diſtingui quantum ad oĩa, & hēre ſigna per quæ diſtinguerentur, datum fuit aũt duplex ſignum. Vnum in carne. ſ. circuncisio, & iſtud erat ſignum manens, quia tñ iſtud erat velatum ꝑ partes verendas, dedit eis aliud ſignum exterius in veſtibus. ſ. ꝙ haberent fimbrias in illis, & hoc erat ſolum in veſte ſuperiori. ſ. in pallijs, nam in interioribus ſuperuacuum erat poni iſta ſigna, quæ non poſſent videri, & ſic Num. 15. iubetur fieri iſtas fimbrias in pallijs, & tñ pallium eſt veſtis ſuperior, quæ eſt palam. i. manifeſta: iſta pallia erant diuiſa ante & retro, ſicut etiam veſtes mer, & in duabus diuiſionibus fiunt quatuor extremitates, ſiue anguli in veſte diuiſa, & in illis 4. angulis ponebant 4. particulas panni hyacinthini. i. coloris cęleſtis, & illæ particulæ vocantur fimbriæ, ſic dr̃ Num. 15. loquere filijs Iſrael, vt faciant ſibi fimbrias ꝑ 4. angulos palliorum ponentes in eis vittas hyacinthinas. Iſtę fimbrię erant ad duo. Primo ad diſtinguēdum Iudæos a cæteris gentibus. ſ. vt per hoc in habitu exteriori cognoſcerentur diſtincti a cęteris gentibus, ſicut in carne cognoſcebantur per circuncisionē. Secundo erant ad recordationem, vt qñ Iudæi viderent illas fimbrias recordarentur mandatorum Dei, quia Deus iuſſerat illas poni propter recordationem Nu. 15. ſcilicet faciāt ſibi fimbrias, &c. quas cum viderint recordentur omnium mandatorum dñi, nec ſequantur cogitationes ſuas, & oculos per res varias fornicātes, ſed magis memores præceptorum dñi faciant ea. & ſint ſancti Deo. & quia iſtæ fimbriæ erant ad Dei memoriam, iuſſit illas eſſe hyacinthinas. i. coloris cœleſtis. ſ. vt videndo haberent conuerſationem cęleſtē, ſic dr̃ ad Philip. 3. noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt, & iſta eſt in obſeruando mandata, quia per obſeruationem mandatorum eſt ingreſſus ad vitam, infra 19. vel ad regnum cęlorum, ꝙ idem eſt ſupra 7. & quia iſtę fimbriæ erant ad reducendum in memoriā mandata Dei, illi qui volebant videri magis ſoliciti in iſta obſeruatione faciebant ſibi maiores fimbrias, & ita Phariſæi qui erant hypocritæ volentes ſe hominibus ſanctos oſtendere magnas fimbrias faciebāt infra 23. dilatant philateria ſua, & magnificant fimbrias, vt ſanctiores viderentur, & magis ſoliciti de obſeruatione mandatorum ponebant ſpinas in fimbrijs, vt ambulando configerent pedes, & tibias ipſorum, & cogerētur recordari mandatorum Dei, ſic dicit Remig. Phariſæi fimbrias habebant quas magnificabant, in quibus ēt ſpinas appēdebāt. iſtas fimbrias ēt Chriſtus ha-

F buit, nam oēs Iudæi tenebantur portare eas. Nu. 15. & quia Chriſtus legem Moyſi ſeruauit vſque ad mortē ēt fimbrias habebat nõ tñ magnas, ſicut Phariſæi, ſed ſicut reliquus populus alioquin non arguiſſet Phariſęos, ꝙ fimbrias magnificarent, infra 23. ēt nõ habuit ſpinas in fimbrijs, ſicut Phariſæi, quia illud erat ad hypocriſim, ſic dicit Remig. habuit. n. dñs fimbriam, iuxta legis præceptum, Phariſæi ēt fimbrias habebant quas magnificabant, in quibus ēt ſpinas appendebāt, ſed fimbriæ domini non habebant vulnerare, ſed potius ſanare, quaſi dicat, non habebat ſpinas in fimbrijs quia aliàs pungerent, & vulnerarent, tangentem, non tamen vulnerabant, ſed ſanabant tangentes, ſicut nũc
G iſta mulier ſanata eſt.

Quare mulier iſta tangere voluit fimbrias.
Quæſt. XCV.

QVAERATVR quare iſta mulier tangere voluit fimbriam. Dicendum, ꝙ propter multa. Primo propter humilitatem, nam non iudicauit dignum eſſe, ꝙ carnē dñi tangeret ſaltem pedes eius qui nudi erant, ſed veſtem tetigit, in qua erat fimbria, ſic dicit Remig. laudāda eſt eius humilitas, quia indignā ſe iudicauit pedes dñi tangere, ſed tantummodo fimbriam tetigit.

H Secundo fuit, quia erat immunda, & non licebat ei tangere quemquam, quia pollueret illum, & quicunque illam tangeret pollueretur Leu. 15. & qa ſi Chriſtus sciret, ꝙ tetigiſſet eũ in carne, credebat forte mulier, ꝙ dure indignaretur: noluit ergo mulier eum in carne tangere, & ideo pedes non tetigit, licet potuiſſet tangere quando tetigit fimbriam, quæ ad pedes erat, ſed fimbriam ſolum tangere voluit.

Tertio fuit ex magnitudine fidei, nam credebat, ꝙ non ſolum tangendo carnem Chriſti ſanari poſſet, ſed ēt tangendo veſtes eius, vnde dicebat intra ſe, ſi tetigero tantum veſtimētum eius ſalua ero, vt patet in litera. magnum ergo fidei, & humilitatis documentum mulier iſta cæteris præſtitit. De fide patet, quia
I vix alij credebant, ꝙ Chriſtus tangendo aliquem manu ſua poſſet eum ſanare, iſta autem credidit, ꝙ ēt tāgendo veſtē ſanari poſſet. vnde hæc fuit prima q̃ tetigit veſtes Chriſti, vt ſanaretur, poſtea autē multi tetigerunt, infra 14. & Mar. 6. ſ. obtulerunt ei male habentes, & rogabant eum, vt vel fimbriam veſtimēti eius tangerēt, & quicunque tetigerũt ſalui facti ſunt. Fuit tamen maior adhuc fides iſtius mulieris, quam illorum, quia iſta cum potuiſſet tangere carnem Chriſti non curauit, niſi de veſte, credens ꝙ hoc ſufficeret, illi autem petebant potius tangere carnem Chriſti, & tamen ſi non concederetur, volebant ſaltem tangere veſtem eius, nam dicitur infra 14. & rogabant eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerēt. i. ſaltē fimbriam. De humilitate patet, quia poterat iſta mulier
K tangere totum veſtimentum Chriſti, & fuiſſet ſibi facilius tāgere partes ſuperiores, quam fimbriam, quia fimbria erat iuxta terram, & oportebat ſe curuare, vt illam tangere poſſet, ſed non potuit mulier magis ſe humiliare, quam ſe humiliauit, nam carnem tangere noluit, ſed veſtem, & in veſte id quod fuit infimum tetigit. ſ. fimbrias, quæ terram lambebant. de hoc dicit Remig. laudanda eſt eius humilitas, quia non ad faciem acceſſit, ſed retro, indignam enim ſe iudicauit pedes domini tangere, & non plenitudinem tetigit veſtimenti, ſed tantummodo fimbriam.

Quare mulier ista accessit ad Christum tacens, vt sanaretur, & non petijt ab eo sanitatem.
Quæst. XCVI.

QVAERETVR quare ista mulier accessit ad Christum tacens, vt sanaretur, & cur non petiuit ab eo sanitatem.

Dicendum, ꝙ propter multa. Primo, quia verecundabatur, erat. n. passio ista turpis. s. fluxus sanguinis, & erubescebat in publicum dicere. Sic dicit Chryso. ideo autem non libera propalatione ad Christum venit, quia verecundabatur propter passionem. Secundo fuit, quia erat immunda secundum legem, & non licebat ei accedere ad quemquam. quia omnia pollueret Leu. 15. timuit ergo, ꝙ Christus non pmitteret eā accedere ad se si profiteretur se esse immundam, ideo tacuit, & accessit, sic dicit Cyrillus nō enim licebat immundis tangere quicquam sanctorū, vel appropinquare viro sancto.

Tertio fecit hoc propter populum, quia multa turba circundabat eum, ita vt seipsos, & etiam illum cōprimerent, sicut dixit Petrus. Luc. 8. præceptor turbę te comprimunt, & dicis quis me tetigit? putauit ergo mulier, ꝙ turba non permitteret eam accedere, sed repelleret, tanquam immundam, ideo tacuit, & immiscuit se turbę timens, & verecunda, sic dicit Chry. verecundabatur propter passionem immundā se existimans, & enim apud legem multa immunditia existimabatur esse hęc passio, propter hoc latet, & occultatur, si autem Christus solus fuisset, vel non circundatus a turba, poterat ista mulier accedere, licet non tangeret dicens, miserere mei, sicut leprosi decem occurrerunt Christo, & stantes a longe clamauerunt dicentes, Iesu præceptor miserere nostri Lucæ. 17. nunc tamen turba vndique Christum circundabat, vnde nō potuit mulier declinare turbam, ideo tacens intrauit. Quarto fuit, quia Christus dedit in animo eius hoc ad commendationē fidei, volebat enim per omnia, quæ faciebat in nobis causare fidem, erat autem magna excellentia fidei, ꝙ ille, qui crederet etiam si nihil peteret per hoc, quòd crederet cōsequeretur, quod vellet, quasi ipse per se miraculum faceret, & ita fuit hic ꝙ mulier nihil diceret, sed solū, ꝙ si accederet credēdo sanaretur.

Quare mulier accessit retro ad Christum.
Quæst. XCVII.

QVAERATVR quare ista mulier accessit retro ad Christum. Dicēdum, ꝙ ex causa factum est, & ideo omnes tres exprimunt, ꝙ retro accesserit. Et fuit hoc primo, vt lateret, nam cum esset immunda erubescebat dicere ęgritudinem suam, & ob hoc tacens accessit, vt dictum est præceden. q. Si autem accederet per anteriora videretur, & putaret se non posse latere, ideo retro, & quasi furtim accessit, sic dr̄ Lu. 8. videns autem mulier, quia non latuit tremēs procidit ante pedes Christi. q. d. ꝙ latere intendebat, & añ hoc credebat se latuisse, postquam tamen Christus dixit quis me tetigit? vidit, ꝙ non latuerat, & ista est causa præcipua. Secundo fuit, quia facilius sibi erat accedere retro, quam ante. nam si voluisset anteriorem fimbriam Christi tangere incuruādo se coram Christo, oportebat, ꝙ Christus maneret, quia eo ambulante nō poterat hoc fieri, & tunc manifeste appareret, ꝙ aliquid vellet a Christo, & iā petere oporteret, quia Christus diceret ei, quid vis, & necesse erat confiteri, quod tamen ipsa nolebat. erat etiam sibi difficile venire a parte anteriori, quia cū turba directe procederet, oportebat rumpere impetum turbæ a parte ante-
A riori, qđ non posset mulier. maxime, quia si hoc faceret rūpendo turbā, vt ad Chr̄m penetraret, appareret manifeste, ꝙ aliquid ab eo petere vellet, & tunc forte aliqui cognoscentes eā repellerent illā, vt immundā, venire aūt retro facile erat, quia nemo de ea qcq̄ cogitaret, sed putarent, ꝙ ibat cū reliqua turba, nā magna turba virorū, & mulierū ibat nūc cū Chr̄o, sic dicitur Mar. 5. & accessit in turba retro. Fuit tertio propter mulieris humilitatem, nam non ausa est a parte anteriori accedere ad Christum indignam se iudicans, sic dicit Remig. laudanda est mulieris humilitas, non. n. ad faciem accessit, indignam. n. se iudicauit, sed retro tetigit. prima tamen causa est præcipua.

B

Quare Christus voluit facere hoc miraculum non petente muliere. *Quæst. XCVIII.*

QVAERATVR quare Christus voluit facere istud miraculum muliere non petente. Dicendum, ꝙ primo fuit ad ostendendum varium modum operationum suarum. nam sicut ostēdebat se oīpotentem per hoc, ꝙ in oībus rebus miracula faciebat. s. in mari, in terra, in hoībus, & in dęmonibus, ita & ostēdebat oīpotentiam per varios modos operandi. sicut ergo ante hoc solebat miracula facere petitus, & quasi aliquid facere volens, ita & nūc miraculum facere voluit nō petitus, & quasi nihil facere intendens, quod signum
C est maioris potestatis, q̄ cum quis aliquid facit volens, & vires apponens ad faciendū. Secundo fuit ad ostensionem plenitudinis virtutis mō grosso, & materiali, sicut Iudæi intelligere poterant, ita vt putarent quasi totum corpus eius plenū quadā diuina virtute, ꝙ etiā in vestes præ sui abūdantia se diffunderet, ita vt siquis tangeret illum, aut vestes eius fide accedens, virtus illa de illo exiens sanaret eum, & hoc Christus vere voluit innuere, nam dixit Luc. 8. tetigit me aliquis, nam & ego noui virtutem de me exiuisse, quasi esset in eo quædam plenitudo, quæ per se effluneret. Tertio fuit, vt fidem faceret patri puellæ mortuæ, nondum enim Christus aliquem mortuum suscitauerat, & multi putabant, ꝙ non posset mortuos suscitare, sicut dixerūt
D nuncii venientes ad istum principem, mortua est filia tua quid adhuc vexas magistrum? Marc. 5. q. d. iam non est vtile, ꝙ eum venire facias, vt ergo consideret iste princeps, ꝙ posset suscitare filiam eius ostēdit hic tale genus miraculi, quale nunquam ostēderat, quod designabat largissimam plenitudinem virtutis eius, sic dicit Ambrosius, Christus suscitaturus mortuam ad faciendū fidem Hemorhoissam ante curauit. Quarto fuit propter istam mulierem, nam erubescebat cōfiteri ęgritudinem suam, nec dicere intendebat, vt dictum est supra quæstion. 97. si ergo Christus non sanaret eam non petentem, nihil peteret, & sic non sanaretur. Christus tamen misertus ei sanare eam voluit, ideo eam tacentem curauit.

Quinto fuit ad commendationem fidei. nam per
E fidē miracula obtinentur, voluit ergo Christus ostendere, ꝙ tanta erat fidei efficacia, ꝙ ista mulier etiam nihil petens sanitatem potuit obtinere, voluit ergo sanare non petentem.

Quare ista mulier dicebat intra se si tetigero tantum vestimentum eius salua ero. Et quod Christus ideo miracula faciebat, vt crederetur in eum. Et quod prodest fides dupliciter. *Quæst. XCIX.*

QVAERETVR quare dicitur hic, ꝙ ista mulier dicebat intra se, si tetigero tantum vestimētum eius, salua ero.

Dicendum, ꝙ fuit ad ostensionem fidei eius, quia si tan-

ſi tangeret Chriſtum,& ſanaretur, & non exprimeretur hoc,putaretur, ꝙ fiebat hoc ſola plenitudine virtutis Chriſti,quæ ſe indifferenter in omnes diffunderet,hoc tamen verum non erat, quia multi tangebãt veſtes Chriſti,& etiam carnem eius,qui nihil inde cõſequebantur,eo ꝙ nec credebant, nec deuote accedebant. Euangeliſtę autem oſtendere voluerunt vtrunque ex hoc miraculo.ſ.plenitudinem virtutis Chriſti, & fidem iſtius mulieris, nam etiam ſi mulier magnã fidem haberet,ſi in Chriſto non eſſet virtus non poſſet illa ſanari,& hoc Chriſtus expresſit Mar.5.& Luc. 8.ſ.ego noui virtutem exiuiſſe de me. ſi autẽ Chriſtus virtutem magnam haberet,mulier tamen nullam haberet fidem,nec deuotionem, nihil inde conſequeretur,etiam Chriſti carnem tangendo, ideo fidem mulieris oẽs tres expreſſerunt.ſ.ꝙ illa intra ſe diceret, ſi tetigero tantum fimbriam veſtimẽti eius ſalua ero, iſtã autem fidem Euangeliſtę ſolicite exprimũt,quia iſta erat totus finis intentus ex miraculis Chriſti, non.n. faciebat miracula, niſi vt crederetur in eum,& credẽtes ſaluarentur per fidem Io.2.hæc ſcripta ſunt, vt credatis,quia Ieſus eſt filius Dei, & credentes vitam habeatis. mulier tamen iſta antequam accederet iã credebat,ideo debuit fides eius exprimi, & ita Chriſtus laudauit fidem eius dicens,fides tua te ſaluam fecit,& ita in cęcis qui credebant,ſemper Chriſtus fidem laudabat,vt patet infra de duobus cęcis, quibus dixit ſ'm fidem veſtram fiat vobis, & mulieri Chananęę dixit, infra 15. mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. proderat autem fides dupliciter.ſ.ad hoc, quòd fierẽt miracula in nobis,& ad hoc,ꝙ fierent per nos. De primo patet,quia qui confidenter aliquid a Chriſto petebat accipiebat,& Chriſtus ſolebat petere ab eis quos curabat an crederent, ſic infra in litera dixit duobus cęcis,creditis,quia poſſum hoc facere vobis? & illi dixerunt vtique domine,& Chriſtus ait ſecundum fidẽ veſtram fiat vobis: ſi autem non bene crederẽt nihil obtinebãt quouſque crederent,ſicut Mar.9.dixit quidam Chriſto, ſi quid potes adiuua nos miſertus noſtri, & Chriſtus ait ſi potes credere omnia poſſibilia ſunt credenti, & tunc ille dixit credo domine,adiuua incredulitatem meam.

De ſecundo patet,quia etiam nos ipſi miracula facere poſſumus ſi fidem habemus, quia ſi dixerimus monti,ꝙ tranſeat tranſibit,infra 17.& ſi dixerimus arbori eradicare,& tranſplantare in mari, obediet nobis. Luc.17. & ſi dixerimus ficulneę, ꝙ areſcat,illico areſcet,infra 21.& Mar.11.hoc tamẽ eſt, ꝙ habeamus fidem,& nihil hęſitemus, eod.c.ſi autem hęſitauerimus aliquid nihil facere poterimus. Iaco.1.In muliere autem iſta nulla hęſitatio fuit. nam dicebat intra ſe, ſi tetigero tantum fimbriam veſtimenti eius,ſalua ero, & ideo ex magna fide (licet viribus corporis deficeret propter fluxum ſanguinis) non obſtante multitudine populi acceſſit ad Chriſtum,ſic dicit Titus, qualiter autem non eſt digna præconio hęc mulier, quæ viribus extinctis corporis ob fluxum continuum ſanguinis,& tanto populo concurrente circa Ieſum,affectu corroborata,& fide penetrans populum retro taceñs tetigit fimbriam veſtimenti.

Quomodo dicitur Mar 5.& Luc 8.de iſta muliere, & quomodo iſta mulier ſciuit ſe eſſe ſanatam Vbi quod virtus infinita ſimul poteſt, & in inſtanti rem diſponere, & formam producere.

Quæſt. C.

QVAERETVR quõ dr̃ Marc.5.& Lucæ.8. de iſta muliere,ꝙ ſtatim ſanata eſt. Et quõ ipſa ſciuit ſe eſſe ſanatam,cum eſſet iſta quædã ægritudo interior,

F Dicendum ad primum,ꝙ ad hoc, ꝙ iſta mulier ſanaretur requirebant̃ duo.ſ.poteſtas ſanantis, & diſpoſitio eius ſanitatem ſuſcipiẽns,poteſtas autem ex parte Chriſti erat infinita,ideo poterat operari in inſtanti,diſpoſitio autem nulla eſt, niſi fides ex parte ſuſcipientis, nam diſpoſitio corporalis nulla requiritur, eo ꝙ iſta ſolum præexigitur in actione naturali, eo ꝙ agens naturale eſt poteſtatis finitę,& non poteſt agere in aliquid,niſi ſit diſpoſitum, quia non ſufficit virtus ſua ad ſimul diſponendum, & formam imprimẽdum,virtus autem infinita ſimul poteſt rem diſponere,& formã producere. ideo in inſtanti operatur non requiſita diſpoſitione aliqua præuia:& talis erat poteſtas Chriſti, ſed ſolum præexigit diſpoſitionẽ ex parte animę.ſ.fidem,mulier tamen iſta fidem habebat an

G tequam accederet,quia dixerat, ſi tetigero tantũ fimbriam veſtimenti eius,ſalua ero, ideo mox, vt tetigit ſanata eſt,ſic dicit Theoph.ſicut cum aliquis oculum lucernę lucenti adhibet, aut igni ſpinas ſtatim operatur,ſic qui fidem confert potenti curare,ſtatim curationẽ conſequitur,iõ Chrs iſto mõ quaſi ſemp ſanabat, & maxime faciebat hoc ad oñdendũ in ſe deitatis virtutẽ,quia nullum agens poteſt agere in inſtanti, niſi Deus,iõ curans in inſtãti oñdit ſe eẽ Deum, quod nõ faciebant prophetę qũ miracula operabant, vt patet de Elia, & Eliſęo ſuſcitantibus duos mortuos.3.Reg. 17.& 4.Reg.4.nã prius ſępe,& diu durauerunt incuruantes ſe ſup mortuos ad calefaciẽdum carnem eorum,vt patet ibidem,ſi aũt Chriſtus non operaretẽ in

H inſtanti,putaretur ſicut vnus de illis Prophetis, ideo ſubito operabat̃. Ad ſecundũ dicendũ,ꝙ mulier iſta ſenſit ſe ſanatã,quia ceſſauit ſanguis fluere, ſic dr̃ Lu. 8.tetigit fimbriam veſtimenti eius, & cõfeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius,in quo innuitur, ꝙ cõtinue ſanguis fluebat,& ſentiebat mulier ſemp aliquẽ motum guttę defluentis,nam ita eſt de fluxu huius ſanguinis; ſicut de fluxu ſeminis in viro, & tamen cum vir patit̃ fluxũ ſeminis cõtinue aliqd fluit,ſic dicitur Leui. 15. vir,qui patitur fluxũ ſeminis immundus erit, & tunc iudicabit̃ huic vitio ſubiacere, cũ p momenta ſingula adhęſerit carni illius fędus humor. ita ergo fluxus ſanguinis erat cõtinuus,& ceſſauit tunc, ideo cognouit ſe ſanatã, maxime quia in corpore ſuo ſenſit quã-

I dã immutationem mirabilem, ſicut erat curatio miraculoſa p q̃ manifeſte ſciuit ſe ſanam eſſe,& hoc fuit quia locus ille vbi erat origo iſtius ęgritudinis deſiccatus eſt,vt vltra nõ eſſet ibi ille noxius humor,ſic dicit̃ Mar.5.& confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis eius, & ſenſit corpore,ꝙ ſanata eſſet,quandiu autẽ maneret ille fons ſanguinis,mulier ſanari nõ poterat, quia generabatur ibi ſanguis ille qui continue diſtillabat.

An aliqua virtus exiret de Chriſto ad ſanandum morbos.

Quæſt. CI.

K QVAERETVR quia dicitur Luc.8. ꝙ Chriſtus dixit exiuiſſe virtutem de ſe,eſt dubium an aliqua virtus exiret de Chriſto.

Dicendum,ꝙ nulla virtus poterat exire de eo ad ſanandum morbos,quia aut illa eſſet virtus diuina, aut naturalis: non poterat eſſe diuina, quia non poteſt diuina virtus exire eo,ꝙ nihil aliud eſt diuina virtus, niſi diuina eſſentia,illa autem vbique eſt Ieremi.23. ideo nec poteſt exire,nec intrare.

Secundo patet, quia exire eſt proprietas corporis.ſ. exire,& intrare,& penetrare, & ſe diuidere ſolis corporibus competit, & hoc inquantum hñt quandam quantitatem finitam,& proprie cõpetit propter locũ quia quod exijt dimittit locum interiorem, & incipit

eſſe

esse exterius, cui vero non competit esse in loco, nec potest competere exire, aut intrare diuina, ergo virtus cum in loco non sit exire non potest. Tertio patet, quia per hoc innueretur, ꝙ virtus diuina erat intra corpus Christi, & aliquando exibat ad exteriora, & tũc oporteret dici clausam esse ibi virtutem illam, quod falsum est, quia vbique est: etiam cum virtus diuina sit aliquod indiuisibile si exiret de corpore Christi, iam non maneret in eo aliquid de diuina virtute, & multa similia absurda sequunt̃, non ergo exibat diuina virtus de Christo. Nec poterat est virtus naturalis, q̃a illa nõ sufficeret ad sanandum ȩgritudinẽ, eo ꝙ quidquid erat in Christo præter deitatem erat creatũ, & virtutis finitȩ, ideo ad miraculorum operationẽ non sufficiebat. ista tamen virtus fuit ad sanandum mulierem, ergo non erat naturalis: nulla igit̃ virtus exibat de Christo. Cum autem ipse dixit ego noui virtutem exijsse de me. Dicendum, ꝙ non intelligebat, ꝙ aliqua virtus realiter exiret de ipso, sed hoc dicebat, vt intelligerent illi, qui grossi erant, qũo ipse haberet potestatẽ ad sanãdũ morbos, & quia rudes dediti solis corporibus non pñt aliquid intelligere esse, nisi modo corporali, ad ostendendũ plenitudinem, & immensitatẽ virtutis suȩ formauit eis conceptũ, quasi totũ corpus suũ esset plenum virtute, ꝙ pp abundantiam effluebat ẽt in exteriora, ita ꝙ in tangentes fideliter deriuaret̃, sic dicit Cyrillus materialius rñdet secundũ opinionẽ audientium, dicens ego noui virtutẽ de me exiuisse, nobis tñ hic manifestatur, ꝙ ipse verus Deus est ex eo, ꝙ prodigialiter factum est. Apparet ẽt hoc, ꝙ non sit intelligendũ sic in cortice, quia tũc innueret̃, ꝙ Christo non iubente, aut prius nolente exiret aliqua virtus de eo, cum dr̃ ego noui virtutem exijsse de me. q. d. ego nõ iussi virtuti, ꝙ exiret, sed sensi qñ exiuit: nã ad hoc, ꝙ Christus voluisset hoc significare deberet dici ego emisi virtutem de me, & nõ ego sensi, vel noui exijsse virtutem, nulla tñ virtus erat in Christo, quȩ posset exire, nisi eo iubente, & faciente, ergo palã est, ꝙ Christus non intendit, ꝙ vere aliqua virtus de eo exierit, sed loquit̃ sic pp causam dictam. Sed obijcietur, quia Mar. 5. dicitur, ꝙ sanata est mulier a plaga, & statim Iesus cognoscens in semetipso virtutem, quȩ exierat de eo, &c. vbi Christus nihil loquitur, sed Mar. asserit ꝙ aliqua virtus de Christo exierit. Dicendum, ꝙ etiã Mar. non intendit astruere vere exiuisse aliquam virtutem de Christo, sed dicit hoc, vt conformet se modo loquendi Christi: nam postea dicitur, ꝙ Christus dixit quis me tetigit, & etiam, ꝙ sensit virtutem exiuisse de se, ideo oportebat, ꝙ etiam sic Mar. loqueretur. nam ex eadem ratione qua Christus sic loquebat̃ vt a rudibus aliqualiter intelligeretur, scriberet quoque sic Mar. etiam si non referret verba Christi, sic patet Luc. 6. vbi Lucas nulla verba Christi refert, dicit tñ omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat ad sanandum omnes. i. ipse habebat in se virtutem per quã sanaret oẽs, non poterant tñ rudes intelligere qũo sanarent̃ ȩgri, nisi virtus exiret de Chr̃o, & ideo sic dr̃, ꝙ virtus exibat de illo: aliquãdo tñ hoc magis ꝑprie exprimunt Euangelistȩ, sicut Luc. 5. dr̃. & virtus dñi erat ad sanandum infirmos, idest virtus domini erat in Christo per quam sanabantur.

An Christus per contactum sanabat ægros, & an humanitas erat organum quoddam diuinæ virtutis operantis. Et quæ dicatur esse illa vnio qua Corpus Christi est vnitum verbo diuino. Et quomodo intelligitur, ꝙ deitas vtebatur Christi corpore, vt organo. *Quæst.* *CII.*

QVAERITVR cum ista mulier tangendo Christum sanata fuerit an Christus per contactum

A sanabat ȩgros. Et an ibi humanitas erat organũ quoddam diuinȩ virtutis operantis. Aliqui dicunt, ꝙ erat organum, vt dicit Dama. Cnon solum erat Deus, sed etiam homo: vnde per tactum & per sermonem diuina signa operabatur, vt. n. per organum, ita per corpus diuinȩ perficiebantur actiones. Dicẽdum, ꝙ ista quȩstio pendet est præcedenti, & cum sit ostensum ibi, ꝙ virtus nulla exibat de Christo, cõsequenter apparet, ꝙ non fiebat operatio deitatis sanantis infirmos per humanitatem, tanq̃ per organum, nec est verum, ꝙ humanitas Christi, aut corpus eius sanaret infirmos, sed Deus sanabat eos, vel Christus homo, qui simul Deus est. Quod aũt humanitas Christi conferret aliquid in

B operatione miraculorum poterat dupliciter intelligi. Vno modo, ꝙ ipsi corpori Christi esset collata virtus ad faciendum miracula sanando ȩgros. Alio modo, ꝙ non conferretur ei hȩc virtus, sed deitas operaretur per corpus Christi, sicut per instrumentum. Primum nõ stat quia virtus ista est infinita, & non potest communicari alicui creaturȩ, vt sit ipsius, & per eã operet̃ creatura, quia tunc, vel creatura efficeretur infinita ꝑ illam virtutẽ infinitã, vel illa virtus efficeretur finita propter creaturam finitam. Etiam, quia tunc nõ esset humanitas Christi, tanq̃ organum istarũ operationũ, sed tanq̃ principale agens illarum, cum habeant in se virtutem per quam fiunt. hoc tñ nemo diceret. De secundo patet, quia si esset corpus Christi, tanq̃ organũ

C diuinarum operationũ, oporteret ꝙ ex corpore Christi, & deitate efficeretur vnum, quia sicut actio facta per instrumentum, & principale agens est vna, cum resultet inde vnica res facta, ita agens, & instrumentũ efficiuntur vnum agens, & hoc per quandam vnionẽ: sic ergo esset de deitate, & corpore Christi, quod falsum est, quia deitas nulli rei vnitur cum sit essentia absolutissima. Et si dicatur, ꝙ corpus Christi est vnitũ verbo Diuino. Dicendum, ꝙ ista est alia vnio multũ differens. nam est illa vnio ad essendum, & iõ vocat̃ assumptio, & non est vnio ad operãdum, quia solũ per eam efficitur, ꝙ homo sit Deus, & non sit aliqua operatio, quia Christus homo habebat in se sufficientia principia operationũ humanarũ cũ hr̃et animã, & nõ

D erat deitas sibi principium alicuius operationis, sicut nec in nobis est: ista tñ vnio esset nunc solum ad agendum. Secundo, quia in vnione illa solũ verbũ Diuinũ vniuit sibi humanitatem Christi, hic tñ necesse erat vniri istã naturam diuinã corpori Christi, quia vniret̃ ei, vt principium operationũ exteriorũ, vel agẽs, & tñ quantum ad exteriora nõ potest vna Diuina persona operari sine alia, quia omnes tres sunt vnicũ principiũ oĩum rerum, & tñ natura Diuina nõ vniuit sibi corpus Christi, sed solum ipsum verbum Diuinum, ergo iam illa esset alia vnio: non tamen est aliqua talis, ideo non potest operari per corpus Christi, sicut per instrumentũ. Item patet, quia agẽs, quod vtitur corpore, vt instrumento operat̃ cũ motu, quia nulla actio corporea põt esse sine motu, operatio tñ Dei est in instanti.

E ergo non põt vniri corpori, vel operari ꝑ corpus, vt ꝑ organum. Dr̃ aũt, ꝙ deitas vtebat̃ corpore, vt organo, non quidem, ꝙ vere vteretur eo, ita ꝙ realiter Diuina virtus, & actio deriuaret̃ per corpus Christi in aliq̃ rẽ exteriorẽ, sed quia, sicut in agentibus per organũ applicando ipsum organũ rei exteriori sequit̃ operatio, ita qñ Christus tangebat corporaliter aliquẽ ȩgrum sanabat̃ ab ȩgritudine, iõ videbatur, ꝙ virtus illa Diuina per manus Christi, tanq̃ per organũ operaretur, & deriuaret̃. Cum aũt quæritur an per tactũ Christi sanabantur ȩgri. Dicendũ, ꝙ verum est, ꝙ qñ Christus tãgebat eos sanabant̃. Et tñ virtus sanandi nõ erat in manu Christi, nec cõferebat eis aliquid ille contactus, sed sola Christi volũtas erat, quȩ sanabat eos. Quod patet,

quia

quia ita Christus sanabat absentes, sicut præsentes, vt F
patet de seruo Centurionis præcedē. c. & de filia mulieris Chananeę infra 15. & de filio Reguli Ioa. 4. si tñ virtus sanandi esset in manu non posset sanare, nisi quos tangeret. non ergo erat ibi virtus. Patet etiam, quia ista mulier nō tetigit carnem Christi, sed vestes, nemo tñ dicit, ꝙ illę vestes essent organum Diuinę operationis. Sed dicendum, ꝙ Christus sanabat ęgros tangendo illos, vt ostenderet, ꝙ ipse erat, qui istam sanitatē præstabat, nā si eo tangente ęgrum illico sanaretur, nemo esset, qui dubitare posset, ꝙ Christus illū sanabat. si aūt eo nō tangente sanaretur, dubitari posset an ab eo sanabatur. Secundo erat pp honorē humanitatis Christi, vt videretur, ꝙ operationes istę aliquo
G modo ad eā pertinebant, cum oēs, qui sic tangebant ab eo sanarentur. Tertio fuit pp fidem ęgrorū, qui adhuc rudes erāt credebant enim, ꝙ Christus posset eos sanare tangendo. an tamen sine tactu sanare posset nesciebant, si aūt aliqui credebant illum posse sine tactu sanare, illos non tangendo sanabat, sicut fuit in seruo Centurionis. nam dixit Centurio nō esse opus, ꝙ iret ad tangendum eū præced. c. ita etiā si ista mulier credidisset, ꝙ non vadens ad Christum, nec tangens sanari poterat, fuisset sanata. & tamen credidit, ꝙ oportebat saltem tangere vestimenta eius, ideo sic tāgendo sanata est, non tamen per virtutem aliquam, quæ esset in vestibus, sed per solam Christi potestatē.

Quare Christus voluit istud miraculum huius mulierēs manifestari cum esset factum in occulto.
Quæst. CIII.

H QVAERETVR quare Christus voluit istud miraculum manifestari, fuerat enim factum in occulto, ita vt semper latuisset, nisi ipse mulierem cogeret ad dicendum, & tamen, quando ipse dixit quis me tetigit, iam mulier non potuit tacere, & tamen aliud miraculum, qđ fecit suscitando puellam taceri iussit infra in litera.

Dicendum, ꝙ ex diuersis causis Christus variabat actiones suas. de illo tamen miraculo quare taceri iusserit dicetur infra q. 132. de hoc aūt dicendū, ꝙ voluit illud aperiri pp multa. Primo, quia si istud mira-
I culū taceretur, esset quasi omnino inutile, quia omnino esset absconditū. secus aūt de alijs, quę taceri iubebat, quia illa ēt si tacerentur nō erant omnino occulta, & iō publicarētur. hoc aūt nemo nouerat, nisi mulier, quę tacere intendebat, vt innuitur Luc. 8. ideo pp vtilitatem credentium debuit publicari, sic dicit Cyrillus. non enim ambitione glorię non permisit latere diuinę virtutis ostensionem, qui multoties præcepetat tacere sua miracula, sed quia spectabat ad vtilitatem eorum, qui vocabantur per fidem ad gratiam. Secundo fuit pp nouitatem miraculi, quia nondum fecerat adhuc tale miraculum, s. ꝙ non petitus sanaret morbos, non debuit, ergo occultari. Tertio fuit pp mulierem sanatam, vt ēt sanaretur in anima: nā licet
K fidem aliquā haberet, non tñ digna credebat de Christo, quia putabat, ꝙ posset latere eum istud miraculū, ꝙ tactum fuerat, vt ergo ipsa sciret, ꝙ non latebat, fuit conueniens, ꝙ Christus hoc indicaret. Quarto fuit pp patrem puellę suscitandę, vt daretur ei fides, aut roboraretur in illa, scilicet ꝙ filia eius suscitaretur, nam vt ait Ambro. super Lucam istud miraculum factum est propter patrem puellę. si tamen non reuelaret illud nihil prodesset, debuit ergo illud reuelare.

Quinto fuit, quia hic fuerunt duo miracula simul, vnum est, quòd Christus mulierem sanauerit. aliud est, quòd ea, quæ occulte tacta fuerant cognouerit, & ideo etiam si non principaliter reuelare vellet miraculum istud, vt ostenderet mulierem esse curatam, debuit saltem reuelare, vt per hoc ostenderet, quòd sciebat occulta.

Sexto fuit, vt esset occasio ad laudandum fidem mulieris: Christus enim in omnibus fideliter accedentibus fidem laudare volebat, vt cęteros ad credēdum alliceret, & quia non posset laudari hic magna fides mulieris, nisi miraculum reuelaretur, debuit reuelari.

Septimo fuit, quia forte mulier haberet postea remorsum conscientię, ꝙ miraculum illud furtim acceperat, nec de eo gratias egerat, nunc vero Christus cogens eam publice confiteri, abstulit istum remorsum, de his dicit Chryso. soluit enim fęminę metū ne remorsum pateretur, quasi surripiens gratiam, deinde eam corrigit, quia latere putauerat, postea fidem eius exprimit cunctis, vt alij imitentur, proditque non minus miraculum, dum ostendit sibi cuncta patere, de hoc etiam dicit Cyrillus insuper principem Synagogę suadebat indubitabiliter credere, quòd a laqueis mortis eriperet filiam eius.

Quare Christus dixit quis me tetigit, cum sciret.
Quæst. CIIII.

QVAERETVR quare Christus dixit quis me tetigit: sciebat enim quis eum tetigisset.

Dicendum, ꝙ per hoc Christus volebat ostendere tactum, qui est per fidem secundū quem virtus ab eo impetratur curationis, nam alio tactu plurimi eum tangebant, nemo tamen adhuc sic eum tetigerat, sicut ista mulier, quia cæteri infirmi tāgi se a Christo petebant, vt sanarentur, sed non volebant ipsi Christum tangere, cum nihil putarent se per hoc consecutos, ista autem mulier tetigit credens, ꝙ si tangeret sanaretur: sola ergo nunc Christum tetigit immo sola tetigerat, quia ēt ante hoc præter eam nemo illum sic tetigit, ad exprimendum. ergo istum tactum, qui per fidem est dixit hoc. Secūdo fuit ad reddendum attentos oēs astantes, volebat enim Christus miraculū factum pandere, voluit ergo prius eos reddere attentos, vt sic conuenienter miraculum notificaretur. Tertio fuit, vt ex hoc esset occasio ei ad ostendendum plenitudinem virtutis suę, & ꝙ virtus exibat de illo. nam cum ipse dixit quis me tetigit? negauerunt astantes, scilicet dicentes, quòd nemo eum tetigisset Lucę 8. Petrus autem dixit, turbę te comprimunt, & dicis quis me tetigit tunc Christus dixit, ꝙ non intelligebat de illo tactu cum ait aliquis me tetigit, nam & ego sensi virtutem exiuisse de me, hoc autem erat ostendere plenitudinem virtutis suę.

Quarto fuit propter mulierem, vt ipsa per hoc incitaretur ad confitendum miraculum, nam per hoc, quòd ipse dicebat quis me tetigit, videbatur interrogare mulierem, & ipsa credebat, ꝙ puniretur, nisi responderet, & ita respondit Lucę 8. scilicet videns autem mulier, quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius.

Quare Christus non dixit mulieri tu me tetigisti cum videret illam. *Quæst.* CV.

QVAERETVR quare Christus non dixit mulieri tu me tetigisti, cum sciret, quę esset illa, & videret eam iuxta se.

Dicendum, quòd fecit hoc. Primo propter mulierem, vt ipsa ore proprio confiteretur sanitatem receptam, & daret laudem Deo de miraculo in se facto, quod non fieret si illa tacente Christus miraculum reuelaret, nam etiam si aliquid certissime sciatur de

aliquo

aliquo ex parte Dei, & confessio illius non addat aliquam maiorem certitudinem de re, dicitur tamen dare laudem Deo confitendo rem illam, sicut Iosue 7. Deus ostenderat, ꝙ Achor furatus fuerat aliquid de anathemate Ierico. dixit tamen ei Iosue fili da gloriã domino Deo Israel, & confitere atque indica mihi quid feceris. ita nunc etiam si notum esset mulierem istam a Christo sanatam, ꝙ tamen ipsa ore suo confiteretur, erat dare gloriam Deo. Christus tamen volebat, ꝙ sanati ab eo istam gloriam darent Deo. sic patet Lucę 17. de decem leprosis quos curauit, & tamẽ, quia non redierunt ad confitendum hoc, & laudandum Deum, licet esset factum manifestum, Christus indignabatur dicens, nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.

Secundo fuit ad tollendum suspitionẽ, & ostendendum veritatem miraculi. nam si Christus dixisset mulieri illa tacente tu me tetigisti, & sanata es a plaga, nõ esset res, ita manifesta, siue mulier postea assentiret Christo, siue taceret. nã si taceret esset res dubia, s. an verum esset, ꝙ miraculum fecerat. si aũt loquendo consentiret ei, esset res aliqualiter suspecta, quia forte putaretur, quòd mulier illa timens Christum loquentem illud diceret, & non esset ꝯueniens manifestatio miraculi. nunc vero cum ipsa p se cõfiteretur Christo non designante eam, nulla erat cã suspicandi, & ista duo tangit Chryso. dicens. ob hoc dominus nõ statim eã manifestauit, vt ostenso, ꝙ oĩa liquent sibi, faciat mulierem prædicare, ꝙ factum est, vt suspitione miraculum careat. Tertio fuit, vt particularius ostenderetur tota rei series: nam præcipuum fuit hic in intentione mulieris, s. quid credidit, & q̃ intentionem veniendi ad Christum habuit, istud aũt non poterat cõuenienter exprimi, nisi mulier illud diceret, quia si Christus, qui interiora nouerat hoc diceret, non esset alijs certum, an ita esset, nisi super hoc Christus miraculũ postea ostẽderet, & dato, ꝙ mulier confiteretur illud postq̃ diceret Christus, non esset ita certũ, quia poterat esse suspitio, ꝙ mulier hoc dixisset volẽs Christo fauere: nunc aũt Christo nihil dicente ipsa totam rem aperuit Mar. 5. & Luc. 8. s. procidit ante eum, & ob q̃ causam tetigent eũ, indicauit corã omni populo, & quemadmodum confestim sanata est. Quarto fuit, vt Christus conuenienter laudare posset fidem mulieris: nam si ipse referret miraculum illa tacente non conuenienter ipse laudaret mulierem, quia quasi sine causa laudaret, cum non plene constaret an sic mulier fecisset. nunc autem cum ipsa totam rem aperuisset, conuenienter ipse laudauit fidem illius, dicẽs fides tua te saluam fecit.

Considerandum aũt, quòd iste fuit modus conuenientissimus aperiendi istud miraculum, potius q̃ si Christus muliere tacente illud diceret, & etiam, quam si Christo nihil dicente mulier per se dixisset. Primũ patet ex dictis. Secundum patet, quòd si mulier statim, vt sanata est antequam Christus diceret quis me tetigit, dixisset, ꝙ sanata erat miraculose, non notificaretur conuenienter miraculum. Primo, quia turba non esset attenta, ibant enim plurimi cum Christo ad domum principis Synagogę, & si Christo nihil loquẽte loqueretur mulier nullus ad eam attenderet. Christus autem cum dixit quis me tetigit? omnes aduertũt expectantes quid vellet dicere, & ideo poterat tunc miraculum conuenienter aperiri. Secundo fuit, quia si sola mulier loqueretur, forte nõ crederetur ei, quia ęgritudo sua erat latens, & non appareret, ita manifeste de curatione, sed forte crederetur, quòd ex quadã leuitate mulier hoc dixisset, nunc autem cũ Christus dixit aliquis me tetigit, & ego noui virtutem ex-

A iuisse de me, ostendebatur factum est miraculum aliquod, vnde mulieri postea loquenti crederetur, quia quasi coacta hoc diceret maxime, quia timens, & tremens cecidit illa ad pedes eius: Mar. 5. & Lucę 8. & sic apparebat, ꝙ non faciebat hęc simulate.

Tertio fuit, quia si mulier hoc confiteretur Christo nihil dicente, appareret, q aliquod miraculum factum fuerat in Christo eo nesciente, quod erat valde inconueniens: nam hoc dato appareret, ꝙ ipse non erat Deus, quia non sciebat omnia, cum etiam aliqua, quæ in ipso fiebant ne sciret, sed putaretur, ꝙ erat aliqua virtus naturalis in corpore eius, sicut est in lapidibus, & herbis, ita vt tangentes eum per hanc virtutẽ B sanarentur ipso nesciente, & ita non esset ipse dominus virtutis suę, & operationum harum, ideo non debuit mulier miraculum pandere Christo nihil loquẽte, sed fuit ista via conueniens, vt Christus diceret aliquod miraculum esse a se factum, & tamen non diceret in quo fuerat factum, vt esset mulieri occasio ad hoc manifestandum.

Quare postquam sanata est mulier dicitur, quòd Christus circunspiciebat, vt eam videret.
Quæst. CVI

QVAERATVR quare dicitur Mar. 5. de hac muliere postquam sanata est, ꝙ Christus circunspiciebat, vt videret eam. C

Dicendum, ꝙ fuit hoc, quia ista mulier intenderat sanitatem tacite consequi, & recedere, & ita nunc cũ fuisset sanata incępit recedere, & aliqualiter a Christo elongabatur, & tunc, quia Christus dixit quis me tetigit? circũspiciebat mulierem videre, quasi iã nõ esset sibi propinqua, sic innuitur Luc. 8. s. videns mulier, q non latuit tremens venit, & procidit ante pedes eius, & tñ si esset coniuncta ei non diceretur tremẽs venit, & procidit, sed solũ tremens procidit. Secundo fuit, vt per hoc Christus istam mulierem incitaret ad dicendũ miraculũ. Tertio fiebat pp astantes, vt per hoc Christus magis ostẽderet se hoc vere dicere, ꝙ virtus de illo exierat, cum circunspiceret ad videndum quis D eum tetigerat, & non putaretur simulare dixisse.

Quarto fuit, quia noluit determinare respicere mulierem, vt auferret suspitionem: nam si illam solã respiceret, videretur per hoc innuere ei, quòd ipsa diceret in se factum esse miraculum, circunspiciebat ergo, idest in circuitu aspiciebat ne videretur aliquẽ specialiter designare.

Considerandum autem, quòd Christus faciendo ista, & dicendo ex industria morabatur, vt interim venirent nuncij ad principem Synagogę de morte filię eius, vt sic iam omnes scirent illam esse mortuã, & cum postea viderent eam viuere, appareret, quòd fuerat a Christo suscitata. si autem Christus nihil in his moratus iret ad domum principis, iret antequam E venirent nuncij de morte puellę, & sic non constaret tam aperte de suscitatione eius, sic patet Lucę octauo, scilicet filia fides tua te saluam fecit, & sequitur, adhuc eo loquente venit quidam ad principem Synagogę dicens, quia mortua est filia tua noli vexare illum, sic etiam dicit Chrysostomus in homilia. Considerandum est, quòd propter hoc tardius vadit, & plura loquitur mulieri curatę, vt permittat mori puellam, & sic manifeste fiat resurrectionis demonstratio, & similiter in Lazaro vsque ad diem tertiam mansit, scilicet quia die quarta venit ad suscitandum eum Ioan. 11.

Quare mulier ista curata a fluxu sanguinis volebat, quòd miraculum lateret, & quomodo putauit, quòd posset latere. Quæst. CVII.

QVAERETVR cum dicatur Luc. 8. videns, quia non latuit in quo inuitur, quod volebat latere, idest miraculum istud abscōdere, quare hoc volebat, & quomodo putauit, ꝙ posset latere.

Ad primum dicendum, ꝙ non desiderauit latere, vt virtus Christi esset abscondita, & non daretur laus Deo, quia hoc esset inuidere ei, & odisse illum, sicut Pharisæi, & pontifices Iudæorū vetabāt prædicari nomen Christi. Act. 4. & 5. erat. n. ista mulier valde deuota Christo cū dixerit intra se, si tetigero tantū fimbriā vestimenti eius salua ero. ergo non vellet occultare Christi virtutē. Sed fecit hoc primo propter verecundiam, quia passio sua erat turpis, & sicut antequā curaretur propter verecundiam non petiuit curari, vt dicit Chryso. ita & postquā curata est erubuit dicere se sustinuisse hanc passionem. Secundo fuit propter timorem Christi, nam cum esset tacite curata timuit, ꝙ si postea hoc iudicaret Christus indignaretur, ꝙ tacite surripuisset ab eo curationis beneficium, & patet hoc, quia quando vidit se deprehensam, scilicet ꝙ Christus hoc sciebat procidit timens, & tremens ad pedes eius Mar. 5. & Luc. 8. Tertio fuit propter metū turbarum, quia ipsa immunda existens intrauit inter eos per hoc eos contaminans, si ergo nunc confiteretur immunditiā suā præteritā timuit, ꝙ indignarētur turbę, quia per hoc cōstaret eos fuisse contaminatos ab illa, iō latere voluit, & sic sanitate suscepta iam recedebat, nisi Christus eam tenuisset dicens, quis me tetigit, quia per hoc coacta est confiteri rei veritatem.

Ad secundum dicendū, ꝙ mulier putauit posse latere, eo ꝙ non digne concipiebat de Christo. nā non putabat eum esse Deū, sed esse prophetā aliquē, & iō credidit, ꝙ aliquid poterat eū latere, sicut erat in alijs prophetis, sic patet de Eliseo 4. Reg. 4. nā dixit dimitte illā, quia aīa eius in amaritudine est, & dñs celauit a me, nec indicauit mihi. deinde quia credidit mulier, ꝙ in Christo erat plenissima virtus, ita ꝙ si quis eum tangeret sanaretur ab ęgritudine, & in hoc credebat eum maiorē esse omnibus prophetis. nam nullus vnquam ęgros se tangentes sanauerat quanto magis vestes suas. vñ mortuo filio mulieris Sunamitis, misit Elisæus Giezi puerum suum, vt poneret baculum eius super illum, vt viueret, & tamen baculo posito non reuixit 4. Regum quarto, in Christo autem erat plenitudo virtutis, nam habitabat in eo plenitudo deitatis corporaliter, vt dr̄ ad Colo. 2. & quia deitas est aliquid incompręhensibile debuit ostendere, ꝙ non claudebatur in corpore Christi, sed ēt refluebat exterius in vestes, sic dicit Hilarius magna virtutis dominicę admiratio est cū potestas intra corpus manēs rebus caducis. i. fimbrijs vestimenti efficientiam adderet sanitatis, & vsque in vestium fimbrias operatio diuina ꝓcederet: non. n. cōpræhensibilis erat Deus, vt corpore clauderetur, assumptio namque corporis naturā virtutis non inclusit, sed ad redemptionem nostram fragilitatem corporis virtus assumpsit. Deus ergo huic mulieri istam fidem dedit licet esset imperfecta, vt ꝑ hanc locus esset ad ostendendum plenitudinem virtutis Christi, vt dictū est, & sic mulier putauit posse latere.

An Christus, & turbæ per tactum mulieris immundæ incurrerent immunditiam legalem. Quæst. CVIII.

QVAERETVR cum mulier ista immunda intrauerit inter turbas tangendo multos, & tangendo Christum, an Christus, & illi incurrerent immun-
F ditiam legalem, & an per hoc abstinerent a Sanctuarij ingressu.

Dicendum, quòd non est dubium quin ista mulier polluere posset omnes quos tangeret cum flueret sanguine. & dicitur Leui. 15. quòd mulier, quæ patitur fluxum sanguinis non in tempore menstruali immunda erit, & omne stratum in quo dormierit etiam vas in quo sederit pollutum erit: quicunque tetigerit eam lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua immūdus erit vsque ad vesperum. & tamen isti tangebant mulierem illam cum ipsa tangeret eos ingrediendo inter illos ergo apparet, ꝙ illi fiebant immundi. Alij dicūt, ꝙ nec illi, nec Christus legaliter polluti sunt:
G nam non tetigerunt mulierem, sed solum vestem eius, & ēt ipsa non tetigit Christum, sed solum fimbriam vestimenti eius, vt patet in litera. Dicendum, ꝙ ad contrahendum immunditiā legalē non differebat, ꝙ quis tangeret vestem mulieris, vel carnem eius simplici tactu. Quod dicitur ad differentiam coitus, quia qui coiret cum tali muliere, vel cum fluēte sanguine menstruali erat immundus septem diebus Leui. 15 si tñ alias tangeret carnem eius erat immundus solum vsque ad vesperum. e. c. & eadem immunditia erat si quis tangeret vestem eius, quia ēt tangendo lectum eius, vel sedem in qua illa sedisset incurrebat immunditia e. c. & tñ ista est minor immunditia, ꝗ tangere vestes illius, maxime quia ille, qui tangit aliquem in
H vestibus dr̄ simpliciter tangere eum, iō isti immunditiam incurrerent per hoc, ꝙ ista mulier tāgebat illos.

Alij dicunt, ꝙ non incurrerent isti immunditiam, quia nesciebant an mulier immunda tāgeret eos. Sed dicendum, ꝙ non stat, nam ad hoc, ꝙ quis non incurrat peccatum confert aliquid ignorantia inuincibilis ad hoc tñ, ꝙ non incurrat legalem immunditiā nihil confert ignorantia, quia immunditia non est pctm̄, iō ad ꝯhendum eam sufficit solus contactus rei immundę, & non excusat ab hoc ignorantia, nec violentia, aut inuoluntariū secundū quid, sed si quis nesciens incurreret immunditiā, & postea agnosceret immūditiā, ꝗ incurrit, tenebatur abstinere ab ingressu in Sanctuariū: si aūt nesciret se tetigisse rem immundā, & intraret in Sanctuarium non peccaret. De ignorantia
I patet Leui. 5. s. anima, quæ peccauerit per ignorantiā, & fecerit vnū ex his, quę lege dñi prohibent, & agit ibi de peccato. i. transgressione cęremoniarū ꝑ ignorantiā, quæ nō vocat ꝓprie pctm̄. De violentia, vel inuoluntario simpliciter patet Nu. 6. vbi dr̄ de Nazareo si mortuus fuerit subito quispiam corā eo polluetur caput consecrationis eius, & tñ ꝙ quis moreret subito coram Nazareo eo simpliciter nolente fiebat, incurrebat tñ immunditiā. De inuoluntario s̄m quid patet Leui. 11. vbi agit de animalibus mortuis ꝑ quorū tactum hoīes polluuntur. & si necesse fuerit, vt portet quippiā horū morticinū lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad solis occasum. nihil ergo est, quod excuset ab immunditia ipsum tangentē rē im-
K mundā quantūcunque ignoranter, vel inuoluntarie tetigerit. Idē patet de sacerdote magno tāgēte caprū emissariū. nā immūdus efficiebat, & lauari debebat Leui. 15. & tñ cogebat ipse illud facere, idē de sacerdote cremante vitulam rufam Nume. 19. etiam polluebatur, & sic isti pollucrentur tangente eos muliere immunda, licet illam immundam esse ignorarent.

Dicendum tñ de Chro, ꝙ ēt tangente illum muliere immunda non pollueretur. Primo, quia non subiacebat legi per quam iudicabatur ista esse immunda, quia erat Deus, & etiam, quia lex data erat ab eo, & non poterat obligare ipsum cum lex solum sit ad subditos quibus datur. Secundo, quia etiam si esset purus homo, dum tamen faceret talia miracu-

la ſanando ęgritudines non iudicaretur incurrere immunditiam, cum ipſe immunditias tolleret, & patet hoc a fortiori in leproſo quem ſanauit præced.c.nam tetigit manu ſua lepram eius, leproſus tñ principatum habebat inter oẽs immundos, vñ ipſe primus ponitur inter immũdos, qui iubent̃ eijci de caſtris Numeri 5. Et lex ſtrictius ſe habebat circa eum, q̃ circa alios immundos Leui.14.& 15.ſed ibi Chriſtus non iudicatus fuit ab aliquo incurrere immunditiam, ergo minus hic iudicaretur, cum mulier iſta eſſet minus immunda: etiam, quia non tetigit carnem eius, ſed veſtem, nõ ergo fuit in eo legalis immunditia. De alijs dicẽdum, ꝙ non iudicauerunt ſe incurrere immunditiã, quia cum iſta curatio fieret opere diuino crederent, ꝙ tãgendo illam, quę ſic a Deo curabatur, immunditiam non incurrerent, vñ non curarent lauare veſtimenta ſua, tanquam immundi, ſicut ſi aliàs mulierem iſtam tetigiſſent, polluerentur Leui.15.

Quomodo dixit Chriſtus huic mulieri confide filia, quia iam habebat fidem. Quæſt. C I X.

QVAERETVR quomodo Chriſtus dixit iſti mulieri confide filia, ideſt habe fidem. nam iam habebat fidem, ideo non oportebat, ꝙ hoc ei diceret, Dicendũ, ꝙ põt vno mõ accipi, ꝙ confidere ſit non timere, ita, ꝙ Chriſtus cõfortauit eã dicens, confide.i.non timeas, quia fortes, qui non timent vocant̃ confidentes, & iſtud eſt verũ, quia iſta mulier videns ſe depræhenſam valde timuit, ſicut dr̃ Mar.5.& Luc.8. videns mulier, quia non latuit timens, & tremens procidit ante pedes eius. Chriſtus ergo volens eam confortare dixit, confide filia, ſic dicit Chryſ. in homilia formidoloſa erat hęc mulier, & pp hoc ait confide. Secundo põt accipi, ꝙ Chriſtus dixit confide, i. habe fidẽ: nã licet haberet mulier iſta fidẽ aliq̃ non tñ plenã. nã ex eo, ꝙ putauit poſſe hoc latere Chriſtũ, non habebat plenã fidẽ, & ſic dictũ eſt confide.i.habe fidem, ſ.non ſolũ, ꝙ ego poſſim te ſanare, ſed ẽt, ꝙ nihil poſſit me latere, & ſic dicit Chryſo.in homilia, ſ.nõdum tñ perfectam de Chriſto opinionem habebat, quia nequaq̃ extimaſſet eum latere.

Tertio poteſt accipi confide i.habe perſeuerãtiã in fide, quam iam habere incepiſti, quia aliqui ſunt, qui ad tẽpus credũt, & ad tẽpus diſcredũt infra 13. & Luc. 8. ſic dicit Rabanus, quid eſt, ꝙ eã confidere iuſſit, quę ſi fidem non haberet ſalutem ab eo non peteret? ſed robur, & perſeuerantiam fidei ab ea poſtulauit, vt ad certam, & veram veniat ſalutem. vocauit autem Chriſtus iſtam mulierem filiam, quia iam filia erat p adoptionem, eo quòd credebat. nam per fidem efficimur filij Dei Io.1. dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius, ſic dicit Chryſo. in homilia filiam eam vocat, quia fides eam fecerat filiam.

Quomodo dicitur hic ſanata eſt mulier ex illa hora, cum videatur ante ſanatam fuiſſe. Quæſt. C X.

QVAERETVR quomodo dicitur hic ſanata eſt mulier ex illa hora; nam ante hoc videtur fuiſſe ſanata.

Dicẽdum, ꝙ vere fuit ſanata mulier ante hoc, quia Mar.5.& Lu.8. dicitur, ꝙ confeſtim, vt mulier tetigit Chriſtũ ſanata eſt a plaga ſua. Item patet, q̃a Chriſtus dixit ante, quam loqueretur nunc mulieri, ego noui virtutem exiuiſſe de me Mar.5.& Luc.8. per quod ſignificabat effectum curationis mulieris, ergo ſanata erat ante hoc. Item, quia ſi nondum fuiſſet ſanata nullam cauſam habuiſſet Chriſtus dicendi quis me tetigit, cum per tactum illum nihil fuiſſet tunc factum,

A erat ergo iam mulier ſanata. cum autem dicitur ex illa hora, debet intelligi de hora qua tetigit mulier Chriſtum, & non de hora qua Chriſtus ei iſta locutus eſt, licet inter vtrunque parua fuerit temporis mora, & eſt ſenſus ſaluata eſt mulier ex illa hora, ideſt poſtea, nunquam redijt ęgritudo ad ipſam. ſic dicit glo. Intelligendum eſt ex illa hora ex qua tetigit fimbriã non ex illa hora ex qua Ieſus conuerſus eſt ad eam, iã enim ſalua facta erat, vt alij Euangeliſtę manifeſtę oſtendunt, & ex verbis Domini perpendi poteſt.

Sed obijcietur, quia Mar.5. dicitur vade in pace, & eſto ſana a plaga tua, ergo videtur, quòd ante hoc ſana non erat. Dicendum, ꝙ prius ſana erat, quia ibidem dicitur. ꝙ tetigit mulier veſtimentum Chriſti, & cõ-

B feſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis eius, & ſenſit corpore, ꝙ ſanata eſſet a plaga, ſed ponuntur illa verba ad quandam confirmationẽ ſanitatis iam datę, ſ. eſto ſana a plaga, ideſt placet mihi, ꝙ ſana permaneas a plaga tua, ſic dicit Origenes. eandem ſanitatem, quam aſſecuta eſt mulier ex contactu, verbis cõfirmauit Saluator. Ratio autem huius fuit, quia mulier illa videns depręhenſam ſe timuit, ꝙ forte Chriſtus vellet priuare eam ſanitate conſecuta, eo ꝙ voluerat illam ſurripere furtim nihil petẽs a Chriſto. Et patet iſte timor, quia Luc.8. dicitur, ꝙ mulier videns, quia non latuit tremens procidit ante pedes eius, vt ergo non putaret ſe priuandam ſanitate, Chriſtus timorem ei abſtulit confirmans ſanitatem, dicens eſto ſana a plaga tua.

C

Quomodo Chriſtus dixit fides tua te ſaluam fecit cum illa mulier fidem plenam non haberet. Vbi quòd duplex eſt fides. Et quòd mulier a fluxu ſanguinis curata a Chriſto ſtatuam ei aneam fecit. Quæſt. C X I.

QVAERETVR quomodo Chriſtus dixit fides tua te ſaluam fecit. nam mulier iſta nõ habuit fidem plenam, ſed errabat, quia putabat, quòd poſſet latere Chriſtum iſtud miraculum, & tamen illę, qui errat in aliquo pertinẽte ad fidem, in tota fide errat, nec poteſt quis habere fidem de vno articulo fidei, ſi aliquem eorum diſcre-

D dit, & ita mulier iſta eſſet infidelis.

Dicẽdum, quòd iſta mulier habuit fidem, quę fuit ſufficiens ad ſanitatem obtinendam, vnde & Chriſtus fidem eius laudauit, Quod autem dicitur, quòd non habuit fidem perfectam, poteſt dici vno modo, ꝙ fides eſt duplex. Quędam eſt virtus Theologica qua aſſentimus omnibus credibilibus reuelatis, & per quam fideles vocamur. Alia eſt fides, ideſt confidẽtia, quam quis habet de re, quã petit, vel deſiderat, quòd fiet a Deo, & iſta nõ eſt virtus Theologica, ſed potius eſt quædam gratia gratis data, & iſta eſt, quæ proficit ad operationem miraculorum, & de hac Chriſtus loquitur infra 21. ſi habueritis fidem, & non hęſitaueritis. iſta poteſt eſſe ſine fide per quam vocamur fide-

E les, & econtrario. iſta autem mulier licet non haberet plenam fidem aſſentiendo omnibus, quę de Chriſto credenda erant, habuit tamen plenam fidem, ideſt confidentiam, & iſta eſt, quę ſufficiebat ad conſecutionem ſanitatis: nam dixerat intra ſe ſi tetigero tantum fimbriam veſtimenti eius ſalua ero, & iſtã fidem Chriſtus laudauit.

Secundo poteſt dici loquendo de fide, quæ eſt virtus, ꝙ quando denunciata ſunt certa, quæ credenda ſunt, ſi quis aſſentiat vni articulo, & non alteri de nullo habet fidem, ſed de omnibus habet opinionem, & ideo adhuc eſt infidelis, vel hęreticus: ſi tamen non ſunt adhuc determinata omnia, quæ credenda ſunt quidquid recte credatur, etiam ſi nondum plene, dicitur

citur fidem habere, qui sic credit, & laudabilis est. ita fuit de ista muliere, quia tunc nondum erat notificatū quid determinate de Christo credendū esset, iō quidquid crederet quisque de eo, quod pertineret ad aliquā perfectionem fidelis diceretur, et si solum quis crederet, ꝙ erat ꝓpheta vel vir sanctus, vel ꝙ Deus operabatur p eū. nūc vero, quia determinata sunt omnia, quæ credenda sunt, quisquis crediderit vnū non credendo aliud nihil credit. Tertio potest dici, ꝙ quando quis ex pertinacia assentiendo quibusdam articulis alijs non assentit, dicitur nihil credere. si tamen ex ignorantia aliquid non recte credat, non tollitur quin veram fidem habeat, ita autem ista mulier non plene credebat de Christo, quia ignorabat aliqua, quæ credenda erant. nā deuotio ad credendū non deerat ei, ideo et sic credens fidē habebat, & laudabilis erat.

De ista muliere dicendum, ꝙ pro hoc beneficio sanitatis suscepto a Christo fecit ei statuam æneam in memoriam, sic dicit Eusebius dīt hanc mulierem in Panea, quæ est Cęsarea Philippi de qua fuit oriunda, statuisse triumphos insignes collati sibi beneficij a Saluatore, stabat namque super altam basim ad limina domus eius æneum simulachrum mulieris flexis genibus manibusq; iunctis, quasi precaretur, ex cuius opposito aliud rectū simulachrū ad instar viri eiusdēque materię amictum diploide, & manus versus mulierem extēdens, ante cuius pedes super ipsam basim aliena species plantę orta, quę vsque ad æneę diploidis oram pertingens medicina oīum passionum esse ferebatur, hāc autem statuam dicebant repræsentare Christum, quam Maximus destruxit.

Et cum venisset. Hic ponitur tertium in quo reuertitur Matth. ad narrandum miraculum primum inceptum de suscitatione puellę, & dicitur.

Et cum venisset Iesus in domum principis. Scilicet principis Synagogę vbi puella mortua iacebat: nam mulier de qua supra dictum est in via curata fuit.

Et vidisset tibicines. Isti erant in domo iam plangendo puellam mortuam. *Et turbam tumultuantem.* Idest flentem, & tumultum facientem, sic dicitur Marc.5. videt tumultum, & flentes, & eiulantes multum.

Dicebat recedite. Exclusit enim eos de domo, & suasit non lugere: nam Mar.5. dicitur quid turbamini, & ploratis? *Non est enim mortua puella, sed dormit.* Quasi dicat non habetis causam lugendi, quia puella non est mortua, sed dormit, ideo non lugeatis pro ea, sicut pro mortua. *Et deridebant eum.* Putabant enim, ꝙ ex ignorantia hoc diceret credens puellam adhuc viuere, quam illi sciebant esse mortuam.

Et cum eiecta est turba. Scilicet omnes flentes, & tibicines exclusit, nemo enim mansit ibi, quando suscitauit eam, nisi pater, & mater puellę, & Petrus, & Iacobus, & Ioannes, vt patet Mar.5. & Luc.8. *Intrauit. scilicet in cubiculum in quo puella erat mortua.* Nam iam intrauerat domum, quando turbam exclusit.

Et tenuit manum eius. Quasi iubens ei surgere, vel per hoc excitans eam a somnō. sed Mar.5. dicitur Thabithachumi, & est dictio Hebraica, & idem est, ꝙ puella surge. est enim orano. *Et dixit. puella surge.* Hoc dixit forti voce, scilicet clamans, vt dicitur Luc.8. vocauit autem eam puellam, quia 12. erat annorum Mar.5. & Lucę 8. *Et surrexit puella.* Scilicet statim, vt Christus iussit, vt dicitur Mar.5. & incępit ambulare eodem c. & iussit Christus dari illi cibum Lucę 8.

Et exijt fama hæc in vniuersam terram illam. Scilicet fama de suscitatione puellę, quia magnum miraculum fuit. non enim Christus quenquam ante hoc suscitauerat, ipse tamen iussit patri, & matri, vt tacerent Luc. 8. non tamen potuit occultari, sed mox diuulgatum est.

F *Quare nuncij venientes ad principem Synagogę dixerunt ei mortua est filia tua. noli vexare eum.* *Quæstio.* CXII.

QVÆRETVR quare cum Christus iret ad suscitandum istam puellam nūcij venientes ad principem Synagogę dixerunt ei mortua est filia tua, noli vexare eum Mar.5. & Lucę 8.

Dicendum, ꝙ isti sciebant venisse principem illū ad rogandum Christum, vt iret, & sanaret filiam eius, & quando ille venit filia sua erat in extremis Mar.5. cum aūt mortua est venerunt nuncij ad principē ne amplius vexaret Christum, quia putabāt, ꝙ nō posset eam suscitare, licet potuerat languentē sanare, & quia frustra erat ire illuc eum suscitare non posset illam, di-
G xerunt noli vexare eum. Sed dicetur, vnde mouebantur nuncij ad dicendum hoc, quia sciebant Christum multa miracula fecisse, poterat ergo istud facere?

Dicendum, ꝙ ex quadam ignorantia mouebantur, quia licet vnum miraculum possit esse maius altero quantū ad rem, quæ fit, tñ quantū ad potestatē faciētis non est maius vnū altero. vt ostensum est supra q.18. qui ergo potest vnum miraculum facere potest facere oīa: Iudæi tñ, qui rudes erant putabant, ꝙ posset facere vnum miraculum, & non alterum, sic dr Io.11. vbi cum Iudæi viderūt Christū flentē ꝓ Lazaro dixerunt, non poterat hic, qui aperuit oculos cęci nati facere, vt & hic nō moreretur? & quia putabant suscitationē mortuorū esse maius miraculū alijs crediderūt,
H ꝙ licet Christus alia faceret, nō posset mortuū suscitare. Et ratio huius est, qa nullū mortuū adhuc Christus suscitauerat, iō in alijs miraculis putabant eū hēre potestatem solū. Sed dicetur quō hoc putabant, quia Elias suscitauerat mortuum 3.Re.17. & Elisæus alterum 4.Reg.4. & post mortem ossa sua suscitauerunt alterum mortuum 4.Reg.13.

Dicendum, ꝙ hoc Iudæi nouerāt, & tñ putabant, ꝙ Christus non erat tantę potestatis, quia adhuc nesciebant quis erat, Christo tamen placuit ista dubitatio immo negatio potestatis eius, vt cum immediate suscitaret puellam appareret, ꝙ isti errauerant, & magis confunderentur, & etiam magis admirarentur Christum, vnde ipse ex industria moratus est diu loquens
I cum muliere, vt sic nuncij illi de morte puellę venirent, vt dicit Chryso. in homilia.

Quare Christus dixit principi noli timere, sed tantum crede. Et ad quid sit necessaria fides ex parte nostri cum Christus in nobis miracula operatur. *Quæst.* CXIII.

QVÆRETVR quare, quando nuncij dixerunt principi esse puellam mortuā, Christus dixit noli timere, sed tantum crede. Dicendum, quōd Christus dixit hoc ad confirmandum fidem illius, nam ex fide vocauerat Christum, & quia nunc isti nuncij asserebant mortuā
K esse puellam, & ꝙ Christus non posset illam suscitare, poterat turbari princeps, & deficere in fide, ideo dixit Christus noli timere, idest nō deficias animo quasi ista sit res magna, & non possim eā facere, qa possum, & faciam si credis.

Sed dicetur quare petiuit ab eo fidem. Dicendum, ꝙ non petiuit illam, quasi esset necessaria ad hoc, ꝙ Christus posset suscitare puellam, quia fides nostra, & quæcunque alia opera non possunt adiuuare Deum, sic dicitur Isa.49. quis adiuuit Spiritum domini? quasi dicat nemo adiuuit eum, nec adiuuare potest, sed est necessaria fides in miraculis ex parte nostra ad hoc, quod nos simus dispositi ad recipiendum diuina be-

neficia, nihil aliud est per quod directius disponamur A quàm per fidem cum per eam credimus Deum posse facere quod petimus, & confidamus, quod faciet, vult autem Deus istam fidem ex parte nostra, vt videamur nos aliquid mereri, & non sit totaliter ex fauore operatio miraculorum conferens nobis beneficia, sic dicit Athanasius, fidem Dominus exigit ab inuocãtib' eum, non quia indiget adminiculo aliorum, ipse namque, & Dominus, & largitor est fidei, sed ne videretur ex acceptione personarum sua dona cõferre, ostẽdit, quod credentibus fauet, & ne sine fide accipiant beneficia, & ea per infidelitatem aboleant, vult enim benefaciens durare gratiam, & sanans inconcussum B permanere remedium.

Sed dicetur, cum Christus posset dare isti fidem, immo ipse est, qui illam dat, quare petiuit ab eo fidem dicens crede?

Dicendum, quòd Christus non faciebat quidquid poterat diuinitus facere, quia aliàs non oportuisset, quod aliquid prędicaret cum posset omnes facere bonos per solam inspirationem, sed non facit immo hoc est generale, quod quidquid humanitus per Christum fieri poterat nunquam diuinitus faciebat, sed prædicando, & exhortando verbo, & opere ad bonum incitabat. istum ergo quem verbo poterat ad credendum prouocare admonuit, quod crederet. Secundo est hoc ad instructionem nostram, vt ex charitate proximis nostris præstemus causam bene operandi verbo, & ope- C re incitantes eos, & non relinquamus omnia Deo dicentes, Deus potest eum bonum facere, vel in fide cõfirmare: ipse ergo faciet. nam Deus constituit nos ad hoc faciendum, quia vnicuique mandauit Deus de proximo suo Ecclesiasti. 17. & in hoc quasi Deum adiuuamus, sic dicitur 1. Corinth. 3. Dei adiutores sumus, & etiam dicimur supplere ea, quæ desunt passioni Christi. ad Colos. 1. si igitur Christus, qui Deus erat & poterat nihil dicẽdo isti fidem dare noluit, sed hortatus est eum confidere, a fortiori, & nos conabimur proximos bonos efficere non relinquentes omnia Deo cum nos aliquid facere possimus. Tertio fuit ad ostendendum efficaciam fidei, scilicet, quòd per eam obtinetur operatio miraculorum, quæ deside- D ramus.

Quid erant isti tibicines, & ad quid erant. Quæst. CXIIII.

QVAERETVR quid erant isti tibicines, de quibus hic dicitur, & ad quid erant.

Dicendum, quòd tibicines vocantur tibijs canentes, erant autem nunc hic secundum antiquam consuetudinem Iudæorum: nam ad luctum mortuorum inducebant tibicines, vt ibi canerent, hoc autem fiebat propter duo.

Primo ad augendam tristitiam, quia sicut in melodijs est magna differentia in prouocando passiones, E ita & est in organis musicis sm quod ex cõditione ipsorũ reddunt varię melodię, vnde sunt quædã organa, quę ad irã, & audaciã concitant, sicut tubę bellicę, alia aũt delectationem, & suauitatem, alia aũt solicitudinem, alia dissolutionem, alia vero tristitiam, & fletum, & hmõi erant istę tibię, quibus canebãt tibicines. de hoc patet 8. Pol. sic. n. dicit Ambros. super Lu. more enim veteri tibicines ad excitandos luctus in mortuis ferebantur adhiberi.

Secundo erat propter solennitatem luctus, quia sicut in gaudio est dare festũ, & solẽnitatẽ, ita & in luctu est dare luctũ solennem, & ideo quando exequię functis honorabiles esse debebant adhibebantur tibicines.

A Sed dicet ad quid fit hic mentio de eis? Dicendum, quod ad manifestationem miraculi: quidquid enim poterat facere ad maiorem notificationem istius suscitationis inducunt Euangelistæ, & quia ista puella erat quasi recenter mortua, poterant aliqui dicere, quod non erat vere mortua: ideo ponuntur illa signa, quæ eã vere mortuam ostenderent, & hoc erat, quod iam essent tibicines in domo canentes, & turba lugens: nam istud non fit nisi pro mortuo.

Quare Christus intrans domum dixit ad tibicines recedite. Quæst. CXV.

B

QVAERETVR, quare Christus intrans domũ dixit ad tibicines recedite.

Dicendum, quòd fuit propter multa. Primo ad quandam consolationem hortando, quod non lugerent. s. recedite. i. cessate lugere: nam vbi dr̃ hic recedite dr̃ Mar. 5. quid turbamini, & ploratis? & Luc. 8. dr̃ nolite flere. Secundo fuit, quia istud non cõtteniebat proposito Christi, volebat enim suscitare puellã, luctus autẽ ille tibicinũ pro solis mortuis fit: ideo iussit, quod recederent, quia iam non erat tempus plangendi, & hoc proprie ostendit litera. s. recedite: non est enim puella mortua, sed dormit. i. ite quia sine causa lugetis: nam puella non est mortua: ideo lugendum non est.

C Tertio fuit, quia Christus noluit, quod illi interessent suscitationi puellę: erant enim indigni videre illam, nam irriserant Christum dicentem, quòd puella dormiebat.

An erat verum puellam non esse mortuam & quare dixit hoc Christus. Quæst. CXVI.

QVAERETVR, quare Christus dixit nõ est puella mortua, an verum erat hoc.

Dicendum, quòd puella vere erat mortua, sicut nuncij dixerant antequam Christus veniret in domum: Luc. 8. etiam quia si non esset mortua non canerent iam tibicines, etiam quia si solum dormiret
D frustra Christus illuc intraret, quia sine eo poterat de somno euigilare. erat ergo vere mortua, & tamen dicebatur non esse mortua, sed dormiens, eo quòd immediate suscitanda erat. nam dormiens quandiu dormit parum differt a mortuo, & si sic semper manendum esset non differret dormiens a mortuo, etiam si ille, qui moritur confestim per seipsum ad vitam redire posset, non differret a dormiente, quia tamen dormiens per se euigilabit, mortuus autem nunquam, alterum est dormire, & alterum mori, hæc autem puella confestim resurrectura erat: ideo melius dormire, quàm mortua esse dicitur, & ideo licet secundum communem modum accipiendi istius locutionis erat verum, quòd puella erat mortua, quia tamen propositio est vera, vel falsa ex modo
E accipiendi terminorum, cum Christus acciperet aliter dormire, & mortuum esse, erat vera ista propositio, non est puęlla mortua, illi tamẽ qui irriserũt eũ putauerunt, quòd acciperet secundum modum cõmunem loquendi, & tamen quòd diceret hoc ex ignorantia: ideo irridebant eum.

Cur Christus non dixit puellam esse mortuam vere. Et quare mortui dicantur quandoque dormientes. Quæst. CXVII.

QVAERETVR, quare Christus dixit sic. cum puella esset vere mortua, & cur potius non dixit eam esse mortuam, sicut in veritate erat.

Dicunt quidam, ꝙ hoc fuit, quia Christus voluit occultare istud miraculum quod patet, quia paucos accepit secum, etiam quia dixit patri, & matri puellę vt nulli hoc dicerent, si tamen ipse diceret puella mortua est cum postea appareret viuens constaret, ꝙ eam suscitasset. dixit ergo eam non esse mortuam.

Dicendum, ꝙ non stat, quia non erat intentio Christi, ꝙ aliquod miraculum suum maneret omnino occultum, quia miracula erant ad manifestationem gloriæ Dei, & tamen si vellet omnino illa taceri, non proficerent aliquo modo ad Dei gloriam.

Sed dicendum, ꝙ hoc Christus dixit. Primo ad excludendum turbam: nam noluit, ꝙ essent præsentes suscitationi. & etiam voluit, quòd cessarent a luctu, & tamen si diceret eis, ꝙ puella erat mortua non cessarent, sed potius lugerent: ideo dixit recedite non est mortua.

Secundo fuit ad ostendendum, quòd suscitanda erat, quia ille est vere mortuus, qui in morte manet, qui autem euigilat non videtur mortuus, sed dormiens. vt dictum est præcedenti quæst.

Tertio fuit ad ostendendum facilitatem suscitationis, quia sicut est facile cuilibet suscitare alterum de somno, ita facile erat Christo suscitare mortuum. ideo tales mortuos Christus dormientes vocabat, sic dixit Ioan. 11. Lazarus amicus noster dormit, sed vado, vt a somno excitem eum. sic dicit Chrysosto. per hoc tumultum mentis remouit eorum, qui aderant, & ostendit quoniam facile est ei mortuos suscitare, hoc modo respectu Dei omnes mortui dormientes sunt, quia eos aliquando suscitabit, sic dicit Rabanus puella vobis mortua est, Deo autem, qui suscitare potest, dormit tam in anima quàm in corpore.

Quarto fuit ad erudiendum nos, quòd mors non sit timenda cum Christus vocet eam somnum, idest, facilem mutationem, sicut est somnus, sic dicit Chrysostom. & simul docuit non formidare mortem, quia & ipse erat moriturus, & in aliorum cordibus instruxit discipulos confidere, & viriliter ferre mortem: etenim eo accedente iam mors somnus erat.

Quare Christus non increpuit derisores sui. Quæst. CXVIII.

QVAERETVR cum Christus vera dicens irrideretur nunc, quare non increpuit derisores.

Dicendum vno modo, quòd fecit hoc ex mansuetudine: nam iniurias libenter tolerabat tam in rebus quàm in verbis. 1. Pet. 2. qui cum malediceretur non maledicebat, & cum pateretur non comminabatur.

Secundo fuit propter exemplum, quia ipse dixerat discipulis supra quinto cap. beati estis cum maledixerint vobis homines mentientes propter me. debuit ergo ipse tolerare.

Tertio fuit, quia hoc faciebat ad confirmationem miraculi. nam per hoc, quòd ipse dicebat puella nõ est mortua, & illi irridebant eum asserentes, ꝙ esset mortua, cum postea viderẽt eam viuere non possent negare fuisse eam suscitatam, cum ipsi asseruissent illam esse mortuam, similia enim Christus facere solebat ad confirmationem operum suorum. sic enim suscitaturus Lazarum, licet sciret vbi esset dixit, vbi posuistis eum, & illi dixerũt, fętet iam quatriduanus est, quasi dicat, non cures, nec labores videre eum, quia iam fętet, & ita postquam suscitatus esset non poterant hoc negare fuisse ab eo factum. sic dicit Chryso. in Homilia. Non increpuit derisionem, vt & ipsa derisio, & tibię, & alia vniuersa demonstratio fiãt mortis: quia enim multoties postquam facta sunt miracula

F non crediderunt homines antea eòs conuincit ꝓpriis responsionib', vt & in Lazaro fecit cum dixit, vbi posuistis eum, & dixerunt veni, & vide q̃m fętet, vt non amplius possint non credere quin mortuũ suscitauit.

Aliter potest dici, ꝙ Christus increpuit istos derisores non quidem verbis, sed rebus. nam eiecit eos de domo vt non astarent suscitationi puellæ tanquã indigni, quia irriserant eum, sic dicit Hieron. super Matt. non erant autem digni, vt viderent ministerium resurrectionis, qui suscitantem indignis contumeliis irridebant. Aliter etiam posset dici, quòd Christus nõ redarguit eos tunc ne esset locus contentioni in verbis. illi enim sciebant puellam vere esse mortuam. vn-
G de si Christus irrisus ab eis assereret rursus puellam non esse mortuam, illi magis eum irriderent. ideo nõ erat opus verbis contendere, sed re ipsa se verum dixisse ostendere, & ita fecit.

An solum Petrus, Ioannes, & Iacobus iuerint cum Christo ad domum principis, vel etiam alij. Et quare Christus dimisit nouem de discipulis a se. Quæst. CXIX.

QVAERETVR de istis tribus discipulis Petro, & Ioanne, & Iacobo, an isti soli iuerint ad domum Principis cum eo, vel etiã alij discipuli.

Dicendum, ꝙ manifestum est istos solos
H cum Christo intrasse ad cubiculum, vbi iacebat puella mortua: Lucæ 8. & tamen an soli cum eo iuerint non apparet, quia Mar. quinto, videtur innui, ꝙ soli isti iuerunt cum eo in domum principis. f. & non admisit quenquam sequi se, nisi Petrum, Iacobum, & Ioannem.

Aliqui dicunt, ꝙ omnes discipuli iuerunt cum eo vsque ad domum principis comitando, ibi autem elegit istos tres, vt secum intrarent. sic innuitur Lucæ 8. f. & cum venisset ad domum non permisit intrare secum quenquam, nisi Petrum, Iacobum, & Ioannem, & patrem, & matrem puellæ: ergo ibi segregauit eos a cęteris, & non in via.

Dicendum, ꝙ Christus antequam veniret ad do-
I mum principis relictis cęteris discipulis fecit secum ire istos tres. nam cum esset in via curauit mulierem fluentem sanguine, & dum loqueretur cum ea venerunt nuncij ad principẽ dicentes: mortua est filia tua noli vexare illũ Lu. 8. & tunc Chr̃s fecit ꝙ tota turba, q̃ ibat cum eo recederet, & ẽt oẽs discipuli eius pͥter istos tres, vt patet Mar. 5. f. adhuc eo loquente veniunt ad Archisynagogum dicentes filia tua mortua est. Iesus aũt audito verbo, dixit ei, noli timere, & nõ admisit quẽquã sequi se, nisi Petrũ, Iacobũ, & Ioannẽ, & sic in via segregauit a se oẽs, & patet, quia sequi respectu vię dr̃, ẽt quia postea dr̃, & veniunt in domũ Archisynagogi: ergo prius segregauerat illos tres q̃ veniret in domum Archisynagogi, etiam quia postea dicitur ipse vero eiectis omnibus assumpsit patrem, & matrẽ
K puellæ, & qui secum erant, & ingrediuntur vbi puella erat iacens, & sic videtur, ꝙ iam erant segregati discipuli isti a cęteris cum dicatur, quòd assumpsit eos, qui secum erant, scilicet, omnes, & tamen soli tres introierunt Luc. 8. ergo quando Christus venit ad domum principis non erant cũ eo, nisi isti tres discipuli, & omnes isti tres introierunt, & ista est veritas, fecit autem Christus hoc propter occultationem miraculi puellæ suscitandæ: nam antequam curaret mulierem sanguine fluentem in via permisit turbam secum venire, vt miraculum illud notificaretur corami toto populo, sic dicitur Lucæ octauo, videns mulier, quia non latuit tremens procidit ante pedes eius, & ob quam causam tetigerit eum indicauit corã omni

populo,

populo, miraculum tamen sequens de suscitatione A puellæ nolebat manifestari cum dixerit patri, & matri puellæ, vt nemini dicerent: Mar. quinto, & Lucę octauo, eiecit ergo a se turbam, vt non irent cum eo, & etiam nouem de discipulis suis: nam si irent vsque ad domum principis ibi eiecturus esset eos, fuit autem honestius, quòd in via eos a se dimitteret quàm postea in domum peruenientes a se eijceret: reliquit ergo eos in via.

Et hoc fuit propter duo. Primo, quia Christus volebat aliqualiter miraculum istud occultare, magis tamen occultaretur istos in via dimittendo quàm si in domum peruenirent, quia ibi viderent tibicines, & turbam tumultuantem, quæ erant notissima mortis argumenta, & cum postea viderent puellam viuere, manifestum esset, quòd fuisset suscitata. B

Secundo fuit propter honestatem: nam si turbæ comitatę fuissent Christum vsque ad domum principis, videbatur quasi inhonestum, quòd postquam ei honorem impendissent comitando illum expelleret eos a se non permittendo assistere illi miraculo quod videre cupiebant, quòd autem in via eos dimitteret non erat inhonestum, quia releuabat eos a labore, & recusabat honorem ab eis vltra suscipere, dimisit ergo eos in via, & cum eis nouem de discipulis suis.

Cum autem obijcitur, quòd Lucæ octauo, dicitur cum venisset ad domum non permisit intrare C secum quenquam, nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & patrem, & matrem puellæ. Dicendum, quòd intelligitur de illis, qui erant tunc in domo, ibi tamẽ non erant de discipulis, nisi tres; erat tamen ibi multa turba tibicinum, & flentium, de illis neminem permisit secum intrare.

Quare Christus istos tres solos secum accepit. Vbi etiam prærogatiuæ explicantur, quas eis Christus post mortem concessurus erat. Quæst. C X X.

QVAERATVR, quare istos tres solum accepit secum.

Dicendum, quòd Christus solitus erat quãdo faciebat aliquid, quòd nolebat esse publicum accipere istos tres. ita enim fuit nũc, vt patet Mar. quin D to, & Lucæ octauo, sic etiam fuit in transfiguratione, infra decimoseptimo, & Mar. nono, & Lucæ nono, ita etiam fuit instante morte quando voluit ostendere angustiam spiritus sui: nam istos tres accepit, & coram illis cępit tędere, & pauere, & męstus esse infra vigesimosexto, & Mar. decimoquarto. Alij autem ad talia secreta nunquam recipiebantur. Causa autem, quare tres erant, fuit quia Christus coram istis volebat aliqua facere, quæ ad tempus secreta essent, & postea publicarentur, sic patet infra decimoseptimo, cum dixit Christus istis tribus de transfiguratione quam viderant, nemini dixeritis visionem quousque filius hominis a mortuis resurgat. vt ergo rem E possent occultare pauci erant, & non tota turba discipulorum Christi, quia tamen istud aliquando reuelandum erat, oportebat eos esse tot, vt testimonium de iure perhibere sufficerent, & quia sm legem in ore duorum, vel trium testium stat omne verbum Deut. 19. assumpsit Christus tres, vt testimonium sufficiens esset, & per istos tres reuelabatur tempore suo omnibus quod factum erat, quia sic Christus iusserat infra 17. Cum autem quæritur, quare istos tres, dici potest vno modo, quòd isti erant cęteris digniores in meritis, & ideo istos eligebat.

Secundo, quia Christus volebat ea, quæ coram paucis faciebat occulta manere ad tempus, vt dictum est, A noueratautem ipse istos tres constantiores ad secretum firmiter seruandum: nam dum fuerunt cũ Christo discipuli, quia nondum erant confirmati per Spiritum sanctum, sed poterant peccare, & aliquando peccabant, vt dictum est præcedanti capit. q. 82. & 83. erant aliqui firmiores ad secretum seruandũ quàm alij, si autem fuisset post Spiritum sanctum datũ omnibus indifferenter ista cõmitti poterant, quia qlibet eorum sufficiebat ad maiora non tamen nunc: ideo nunc non eligebat, nisi istos tres.

Tertio fuit, quia Christus habebat istos tanquam tres vertices Apostolorum, & per hoc, quòd eos a cęteris segregabat volebat ostendere, quòd post mortem suam isti deberent esse inter cęteros præcipui.

B Quarto fuit, vt per hoc Christus cęteros, qui minùs perfecti erant alliceret, vt anhelarent ad maiorem perfectionem, vt mererentur esse apud Christum tales, sicut illi tres, de hoc dicit Chrysostom. cęteros autem discipulos non assumpsit prouocans eos ad appetitũ maiorem, & propter id quoque, quòd nondum erãt plene dispositi, & alij, vt istos imitentur, sic etiam dicit Theophilus, solos autem hos intromisit tanquã discipulorum vertices, & potentes miraculum occultare: non enim volebat ipsum ante tempus pluribus reuelari.

Quinto fuit, quia istis tribus speciales prerogatiuas inter cęteros Christus post mortem cõcessurus erat, C ideo voluit viuens differentiam aliquam eorum a cęteris ostendere. Petro enim datus est vniuersalis Episcopatus, scilicet, pasce oues meas. Ioan. 21. quòd expresse alijs non dictũ est, licet & cęteri oues Christi pascerent, sed significata fuit in hoc quædam principalitas Petri ad alios. Etiam Petro specialiter de clauibus ligandi, & soluendi dictum est, infra decimosexto, licet nõ ei soli, sed oĩbus Apostolis, immo toti Ecclesiæ datę sunt, vt patet ĩ. 18. s. quodcunq; solueritis super terrã &c. fuit tñ aliqua ostẽsio dignitatis, quòd Petro soli aliqñ hoc diceret. de quo ĩ. 16. dicet. Ioãni aũt singularis prerogatiua cõcessa est. nã ei soli concessit Chr̃s matrẽ suã custodiendã, & nõ solũ fecit eũ custodẽ, sed vt filiũ dicens. mulier ecce filius tuus, & Ioãni dixit: ecce mater tua. Io. 19. in hoc aũt fuit excellentia D Ioannis ineffabilis, quòd Chr̃s cõmitteret ei esse filiũ matris suæ. Iacobo aũt fuit ɔcessus principatus in martyrio: ipse. n. primus oĩum Apostolorũ occisus est, vnde manentibus oĩbus Apostolis in Iudęa occisus est ab Herode Act. 12. cęteri vero adhuc manebant, & inde per orbẽ dispersi sunt. Sexto fuit, vt aliqui volunt ex quadam affectione quam Chr̃s ostendere voluit cognatis suis: nã Iacobus, & Ioannes cognati eius erant: ideo dicũt, quòd istos præcipue elegit. Ista tñ non vr̃ sufficiens rõ, quia alij erant ibi de cognatis Dñi. s. Iacobus Alphęi, quem Apostolus vocat fratrẽ Dñi ad Gala. 1. & Petrus non erat de cognatis Christi, Petrum tñ pręcipuũ fecit, & Iacobũ Alphęi in hoc numero non posuit, non tñ est hoc credẽdum fuisse quasi Iacobus in E merito esset minor, cũ iste fuerit admirandę sanctitatis, ita vt p excellentiã Iacobus iustus vocaret̃, sed pp alias causas. Et pręcipue ne Chr̃s videret̃ ex acceptione psonarũ oĩa facere. nam si tres de cognatis suis ad istã singularitatẽ eligeret etiã si meritis essent cęteris maiores cũ hoĩes non videãt, nisi q̃ extra apparent, & Deus solus intueat̃ cor. 1. Reg. 16. putarent videntes, quòd Christus ex sola carnis affectione faceret cognatos suos cęteris proponẽs, dissoluit aũt Chr̃s istã murmurationis cãm cũ ipsum Petrũ, q ad cognationem eius nõ pertinebat pręcipuũ fecerit, cognatis suis pponẽs illũ. nã Petrus semper in oĩbus prior est. Septimo, vt aliqui putant fuit propter ordinem vocationis, quia isti ante cęteros Apostolos vocati sunt.

Sed dicendum, ꝙ non ſtat, quia tunc Andreas fuiſſet vnus de tribus: ipſe enim & Petrus ſimul vocati ſunt ante omnes, & poſt eos vocati ſunt Iacobus, & Ioannes ſupra quarto, & Mar. primo, verum eſt ergo quòd prioritas vocationis aliquid contulit, quia iſti tres ſunt de primis vocatis: non tamen fuit iſta tota cauſa, quia fallit in Andrea: ideo fuerunt cauſę pręcedentes.

Octauo quantum ad iſtam ſegregationem ſpecialiter fuit cauſa propter turbas, vt non videretur eas cõtemnere, quia in via fecit eas a ſe recedere quando nunciatum eſt mortuam eſſe filiam principis, vt dictum eſt præcedenti q. & vt non eſſet ita moleſtum turbæ, quòd dimitterentur a Chriſto quaſi deſpiceret eos, dimiſit etiam nouem de diſcipulis ſuis, quos deſpicere non erat veriſimile, vt ſic turba ęquanimiter ferret credens non fuiſſe factum ex deſpectu, ſed ex aliqua iuſta cauſa, & hic incępit Chriſtus ſegregare iſtos tres a cęteris: nam ante hoc nunquam legitur ſegregaſſe.

Conſiderandum autem, quòd ſicut Chriſtus iſtos tres a cęteris ſegregabat, ita etiam inter cęteros maiora amoris ſigna eis oſtendebat, & etiam ipſi maiorem confidentiam ad Chriſtum habebant audentes ei familiarius loqui quàm cęteri, de Petro patet, quia dicitur Lucæ octauo, quando Chriſtus dixit, quis me tetigit, quòd Petrus dixit, pręceptor, turbæ te comprimunt. Etiam quando Chriſtus ambulauit ſuper aquas ſolus Petrus petiuit, quòd iret ad eum ſuper aquas, & ſolus iuit infra decimoquarto. Etiam in paſſione Chriſti dicente ipſo omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. dixit Petrus, & ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego non ſcandalizabor, infra vigeſimoſexto, & Mar. decimoquarto. Etiam quando ante transfigurationem Chriſtus dixit diſcipulis, quòd occidendus eſſet in Ieruſalem, ſolus Petrus ſegregans Chriſtum a cęteris dixit ei, abſit a te Domine nõ erit tibi hoc, infra decimoſexto, & Mar. nono. De Ioanne, & Iacobo patet, quia ipſi, & mater ſua loco eorum petiuerunt a Chriſto, quòd vnus eorum ſederet ad dexteram eius, & alius ad ſiniſtram in regno ſuo infra vigeſimo, & Marc. decimo, & hoc autem non erat, niſi quia confidebant, quòd propter magnam familiaritatem, quam Chriſtus eis oſtendebat concederet, etiam hoc aliàs non peterent ſi timuiſſent ſe repellendos. Chriſtus etiam intantum oſtendebat iſtis tribus ſigna amoris ſuper cęteros, ꝙ aliquando ſcandalizabantur alij. Nam Chriſtus dixit Petro quando petebatur tributum ab eo ſolue pro me, & pro te infra decimoſeptimo, & immediate, ſcilicet, infra decimooctauo, in principio diſcipuli incęperunt contendere quis eorum maior eſſet, & hoc quia ex verbis Chriſti acceperant occaſionem, ad hoc etiam quando mater Ioannis, & Iacobi, & ipſi petiuerunt a Chriſto ſedere ad dexteram, & ad ſiniſtram, indignati ſunt cęteri, infra 20.

Quare Chriſtus eiecit totam turbam de domo, ita vt ſolos tres diſcipulos, & matrem & patrem puellæ intrare permitteret. Et quid agendum quandoque ne inuidi occaſionem maioris inuidentiæ capiant.

Quæſt. CXXI.

QVAERETVR, quare Chriſtus eiecit totam turbam de domo, ita vt ſolos Petrum, Iacobum, & Ioannem, & patrem, & matrem puellæ intrare pmitteret, Mar. 5. & Lu[illegible]. Dicendum, ꝙ Chriſtus voluit miraculum iſtud aliqualiter eſſe occultum: ideo voluit paucos adeſſe, qui tacere poſſent. Et hoc faciebat. Primo pp inuidiam Iudæorum ne per hoc eis daret̃

F maior occaſio perſequendi eum ante tempus. ſic dicit Theophilus, hos ſolos introduxit tanquam potentes miraculum occultare: non enim volebat ipſum ante tempus pluribus reuelari, forte pp inuidiam Iudæorum. Secundo fuit, vt erudiat nos ex operibus noſtris gloriam hoĩum non quęrere, ſed ſoli Deo velle placere ſupra 6. & quanto fuerint opera noſtra meliora tanto minus de eis gloria quærenda eſt, quia nunc Chriſtus ſuſcitaturus mortuam (quod putabatur eſſe maximum miraculum) occultum eſſe voluit.

Tertio fuit, vt etiam innuat, ꝙ ſi aliquã nos velimus miraculorum opera facere, quæ ex fide poſſumus infra 17. & 21. non ſimus coram multitudine, quia forte

G inſurget nobis elatio ex concurſu plebis, & fides debilitabitur, & non poterimus facere miraculum, de his duobus dicit Theophilus, mortuam aũt ſuſcitaturus eiecit omnes, quaſi nos docens abſque inani gloria eſſe, & nihil ad demonſtrationem facere, & ꝙ cum quis debet miracula perpetrare, non decet ipſum eſſe in medio plurimorum, ſed ſolitarium, & ab alijs ſeparatum. Quarto fuit, vt innuat, ꝙ per opa noſtra bona non debemus inimicis occaſionem maioris odij tribuere: ſiquis enim ſciat, ꝙ inimici ſui grauiter inuident ei pp excellẽtiam bonorum operum, melius eſt, ꝙ opera bona ſua ad tempus occultet ne maioris odij occaſionem tribuat. ita dicit Theophilus, ſic & cum quis nobis inuidet non debemus iuſti-

H tias noſtras ei reuelare, ne malorum inuidiæ occaſio tribuatur, ſed hoc verum eſt de operibus, quæ non ſunt neceſſario in publico facienda, ſicut ire ad Eccleſiam, & ſimilia, quia a neceſſarijs non eſt deſiſtendum propter ſcandalum ęmulorum, etiam ſi ſint talia opera, quæ ſine ſcandalo bonorum omitti non poſſunt, vt ſiquis ſolitus erat publice facere aliqua bona, quæ non erant ſimpliciter neceſſaria, vt prædicare, vel docere, ex omiſſione tamen illorum ſcandalizarentur boni, non eſt ceſſandum ab eis, etiam ſi ęmuli valde inuideant, quia boni ſcandalizandi non ſunt infra decimooctauo, potius ergo attendendum eſt ne ipſi ſcandalizentur quam ne æmuli ſcandalizẽtur, ſi vtrunque euitari non poteſt.

I Quinto fuit, quia ſi Chriſtus vellet iſtud miraculũ nunc publice facere oportebat, quòd tibicines, & turbam flentem reciperet, quia nulli alij tunc ibi erãt, indignum tamen erat, vt iſti permitterentur videre reſurgentem quam diffidentes tanquam mortuã lugebant. ſic dicit Chryſoſtom. nota, quòd deflentes excluſit a domo, indignos enim oſtendit huiuſmodi viſionis.

Sexto fuit, quia iſtæ turbæ irriſerant Chriſtum quãdo dixit non eſt puella mortua, ſed dormit, non erat ergo dignum, ꝙ adeſſent ſuſcitationi, ſic dicit Hiero. ſuper Matth. non enim erant digni, vt viderent myſterium reſurrectionis, qui reſuſcitantem indignis contumelijs irridebant. non ergo permiſit alios eſſe præſentes.

K

Quare Chriſtus voluit patrem, & matrem adeſſe. Et quòd videre transfigurationem Chriſti fuit quędam inchoata fœlicitas. Quæſt. CXXII.

QVAERETVR, quare voluit, quòd pater, & mater puellæ adeſſent.

Dicendum, quòd hoc voluit, vt haberet teſtes huius miraculi: nam licet nolebat hoc facere pręſente multitudine, ne Phariſęorum inuidiã magis irritaret, nec tñ voluit prorſus eſſe abſconditum ne omnino ignoraretur, ſed ita paucis præſentibus fecit, vt non omnino diuulgaretur, & ita aliquibus aſſtãtibus ne penitus ignoraretur. voluit ergo teſtes adhibere.

Sed

A Sed dicetur, quòd ad hoc sufficiebant Petrus, Iacobus, & Ioannes, quia in ore duorum, vel trium testium stat omne verbum, idest, plena probatio de omni verbo, quod affertur, vel negatur: Deuter. 19.

Item quia Christus in aliis rebus adhibuit istos tres solos in testes, vt in transfiguratione, infra 17. & Mar. 9. & Luc 9. & in tristitia quam ostendit instante passione, infra 26. & Mar. 14. Ita ergo sufficerent hic; quia grauior res erat, & maioris periculi transfiguratio si negaretur quàm suscitatio istius puellæ: nam negata suscitatione ista constabat adhuc Christum suscitasse mortuos, quia filium viduæ in vrbe Naym publice suscitauit Lucæ 7. & Lazarum etiam publice Ioan. 11. negata tamen transfiguratione facta coram his tribus nulla alia erat, quia Christus semel tantum transfiguratus est. B Etiam quia cognitio transfigurationis fuit nobis valde necessaria, quia ibi fuit ostensa tota imago futuræ gloriæ propter quam omnia agimus. si ergo per istos tres constare potuit de transfiguratione potuit a fortiori constare de puellæ suscitatione.

Dicendum, quòd de iure sufficiebant isti tres, & tamē in præsenti non fuit conueniens, quòd soli essent; sed quòd adhiberentur etiam alij testes extranei. Et hoc primo propter suspitionem tollendam, quia si soli discipuli fuissent ibi, Iudæi æmuli nollent credere puellam esse suscitatam dicentes non esse testes idoneos, sic dicit Chryso. assumpsit parentes in testes nè quis dicere posset fallax esse resurrectionis indicium.

Secundo fuit ad tollendum suspicionem circa modum suscitandi. C nam dato, quòd puellam suscitasset poterāt dicere Iudæi, quòd fecisset hoc per aliquas cęremonias dæmonum. nam sicut alia miracula Christi dæmonibus attribuebant dicentes, quòd in Beelzebub eijciebat dæmonia, infra in litera, & infra 12. ita, & istud possent dæmonibus attribuere, quia qui potest facere vnum miraculum potest facere omnia, vt ostensum est, supra q. 18. esset etiam Iudæis ad hæc occasio si Christus in occulto faceret, quia dicerent, quòd ibi dæmones inuocauerat, voluit ergo habere testes extraneos, vt illi testificarentur quid Christus fecisset suscitando puellam.

Ad primum in contrarium dicendum, quòd de iure sufficiebant isti tres, & tamen quia erat adhuc locus suspitioni, vt illa auferretur, debuerunt accipi testes D extranei.

Ad secundum dicendum, quòd ad transfigurationem probandam sufficiebant isti tres, verum est tamē quòd firmior probatio fuisset si plures ibi stetissent tam de discipulis Christi quàm de extraneis, noluit tamen ibi Christus plures adesse ne res publicaretur, quia maius erat damnum si propter multitudinem res publicaretur quàm si propter paucitatem testium (qui tamen de iure sufficiebant) res non esset tam nota. Quare tamen nulli extranei fuerint in transfiguratione, & quare soli tres discipuli dicetur, infra 17. capit. hic autem ecōtrario erat, quia etiam si extraneis hæc videntibus res aliqualiter diuulgaretur, non erat tan- E tum præiudiciū, sicut si diuulgaretur suscitatio puellæ, etiam quia nemo extraneorum erat dignus videre transfigurationem, sicut poterant aliqui esse digni videre illam suscitationem: nam videre erat solum quædam admiratio videndo suscitationem, videre tamen transfigurationem erat quædam inchoata fœlicitas, quia ibi erat imago gloriæ futuræ, vnde Petrus repletus ineffabili gaudio ex hac visione dixit, Domine bonum est nos hic esse infra decimoseptimo, soli ergo discipuli debuerunt esse ibi, & non omnes, sed pauci, sicut fuerunt, scilicet, tres.

Quare in suscitatione puellæ potius erant pater & mater eiusdem quàm alij extranei.

Quæst. CXXIII.

QVAERETVR cum necesse esset in hac suscitationes præter Apostolos etiā aliquos testes extraneos, quare potius fuerunt ibi pater, & mater puellæ quàm alij, quia quicunque ibi essent sufficerent ad istam probationem faciendam.

Dicendum, quòd debuerunt pater & mater interesse potius quàm alij. Primo, quia ad eos pertinebat magis quàm ad alios de vita filiæ suæ esse solicitos, qa erant pater, & mater.

Secundo, quia testimonium istorum erat minus suspectum quàm aliorum, quia si alij extranei, ad quos non pertinebat interfuissent, poterant illi aliqd mentiri, vt Christo fauerent, de patre autem, & matre non erat hæc suspitio, quia illi solum attendebant ad salutem, & vitam filiæ suæ, ideo ipsis magis crederetur.

Tertio fuit, quia si de aliis extraneis ibi interessent aliqui essent de tibicinibus, vel de turba flente, isti tamen non merebantur videre suscitationem, quia de vita puellæ diffidebant iam eam tanquam mortuā lugentes, & ob hoc exclusit eos Christus, vt dicit Chrysost. parentes autem saltem pater fidem habebant: ideo debuerunt ipsi, & non alij recipi ad hoc videndum, patet hoc Luc. 8. quia nunciis dicentibus principi filiam mortuam dixit Christus noli timere, sed crede tantum, & salua erit.

Quarto fuit, quia reliqua turba, quæ in domo erat indigna erat hoc videre, quia Christū irriserant quando dixerat non est mortua puella, sic dicit Hierony. non erant digni, vt viderent mysterium resurrectionis, qui resuscitantem indignis contumeliis irridebāt.

Quinto fuit, quia parentes puellę iuerant, scilicet, pater eius: videbatur ergo iniustum, quòd ipse excluderentur. Etiam quia non erat honestum, quòd in penetralia domus istius principis intraret quisquam eo non manente ibi. Etiam vt non putarent parentes puellæ circa ipsam mortuam aliqua indebita cōmitti, vel de quibus ipsi iuste tristarentur, potius ergo ipsi quàm alij interesse debuerunt.

Ad quid opus fuit aliquos discipulos adesse cum parentes adessent ad puellæ suscitationem. Et quare Apostoli sint, & merito dicatur principes Ecclesiæ.

Quæst. CXXIIII.

QVAERETVR cum parentes puellæ adessent huic suscitationi ad quid opus fuit aliquos de discipulis Christi ibi adesse.

Dicendum, quòd fuit conueniens. Primo propter ipsorū fidem: nam Chrs faciebat miracula, vt fidem de se causaret, & tamen fides erat magis necessaria in discipulis Christi quàm in aliis, cū ipsi futuri essent columnę Ecclesiæ ad Galat. prima, & principiū omnis creaturæ, siue primitiæ, scilicet, in fide ad Roma. octauo: ergo ipsi debuerunt interesse, vt fides in eis confirmaretur per hoc miraculum, sic dicitur Ioan. 2. quando Christus vertit aquam in vinū hoc fuit initium signorū, & crediderunt in eum discipuli eius, scilicet, quia viderunt illud signum.

Secundo fuit ad dandū eis confidentiam de se, qa videntes Christum suscitare mortuos iam nihil dubitarent ipsum posse facere.

Tertio fuit ad hoc, quòd auferret eis timorem mortis: nam sicut Iosue fecit, quòd ponerent pedes suos principes Iudæorum super colla quinq; Reg. Chananęorum,

neorum, vt iam non timerent Chananæos Iosue 10. ita Christus nunc coram discipulis mortuam suscitauit vocans mortem somnum, ostenditque eis non timere mortem, quæ erat ita facilis, sicut somnus. sic dicit Chrysostom. docuit non formidare mortem, qa & ipse erat moriturus in aliorum cordibus instruxit discipulos confidere, & viriliter ferre mortē: etenim eo accedente iam mors somnus erat.

Quarto, & principaliter fuit, vt discipuli possint hoc testificari: nam ipsi prædicaturi erant omnia gesta Christi: ideo oportebat, quòd cum totus mundus crediturus eis esset, quòd ipsi haberent firmissimam certitudinem de hoc, nō potest autem esse maior quàm per visum: ideo decuit, quòd ipsi viderēt ea, quæ prædicaturi erant, & non mendicarent fidē a Iudæis, & ita ipsi ostendentes, quòd deberet eis credi in illis, quæ dicebant de Christo, asserebant se vidisse omnia. sic dicitur prima Ioan. primo, quòd vidimus, & oculis nostris perspeximus, & manus nostræ tractauerunt de verbo vitæ testamur, & annunciamus vobis, sic etiam dicitur Actuum decimo, hūc suscitauit Deus a mortuis, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo, nobis, qui manducauimus, & bibimus cum illo postquam surrexit a mortuis. debuerunt ergo interesse suscitationi discipuli.

Sed dicetur, quòd eadem ratione omnes Apostoli debuerant interesse, quia omnes prædicaturi erant gesta Christi.

Dicendum, quòd non oportuit omnes interesse, quia tunc non solum Apostoli, sed etiam 72. discipuli interesse debuerunt, quia etiam istos Christus misit ad prædicandum Lucæ nono, sed oportuit aliquos de Christi discipulis interesse ibi, vt ab eis ceteri discipuli certitudinem de hac re accipere possent, & non oporteret eos mendicare fidem a Iudæis. nam cum Apostoli fuerint principes Ecclesiæ, debuit in eis esse status in fide, idest, quòd fides illorum non dependeat a fide aliorum, quia cum Ecclesia consistat in fide, illi a quibus Apostoli fidem accepissent dicentur potius esse principes Ecclesiæ quàm Apostoli. ergo ipsi non debuerunt ab alijs fidem accipere, sed quòd in eis sit status. hoc autem est, quòd ipsi per se viderint, & a Christo audierint ea, quæ ad fidem pertinent, & tunc ipsi essent, in quibus primo est fides. nam in Christo nō est fides, sed dixit ea, quę ad fidem pertinebant, quæ in eo erant per claram visionem, in nobis autem sunt per fidem, non tamen fuit necesse, quòd omnes Apostoli immediate omnia a Christo acceperint videndo, vel audiendo, sed ꝙ non acceperint ea ab alijs, qui non erant Apostoli, sed Apostoli essent primi, q ista a Christo acceperūt. Quod tamē vnus Apostolus ab alio acciperet nō erat inconueniens, sicut, & nos ab ipsis accepimus.

Quare Christus voluit nunc habere testes huius suscitationis. Quæst. CXXV.

QVAERETVR, quare Christus voluit nunc habere testes suscitationis huius. Nam Elias, & Elisæus, qui mortuos suscitauerūt nullos testes sibi adhibuerunt, sed potius se in cubiculis incluserunt quando ista fecerunt 3. Reg. 17. & 4. Reg. 4.

Dicendum, ꝙ fuit propter duo. Primo, quia illi nō suscitabant mortuos ad aliquid probandum, sed solū ad benefaciendum. Nam Elias condolens viduę Sareptanæ, quæ pascebat eum, suscitauit filium eius, & ita dixit orans, Domine Deus meus etiam ne viduam apud quam ego sustentor afflixisti, vt interficeres fi-

F lium eius. tertio Regum decimoseptimo, Elisæus similiter compatiens mulieri Sunamitti. quarto Reg. quarto: ideo testibus non egebant. Christus autem miracula faciebat principaliter ad ostendendum virtutem suam, scilicet, vt sciretur, ꝙ erat Messias, & ꝙ erat De⁹, & crederetur in eum, sicut ipse dixit. opera, quæ ego facio testimonium perhibent de me, idest, facio illa ad perhibendum testimonium de me: indigebat ergo Christus testibus miraculorum suorum.

Secundo fuit, quia Elias, & Elisæus in suscitatione mortuorum fecerunt aliquas ceremonias, quas non erat honestum videri dum fiebāt, scilicet, quia Elias expandit se, & mensus est tribus vicibus super puerū
G mortuum. tertio Regum decimoseptimo, Elisæus autem incubuit super puerum, posuitque os suum super os eius, & manus suas super manus eius, & incuruauit se super eum manens sic, quousque calefacta est caro pueri, & tunc surgens deambulabat per domum huc, & illuc, & iterum ascendit, & incubuit super puerum, sicut prius, & oscitauit septies, aperuitque oculos 4. Regum 4. hoc autem non erat honestū fieri videntibus aliquibus, & ideo non solum nullos testes isti habere voluerunt, sed etiam excluserunt a se omnes intrantes in loca secreta, sic dicitur de Elia tertio Regum decimoseptimo, quòd tulit puerū de sinu matris eius, & portauit in cenaculū, vbi ipse manebat, de Elisæo dicitur quarto Regum quarto, ꝙ in
H gressus clausit ostium super se, & super puerum, scilicet, vt nemo interim intrare posset, qui videret qd ipse faceret. Christus autem nullas ceremonias fecit suscitando puellam, quas inhonestum esset videri, quia solum apprehendit manum eius, & dixit puella surge, vt patet hic, & Mar. quinto, & Lucæ octauo: ideo potuit conuenienter testes sibi adhibere.

Tertio fuit, quia Elias, & Elisæus, per magnam orationem obtinuerunt suscitationem mortuorum: nam Elias ter orauit, & ter incubuit super puerum. tertio Regum decimoseptimo, Elisæus autem bis orauit, & bis se incuruauit super puerum quarto Regum quarto, oratio autem ista debebat esse multum attenta, quia erat pro re altissima, vt impetrare possent, ideo debebant abstinere ab omnibus, quæ impe
I diunt attentionem, sic autem est præsentia multitudinis circunfusę: ideo debebant orare solitarij manentes, sicut Christus admonuit supra sexto, scilicet, tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuū, & clauso ostio ora patrem tuum, & ita ad literam fecerunt Elias, & Elisæus, quia vterque intrauit in cubiculum, & de Elisæo legitur, quòd clauserunt ostium cubiculi super se. quarto Regum quarto: non ergo debuerunt isti adhibere sibi aliquos testes: Christus autem nihil orauit suscitando puellam, sed solum dixit, puella surge: ideo poterat habere secum testes, quia non impediebatur ex eorum præsentia.

K *Quare Christus tetigit manum puellæ quando eam suscitauit. Quæst. CXXVI.*

QVAERETVR, quare Christus nunc tetigit manum puellæ quando eam suscitauit, vt dicitur in litera.

Dicendum, quòd fuit primo ad incitandum præsentes ad fidem, resurrectionis, quasi p hoc, ꝙ apprehendebat manum eius vellet eam suscitare, sic dicit Chrys. vt aīt quasi per visum disponeret ad resurrectionis fidem, tenet manum puellæ.

Secundo fuit ad ostendendum, ꝙ ipse eam suscitabat: nam sicut quando sanauit leprosum præcedenti cap. extendēs manū tetigit leprā eius, vt p hoc appareret,

reret, quòd ipse mandabat eam, ita nunc tenuit manum puellæ mortuæ, vt videretur eam suscitare, & nunc erat maxime necessarium, quòd ostenderet, ꝙ ipse faciebat hoc, quòd tale miraculum nondum fecerat: vt ergo crederetur, quod ipse faciebat debuit euidentia signa dare, & ita fuit apprehendendo manum puellæ.

Tertio fuit, vt satisfaceret desiderio patris eius, dixerat enim veni, & pone manum tuam super eam, & viuet, supra in litera: ita ergo nunc Christus fecit.

Quare Christus nunc clamauit ad suscitandam puellam. Quæst. CXXVII.

QVAERETVR, quare nunc Christus clamauit. nam dicunt Luc.8. ꝙ clamauit.

Dicendum, quòd hoc fuit, Primo ad manifeste ostendendum, ꝙ ipse hoc faceret. nam cum istud miraculum reputaretur maius alijs, quę Christus fecerat, & etiam erat nouum, quia nunquam tale fecerat, debuit plura signa dare ad ostendendum, quòd ipse faciebat, & sic non solum tenuit manum puellæ, sed etiam clamauit. Secundo fuit ad ostendendum magnitudinem potestatis, quia clamor est vox alta: clamauit ergo Christus, vt innueretur, quòd per fortitudinem huius vocis anima cogebatur redire ad corpus, sic fuit in suscitatione Lazari: Ioannis vndecimo, hæc cum dixisset voce magna clamauit: Lazare veni foras, & statim prodijt, qui fuerat mortuus. nam magnitudo vocis in operibus Christi semper significabat magnitudinem efficacię, vnde in operibus miraculorum significabat magnitudinem miraculi, sicut hic. & clamor in oratione significabat magnitudinem virtutis, vnde quando mortuus est clamans valide in manus tuas, &c. emisit spiritum infra vigesimoseptimo, & Centurio, qui stabat ex aduerso videns, quòd Iesus clamans expirasset, agnouit eum esse filium Dei dicens, vere homo hic filius Dei erat. Marc. quinto, significat etiam clamor in oratione Christi exauditionis efficaciam. ad Hebræ. quinto, in diebus carnis suæ preces, & supplicationes cum clamore valido, & lachrymis offerens exauditus est. Tertio fuit iste clamor ad ostendendum quid Christus diceret. Et sciendum, quòd ille clamor nihil aliud fuit, nisi puella surge: Lucæ octauo, scilicet, clamauit dicens, puella surge, & hoc fuit, vt videretur, quòd ad suscitandum illam non faciebat orationem aliquam, sicut Elias, & Elisæus, qui ad suscitandum mortuos orauerũt sępe & diu, tertio Regum decimoseptimo, & quarto Regum quarto, Christus autem non orauit, sed imperauit, quasi ipse esset Dominus mortis, & vitæ, quod ad solum Deũ pertinet. Deuteronom. trigesimosecundo, ego occidam, & ego viuere faciam, ego percutiam, & sanabo. & in hoc adhuc mirabantur magis Iudæi, sicut etiam in doctrina, quia non prædicabat, sicut doctor, vel expositor legis, sed sicut Legislator supra septimo, admirabantur turbę super doctrina eius: erat enim docens eos, sicut potestatem habens, & non vt Scribæ eorum, & Pharisæi.

Quomodo anima huius puellæ redijt. Et quod forma est præcipua causa distinctionis, & vnitatis. Et corpus accipit esse humanum per animam. Quæst. CXXVIII.

QVAERETVR circa animam huius puellæ suscitatę quomodo redijt: nam Lucæ octauo, dicitur, quòd reuersus est spiritus eius.

Dicendum, quòd spiritus puellæ reuersus est, sci-

A licet, illa eadem anima, quæ ibi prius fuerat, sic dicit Chrysostomus: non enim infudit aliam animam, sed eã quę exierat reduxit; & hoc verum est, quia nulla alia anima poterat informare illud corpus, quia si alia potuisset superuenire, iam illa, quæ resurgebat non esset puella, quæ fuerat mortua, sed alia mulier, quæ inciperet esse de nouo, quia res habet vnitatem, & distinctionem per materiam, & formam, & præcipue a forma: si ergo varietur eadem forma numero non manet idem indiuiduum numero, & sic iam non esset ista puella filia illorum, coram quibus suscitabatur, nam nec esset eadem anima, nec idem corpus, quia corpus accipit speciem, scilicet, esse humanum per animam: ita ergo acci-
B pit aliud, & aliud esse numerale per aliam, & aliam animam, & tamen non vocabitur corpus istud quod prius, nisi per esse numerale quod habebat prius, & tamen si alia anima adueniat dat necessario aliud esse numerale. ergo non erit idem corpus numero quod prius, & sic eadem anima est, quæ reuersa fuit, & ita in nobis erit in resurrectione generali, quia eadem anima, & idem corpus reunientur vt sit idem homo numero, qui nunc est.

De anima autem istius puellæ oportet dici, quòd fuerit in aliquo receptaculo eo paruo tempore quod fuit inter mortem, & suscitationem, non autem in Paradiso, quia nulli porta aperta est vsque post Chri-
C sti mortem. vt dicit Augustinus, & Beda, nec etiam erat in lymbo puerorum, quia locus ille erat morientium in peccato originali, puella tamen ista non poterat mori in originali, quia iam erat in ætate discretionis, scilicet, annorum duodecim: Marc. quinto, & Lucę octauo, & quia erat Iudæa haberet fidem Iudęorum, & per illam tollebatur in mulieribus peccatum originale, vel si erant paruulæ tollebatur per fidem parentum, vt dicit Gregor. & Magister quarto Sentent. distinct. prima: manebant ergo tria receptacula, scilicet, sinus Abrahę, & purgatorium, & infernus. Si esset in sinu Abrahæ nihil videbatur contra legem agi, quòd inde educeretur, quia erat in loco quietis. Si esset in Purgatorio eodem modo, quia erat itura ad vitam æternam, & id quod sibi expian-
D dum ibi manebat, poterat in hac vita per satisfactionem expiare. Si autem esset in inferno, est difficultas quomodo ille, qui ad mortem æternam damnatus est redeat ad vitam, vt iam saluari possit, sed de hoc late dictum est. 4. Reg. 4.

Quare Christus iussit dari manducare huic puellæ. Quæst. CXXIX.

QVAERETVR, quare Chrs iussit dari mãducare huic puellæ, Mar.5. & Lu.8. Aliq dicũt ꝙ hoc fuit, qa puella ex ęgritudine ex qua expirauit, manserat nimium debilitata.

Sed istud est falsum, & ridiculum. Primo, quia
E cum puella, quæ mortua fuerat, nunc resurgeret, non manebat in ea aliqua de dispositionibus pręcedentibus, nec erat possibile continuari eandem dispositionem nunc, quę prius fuisset in puella ante mortem. nam sicut non erat eadem vita nunc, & prius, ita nec erant eędem dispositiones viuentis quod patet, quia ideo puella mortua fuerat, quia corpus erat taliter dispositum, quod cum illis dispositionibus non poterat anima manere: ista est.n. generalis causa mortis in omnibus animalibus, siue sit mors violenta, siue per ęgritudinem. nunc tamẽ anima manebat in corpore. ergo non manebant eędem dispositiones, quę prius, & sic nec poterat manere eadem debilitas,

Secundo patet, quia puella mox, vt suscitata est surrexit, & ambulabat. Mar. 5. ergo non erat nunc in ea debilitas prior: immo nec aliqua debilitas.

Tertio patet, quia Christus suscitauit puellam ad ostensionem virtutis suæ, & tamen si maneret in tali debilitate, sicut quando laborabat in extremis, non appareret potestas eius. ideo non mansit in ea aliqua debilitas.

Quarto patet, quia per hoc periret fides miraculi: posset enim verti in dubium an puella vere mortua esset, si nunc in tali dispositione esset, sicut quando laborabat in extremis, quia ita interdum sunt aliqui ægri, in quibus per aliquantum tempus nulla signa vitę apparent, postea tñ redeunt in seipsos. sic sunt illi, quos dicimus esse raptos, vel in ecstasi: si ergo ista puella resurgens maneret in debilitate priori, nemo diceret eam resurgentem, sed fuisse raptam, & nunc in se rediisse, Christus tamen faciebat miracula, de quibus nemo poterat dubitare an essent vera miracula. ergo puella suscitata non mansit in priori debilitate.

Quinto, quia dato, quòd Christus nollet in prima actione miraculum perfectum reddere, sicut fuit in quodam cęco, quem sanauit, & ille videbat homines, sicut arbores ambulantes, & rursus imposuit ei manus, & tunc vidit clare omnia Marc. octauo, adhuc non iuberet dare puellæ comedere, vt per hoc esset remedium contra debilitatem, sed tãgeret eam iterum, & tunc perfecte sanaretur, ita vt Christus appareret Dominus, & non medicus: neminem enim legimus a Christo fuisse incomplete curatum.

Dicendum ergo, quòd Christus suscitans puellam dedit ei plenum robur corporis quantum illi ętati poterat conuenire, vt non putaretur esse phantasma, & ad ostendendum veritatem istius resurrectionis dedit signa, sicut in resurrectione sua, & dedit hic duo signa. Vnum fuit, quòd puella manducaret, vt ostenderetur, quòd vere surrexisset: nam etiã si ambularet non constabat de vera resurrectione, quia poterat dæmon arripere illud corpus, & mouere illud motu progressiuo, facere tamen omnes operationes vitales, vt comedere, loqui, videre, audire nõ poterat, quia non potest hoc fieri, nisi ab animali, & tamen si dæmon arriperet corpus puellę mortuę nõ esset illud animatum, quia dæmon non potest formaliter vniri corpori, sed solum vt motor, vt ostensum est præcedenti cap. quæst. 113. ideo manducare erat signum resurgentis, sic dicit Chrysostomus, & non solum puellam suscitat, sed ei cibum iubet dari, vt non videatur esse phantasma quod factum est. idẽ dicit glos.

Sed sciendum, quòd Christus non dedit cibum puellæ, sed iussit ei dari propter duo. Primo ad tollendum occasionem suspicandi, quia ipso dante cibum poterat quisquam putare, quod puella non vere comederet, sed quòd ipse faciebat aliquod præstigium, ex quo semel illum tangebat manu sua, cum autem parentes cibum darent nihil putarent esse præstigii. Secundo, quia Christus facere volebat ea, quæ nemo alius facere poterat, quę autem per alios fieri poterant facere nolebat: ipse ergo manum pullę tetigit ad suscitandum, quia solus eam suscitare poterat, cibum autem quilibet poterat ei dare: ideo ipse non dedit. sic patet Ioan. 11. de Lazaro. nam ipse eum suscitauit, soluere tamen a vinculis iussit discipulis. eod. cap. sic dicit Chryso. vbi supra, nec ipse cibum propinat, sed aliis mãdat, sicut & in Lazaro dixit soluite eũ, & deinde participem mensę fecit. Secundum fuit ambulare, vt dicitur Mar. 5. illud enim si solum fuisset

F non ostendebat sufficienter veram suscitationem, cũ posset dæmon corpus arripere, & mouere, supposito tamen primo. s. ꝙ comedebat erat istud signum conueniens ad ostendendum, ꝙ fuerat restitura perfectæ valitudini cũ ambulare posset: ita enim faciebat Christus in eis quos sanabat de magnis languoribus, sicut supra in litera paralytico sanato iussit lectum portare, vt ostenderetur, ꝙ robustus erat, sic etiam alteri paralytico sanato iussit lectum tollere. Io. 5. ita quoque in resurrectione sua Christus signa ostendit. nam comedit partem piscis assi, & fauum mellis Luc. 24. etiã obtulit se palpandum discipulis dicens, videte manus meas, & pedes meos eo. cap. Sed dicetur, quare in suscitatione puellę non ostensum est istud signum. s. ꝙ

G palparetur, sicut Christus se palpandum obtulit? Dicẽdum, ꝙ non erat conueniens, quia Christo resurgẽte dubitabatur de veritate corporis, quia nesciebãt Apostoli an illud quod apparebat esset verũ corpus Christi quod fuerat crucifixum, vel aliquid formatum de aere, sicut solent Angeli, & dæmones assumere, & quia illa corpora cum sint de aere non possunt esse multũ densa, si quis palpet ea cedunt palpanti, sicut aqua, quia non sunt solida. ad ostendendum ergo ꝙ corpus Christi, in quo loquebatur discipulis erat verũ corpus humanum, & non de aere, obtulit illud palpandum dicens, videtes manus meas, & pedes meos, quia ipse ego sum, palpate & videte, quia spiritus carnem, & ossa nõ habet, sicut me videtis habere, & ideo ad ostẽdẽdam veritatẽ corporis tradidit Christus se palpãdũ.

H Ad ostendendũ aũt, ꝙ vere viuęret, & non arriperet corpus ab aliquo alieno spiritu petiuit cibũ, & comedit, in puella aũt ista non fuit dubium quantum ad veritatem corporis, quia cũ esset mortua præsentes erãt parentes eius, & iacebat in lecto, & Chr̃o vocante eã surrexit. non ergo erat dubium de veritate corporis, sed de veritate vitæ. s. an anima rediisset in corpus ad hoc ꝙ vere viueret, vel spiritus aliquis corpus arripiẽs moueret illud, & ad hoc ostendit signum vere viuentis. s. ꝙ manducaret, ita etiam fuisset de Christo, quia si Christus mortuus existente corpore eius coram discipulis resurgeret, non se dedisset illis palpandum, quia non dubitarent de veritate corporis, sed solum peteret cibum ad ostendendum, quòd vere viueret.

I

Quomodo Christus iussit parentibus istius puellæ, quòd nulli dicerent. Et vnde Pharisæorum inuidia, & odium excitabatur in Christum. Quæst. CXXX.

QVAERETVR, quare Christus iussit parẽtibus istius puellæ, ꝙ nulli dicerent.

Dicendum, quòd fuit, vt euitaret inuidiam Pharisęorum, vt dicit Theophilus, & propter alias causas positas supra q. 122. noluit enim adhuc patere inuidię Iudęorum.

Sed dicetur quomodo Christus iubebat hoc taceri, quia non poterat ignorari, constabat enim puellã fuisse mortuam cum tibicines, & turba plangens es-

K set in domo quando Christus illuc iuit, postea ergo cum viderent puellam sanam constaret, quòd surrexerat, superuacuum ergo erat hoc velle taceri quod ex seipso se notificabat.

Aliqui dicunt, quòd Christus dixit hoc non ea intentione, vt tacerent, sed vt innueret, quòd laudes humanas de operibus suis non quærebat: sic enim fuit in leproso quem coram toto populo mundauit pręcedenti capitu. dixit tamen ei: vide nemini dixeris. Sed dicendum, & melius, quòd Christus dixit hoc ea intentione, vt taceretur, quia aliqualiter poterat occultari ista res, vel saltem verti in dubium, quia licet tibicines, & turba lugens esset

in domo,

in domo, poterat esse, quòd puella nõ esset vere mortua, sed rapta, ita vt nullum signum vitę appareret in ea, & postea rediret in se, ita verba Christi videbantur sonare quando intrauit domum dicens, recedite non est puella mortua, sed dormit.

Et si dicatur ad quid ergo Christus intrabat ad eam.

Dicendum, quòd puella vere erat in extremis, & hoc negari non poterat, quia antequam Christus veniret turba viderat ipsam esse in extremis: poterat ergo dici, quòd Christus tangens eam restituerat perfectæ sanitati, cum esset rapta, & quasi mortua, non tamen esset vere mortua, & sic non suscitaret eam, sed ab ægritudine sanaret. si ergo Christus iuberet dici, quòd nullum miraculum erga puellam egerat: nõ posset hoc persuaderi cum pręsente populo intrasset ad illã, & confestim illa appareret plene valens quasi nullam habuisset ægritudinem, quod tamen diceretur, quòd non suscitauerat eam poterat aliqualiter persuaderi, vel in dubium verti, & hoc est, quòd Christus volebat. s. occultari suscitationem, sed non sanationem. nam curationes morborum multas iã Christus publice fecerat, non tamen suscitationem aliquam, & quia istud apud Iudęos indicabatur maius miraculum, & de quo magis inuiderent, voluit istud taceri.

Sed dicetur si taceri illud volebat, quare adhibuit aliquos testes, quia potuisset taliter facere, quòd ignoraretur, vt si voluisset cito venire ad suscitandum eã antequam esset turba plangens in domo, & tibicines. nam illi ostenderunt vere mortuam esse puellam, & ideo quando Christus dixit non est mortua, sed dormit, irridebant eum: etiam poterat in via manens suscitare puellam absens non restituendo tamen eam plene sanitati, & tunc quando in domum veniret tangens eam plene sanam redderet, & ita non appareret, quòd eam suscitauerat.

Dicendum, quòd Christus noluit, quòd omnino ignoraretur puellam fuisse suscitatam ab eo, quia miracula non faciebat, nisi ad ostensionem diuinę virtutis saltem principaliter: ideo nullum eorum voluit vnquam penitus latere, sed voluit Christus, quòd miraculum istud aliqualiter ad tempus occultaretur, & postea notificare: erat enim istud miraculum in primo anno, quo Christus cępit prędicare, vel in principio secundi, & restabant ei duo anni, vel quasi vsque ad mortem, nolebat ergo facere istud miraculum aperte per quod valde incitaretur inuidia Pharisæorum, & conarentur accelerare mortem eius, nec permitterent eum pacifice complere opera sua, sicut fuit in anno illo, in quo occisus est: nam tanta incanduerat indignatio Pharisæorum contra ipsum, quòd non audebat publice ambulare, & recessit de Iudæa in Galilęam Ioann. 7. & iterum recessit in regionem iuxta desertum in ciuitatem Effrem Io. 11. ideo noluit nunc talia miracula palam facere, per quæ irritarentur valde Iudæi contra ipsum: nam propter Lazari suscitationem diffinierunt mortem contra Christum Io. 11. vbi quidam de illis, qui viderant Lazarũ resurgentem iuerunt ad pharisęos annunciantes hoc, & sequitur ibi. collegerunt pontifices, & Pharisæi cõsilium aduersus Iesum, & dicebant quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum omnes credent in eum, & ibi diffinierunt, quòd moreretur. ita ergo si Christus in principio prædicationis suscitationes mortuorum publice faceret, occiderent eum ante tempus nondum completis operibus suis, vel fugeret de terra, aut lateret longo tempore, vel se miraculosè defenderet, quorum quodlibet erat inconueniens, paulo tamen tempore ante mortem

A suam cum iam plurima operum suorum essent completa, etiam si exardesceret contra ipsum furor Pharisęorum non erat inconueniens: & ideo tunc publice suscitabat mortuos, sicut filium viduę in vrbe Naym Luc. 7. & Lazarum Io. 11. quos astante toto populo suscitauit, nunc autem Christus voluit, quòd suscitatio ista aliquanto tempore maneret occulta, vel saltẽ redderetur dubia, quod sufficienter factum est per modum istum occultationis quem Christus tenuit. non tamen voluit penitus esse occultam: & ideo adhibuit sibi quinque testes. s. tres discipulos, & patrem, & matrem, qui tempore suo possent de hoc testimo-
B nium perhibere, turbam quoque aliqualiter habuit in testem, inquantum tibicines, & turba plangens sciebant iam puellam mortuam, & ideo lugerent.

Siquis quæreret a parentibus puellæ nunquid filia sua fuerat suscitata an tenebantur dicere, quòd non.
Quæst. CXXXI.

Secundo quæretur cum Christus dixisset patri, & matri puellæ, quòd istam suscitationẽ occultarent, siquis quæreret ab eis an filia sua fuerat suscitata, an tenebantur dicere, quòd non?

Aliqui dicunt, quòd tenebantur sic dicere, quia
C aliàs non occultarent rem istam, quam Deus iusserat occultari.

Dicendum, ꝙ non tenebantur hoc dicere, quia erat mendacium, & peccatum, Deus tamen non incitat quemquam ad peccandum: nec etiam indiget mendacio nostro ad faciendum quod ipse voluerit Iob 13. nunquid Deus indiget mendacio vestro, vt pro eo loquamini? quasi dicat, non indiget.

Est ergo dicendum, quòd tenebantur isti ad non diuulgandum hoc sponte: sic innuitur Luc. 8. s. pręcepit eis ne alicui dicerent quod factum erat, & Mar. 5. dicitur præcepit illis vehementer, vt nemo id sciret, idest, vt nemini notificarent, siquis autem ab eis quęreret de hoc poterant tacere nihil reuelando, non tamen debebant asserere mendacium dicentes, ꝙ non
D suscitauerat eam. Nam per hoc peccarent dupliciter. Primo, quia mentirentur. Secundo, quia indigne Christi virtutem destruerent: aliud enim erat nihil loquendo Christi miraculum occultare, & aliud asserendo contrarium illud destruere: ideo si necesse esset illis super hoc respondere potius debebant asserere puellam suscitatam quàm negare.

An discipuli, qui interfuerunt tenebantur occultare miraculum de resurrectione puellæ.
Quæst. CXXXII.

Secundo quæretur nunquid discipuli, qui interfuerunt tenebantur occultare istud miraculum.
Dicendum, ꝙ non legitur Christus præcepis-
E se aliquid discipulis super hoc, sed solum parẽtibus puellę, quia dicitur Luc. 8. & obstupuerũt parẽtes eius, quibus pręcepit ne alicui dicerent quod factũ erat: credendum tamen est, quòd etiam discipulis Christus iuberet istud tacere, quia nihil proderat, ꝙ parentes puellę istud occultarent, si discipuli illud diuulgarent, licet ergo non legatur eis hoc dictum, credendum est, ꝙ etiam illis dictum fuerit, & apparet, quia Christus voluit istos tres discipulos interesse, & non alios, quia isti poterant rem magis occultare, vt dicit Theophilus, & dictum est supra quæst. 120. si tamen isti reuelarent reliquis, nihil differebat interfuisse omnes discipulos huic suscitationi: ideo non licebat istis reuelare cuiquam, non tamen expressum est, ꝙ

Christus

Christus dixerit istis, quòd tacerent sicut parentibus puellæ, eo quòd parentes erant extranei a Christo, & minus verisimile erat de illis, quòd tacerent: ideo ponitur expresse præceptum Christi, quòd tacerent, de discipulis autem cum essent domestici Christi non oportuit exprimi, quia manifestum est, quòd facerēt id quod Christus iubebat: etiam quia parentes puellę non erant amplius cum Christo mansuri: ideo oportuit, quòd tunc imponeret eis præceptum istud quando puellam suscitauit, discipuli autem cum eo manebant: ideo etiam si non iuberet eis tunc, poterat postea iubere: etiam quia non erat necesse imponi hoc discipulis sub præcepto, quia cum parentibus puellæ iuberetur, satis apparebat eis esse iussum.

Præceptum resurrectionis huius puellæ ad quantum tempus extendebatur, scilicet, quòd occultaretur.
Quæst. CXXXIII.

Quæretur de isto præcepto occultationis ad quantum tempus extenderetur.

Aliqui dicunt, quòd ad semper, quia Christus imposuit simpliciter parentibus puellæ ne alicui hoc dicerent, ergo ad semper extendebatur, quia negatiua includit omne tempus, nisi limitetur.

Sed dicendum, ꝙ non stat, quia Christus non fecit miraculum aliquod ea intentione, vt taceretur, cum omnia miracula fuerint ad ostensionem virtutis suæ: ergo aliquando reuelanda erant. Secundo patet, quia si Christus voluisset rem semper occultam manere nullos testes secum adhibuisset, quia magis sic res esset occulta, vel potuisset in via manes puellam suscitare non eundo in domum, & sic nemo id sciret, non tamen fecit, sed adhibuit testes, & etiam dedit modū per quem turba hoc cognosceret, quia tibicines, & turba erat lugens iam in domo, & sic constabat puellam esse mortuam. noluit ergo semper hoc manere occultum;

Alij dicunt, quòd tacendum erat istud miraculum vsque ad Christi resurrectionem, & patet hoc. Primo, quia Christus alia, quæ mandauit taceri iussit esse occulta vsque ad illud tempus, sicut fuit transfiguratio. s. nemini dixeritis visionem quousque filius hominis a mortuis resurgat infra 17. & Marc. nono, & Luc. nono.

Secundo patet ex ipsa causa pro qua Christus taceri volebat, quia hoc faciebat ne irritaret inuidiam Pharisæorum ad hoc, quòd eum cito occiderent, & tamen istud periculum manebat vsque post mortem Christi. ergo vsque illuc tacere debebant.

Aliter tamen, & melius dicendum, ꝙ non tenebātur tacere, nisi vsquequo Christus alium mortuum suscitaret publice, & sic quando suscitaret filium viduæ in vrbe Naym, Luc. 7. absoluerentur ab ista obligatione tacendi, quia ille coram toto populo suscitatus est eod. cap. & hoc patet, quia istud miraculum, non tacebatur, nisi vt non irritaretur valde furor Pharisęorum contra ipsum, cum tamen ipse publice suscitaret filium viduæ dabat locum furori Pharisęorū, qui insurgeret: ideo iam non erat opus tacere istam suscitationem, quia nihil proderat, cum eiusdem potestatis esset illa quam publice faciebat, immo videbatur esse maioris cum a maiori tempore fuisset ille iuuenis mortuus, qui iam extra portam vrbis erat, & ferebatur ad sepeliendum, & maxime Lazarus, qui iam quatriduanus erat, & sepultus iacebat Io. 11. frustra ergo erat iam miracula Christi tacere, cum ipse illa aperiret: simile autem est quando quis committit alteri aliquid sub secreto seruandum: nam si com-

F mittens publice illud reuelet absoluitur ab obseruatione secreti ille cui commissum est, ita nunc cum Christus potestatem suam suscitandi mortuos publice ostenderet, non tenebatur eam quisquam tacitam custodire, immo si parentes puellæ, & discipuli postea tacerent, videbantur ex hoc peccare, quia quando Christus aliqua miracula faciebat publice volebat, ꝙ illi quibus fiebant prædicarent illa, sicut patet de sanato a legione dæmonum cui Christus dixit vade in domum tuam, & ad tuos, & annuncia illis quanta fecerit tibi Deus, Mat. 5. & Luc. 8. & quando sanauit decē leprosos redeunte vnico eorum ad Christum, conquestus est. quòd alij non venissent ad dandum gloriam Deo Luc. 17. s. nōne decem mundati sunt, & no
G uem vbi sunt? non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena, istam tamen suscitationem quam Christus occulte fecerat, esset iam licitum reuelare quando ipse publice alium mortuum suscitaret. ergo tunc male facerent parentes puellæ si non annunciarent publice dantes gloriam Deo de beneficio sibi collato.

Ad primam confirmationem positionis præcedētis dicendum, ꝙ non stat. Primo, quia ibi assignatur tempus vsquequo taceri deberet. s. quousque filius hominis a mortuis resurgat, hic autem non assignatᷣ tempus: ideo adueniente causa aliqua publicationis non erat iam tenendum in secreto.

Secundo, quia Christus nunquam fecit aliquid ꝑ
H quod viuens notificaret suam transfigurationem. nā si iterum publice transfiguratus fuisset sicut prius, nō tenerentur iam discipuli sub secreto tenere illam priorem transfigurationem, nunquam tamen Christus fuit postea transfiguratus, nec quidquam de illa dixit: ideo discipuli tenebantur semper vsque ad Christi resurrectionem secretum seruare. hic autem secus fuit, quia Christus fecit publice alias mortuorum suscitationes isti similes, & æquales. ergo non tenebantur istam amplius sub secreto seruare.

Ad secundum dicendum, quòd non oportuit vsq; ad Christi mortem taceri istam suscitationem, quia cum Christus faceret iam publice alias suscitationes ipse volebat locum dare odio Pharisæorum, non er-
I go erat opus iam tacere, nec nocebat quidquam istud publicare cum maiora Christus publice faceret.

Quomodo dicitur, quòd exijt fama hæc per vniuersam terram de suscitatione puellæ cum Christus vetuerit dicere.
Quæst. CXXXIIII.

Quæretur quomodo dicitur hic, quòd exijt fama hęc. s. de suscitatione puellæ per vniuersam terram illam, cum Christus iusserit, quòd nemini dicerent.

Dicendum vno modo, ꝙ potuit hoc fieri, quia pa-
K rentes puellæ forte noluerunt tacere, licet Christus iusserit, sicut fuit infra in litera de duobus cęcis quos Christus sanauit dicens eis, videte ne quis hoc sciat, & dicitur, quòd illi exeuntes diffamauerunt eum in totam terram illam.

Aliter poterat fieri, quòd turba hoc diuulgaret. nā quando Christus intrauit domum istius principis erant ibi tibicines, & turba plangens; & illi sciebant puellam esse mortuam, nam quando Christus dixit non est puella mortua, sed dormit, irriserunt eum, vt dicitur in litera: cum ergo isti viderent puellam viuere, postquam Christus intrauerat ad eam, manifeste colligebant, quòd ipse eam suscitauerat, & ita ipsi diuulgauerunt hoc per totam illam regionem.

Tertio potest dici, quòd ista diuulgatio non fuit immediate facta post suscitationem puellæ, quia tūc tam parentes eius quàm discipuli tacuerunt, sed postquam Christus fecit aliā suscitationem in Naym parentes puellæ, & discipuli diuulgauerunt, & sic exijt fama per totam terram illam, ponitur tamen hic,& exijt fama &c.non quòd immediate exiuerit, sed quia pertinebat hoc ad enarrationem istius facti: ideo licet multo post acciderit debuit hic enarrari.

Sed dicetur quid profuit,quòd Christus iusserit occultari rem istam cum diuulgata fuerit per totam terram illam? Dici potest dupliciter. Vno modo.quòd non fuit diuulgata immediate,sed multo post.s.postquam Christus suscitauit mortuum in Naym, & tūc dicendum.quòd voluntas Christi totaliter completa est,quia ipse non volebat,quòd occultaretur ista res ad semper,sed solum vsquequo publicè alium mortuum suscitaret,vt dictum est præcedenti quęst.Si autem dicatur,quòd ista diuulgatio facta est immediate post suscitationem,adhuc dicendum, quòd profuit ad aliquid,quia non poterat illico esse tam manifesta ista res,sicut si Christus nullo modo occultasset eam,& hoc sufficiebat ad id,quòd Christus volebat, scilicet,vt non daretur aperta occasio Pharisæis persequendi eum immediate.

Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo cęci clamantes, & dicentes. Miserere nostri fili Dauid. Cum autem venisset domum,accesserunt ad eum cęci, & dicit eis Iesus. Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei. Vtique Domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens. Secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et comminatus est illis Iesus dicens. Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa.

Illuminatio cæcorum. *Et transeunte*. Hic ponitur secundum miraculum principale,scilicet,de illuminatione cęcorū, & istud solus Matthæus ponit,& dicitur.

Et transeunte inde Iesu. Scilicet,de loco, in quo suscitauerat puellam.

Secuti sunt eum duo cæci. Volebant ab eo curari, & ideo sequebantur eum in via.

Clamantes. Per hoc innuebant magnum desiderium sanitatis,& fidem suam.

Dicentes miserere nostri. Solam misericordiam petebant,scilicet, quòd ex misericordia eis visum concederet.

Fili David. Idest,Messias.in hoc enim ostenderūt fidem quam habebant.

Cum autem venisset domum. In via petiuerant sanari ab eo, sed non concessit:ideo secuti sunt illum vsque ad locum,in quo hospitatus est illa die, & venerunt in domum,in qua manebat.

Accesserunt ad eum cæci. Scilicet, petentes iterum, quòd misereretur eorum,& sanaret eos.

Et dicit eis Iesus creditis, quia possum hoc facere vobis? Quia instanter petebant quæsiuit de fide eorum: nolebat enim eos sanare,nisi crederent,quòd ipse poterat sanare eos.

Dicunt ei vtique Domine. Idest, credimus,quòd potes sanare nos.

Tunc tetigit oculos eorum. Scilicet,manu sua, quia non legitur,quòd aliquid aliud fecerit. *Dicens secundum fidem vestram fiat vobis*. Idest,si creditis:quòd ego possum sanare vos, sanamini,& si non creditis nihil fiat vobis.

Et aperti sunt oculi eorum. Scilicet,mox vt Christus tetigit eum manu sua.

Et comminatus est eis Iesus dicens, videte ne quis sciat. Idest,mandauit,vt nulli dicerent,quòd ipse sanauerat eos,& dicitur comminatus est,idest,mandauit tacere comminando eis malum si aliquid dicerent.

Illi autem exeuntes. Scilicet, exeuntes de domo,in qua sanati fuerant.

Diffamauerunt eum in tota terra illa. Idest, diuulgauerunt famam eius per totam illam terram annunciantes se fuisse ab eo sanatos: diffamare enim communiter in malum accipitur.s.famam malam de aliquo facere: hic tamen accipitur in bonum, quia de bono nūc Christum laudauerunt.s.quòd eos sanauerat,sed dicitur diffamare,idest,famam diffundere,scilicet, quia per totam terram illam(vt in litera dicitur)diuulgauerunt istud factum. Diffamare quid.

An ista sint continuata ad præcedentia.
Quæst. CXXXV.

QVAERETVR an sint ista continuata ad pręcedentia.

Aliqui dicunt,quòd non,quia Mar.5.postquam positum est miraculum de suscitatione puellæ sequitur quomodo Christus abijt in patriam suam.ibi in principio 6.cap.& Luc. 8.in fine posita suscitatione puellæ sequitur statim in principio noni.c. de potestate quam dedit 12.Apostolis.ergo non est istud miraculum continuatum cum præcedenti.

Dicendum,quòd hic est rectus ordo, & fuit factū istud immediate post præcedentia, patet hoc, quia semper est standum ordini literæ, nisi aliunde appareat,quòd alius fuit ordo rerum gestarum, sed hic non apparet aliquid,propter quod oporteat dici fuisse alium ordinem:ergo standum est isti ordini.

Secundo apparet hoc,& efficacius,quia litera ostēdit esse ordinem continuatum cum ait,& transeunte inde Iesu,idest,de loco,in quo puellam suscitauerat secuti sunt eum duo cęci:Ex quo apparent duo. Primum est,ꝙ illud sit post præcedēntia cum fuerit postquam Christus transiuit de loco illo. Secūdum est,ꝙ fuit immediate post illa,quia dicitur transeunte inde. s.postquam transiuit de loco illo hoc fuit primum quod fecit,& ita Hieronym.super Matthæ.continuat illud dicens.priori signo de principis filia,& morbosa muliere,cōsequenter signum de duobus cęcis adiungitur,vt quod ibi mors,& debilitas,hic cęcitas demonstraretē.s.per vtrunque demonstraretur virtus diuina in Christo.

Ad rationem in contrarium dicendum,ꝙ diuersitas Mar.& Luc.a Matthæo non ostēdit,ꝙ Mat.non teneat ordinem naturalem gestorum,cum & ipsi inter se diuersi sint,& ideo nihil probant ꝯ Matth.quia sunt in dictis suis singulares,facerent autem aliqualē præsumptionem si ambo inter se concordantes discordarent a Mat.& tū adhuc in præsenti non probarent.quia Mat.expressit in litera,ꝙ hoc fuerit factum post præcedentia.s.transeunte inde Iesu.Quòd autem Luc.post suscitationem puellæ ponit vocationē Apostolorum,& ptātē eis traditam,non facit aliquod argumentum,quia non apparet ibi aliquod signum cōtinuationis ex litera,vnde multa ibi possunt intermedia poni.Sed obijcietur,quia Mar.5.in fine posito miraculo de suscitatione puellæ sequitur statim,& egressus inde abijt in patriam suam,& sic innuitur, quòd quando

quando Christus egressus est de loco, in quo fecit miraculum suscitationis abijt in patriam suam. ergo nõ fuit tunc sanatio cæcorum. Dicendum, ꝙ vtrunque est verum, quia mox, vt Christus egressus est de loco suscitationis puellæ abijt in patriam suam, idest, cœpit abire, & cum iret in via sanati sunt cæci, quod patet; quia dicitur hic, & transeunte inde Iesu secuti sunt eum duo cæci. s. ambulantem in via antequam perueniret in patriam, & etiam ipsi sanati sunt antequam Christus in patriam veniret, scilicet, in loco, in quo primo hospitatus est postquam illi cæci cœperunt eum sequi.

An istud miraculum sit id quod habetur Marc. 10.
Quæst. CXXXVI.

QVAERETVR an istud miraculum cæcorũ sit illud quod habetur Marc. 10. Aliqui dicunt, quòd sic, quia ponuntur eadem verba hic & ibi: nã ita ibi vocatur Christus filius David sicut hic, & comminatur cæcis, sicut hic.

Dicendum, quòd non est idem miraculum, quia illi cæci sanati fuerunt in via, isti autem in domo, & illis non iussit ibi Christus postquam sanati sunt, ꝙ tacerent, sed potius magnificauerunt Deum coram tota turba. Item patet hoc magis, quia illam eandem historiam ponit Mat. infra 20. ex quo apparet, quòd non est idem miraculum plures, sic dicit August. lib. de concor. Euan. illi ergo cæci de quibus alij narrant non sunt isti, quia solus Mat. de his duobus loquitur, sed tamen simile factum est, ita vt si ipse Mat. non etiam illius facti meminisset, posset putari hoc, quòd nunc narrat dictum fuisse etiam ab alijs duobus.

Aliqui autem dicunt, quod nullum dubium erit in hoc, quia hic dicitur de duobus cæcis, & tamen Mar. 10. & Luc. 18. dicitur de vno cæco. Dicendum ꝙ licet vterque exprimat vnum cæcum, erant tamen duo, quia infra 20. ponitur eadem historia, & ponuntur duo cæci, Mar. tamen, & Luc. expresserunt solum de vno eorum propter aliquas causas de quibus ibi dicet: sic enim facere solent, sicut Mar. 5. & Luc. 8. in sanatione arreptitij, & suffocatione porcorum ponitur vnicus arreptitius, & tamen præceden. cap. vbi eadem historia est, duo arreptitij ponuntur, causa diuersitatis fuit ibi expressa: nunc ergo duo cæci erant, & non sunt illi de quibus Marc. 10. & Luc. 18. dicitur ꝙ duo sunt, licet vnus tantum exprimatur, sed illi sunt de quibus infra vigesimo dicitur. istos autem duos de quibus hic solus Mat. ponit, vt dicit Aug. vbi supra.

Quare isti cæci venerunt ad Christum, & quare in via.
Quæst. CXXXVII.

QVAERETVR, quare isti duo cæci venerũt nunc ad Christũ, & quare venerunt in via. Ad primũ dicendũ vno mõ, ꝙ isti erant in ciuitate illa in qua Chrs suscitauit puellã, & audita fama miraculi venerũt ad eũ, credebãt. n. ꝙ qui mortuos suscitabat poterat cæcos illuminare, qa simplices maioris potestatis esse putabant mortuos suscitare quàm cæcos illuminare. Aliter potest dici, ꝙ isti cæci erant forte in via mendicãtes, & transeunte Chrõ quæsierũt ab alijs trãseuntibus quis erat ille, qui transibat, & qñ dictũ est, ꝙ Iesus, qui miracula faciebat, surrexerunt, & clamantes sequebant eũ, sic dr̃ infra 20. ecce duo cæci sedentes secus viã audierũt, ꝙ Iesus transiret, & clamauerunt dicẽtes, Dñe miserere nostri, & Mar. 10. & Luc. 18. dr̃, ꝙ cæcus sedebat iuxta viã mẽdicãs: quocũque mõ dicatur verũ est, ꝙ isti cæci secuti sunt Chrm in via, istud autem erat magnã

F reprehensio Iudæorum, quia isti, qui nihil viderant ex solo auditu credentes Christi miracula fidem de eo habuerunt, Iudæi autem cum illa sæpe viderent credere noluerunt. sic dicit Chryso. in Homilia non autem parua hæc Iudæorum accusatio est, cum hi quidem oculis carentes ex auditu solo fidem suscipiant, non autem illi visum habentes attestantem miraculis, quæ fiebant.

Ad secundum dicendum, ꝙ isti cæci secuti sunt Christum in via, quia forte ibi primo de ipso audierunt, vt si dicatur, ꝙ ipsi sedebant secus viam mendicãtes, & sic non potuerunt ad Christum ire in ciuitate illa, in qua suscitauit puellam. Aliter potest dici, ꝙ isti cæci erant in ciuitate illa, in qua puella suscitata G est, & tamẽ Christus mox, vt illam suscitauit recessit inde, vt innuitur hic in litera. s. & transeunte inde Iesu, ipsi autem audita fama miraculi voluerunt ire ad Christum, & tamen iam ille recesserat quãdo ipsi venerunt: ideo oportuit, ꝙ sequerentur eum in via: sic. n. facere solebat Christus cum fecisset aliqua magna miracula in aliquo loco mox recedebat inde fugiens applausum populi, & propter alias causas, quæ positæ sunt præcedent. cap. quæsti. 55. sic fuit quando in Capharnaum vna die ad occasum Solis adducti sunt ad eum omnes languentes, & dæmonia habentes, sanauitque eos præcedenti capi. & Marc. primo, & Luc. quarto, & sequenti die diluculo recessit inde nemine sciente quo iret, nec etiam discipulis eius Marc. H primo, & Luc. quarto, sic etiam supra in litera quando Christus sanauit paralyticum recessit inde immediate: nam dicitur, & cum transiret inde &c. ita ergo hic puella suscitata illico recessit, vt sic magis esset locus ad occultandum illam suscitationem quam ipse tacere iusserat.

Quare cæci isti dixerunt Iesu fili David.
Quæst. CXXXVIII.

QVAERETVR, quare dixerũt isti cæci Iesu fili David. Aliqui dicũt, ꝙ hoc dicebãt, quia ita verũ erat. i. ꝙ Chrs esset de progenie David, sic dicit Remigius. rectè filium David vocant, quia virgo Maria I de stirpe David originem duxit. Dicendũ, ꝙ verũ est, & tamen non est ad propositum, quia sic plurimi Iudæorũ tunc viuentiũ erant filij David. s. oẽs cognati Chri, & multi alij descendentes a David per alias lineas. non ergo erat plus sic vocare eum filiũ David ꝙ̃ vocare Iudæũ vel hoĩem, qa plurimis hoc competebat. Alij dicũt, ꝙ hoc dicebatur ad significandũ honorem, quia David fuerat excellentissimus oĩum regũ Hebræorum, & licet multi essent de progenie eius, vocari tñ filiũ David honor quidã erat, sic dicit Chry. in Homilia filiũ aũt David vocabãt, quia nomen honoris esse videbat. Tertio tñ dicendũ, & melius, ꝙ vocauerũt eũ filiũ David. i. Messiã, qa scripturæ prænunciauerant Messiam futurum de semine David Isa. 11. K egredietur virga de radice Iesse, & Ier. 23. suscitabo David germen iustũ, & ita Iudæi cõiter tenebant, nec erat eis dubiũ in hoc, sic patet infra 22. cũ Chrs quæsiuit a legis doctoribus, & pharisæis, quid vobis vr̃ de Chro. i. de Messia cuius filius sit dicũt ei David: sic ẽt dr̃ Io. 7. ꝙ Messias futurus erat de semine David, & de Bethleẽ castello, de quo erat David, populus aũt etiã tenebat hoc ex doctrina maiorum, & ideo qñ volebant de aliquo dicere, quòd erat Messias dicebant, ꝙ erat filius David: sic enim dicitur infra 12. cum Christus sanaret arreptitios turbæ stupebant, & dicebant nunquid hic est filius David? idest, Messias, & ita alij dicebant hic est Christus Ioann. 7. & tamen istud nomẽ filius David erat communius, eo ꝙ scriptura dicit

Messiam

Messiam esse de semine Dauid, sic dicitur Ioan.7. nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid venit Christus: ita ergo populi videntes mirabilia, quæ faciebat, vocabant eum filium Dauid, sic patet infra 21. cum pueri clamantes dicebant, Osanna filio Dauid, quod magis exprimitur Mar.11. s. Osanna benedict⁹, qui venit in nomine Domini, benedictum quod venit regnum patris nostris Dauid. Sed regnum Dauid erat regnum Messiæ, & propter hoc indignabantur valde principes Sacerdotũ videntes, ꝙ pueri vocarẽt Iesum aperte Messiam dicentes ei, audis quid isti dicunt? id est, non vides, quòd isti dicunt malum vocantes te filium Dauid infra 21. & Mar. 11. Christus tamẽ dixit, quòd recte dicebant, ita ergo vocari solebat, vnde, & ipsi Gentiles didicerant hoc nomen, sic patet infra 15. vbi mulier Chananęa dixit Christo miserere mei fili Dauid: ita ergo isti cęci ex miraculis Iesu, quæ audierant credentes ipsum esse Messiam vocauerunt eum filium Dauid, id est, Messiam, quia nihil maius putabant se posse dicere: nam non credebatur apud Iudæos, quòd aliquis homo vnquam fuisset aut futurus esset æqualis Messiæ in sanctitate, & potestate spirituali, & verum dicebant, eo quòd Messias simul etiã Deus futurus erat.

Quare Christus non in via, sed in domo sanauit cęcos.
Quæst. CXXXIX.

QVAERETVR quare Christus non sanauit istos cęcos in via cum clamarent ad eum, sed in domo postea sanauit eos.

Dicendum, quòd fecit hoc. Primo, vt beneficia miraculosè collata non vilescerent: ea enim quę homines faciliter impetrant solent contemnere: noluit ergo Christus statim petentibus concedere, vt sic cum maiori difficultate sanitatem obtinentes, magis illam appreciarentur.

Secundo fuit, vt ostenderet Christus, quòd ista signa non faciebat ad inanem gloriam. nam si ad hoc faceret sæpe illa faceret non solum petitus, sed etiam ipse se ingereret, vt ex his sæpius gloriam hominum acquireret, nunc autem cum non faceret ea, nisi rogatus ostendebat, quòd gloriam ex his non quęreret, sic dicit Chrys. in Homilia multoties Dominus noluit rogatus sanare, vt non aliquis æstimet eum propter captandã honoris magnificentiam ad miracula prosilire.

Tertio, vt instruat nos qualiter debemus a Deo petere ea, quæ volumus. s. quòd si nobis petentibus mox petita non concesserit, non illico desistendum est, sed adhuc instanter petendum, quia velut importunitate victus dabit quod petimus: sic dicitur Luc. 18. oportet orare, & nunquam deficere, & ponitur ibi exemplum de vidua, quæ per importunitatem obtinuit ab iniquo iudice quod voluit: sic etiam Luc. 11. de illo, qui dedit amico suo quotquot panes voluit nõ propter amicitiam, sed propter importunitatem pulsandi, ita fecerunt isti cęci, quia licet in via clamantes non obtinuerunt quod petebant, non destiterũt clamare, & sequi illum, sed venerunt vsque ad locum, & domum, in qua Christus mansit.

Quarto fuit, quia Christus voluit prius examinare fidem cęcorum istorum, & nõ curare eos in via quasi in transitu, & nulla adhibita diligentia super hoc, sic dicit Chrysosto. super Mat. s. & tamen rogantes non curantur in itinere transitorie, vt putabant, sed postquam venit in domum suam accedunt ad eum, & introeunt, & primum eorum discutitur fides, vt sic verę fidei lumen accipiant.

Quinto fuit ad ostendendum, quòd fugeret ina-
A nem gloriam: volebat enim sępissime miracula sua aliqualiter occultare, & quia forte in via multi veniebant cum eo noluit coram tota multitudine miraculum illud facere, sed postea in domo solus, vel forte coram paucis: sic dicit Chrys. in Homilia in hoc erudit nos gloriam multitudinis expellere: quia enim prope erat domus, ducit eos illuc singulariter curaturus.

Sexto fuit ad probandum fidem illorum, & vt magis mererentur id quod petebant: nam per hoc, ꝙ Christus non exaudiuit eos mox, vt clamauerunt, & illi clamantes secuti fuerunt eum per totam viam apparuit, quòd magnam fidem habebant, si autem paruam fidem habuissent, si non exaudirentur ad primũ
B clamorem illico destitissent: sic fuit de Chananęa infra decimoquinto, quæ clamans non exaudiebatur a Christo quousque discipuli propter molestiam importuni clamoris eius dixerunt Christo, dimitte illã, quia clamat post nos, id est, da sibi quod petit, & tunc Christus dixit, mulier magna est fides tua, ita nunc fuit magna fides istorum cęcorum, quia per totam viam, scilicet, vsque ad domum Christum clamando secuti sunt.

Quare Christus quæsiuit a cæcis an crederent cum sciret, quòd credebant.
Quæst. CXL.

C QVAERETVR quare nunc Christus quæsiuit ab istis cęcis an crederent cum ipse sciret, quòd credebant, maxime quia fides eorum fuerat satis ostensa: non enim petiuisset si non crederent. Etiam quia clamabant, & hoc innuit magnam fidem eorũ. Etiam quia licet Christus non exaudierit eos mox clamantes, secuti sunt eum per totam viam. Etiam quia ipsi expresserant fidem vocantes eum filium Dauid, id est, Messiam.

Dicendum, quòd Christus voluit ab istis fidem petere, licet sciret, quòd habebant fidem, & quantam habebant cum ipse illam eis dedisset, sed voluit eorum meritum, quòd fidem exprimerent, qa
D sicut in credendo homo meretur, ita etiam in confitendo fidem, ad Romanos decimo corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, sic dicit Remigius, qui cęcis poterat reddere visum, & non ignorabat si crederent interrogauit, vt fides eorum, quæ gestabatur in corde, dum confiterentur ore digna fieret ampliori mercede secundum illud Apostoli, ore confessio fit ad salutem.

Secundo fuit propter expressionem, quia Christus volebat ab eis petere quendam articulum determinatum, qui non apparebat an ab eis crederetur ex eis, quæ ostenderant, scilicet, creditis, quia hoc possum facere vobis? vt dicetur sequenti quæstione.

Tertio fuit, vt per hoc Christus commendaret
E fidem tam cęcis quàm alijs astantibus, scilicet, quòd propter eam miracula fiebant, sic fuit in suscitatione puellæ, de qua supra: nam dixit Christus principi synagogæ noli timere, sed crede tantum, & salua erit Luc.8.

Quarto fuit propter astantes, vt ipsi viderent fidem cęcorum, & sic agnoscerent, quòd non ex fauore aut sola voluntate Christus sanauit cęcos, sed propter fidem, quæ meretur obtinere, quæ petit. sic dicit Chryso. vt ostenderet quoniam digni erant curatione, & vt non aliquis dicat, quòd si misericordia solum saluabat, omnes saluari oportebat.

Quare Christus dixit istis creditis, quia possum hoc facere vobis? Quæst. CXLI.

QVAERETVR, quare dixit istis creditis, quia
possum hoc facere vobis?
Dicendum, quòd fuit hoc quia Christus
volebat deducere ad altissimum gradum fidei: nam
ex verbis, & factis cęcorum apparebat, quòd fidem
habebāt. Voluit tamen fidem Christus adhuc maio-
rem, quia maximum quod confessi fuerant erat, ꝙ
Iesus esset Messias, quia dixerant eum esse filium Da-
uid, Iudæi tamen nesciebant determinate an Messias
futurus esset Deus, licet ex sacra Scriptura hoc satis
colligeretur, quia tamen difficile videbatur eis homi
nem esse Deum, adhuc istud nec credebant nec intel
ligebant, & sic cęci confitentes Christum esse Mes-
siam adhuc hominem solum eum confitebantur: idō
voluit eos deducere ad fidem deitatis suę, & ad hoc
dixit creditis, quòd possum hoc facere vobis? idest, ꝙ
habeam potestatem ego ad istud faciendum, & hoc
dicebat, quia si purus homo esset, sicut Prophetę, non
haberet potestatem aliquam ad faciendum hoc, sed
solum ad orandum, & tunc Deus faceret si vellet, si
autem potestatem habebat, Deus erat: ideo non dixit
creditis, quòd ego possum orando Deum istud obti-
nere vobis, sed dixit creditis, quòd possum facere, id-
est, quòd egomet habeam istam potestatem, & pro-
pter hoc specialiter Christus petiuit ab eis fidem, vt
deduceret eos ad articulum quem ipsi adhuc non
confitebantur: immo nec etiam credebant, sed nunc
Christus infudit eis istam fidem, quando hoc quæsi-
uit, & ideo postea non vocauerunt eum filium Da-
uid, idest, Messiam sed Dominum, idest, Deum dicē-
tes vtique Domine, sic dicit Chrysost. ideo etiam fidē
ab eis expetit, vt ad excelsius eos reducat: quia enim
dixerant eum filium Dauid erudit, quòd oportet de
eo maiora sentire, vnde non dixit creditis, quòd pos-
sum rogare patrem, sed creditis quoniā possum hoc
facere vobis: ideo non vltra filium Dauid eum vocāt,
sed altius eleuantur, & dominationem confiten-
tur.

Quare Christus tetigit oculos eorum, & quid tangendo fecit. Quæst. CXLII.

QVAERETVR, quare Christus tetigit oculos
eorum, & quid tangendo fecit.
Ad primum dicendū, ꝙ tetigit oculos eo-
rum, vt significaret, ꝙ ipse hoc miraculū facie
bat, sicut in alijs facere solit' erat: nā tetigit leprosum
quē mundauit præceden. c. & puellam quā suscitauit
supra in litera, sic etiā surdos, & mutos, & alios quos
sanabat Mar. 7. Ad secundum dicendum, ꝙ non legi
tur Christus aliquid fecisse, nisi quòd tetigit oculos
istorum: aliquando enim in sanatione cęcorum ni-
hil faciebat, nisi tangere oculos, sicut in illis duobus
cęcis quos sanauit ĩ. 20. aliqñ aūt faciebat aliquid alte
rum, s. expuebat in oculos cæcorum, sicut Mar. 8. ex-
puit in oculos cęci, & tetigit eos manibus suis. Aliqñ
autem faciebat lutum, & liniebat oculos cęcorum,
sicut in illo cęco quem sanauit Io. 19. nam fecit lutū
cum sputo, & liniuit oculos eius misitque eum, vt la-
uaretur in Natatoria Syloe, & tunc vidit. Quare au-
tem Christus faceret cęremonias illas dicetur ibidē,
hoc tamen videtur, quòd quando quis habebat ma-
gnam fidem Christus paucas cęremonias exercebat
ad sanandū eum, sic fuit de illis duobus cęcis de qui-
bus infra vigesimo, quia solum tetigit oculos eo-
rum, eo quòd magnam fidem habebant clamantes
instanter, miserere nostri fili Dauid, ita autem fuit de
F istis duobus hic, quia magnam fidem habuerunt, vt
patet in litera, & præcedenti quæstione: ideo solum
tetigit oculos eorum, de fide autem illorum duo-
rum cęcorum Marc. septimo, & Ioannis nono,
non apparet: ideo habuerunt locum in eis cęre-
moniæ.

Quare Christus dixit cæcis secundum fidem vestram fiat vobis. Quæst. CXLIII.

QVAERETVR, quare Christus dixit istis cæcis
secundum fidem vestram fiat vobis.
Dicendum, quòd propter duo. Primo ad
ostendendum veritatem fidei eorum, quia si non ha-
G berent fidem nihil fieret eis, & in hoc certissime ostē
debatur fides sua: nam licet verbis confiterēntur se cre
dere, & vocarent Iesum filium Dauid, poterat esse, ꝙ
nihil crederent, nunc vero cum Christus dixit secun-
dum fidem vestram fiat vobis, necesse erat, ꝙ si nihil
crederent aut si in fide dubitarent, nihil eis fieret, &
tamen illuminati sunt: ergo apparet, quòd recte cre-
debant. Secundo fuit ad ostendendum propriam po
testatem: nam Christus dixerat istis cęcis, creditis ꝙ
possum hoc facere vobis? & illi dixerunt vtique Do-
mine, & Christus dixit secundum fidem vestram fiat
vobis, necesse erat ergo, quòd Christus haberet pote-
statem illam sanandi eos, quia istud miraculum factū
est ad confirmationem illorum verborum, miraculū
H autem non fit, nisi a Deo, sed ipse non est testis men-
dacij: ideo necesse est, ꝙ vera essent verba, quæ Chri-
stus dixerat ad quorum confirmationē istud miracu-
lū fiebat: nam istū modum Deus dederat ad cogno-
scendum veros Prophetas. s. quòd siquis diceret se es-
se Prophetam, & faceret signum ad hoc, crederetur
ei quòd Propheta esset Deut. 18. patet. ergo ex hoc,
quòd Christus in seipso potestatem habebat ad sanā-
dum istos cæcos, cum ad probationem istius potesta-
tis fecerit hoc miraculum, de hoc dicit Chrysosto-
mus dicit hoc fidem eorum confirmans, & conte-
stans quoniam non adulationis erant verba, quæ di-
xerant.

I *Quare Christus iussit istis cæcis tacere hoc miraculum. Quæst. CXLIIII.*

QVAERETVR, quare Christus iussit istis cę-
cis tacere hoc miraculum.
Dicendum, quòd fecit hoc, primo pro-
pter humilitatem, vt non videretur gloriam sęculi
quærere, sic dicit Hiero. Dominus quidem propter
humilitatem fugiens iactantiæ gloriam hoc pręcepe-
rat.
Secundo (vt aliqui dicunt) fuit, quia annunciare
miracula ista non pertinebat ad cęcos, sed ad Aposto
los quorum officium erat prædicare, sic dicit Hilarius
silentium cęcis Dominus imperat, quia Apostolo-
K rum erat proprium prædicare. Sed hoc non mul-
tum stat, quia etiam alijs curatis ab eo ipse Christus
iubebat annunciare illas curationes: sic patet Luc.
octauo, & Marc. quinto, de sanato a legione cui Chri
stus iussit ire ad suos, & prædicare miraculum
quod illi fecit, etiam conquestus est de leprosis
quos curauit, quòd non dederint gloriam Deo,
Luc. 17.
Tertio potest dici, ꝙ Chrs iussit istis cęcis tacere,
eo ꝙ ipsi volebant laudare eum in seipso, hoc autem
nolebat. sanato aūt a legione iussit prędicare nō qdē
laudādo ipsum, vt hoiem, sed laudando Deū. nā dixit
ei vade ad tuos, & narra quāta fecerit tibi Deus. Luc.
8. hic autē cęci crediderāt potestatē esse in Christo,

quia iste dixerat. creditis quòd hoc possum facere vobis, & illi dixerunt, vtique Domine. omnes tamen audientes laudem Christi intelligerent de humanitate: ideo noluit, idest, ostendit se nolle, quòd istud miraculum prædicaret, sic dicit Chrysost. in Homilia, ꝙ autem alteri dicit vade, & annuncia gloriam Dei nō est contrarium: erudit enim nos prohibere eos, qui volunt nos propter nos laudare. si autem ad Deum gloria refertur non debemus prohibere, sed magis iniungere, vt hoc fiat. Aliqui dicunt, ꝙ hoc fuit ad euitandum inuidiam Pharisæorum. nolebat enim propter eos facere signa manifesta, vt non incitaret valde contra se eorum inuidiam, sicut dictum est in pręcedenti miraculo de puella suscitata supra q. 120.

Sed dicendum, quòd nō stat, quia immediate post hoc fecit multa signa publice, sicut patet de sequ. nā mutum, & arreptitium coram turbis sanauit, & miratæ sunt turbæ, vt patet infra in litera.

Sed dicendum, quòd Christus ista faciebat ad instructionem nostram aliquando publice miracula faciens, & publicari iubens ad probationem virtutis suę, aliquando autem occulte facieba, & occultari iubebat, vt instruat nos in operibus nostris gloriam hominum non quęrere.

Quomodo isti cæci ausi sunt publice dicere hoc miraculum, & numquid peccauerint. Vbi quòd duplex voluntas in Deo, scilicet, signi, & beneplaciti.

Quæst. CXLV.

QVAERITVR cum Christus iusserit istis cæcis tacere comminando eis ne cui dicererent, quomodo ipsi ausi sunt publicare per totam terram. Et an in hoc peccauerunt. Videtur enim inconueniens, quia aut Christus voluit vere istud taceri aut non, si voluit taceri videtur, quòd voluntas sua non impleta est, & tamē hoc est falsum, quia quidquid Deus vult fieri fit, cum voluntati eius resistere nemo possit, si autem Christus voluit istud publicari est inconueniens, quia tunc erit duplex in verbis suis, scilicet, aliud volebat, & aliud se velle ostendebat.

Aliqui dicunt, quòd in Christo, vt est Deus est duplex voluntas. s. voluntas signi, & voluntas beneplaciti: ipsa enim voluntas beneplaciti semper impletur, quia hoc est, quòd Deus vere vult, voluntas autem signi est qua significat se aliquid velle, & sic præcepta, & prohibitiones Dei pertinent ad voluntatem signi ipsius: nam significat se velle, quòd agamus id quod pręcipit, & ꝙ abstineamus ab eo quod vetat, & hoc nos debemus velle, sed istud quod sic Deus iubet interdum determinate ipse non vult, licet iubeat nobis illud velle, & ideo contingit, quòd aliquid fiat contra præcepta sua. si tamen pertineret ad voluntatem beneplaciti preceptum impossibile erat, quòd aliquis ageret contra pręcepta Dei. de quo magis dictum est supra 6. cap. quæst. 109. dicunt ergo isti, quòd Christus voluit quantum ad voluntatem beneplaciti, quòd cæci publicarent istud miraculum, sed quantum ad voluntatem signi non voluit, quia prohibuit.

Sed dicetur, quod istud non sufficit propter duo. Primo, quia istud excusat Christum inquantum erat Deus a duplicitate voluntatis, quia etiam si sit in eo voluntas signi, & beneplaciti nō dicitur propter hoc esse aliquod mendacium, vel duplicitas in verbis eius, & tamen erat in Christo adhuc voluntas humana ex qua fiebant actus sui: nam per eam locutus fuit istis cæcis, & in eo non est ista duplicitas signi, & beneplaciti: ideo non excusatur per hoc adhuc a mendacio, vel impotentia.

Secundo patet, quia hoc dato diceremus, quòd cę-

A ci peccauerunt, quia quicunque agit contra voluntatem signi Dei expressam per præceptum, vel prohibitionem peccat, & tamen videtur irrationabile dici, ꝙ peccauerint isti cęci quos Christus miraculosè sanauerat, & quibus tantam fidem dederat, maxime quòd immediate peccauerint tam directe faciendo contra eius mandatum, scilicet, quòd vbi ipse valde comminatus est vt tacerent, ipsi conati sunt valde, vt prædicarent, & diuulgarent.

Aliter ergo dicendum, scilicet, quòd Christus in verbis suis aliqualiter ostēdit, quòd volebat publicari miraculum, & aliqualiter, quòd nolebat: ipse enim dixit verba, per quæ significabatur, quòd volebat taceri miraculum. Et hoc vere voluit propter duo, scilicet,
B propter humilitatem suam, vt ostenderet, quòd gloriam hominum non quærebat, & etiam propter nos, vt instrueret nos fugere inanem gloriam. Rursus etiā ostendit saltem in gestu suo, quòd bonum esset istud diuulgari propter diuinam laudem. nam ostendendo, quòd ex humilitate taceri iubebat, apparebat quòd alias vellet illud publicari, & ita Christus vtrunque ostendit, licet alterum eorum solum mandauit. Hoc modo euitantur inconuenientia: nam nihil fit contra Christi voluntatem, cum ipse tam secundum voluntatem beneplaciti Diuinam quàm secundum voluntatem humanam voluerit istud publicari propter diuinam laudem. Etiam cęci non peccauerunt, quia nō fecerunt determinate contra Christi pręceptum, cū
C ipse ostenderit aliquo modo se velle, quòd publicaretur, & aliquo modo, quòd non publicaretur. Etiam voluntas sua non repugnat verbo, ita vt posset esse in eo aliquod mendacium, quia sicut præcepit, ita in vultu ostendit tam se velle, quòd publicaretur quàm etiam nolle: hæc duo intelligentes, qui sanati erant elegerunt id quod erat simpliciter melius, scilicet, diuulgare, & ita diuulgauerunt iudicantes esse iniustum tacere tantum beneficium sibi collatum. sic dicit Hierony. Dominus quidem propter humilitatem fugiens iactantiæ gloriam hoc præceperat, & illi propter memoriam gratiæ non possunt tacere beneficium. Fuit etiam hoc ad ostendendum, quod
D nos similia faciamus, scilicet, vt opera nostra propter humilitatem taceri velimus, oporteat nos quasi inuitos publicari. sic dicit Gregor. quærendum nobis est quid sit hoc, quòd ipse omnipotens cui hoc est velle, quòd posse taceri virtutes suas voluit, & tamen ab eis, qui illuminati sunt quasi inuitus indicatur, nisi quòd seruis suis se sequentibus exemplum dedit, vt ipsi quidem virtutes suas occultari desiderent, & tamen, vt alij eorum exemplo proficiant prodantur inuiti, occultentur ergo studio, necessitate publicentur, & eorum occultatio sit custodia propria, eorum publicatio sit vtilitas aliena.

Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei Mar. 7. Luc. 11.
E hominem mutum dæmonium habentem,
& eiecto dæmonio locutus est mutus, &
miratæ sunt turbæ dicentes. Nunquam
apparuit sic in Israel. Pharisæi autem di-
cebant. In principe dæmoniorum eijcit Luc. 13.
dæmones. Et circuibat Iesus omnes ciuita-
tes, & castella docens in Synagogis eorum,
& prædicas Euangelium regni, & curans Mar. 6.
omnem languorem, & omnem infirmi-
tatem.

Eiectio dæmonum,& sanatio muti.

Egressis autem. Hic ponitur tertium principale miraculum de eiectione dæmonis, & sanatione muti, istud autem solus Mat.scribit,sicut etiam præcedens miraculum,& dicitur. F

Egressis autem illis. Idest,egressis cæcis,qui iam fuerant illuminati de domo illa,in qua sanati sunt.

Obtulerunt ei hominem mutum. Scilicet,in eadem domo,in qua cęcos sanauit, & dicitur obtulerunt,quia ille mutus nihil per se poterat petere.

Dæmonium habentem. Habebat duo mala, scilicet, mutus erat,& dęmonium habebat,sed vnum ex altero sequebatur,

Et eiecto dæmonio locutus est mutus. Scilicet, quia dęmon faciebat eum mutum,vel quia erant duo mala, & ab vtroque simul curatus est.

Et admiratæ sunt turbæ. Istud enim miraculum coram turbis factum est, licet in domo factum fuerit præcedens autem factum est quasi occulte, & ita iussit illud Christus taceri.

Dicentes nunquam apparuit sic in Israel. Idest, nullus fuit vnquam in gente Iudæorum, qui talia miracula faceret.

Pharisæi autem dicebant. Aliqui de Pharisęis forte interfuerunt huic miraculo,& murmurauerunt,sicut sępe veniebant ad audiendum doctrinam eius, & videbant miracula ipsius, sicut supra in litera quando sanauit paralyticũ scribę,& Pharisæi q ibi erant,murmurauerunt,& multi ad eum veniebant,quia Luc.5. dicitur,ꝙ quando sanauit paralyticum erant Pharisęi sedentes,& legis doctores,qui venerant ex omni castello Galilęæ,& Iudęæ,& Ierusalem. Vel forte nulli Pharisæi nunc interfuerunt,& tamen postea audientes miraculum istud murmurauerunt.

In principe dæmoniorum eijcit dæmones. Idest,in potestate principis dęmonum.credebãt enim aut simulabant se credere,ꝙ princeps dęmonum esset fauorabilis Christo, & in potestate illius eijciebat Christus dæmones, idest, ille dæmon eijciebat alios propter Christum.sic dixerunt infra decimosecundo hic non eijcit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.

An ista sint continuata ad præcedentia.
Quæst. CXLVI.

QVAERETVR an ista sint continuata ad præcedentia.

Dicendum,ꝙ sic,& primo patet ex ordine literę,a qua nunquam recedendũ est sine causa manifesta,& tñ hic nulla apparet.maxime quia alij Euangelistę non discordant hic a Mat.in ordine,sicut interdum solent, eo quòd solus Mat.hoc dixit. Secũdo patet, quia litera ostendit esse ordinem continuum,cum dicatur hic.egressis autem illis ecce obtulerunt ei hoĩem mutum,idest,postquam egressi sunt cęci iam sanati.Etiam apparet,ꝙ fuerit factum immediate post illud. nã si fieret post 3.vel 4.dies,vel ẽt sequenti die non diceret, ꝙ egressis illis factũ est, K ꝗa repugnat hoc mõ loquendi, sed est sensus,ꝙ immediate,vt sanati sunt cæci,& egressi de domo intrauerunt illi,qui portabãt mutũ.fuit aũt conuenienter factũ istud miraculũ post pręcedens,ꝗa post sanationem cęcorũ sanandi erant muti.sic dr̃ Isa.61.tunc aperientur oculi cęcorum,& aures surdorum patebunt, & aperta erit lingua mutorũ: sic dicit Remigius pulchre illuminatis cæcis muto loquelam reddidit, & obsessum a dæmone curauit,in quo ostendit se Dñm virtutum,& cęlestis medicinæ auctorem:nam & per Isa.dictum est,tunc aperientur oculi cęcorum,&c.

An quod dicitur de sanatione huius muti sit quod habetur Mar.& Luc.11. Quæst. CXLVII.

QVAERETVR an istud quod dicitur hic de sanatione istius muti sit illud quod habetur Mar.11.& Luc.11.

Aliqui dicunt,quòd sic, quia eadem historia narratur.s.de dęmonio eiecto,& muto loquente, & ponitur eadem murmuratio Pharisæorum.s.in Beelzebub dæmonia eijcit.

Dicendum,quòd non est eadem historia,quod patet Mat.ponit infra 12.illud quod habetur Luc.11.nã licet illa,quæ habentur infra 12.sint similia istis,ibi tamen ponuntur plura quàm hic, & illa quę habentur
G ibi habentur etiam Luc.11.ideo concordat Luc.cũ illo,& non cum isto, & tamen illud miraculum, & istud non sunt idem,cum ponat illa Matth.tanquam distincta:ergo istud,quod hic dicitur solus Matt.ponit.sic dicit Augu.lib. de concordia Euange. Quod autem hic dicitur de duobus cęcis,& dæmonio muto solus Mat.posuit,& probat hoc,quia Matthę.infra 12.ponit illud quod Luc.& Marc.de isto muto posuerunt.

Quare obtulerunt Christo istum mutum.
Quæst. CXLVIII.

QVAERETVR, quare obtulerũt Christo istũ mutum.

H Dicendum,quòd miraculum de cęcis illuminatis auditum fuit ab aliquibus,vel visum, qui interfuerant,& quia ille mutus prope erat adduxerunt ei illum, credentes quòd cum cęcos illuminasset posset mutum sanare,& ita immediate ei obtulerunt illum. Vel forte isti audientes,quòd Christus venerat in locum illum,de quo audierant, quòd suscitauerat filiam principis Synagogæ,aut alia miracula multa,adduxerunt ei mutum,quia tamen cęci secuti fuerunt Christum in via prius ipsi introierunt,& sanati sunt,& sic contigit quòd eis egredientibus iam sanis,introierunt qui mutum adducebant.

Sed diceretur,quare ille per se nõ venit ad Christũ, sicut cęci venerunt?

I Dicendum,quòd ipse sanitatem petere non poterat,quia mutus erat: etiam nulla signa petentis ostendere poterat,nec etiam ad Christum ire vellet, quia cum possideret illum diabolus non permitteret illuc ire,sed potius confugeret ne sanaretur, vt sic semper posset eum possidere:ideo oportuit,vt alij forte quasi inuitum ad Christum illum portarent, vt sanaretur, & sic dicitur,quòd obtulerunt illum. sic dicit Chrysostomus indiguit iste alijs, qui eum adducerent: nec enim per seipsum rogare poterat sine voce existens,nec alijs supplicare dęmone animam cum lingua colligante.

Quare Christus non petijt fidem a muto.
Quæst. CXLIX.

QVAERETVR, quare Chr̃s non petiuit fidẽ ab isto,sicut petiuerat a cęcis s.in litera.i.creditis,ꝗ hoc possum facere vobis?Dicẽdũ,ꝙ hoc fuit,ꝗa non poterat de fide r̃fidere priusquam sanaret̃, ꝗa mutus erat, ẽt non poterat ostẽdere signa credentis cum nõ esset sanę mentis,ꝗa dęmon illum possidebat:iõ non petiuit fidem ab eo,sed sanauit illum.sic dicit Chrysostom.nec per seipsum rogare poterat sine voce existens,nec alijs supplicare dęmone animam cum lingua colligante,propter hoc nec expetit fidem ab eo, sed confestum ęgritudinem sanat.

Sed

Sed dicetur quare non petiuit saltem fidem a portantibus. nam interdum sic facere solebat. nam Mar. 9. dicitur de iuuene habente dæmonium mutum quē pater suus ad Christum attulit, & Christus ab eo petiuit fidem dicens, si potes credere omnia possibilia sunt credenti.

Dici potest vno modo, ꝙ Christus petiuit fidem a portantibus istum mutum, & tamen non scribitur, quia multa Christus fecit, quæ non scripta sunt per aliquem euangelistarum Ioan. 20. & 21.

Aliter potest dici, ꝙ Christus non petiuit fidem ab istis portantibus, eo ꝙ forte in eis apparebat fides manifeste, & si apparebat non oportebat peti. sic patet supra in litera de curatione paralytici, scilicet videns Iesus fidem illorum dixit paralytico, remittuntur tibi peccata tua, & sic a nullo petiuit ibi fidē, scilicet nec a paralytico, nec a portantibus, quia fidem illorum vidit, & ita hic forte fieret.

Tertio potest dici, ꝙ Christus ab eis, qui sanabantur solebat petere fidem, quando illi per se poterant respondere, a portantibus tamen ęgros non solebat petere fidem, nisi appareret in eis aliqua infidelitas, vel dubietas, & quia in istis portantibus mutum nihil tale apparuit non petiuit Christus ab eis fidem, istud est verisimile. nam Mar. 9. fuit petita fides a patre portante filium arreptitium, quia ille expresse ostenderat aliquam dubietatem, dicens Christo, si quid potes adiuua nos misertus nostri, & Christus etiam ostēdit
C incredulitatem eius dicens, si potes credere omnia possibilia sunt credenti, ille etiam confessus est incredulitatem suam dicens, credo domine adiuua incredulitatem meam.

Sed obijcietur, quia dictum est, ꝙ quando fides apparebat Christus non petebat fidem, duo tamen cęci de quibus supra fidem ostenderunt dicentes miserere nostri fili Dauid, etiam quia clamabant post Christum, & secuti sunt eum per totam viam, & tamen Christus petiuit ab eis fidem, vt patet in litera.

Dicendum, ꝙ hoc fecit, eo ꝙ voluit ab eis quærere de quodam alio articulo quem ipsi nondum credebant, & volebat Christus, ꝙ illum confiterentur, vt ostensum est supra q. 141. aliàs autem quando fides
D apparebat, Christus non petebat illam.

An esset naturaliter mutus, aut dæmon non sineret eum loqui. Quæst. CL.

QVAERETVR de isto muto, qui habebat dæmonem, an esset naturaliter mutus, vel dęmon faceret eum non loquentem.

Dicendum, ꝙ vtrunque potest asseri, videt͂ aliquibus tñ magis dicendum, ꝙ dæmon faceret hoīem nō loquentē. Primo, quia dr̄ in litera, & eiecto dæmonio locutus est mutus, quasi sit quidam actus consequentię muti loqui ad hoc, ꝙ est dęmonem fuisse eiectū, si tñ esset iste naturaliter mutus, ēt si dęmon eijcere-
E tur non loqueretur, cum esset per se passio distincta, & sic vr̄, ꝙ dęmon faciebat eum mutum .i. nō loquētem toto tempore quo eum possidebat, & forte semper illum tenebat licet non semper torqueret, & sic semper erat mutus. Secundo patet, quia dicit Chry. non aūt naturę erat hęc passio, sed ex dęmonis insidijs, ideoque & alijs indiguit, qui eū adducerent, neċ enim per seipsum rogare poterat dęmone animam cum lingua colligante. sic ēt dicit Hilarius in hoc rerum ordo seruatus est. nam dęmon prius eijcitur, & tunc reliqua corporis officia succedūt, & sic innuit, ꝙ Christus non restituit isti loquelam, sed ꝙ ipsa per se secuta est inquantū dicit, tunc reliqua corporis officia succedunt, & per se ɔsequunt͂, & hoc est, quia dæmon

A illa teneret impedita. Tertio patet, quia scriptura, sic loquitur vocans aliquando dęmones mutos .i. reddētes hominem mutum. sic dicitur Luc. 11. erat Iesus eijciens dęmonium, & illud erat mutū, & cū eiecisset dæmonium locutus est mutus, dæmon tamen non potest esse in seipso mutus, ideo oportet, quòd vocetur mutus, idest reddens hominem mutum, & tamen omnino est simile hic, ergo non erat homo mutus, sed dæmon faciebat eum mutum, & apparet, quia infra 12. ponitur idem miraculum, quod Lucę 11. & tamen infra 12 homo vocatur mutus, & non dæmon, sed Luc. 11. vocatur dæmonium mutum, ergo videtur, quòd ibi non erat homo mutus, nisi quia dæmo-
B nium erat mutum, scilicet reddens hominem mutū. sic etiam dicitur Mar. 9. attuli filium meum ad te habētem spiritum mutum, idest qui facit eum mutum.

Hęc possunt stare aliqualiter, sed melius videtur dicendum, quòd tam iste mutus, & arreptitius de quo hic, quam ille de quo infra 12. & Luc. 11. erat arreptitius vltra hoc erat mutus, & ad dicta facile est respondere, pro quo vide, quæ dicuntur infra 12, de illo arreptitio, qui mutus dicitur.

Quomodo dæmon potest facere hominem mutum dato, quòd faciat arreptitium aliquando mutum. Quæst. CLI.

C SED quæretur quomodo dæmon potest facere hominem mutum, dato quòd dæmon faciat interdum arreptitium mutum.

Dicendum, quòd locutio fit per motum localem, scilicet per motum linguę, & aliorum organorum a quibus naturaliter vox articulatur. dæmon autem potest ad nutum suum mouere localiter naturam corporalem, nisi Deus impediat, & sic pōt mouere linguam hominis ad formandum diuersa verba, sicut arreptitij interdū loquuntur idiomata eis ignota, quæ nesciunt proferre, nec intelligere cum non arripiuntur, & ista est probatio necessaria, quòd tales sint arreptitij, quia talis locutio cum sit ordinata non potest fieri, nisi per aliquem intellectum, quia solius
D intellectus est ordinare. non fit tamen per intellectū arreptitij, quia ipse talia non nouit, ergo fit per intellectum Angeli, vel dæmonis, & sic vtroque modo est arreptitius, quia organa sua ab alio arripiuntur, & pręter voluntatem eius mouentur, & tamen non solemus arreptitios vocare, nisi eos q a dæmone arripiūtur, quia Angeli non solent ista facere, sicut ergo dæmon potest linguam hominis varie mouere contra volūtatem hominis, vel pręter illam, poterit a fortiori tenere illam ne moueatur, quia hoc facilius est. nā ad hoc sola potestate motiua indiget, ad illud autem indiget potestate, & etiam arte formandi voces, & hoc modo dæmon facit hominem mutum, alia etiā maiora potest: nam interdum mouet membra homi-
E nis, ita fortiter, ꝙ vnus homo pugnando prævaleat contra multos, sicut patet Actu. 19. de arreptitio, qui inuasit adiuratores, & vulneratos nudosque fugere compulit, & ita dicitur præcedenti capitulo de duobus arreptitijs, quod erant sęui nimis, ita vt nemo auderet transire per viam, potest etiam dæmon elidere hominem in terram, & cogere ad stridendum, & spumandum. Marc. nono. Etiam potest cogere hominem ad vulnerandum seipsum, sicut patet de illo, qui arripiebatur a legione dæmonum. nam seipsum lapidibus concidebat. Mar. 5. facilius ergo poterat eū mutum reddere.

Quare turbæ dixerunt, nunquam sic apparuit in Israel, quando sanauit Christus mutum. Et quod Christus subito miracula faciebat non sic autem prophetæ.

Quæst. CLII.

QVAERETVR quare turbæ dixerunt, nunquam sic apparuit in Israel, quando sanauit Christus mutum. Aliqui dicunt, ꝙ hoc fuit, quia nunquam visum fuerat, ꝙ aliquis arreptitius, qui redderetur mutus per dæmonem, fuisset aliquando sanatus, licet multi fuissent inter Hebræos, ita dicit Nic. & verum est, ꝙ in veteri testamento nemo legitur de arreptitijs fuisse curatus, non solum de mutis, sed etiam de loquentibus, sicut de Saule legitur, ꝙ arripiebatur a dæmone. 1. Regũ. 16. & tunc prophetabat in medio domus suæ. 1. Reg. 18. & nunquam legitũ G
fuisse curatus, sed solum alleuiabatur, quando Dauid canebat in cithara coram eo. 1. Reg. 16.

Sed hoc non multum stat, quia licet non fuisset visa talis curatio fuerat visa alia, quæ iudicabatur maior apud Iudæos. s. suscitatio mortuorum, quia Elias, & Elisæus mortuos suscitauerant, 3. Reg. 17. & 4. Reg. 4. non ergo diceretur propter istud solum, ꝙ nũquam apparuit sic in Israel, maxime, quia Christus fecerat alia, quæ iudicabantur maiora, vt suscitare filiã archisynagogi, supra in litera, & ibi non fuit dictum hoc. Si autem dicatur, ꝙ fuit, quia iam præcesserat suscitatio mortuorum in veteri testamento.

Dicetur, ꝙ nunquam præcesserat curatio paralyticorum, & tamen quando Christus curauit paralyti- H
cum supra in litera non dictum est, nunquam sic apparuit in Israel, ideo non videtur ista fuisse causa. Aliter potest dici, & melius, ꝙ hoc nõ fuit propter istud miraculum solũ, quod nunc Christus fecit, sed simul pp omnia, quæ fecerat, & specialiter propter modũ faciendi, quia licet ipse solum faceret talia qualia alii fecerãt, esset admirabilis, nemo. n. taliter miracula faciebat, sed præmissis multis orationibus, & cum magna difficultate, vt patet in Elia, & Elisæo, Christus autem subito omnia faciebat, non orans, sed solum iubens: & eodem modo mirabantur de modo suo docendi, quia docebat, vt potestatem habens, & non, sicut Scribæ, & Pharisæi, supra 7. Etiam Christus multa miracula faciebat, Prophetæ autem veteris testamẽ- I
ti fecerunt rarissima, propter istas duas ergo excellentias dicebant nunquam sic apparuit in Israel. s. qui talia, & tanta, & taliter faceret, sic dicit Chry. præponebant quidem eum cæteris, non quia curabat solum, sed quoniam facile, & velociter, & infinitas ægritudines, & insanabiles sanabat, & ideo propter hoc nõ solum præponebant eum omnibus præcedentibus, sed etiam dicebant eum esse Messiam pp magna miracula infra 12. & stupebant oẽs turbæ, & dicebant, nũquid hic est filius Dauid? & hoc, quia putabãt, ꝙ Messias non posset facere plura signa, quam ipse faciebat, Ioan. 7. Christus cum venerit nunquid plura signa faciet, quam quæ hic facit? q. d. non videtur ꝙ quisquam K
plura facere possit.

Quare Pharisæi dixerunt in principe dæmoniorum eijcit dæmones. Vbi quod dæmon non potest mortuos suscitare, nec leprosos mundare, nec paralyticos sanare, nec si posset faceret, quia nulli prodesse vult.

Quæst. CLIII.

QVAERETVR quare Pharisæi dixerunt in principe dæmoniorum eijcit dæmones. Dicendum, ꝙ Pharisæi mouebantur ad hoc ex inuidia, oderãt. n. Christum, & persequi eum volebant pp multa, vt ostensum est supra q. 52. & quia turbæ valde laudabant

F eum, dolebant nimis Pharisæi, & sic oportebat, quòd murmurarent, sic dicit Chryso. hoc autem maxime Pharisæos contristabat, quoniam omnibus eum præponebant non solum his, qui tunc erant, sed etiã his, qui nunquam geniti fuerant in Israel, vnde Pharisæi concitati detrahebant. Erat autem modus Pharisæorum, ꝙ si aliqua ratione, vel auctoritate poterant infirmare, vel obumbrare facta Christi, nitebantur hoc facere, sic fuit quando dixit paralytico remittuntur tibi peccata, quia volebant ostendere eum esse blasphemum supra in litera, & Mar. 2. & quando cum Publicanis comedebat, & etiam de ieiunijs arguebant eũ sub quodã colore sanctitatis supra in litera, cum vero nullum colorem habebant, nec poterant negare facta Christi, quia erant publica, & sine colore illa increpabant, sicut nunc dicentes, ꝙ in potestate dæmonum eijceret dæmones, sic dicit Remigius, Scribæ, & Pharisæi facta domini negabant, quæ poterãt, & quæ non poterant in sinistram partem interpretabantur secundum illud Psalm. 65. in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. s. Pharisæi, qui erant æmuli Christo viderent multitudinem virtutis eius. i. magnitudinem miraculorum, non potentes illa negare mentientur. i. dicent, ꝙ non facis a teipso, sed dæmones hoc faciunt.

Putauerunt autem Pharisæi habere colorem ad hoc. s. ꝙ inter dæmones est ordo quidam principatus, & sunt quidã maiores alijs in virtute actiua, possuntque eos deprimere, & ita ille, qui est princeps summus inter dæmones, cum esset potentior omnibus poterat illos de corporibus expellere, & ita dicebãt, quòd Christus habebat aliquem dæmonem familiarem sibi qui erat princeps omnium, & in virtute illius Christus dæmones expellebat. i. ꝙ ille dæmon volens fauere Christo expellebat cæteros dæmones de corporibus, ita vt Christus videretur hoc agere, sed non faciebat.

Sed istud motiuum erat valde friuolum, & destruxit illud Christus multis rationibus infra 12. non enim habebat colorem, quia etiam siquis vellet credere, ꝙ vnus dæmon alium expellebat, tñ alia Christi miracula non poterant dæmoni ascribere, quia dæmon mortuos non suscitat, leprosos non mundat, paralyticos non sanat, quæ omnia Christus faciebat, nam dæmon ista non potest, & si posset non faceret, quia inuidus est, & nulli prodesse vult, sed nocere, sic dicit Chryso. eorum autem dicto, quid est dementius? Christus. n. non solum dæmones eijciebat, sed & leprosos mũdabat, & mortuos suscitabat, & peccata soluebat, quæ dæmon, nec posset facere, nec vellet. multa alia motiua sunt adhuc, necesse ergo erat, ꝙ attribuerent Christo aliqua miracula diuinitus facere, & si vnum faceret diuinitus omnia sic facere poterat, & sic iniustum est attribui aliqua opera eius dæmoni, cũ nullũ opus eius appareat, quod necesse sit attribui dæmoni, & multa appareant, quæ necesse sit attribui Deo.

Item valde excæcati sunt Pharisæi dicentes, ꝙ princeps dæmoniorum eijciebat dæmones de corporib⁹. nam si ex inuidia volebant Christo detrahere, poterant minus male dicere, quòd Christus non excludebat violenter dæmones de corporibus, nec etiã princeps eorum eos excludebat, sed quia Christus erat cultor dæmonum fauebant ei dæmones, vt sic videretur aliquid agere, & tunc non starent contra eos argumenta, quæ Christus fecit, quia illa procedũt principaliter ad ostendendum, ꝙ dæmon nõ eijcit dæmonem: ostenderunt ergo se inuidere Christo, & detrahere ei nesciuerunt, licet etiam ista detractio nõ erat efficax, & tamen erat magis apparens, quam illa, quam ipsi dixerunt, de hoc tamen, s. an possit dæmon

expel-

expellere dæmonem,& de principatu eorum,& similibus dicetur,infra 12.vbi ponitur simile miraculum. *Et circuibat.* Hic ponuntur multa miracula in generali, vt non oporteat omnia in particulari enarrare, istud autem ponunt tres.s.Matth.hic, & Mar.6. & Luc.13. Et dicitur. *Circuibat Iesus ciuitates omnes.* i.discurrebat p omnes ciuitates terræ Iudæorum, nam ad terrã Gentilium,aut Samaritanorum non ibat,quia ipse hoc vetuit discipulis seq.c.s.in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. *Et castella.* Ciuitates sunt loca maiora, & castella sunt minora loca, quæ tamen sunt murata, loca autem non murata non vocantur castella,sed villę,aut vici, vel rura, aliquando tamen castellum vocatur magna ciuitas, sicut Ierusalem erat metropolis terræ Iudęorum, & tamen vocatur aliquando castellum, vt cum Christus dixit,ite in castellum,quod contra vos est,infra 21. & Mar.11.& Luc.19. & apparet ibi,ꝙ loquitur de Ierusalem. *Docens in synagogis eorum.* Ille erat locus ad prædicandum,& per hoc apparet, ꝙ Christus non prædicabat Gentilibus, quia illi non habebant synagogas, sed soli Iudæi. *Et prædicans euangelium.* In hoc apparet, ꝙ non prædicabat doctrinam legis veteris licet obseruaret legem veterem, sed euangelium prædicabat. *Regni.* i.quod ducit ad regnum ęternum, quia in hoc denunciatur nobis regnum ęternum, quod autem esset istud euãgelium declaratum est supra 4.c.q.80, non.n.erat aliquod de quatuor Euangelijs,quę habemus,quia nullum eorũ tunc scriptum erat, immo id qd Christus prædicauit,& fecit scripserunt Euangelistæ,sed illud,quod Christus prædicabat euangeliũ vocat,quia hominibus annunciabat vitam ęternã. *Et curans omnem languorem,& omnem infirmitatem.* Postquam prædicabat miracula faciebat ægritudines sanãdo,vocatur aũt languor infirmitas grauis,& diuturna, sicut sanauit paralyticũ,qui fuerat 38. annis in ægritudine. Io.5.& mulierem,quæ curua fuerat annis 18. Luc.13. & mulierẽ fluẽtem sanguine, quæ 12. annis hoc passa fuerat supra in litera,& Mar.5.& Luc.8.infirmitas autem est morbus parui temporis, sicut sunt febres acutę,& istas etiam sanabat,sicut socrum Petri, quæ magnis tenebatur febribus sanauit,præced.c.& Mar.1.& Luc.4.& in vtroque erat miraculum, nam etiã in paruis febribus,ꝙ sanaret eos solo tactu miraculum erat vt ostensum est præced.c.q.44.sicut dicit glo.languorem vocat diuturnam infirmitatem,infirmitates autẽ leues morbos,

Languor, & infirmitas quid.

Vel potest dici,ꝙ languor dicatur proprie ægritudo,quæ prouenit ex mala habitudine corporis, vt febris,hydropisis,paralysis,lepra,fluxus sanguinis, & similia: infirmitas autem sit debilitas, vel impotentia, quæ est sine aliqua mala qualitate,sicut esse claudum, vel cęcum, & ita de similibus etiam mutilatum esse, omnia.n.hæc Christus sanabat.

An ista sint continuata ad præcedentia.
Quæst. CLIIII.

QVÆRATVR an sint ista continuata ad præcedentia. Dicendum videtur,ꝙ sic,quia ab ordine literæ nunq̃ est recedendũ sine causa, & tamen hic nulla apparet, ideo dicendũ est, ꝙ sit ordo rectus.

Aliter potest dici,& melius, ꝙ istud non potest eẽ continuatum ad præcedentia, nec discontinuatum, ita ꝙ sit recapitulatio,vel anticipatio, quia cum euangelium sit historia quædam,accipitur continuatio,& discontinuatio partium eius per respectũ ad tẽpus.s. quid prius factum est,vel dictũ,& qd posterius, istud tamen non potest esse,nisi inter particularia.i.inter ea

A q̃ semel tantũ facta sunt,si autem aliquid sit, ꝙ semp durat illud non p̃t continuari ad aliquã partem, nec discontinuari,sed vbicunque esse p̃t, quia cum oĩbus partibus simul est,sicut si Mat. diceret Christus quotidie orabat,vel quotidie docebat discipulos, istud.n. in quacunque parte euangelii poni poterat,quia cum oĩbus simul est cũ semp duret,iõ in talibus nõ p̃t dici, ꝙ sint continuata,nec discontinuata, sed vtriq; bene sunt,vnde isti tres Euangelistę in diuersis partibus historiæ posuerunt.s.non omnes in eodem loco, nam ponitur hic,& Mar.6. & Luc.13.

Quare Christus circuibat castella, & ciuitates prædicando.
B *Quæst.* CLV.

QVÆRATVR quare Christus circuibat castella, & ciuitates prædicando. Aliqui dicunt, ꝙ hoc erat ad excludendum opinionem erroneam,siue detractionem Pharisęorum.s.in principe dæmoniorũ eijcit dęmones,nam dęmon est superbus, & si offenditur non vult iam benefacere, sed nocet, Christus autem post iniurias, & detractiones Pharisæorũ magis benefaciebat,quam prius, quia non desistebat curare infirmos,sed potius circuibat omnia loca prædicans,& curans infirmos,& sic apparebat, ꝙ non agebat incitante dæmone,nec per virtutem eius, sic dicit Chry.voluit dominus ipso facto accusationem redar-
C guere Pharisæorum dicẽtium in principe dęmoniorum dęmonia eiicit, dæmõ.n.conuitium passus non benefacit,sed nocet eis, qui eum non honorant, dñs aũt 9trarium facit,qui post conuitia, & contumelias nõ solum non punit, sed ẽt nec increpuit immo bñficia præstitit.Secundo fuit,vt innuat nobis,ꝙ lęsi nõ desistamus a beneficiis,quæ impendere solebamus, quia qui pp Deum agit,ẽt si lędatur non desistit, qui vero propter homines desistit,sic dicit Chry.in hoc erudit nos accusatoribus nostris retribuere nõ accusationes sed beneficia,qui.n.post accusationem desistit a beneficio,monstrat ꝙ pp hoĩum laudes benefacit, si vero propter Deum benefacit conseruis,quidquid illi fecerint non desistit benefaciens, vt maior sit merces.

D Tertio potest dici,& melius, ꝙ Christus faciebat hoc ex intentione finis sui,quia ipse venerat,& ad prędicandum,& ad redimendum nos:redemptio autem vno die solum fieri debebat.i.quando moreretur, reliquum autem tempus suum ad prædicandum erat, & ideo dicebat se ad hoc missum quasi hoc solũ esset opus suum,vel illud principale,sic dicitur Mar.1. eamus in proximos vicos,vt & ibi prædicẽ.ad hoc.n. veni,& Luc.4.dicitur alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum, prædicabat autem Christus per omnes ciuitates,quia volebat omnibus Iudęis prædicare,& quia non poterant omnes commode conuenire ad audiẽdum ipsum si maneret semper in vno loco,ad alleuiãdum labores eorum voluit ipse discurrere per omnes ciuitates, Et
E hoc erat circuire ciuitates, & propter hoc nolebat Christus manere lõgo tempore in aliqua ciuitate,sed postquam ibi aliquantum prædicasset, & miracula fecisset, ita vt ad omnes de loco illo posset sufficienter peruenire cognitio verbi sui,& ostensio signorum recedebat de vrbe illa, sic enim fuit in Capharnaum, vbi multa miracula fecerat, & cum quadam die diluculo nescientibus ciuibus recessisset, secutæ sunt eum turbæ, & detinebant ipsum, vt reducerent in Capharnaum, ille autem dixit, alijs etiam ciuitatibus oportet me euangelizare. Dicitur etiam, quód circuibat ciuitates,& castella,idest loca parua, & magna,in omnibus enim locis prædicabat nõ distinguẽs an essent parua, vel magna, quia non prædicabat ad

laudem hominum, quam in solis magnis locis consequi posset, licet ad vtilitatem fidelium, idest eorum quos ad fidem vocare volebat, & quia in quolibet loco erant aliqui quibus poterat verbū suum prodesse sicut ipse nouerat, in omnibus locis prædicabat, siue magnis, siue paruis, sic dicit Hieronymus super Matthæum, vides autem, quòd æqualiter, & vicis, & vrbibus, & castellis, idest magnis, & paruis Euangeliū prædicauerit, vt non consideraret nobilium potentiam, sed salutem credentium, & dato quòd aliquis locus esset in quo Christo prædicante nullus per verbum eius cōuerteretur, adhuc prædicare volebat, vt essent inexcusabiles, & ideo per totam terram continue discurrebat, idest si nunc exiret de vno loco ad viciniorem locum ibat, & prædicabat ibi, sic dicitur Marco primo capitulo, quando Christus exiuit de Capharnaum dixit discipulis, eamus in proximos vicos, vt & ibi prædicemus.

Quare Christus prædicabat in synagogis. Et quare Ecclesia prohibet occultas prædicationes.
Quæst. CLVI.

QVAERETVR quare Christus prædicabat in synagogis, nam semper dr̄ de eo, ꝙ prædicabat in synagogis, vt patet hic, & Mar. 1. & Luc. 4.

Dicendum, ꝙ hoc faciebat Christus. Primo ꝑꝑ cō suetudinem Iudæorum, nam in synagogis prędicationem audire solebant, sic dicitur Actu. 13. ꝙ Paulus, & Barnabas intrauerunt sabbato in synagoga, & post lectionem legis, & prophetarum principes synagogæ dixerunt eis, viri fratres siquis est in vobis sermo exhortationis ad plebem dicite, & tunc Paulus prædicauit, & rogauerunt eum, ꝙ sequenti sabbato prædicaret, & ita fecit.

Secundo fuit, quia synagoga erat locus publicus, cum omnes Iudæi conuenirent illuc ad orandum, & audiendum doctrinam legis, sicut nūc in ecclesia fit, & ideo hypocritæ, qui volebant opera sua laudari ab hominibus in synagogis orabant, vt viderentur ab hominibus supra sexto cap. cum oratis non eritis, sicut hypocritę, qui amant in synagogis orare, vt videantur ab hominibus. Christus autem volebat multitudini prædicare, ideo in synagogis conuenientius, quā alibi prædicabat.

Tertio fuit ad confirmationem doctrinæ suæ, quia ipse erat Messias in scriptura promissus, & ideo vtebatur aliquando auctoritatibus scripturę ad ostendendum se esse illum, sic enim ipse dixit Io. 5. scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illę sunt, quæ testimonium perhibent de me, in synagoga autem legebantur istæ scripturę, quia in omnibus sabbatis legebatur lectio de libris Moysi, & de libris prophetarum, sic dicitur Actuum 15. Moyses enim a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum prædicent in synagogis, vbi per omne sabbatum legitur, & post lectionem istam fiebat prædicatio. Act. 13. vt supra dictum est, & ita Christus ex lectionibus recenter lectis poterat ostendere se esse Messiam, quia non indigebat longa admonitione ad reducendum populum in memoriam eorum, quę lecta fuerant, sed poterat dicere ista scriptura, quā nunc legistis intelligitur de me, sic fecit semel in Nazareth, in synagoga, & traditus est ei liber Isai. legitque in illo loco, scilicet spiritus domini sup me, &c. & dixit hæc scriptura completa est hodie in auribus nostris. Luc. quarto, idest intelligitur de me, erat ergo conueniēs ei prædicare in synagogis, & maxime faciebat hoc diebus sabbatorum, quia tunc conueniebant ad synagogam omnes Iudæi, & ideo Christus consueuerat

F in omnibus sabbatis intrare synagogam simpliciter, eo. c. intrauit secundum consuetudinem suā die sabbati in synagogam.

Quarto fuit ad tollendum suspitionis locum, quia synagoga locus publicus erat, & quidquid Christus diceret ab omnibus videretur, vnde non posset imponi ei, ꝙ dixisset aliquid falsum, vel scandalosum, quia totus populus testis erat, sic enim Christus respondit Io. 18. pontifici quærenti de discipulis eius, & doctrina. s. ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga, & in templo quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil, interroga eos qui audierunt. Propter hoc autem nunc prædicatio publice fit, vt non detur occasio volentibus seminare errores in fide, quod fieret si in occulto prædica-
G tio fieri posset, & ob hoc ecclesia vetuit conuenticula occulta, in quibus de fide docetur, extra de hære. cap. cum ex iniuncto, interdum tamen Christus prædicabat extra synagogam. s. in campo, & hoc qn̄ cōueniebat ad eum multitudo magna, ita vt non caperentur in synagoga, nec in aliqua domo, sic dicitur Marc. 1. ita vt iam non posset in ciuitatem introire, sed foris in desertis locis esse, & conueniebant ad eum vndique, & sic aliquando etiam in campo ꝑtę multitudine turbæ non poterat prædicare, quia irruebāt in eum, sed intrabat in mare, & de nauicula docebat turbas existētes in littore. Luc. 5. & infra 13. & Mar. 4.

H *Quomodo Iudæi permittebant Christo prædicare Euangelium, cum ipse esset Iudæus. Et quod ipse nunquam legem Moysi prædicauit, nec debuit prædicare. Et duo principalia quæ in Euang. continentur.*
Quæst. CLVII.

QVAERETVR quomodo Iudęi permittebāt Christo prædicare euangelium, quod ad legem nouam pertinet, cum ipse Iudæus esset, & viueret secundum legem Moysi.

Dicēdum, ꝙ Christus tota vita sua seruauit legem Moysi ne Iudæis præstaret causam iusti scandali. si. n. legem non custodiret poterant eum repellere dicentes, ꝙ non erat Messias eorum, & quia hoc erat aliqua-
I liter verisimile, generaret magnum scandalum in aīo infirmorū, maxime a principio antequā esset cognitus, quia nemo vellet eum audire si legem non obseruaret, nam non putarent eum esse a Deo, & daretur magna occasio, & color murmurationi Iudæorū, nā dixerunt Pharisęi. Io. 9. hic homo non est a Deo, qui sabbatum non custodit, & tn̄ falsum erat, quia nō violabat sabbatū sanando cęcos, & tn̄ murmurabāt, a fortiori ergo murmurarent, si Christus aperte legē violaret, obseruauit ergo eam, nūquam tamen Christus legem prædicauit, sed Scribæ, & Pharisæi prædicabāt illam, ideo dicitur infra. 23. ꝙ super cathedrā Moysi, sederunt Scribæ, & Pharisęi. i. super cathedrā in qua docetur, & prædicatur lex Moysi, sic dicitur Act. 15.
K Moyses habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent in synagogis, ratio huius fuit, quia si Christus ꝓdicaret aliqn̄ legem Moysi per hoc innueret illam esse seruandam, & tn̄ ipse venerat ad imponendum illi finem, vt inciperet nouum testamentum, ergo nō debuit illam prædicare, tō dr̄ia inter obseruationem, & prædicationem fuit, quia obseruatio est ad seipsum, ꝓdicatio autem ad alterum, non. n. prædicatur, nisi vt audientes faciant oīa, q̄ prędicantur infra. 23. super cathedram Moysi sederut Scribæ, & Pharisæi, oīa quæcunque dixerint vobis facite, obseruatio aūt legis est solum pro ipso obseruante, ideo licet Christus obseruaret legem, nō admouebat reliquos, sic facere, si aūt prædicaret eam, admoneret illam obseruari, ideo nō

debuit

debuit eam prędicare, sed solum obseruare. Sed obijcietur, quia oīs operatio Christi est instructio nostra, ideo ipso obseruante legem ēt nos obseruare dēmus. Dicendum, ꝙ si nunq̄ fuisset per eum, vel per Aplos contrarium prædicatum oportebat seruari legem, sicut ipse seruauerat, & tñ postea per Apostolos contrarium diffinitum est, quia Christo acceperunt, & per Spūm Sanctum id, quod prædicare deberēt, ideo nos non obseruamus legem, secus aūt est si Christus prædicasset aliqñ legem esse seruandam, quia postea non liceret alicui contrarium prædicare, nunq̄ aūt Christ' prædicauit legem. Euangelium aūt prædicauit, quod erat principium noui testamenti; & Iudæi nō poterāt Christum arguere pro hac prædicatione. Duo.n.continentur in euangelio.s.aliqua pertinentia ad operationem, & aliqua ad fidem. De primis non poterant Iudæi arguere Christum, quia non continentur in euangelio præcepta aliqua cæremonialia, vel iudicialia, sed solū moralia, quæ sunt iuris naturalis, & ad ista erant obligati Iudæi ēt si Christus non prædicaret illa: per ista ēt non tollebatur lex Moysi, quia ius naturale cū eī iure positiuo stat diuino, vel humano, Christus ēt non prædicabat aperte legem non esse seruandam, quia licet nōn iuberet eam seruari ēt non iubebat illam transgredi, stabat ergo euangelium quā inmi ad operationes sine calumnia. De pertinentibus ad fidem Christus nihil prædicabat, nisi ea, quæ iam præsupposita erant a Iudæis, & insuper volebat ostendere se esse Messiam, & esse Deum, & licet hoc verbis aperte non diceret per quędam tñ ęqualentia dicebat, vt ostensum est supra q. 70. & istud per facta confirmabat, & de hoc Iudæi aliqñ calumniabantur ei, ꝙ filiū Dei se faceret Ioā.5.& 10. non ergo erat aliquid, ꝙ Iudæi possent calumniari Christo prædicante euangelium, maxime, quia proprie euangelium (vt hic accipitur) non est nisi annunciatio de vita ęterna. s. ꝙ oēs habituri erant vitam ęternam, hoc enim specialiter Christus annunciauit, nam Iudæi ante eum nesciebant aliquid determinatū de vita ęterna, nec de statu hoīum post mortem eo, ꝙ scriptura veteris testamenti obscure de hoc loquebatur, ita vt essent opiniones inter Iudæos. Nam Saducęi dicebant non esse resurrectionem, nec angelos, nec dęmones, Pharisęi aūt dicebāt esse resurrectionem infra 23.& Act.23. & tolerabant istæ duę opiniones inter Iudæos ex quo apparet, ꝙ Iudæi non erant certi, an post mortem esset resurrectio aut aliquid boni, vel mali, quia alias non sustinuissent tam destabilem hęresim Saducęorum: erant ergo incerti: Christus autem certificauit de hac re apertissime prædicans vitam ęternam, & pœnam æternam, & extremum iudicium, & finē sęculi infra 24. & 25. & istud est, ꝙ quotidie prędicabat, ideo dicebatur prędicare euangelium.i.annunciare vitam æternam, qd̄ solus ipse fecit, nam ante eum nemo, ita aperte fecerat, & ideo vocatur istud euāgelium regni.i.regni cęlorum, vel regni Dei, sicut dicitur supra 4. & Marc.1, sic dicit Remig. ꝙ intelligendum est esse euangeliū, regni Dei, istud quod Christus prædicabat, lex autem Moysi non vocatur euangelium, quia suis obseruatoribus non promittebat aperte bona cęlestia, sed terrena: Christus autem bona cęlestia annunciabat, & ista iubebat annunciare discipulis, seq.c. euntes prædicate dicentes appropinquabit regnum cœlorum, istud autem erat euangelium de quo non tristabantur Iudęi, sed potius gaudebant, quia annunciabantur eis bona futura, & ēt Pharisęi ipsi qui erant valde inimici Christi, gaudebant de hoc, quia concordabat Christus positioni eorum de resurrectione, & destruebat hæresim Saducęorum negantium resurrectionem, infra 22. nemo ergo calumniabatur ei pro hoc, cęteca

A autem, quæ Christus prędicabat non erant proprie euangelium, inquantum tñ siue essent de fide, siue de operationibus omnia dirigebant hominem ad vitam æternam, quam ille prędicabat, vocātur euangelium per attributionem, sicut ea, quę ad militem pertinēt siue arma, siue equus vocantur militaria per attributionem ad ipsum militem, vt colligitur. 1. Eth.c.9. & ita oēs quatuor libros de Christi gestis scriptos euangelia vocamus, quia in eis quidquid continetur, siue de dictis, siue de factis eius ad vitā ęternā nos dirigit, an tñ sint alij libri, qui debeant vocari euangeliū, siue in veteri, siue in nouo testamento, declaratum est supra in prologo Auctoris q.24.& 25.

B *Quare Christus curabat omnem ægritudinem.*
Quæst. CLVIII.

QVAERETVR quare Christus curabat omnem ęgritudinem, & languorem. Dicendum, quòd hoc faciebat. Primo ad cōfirmationē dictorum suorum, nam doctrina Christi erat de eis, quę non apparent.s.de vita ęterna, quæ nondum videtur, sic dicitur 1.Io.3. nondū apparuit quid erimus, cū aūt apparuerit similes ei erimus.i.nōdum apparuit beatitudo in qua erimus, & quia ista ēt excedunt rōnem humanam, oportebat, ꝙ probarentur per argumenta, quæ essent super rōnem humanam, & ista sunt diuina testimonia manifestata per miracula: necesse ergo erat, quòd
C Christus faceret miracula. Secundo fuit ex mīa, quia miserebatur eis quos videbat ęgros, maxime si fidem haberent, & sanabat eos etiā si non esset hoc necessarium ad confirmationem doctrinæ suę.

Quare in omnibus locis miracula faciebat Christus.
Quæst. CLIX.

SED dicetur quare in omnibus locis miracula faciebat, quia sufficiebat fieri in quibusdam. Dicendum, ꝙ Christus in quibuslibet locis p̄dicabat cum circuiret ciuitates, & castella, vt dr̄ in lr̄a, in quolibet aūt loco erant aliqui, qui non audierant eum prius, nec viderant miracula facientem;
D ideo pp̄ illos necessaria erant miracula ad hoc, ꝙ crederent, etiā quia in singulis locis erāt aliqui ęgri, quibus Christus miserebatur, ideo sanabat eos.

Quare Christus sanabat ægritudines post prædicationes.
Quæst. CLX.

SED dicetur quare Christus sanabat ęgritudines post prædicationem, quia dr̄ hic prędicans euāgelium, & curans oēm languorem. Dicendū, ꝙ hoc faciebat ad cōfirmationem verborum suorum, quia dicebat prius de vita æterna, & de eis, q̄ agere debebant homines, vt illuc peruenirent, & tūc faciebat miracula, quasi diceret, vt videatis, ꝙ omnia,
E quæ dixi vera sunt aspicite opera, talem.n. modū Deꝰ dederat Iudæis ad cognoscendum veros Prophetas. Deute.18.& istud est confirmare dicta, sic dicit Mar. 16. illi autem prędicauerunt, vbique Deo cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis, & ita si aliqui nolebant credere verbis credebant saltē miraculis, sicut Christus dixit Io. 5. si mihi non creditis, operibus credite, sic ēt dicit Hiero. super Matth. ideo post prædicationem, & doctrinam curabat oēm languorem, & omnem infirmitatem, vt quibus sermo non suaserat, opera suaderent.

Quare tot Christus miracula faciebat.
Quæst. CLXI.

SED dicetur dato, ꝙ in singulis locis miracula faceret, quare tot faciebat? Dicendum, ꝙ primo hoc faciebat ad ostendendum differentiã inter se, & Prophetas antiquos, nam illi miracula fecerant, & tamen pauca, cũ autem Christus tot miracula faceret apparebat maior eis, & ideo turbę admirabantur dicentes, nunquã sic apparuit in Israel, idest qui talia faceret supra in litera, vt dicit Chrysost. præponebant eum cęteris non solum, quia curabat, sed quia facile, & velociter, & infinitas ęgritudines, & insanabiles sanabat, si autem pauca miracula fecisset, reputatus fuisset solũ, vt vnus de prophetis antiquis. Secundo, vt ostenderet potestatem infinitam in seip- G so. s. se esse Deum, nam si faceret pauca miracula, & aliquando oblatis sibi ęgris non sanaret eos appareret, ꝙ potestas sua esset limitata. s. aliquid posset, & aliquid non posset, vel appareret, ꝙ non habebat in seipso potestatem, sed ab extrinseco sibi ista cõcedebantur, & ideo aliqñ poterat curare ęgros, & aliquando non, & vtrunque oñdebat eum non esse Deum, cum aũt oẽs oblatos sibi curaret, & nihil offerret̃ ei, quod ipse non faceret, apparebat ꝙ potestas sua non erat limitata. Tertio fuit, quia Christus volebat oñdere se esse Messiã. Iudęi autem credebant, ꝙ Messias futurus esset excellentior oĩbus hoĩbus in virtute, & potestate, & ideo faceret plura miracula, q̃ prophetæ antiq. H si Christus autem non faceret plura, quam illi, non crederetur Messias, nũc vero, quia multa faciebat putabatur Messias, infra 12. & obstupebãt oẽs dicentes, nunquid hic filius Dauid. i. Messias. s. quia credebant, ꝙ Messias non posset plura miracula, quam ipse. Ioã. 7. de turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant. Christus cum venerit nũquid plura signa faciet, quam quæ hic facit? q. d. non poterit plura facere.

Quarto, quia turbę videntes miracula Christi portabant ad eum omnes ęgros, & debiles, & arreptitios vt sanaret eos, & quia cum fide accedebant videbatur quasi necessarium ex quadam ęquitate, ꝙ Christus omnes sanaret, cum ipse diceret, si potes credere omnia possibilia sunt credenti. Mar. 9. & non solum I est hoc verum ad impetrandum pro nobis sanitatem a Deo, sed etiam ad hoc, ꝙ nos ipsi miracula faciamus, transferendo montes, & quidquid aliud voluerimus infra 17. & 21. & Mar. 11. omnes ergo istos cum fide accedentes Christus sanabat, si autem non sanaret illos putaretur, ꝙ non erat potens, & sic non crederet̃ esse Deus, nec Messias, sic patet Io. 11. quando Christus suscitaturus Lazarum turbauit seipsum, & infremuit spiritu antequam suscitaret illum, quod Iudæi videntes putauerunt, ꝙ non poterat eum suscitare, & dixerunt, non poterat iste qui aperuit oculos cęci nati facere, quòd hic non moreretur, sed hoc repugnabat intentioni Christi, qui ex operibus suis se eẽ Messiam, & Deum ostendere volebat. Ioan. 5. & 10. ideo K omnes oblatos sibi sanare oportuit, siue haberent fidem, siue non. si. n. fidem haberent, videbatur iam, quasi debita esset sibi sanitas ex merito fidei, si autem fidem non haberent, ipse debuit eis fidem infundere, & sanare eos, ne crederetur, ꝙ ex defectu potestatis suę, & non ex defectu fidei illorum non sanaret illos, & ita fuit Marc. 9. de illo, qui dixit Christo, si quid potes adiuua nos misertus nostri, & Christus dixit, si potes credere omnia possibilia sunt credenti. & hoc dicens infudit ei fidem, vnde illico dixit ille cum lachrymis, credo domine adiuua incredulitatem meã, in quo ille ostendit iam non solum sanitatem, sed etiam fidem a Christo petere, cum diceret, quòd ad-

F iuuaret incredulitatem suam. i. suppleret, quod ei deerat dando sibi completam fidem, ista autẽ fuit causa potissima. quare Christus multos sanabat, nam multi offerebantur ei, semel. n. in Capharnaum tota ciuitas erat congregata coram Christo, & obtulerunt ei omnes male habentes variis languoribus, & sanauit omnes quotquot erant in vrbe, præcedenti capitulo, & Mar. 1. & Luc. 4. iterum etiam venerunt de multis regionibus apportantes ei multos ęgros, & sanauit omnes supra 4. & sic etiam iterum infra 15. & ita quasi continue faciebat.

Quinto, quia Christus ex misericordia interdum sanabat aliquos, qui non petebant sanitatem, nec offerebantur ei, sicut Io. 5. de illo paralytico cui Christus dixit, vis sanus fieri? sic etiam fuit de cęco nato, cui ni- G hil petenti Christus liniuit oculos, & sanauit eũ. Io. 9. & ita de multis aliis, ideo oportebat, ꝙ Christus multa miracula faceret.

CAP. X.

VIDENS autem turbas misertus est eis, quia erant vexati, & iacentes, sicut oues non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis, Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate *Luc. 10. a1 & c. 11 noua.* H ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.

V*Idens autem.* Descripsit Matthęus in præcedentibus legis Euangelicæ dationem, vel eius confirmationem, hic describit eius ꝓmulgationem. Et diuiditur in duo, quia primo ponitur eius promulgatio apud propinquos. s. apud Iudæos. Secundo apud extraneos. s. gentiles. Prima in duas, quia primo lex ista promulgatur in verbis apertis. Secundo in verbis parabolicis, infra 13. Prima in tres, quia primo ponitur publicantium legem istam. s. Apostolorum institutio. Secundo dubitantiũ I confirmatio seq. c. Tertio impugnantium cõfutatio, infra 12. Prima in duas, quia primo ponitur institutionis causa. Secũdo ista institutio, ibi. *Et conuocatis.* Istud primum ponitur hic, & Marc. 6. & est quædam rõ. s. quare Christus Apl̃os instituit quos ad prædicandũ misit. s. quia vidit turbas iacẽtes, sicut oues sine pastore, & vt pastorẽ hẽrent misit discipulos suos ad illos. Et dr̃. *Videns autem turbas.* Istę erant, quæ sequebantur eum discurrentem per varia loca, vt audirent doctrinam eius. *Misertus est eis.* Scilicet ꝑ labores suos, & iõ voluit prouidere ne de cætero oporteret eos, tã grauiter vexari sequendo eum, quocunque iret. Et hoc, quia ipse mitteret discipulos, qui prædicarent eis in locis suis, & sic iam non vexarentur discurrendo.

K *Quia erant vexati.* s. sequendo Christum per varia loca, & non habentes ea, quæ sibi erant necessaria. *Et iacentes sicut oues non habentes pastorem.* s. iacebãt super terram, quia erant pauperes, & non habebant loca, in q̃bus hospitarentur, & ita abiecti erant nemine habẽte curam de eis, sicut sunt oues non habentes pastorẽ. *Tunc dicit discipulis suis.* Hic incipit instruere eos, ꝙ eẽt ad p̃dicandũ, & istud ponitur hic, & Luc. 1. *Messis quidem multa.* Parabola est, vocat. n. messem ipsam multitudinem gentium. quibus Euangeliũ prædicandum erat. *Operarij autem pauci.* Sunt operarij ipsi prædicatores, quia sunt messores qui colligunt messes de agris, vbi dispersæ sunt, & congregant in area, vt ibi excus- *Operarij sunt prædicatores.*

sis granis a paleis ipsa grana colligantur in horreum, paleç autem crementur, vt dicitur supra 3. ita, & prædicatores congregant homines de vanis erroribus ad aream, i. ad ecclesiam, vt ibi depositis varijs infidelitatis erroribus in vnitate fidei maneant, ibique discernuntur grana a paleis, quia licet omnes credant, non tamen omnes boni sunt, quia rectitudinem operum non seruant, & isti cremabuntur in igne inextinguibili supra 3. *Rogate ergo dominum messis*. Nihil hic ponitur, nisi quædam excitatio discipulorum ad rogādū Deum, vt mittat prædicatores ad conuertendos eos, qui credituri sunt. *Vt mittat operarios in messem suam.* i. vt mittat prædicatores ad prædicandum, & isti erant ipsi Apostoli quos Christus immediate misit.

An ista sint continuata ad præcedentia. Quæst. I.

QVAERATVR an ista, quæ habentur hic sint cōtinuata ad præcedentia.

Dicendum, φ istud dubium potest esse de istis hic, quæ iam sunt exposita, vel de toto cap. nō. n. forte est idem de omnibus: ideo de illis, quæ hīc ab illo loco. s. & conuocatis 12. &c. an sint continuata ibi dicetur: de his autem, quæ iam exposita sunt,

2 Dicendum, φ continuātur ad præcedentia. Quod primo patet ex ordine literę cui semper standum est, nisi contrarium appareat. Secundo patet, quia litera videtur in se portare ordinem, nam supra dicebatur, φ circuibat Iesus ciuitates, & castella prædicando, magna tamen multitudo turbarum sequebatur Christū prædicantem, Ioan. 6. istam multitudinem Christus vidit nunc vexari per multos labores sequēdo eum, ideo dicitur videns Iesus turbas misertus est, & sic est eadem narratio continuata. Verum est tamen, φ turbas sequi Christum erat quotidianum. Quod autem ipse misereretur ipsarum, & per hoc mitteret discipulos ad prædicandum illis semel tantum fuit. s. quando cœpit eos mittere, & ideo non potest esse omnino cōtinuatum, vel discontinuatum ad immediata, quia illud quotidie fiebat, istud autem semel tantum, constat tamen, φ istud factum est. quādo Christus circuibat ciuitates, & castella, tunc. n. vidit turbas sequētes se, & misertus est earum, misitque discipulos ad prædicandum.

Quare dicitur, quod Christus misertus est turbis, & de quo misertus est. Quæst. II.

QVAERATVR quare dicitur hic, φ Christus misertus est turbis, & de quo misertus est. Dicendū, φ misereri est de misericordia. s. compassio quædam de aliena miseria. Christus autem misertus est turbis, quia suę erāt, & nemo magis, quam ipse misertus est, quia non solum est cōpassus illis, sed etiam passus est pro illis. miserebatur autem de miserijs ipsorum. Meminimus enim Christum sępe fuisse misertum turbę, aliquando enim misertus est turbæ esurienti, infra 15. Mar. 8. misereor turbæ, quia triduo me sustinent, nec habent quid manducent. aliquando autem miserebatur turbæ propter afflictionem ęgritudinum, & ideo sanabat omnes lāguidos supra quarto, & 15. capi. interdum autem miserebatur illis propter defectum doctrinæ, quia erant in varijs erroribus, & desiderabant audire sanam doctrinam, & non erat qui doceret eos, & ideo ipse docebat eos. Marco sexto capitulo, scilicet vidit multā turbā, & misertus est super eos, quia erant, sicut oues non habentes pastorem, & cœpit docere eos multa. Hic autem potest accipi, quod misertus est pro defe-

A ctu doctrinæ, vel pro afflictione laborum, vt dicetur sequenti quæstione.

Quomodo dicitur, quod turbæ erant vexatæ. Quæst. III.

QVAERATVR quomodo dicitur hic, φ erant vexati. s. istę turbę. Dicendum, φ potest intelligi vno modo, φ in istis turbis erant valde vexati a dæmonibus, & varijs ægritudinibus, & Christus miserebatur eorum, sic dicit Remigius, vexati quidem a dęmonibus, siue quia diuersis infirmitatibus, & languoribus erant attriti. Secundo potest intelligi forte de vexatione famis, quia erāt pauperes,

B & non haberent quid manducarent. Vtrunque autē est verisimile. De ęgris patet, quando veniebat turbæ ad Christum portabant ad eum omnia genera ęgrorum, quæ habebant, & proijciebant ante pedes eius, ipse vero sanabat illos supra 4. & 15.

De vexatione famis patet, quia isti, qui veniebāt ad Christum pro maiori parte erant pauperes, cum in qualibet multitudine sint plures pauperes, quam diuites, & ita laborabant ptę egestate in necessarijs, & etiam quia interdum erant in quibusdā locis vbi non poterant habere cibos, sic dicitur infra 14. & Marc. 6. desertus est locus, & hora iam præteriit, & ibi dicitur, φ Christus saturauit turbam, ita poterat esse nunc.

C Quia tamen non sequitur in litera, φ Christus nunc dederit cibos turbæ, nō videtur φ misertus fuerit turbę de vexatione famis, quia miseratio Christi semper erat cum effectu, ideo si miserebatur prouideret de remedio contra miseriam, sed non prouidit dando cibos, ergo non erat ista miseria, quā nunc sustinebant pro qua dicuntur vexati. Item patet, quia infra 15. & Mar. 8. vbi Christus dixit, misereor turbæ, dedit eis cibos. si autem hic misereretur eorum pro esurie dedisset eis cibos, & tamen non legitur hoc. Item pater, quia si misereretur eis, φ essent vexati fame, diceretur aliquid, quod Christus fecisset, sed non dicitur, & tunc maneret ista variatio insipida, & sine aliqua cōclusione, quod non est dicendum. maxime, quia in litera videtur poni aliud remedium istius vexationis, quod

D nullo modo pertinet ad famem. Tertio potest dici, quòd erant vexati varijs erroribus. s. ex defectu doctrinæ, quia licet haberent sapientes, & legis doctores nō adhibebant diligentiam in docendo eos, nec etiam docebant vtilia, ideo erant vexati, & hoc videtur innui Mar. 6. s. vidit multam turbam Iesus, & misertus est super eos, quia erant, sicut oues non habentes pastorem, & cœpit docere eos multa, sed doctrina est cōtra miseriam ignorantiæ, ergo videtur, φ vexatio sua erat per errorem, sic dicit Rabanus, vexati per varios errores, & iacentes, idest torpentes non nitentes surgere. Quarto potest intelligi de vexatione laborum sequendo Christum per varia loca, nam erant paupe-

E res, & cum essent extra domos suas non poterant sibi bene prouidere, tam de hospitijs, quam de alijs necessarijs ad vitam, & ita sæpe manebant in campo nō habentes hospitia, & iacebant super terram. Christus autem misertus est eis in hoc. Et iste est proprius sensus, quia vexatio significat laborem corporalem, sicut erat itinerando, maxime pro mulieribus, nam nō solum sequebantur Christum viri, sed etiam feminæ, & paruuli. Quod patet. 14. & 15. vbi Christus in deserto saturauit turbas, & dr, φ ibi erāt mulieres, & paruuli. isti autem fatigabantur valde itinerando, sicut Christus dixit infra 15. & Mar. 8. si dimisero eos deficient in via, voluit ergo Christus prouidere vexationi eorum, & ad hoc instituit prædicatores qui irent p singula loca, vt non cogerent turbæ cū tanta difficul-

tate sequi Christum. Et patet, quòd iste sit sensus, q̄a F
remedium, quod Christus potuit fuit pro hac vexa-
tione, nam dixit discipulis, messis multa est, & tunc
instituit eos prædicatores.

Quomodo dicitur, quod erant turbæ, sicut oues sine pastore.
Quæst. IIII.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, quòd
erant sicut oues sine pastore. Aliqui dicũt,
quòd istæ turbæ erant, quasi sine pastore, nã
pastores habebant, & tamen quia non pro-
derant eis erant, quasi sine pastore, sic dicit Rabanus
erant vexati per varios errores, & cum haberent pa-
stores erant, quasi non haberent pastorem. Dicit autẽ
Nicolaus, quòd hoc erat, quia sacerdotes, & Scribę, G
qui erant doctores eorum intenti auaritiæ non vaca-
bant debito modo eorum doctrinæ, & hæc fuit occa
sio Christo mittendi Apostolos ad prædicandum. Et
quod deterius erat, quòd non solum doctores eorũ
non docebant ipsos, sed etiam impediebant eos sequi
veram doctrinam Christi dicentes, quòd Christus nõ
eẽt a Deo. Io. 9. & q̄ in Beelzebub eijciebat demones
præcedenti cap. & infra 12. sic dicit Chrysost. hic præ-
cipua Iudæorum accusatio, quoniam pastores existẽ-
tes ea, quæ luporum erant ostendebant, non solum
enim non emendabant multitudinem, sed & noce-
bant eorum profectui, illis enim admirantibus, & di-
centibus nunquam apparuit, ita in Israel, econtrario
ipsi dicebant, q̄ in principe dæmoniorum eijcit dæ- H
monia.

Aliter potest dici, quòd Christo dixit eos esse, sicut
oues sine pastore, i. vexatos, & abiectos velut nullus
de eis curaret, ea enim de quibus nemo curat cõtem
nuntur, ita ẽt turbę cum essent fatigatę, & iacentes su
per faciem agri præ paupertate erant, quasi oues sine
pastore. Christus autem erat pauper, quia non habe-
bat vbi reclinaret caput suum supra 8. & Luc. 9. capit.
ideo nõ poterat prouidere turbis de hospitijs, & alijs
necessarijs, & ideo iacebant in agro, quasi nemo de
illis curam ageret. Et iste est sensus magis literalis, q̄
præcedens, nam licet doctores Iudæorum non vaca-
rent doctrinæ debito modo, Christus discurrebat per I
loca, & prædicabat, & sic ipse suppleret defectum Iu-
dæorum, quòd tamen si solus prædicaret oportebat,
q̄ sequerentur eum multi, & sic fatigarentur, ad eui-
tandam istam vexationem misit discipulos, & sic di-
xit messis multa est, operarij vero pauci. i. oportet, q̄
multi eant ad prædicandum tantæ multitudini ne co
gantur turbę discurrere per varia loca.

Quare Christus non fecit, quòd turbæ sequerentur eum sine
labore itineris, & non deficerent ei necessaria ad vi-
tam cum facere potuisset.
Quæst. V.

QVAERETVR cum Christus posset prouidere K
turbę. i. quòd omnes sequerentur eum sine la-
bore itineris, & non deficerent eis necessaria ad vitã,
sicut dicitur Isa. 40. qui dat lapso virtutem, & sequit̃,
qui sperant in domino mutabunt fortitudinem assu-
ment pennas sicut aquilæ, current, & non laborabũt,
ambulabunt, & non deficient, quare non fecit sic?

Item, quia Christus iam similia fecerat dando ci-
bum turbis in deserto infra. 14. & 15. nunc autem fa-
cere posset, & non esset opus alio remedio, & ipse so-
lus prædicare posset omnibus turbis.

Item sic factum est per 40. annos in deserto, nam
habuerunt Iudæi cibum de cœlo. Exo. 16. conserua-
uit etiam Deus vestes eorum, & calceamenta, vt non
F veterascerent ne rumperentur. Deute. 8. ita ergo nũc
facere poterat.

Dicendum, q̄ Christus non debuit hoc facere. Pri
mo, quia tunc sequerentur eum homines non deside
rio prædicationis suæ, sed vt pascerẽtur ab eo, & hoc
erat inconueniens, quia propter doctrinam debebant
sequi, & non propter cibum naturalem, vñ cum Chri
stus bis saturasset turbas in deserto concurrebant iam
omnes ad eum propter cibum, sic ipse dixit Ioann. 6.
quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia mandu-
castis ex panibus, & saturati estis, operamini non ci-
bum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. a
fortiori autem si pluries Christus dedisset cibum tur-
bis venirent ad eum solum propter cibum, non ergo
debuit sæpe hoc facere.

G Secundo fuit, vt non putaretur habuisse initiũ pro-
pter fauorem, nam si dando cibum turbæ Christus
prædicaret, & sic eum sequerentur, putaretur, q̄ non
propter veritatem doctrinæ, sed propter cibũ quem
præstabat fuisset introducta, hoc autem inconueniẽs
erat.

Tertio fuit, quia Christus prædicabat fugere dele-
ctabilia huius sæculi, & assuescere rebus duris, quia
etiam Apostoli prædicauerunt, quòd per multas tri-
bulationes oportet nos intrare in regnum Dei, Act.
14. non ergo debuit Christus assuefacere auditores
suos ad delectabilia, & quietem, non ergo debuit eis
cibum dare, & præstare, q̄ non fatigarentur in via.

Fuit autem conueniens, q̄ aliquando Christus da-
H ret cibum turbæ, sicut bis fecit, & hoc propter duo.
Primo propter hoc, quia potestatem suam ostende-
bat, & tamen Christus voluit in omni genere miracu
li ostendere potestatem suam, vt sic omnipotens cre-
deretur.

Secundo fuit propter necessitatem, nam quando
bis Christus dedit cibum turbæ erant in loco, in quo
sine difficultate cibos habere nõ poterant. De primo
patet infra 14. & Mar. 6. s. desertus est locus hora iam
præterijt, &c. De secunda vice patet infra 15. & Mar.
8. s. non habent quid manducent, & si dimisero eos
ieiunos deficient in via, aliàs autem quando necesse
non erat fieri non debebat, sed magis humanitus pro
I uideri debebat, & quia poterat Christus laborem tur-
barum euitare sine miraculo discipulos misit ad prę-
dicandum per varia loca, & q̄ turbę non sequerentur
eum fuit melius hoc facere, quam miraculose turbas
alere, & in via ducere, non enim erat satis rationabile,
q̄ tota Christi vita, & operatio esset miraculum, quia
hoc multũ præiudicaret veritati humanitatis. s. quia
non crederetur forte esse verus homo, si omnia per
miraculum faceret.

Ad primum dicendum, quòd Deus bene põt dare
virtutem istam, non tamen erat opus in hoc casu, q̄
daret cum possit via humana prouideri, & cum dici-
tur qui sperant in domino mutabunt fortitudinẽ, ve-
rum est, quãdo eis fuerit opus, & sperauerint in Deo,
K idest confidenter petierint ab eo, q̄ det eis robur cor-
porale dabit sine dubio, quando tamen non est opus,
non est sperare in Deo petere ista, sed tentare ipsum,
ita erat in præsenti, ideo nõ datus est cibus, nec robur.

Ad secundum iam responsum est. i. q̄ ibi fuit ali-
qua necessitas, facere tamen hoc nulla necessitas erat
cum posset aliter prouidere, ideo non debuit semper
hoc fieri.

Ad tertium dicendum, quia etiam illud fuit ex ne-
cessitate ineuitabili, fuerunt enim Iudæi toto illo tem
pore in deserto, in quo nulla erat humana habitatio
in imo nec aliquis homo transibat per illud, & nihil
in via illa nascebatur, quod possent Iudæi comedere
Iere. 2. cap. traduxit nos per desertum per terrã inha-
bita-

bitabilem, & inuiam, per terram sitis, & imaginem
mortis. per terram in qua non ambulauit vir, nec ha-
bitauit homo, non poterant autem declinare ad ali-
quam terram habitatam, quia erat magnum desertū,
etiam, quia gentes aliquę, quę erant iuxta desertum
erant hostes Iudæorum, & omnes populi timebant
eos, & pugnabant cōtra ipsos Exo. 15. & 19. & Num.
14. & 22. & non poterant declinare propter columnā
nubis, quia illam Deus dederat ad dirigendum eos, &
sic ex mandato Dei erant semper spectando, quando
moueretur illa columna Exo. 40. & Numeri 9. & sic
non poterant quærere victum aliquem, sed necesse
erat, q̄ Deus illis daret, & quia 40. annis durauit illa
necessitas tanto tempore Deus dedit eis cibum de
cœlo, cum autem transierunt Iordanem, quia habue-
runt cibos in terra, cessauit manna Iosue 5.

De vestibus autem idem fuit; nam non erat eis lo-
cus in deserto quærendi vestes, ideo vt nudi non ma-
nerent fecit Deus, vt non veterascerent, nec rumperē-
tur vestes, aut calceamenta Deuteronom. 8. & tamen
non dabat eis robur ad hoc, q̄ non lassarentur immo
sępe lassabantur, & murmurabant Nume. 11. c. eorū
est murmur populi, quasi dolentium pre dolore, sic
etiam Nume. 21. dicitur quòd cępit populum tędere
itineris, & laboris, & sic, quia poterant per se ambula-
re, licet fatigarentur noluit miraculosè eis robur da-
re, ita ergo hic cum non esset necessitas dandi cibum,
& robur miraculose non dedit, quia tamen iustum
erat laborem turbarum euitari, quantum posset eui-
tauit illum Christus constituens prædicatores, qui
per singula discurrerent,

Quæ messis erat ista, & quis erat dominus,
Quæst. VI.

QVAERETVR quæ messis erat ista, & quis erat
dominus messis,

Dicendum, quòd messis erat tota multitu-
do gentilium, & Iudæorum quibus les. Christi præ-
dicanda erat, hic tamen specialiter accipitur pro Iu-
dæis, quia quando Christus nunc instituit prædicato-
res quos operarios vocat ad solos Iudęos misit illos
infra in litera in viam gentium non abieritis, & in ciui-
tates Samaritanorum non introieritis, sed ite ad oues
domus Israel, vocantur autem messis isti quibus præ-
dicādum erat, quia a prædicatore velut a messore col-
liguntur, vt dictum est in expositione literę, sic dicit
glo. messes dicuntur homines, qui possunt meti a prę-
dicatoribus, & de collectione prædictorum separari,
vt grana excussa a paleis postea in horreis reponantur,
sic etiam dixit Hiero. messis multa significat populo-
rum multitudinem, voluit autem Christus, sic loqui,
vt concordaret Ioan. dixerat enim Ioan. de eo supra 3.
cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit areā
suam, & congregabit triticum in horreum suum, pa-
leas autem comburet igne inextinguibili, & quia
messes sunt, quę in aerea congregantur locutus est
Christus de messibus. Ioan. enim testimonium perhi-
buerat de Christo, Ioan. 1. istud testimoniū Christus
acceptauit, tanquam verum Ioan. 5. vos misistis ad Io.
& testimoniū perhibuit veritati, & quia Ioānes multa
dixerat de Christo, imitabatur Christus Ioannem in
illo modo loquendi, dixerat enim Ioannes de Chri-
sto, ecce qui tollit peccata mundi, & ita Christus dixit,
vt sciatis, quia filius hominis potestatem habet dimit-
tendi peccata præcedenti c. & Mar. 2. & Luc 5. dixerat
etiam Ioannes, qui habet sponsam sponsus est, & lo-
quebatur de Christo Ioan. 3. ideo Christus dixit num-
quid possunt filij sponsi ieiunare? idest discipuli sui vo-
cando se sponsum præcedenti c. & Mar. 2. sic etiam

A Ioannes dixerat de Christo, quòd permundaret areā
suam, & congregaret triticum supra 3. Christus, ergo
dixit messem esse multam, ista enim erat messis, quā
ipse in area sua mundaturus erat, & hoc modo loquē-
di sępe vtebatur, sic enim dixit 72. discipulis messis
multa est Luc. 10. ita etiā Ioan. 4. dixit vos dicitis, quia
adhuc quatuor menses sunt, & messis venit. ecce dico
vobis leuate oculos vestros, & videte regiones, quia
albę sunt iam ad messem, & sic apparet, quòd loqui-
tur parabolice de messe, idest de populis congregan-
dis per prædicationem ad fidem: nā vsque ad messem
materialem restabant quatuor menses, Christus tamē
dixit leuate oculos vestros, & videte regiones, idest
B populos, quia albę sunt ad messem, idest nunc est tē-
pus conueniens ad congregandum eos per prædica-
tionem,

Quis erat iste dominus messis, qui missurus erat opera-
rios, Quæst. VII.

QVAERETVR quis erat iste dominus messis,
qui missurus erat operarios,

Dicendum, quòd cum messis sint populi, vt dictū
est præcedenti q. non est dubium quin Deus sit domi-
nus messis, quia domini est terra, & plenitudo eius
Psal. 23. & nos sumus populus eius, & oues pascuę
eius Psal. 94. Hic tamen intelligitur de Christo, quòd
C ipse erat dominus messis, quia dixit ipse rogate domi-
num messis, vt mittat operarios, & tamen ipse misit
illos, quia infra in litera dicitur, quòd conuocauit di-
scipulos, & præcepit ite ad prædicandum, ipse ergo
erat dominus, sic dicit Chryso. latenter seipsum do-
minum ostendit, ipse enim est, qui messis est domi-
nus, Secundo patet, quia ille est dominus messis, qui
congregat eam in area sua, & reponit triticum in hor-
reo suo, Christus autem hoc faciebat, sic dixit Ioan. de
eo. supra 3. cuius ventilabrum in manu sua, & permū-
dabit aream suam, & congregabit triticum in hor-
reum suum. totum ergo est suum, & sic ipse est do-
minus. operarij quidem congregant messem in areā,
sed non in suam aream, non sunt, ergo domini. Ter-
D tio patet, quia ipse dixit discipulis Ioan 4 ego misi vos
metere, quod non laborastis. ipse ergo erat dominus
messis, quia mittebat operarios. Et patet, quòd loque-
batur de ista messe spirituali. quia dicit ibidē. qui me-
tit mercedem accipit, & congregat fructum in vitam
ęternam, idest de messe ista, congregat triticum repo-
nendum in vita ęterna,

Quomodo Christus misit discipulos ad messem. Et quo-
modo intelligatur, Quæst. VIII.

QVAERETVR quomodo Christus misit disci-
pulos ad messem, quia messis est consummatio
rei, sicut dicitē infra 13. messis est consummatio sęcu-
E li, & tamen hic res incipiebat, quia destinabat discipu-
los ad prædicandum, ergo non erat dicendum de
messe, sed de seminatione, quæ est primum,

Item patet, quia eodem cap. dicitur exijt, qui semi-
nat seminare semen suum, & ibi dicitur, quod semen
est verbum Dei, prædicatores tamen illud prædicant,
ergo debent dici seminatores, & non messores.

Item patet, quia sic loquitur Apostolus 1. Corin. 9.
si nos vobis spiritualia seminamus, non est magnum
si carnalia vestra metamus, & sic prędicator inquan-
tum prædicat non potest dici messor, sed seminator,
inquantum vero recipit quandam mercedem tem-
poralem potest vocari messor, Christus tamen mit-
tebat nunc discipulos ad prædicandum, & non ad re-
cipiendum aliquid, ideo non deberent dici messores.

Dicendum,

Dicendũ, ꝙ Christus vocanit hic populos messem propter multa. Primo propter dispositionem immediatam ad colligendum. nam quando aliquid seminatur non est tempus colligẽdi immediate, sed oportet expectare longo tempore, cum autẽ esset messis iam nihil expectari, sed potest colligi, quod seminatũ est, ita quia nunc erat tempus dispositum ad aggregandum omnes gentes ad fidem, quasi sine labore aliquo in comparatione ad tantum opus dicebatur esse messis, sic Christus dixit Ioan. 4. ecce dico vobis leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albę sunt iam ad messem, idest iam non oportet expectari, quia sicut, quando segetes albę sunt est tẽpus messis, ita populi erant iam tunc dispositi ad fidem Christi suscipiendam, & sic erat messis.

Secundo dictum est hoc ad confortationem discipulorum, quia si diceret eis Christus, quòd mittebat eos ad seminandum, videbatur eis imponere tristem rem, eo quòd, qui seminat expectat longo tempore cum patientia, qui autem metit gaudet Isa. 9. lętabuntur coram te, sicut lętantur in messe, vt ergo discipuli non putarent se mitti ad rem tristem, sed ad delectabilem dixit Christus, quòd mittebat eos ad metendũ, sic dicitur Psal. 125. qui seminãt in lachrymis in exultatione metent, idest quando seminant lachrymant, eo quòd perdunt semen, quia quod seminatur moritur, prima ad Corin. 15. quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur, immo si granum frumenti cadens in terra mortuum non fuerit ipsum solum manet Ioan. 12. cum autem metunt exultant, quia colligant multiplicatum, quod seminauerunt, scilicet quidam fructum tricesimum, alij sexagesimum infra 13. & Luc. 8. ita dicit Chryso. sicut colonus exiens ad messes, sic & vos multo alacrius necesse est exire in mundum, nam hoc negocium messis est agros vobis exhibens paratos, sic etiam Christus intellexit Ioan. 4. dicens, vt qui seminat simul gaudeat, & qui metit, licet ibi non intelligitur de seminãte, quando seminat, sed postquam seminauit messum est.

Tertio fuit hoc ad confortandum corda discipulorum, quia ipsi non auderent aggredi rem tam magnam, scilicet prędicare toti orbi, immo nec toti terrę Iudæorum, quia ipsi pauci erant, & idiotę, & infirmi, Christus autem confortans eos dicit, quòd istud facile est, quia nõ est verbi messis, sicut dicit Chryso. qualiter messem vocat cum res ad prę̨sens exordium sumat nondum tanto aratro sulcis productis de messibus tractat, & respondet, scilicet poterant discipuli vacillare, & secum meditari, qualiter nos numerus breuis emendare poterimus totum mundum, idiotæ sophistas, munitos nudi, dominantes subiecti. ne igitẽ consideratione talium turbarentur, vocauit Euangelium messem, quasi diceat parata sunt omnia, mitto vos ad paratam collectionem fructuum.

Ad primum dicendum, quòd istud negocium vocabatur messis, quia vere erat finis rei: nam licet respectu discipulorum esset principium, quia nunc incipiebant, tamen respectu operum impensorum circa ipsas gentes, quæ colligenda erant, iam messis erat, nam totum tempus præteritum Patriarcharum fuit tempus colendi agros, & seminandi, & non metendi, nunc autem discipuli Christi tempore messis venerunt, & ideo non mittuntur, nisi ad messem, totus ergo labor priorum fuit disponere populos, vt nunc iam tempore Christi esset messis, sic ipse Christus dixit Ioan. 4. in hoc enim est verbum verum, quia alius est, qui seminat, & alius, qui metit, idest in vobis nunc verificatum est illud dictum. etiam declarat hoc dicens, ego misi vos metere, quod vos non laborastis, alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis,

F scilicet prophetę, & Sancti antiqui laborauerunt disponendo populos per doctrinam legis, & per alios modos, vos autem colligitis nunc reducendo omnes homines ad vnitatem fidei ad quam ordinabantur omnes labores præcedentium.

Ad secundum dicendũ, ꝙ prædicatores pñt vocari seminatores ex conditione verbi, quod prędicãt, quia sicut semen in terra proijcitẽ, & moritur, & tunc inde nascitur fructus multus Ioan. 12. ita, & verbum Dei spargitẽ & occultatur in corde audientium, sicut semẽ in terra, & cõcepto verbo faciunt fructum boni operis, sic Christus exposuit infra 13. & Luc. 8. s. hi sunt, qui in corde bono audientes verbum referunt fructũ G cum patiẽtia: potest tamen prædicatio vocari messis, quia eadẽ die seminatẽ, & metitẽ: nam audientes verbũ Dei si bonũ cor hñt statim concipiunt fructum boni operis, & producũt ad esse, & nõ expectantur ibi lõga tempora ad messem, sicut in terra seminata, sic dicit Chryso. parata sunt omnia mitto vos ad paratam collectionem fructuum, eadem die serere potestis, & metere. Aliter potest dici, ꝙ si discipuli Christi considerarentur solum respectu populorum quibus prædicabant dicebantur seminare, si tamen considerarentur respectu laborum aliorum præcedentium disponendo populos dicebantur metere, quia istud erat vltimum, quod fiebat, sicut messis est consummatio rei, H & ita totum tempus Messię dicebatur tempus consummationis, vel plenitudinis ad Gala. 4. vbi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum, & per hoc etiam patet responsio ad Tertium in quo prædicatores dicuntur seminantes.

Qui sunt isti operarij, & quomodo sunt pauci. Et quòd dictum hoc Christi potest dupliciter intelligi.
Quæst. IX.

QVAERITVR quõo dicitur hic, ꝙ sunt operarij pauci, qui sunt isti operarij, & quomodo pauci sunt. Dicendũ, ꝙ operarij prædicatores sunt, qui pauci sunt respectu mul- I titudinis populorum, sic dicit Hiero. messis multa populorum significat multitudinem, operarij pauci penuriam magistrorũ. Hoc aũt est, quia tot, & tanti populi multis magistris indigebant, sic dicit Cyrillus, sicut agri spaciosi messores multos exigunt, sic & multitudo crediturorũ in Christum. Dicunt aũt aliqui, ꝙ isti operarij pauci erant Apostoli 12. qui pauci erãt pro tota gente ad quã mittebantur, quod aũt Christus dixit, orate dñm messis, vt mittat operarios, dñt ꝙ intelligitur hic de augmẽto prædicatorũ, & tñ, ꝙ Christus non multiplicauerit eos quãtũ ad Numerũ, quia solũ fecit, ꝙ essent 12. sed multiplicauit quantũ ad virtutẽ, quia dedit eis virtutem, vt plura facere possent, q̃ 12. sic dicit Chryso. multiplicauit autem postmodum eos non addens aliquem ad 12. iam existentes, sed vir- K tutem largiens.

Alij dicunt, ꝙ isti operarij erant 12. Apostoli. & cũ petitur mitti operarios intelligitur de 72. discipulis, qui postea designati sunt in supplementũ Apostolorum, qui pauci erant, & sic dicitur Luc. 10. post hoc designauit dominus alios 72. discipulos, i. post Apostolorũ institutionem ad prędicandũ, sic dicit Remigius. Nunc augmentatus est numerus qñ designauit alios 72. Primũ patitur calumniã, quia cũ Christus dixit messem multã, & operarios paucos manifestum est, ꝙ loquebatur de multitudine, & paucitate secũdũ numerũ, & non secundum virtutẽ, quia iõ misit Apostolos ad prædicandum per diuersa loca, quia ipse nõ poterat in omnibus locis simul prædicare cum esset vnus numero, in virtute tñ æquipollebat infinitis, si

ergo sols virtutis augmentatio peteret, non oportebat aliquē mitti, quia ipse solus habebat infinitā virtutem, & virtus collata Apostolis non addebat ad virtutem Christi aliquid secundum potestatē, sed solum secundum numerum. Hic ergo petebat augmētatio numeri. Ideo secunda positio est aliqualiter melior, quia ibi sm̄ numerum facta est augmentatio designādo alios 72. Sed istud ēt non stat pp̄ duo. Primo, quia qñ Christus dixit orate dñm messis, &c. nō misit nūc, nisi 12. Apostolos: nam post hęc missi sunt 72. discipuli Christi. Secundo, quia ēt in illis 72. non fuit suppleta ista paucitas prædicatorum, quæ hic suppleri petitur, quia ēt postq̄ designati sunt 72. Christus dixit eis rogate dñm messis, vt mittat operarios Luc. 10. ergo adhuc pauci erant, & de alijs operarijs mittēdis Christus loquebatur. Alij dicūt, ꝙ Christus locutus est de paucis operarijs, qui ēt nūc sunt, quia licet multi sunt quantum ad gradū, vel officiū, pauci tñ officium suū digne explent 40. di. multi sacerdotes, sic dicit Greg. s. sed non possumus sine męrore loqui, quod sequitur operarij pauci, quia ēt si sint, qui bona audiant desunt, qui dicant, ecce mundus sacerdotibus plenus est, sed in messe domini rarus valde inuenitur operator, quia officiū quidē sacerdotale suscepimus, sed opus officij non implemus. Dicendum tñ, ꝙ licet hoc in nobis verum sit Christus tñ non loquebatur de hoc, sed de raritate operariorum, qui tunc erant, quia aliàs verba ista non essent ad propositum suum cū pp̄ istam paucitatem operariorū miserit Apostolos ad prædicandum. Alij dicunt, ꝙ intelligitur de multitudine operariorum instituta in die Pentecostes, & de alijs tunc conuersis super quos descendebat Spiritus Sanctus, & efficiebantur prædicatores, sic dicit Remigius, vel tunc augmentatus est numerus, qñ descendente Spiritu Sancto super credentes multi prædicatores facti sunt. Sed istud adhuc nō stat sine calumnia, quia post illud multi prædicatores quotidie crescunt. Ideo pōt dupliciter intelligi istud dictum Christi. Vno mō generaliter de omnibus prædicatoribus quos Christus missurus erat ad conuersionē gentiū, & ad ꝯseruandā doctrinam suā in iā credentibus ne obliuione pereat, si oēs prædicare cessauerint, & quia Christus die qua dixit hoc cępit mittere prædicatores, quia nullū ante miserat, iussit rogare Deū pro oībus prædicatoribus quos missurus erat vsque ad finē sęculi: nam oēs, qui verbū Christi prædicāt a Christo mittunē ad Ro. 10. quō prædicabunt, nisi mittanē. Hęreticos aūt, & falsos prædicatores, & ēt quęstores, & hypocritas Christus non mittit, sed ipsi pp̄ honores, & temporalia lucra se ingerunt, & de his Deus dicit Ezech. 13. veniebāt, & ego non mittebā eos, oēs aūt, qui bono desiderio, & vere Christū prædicant licet humani defectus in eis sint, Christus mittit, & mittet oēs quotquot veniēt vsq; ad finē sęculi, sic dr̄ ad Ephe. 4. ipse dedit quosdā Apostolos, quosdam aūt prophetas alios aūt pastores, & doctores ad consummationē sanctorū in opus ministerij in ędificationē corporis Christi donec occurramus oēs in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei. i. Christus dedit in ecclesia sua quosdam, vt sint Apostoli, alios vt Euangelistas, alios vt pastores, & doctores, & vult, ꝙ isti maneant semper vsque ad consummationē sanctorum. i. quousque compleaē numerus electorum, qui vocanē sancti, quia Deus sanctificauit eos prædestinando illos ad Ro. 8. quos prædestinauit hos vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit, & ita scriptura loquitur de oībus prædestinatis vocans eos sanctos ad Ephe. 1. elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati cū eo, & tñ, qñ cōpletus fuerit numerus electorū finieē sęculū, iō oēs istę partes ecclesię mysteriales manent vsque ad finē A sęculi, nec est possibile ecclesiā Christi manere sine illis, quod est ꝯ errorem eorū, qui dūt ecclesiam posse manere in vna vetula. Dicitur ēt in opus ministerij in ędificationē corporis Christi: intelligitur de corpore mystico Christi, s. de ecclesia prout cōpræhendit prædestinationem: donec occurramus in virum perfectū, idest quousque fiat vnus vir mysticus cuius caput est Christus, & cętera membra sunt oēs prædestinati, vt colligitur prima Corin. 12. tunc aūt est iste vir perfectus. i. completus, qñ nullū membrū ei deficit, s. nullus de prædestinatis, & hoc innuitur cū dr̄ donec occurramus oēs in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, qa isto modo, s. per fidē compaginaē istud corpus cū nō sit naturale, sed mysticū, & ita patet, ꝙ Christus mittit B oēs prædicatores quotquot sunt vsque ad finē sęculi venturi in ecclesiam suam, de qua ipse solicitudinem habet, quia sponsa eius est ad Ephe. 5. & domus eius 1. Timo. secundo. Secundo mō pōt intelligi istud dictum specialiter quantū ad tempus in quo Christus illud dixit, & dicetur, ꝙ operarij de quibus tūc loquebatur erant Apostoli quos dicebat mittendos, operarij aūt pauci erat ipse Christus solus: nam qñ in magno agro est vnicus operarius dicimus pauci operarij sunt hic, & istud est ad propositū: nam Christus dixit hoc eo, ꝙ vsque ad illud tempus ipse solus erat simul dñs, & operarius, quia solus prædicabat, & quia difficile erat turbas sequi eum, voluit instituere alios prædicatores, qui per loca discurrerent, & sic non cogerentur C turbę sequi Christum, & ad hoc dixit messis est multa. i. multi populi, & pauci operarij. i. ego solus, iō rogate dñm messis, vt mittat operarios, & quia qñ hoc dixit non misit, nisi 12. Apostolos, videtur ꝙ illi erant operarij de quibus loquebatur.

Quare Christus dixit rogate dominum messis, vt mittat operarios, cum ipse sit dominus messis, & intendat operarios mittere. Quæst. X.

QVAERITVR quare Christus dixit rogare dñm messis, vt mittat operarios, quia cū ipse sit dominus messis, & intendat operarios mittere non vr̄ ad quid sit opus, vt eum super hoc oremus. Dicendū, D ꝙ Christus iussit orare hoc pp̄ multa. Primo, quia licet Deus intendat aliqua facere vult super illis orari, quia quędam sunt, quę disposuit non concedere, nisi oratus, sic dicit Greg. 1. dialogorū, & ita forte erat de hoc. Secundo, quia licet Christus sit dñs messis, tamē quia totū, quod est in messe non est ad vtilitatem suā, quia ipse bonorū nostrorū non indiget Psal. 15. sed ad nostrā vtilitatē, iō nos orare debemus ꝑ hoc, vt Deus in ecclesia sua prædicatores augeat suos. i. Apostolos, & eorum sequaces, vt quotidie sui numeri augmentationē poscant. Tertio fuit hoc ad innuendū quantū bonū sit, & quanta excellentia prædicatorē esse cum Deus orari velit, vt prędicatores mittat, sic dicit Chry. oñdit aūt, q̄ magnū donū sit. s. vt aliquis habeat decē- E ter virtutē prædicādi per hoc, quod dicit hic esse orādum, & verum est, ꝙ Deus non vult orari, nisi ꝑ magnis rebus. s. ꝙ ipse orari petat, nos tñ ēt in minimis orare eū debemus, quia hoc bonum nobis est. & verum est, ꝙ magna excellentia est doctorū, siue prædicatorū in ecclesia. extra de hęre. c. cum ex iniuncto: nā Apostolus posuit eos inter partes ministeriales ecclesię a Christo datas primo Corin. 12. ad Ephe. Quarto fuit hoc, vt innuatur, ꝙ nos orare tenemur pro prædicatoribus, & prelatis nostris, ne ex nostris demeritis subtrahatur illis gratia prædicandi, quod interdum fit, sic dicit Gregorius per hoc inducendi sunt subditi, vt pro suis pastoribus rogent, vt digna eis operari valeāt, ne ab exhortatione torpeat lingua: sępe vero ex sub-

iectorum

iectorum culpa agitur, vt eis qui possunt prædicationis sermo subtrahatur. F

An Apostoli orauerunt, quod mitterentur operarij ad messem. Vbi quod Ecclesia est mater nostra pro qua quilibet tenetur orare.
Quæst. XI.

QVAERETVR an Apostoli orauerunt nunc ꝙ mitterentur operarii ad messem. Dicendum, ꝙ non appatet, & tamen cū Christus eis hoc iussetit credendum est, ꝙ fecerint, non tamen orarent pro missione sua, sed pro missione successorum, Quod patet, quia quando Christus G dixit hoc discipuli erant congregati, & illis, sicut conuocatis iussit ire ad prædicandum, vt colligitur infra in litera, & sic non fuit aliquod meritum inter verba Christi, & missionem eorum ad hoc. ꝙ ipsi pro missione ista orare possent, sed intelligendum est, ꝙ orauerint pro missione successorum, vt Deus numerum eorum semper augeret, & continuaret, sic dicit Remig. hortatur Christus prædicatores suos. i. Apostolos, & eorum sequaces, vt quotidie sui numeri augmentationem exposcant. Hoc autem credendum est ꝙ Apostoli fecerint efficaciter, & attente, nam quilibet tenetur orare pro ecclesia sancta Dei, quę est mater nostra, & quanto aliquis in maiori charitate est tāto melius pro hoc orat, H nam Apostolus, prima Tim. 2. dicit orationes, obsecrationes, postulationes, & gratiarum actiones fieri debere pro omnibus hominib⁹, & specialiter pro regibus, & omnibus, qui in sublimitatę sunt, & tamen prelati spirituales magis nobis conferunt ad vitam ęternam, quam temporales, ergo pro illis magis orandum est, tales autem sunt prædicatores, & doctores, ergo pro illis orandum est, & Apostoli orarent, vt semper numero, & virtute augeantur.

An post missionem Apostolorum ad prædicandum turbæ secutæ sunt Christum.
Quæst. XII.

I

QVAERETVR cū Christus miserit nunc Apostolos ad prædicandum per varia loca, vt turbę non cogerentur discurrere sequendo eū, an post hoc turbæ fuerunt secutę Christum. Dicendum, quòd adhuc post hęc turbę multę sequebantur Christum, quod patet, quia infra 14. Christus saturauit turbam magnam, quę erat cum eo in deserto, scilicet quinque millia hominum pręter mulieres & paruulos, qui etiam multi essent, iterum etiam infra decimoquinto cap. in deserto quatuor millia hominum præter mulieres, & paruulos saturauit. Et nō potest dici, ꝙ ista fuerunt ante missionem Apostolorum ad prędicandum, quia postea ponuntur. Et si dicatur, ꝙ est mutatio ordinis non stat, quia omnes euāgelistę concordant in hoc ordine, K nā ista missio Apostolorum ponitur Mat. 6. & postea eo. c. ponitū prima saturatio populi, sic ēt Luc. 9. ponit̄ ista missio in principio, & postea eo. c. ponitur prima saturatio, de secūda patet, quia Mar. 6. ponitur Apostolorum missio, & Mar. 8. ponitur secunda saturatio. Ideo dicendum, ꝙ nunq̄ turbę cessauerunt sequi Christū vsque ad mortem, ēt si miserit Apostolos, & ēt postea 72. discipulos, sic patet infra 19. venit Iesus in fines Iudęę trans Iordanem, & secutę sunt eum turbę multę, idē Marc. 10. ēt in festo ramis palmarum per sex dies ante passionem adhuc sequebatur eum turbę plurimę euntē in Ierusalem, infra 20. & Marc. 10. & Luc. 19. nunquā ergo turbę cessauerunt sequi Christum.

Quid profuit mittere discipulos ad prædicandum si turbæ Christum sequebantur post missionem eorum;
Quæst. XIII.

QVAERETVR quid ergo profuit mittere Apostolos, & discipulos ad prędicandum si turbę nō cessabant sequi illum, cum pp̄ hoc misisset istos ad prædicandum.

Dicendum, ꝙ ad multa profuit. Primo ad alleuiandum laborem turbarum, quia licet sequerentur nūc eum turbę forte non tot quot prius, licet satis magna multitudo sequeretur eum, quia interdum erant cū eo quinque millia virorū pręter mulieres, & paruulos infra 14. Secundo ad alleuiandum laborē futurū, quia qñ Christus misit Apostolos ad prædicandum non erat tam famosus, sicut postea fuit, quia quotidie excedebat diuulgatio operum suorum, & sic necesse erat, ꝙ per singulos dies augeretur numerus turbarū concurrentium ad ipsum, & si nunc erat durus labor ꝙ turbę eum sequerentur fieret postea importabilis, & ideo Christus occurrit huic difficultati ante tēpus mittendo Apostolos, & postea 72. discipulos. Tertio profuit, quia plures nunc, quam prius docebantur, nam quando Christus solus prędicabat, licet multę turbę eum sequerentur, illi tamen, qui erant de locis remotissimis non poterant eum sequi, Apostoli autē ibant ad illa loca, & sic multo plures nunc docebant, q̄ prius. Quarto profuit ad sanationem ęgritudinum, quia plurimi eorum qui Christū sequebantur veniebant pp̄ ægritudines, vt curarentur Ioā. 6. sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quę faciebat super his, qui infirmabātur. Apostoli tamē poterant nunc sanare omnem ęgritudinem, sicut Christus sanabat, vt patet infra in litera, & Mar. 6. iō multi cessarent iam venire ad Christum, cū in vrbibus suis sanarentur eorum infirmi, & ita proderat turbis, ꝙ Apostoli mitterentur.

Quare cum Apostoli faciebant illa signa, quæ Christus faciebat sequebantur turbæ Christum, cuius ex ore verba procedebant dulcia, & spiritus plena.
Quæst. XIIII.

QVAERETVR cum Apostoli supplerent vicem Christi prædicantes per diuersa loca docentes, quod ille docebat, & facientes miracula, sicut ille faciebat, quare iam sequebātur eū turbę. Dicendum, ꝙ non sequebāt eū tam magna multitudo, sicut prius, vel saltē, & melius non sequebāt cō tot quot alias secuturi fuerant si non mitteret Apl̄os, vt dictum est pręceden. q. & tamen sequebātur eum multi. Primo, quia Apostoli adhuc non sufficiebant prædicare in omnibus locis, quia pauci erant, qđ patet, quia Christus postea addidit 72. discipulos Luc. 10. ideo oportebat, quòd interim adhuc turbę sequerentur Christum, quia etiam forte quemlibet Apostolorum sequerentur turbę multæ per loca illa, in quibus prędicabant, non est tamen putādum, ꝙ designatis postea 72. discipulis cessauerint turbę sequi Christum, quasi iam sufficerent isti ad prędicandum per totam terrā Israel, nam semper secutę fuerunt turbę Christum, quandiu vixit, vt dictum est supra q. 12. Etiam, quia adhuc isti non sufficiebant ad prędicandum p totam terram Iudæorum, sic Christus dixit infra, amen dico vobis non consummabitis ciuitates Israel donec veniat filius hominis, semper ergo transit aliqua occasio turbę sequendi Christum.

Secundo, q̄a Apl̄i non semper discurrebant prædicando, sed aliquando ibant, & in breui veniebant, vt manerent cū Chr̄o, & audirent doctrinā eius, & eēnt

testes

testes vitæ eius, & operum, ita vt semper, & continue dicerentur cum Christo. sic dr̃ Actuũ 1. oportet ex his viris, qui nobiscũ sunt congregati in omni tempore quo intrauit, & exiuit inter nos dñs Iesus incipiens a baptismate Ioannis vsque in diem qua assumptus est a nobis testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnũ ex istis. patet etiã, quia quando Christus saturauit turbam iam instituerat Apostolos ad prædicandũ, vt oñsum est supra q. 12. & tñ nunc erant Apostoli cũ Christo, vt patet Ioan. 6. & vbique de eis legitur, quod cum Christo manerent. ergo prædicatio eorum non poterat omnino supplere Chr̃i vicem, quin adhuc turbæ haberent occasionem ad Christum veniendi.

Tertio fuit, qa licet Christus Apostolis cõmisisset potestatẽ faciendi miracula, & prædicandi, sibi tñ excellentiam reseruat, ita vt ipse excellentius prędicaret, & miracula ageret, quã Apostoli, vt in vita sua nemo posset putari esse illi ęqualis saltẽ a simplicibus. post mortem aũt eius Apostoli, & quidam alij sancti maiora miracula fecerunt, quã Christus, ita.n. ipse pmiserat Io. 14. qui credit in me opera, quæ ego facio ipse faciet, & maiora horũ faciet, quia ego vado ad patrẽ, idest postquã ego iuero. q. d. dñ ego maneo hic sufficit, q ego faciam excellentissima miracula, postq̃ tñ ego abiero ad patrem volo, q credẽtes in me possint facere quidquid ego facio, & etiam maiora. propter istam ergo excellentiã, q̃ Christus sibi retinebat, licet prædicarẽt Apostoli, tñ adhuc turbæ multæ sequebantur Christum. Quarto fuit, quia ipsi Apostoli, siue prędicarent, siue miracula facerent oñdebant se Christo minores, & ab eo missos, & potestatẽ ab eo suscepisse, vnde quando miracula faciebant expresso nomine Christi illa faciebant. Lucę 10. cum dixerunt 72. discipuli, domine etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Et ẽt alij, qui non erant discipuli Christi videntes, q Christi discipuli in nomine Christi miracula faciebant, ẽt ipsi faciebant. Luc. 19. præceptor vidimus quẽdam in nomine tuo eijcientẽ dęmonia, & prohibuim' eũ. Christus aũt nõ faciebat miracula inuocato nomine alicuius, immo nec Dei, sed solũ imperabat, dicens paralytico. surge & ambula, & puellę mortuę. surge puella. præce. c. vt se Deum oñderet cũ Deum non inuocaret. sic Hieronymus. Apostolis tribuit potestatem, vt curẽt oẽm languorem, sed multa differentia est inter habere. & tribuere, ille quocunq; ageret potestate dñi agit, illi siquid faciũt imbecillitatem suam, & virtutem domini confitentur dicentes in nomine Iesu surge, & ambula, desiderabant, ergo omnes videre illum, qui in tanta potestate operabat.

Quinto fuit hoc, quia in Christo erat quædam dulcedo in verbis, ita vt omnes gauderent audientes nisi iam ei inuiderent Luc. 4. omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratię, quæ procedebãt de ore ipsius, & Io. 6. dicitur domine ad quẽ ibimus, verba enim vitę ęternę habes, hoc autem donum nõ habebant Apostoli, vel non erat in eis tam excellens, ideo omnes desiderabant videre, & audire eum, vnde multa turba licet audiuisset Apostolos prædicantes, & vidisset miracula facientes, adhuc veniebat ad Christum.

Quare misit nunc Christus Apostolos ad prædicandum, & non prius. Quæst. XV.

QVÆRETVR quare Christus misit nunc Apostolos ad prædicandum, & non prius. Dicẽdum, quòd propter multa. Primo, quia debuerunt prius doceri, quam prædicare, & ideo oportuit, quod aliquanto tempore cum Christo manerent addiscẽtes quid postea prædicarẽt, A & qualiter viuerent. Secundo fuit, vt esset Christus cognitus. si enim Christus a principio misisset Apostolos ad prædicandum videntes Iudæi miracula illorum non curarent ad Christum venire quem nondum cognoscerent, vt omnes, ergo venirent ad ipsum, & agnoscerent eum debuit a principio ipse solus prædicare, postquam autem fuit ipse sufficienter agnitus, potuit discipulos conuenienter mittere, quia iam non erat necesse, vt venirent turbę ad eum.

Tertio fuit, vt sciretur quis erat ille in cuius nomine Apostoli prædicabant. nam miracula in nomine eius faciebant, vt dictum est præcedenti quęstione ad hoc ergo, vt sciretur quis erat ille quem ipsi prædicabant, B debuit Christus esse primo cognitus inter Iudæos, & postea discipulos mittere.

Quarto fuit, vt non viderentur esse plura capita; nam si antequam Christus esset inter Iudæos sufficienter agnitus, discipulos mitteret, etiam si ipsi in nomine eius prædicarent putarentur esse capita, eo quòd audientes nullum aliud cognoscerent. sic enim fuit inter discipulos quos varij discipuli baptizauerũt, & docuerunt, & ab illis nominabant se, & nõ a Christo, nam quidam dicebãt ego sum Pauli, alij ego sum Apollo. prima Corin. 3. magis, ergo debuit nunc istud caueri, & sic Christus debuit prius cognosci inter Iudæos, postea autem discipuli eius prædicare, vt quando in nomine Christi prædicarent iam audito- C res scirent aliquid de Christo, & agnoscerent, quòd isti erant discipuli, & ille erat caput: non debuerunt, ergo discipuli ante hoc prædicare, sed nunc, quando iam Christus inter Iudæos agnitus erat.

Quare Christus misit nunc discipulos, & non distulit vsque post suam mortem. Quæst. XVI.

QVÆRETVR quare Christus misit nunc discipulos, & non distulit vsque post mortẽ suam. nam tunc misit eos ad prędicandum per vniuersum orbem infra 28. & Mar. decimosexto.

Dicendum, quòd propter multa. Primo, vt euita- D ret laborem turbarum, quia sequerentur Christum; & quotidie cresceret numerus turbarum concurrentium ad ipsum, & fieret intolerabilis labor, vt dictum est supra quæstione 12. & 13. nunc autem mittendo Apostolos alleuiabatur labor turbarũ, & ista est causa, quam Christus expressit. vt patet in litera.

Secundo fuit propter ipsos discipulos, vt daretur eis quædam audacia ad prædicãdum, nam post Christi mortem ituri erant per totum orbẽ, & si ante hoc non fuissent exercitati in prædicatione, & miraculorum operatione formidarent aggredi rem tam magnam, nunc ergo Christo viuente exercitari debuerunt, vt prædicarent in regione in qua ipse erat, quia si aliqd difficultatis eis accideret ipse erat pręsens, qui E poterat prouidere, & sic erat, quasi aquila prouocans paulisper pullos suos ad volandum, & super eos volitans. Deutero. 32. & ita apparet, quia a principio prædicationis ipsi erant timidi, & non perfecte confidentes. Vnde quando viderunt, quòd inuocato nomine Christi subijciebantur eis dæmones, dixerunt ergo gaudentes. Domine etiam dæmonia in nomine tuo subijciuntur nobis: & etiam non habebant adhuc perfectam fidem, quia postquam inceperant prædicare, scilicet post istam missionem quidam arreptitius adductus est ad eos, & non potuerunt ipsum curare. Mar. 9. & infra 17. & Christus increpuit eos de incredulitate, & petiuerunt ab illo, vt augeret eis fidem infra 17. si ergo non mitterentur Christo viuente ad prædicandum, non haberent post audaciam

ciam eo mortuo non habentes ad quem recurrerent. F ideo debuerunt nunc mitti, vt sic audaciam conciperent.

Tertio fuit, vt haberent aliquam auctoritatē Christo mortuo, quia si eo viuente non prædicassent, nec aliqua miracula fecissent essent incogniti, & in reputatione nulla habiti inter Iudæos apud quos prædicarent etiam si haberent Spiritum Sanctum, nunc vero, quia Christo viuente Iudæi viderant eos multa miracula facientes haberent eos in honore, & sic audirent melius verbum eorum.

Quarto fuit, vt non dubitaretur de missione ipsorum. nam mortuo Christo si inciperent ipsi prædicare, & numquam prius prædicassent, nec fecissent miracula, multi dubitarent an Christus voluisset, quòd G eo mortuo prædicarent ipsi, & diceretur, quod forte ipsi faciebant ea, quæ Christus non iusserat. sicut Porphyrius dixit, quòd Christus non dixit se esse Deum, sed discipuli eius contra voluntatem ipsius hoc dixerunt, vt refert Augustinus lib. primo de cōcor. euange. nūc vero cum Christus ante mortem misisset eos prædicare, & miracula facere, non dubitaretur post mortem eius, quod ipse voluisset eos prædicare per totam terram. ante mortem, ergo eius nutu debuerunt ad prædicandum.

Et conuocatis duodecim discipulis suis H dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Duodecim autem discipulorum nomina sunt hæc. Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Philippus, & Bartholomæus, Iacobus Zebedęi, & Ioannes frater eius, Thomas, & Matthæus Publicanus, & Iacobus Alphęi, & Thadęus, Simon Chananæus, & Iudas Scariothis, qui & tradidit eum. I

Et conuocatis. Hic ponitur prædicatorū institutio. & diuiditur in duas partes. Quia primo ponitur informatio prædicantium. Secundo ipsos recipientium ibi. *Qui recepit prophetam.* Prima in tres, quia ponitur Institutio Apostolorum quantum ad collationem potentię. Secundo quantum ad formam doctrinę. ibi. *Hos duodecim.* Tertio quantum ad veritatem vitę. ibi. *Gratis accepistis.* Prima in duas, quia primo confertur auctoritas prædicandi Apostolis. Secundo numerantur sub nominibus proprijs. ibi.

Duodecim autem Apostolorum. Istud ponitur hic, & Mar. 6. & Luc. 9. & dicitur. *Et conuocatis duodecim discipulis.* Idest duodecim Apostolis non tam erant illi K duodecim assumpti in Apostolatum, vt dicetur infra 18 q. & sic Luc. 6. congregatis duodecim Apostolis.

Dedit illis potestatem spirituum immundorum. Idest dæmonum. sic dicitur Lucę 9. dedit eis potestatem super omnia dæmonia, dæmones enim vocantur spiritus immundi.

Vt eijcerent eos. Hic declaratur ad quid se extendebat potestas Apostolorum super dęmones, scilicet solum ad eijciēdum eos de corporibus. nihil enim aliud facere poterant, vnde non poterant facere, quòd dæmones cessarent generaliter a vexatione, & tentatione hominum, vt irent in abyssum, sicut Christus poterat, & ideo dęmones rogauerunt eum, vt non mitteret eos in abyssum Lucę 8. *Et curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem.* Languor est morbus diuturnus, infirmitas autem est parui temporis. Vel languor est passio proueniens ex mala habitudine corporis, infirmitas autem est ex impotentia, vel debilitate, & per ista duo intelliguntur omnia mala, quę corpori hominis accidere possunt, & magis infra exprimitur, scilicet infirmos curare, mortuos suscitare, leprosos mundare dæmones eijcere.

An ista sint continuata ad præcedentia. Et quod duplex fuit discipulorum conuocatio. Quæst. XVII.

G QVAERETVR an ista sint continuata ad pcedētia. Dicendum, quod non est dubium quin sint continuata ad ea, quæ ponuntur supra immediate, quia hic dicitur de conuocatione Apostolorum, & missione ad prædicandum, ibi autem ratio istius conuocationis. Sed dubium est respectu omnium præcedētium an ista habeant ordinem rectum ad illa.

Aliqui dicunt, quod non, quia supra 5. ponitur sermo domini in monte, & tamē ille sermo videtur esse habitus post istam conuocationem, quia Luc. 6. ponitur electio Apostolorum facta in monte, & postea sequitur sermo, qui est supra 5. ergo est hic mutatio ordinis, sic etiam dicunt, quod vocatio Matthæi, quę ponitur H præced. c. fuit ante sermonem domini in monte, quia Matthæus est vnus de 12. Apostolis, & ponitur inter electos. Luc. 6. & post illam electionem sequitur ibi sermo domi. Ideo dicunt aliqui, quod omnia, quæ habentur a fine septimi cap. vbi finitur sermo domini vsque adhuc sunt recapitulata, quia debuerant poni ante 5. cap. vbi incipit sermo domini, sic dicit glossa. a curatione socrus Petri vsque huc continuationem habuerunt relata miracula, & fuerunt ante sermonem in monte habitum facta, quod ex electione Matthæi, quæ inter ipsas refertur habemus. fuit enim vnus de 12. electus in monte ad Apostolatum. Hic autem redijt ad ordinem rei, sicut gesta est post curatum Centurionis seruum, vult innuere, quòd omnia, quæ habentur supra fuerunt facta ante sermonem domini in I monte præter curationem serui Centurionis, quia illam curationem ponit Lucas immediate post sermonem domini Lucę 9. Et tamen etiam hoc non stat omnino, quia curatio a repuit, quæ habetur supra 8. & periculum discipulorum in mari ponuntur etiam Luc. 8. post sermonem domini, & sic non potest dici etiam standō ordini Luc. quod omnia præcedētia fuerunt ante sermonem domini, saltem tamen vocatio Matthæi, & ista Apostolorum conuocatio creditur a plurimis, quod fuerit ante sermonem domini in monte, & sic erit mutatus ordo. Dicendum tamen, quòd ordo rectus est. omnia hęc enim facta videntur eo ordine quo Matthæus scripsit. Pro quo dicendum, quod conuocatio discipulorū fuit duplex. Vna K fuit, quando vocauit Christus omnes discipulos suos, vt ex eis eligeret 12. Apostolos. Alia fuit conuocatio ipsorum Apostolorum iamdudum electorum ad mittendum eos ad prædicandum. Prima illarum fuit ante sermonem domini in monte, & illa est, quę ponitur Lucę 6. Secunda fuit multo tempore post sermonem domini, & ista est, quæ ponitur hic. nā primā Matthęus subticuit, & sic est hic ordo rectus. Quod autem fuerint istę duę vocationes distinctę patet, quia Marcus, & Lucas ponunt eas distinctas, nam Mar. 3. dicitur ascendens in montem vocauit ad se quos voluit, & fecit, vt essent 12. idest elegit eos, vt essent 12. De secunda patet Mar. 6. scilicet conuocauit 12. & cœpit eos mittere. Patet quum de prima, vocatione illarum

rum Lucę 6. scilicet vocauit discipulos suos, & elegit 12. ex ipsis quos Apostolos nominauit, De secunda patet Lucę 9. scilicet conuocatis 12. Apostolis dedit illis virtutem, &c. & sic prima vocatio discipulorum fuit secundum Lucam eadem die qua sermo domini in monte, & illa est electio Apostolorum, quia dicitur Lucę 6. elegit 12. ex ipsis quos Apostolos nominauit. secunda autem vocatio, quæ est missio ad prædicandum fuit multo post sermonem illum, quia ponitur Luc. 9. illam autem Matthæus descripsit hic. Et patet, quia eadem verba ponuntur hic, & ibi. nam ita ibi incipit, scilicet conuocatis autem duodecim, &c. & tamen ea, quę habentur Lucę sexto capitulo non concordant cum eis, quæ habentur hic, ideo Matthæus non mutauit ordinem hic. illi autem, qui putant esse hic mutatum ordinem decipiuntur, quia putant, quòd hic describatur electio Apostolorum, quæ ponitur Lucę sexto capitulo, Matthæus tamen electionem eorum subticuit, quæ Marco tertio, & Lucæ sexto capitulo exprimitur. Matthæus tamen posuit hic nomina Apostolorum, quod non faciunt Marcus, & Lucas, sed ponunt ea, quando narrant electionem ipsorum Marco tertio, & Lucæ sexto capitulo, Matthæus tamen, qui electionem tacuit expressit nomina eorum hic cum de missione eorum agit, quia alibi non fuit locus conuenientior ad exprimendum,

Ad quid fuit ista conuocatio discipulorum, Quæst. XVIII.

QVAERETVR ad quid fuit ista conuocatio.

Dicendum, quòd conuocationes fuerunt duæ, vt dictum est præcedenti quæstione. Prima earum fuit ad eligendum ex omnibus discipulis duodecim in Apostolos, & de ista non agitur hic, sed tacuit illam Matthæ. Secunda est vocatio ad mittendum ad prædicandum, & de ista dicitur hic, & ideo nunc non fuerunt vocati omnes discipuli, sed solum duodecim, qui iam erant electi in Apostolos, & ideo dicitur hic, & cõuocatis duodecim: istos enim solos misit nunc ad prædicaudum, nam 72. discipulos postea designauit. sic dicitur Lucę decimo post hoc designauit Dominus & alios 72. scilicet post Apostolorum missionem, de quibus ibi præcedenti capitulo dictum fuerat, & vocauit Christus nūc istos, vt diceret eis, messis multa est, operarij pauci, & expressit eis, quòd opus erat eos ire ad prædicandum, deditque eis potestatē super dęmones, & languores.

Sed objicietur, ꝙ non fuerit nunc data ista potestas, sed in electione illorum, quia dicitur Mar. 3. vocauit ad se quos voluit, & fecit, vt essent 12. & dedit illis potestatem curandi infirmitates. Dici potest vno modo, ꝙ ponitur ibi per anticipationem, quia potestas non fuit data eis, nisi quando missi sunt ad prædicandum, quia prius non erat necessaria, & hoc innuit Lucas, quia Luc. 6. vbi ponitur electio nihil dicitur de ista potestate, sed postea Luc. 9. vbi ponitur missio ponitur etiam potestas. satis etiam ipse Marcus innuit, quia licet Mar. 3. in electione eorum describatur ista potestas magis aperte ponitur iterum Mar. 6. vbi ponitur missio, & tamen non est satis verisimile, ꝙ Christus bis eandem potestatem concesserit. Secundo potest dici, ꝙ concessit istam potestatem in electione, quia tamen aliquantum tempus fuit inter electionē, & missionem, renouauit potestatem, scilicet repetendo verba concessionis, vt magis adderet, & sic potest intelligi, quia Marcus bis posuit concessionem huius potestatis, vt dictum est.

A

An Apostolis vere fuerit data potestas faciendi miracula. Et quòd tempore Christi nullus miracula fecit in alio nomine, quam in nomine Christi. Quæst. XIX.

QVAERETVR de ista potestate concessa Apostolis an vere fuerit eis data potestas.

Dicendum, ꝙ ista potestas, quæ nūc fuit data Apostolis non fuit in ipsis vere aliqua qualitas, siue virtus actiua existens per quam possint aliquid facere, quod prius non poterant. quod patet, quia ista est potestas faciendi miracula, illa tamen est infinita, ideo nulli homini potest dari, ita quòd efficiatur aliquid ipsius, sicut potentia visiua est aliquid hominis, patet hoc, quia potestas faciendi miracula non potest esse finita, quia

B

tūc aliquis præter Deum posset ex propria virtute miracula facere, & sic non esset necessaria probatio ipsum miraculum ad ostendendum, ꝙ aliquid a Deo est, & tamen Deutero. 18. ponit Deus istam, tanquam necessariam probationem, & ita Christus innuit Ioã. 5. & 10. scilicet quòd opera eius testimonium perhibent, quòd vera sunt, quæ dicit. virtus autem infinita nulli creaturę potest communicari, quia istud esset illam effici Deum, quod est impossibile. Secundo patet, quia si talis potestas esset vere in Apostolis possent ipsi quandocunque vellent, & quomodocunque vellent miracula facere, sed non poterant. nam post collationem istius potestatis oblatus est eis quidam arreptitius quem non potuerūt sanare infra 17. & patet,

C

ꝙ fuit post istam potestatem concessam, quia omnes euangelistę concordant in hoc. nam hic ponitur potestas, & infra 17. de arreptitio. sic etiam Mar. 6. ponitur potestas, & Mar. 9. de arreptitio similiter Luc. 9. describitur potestas. & Lucę 17. de arreptitio. ergo nõ erat ista potestas vere aliquid in Apostolis, sicut character est aliquid in sacerdote, ideo quandocunque vult (etiam si pessimus sit) consecrat, sed ista potestas vere in Deo erat, qui faciebat ista opera. sicut Christus de seipso dixit Ioan. 5. pater in me manens ipse facit opera, sed dicitur potestatē dedisse, idest concessit Apostolis, quòd quandocunque ipsi inuocarent nomen Christi ad operationem alicuius miraculi statim illud fieret, hoc tamen, quòd cum fide peterent, sic

D

dixit Christus infra 21. aliàs enim nihil fieret, sicut fit in arreptitio infra 17. istam tamen concessionem non fecit alijs, ideo dicebatur dedisse eis potestatem istam.

Sed objicietur, quòd tunc nihil datum est eis, quia quicunque habuerit fidē faciet miracula infra 21. & Luc. 17. & ita vere fiebat, quia etiam aliqui, qui non erant discipuli Christi eijciebant dæmonia in nomine Christi ipso viuente. Mar. 9. & Luc. 9.

Dicendum verum esse, quòd omnis, qui habuerit fidem sine hęsitatione miracula faciet, ita dixit Christus. Ioan. 14. qui credit in me opera, quæ ego facio ipse faciet, & maiora horum faciet. Et tamen fides ista est quoddam donum gratis datum, & non est in omnibus hominibus, qui fideles sunt, sicut nunc apparet.

E

istam autem fidem dedit Christus Apostolis, & dando eam dicebatur dare potestatem faciendi miracula, cum existente ea necesse sit sequi miraculum, non dedit autem istam potestatem alijs, quia non dabat illis istam fidem, & si aliquando alicui, qui non esset discipulus suus dabat tolerabilem fidem, etiam ille faciebat miracula. sicut ille de quo. Mar. 9. & Lucę 9. quod faciebat Christus ad honorem nominis sui, quo inuocato etiam extranei ab eo miracula faciebant. nam nulli tempore Christi concessum est miracula facere inuocato Deo simpliciter, vel Deo Abraham, sed solum inuocato nomine Iesu, vt per hoc innueretur, quòd Deus specialiter concedebat fidem ad faciendum miracula ad honorē nominis Christi. pro-

pter

pter honorem etiam huius nominis, & doctrinę suę omnibus conuersis ad Christum in ecclesia primitiua concedebatur ab eo ista fides, & omnes faciebant miracula. Mar. 16 signa autem eos, qui crediderint hæc sequentur, idest qui crediderint poterunt facere ista signa, scilicet in nomine meo dæmonia eijcient. &c. & sic non erat alia potestas data Apostolis ad faciendum miracula, quæ esset in eis aliqua potentia actiua, sed solum ista fides per quam, quando volebāt poterant miracula facere, aliquando autem defecit in eis fides, & non potuerunt facere miraculum, vt dictū est de arreptitio, sed hoc fuit specialiter ad honorem Christi, & ad laudē ipsius fidei, & propter alia de quibus dicetur infra 17. de ista tamen potestate an sit aliquid reale per quod vere homines facient miracula dicetur magis Mar. 2. vbi agetur de miraculis.

Quare Christus dedit potestatem Apostolis faciendi miracula. Et specialiter curandi ægritudines, & eijciendi dæmonia. Quæst. XX.

QVAERETVR quare Christus dedit istam potestatem Apostolis.

Dicendum, ꝙ fuit. Primo ad confirmationem doctrinę. Nam ea, quæ prædicabāt Apostoli erant hominibus ignota, scilicet vita ęterna, siue regnum cęlorum. nam hoc iussit eis prædicare infra in litera, scilicet appropinquabit regnum cęlorum, nec poterat probari istud per aliquam rationem humanam, ideo oportuit, quòd esset ad hoc testimonium diuinum, & istud est per miracula, ideo debuit eis dari ista potestas. Secundo fuit propter turbas, vt eorum labor alleuiaretur. nam plurimi veniebant ad Christum propter curationes quas faciebat in ęgritudinibus. Ioan. 6. si autem discipuli prædicantes non possent facere miracula turbę, non cessarent venire ad Christum, immo magis incitarentur ad veniendū audientes, ꝙ Christus ęgritudines taliter curaret, & ita fieret labor intolerabilior turbarum. propter hoc autem specialiter Christus dedit Apostolis potestatē curandi ęgritudines, & eijciendi dæmonia, quia ista erant quibus indigebant turbę, & cum discipuli ista facerent iam non esset necesse turbis ad Christum venire pro istis sanitatibus, & ita alleuiaretur labor eorū. sic enim vult Remigius, & dicit, ꝙ ex hoc apparet, ꝙ supra quando dicitur misertus est Christus turbis, quia erāt vexati, intelligatur de vexatione a dæmonibus, cum hic det Apostolis potestatem eijciendi dæmones. Tertio fuit ad honorem Christi, vt per hoc appareret quanta esset excellentia sua cū non solum ipse miracula faceret, sed etiam discipulis suis potestatem faciendi illa concederet, quod nunquā fuerat in aliquo de antiquis patribus, quia licet aliquis ꝓpheta miracula faceret, discipuli eius non poterant miracula facere. Si autem obijciatur de Eliseo discipulo Elię. Dicendum, ꝙ Elia manente inter homines, nulla miracula Eliseus fecit, sed cum raperetur Elias petiuit Eliseus, quòd ille oraret Deum, & transiret in illum potestas illa, quod factum est. Et tamen adhuc Elias dicebat esse rem difficilem nesciens an concederetur ei 4. Regum 2. Christus tamen non orans, sed iubens potestatem dabat discipulis suis miracula faciendi, cum ipse adhuc maneret inter homines, ex quo apparebat eū omnibus hominibus esse maiorē, & discipuli sui apparerent vere a Deo missi. sic dicit Cyrillus decebat institutos ministros sacrarum doctrinarum posse miracula peragere, & per ipsos effectus credere, quòd essent Dei ministri. Quarto fuit, vt propter hoc magis allicerentur ad doctrinam illi quibus ista beneficia conferrentur, vt saltem libentius audirent,

F & plures ad audiendum venirent. sic dicit Eusebius, & vt per eos veneretur genus humanum, non solum dat eis vt prauos spiritus pellant, sed etiam quamlibet infirmitatem sanent ex eius imperio.

Quare nunc prædicatores, & prælati ecclesiæ, qui gerunt vicem Apostolorum non faciunt miracula, sicut Apostoli. Cum miracula sunt ad confirmationem doctrinæ fidei, sicut in primitiua ecclesia fiebant, quam ædificare ab initio fuit magni laboris, & periculi, iccirco cum inualuerit, est efficax argumentum suæ veritatis, & cur non itidem arguatur de alijs sectis. Quæst. XXI.

QVAERETVR quare nunc prædicatores nostri, & prelati ecclesię, qui gerunt vicem G Apostolorum non faciunt talia miracula.

Aliqui dicunt, quia Apostolis fuit data potestas ista expresse, & non successoribus, ideo non faciunt similia. Sed dicendū, ꝙ non sufficit. Primo, quia tunc quæretur rursus cur Christus non det istis eandē potestatem cū succedant in eodem officio, & nō satisfiat per hoc. Secundo, quia falsum pręsupponitur, quia ēt Christus dedit potestatem oībus sequentibus credentibus in se Io. 14 qui credit in me opera, quæ ego facio ipse faciet, & horū maiora faciet. ēt Mar. 16. Christus dixit, signa aūt eos, q crediderint hęc sequētur, in noīe meo dæmonia eijciēt, &c. generaliter, ergo dictū est illud ad oēs credentes. Tertio patet, quia multo tempore post Christi mortē Martyres etiā, & H confessores prædicantes multa miracula fecerūt, illis tn̄ Christus non fuit locutus, nec dedit eis specialiter potestatē. Dicendum ergo, ꝙ oēs credentes in Christum inuocato nomine Iesu possunt miracula facere, vt dr̄ Mat. 16. si fidem habeant. i. confidentiā sine hęsitatione infra 21. & Mar. 11. & Iacobi 1. ista tn̄ fides est donum gratis datum, omnia autem dona spiritualia, quæ sunt a Spiritu Sancto, prima Corin. 12. inter quæ computatur gratia sanitatum, sunt ad ędificationem ecclesię prima Corin. 14. ideo Christus non dat illa dona, nisi quando sunt ecclesię necessaria, vel multū vtilia. nunc vero potestas faciendi miracula in prædicatoribus fidei non est necessaria, nec ecclesię vtilis, I ideo non confertur, nā miracula sunt ad confirmationem doctrinę fidei, vt constet verum esse, quod dicitur, & tamen iam nobis constat hęc vera esse, cum credamus ea firmiter, ideo superuacua essent miracula. ita dicit Gregorius secus autem in ecclesia primitiua, quia tunc nihil credebatur, sed potius durum erat audire verba fidei, scilicet hominem crucifixum Deū fuisse, & saluatorem mundi. vnde hoc audito quidam irridebant, alij vero scandalizabantur 1. Corin. 1 nos prædicamus Christum crucifixum Iudæis quidem scandalum gentibus autem stultitiam, idest gentiles reputant hoc esse stultitiam. non poterat autem talis doctrina persuaderi, nisi in potestate, & frequentia miraculorum. ideo debuit tunc potestas concedi præ- K dicatoribus ad faciendum prompte quæcunque miracula, quæ confirmarent doctrinam. sic dicitur Mar. 16. illi autem profecti prædicabant vbique Deo cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis, & non solum prædicantibus potestas ad miracula concedebatur, sed etiam credentibus, quia mox, vt aliquis crederet, & baptizaretur miracula facere poterat, quæ habentur eodem cap. scilicet signa autem eos, qui crediderint hęc sequentur. in quo abundantissime apparebat veritas, & sanctitas doctrinę huius, scilicet vt non solum prædicantes miracula facerent, sed etiam suscipientes doctrinam, vt sic cōstaret quātum bonū suscipiebant cū fidē susciperent. Nunc aūt mundus credit, nec est opus persuaderi verum esse,

quod

quod creditur. vnde iam miracula non essent ad vtilitatem, sed ad solam curiositatem. Deus autem nihil confert, nisi quod sit ad gloriam suam, & vtilitatem nostram, cum oia, quæ ab eo sunt ordinata sunt ad Ro. decimotertio. Ergo nunc potestatem faciendi miracula concedere non debet, nec concedit.

Secundo, quia non solum non prodesset fidei, sed potius infirmaret eam, sicut quando quis habet aliquid in iudicio quod est sufficienter notum, vel probatum, si rursus velit id probare per hoc reddit negocium suum dubium tanquam probatione indigeat, quod non est prudenter factum. ita nunc de veritate fidei non dubitatur apud eos qui eam tenent, quòd ergo per miracula rursus probaretur esset ostendere, quòd adhuc de ea non constabat, & hoc esset tollere ei dignitatem suam, & reducere eam in statum illum; in quo nondum erat confirmata, quod esset imprudenter factum maxime, quia hoc esset periculosum, & laboriosum: nam si apud aliquam gentem credentium nunc miracula fierent ad fidei confirmationem, quasi vt per hoc ei firmiter assentiretur, oporteret pariter apud omnes homines fieri, quia illi apud quos non confirmaretur, iuste dubitarent, & ita rursus per totum orbem oportebat fidem prædicari, & miracula fieri quasi de nouo fides introduceretur, quod quanti laboris, & periculi esset nemo ignorat, & insuper essent omnia hæc superuacua, cum sine his fides sit radicatissima; & quod radices egit stultum esset eradicare; vt iterum plantaretur.

Tertio fit, vt nobis maneat locus merendi. nam per fidem meremur inquantum captiuamus intellectum nostrum in obsequium Christi, secunda Corinthiorum decimo, si autem miracula quotidie a prædicantibus fierent, iam non maneret nobis locus ille merendi, quia per quotidiana miracula, quasi per demonstratiuū syllogismū cōuincēremur, nunc autem merendi locus manet. Deus tamen non subtrahit nobis opportunitatem boni operis: ideo potestatem faciendi miracula nunc non concedit.

Sed diceretur, quòd tunc etiam in Ecclesia primitiua miracula fieri non debuerunt, vt esset locus merendi eis, qui credere volebant.

Dicendum, quòd non est simile: fuisset enim fatuum si quis a principio credidisset ea, quæ Christus prædicabat, & discipuli, si miracula ad hoc non apparerent: ideo necesse erat miracula fieri, & multa quidem. Nam etiam Deus Iudæis concesserat, quòd non crederent alicui Prophetæ tanquam a Deo misso, si ad hoc miraculum non ostenderet. Deuterono. 18. Ita ergo totus mundus esset excusabilis non recipiendo fidem Christi si miracula non fierent, nunc autem secus est, quia doctrina Christi iam suscepta est, & credita: ideo indignum esset, quòd quis nunc ad cōfirmationem eius miracula peteret, quasi nondum illa esset suscepta.

Quarto, quia constat nobis miracula facta fuisse ad confirmationem istius doctrinæ: non differunt ergo, quòd nos viderimus ea, vel non viderimus, quia visus non est, nisi ad notificandum aliquid per certitudinem, quando ergo habetur certitudo de re, non differunt, quòd videatur, vel non.

Quod autem nobis constet facta esse miracula ad confirmationem eius patet, quia omnes gentes asserunt tam fideles, quàm infideles, quòd doctrina ista Christi non fuit semper, sed de nouo prædicari incepit, & aliquod tempus fuit, in quo nemo eam tenebat, nunc autem maxima, & melior pars orbis eam tenet, sicut notum est eis, qui lustrauerunt prouincias Orientis. Rursus autem tota Christi doctrina est difficilis, tam ad fidem quàm ad opus, de fide vt quòd homo occisus credatur fuisse Deus: nam primo audito hæc stultitia reputabatur: prima Corinthiorum primo: de operibus patuit, quia docuit Christus abstinere a delectabilibus huius seculi, in quibus est totum bonum secundum sensum, & cœlestia concupiscere, de quibus intellectus nihil cognoscit, & etiam intellectus per se ad illa pertingere non potest, quòd ergo orbis doctrinam istam, quæ aliquando non fuerat de nouo sponte susciperet, & non solum susciperet, sed etiam pro illius defensione plura hominum millia duros, & longos cruciatus, & acerrimam mortem subirent (quod omnes infideles confitentur) non potuit esse sine multis miraculis præcedentibus, quæ ad hoc inducerent. Vel si nullum miraculum præcessit hoc fuit maximum omnium miraculorum, quòd totus orbis huic doctrinæ aliquando nouæ, & tam difficili nullo miraculo viso sponte collo subijceret, quia non poterat esse tanta voluntatum conformitas ad eandem rem, & maxime tam difficilem vbi Deus in cuius manu sunt corda filiorum hominum, Prouerbiorum decimoquinto, & vertit illa quocunque vult, conuerteret corda oīum hoīum ad hoc volendū. Prouerbiorum 21. & hoc sufficeret ad ostendendum, quòd erat opus Dei. Maxime etiam hoc apparet ex continuatione, quia posset aliquo modo dici, quòd orbis sine aliquo diuino opere istam fidem susceperit, quod tamen tanto tempore inconcussa permanserit, & per singulos dies crescat nullo modo potest esse, nisi a Deo, quia si opus humanum fuisset, cito, & per se ipsum fuisset dissolutum, vt dicitur Act. 5. vbi cum Pharisæi niterentur prohibere diuulgationem nominis Christi puniendo Apostolos, dixit Gamaliel Pharisæus discedite ab hominibus istis, & sinite illos, quoniam si est ex hominibus consiliū hoc, aut opus dissoluetur, si vero ex Deo est, non poteritis dissoluere eos, Ita autem fuit, quòd omnes Romanorum Imperatores, & principes terrarum conati sunt per pœnas grauissimas extirpare istam doctrinam, quando nouiter insurgebat, & tamen non potuerūt, sed magis eam sic plantauerunt: a Deo ergo est.

Si autem obijciatur de secta Mahometica quam multi tenent, & in qua longo tempore durauerunt, & non est a Deo. Responsum est late in Prologo Auctoris q. 19. Si vero obijciat de gentilitate, quæ colebat per totum orbem idola, & illud tamen erat error. Responsum est eadem q°. non sunt ergo nunc prædicatoribus fidei miracula necessaria. Sed dicetur, quòd licet non sint necessaria quando prædicatur fides iam credentibus, essent tamen vtilia quando fides prædicatur infidelibus.

Dicendum, quòd infideles sunt duplices, s. Iudæi, & Pagani, pro Iudæis non sunt miracula necessaria; quia illi possunt conuinci ex lege sua, & Scripturis, quæ testimonium perhibent de Christo, vt ipse dixit Ioannis 5. Vnde Paulus etiam in Ecclesia primitiua contra Iudæos vtebatur testimonijs legis ad ostendendum Iesum esse Messiam Actuum nono, & 18. a fortiori ergo nunc contra eos Scripturis vtendum est, quibus si credere nolunt, sicut Christus dixit. Ioan. quinto, si Moysi crederetis forsitan crederetis, & mihi, & hoc, quia excæcatum est cor eorum ad Roma. 11. & secunda Corinth. 3. nec etiam miraculis crederent, sed in deteriorem partem ea interpretabuntur, sicut progenitores eorum fecerunt dicentes de Christo, quòd in principe dæmoniorum eijciebat dæmonia præcedenti cap. & 12. quā doctrinam vsque hodie ipsi tenent a doctoribus suis traditam

fortassis ergo non proficerent contra eos miracula: ideo nec fieri oporteret.

Si autem sint pagani, possent miracula ad eorum conuersionem proficere. non tamen concedit Christus omnibus prædicantibus inter infideles miracula facere, quod forte accidit ex demeritis eorum, vel nostris, qui indigni sumus, vt temporibus nostris Deus tanta bona Ecclesiæ concedat.

Sed verius dicendum est hoc accidere, quia nõ est nunc necessaria conuersio infidelium, sicut in Ecclesia primitiua quãdo pauci erant. aliàs enim si nos indigni essem⁹ ipse Deus faceret nos dignos ministros, vt per nos talia fierent, sicut in Ecclesia primitiua fiebant. sic dixit Paulus secunda Corinthiorum tertio, qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti. si tamen Deus interdum iudicat bonum esse aliquam gentem conuerti ad fidem, donat prædicatoribus virtutem faciendi miracula. sicut & aliquando nõ multo ante tempora nostra factum est. regulariter tamen non fit, quia non est nunc tam necessaria conuersio infidelium, sicut olim.

Quomodo vocantur dæmones spiritus immundi. quæst. XXII.

QVÆRETVR quomodo vocantur hic dæmones spiritus immundi.

Dicendum, ꝙ propter multa. Primo, quia mali sunt, & omnis malitia potest vocari immunditia. sic dicitur Ecclesiastici 13. quis gloriabitur se mundum habere cor? idest, sine aliquo vitio. dæmones autem manent semper in peccato illo quod commiserunt: ideo spiritus immũdi sunt.

Secundo fit hoc, vt sit differentia inter eos, & Angelos. nam vtrique sunt spiritus. de Angelis enim patet. Psalm. 103. & ad Hebræos primo, scilicet, qui facit Angelos suos spiritus: etiam vtriq; sunt spiritus. Dei, quia dæmon spiritus Dei vocatur, primo Regum 16, ad differentiam ergo dicuntur Angeli spiritus boni, vel mũdi. dæmones autem spiritus immũdi. sic enim dicitur primo Reg. decimosexto, spiritus nequam a Domino exagitabat Saul 2. eod. cap. 18. dicitur; quòd spiritus Dei malus inuadebat Saulem. ita ergo immũdus dici potest ad differentiam, sicut malus.

Tertio est hoc, quia ipsi dæmones immunditiam, & turpitudinem carnalem desiderant, licet eis natura hoc prohibuerit, & ideo interdũ aliqui dæmones efficiuntur incubi, & vexant fœminas vehementi, & importuna libidine. vt dicit Aug. decimoquinto, de ciuitate Dei. aliquando etiam succubi efficiuntur, vt velut fœminæ a viris cognoscantur. quæ sunt argumenta quædam, ꝙ ipsi ex nequitia sua hanc nequitiã desiderent. licet realiter delectationem in coitu experiri non possint, quia incorporei sunt, illa vero corpora, quæ ostendunt non sunt eis vnita quasi pars speciei, sed assumpta ab eis, tãquam aliquid extrinsecũ.

Dicunt etiam aliqui doctores, quòd dæmones aliquas res immundas desiderant, & diligunt: ideo dicit Ambros. & Remigius, ꝙ dæmones in gregem porcorum immundorum mitti petierũt supra octauo, quia erant similes eis immundi, de hoc tamen quid sit verum eodem cap. q. 129. dictum est. Quarto est hoc, quia dæmones suggerunt hominibus immunda committere, & ideo valde tentant eos de carnali immunditia, & tamen qui ad immunda incitat immundus est, sicut qui incitat ad bona bonus est. sic dicitur Sapient. 7. ꝙ spiritus Sapientiæ est incontaminatus, quia nullum vetat benefacere. dæmon ergo erit spiritus immundus, quia hominibus dissuadet benefacere, & suadet eis immunditiam exercere,

F *Duodecim autem*. Hic ponuntur nomina Apostolorum, & dicitur, *Duodecim autem nomina Apostolorum hæc sunt*. Ista ponuntur etiam Mar. tertio, & Lucæ 6.

Primus Simon. Istud erat nomen suum antiquum.

Qui dicitur Petrus. Idest, qui nunc nominatur Petrus, quia iam non nominabatur Simon, nisi raro.

Et Andreas frater eius. Erat frater eius carnalis, vt innuitur Ioan. 1. & etiam fuit frater, idest, similis in passione, quia vterque crucifixus est, licet non eodẽ tempore nec eodem loco.

Iacobus Zebedæi. Idest, filius Zebedæi. *Et Ioannes frater eius*. Iste est Ioannes Euangelista, ambo enim erant fratres carnales filij Zebedæi supra 4 & Mar. 1.

Philippus. Iste venit ad Christum, & Christus vo-
G cauit eum, vt iret cum eo in Galilæam. Ioan. primo.

Et Bartholomæus. De vocatione istius non apparet, quia forte non fuit vocatus, sed per se ad Christum venit. sicut de alijs dictum est præcedenti cap. q. 56.

Thomas. Iste est Thomas, qui dicitur Didymus. Ioannis vigesimo.

Et Matthæus publicanus. Istemet est, qui scripsit, & vocauit se publicanum, quia publica vectigalia colligebat, & de teloneo a Christo vocatus est preced. c.

Iacobus Alphæi. Iste est Iacobus iustus, q fuit Episcopus Ierusalem ab Apostolis constitutus.

Et Thadæus. Iste vocatur alio nomine Iudas Iacobi, vt patet Lucæ sexto, & Actuum primo.

Simon Chananæus. Quare vocetur Chananæus infra dicetur, *Et Iudas Scariothes*. iste est vltimus, & solus
H malus. *Qui tradidit eum*. Idest, qui vendidit Christum, ponitur tamen hic per anticipationem, omnes tamen Euangelistæ illud ponunt, & dicitur Lucæ 6. qui fuit proditor, & idem est.

Quare isti duodecim Apostoli vocantur. Vbi quid Apostolus, & quid Angelus. Quæst. XXIII.

QVÆRATVR, quare isti duodecim vocantur Apostoli.

Dicendum, quòd istud nomen non competiuit eis semper qñ cum Christo fuerũt, sed ex tempore. Pro quo sciendum, ꝙ nomen cõueniens omnibus istis, qui sequebantur Christum erat disci-
I pulus, quia discebant ab eo, qui sub disciplina Chri manebant. Hoc enim nomine semper vocati sunt quousque Christus de omnibus discipulis suis elegit istos 12. & tunc vocauit eos Apostolos. sic dr̃ Lucę 6. vocauit discipulos suos & elegit 12. ex ipsis, quos etiam Apostolos nominauit. imposuit autẽ eis istud nomen propter officium, quia Apostolus est nomen Græcum, & significat missum. sic enim Christus innuit dicens, non est seruus maior Domino, nec Apostolus maior eo, qui misit illum. Ioan. decimotertio cap. & propter hoc in iudicijs appellans petit Apostolos, idest, petit remitti ad iudicem ad quem appellat. Christus autem elegit istos ad mittendum
K ad prædicandum, vt innuitur supra in litera, & sic dicitur infra hos duodecim misit Iesus dicens euntes prædicate, & sic fuit conueniens nomen illud eis. Fuit autem ratio triplex, quare Christus eis specialiter nomen imposuit. Prima est propter honorem, quia Christus voluit honorare istos duodecim plusquam cęteros discipulos: ideo imposuit eis nomen honoris. Apostolus enim honoris nomen est, sicut esse ambasciatorem principis est honor. ita esse Apostolum, quia Apostolus significat nuncium, vel missum, vel ambasciatorẽ & sicut ambasciator principis honorem magnum sortitur inquantum repræsentat personam principis, ita & Apostolus, quia est nuncius Christi representat personam Christi,

sic

A sic ipse dixit infra in litera, qui vos recipit me recipit, & qui me recipit eum recipit, qui misit me, & sic Apostolus est nuncius Dei, & representat Deum, & recipiens Apostolum dicitur recipere Deum: ideo Apostolatus est prima, & maxima dignitas in Ecclesia, sic patet prima Corinthiorum duodecimo, & ad Ephes.4. Secunda ratio est propter officium, quia vt supra dictum est officium eis iniunctum erat ire ad prædicandum, & quia a Christo mittebantur, acceperunt nomen a mittente propter dignitatem eius, ita vt missi siue Apostoli dicerentur, nomen autem ipsorum primum erat discipulus, sed ex officio hoc nomen Apostolus sortiti sunt, sicut est in Angelo, quia Angeli sunt spiritus naturaliter, & tamen ex officio nomen acceperunt, vt dicantur Angeli.i.nuncij su- B perni, quia a Deo desursum mittuntur ad nos, sic dicitur Psalm.103. qui facit Angelos suos spiritus, idest, facit, quòd spiritus sint Angeli sui, idest, nuncij mittẽdo eos. Tertia est propter differentiam: nam multi alij discipuli Christi manebant, de quibus electi sunt & segregati isti duodecim: ideo vt esset aliqua differentia inter eos fuerunt isti vocati Apostoli, reliqui autem tenuerunt sibi nomen primum, & commune, scilicet, vt discipuli dicerentur, sic dicitur Lucę sexto, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis quos Apostolos nominauit.

Quare fuerunt duodecim Apostoli. Et in quot locis numerus duodecimus in veteri, & nouo testamento reperiatur & quomodo numerus duodecimus in veteri, & nouo testamento applicetur duodecim Apostolis. C
Quæst. XXIIII.

QVAERITVR, quare fuerunt duodecim isti Apostoli.

Dicendum, quòd solent dari multę rationes. Prima est propter perfectionem istius numeri, quia duodecim nascitur a senario, qui est perfectus. sic dicit Remigius. duodenarius numerus perfectus est. nascitur.n.a senario, qui perfectionẽ habet, eo quod ex suis partibus, quæ sunt vnũ duo, & tria in seipsum formatur. senarius aũt numerus duplicatus duodenariũ gignit, D idem vult Chryso. & dicit, quod ista duplicatio pertinet ad duo pręcepta charitatis, vel ad duo testamenta, quæ simul haberi debent, vt reddatur homo perfectus. Secunda ratio est ad signandum quatuor mundi partes in quibus fides Trinitatis per istos prędicanda erat. nã in omnem terram exiuit sonus eorum. ad Roma. 4. ternarius n. ductus in quaternarium duodecim efficit. sic dicit Rabanus, duodenarius numerus, qui efficitur ex ternario, & quaternario designat eos per quatuor mundi climata fidem sanctę Trinitatis prædicaturos. Tertia ratio est propter pręfigurationem istius numeri per multos duodenarios positos in veteri, & in nouo testamẽto, vt dicit Rabanus. s. Per duodecim filios Iacob, quorum sunt nomina Gen.46. & Exo.1. Per duodecim principes filiorum Israel quorum no- E mina, & vexilla, & ordo sunt: Num.1. & 2. Per duodecim fontes, qui erãt in Helim: Exo.17. Per duodecim lapides in rationali existentes in veste pontificis: Exo, 28. Per duodecim panes propositionis, qui erant semper coram Domino Leui.24. & Et per duodecim exploratores missos a Moyse ad explorandum terram promissionis: Num.13. Per duodecim lapides, de quibus factum est altare Domino in cõfirmatione legis: Exo.24. Per duodecim lapides sublatos de Iordane, vt manerent in memoria Iosue 4. Per duodecim boues qui sustinebant mare ęneum. 3. Regum 7. & 2. Parali. 4. Per duodecim Prophetas in vno volumine coarctatos; Ecclesiasti.48. In nouo etiam testamento. Per duodecim stellas in corona mulieris: Apoca. 12. Per duodecim fundamenta Ierusalem, quæ vidit Ioãnes: Apocalip.21. Per duodecim portas eiusdem ciuitatis. eodem cap. Hæc autem omnia aliqualiter applicantur duodecim Apostolis. Sunt enim duodecim filij Iacob, quia sicut illi fuerunt duodecim Patriarchę veteris testamenti, ita & Apostoli fuerunt patres primi noui testamenti, sic dicit Augustin. pro illo verbo pro patribus tuis, idest, pro Apostolis. nati sunt tibi filij, id est, prælati successores eorum. Psalm.44. Sunt etiam duodecim principes Israel, quia fuerunt Apostoli cõstituti principes a Christo super omnem terram. Psal. 44. constitues eos principes super omnem terram, sic etiam in hymno vocantur Apostoli Ecclesiarum B Principes. Fuerunt etiam duodecim fontes, quia ex eis emanauit aqua salutaris ad irrigandum totum hortum Ecclesię militãtis: nam per eos annunciatus est Christus in toto orbe, infra 28. & Mar.16. & ad Rom. 4. Sunt etiam duodecim lapides rationalis sub quibus est totum iudicium filiorum Israel. Exod.28. quia isti fuerunt duodecim regulãtes rationem nostram, quorum monita cum sequimur rectè in nobis agimus, & rectè alios iudicamus. Sunt etiam duodecim panes propositionis, quia ipsi panem viuum, & cęlestem, i. Christum nobis obtulerunt: Ioan.6. vel quia pane sacrę doctrinę nos satiant; isti enim fregerunt panem nobis paruulis, intelligentiam sacrę Scripturę ostendentes, quem prius nemo frangere poterat Thren. quinque paruuli petierunt panem, & non erat, qui frã- C geret eis. Sunt etiam panes propositionis, qui ante Deum semper stant, quia nos si eorum monita sequimur semper cum Domino erimus prima Thessal.4. coram quo etiam ipsi sunt. Sunt etiam duodecim exploratores, quia isti fuerunt duodecim duces, & præuij, qui ostenderunt nobis viam terræ promissionis, id est, vitæ æternæ, quæ credentibus promissa est. Ioan.5. Sunt etiam duodecim lapides altaris, in quo lex confirmatur, quia Apostoli sunt velut columnę lapideæ ad Galatas 2. ex quibus efficitur vnum altare, quia idem omnes prædicauerunt, scilicet, Christũ, & hunc crucifixum prima Corinth.2. super hoc altare lex cõ- D firmatur, quia ipsi Apostoli fundamentum legis Christi fuerunt. Sunt etiam duodecim lapides sublati de Iordane, quia quando a Christo vocati sunt mundanarum rerum fluxui implicati erant, vt Matthæus, qui publicanus erat præcedenti cap. & hic, & ita de alijs, & isti lapides manent in memoriam mirabilium Dei, quia per duodecim Apostolos magna memoria nominis Dei diuulgata est per totum orbem. Sunt etiã duodecim boues sustentantes mare ęneũ. i. isti per doctrinam suam sustentant sacramenta Ecclesiæ, in quibus animæ a delictis liberantur, vel mundantur. Sunt etiam duodecim Prophetę, quia nobis futura prænunciauerunt, scilicet, de iudicio, & de Christi aduentu, & resurrectione, & vita æterna, & pęna gehennæ. Sunt etiam duodecim stellę illustrantes totum orbem, sic E Ecclesia vocat eos vera mũdi lumina. Sunt & 12. fundamenta Ierusalem .i. Ecclesiæ militantis, quę doctrinis eorũ sustentatur. Sunt & 12. portę ciuitatis Dei, quia seruando eorũ monita intrãt ad vitã æternã infra.19. si vis ingredi ad vitã serua mãdata. Sed dicendũ, quod istę sunt causæ non ad essendũ, sed solũ per applicationẽ, quia & si essent sex, vel quatuor, vel decẽ, vel in quocunq; alio numero inuenirem' applicationes in Scriptura, vel ex rõnibus numerorũ, & ideo ista quãquam auditui placeant non sunt uera cã rei. Aliq dicunt, quod nulla cã fuit quare essent potius 12. quã plures, vel pauciores. sic innuit Mar.3. vocauit ad se quos ipse voluit, & venerũt ad eũ, & fecit vt essent 12. Sed dicẽdũ, quod nõ stat, quia oportet dici, quod fuerit aliq̃ cã quare tot fuerũt, & iste numer' importet aliqđ

mysterium. Quod patet, quia aliquando quando Iudas perijt, Apostoli non elegissent alium loco eius, & tamen elegerunt alium, & dicit ibi Petrus, quòd hoc erat necessarium, scilicet, oportet vnum ex istis nobiscum fieri testem resurrectionis in locum, de quo præuaricatus est Iudas Actuum primo, & dicit, ꝙ prænunciatum erat, quòd de isto numero vnus caderet, & alius subrogaretur loco eius: ergo aliquod mysterium erat cum Scriptura illud prænunciauerit, sic futurum esse, & Petrus dixerit necesse esse, quòd numerus suppleretur: vere ergo mysterium aliquod est, & tamen nos determinate nescimus quid Christus voluerit.

Aliqui dicunt, quòd elegit istos duodecim, quia forte tunc inter cęteros isti erant meliores, & magis apti, vt mitterentur ad prædicandũ. sicut dicit Theophilus de tribus Apostolis, qui fuerunt cum Christo quando suscitauit filiam principis synagogæ, Lucæ octauo. quia illi erant constantiores ad seruandum propositum, & forte nulli alij præter istos duodecim inter Christi discipulos, erant tunc apti ad suscipiendum istud officium.

Sed dicendum, quòd non stat, quia tunc si Christus inuenisset ibi 30. idoneos elegisset eos, & si pauciores fuissent idonei, non fuissent duodecim Apostoli, & tunc numerus non importaret aliquod mysterium, & mortuo Iuda non curassent alij Apostoli alium subrogare, & tamen dixerunt hoc esse necessarium. Actuum primo, vt dictum est. ergo non fuit hæc causa. Secundo patet, quia cum elegisset Christus meliores de omnibus discipulis elegit tamen Iudam, qui fuit pessimus omnium, & non solum in fine, sed semper malus fuit quandiu cum ipso erat, vt dicetur infra q. 44. erat autem tũc cum Christo Matthias, qui postea subrogatus est, & erat bonus vir, fuitque cum Christo a principio, & semper, scilicet, a tempore, quo baptizatus est a Ioãne vsque ad diem Ascensionis: Actuum primo, & nõ elegit eum Christus: ergo non elegit istos duodecim, quasi isti soli essent tunc apti ad Apostolatum.

Alij dicunt, quòd elegit istos duodecim, quia isti sufficiebant ad officium prædicationis, ad quos assumebantur.

Sed non stat, quia turbæ multæ erant, & multę ciuitates, nec poterant ipsi soli prædicare per totam terram Israel. Quod patet, quia post istos fuerunt designati alij septuagintaduo discipuli, qui etiam ad prædicandum missi sunt: ergo non sufficiebant duodecim: immo nec omnes simul suffecerunt, quia Christus dixit ĩ. in litera. amẽ dico vobis non consummabitis ciuitates Israel donec veniat filius hominis, id est, non poteritis prædicare in omnibus illis.

Dicendum autem, ꝙ licet causa huius numeri determinate non appareat vr̃ esse triplex. Prima est ꝑꝑ honorem: volebat. n. Chr̃s istos, quos nunc eligebat constituere in quodam gradu honoris, nullum autẽ honorem magis quis appreciatur ꝗ illum quẽ habet in patria sua, & super suos cõciues, vel compatriotas. Apostoli aũt erant de gente Iudęorum, quæ diuidebatur in duodecim tribus Numeri cap. 1. & 2. fecit ergo Christus istos esse duodecim quasi habituri essent potestatẽ super duodecim tribus Israel, & sic Christus dixit eis vos qui secuti estis me, sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel, infra decimonono, & Mar. decimo, & ita ipsi intellexerũt. nam putabant, quod Christus reduceret illas decem tribus, quæ erant dispersę in terra Medorum, & Assyriorum ad terram Israel, vt esset vnum regnum, sicut esse solebat tempore Dauid, & in illo regno putabãt duodecim Apostoli, quòd essent ipsi duodecim prin-

F cipes, vel duodecim præpositi super duodecim tribus sicut erat tempore Dauid, & Salomonis quando regnum erat vnicum. nam habebat Dauid duodecim Principes duodecim Tribuum, & sub istis erat tota militia, & potestas Dauid, primo Paralipom. vigesimoseptimo, sic etiam Salomon habuit duodecim Præfectos super duodecim partes Israel, qui præbebant ei cibos per duodecim menses anni tertio Regum quarto. Hoc autem sperauerunt Apostoli quãdiu cum Christo manserunt: ideo quando ascendit ad coelos videntes, quòd recederet ab eis, & nondum restituisset regnum Israel ad hoc, quòd ipsi possent esse principes, dixerunt Christo quidam de eis. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel.
G Actuum primo, id est, reduces omnes duodecim Tribus in locum vnum, & ideo in regno isto quamquã omnes duodecim crederent se futuros principes, quilibet tamẽ eorum desiderabat esse maximus, & ideo sępe contendebant inter se, quis eorum maior videretur infra decimooctauo, & Mar. octauo, & aliquãdo petebant a Christo, quis putas maior est in regno cęlorum? id est, quem de nobis vis facere maiorem in isto regno nouo Messiæ? quod ipsi vocabant regnũ coelorum, & credebant illud futurum in terra, licet Christus illud vocaret regnum coelorum, quia nondum intelligebant hęc, & sic aliqui eorum volebant esse immediati Christo, sicut Iacobus, & Ioannes, qui petiuerunt, vt vnus sederet ad dexteram, & alius ad sinistram, infra vigesimo, & Mar. cap. 10. Secunda
H ratio fuit, quia Christus volebat istos Apostolos esse principes omnium credentium, & saluandorum, isti autem significantur per duodecim tribus Israel. Apocal. 7. nolite nocere terræ quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum, & ponuntur ibi signati de omnibus duodecim tribubus, & sic per illas Tribus significantur omnes saluandi. Apostoli ergo qui erant principes futuri omnium saluandorũ debuerunt esse duodecim, sicut tribus istę, per quas significantur saluandi. Tertia fuit, quia Christus voluit facere similitudinem aliquam inter nouum, & vetus testamentum: illi enim qui tenuerunt vetus testamẽtũ descenderũt ſm carnẽ a duodecim Patriarchis. voluit ergo Christus, quòd omnes, qui in nouo testamẽ
I to futuri erant descenderent spiritualiter a totidem Patriarchis: duodecim ergo cõstituit Apostolos, qui fuerunt principes totius doctrinę noui testamenti.

Quomodo dicitur in litera, quòd duodecim fuerunt Apostoli, cum videantur fuisse quindecim. Vbi quòd Paulus, & Barnabas distinguuntur ab alijs duodecim Apostolis tripliciter. Quæst. XXV.

QVAERITVR quomodo dicitur hic, ꝙ fuerunt duodecim Apostoli, quia pręter istos fuit Matthias Apostolus Actu. 1. fuit etiam Paulus, & Barnabas: ergo quindecim fue-
K runt Apostoli. Dici potest vno modo, ꝙ istud intelligitur de Apostolis a Chr̃o electis, quia ipse solos 12. elegit, vt ipse dicit. Io. 6. nõne ego 12. elegi vos. secus aũt de illis, q postea fuerunt additi ad istũ numerum. Sed istud nõ stat, quia tũc possemus nos dicere esse quindecim Apostolos. Ecclesia tñ nunquam confitetur, nisi duodecim. Item, quia si iste numerus posset augeri, posset etiam minui, & non importaretur aliquod mysterium per numerum, sed falsum est, quia Apostoli dixerunt, quòd debebat compleri numerus subrogando alium Iudę: Actu. 1. ergo non debuit etiam augeri, quia sic tolleretẽ mystrium numeri. Dicẽdum ergo, quòd Apostoli semper sunt 12. sicut Christus elegit eos 12. & ita nos asserimus solum 12.

De

De Matthia dicendum, quòd non est vltra duodecim, quia ipse fuit assumptus loco Iudæ cùm manerent vndecim: Actuum primo, & sic successiue fuerunt tredecim Apostoli, simul tamen nunquam fuerunt nisi duodecim.

De Paulo, & Barnaba dicendum, quòd Apostoli sunt, non tamen pertinent ad illum numerum, nec adduntur eis, sed sunt Apostoli per se pertinentes ad alium modum Apostolatus, & distinguuntur ab alijs Apostolis in multis. Primo in electione, quia alij fuerunt electi per Christum manentem in carne, vel per alios Apostolos, sicut Matthias qui fuit electus ab vndecim Actuum primo, Paulus autem & Barnabas fuerunt electi a Deo, idest, non a Christo hic in carne manente, nec etiam ab alijs Apostolis, sed a solo Deo per reuelationem Actuum vndecimo, vbi dixit Spiritussanctus segregate mihi Paulum, & Barnabam in ministerium ad quod assumpsi eos. sic innuit ipse Paulus ad Galatas primo, scilicet, Paulus Apostolus, factus Apostolus non ab hominibus, nec per hominem, sed Iesum Christum, & Deum patrem.

Secundo differunt ab alijs in ministerio, quia nunquam isti duo communicabant in aliquo ministerio cum alijs duodecim tanquam non essent de collegio eorum, & ideo a principio diuisa fuit sic prædicatio, quod omnes duodecim Apostoli prædicarent inter Iudæos. Paulus autē & Barnabas soli inter Gentiles, & hoc fuit de concordia eorum. sicut dicitur ad Galat. secundo. Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnę esse, dextras dederūt mihi, & Barnabæ societatis, vt nos in gentes, ipsi autem in circuncisione. Hoc autem Spiritussanctus fecerat, quia noluit, quòd isti duo communicarent cum alijs in ministerio, sed separati essent ab illo collegio, & ministerio, sicut dicitur Actuum vndecimo, segregate mihi Paulum, & Barnabam in ministerium ad quod assumpsi eos, idest, segregate eos ab alijs Apostolis, quia volo eos ad aliud mysterium, & quando alij Apostoli viderunt, quòd istis esset commissum officium prædicandi in gentibus cesserunt eis. sic dicitur ad Galat. 2. cum vidissent Euangelium pręputij quod creditum est mihi, sicut Petro circuncisionis, quia qui cooperatus est Petro in Apostolatum circuncisionis, cooperatus est mihi inter gentes, & cum cognouissent gratiam, quę data est mihi, dexteras dederunt mihi, & Barnabę, & ideo Paulus vocat se Apostolum segregatū, idest, non connumeratum alijs ad Rom. primo, Paulus Apostolus segregatus in Euangelium Dei.

Tertio differunt isti ab alijs, quia duodecim Apostoli diuiserunt inter se orbē in duodecim partes sorte. Paulo autem, & Barnabę nulla sors data est tanquam non connumerarentur illis, sed totus orbis per se illis cessit, & sic poterant prędicare vbicunque alij pręedicabant, & ita concurrerunt Petrus, & Paulus in Italia, nullus tamen de duodecim pręedicabat vbi alius pręedicaret, & propter hoc alij vocantur Apostoli absolute, Paulus aūt vocatur Apostolus gentiū, 1. Timo. 2. i. omnium gentium, & non Iudęorum solum: nam facta diuisione Apostolorum etiam in Iudęa pręedicabat Paulus, & hoc Christus dixit Actu. 9. ostendēs Pauli mysterium, scilicet, vas electionis iste mihi est, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Israel: tota ergo terra sibi ad prędicandum data erat, quidquid autem de Paulo dicitur, de Barnaba etiam intelligendum est, quia ambos elegit Spiritus sanctus dicens, segregate mihi Paulum, & Barnabam Actuum vndecimo, & sic solum sunt duodecim Apostoli, quia licet Paulus, & Barnabas sint Apostoli, non sunt de illo collegio, nec addunt ad illum numerum.

A *Quare septuagintaduo discipuli non vocati fuerunt Apostoli. Et quod Ordo Episcoporum designat ordinem Apostolorum: ordo vero presbyterorum ordinem discipulorum omnium. Quæst. XXVI.*

Quæretur quare septuagintaduo discipuli non vocati fuerunt Apostoli, quia Apostoli dicuntur missi, illi tamen septuagintaduo & fuerunt missi ad pręedicandum Luc. 10.

Dicendum, ꝙ hoc fuit primo, quia Christus voluit istis duodecim hoc nomen imponere, sicut dicitur Luc. 6. vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos Apostolos nominauit, alios autem solos discipulos nominauit Lucę decimo, post hoc designauit Domin⁹ alios septuagintaduos discipulos. Secundo fuit propter honorem, quia Christus voluit istos duodecim esse maioris honoris quàm cęteros, & ideo istud nomen honoris eis solis posuit, vt videātur esse duo ordines Apostolorum, & discipulorum, loco quorum sunt inter nos ordo Episcoporum, & presbyterorum. sicut dicit Beda, sicut duodecim Apostolos formam Episcoporum pręmonstrare nemo est, qui dubitet, sic & hos septuagintaduo figuram presbyterorum, idest, secundi ordinis sacerdotum gessisse sciendum est. licet ergo in officio missionis communicent, quia vterque prędicant, in nomine tamen non communicant, vt apparet, quòd non sunt eiusdem gradus, sic etiam omnes, qui mittuntur a principe sunt missi, & tamen quia quidam mittuntur solenniter, & alij simpliciter soli solennes nuncij vocantur ambasciatores, ita Apostoli erant nuncij solennes Christi, ideo hoc nomen honoris soli tenuerunt, cęteri autem quia simpliciter mittebātur, idest, cum minori solennitate solum nomen discipulorum sibi seruant. De istis tamen septuaginta duob. discipulis quantū ad gradum suum, & potestatem, & differentiam ab Apostolis, & alia, q̄ pertinent ad ipsos dicet Lu. 10. Hic aūt de solis Apostolis agetē.

Quare exprimuntur in litera nomina Apostolorum. Quæst. XXVII.

D Quæretur, quare exprimuntur hic nomina Apostolorum.

Dicendum, quòd hoc fuit. Primo propter honorem, quia illi, qui sunt viri illustres, & famosi ab omnibus cognoscunt ex noīe, cęteri aūt de turba, quorum origo & gesta obscura sunt, licet cognoscant, vt hoīes, eorum tñ noīa ignorant, & sic Deus ad ostendendum, ꝙ Moyses erat sibi valde acceptus dixit ei inuenisti gratiam corā me, & teipsum noui ex noīe. i. cognosco nomen tuum. non est dubium cum Dñs cognoscat noīa oīum hominū, cum etiā cognoscat guttas pluuię, & roris. Isa. 41. dixit tñ spāliter Moysi noui te ex nomine, idest, vide ꝙ in hoc inuenisti gratiam coram me, quia te noui ex nomine, cęteros aūt non: sic enim inter Iudæos illi, qui erant illustres ex nomine cognoscebantur, & vocabantur, sic dicitur Numeri decimosexto, de illis 250. viris, qui combusti sunt coram Dño offerendo incensum, quòd erant viri proceres Synagogę, & qui tempore Concilij per nomina vocabantur, & sic ad ostendendum, quòd erant proceres dicitur, quòd vocabātur per nomina, quasi dicat, cęteri vocabantur ad consilium non per nomina, sed ex nomine plebis. i. omnes de populo veniant, & sic fuit consuetudo in veteri testamento scribi nomina principum, sicut noīa omnium regum, & omnium iudicum, & principum, qui fuerunt in deserto Num. cap. 1. & 2. & 7. & nomina etiam duodecim Patriarcharum filiorum Iacob Genes. 47. & Exo. 1. &

quia in nouo testamento Apostoli fuerunt primi, & maximi principes, nomina eorum expresse posita sunt, Secundo fuit hoc ad tollendum errorem, quia sicut Christus elegit Apostolos in numero certo, vt non possent plures addere se huic numero, ita & nomina Apostolorum expressa sunt, vt non posset quis inscribere nomen alicuius falsi Apostoli tacito aliquo vero Apostolo: nam fuerunt in Ecclesia primitiua tempore Apostolorum alij, qui se Apostolos Christi nominabant, vt sub hoc colore errores in fide Christi introducerent, quos Paulus vocat pseudo Apostolos secunda Corinthiorum vndecimo, scilicet, nam eiusmodi pseudo Apostoli operarij sunt subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi, & non mirum; ipse enim Sathanas transfigurat se in Angelum lucis; non est ergo magnum si ministri eius transfigurentur, velut ministri iustitiæ, quorum finis erit secundum opera ipsorum: isti enim erant, qui nitebantur Galatas reducere ad obseruandum legem Moysi, simul cum Euangelio, quos Paulus valde arguit vocans eos fratres falsos ad Galatas secundo, sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo, & dicuntur falsi fratres, idest, falsi Christiani, quia sicut non erant veri Apostoli, ita nec veri Christiani, sed de Iudaismo venerant, vt reducerent Galatas iterum in ritum Iudaicum, vt autem non possent isti nomina sua inter nomina Apostolorum scribere, fuit conueniens nomina Apostolorum scribere, & esse cognita, & ideo expressa sunt, sic dicit Hieronymus Catalogus Apostolorum ponitur, vt extra hos, qui pseudo Apostoli sunt excludantur, sic etiam dicit Cyrillus super Lucam attende maxime Euangelistæ sedulitatem, non solum dicit electos fuisse sacros Apostolos: immo nominatim eos numerat, ne quis audeat alium inscribere Apostolorum Catalogo. Hoc modo factum est, vt isti falsi Apostoli non possent libellos aliquos, quos faciebant falsam doctrinam continentes ex nominibus proprijs scribere, quia notum erat eos non esse Apostolos, & ideo sub numero verorum Apostolorum falsa opuscula conscribebant appellantes Euangelium Bartholomæi, & Matthiæ, & aliorum Apostolorum, qui tamen nulla Euangelia scripserant, vt patet supra in Prologo Hieronymi, qui incipit plures fuisse, conueniens ergo fuit Apostolorum nomina exprimi, & ideo exprimuntur hic, & Marc. tertio, & Lucæ sexto, nisi de eorum electione agitur, & etiam Actuum primo, vbi de suppletione numeri dicitur quando Matthias subrogatus est.

Quare nomina Apostolorum sic ordinantur, vt hic in litera sic. Vbi quòd merita hominum cognoscere solius Dei est,
Quæst. XXVIII.

QVAERITVR, quare sic ordinantur.

Dicunt quidam, quòd ordinantur sic, quia Christus talem ordinem inter eos esse voluit, & talem expressit, & quando ille viuebat haberent inter se certum ordinem, quem postea semper seruarent.

Sed non stat, quia licet Christus viuens quibusdam eorum maiorem ostenderet familiaritatem, quam alijs, scilicet Petro, Iacobo, & Ioanni, quos secum solos ad res secretas vocabat. vt dictum est præcedenti capitu. 21. quæst. non tamen posuit expressum ordinem inter eos, ita vt ipsi tenerent, quis eorum erat primus, & maior, & quis vltimus, Et

F patet primo, quia aliquando ipsi contendebant inter se, quis eorum maior videretur; Lucæ vigesimo secundo, & etiam quærebant hoc a Christo, infra decimooctauo, scilicet, accesserunt discipuli ad Iesum dicentes, quis putat maior est in regno cœlorum? Christus autem noluit eis dicere, quis esset maior, sed dixit, quòd ille, qui vellet esse maior, esset omnium minimus, idem Marc. nono, & ita non poterant per verba Christi intelligere, quis eorum esset maior, & semper durauit eis hoc dubium quandiu fuerunt cum Christo. nam etiam in die cœnæ Domini inter eos cœpit esse contentio, quis eorum esset maior: Lucæ vigesimosecundo: & semper Christus dixit, quòd qui fieret minor esset maior: non
G ergo posuit Christus istum ordinem. Secundo patet, quia si ipse posuisset istum ordinem, aut quemcunque posuisset nullus Euangelistarum discordaret ab eo; & tamen discordant omnes tres inter se, vt patet hic, & Marc. tertio, & Lucæ sexto, & dicetur sequenti quæst. ergo non posuit Christus istum ordinem.

Alij dicunt, quòd scribuntur eorum nomina secundum ordinem meriti, ita vt sanctior præponeretur alijs.

Sed non stat, primo quia forte nemo Euangelistarum auderet talem ordinem scribere, quia merita hominum cognoscere solius Dei est, qui intuetur cor primo Regum decimosexto, sic etiam Hieronymus dicit ordinem Apostolorum, & meritum vniuscuiusque
H illius fuit distribuere, qui cordis archana rimatur. Secundo patet, quia Ioannes maioris meriti reputatur, & a Christo magis dilectus cæteris, & tamen nunquam assumpsit Andream ad aliquod secretum, licet præponantur Iacobus, & Andreas, sicut semper assumpsit Ioannem; maior ergo fuit ipse quàm Andreas. sic dicit Chrysostomus: vide enim, quòd non secundum dignitatem describuntur: mihi enim videtur Ioannes non alijs solum, sed & fratre maior esse. sic etiam patet de Iacobo Alphæi, qui in vltimis ponitur, & fuit tantæ sanctitatis, vt per excellentiam iustus diceretur, & ob hoc omnes Apostoli concorditer post Christi mortem eum in Episcopum Hierosolimorum elegerunt, vt dicit Hierony-
I mus libro de viris illustris, capitu. de Iacobo Iusto. si igitur meritum attenderetur ille fortassis inter primos poneretur, & tamen de vltimis est.

Alij dicunt, quòd ordinantur hic secundum ordinem temporis in Apostolatu, quia eorum, qui sunt in eodem gradu ille, qui prior est tempore, potior est iure.

Sed dicendum, quòd non stat, quia omnes sunt simul in Apostolatu: nam eadem hora omnes electi sunt, postquam enim Christus habuerat discipulos multos aliquo tempore vocauit eos, & elegit ex eis istos duodecim: Lucæ sexto.

Dicendum autem, quòd iste ordo videtur esse secundum ordinem temporis in discipulatu: omnes
K enim qui Apostoli sunt prius aliquanto tempore fuerunt discipuli, & quia quidam eorum prius ad Christum venerant quàm alij, retinebant inter se quendam gradum honoris ex illa prioritate temporis, quia ita etiam secundum iura humana, & hominum consuetudinem, inter æquales, qui prior est tempore potior est iure, istum ordinem potuerant Euangelistæ congrue distribuere, quia ita fecerunt: ideo vt communiter concordant, in quibusdam tamen narrant ex causa, vt dicetur sequenti quæstione,

Quomodo

Quomodo discordant aliquando in ordine Apostolorum Euangelistæ. Vbi de ordinatione nominum Apostolorum quorundam agitur.

Quæst. XXIX.

QVAERATVR quomodo discordant aliquando in ordine Apostolorum ipsi Euangelistæ.

Dicendum, quòd apud omnes Petrus ponitur prior & hoc, vt quidam volunt, quia Apostolorum princeps est: sic enim vocat eum Hieronymus lib. de illu. vi. ca. de Simone Petro. Videtur tamen quòd etiam propter tempus prior ponatur, ipse enim fuit primus, qui vocatus legitur a Christo supra 4 & Mar. 1.

Sed aliqui dicunt, quòd Andreas prior est tempore: ipse enim fuit vnus de duobus discipulis, qui cum Ioanne Baptista erat quando dixit de Christo, ecce Agnus Dei, & venit ad Christum petens Rabbi vbi habitas, mansitque cum illo die illo, & postea inuenit Petrum fratrem suum dixitque ei, inuenimus Messiam, & tunc iuit Petrus ad Christum. Ioan. 1.

Dicendum, quòd non computatur tempus discipulatus ex tunc, quia licet tunc iuerunt cum Christo de Iudæa in Galilæam, tamen reliquerunt eum redeuntes ad officium piscationis, ita vt oporteret, quòd Christus de nouo iterum vocaret eos apud mare Galilææ, supra quarto, & Mar. 1. ideo ex tunc computatur tempus discipulatus, quia adhæserunt firmiter ei ad manendum semper cum eo, tunc autem Petrus prior ponitur, quia forte erat maior ætate quàm Andreas cum ambo eadem hora vocati fuerint.

In Andrea est discordia, quia Matthæus ponit hic eum post Petrum, & sic ponitur Lucæ sexto, & tamen Mar. tertio, & Actuum primo, ponitur Andreas quarto loco. s. post Iacobum, & Ioannem. Ratio huius est, quia Matthæus, & Lucas considerauerunt ordinem temporis, & quia Petrus, & Andreas eadem hora vocati sunt ponuntur simul. Post illos autem vocati fuerunt Iacobus, & Ioannes supra quarto, & Mar. primo. Marcus autem dignitatem considerauit, & quia Iacobus, & Ioannes digniores videbantur Andrea quod Christus ostendebat eos solos cum Petro vocans ad secreta infra decimoseptimo, & vigesimosexto, & Lucæ quarto: ideo illos duos Andreæ præposuit. hoc idem Lucas significauit. nam ipse scripsit Euangelium, & etiam actus Apostolorum, vt dicit Hieronymus in prologo eorum, & in Euangelio posuit Andream secundum, scilicet, post Petrum in actibus vero posuit Andream quartum, scilicet, post Iacobum, & Ioannem, vt ipsemet duos ordines se tenuisse ostenderet, scilicet, temporis, & dignitatis, sic dicit Chrysostomus, Marcus post duos vertices, scilicet, Petrum, & Ioannem, Andream numerat. Hic autem non ita. Marcus enim secundum dignitatem eos ordinauit.

Sequuntur Iacobus, & Ioannes, & inter istos nulla est discordia, quia semper simul ponuntur. Est tamen discordia de ordine eorum ad Andream, vt dictum est, semper tamen in eis Euangelistæ præposuerunt Iacobum, Ioanni, eadem enim hora vocati sunt supra quarto, & Mar. primo, & ibi in vocatione Iacobus Ioanni præponitur; & hoc videtur, quia forte Iacobus erat maior ætate: nam Ioannes erat iuuenis, & ideo Euangelistæ eum tanquam adolescentem vocant, sic dicitur Marc. decimoquarto, adolescens quidam sequebatur eum amictus sindone, & ille videtur esse Ioannes, vt innuitur Ioannis decimooctauo, Iacobus ergo præponitur Ioanni tanquam maior ætate, cum simul tempore vocati sint. Videtur tamen, quòd ex meritis Ioannes debuisset præponi, sic dicit Chrysostomus, vide quia non secundum dignitatem describuntur: Ioannes enim non alijs solum, sed etiam fratre mihi maior esse videtur: Euangelistæ tamen non fecerunt exactissimam considerationem de meritis: nam licet Ioannes forte maior fuerit merito, cum Christus ei matrem suam in matrem moriens reliquerit, & quia ambos acceperat ad specialem familiaritatem ad secreta sua eos vocando æqualiter, non curauerunt Euangelistæ distinguere de meritis eorum, ita vt Ioannem, Iacobo præponerent. Lucas tamen in Actibus Apostolorum strictissime hoc obseruauit: ideo posuit Ioannem post Petrum, & postea Iacobum, & Andream.

Sequuntur Philippus, & Bartholomæus, & in istis nulla est discordia apud Euangelistas. quia ambo ponuntur simul immediate post supradictos, & tamen Actuum primo, post Philippum ponitur Thomas, & deinde Bartholomæus, huius discordiæ causa manifesta non apparet, sed forte fuit ad designandum ordinem temporis, & dignitatis, & tenuerunt omnes Euangelistæ ordinem temporis. Lucas autem in Actibus tenet ordinem meritorum, & dignitatis, nobis tamen nihil constat de differentia Thomæ, & Bartholomæi, quia gesta eorum non leguntur in sacra Scriptura, per quæ aliqua eorum dignitas appareat. Sed dicetur, quòd Philippus debuit poni ante Ioannem, & Iacobum, quia ipse est prior in discipulatu: fuit enim cum Christo sequenti die postquam Andreas, & Petrus adhæserunt ei, Ioannis primo, & tunc erat Christus in Iudæa, & dicitur ibi, quòd tunc iuit in Galilæam, & tamen in Galilæa vocauit Iacobum, & Ioannem; scilicet, apud mare Galilææ supra quarto, & Marc. primo. Dici potest vno modo, quòd licet Philippus fuerit prior tempore: Ioannes tamen & Iacobus fuerunt valde maiores dignitate, ideo præponuntur. Aliter potest dici, & melius, quòd cum Matthæus attendat hic ordinem temporis, & non dignitatis, vt Chrysostom. dicit, & patet, quia præponit Andream, Iacobo, & Ioanni, est dicendum, quod etiam Iacobus & Ioannes fuerunt priores Philippo tempore, Cum autem dicitur quòd Philippus venit ad Christum in Iudæa, dicendum quòd adhæsit ei tunc & venit cum eo in Galilæam, & in postea reliquit eum rediens ad curam rei familiaris, & iterum postea interiecto aliquanto tempore ad Christum rediit, vel Christus eum vocauit, & tunc mansit semper cum Christo, sicut fuit de Petro, & Andrea, vt supra dictum est, & iste reditus secundus fuit post vocationem Iacobi, & Ioannis, quia isti vocati sunt eadem die immo eadem hora, qua Petrus, & Andreas, vt colligitur, s. 4. & Mar. 1. Sequuntur hic post prædictos Thomas, & Matthæus, & in hoc discordat Matthæus, & Marcus, & Lucas. nam præponunt Matthæum Thomæ, ipse autem Matthæus præposuit Thomam sibi. cuius differentiæ est, quia Marcus, & Luc. ponunt ordinem temporis, in quo Matthæus præcessit Thomam. ipse tamen Matthæus ex humilitate præposuit sibi socium suum, & ex eadem humilitate etiam se publicanum nominauit quod alij Euangelistæ tacuerunt propter reuerentiam Apostolatus. sic dicit Hiero. super Matthæum. cæteri Euangelistæ in coniunctione nominum primum ponunt Matthæum, & postea Thomam, nec publicani nomen attribuunt, ne antiquæ conuersationis recordantes sugillare Euangelistam viderentur, ipse vero post Thomam se ponit, & publicanum appellat. sic etiam dicit Beda. Matthæus compari suo Thomæ in ordine humilitans causa se supponit cum a cæteris Euangelistis prælatus sit, & tamen Actu. 1. Thomas præponitur non solum Matthæo, sed etiam Bartholomæo, in quatuor autem Apostolis, qui sequuntur omnes tres Euangelistæ concordant,

cordant, & etiam Actuum 1. Idem ordo est, & hoc, F quia omnes tenuerunt ibi ordinem temporis ibi in discipulatu. nam secundum ordinem meritorum Iacobus Alphęi, qui vbique nonus est, forte multis pręcedentium præponeretur.

Quod nomen erat Petri & quare appellatur his nominibus, scilicet, Simon, & Petrus. huiusq; interpretatio Qō X X X.

QVAERETVR de Petro, qui primus est, qui vocatur hic Simon, & Petrus, quod erat nomen suum, & quare appellatur his nominibus.

Dicendum, quod Petrus vocatur aliquando Simō solum, vt Mar. primo. & Luc. quarto, scilicet, socrus Simonis tenebatur febribus, constat tamen, quòd G erat socrus Petri, vt dicitur supra octauo. Vocatur etiam Petrus, & hoc communiter. sic enim Christus vocauit eum infra decimosexto, tu es Petrus, &c. Aliquando vocatur Cephas, vt ad Galatas secundo, scilicet, Iacobus & Cephas, & Ioannes, qui videbātur esse columnæ, idest, præcipui Apostolorum, & sic vocauit eum Christus dicens ei, tu vocaberis Cephas Ioan. 1. Vocatur etiam Simon Ioannis. Ioan. vigesimoprimo, scilicet, Simon Ioannis diligis me? Vocatur etiam Simon Bariona quod idem esse videtur infra decimosexto, beatus es Simō Bariona. Vocatur etiam Simon Petrus, vt Io. 6. scilicet, dixit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri.

De primo, scilicet, Simon dicunt quidam, quòd H vocatur sic Simon, idest, obediens, quia obediuit verbis Andreę, & cum eo venit ad Christū, siue quia obediuit præceptis diuinis, & quia ad vnius iussionis vocem secutus est Dominum de his Ioan. primo, & supra quarto, & Mar. primo: ita enim dicit Remigius addens, quòd secundum quosdam interpretatur deponens mœrorem, & audiens tristitiam. Domino enim surgēte deposuit mœrorem Dominicę passionis, & suæ negationis, & tristitiam audiuit dicente ei Dño altus te cinget, & ducet, quo tu non vis Io. 21.

Sed dicendum, quòd istæ interpretationes non sunt causa nominis. Sicut in quibusdam nomina fuerunt imposita propter significationem, vt in Adam, & Eua. Genes. secundo, & in Iacob, & Esau Genes. I vigesimoquinto. Iacob supplantator, quia plantam fratris tenebat in vtero ne egrederetur, & Esau dictus est Seir, idest, hispidus, quia in modum pellis erat hispidus eodem cap. sic etiam Zaran, & Phares, ex euētu nomen habuerunt Genes. trigesimooctauo, Simō tamen habuit nomen antequam veniret ad Christū, quia prius vocabatur Simon: ideo non competit sibi propter istas interpretationes, quia tunc fuisset sibi istud nomen impositum postquam venit ad Christū, sed falsum est, quia Christus dixit ei quando eum primo vidit tu es Simon filius Ioanna. Ioann. 1. ideo istæ sunt appropriationes, & non sunt causa nominis.

De secundo nomine, scilicet, Petrus aliqui putant, K quòd interpretatur discalcians, vel dissoluēs, vel agnoscens. sic dicit Cyrillus, & tamen arguitur ab alijs, quia hoc esset si Petrus esset nomen Hebręum. Est tamē aliqualiter Gręcum, & aliqualiter Latinum. Etiam quia Christus non imposuit ei istud nomen, & tamē si esset Hebræum, vel Syrum quod prius habuisset ipse Petrus, vel si non habuisset imponeretur a Christo esset tanquam nomen principale eius, & sic non competit sibi, nisi per interpretationē huius nōis Cephas in aliam linguam. Io. 1. s. tu vocaberis Cephas quod interpretatē Petrus, & multa alia interpretanē ibi. s. Rabbi quod dr̄ Magister, & Messias quod est interpretatū Chr̄s. non est ergo Petrus nomen Hebręum, q̄a aliàs non poneretur ibi tāquam interpretatio nōis Hebręi,

F vel Syri, quia cum Euangeliū in Latino sit, necesse est q̄ interpretationes nostrum Latinę sint, quia aliàs non esset interpretatio. non est ergo Petrus nomen Hebræum, nec Syrum, sed Latinum, & aliqualiter Græcum, & consequenter patet, q̄ istud non poterat esse ipsi⁹ Petri, quo aliquo tempore fuerit vocatus a Christo, vel ab alijs, quia Christus nunquam nōibus Latinis vsus est, nec etiam Græcis, sed solis Hebręis, & Syriacis secundum consuetudinem regionis, sed vocabat eum Simonem, vel Cephas, qui tamen in Latinū transtulerunt posuerunt ei hoc nomen Petrus, vbicū que inuenitur Cephas, quia Petrus in Latino idē est quod Cephas in Syriaco. sic dicitur Ioan. 1. tu vocaberis Cephas quod interpretatur Petrus. Patet etiam q̄ G Petrus non sit nomen ipsius Petri distinctum ab alijs nominibus eius, quia tunc non esset interpretatio alterius nominis, & tamen est interpretatio huius nominis Cephas, vt dictum est, nec differunt hoc nomen Cephas, & hoc nomen Petrus, nisi sicut differunt nomen hominis in Latino, & vulgari, quia idē nomen est. Differt tamen per idiomata, & vnum est interpretatio alterius.

Si autem obijciatur, quia infra decimosexto, Christus dixit tu es Petrus. Dicendum, quòd ibi in Hebręo dicitur Cephas, & Matthęus scripsit Cephas, & Christus sic dixit, tamen vt habeatur nomen Latinum translator dixit tu es Petrus, cum Cephas idē sit. nam Petram significat in Syro, & Petrus in Lati- H no a petra dicitur. sic dicit Rabanus, idem est Græce, siue Latine Petrus, quod Syriace Cephas, & in vtraque lingua nomen a petra deriuatur. nec dubium q̄n ab illa, de qua Paulus ait, petra autem erat Christus, de hoc etiam dicit Remigius fuerunt nonnulli, qui in hoc nomine Græco atque Latino, quod est Petrus quærentes Hebraicę linguę interpretationem, dixerunt, quod interpretatur discalcians, siue dissoluens vel agnoscens, sed qui hoc dicunt duabus detinentur contrarietatibus. Prima est ex proprietate Hebraicæ linguæ, in qua p non exprimitur, sed loco eius f. ponitur, vnde Pilatum dicunt filatum. Secunda ex interpretatione Euangelistæ, qui enarrat Dominum dixisse tu vocaberis Cephas, & ipse de suo I addit quod interpretatur Petrus, non est ergo Petrus nomen ipsius Petri, sed solum per interpretationē.

De tertio nomine, scilicet, Cephas dicendum, quòd istud non fuit nomen Petri a principio, sed Christus ei hoc imposuit: Ioannis primo, tu vocaberis Cephas, & non est Cephas nomē Hebræum, nec etiam nomen Gręcum, sed Syrum, vt Rabanus dicit, ratio huius est, quia Iudæa est quędam pars terrę Syrię, vt ostensum est supra quarto capitu. quæst. 123. & ita vulgare totius terræ Iudęę erat Syriacum, & Iudęi imponebant sibi nomina multa Syriaca secundum consuetudinem vulgarem non habentia originem ab Hebręo, lingua tamen Syrorum multum est conformis Hebraicę, & totidem literas habet, K scilicet, 22. eiusdem soni solum differentes in figura, vt dicit Hieronymus in Prologo galeato, qui incipit 22. literas. imposuit autem Christus hoc nomen Petro ad significandum fortitudinem, & firmitatem eius. sicut est in Petra, quia ipse fuit firmior alijs Apostolis, & fuit ad confirmandum eos. sic enim Christus dixit ei: Lucę vigesimosecundo, tu aliquādo conuersus confirma fratres tuos.

De quarto nomine, scilicet, Simon Ioannis. dicēdum, quòd non est nomen distinctum a pręcedentibus, quia Simon erat nomen suum ab origine, & dicebatur Simon Ioannis, idest, Simon filius Ioannis. sic enim Christus dixit ei: Ioan. 1. tu es Simon filius Ioanna tu vocaberis Cephas.

De

De 5. nomine, s. Simon Bariona, dicendum ꝙ idem est quod Simon Ioannis, quia Bariona interpretatur, idest, filius Ioāna, quia ben. in Hebræo filium significat. licet alij interpretantur aliter, sed de hoc dicetur infra 16. Deut. 5. dicendum, ꝙ non videtur differre a præcedentibus, nisi ꝙ ponuntur duo nomina simul. s. originale suum, ꝙ erat Simon, & appositium, ꝙ erat Petrus, vt videretur differentia eius a Simone Chananæo, & ita vocatur sepe, vt Io. 13. venit ad Petrum.

Dicendum autem de Petro, ꝙ erat de prouincia Galileæ, sicut dictum fuit ei, nam, & tu Galileus es infra 26. & Mar. 14. & fuit de ciuitate nomine Bethsaida, quæ erat iuxta mare Galileæ sic dicit Io. 1. erat Philippus a Bethsaida ciuitate Andreę, & Petri. Hieronymus tamen vocat eam vicum, quia paruus locus erat, & ipse postea Apostolorum princeps factus est, vt dicit Hieronymus libro de illu. vi. capitu. de Simone Petro.

Quare Christus mutauit nomen Petri vocando eum Cephas &c. Quæst. XXXI.

QVAERETVR, quare Christus mutauit nomen Petri vocando eum Cephas, & Petrus, cum prius vocaretur Simon.

Aliqui dicunt, ꝙ hoc fuit, quia Petrus assumptus est ad summum pontificatum, & sicut nunc mutantur nomina summorum pontificum in creatione eorum, ita & nomen Petri mutatum est, vt dicitur in proœmio libri 6. in glo. Sed non stat, quia Petrus nō accepit nunc pontificatum summum quando datū est ei nomen nouum: nam pontificatus datus ei esse dicitur quando Christus dixit ei post resurrectionem pasce oues meas. Io. 21. & tamen nomen accepit qn̄ venit ad Christum. Secundo patet, quia falsum supponitur. nam non fuit nomen eius mutatum, sed fuit ei aliud nomen superadditum, quia etiam postquam ad Christum venit sæpe vocabatur Simon, & tamen summis pontificibus mutantur nomina, ita ꝙ tam nō vocantur nominibus prioribus, non ergo fuit ex hac causa. Tertio patet, quia Iacobus, & Ioannes non fuerunt assumpti ad summum pontificatum, & tamen nomina etiam eis a Christo nouiter data sunt, quia dicitur Marc. 3. quòd imposuit eis Christus nomina Boanerges quod est filij tonitrui: ergo alia fuit causa nominis.

Alij dicunt, ꝙ hoc fuit propter honorem Apostolatus, quia assumptus in Apostolatum mutabatur in virum alterum, & sic aliud nomen suscipere debebat, & ob hoc Ioannes, & Iacobus etiam nomen acceperunt in Apostolatu.

Sed non stat, quia tunc omnibus Apostolis fuissent nomina addita, vel priora mutata, & tamen non est factum in alijs. ergo non fuit hoc in Petro propter Apostolatum. Secundo patet, quia istud nomen Cephas, vel Petrus non datum est ei quando assumptus est in Apostolum, sed quando ad Christum venit prima vice. Ioan. 1. intuitus eum Iesus dixit tu es Simon filius Ioanna, tu vocaberis Cephas quod interpretatur Petrus.

Sed obijcietur, quòd fuerit ei impositum istud nomen in Apostolatu. sic dicitur. Luc. 6. elegit 12. ex ipsis quos Apostolos nominauit, Simonem quem cognominauit Petrum &c.

Dicendum, quòd non nominauit eum tunc Christus Petrum nouiter, sed prius nominauerat, vt dictū est, quia tamen Lucas voluit ibi ponere nomina Apostolorum oportuit, quòd poneret qualiter Petrus nominaretur, licet istud nomen prius fuisset ei datum. sic dicit Beda super Lucam, non modo eum primo A cognominauit, sed longe prius cum ab Andrea adducto dicitur tu vocaberis Cephas quod interpretatur Petrus, sed volens Lucas nomina 12. Apostolorum enumerare cum necesse haberet Petrum dicere. breuiter voluit innuere, quòd non hoc antea vocaretur, scilicet, antequam veniret ad Christum, sed ita eum Dominus cognominauerit.

Dicendum ergo, ꝙ Christus imposuit Petro nomen nouum, non tamen tollendo antiquum, & hoc propter duo. Primo ad significandum excellentiam eius futuram, quia princeps Apostolorum factus est, & summum pontificatum suscepit, hoc patet ex nomine, quia vocauit eum Cephas quod est nomen deriuatum a petra. sicut Petrus in latino. i. ꝙ sicut petra B ponitur, vt fundamētum ædificiorum, ita Petrus fuit fundamentum ędificij spiritualis Apostolorum, idest, præcipuus inter eos. Vel sicut petra habet maximam firmitatem, ita & Petrus inter cęteros firmior videbatur, & Christus ei dixit, ꝙ confirmaret fratres suos. Luc. 22. Secundo fuit propter differentiam, quia inter Christi Apostolos fuit alius, qui etiam vocabatur Simon: ideo vtrique additum est aliud nomen, vt esset differentia inter eos, & sic iste Simon dictus est Simon Petrus, alius vero Simon Chananæus, vt patet infra in litera, & ista forte fuit præcipua causa apponendi nomen aliud Petro. sic dicit Hieron. primus scribitur Simon cognomine Petrus ad distinctionē C alterius Simonis, qui appellabatur Chananęus. Quod tamen vocaretur Petrus Cephas, siue Petrus quàm alio nomine videtur esse causa propter dignitatem significandam.

De nomine Andreæ quare sic vocetur, qui dicitur frater Petri propter duo. Quæst. XXXII.

QVAERATVR de nomine Andreæ. Dicendū, quòd vocatur hic Andreas, & vocatur frater Petri. sic etiam vocatur Luc. 6. quòd enim dicatur frater Petri non est ad distinctionem, quia nullus alius inter Apostolos Andreas dicitur, sed fit propter duo. i. propter honorem, & notificationem. De honore patet, quia magnus honor erat, ꝙ D esset frater Petri quem Christus tanquam Apostolorum principem fecerat. sic dicit Chrysosto. non parua laus hæc est, Petrum denominauit a virtute, Andreā vero a nobilitate secundum morem in hoc, quod eū fratrem Petri dixit. De notificatione patet, quia viri famosi per se sunt noti: inquantum ergo quis etiam obscurus adhęrentiam aliquam habet ad famosos, vel illustres, ex hoc aliqualiter clarus redditur, & quia Petrus erat inter Apostolos notissimus, ꝙ Andreas esset frater eius erat fieri notum, & ideo Ioannes quādo locutus est de Andrea Io. 6. dixit, dicit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri quasi per hoc agnosceretur quis erat ille discipulus: si autem vocaretur frater Petri ad differentiam alterius, sem- E per apponeretur ei ista annotatio, sicut alia nomina signantia differentiam inter Apostolos semper ponuntur, & ab omnibus Euangelistis, & tamen Mar. 3. & Actu. 1. vbi ponuntur nomina Apostolorum non dicitur, quòd Andreas sit frater Petri, non est ergo ad differentiam, sed ad honorem, & notificationem.

De Andrea dicunt aliqui, quòd vocatur Andreas, idest, virilis quia secutus est Christum viriliter. sic dicit Remigius. Andreas interpretatur virilis, sicut enim apud latinos a viro deriuatur virilis, sic apud gręcos Andreas deriuatur ab Andros. vnde virilis dicitur, qa relictis omnibus secutus est Christum, & viriliter in mandatis eius perseuerauit.

Sed dicendum, quòd istę sunt applicationes, sed non causa nominis. Primo patet, quia ista deriuatio est Gręca, Andreas tamen non est nomen gręcum nec latinum, sed Hebræum, quia licet habeat formã latinam, vel gręcam in terminatione, & declinatione, necesse est, q̃ sit Hebræum, vel Syriacum, quia Andreas, qui Hebręus erat non haberet nisi nomen Hebræum, vel Syriacum, quo vtuntur gentes regionis illius cum Iudęa sit in Syria.

Et si dicatur, quòd etiam inter Gręcos est istud nomen Andreas.

Dicendum, quòd non est inconueniẽs in diuersis linguis esse eandem vocem, quæ non significet idẽ, sicut in latino, leuaui, est verbum præterit, & in Hebræo lenaui significat cor meum. ideo licet Andreas in Græco virilis dicatur, forte apud Syros longe aliud significaret, & sic non diceretur Andreas virilis. Secundo patet, quia dato, quòd idẽ significaret in Hebręo, non tamen fuit hoc nomen Andreæ impositum propter virilitatem, quia tunc oportebat, quòd imponeretur ei a Christo, & tamen erat nomen suum ab origine: ideo nulla causa in hoc nomine quærenda est nec interpretatio, & idem dicendum est de ceteris nominibus Apostolorum, licet doctores antiqui quærant in eis interpretationem, illud tamen non valet ad veritatem literę inquirendam, sed solum ad mysticos sensus.

De Andrea dicendum est, quòd iste est primus discipulus, qui ad Christum venisse legitur. nam quando erat Christus in Iudæa, & Ioannes Baptista videns eum dixit, ecce agnus Dei, duo discipuli, qui erant cũ Ioanne secuti sunt Christum, quorum vnus erat Andreas Ioa. 1. & postquam agnouit Christum adduxit Petrum ad eum eod. cap. & tamen non manserunt semper cum Christo, vt dictum est supra quæstione 29. iste est Andreas, qui dixit Christo quando pauit turbas; est puer vnus hic, qui habet quinq; panes Ioann. sexto.

De Iacobo qui Christum sequebatur. Et cur dicatur Iacobus maior, Quæst. XXXIII.

QVAERETVR de Iacobo, qui est sequens. Dicendum, quòd iste vocatur Iacobus cum apud Hebræos vocaretur Iacob, & tamen cum accipit formam latinam dicitur Iacobus, iste vocatur Iacobus Zebedæi hic, & Mar. 3. quia erat filius Zebedæi, vt dicitur supra 4. & Mar. 1. & tamen Luc. 6. & Actu. 1. vbi ponuntur nomina Apostolorum subiicetur hoc. iste est Iacobus quem Christus valde dilexit, & fuit vnus de tribus, qui familiariter recipiebantur a Christo ad omnia secreta infra 17. & 26. & Luc. 9. iste vocatus est a Christo cum esset in naui cum Zebedęo patre suo ipse, & Ioannes: ambo enim simul vocati sunt. Isti Iacobo assignata est sorte prædicationis prouincia Hispanię, & tamẽ in Iudæa ab Herode occisus est Actu. 12. & in hoc fuit præcipuus Apostolorum, quia palmam martyrij primus pro Christo obtinuit, non est autem iste Iacobus, qui scripsit primam de 7 Epistolis, quæ canonicę, vel Apostolicæ vocantur, sed Iacobus Alphæi, de quo infra quæst. 39. Iste Iacobus fuit cognatus Domini. s. filius sororis matris eius, nam Zebedæus pater huius Iacobi habuit in vxorem Mariã sororem Marię matris Domini, & ista est, quæ vocatur Maria Iacobi infra 28. & Mar. 16. id est, Maria mater Iacobi, erat etiam Mater Ioannis, & tamen vocabatur mater Iacobi, quia Iacobus erat maior quàm Ioannes. Iste dicitur Iacobus maior ad differentiam Iacobi alterius, qui dicitur minor, & ille est Iacobus Alphæi, de quo infra in litera, & non vocatur maior F propter ętatem, quia nescitur quis eorum maior est, nec etiam ętas multum facit ad hoc, quòd vnus maior altero diceretur.

Sed dicitur maior propter tria. Primo ratione vocationis, quia iste fuit prius vocatus ad discipulatum quàm ille: nam Petrus, & Andreas Iacobus, & Ioãnes eadem die immo eadem hora a Christo vocati sunt, vt colligitur supra 4. & Mat. 1. Secundo ratione specialis familiaritatis: nam fuit iste Iacobus vnus de tribus, qui a Christo familiariter vocabantur, vt dictum est, alius autem Iacobus nunquam ad ista fuit vocatus, & ideo propter confidentiam huius magnę familiaritatis petiuerunt ambo a Christo, & mater sua pro eis, q̃ G sederet vnus ad dexteram Christi, & alius ad sinistrã infra 20. & Marc. 10. quod alius Iacobus non petiuit nec quisquã Apostolorum. Tertio fuit propter martyrium, quia non solum alio Iacobo immo omnibus Apostolis prior fuit, quia dum omnes essent adhuc in Iudæa, Herodes illum occidit Actu. 12.

De Ioanne Euangelista, quare dictus est Ioannes. Quæst. XXXIIII.

QVAERETVR de Ioanne. Dicendum, quòd isti non fuit appositum aliud nomen specialiter a Christo, & hoc, quia ista nomina apponebantur causa differentiæ, & nemo erat inter Apostu- H los, qui Ioannes diceretur, nisi iste.

Aliqui tamen dicunt, quòd dictus est Ioannes, id est, in quo gratia, vel Dei gratia, quia præ omnibus a Deo diligebatur, vt dicit Remigius.

Sed, vt dictum est præceden. quæstio. istud non est causa nominis, quia antequam Ioannes veniret ad Christum vocabatur Ioannes: ideo nulla causa in nomine isto petenda est, vocatus tamen fuit Ioannes, & Iacobus simul Boanerges, vt dicitur Marc. 3. sed hoc nomen non competit cuilibet per se, sed ambobus, de quo dicetur eod. ca. & iste est Ioannes simul Apostolus, & Euangelista. nam Ioannes Baptista non pertinet ad discipulos Christi, quia fuit præcursor eius Luc. 1. & supra 3. & infra 11.

I Sed dicetur, quare iste Ioannes non fuit vocatus Ioannes Zebedæi, sicut Iacobus, quia ambo erant filij Zebedæi supra 4. & Mar. 1.

Dici potest, quod fuit hoc. Primo propter maioritatem, quia inter Iudæos primogeniti habebant semper omnia duplicia de bonis patrum. Deute. 21. & ita etiam videtur, quòd ipsi succederent in nomine, vel cognomine patris, sic dicitur Deut. 25. de illo, qui suscitabat semen fratri suo, quòd primogenitum appellaret nomine illius, & quia Iacobus erat maior Ioanne accepit nomen patris in cognomen. Secundo fuit ad differentiam, quia inter Apostolos erat etiam alius Iacobus, vtrique ergo cognomen appositum est propter differentiam, vt iste Iacobus Zebedæi, & ille Iacobus Alphæi diceretur, nemo tamen fuit inter K Apostolos dictus Ioannes pręter istum: ideo nõ oportuit, quòd haberet cognomen aliquod, sed habuit illud Iacobus, & ista est vera causa. nam si inter Apostolos alius Ioannes præter istum esset, fortassis ille Ioannes Zebedæi diceretur, vel aliud cognomen apponeretur illi. Et ista etiam est causa quare quidam Apostoli cognomina habent, & quidam non. omnes enim cognomina aliqua habebant, vel a patribus, vel a locis, vel aliàs. Euangelistæ tamen nihil superfluum ponere volentes non posuerunt cognomina, nisi illis quibus differentiæ causa necessaria erant, quod satis apparet, quia nulli apponitur hic cognomen, nisi cũ alio nomine coincidat.

Sed dicetur, quare huic Ioanni ad differentiam

Ioannis

Ioannis Baptistæ non fuit appositum aliquod cognomen. Dicendum, quòd non fuit conueniens, quia Ioannes Baptista non fuit de discipulis nec de Apostolis Christi, sed potius ipse per se discipulos habuit, & præcursor Christi fuit: non fuit ergo cognomen aliquod ei necessarium.

De Philippo quis fuerit, & de eius nomine. Quæst. XXXV.

QVAERETVR de Philippo. Dicendum, quòd Remigius dicit, & Cyrillus, quòd Philippus interpretatur os lampadis, siue lampadarum, quia lumen quo illuminatus est a Domino mox inuenio fratri. i. Nathanael per officium oris studuit propinare, Io. 1. Sed dicendum, quod illa est applicatio, & non causa nominis, quia Philippus antequam hoc faceret Philippus dicebatur. de Philippo pauca leguntur, quia non fuit vir, ita clarus, sicut præcedentes, fuit enim de Galilęa de ciuitate Bethsaida, de qua erāt Petrus, & Andreas. Iōa. 1. erat autem Philippus a Bethsaida ciuitate Andreæ, & Petri, in hac ciuitate Christus sępe prædicauerat, & multa miracula fecerat, non tamen egerunt pęnitentiam: ideo Christus exprobrabat ei infra 11. vę tibi Corozaim, vę tibi Bethsaida, iste Philippus venit ad Christum sequenti die postquam Andreas, & Petrus accesserant ad ipsum. Io. 1. in crastinum voluit exire Iesus in Galilęā, & inuenit Philippum, & dixit ei sequere me, & tunc Petrus, & Andreas, & Philippus, & alij quidam ierūt cum Christo de Iudęa in Galilęam. iste Philippus fuit, a quo Christus quæsiuit, vnde ememus panes, vt manducēt hi? & ille dixit ducentorum denariorum panes nō sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum accipiat. Ioan. sexto: iste etiam dixit Christo Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis, & Christus ad eum tanto tempore vobiscum sum, & non me cognouistis. Philippe qui videt me videt patrem meū. Ioan. 14.

De Bartholomæo quis fuerit. Et quid interpretetur. Quæst. XXXV.

QVAERATVR de Bartholomęo. Dicit Remigius, quòd Bartholomęus est nomen Syrum, & non Hebręum. Et hoc verum est, quia cū Hebræi manentes in Iudæa vterentur lingua Syrorum, quia ipsi Syri sunt, imponebant sibi nomina vulgaria Syriaca; & tale est Bartholomęus, & ita aliqua alia nomina Syriaca in Euangelio ponuntur, vt supra 6. non potestis seruire Deo, & mammonæ: est enim mammona nomen Syrum (vt doctores dicunt.)

Dicit etiam Remigius, quòd Bartholomęus interpretatur filius suspendentis aquas, idest, Christi qui corda suorum prædicatorum a terrenis ad coelestia subleuat, & suspendit, sed hoc nihil facit ad Bartholomęum. iste Bartholomęus est omnino obscur⁹, quia nihil de eo legitur in sacra Scriptura, sicut de omnibus alijs fere aliquid legitur. Et ista fuit causa, quare multi errarent in Bartholomęo asserentes eum illustrem virum fuisse, & regis cuiusdam filium.

Alij autem fatua quædam de eo confingūt vix pueris enarranda, & quia veritas propter taciturnitatē non lucet mendacio se ingerendi locus est. fuit enim Bartholomęus natione Iudęus de prouincia Galilęæ vir pauper, & sine literis. & obscuri nominis, sic dicit Eusebius, fuit quoque Bartholomęus vir simplex, & expers scientiæ mundanæ, & amantudinis, plura autem de eo non legimus, nisi quòd vnus fuerit de

A duodecim, & postea glorioso martyrio a barbaris coronatus.

De Matthæo quis fuerit. Et quòd Matthæus primus omnium Euangelium scripsit lingua Hebræa. Quæst. XXXVI.

QVAERETVR de Matthęo. Dicendum, quòd ipse est, qui scripsit hic, in quo a Domino excellentię priuilegium accepit, vt Apostolus simul, & Euangelista esset, iste autem vir clarus est tum propter ea, quæ scripsit, tum propter ea quæ de ipso
B in sacra Scriptura habentur multi autem de Apostolis obscuri fuerunt, vnde Hieronymus de illustrib. vi. cum primum omniū illustrium Simonem Petrum posuisset, paucos Apostolorum postea adiunxit, quia de illis quid diceret secundum certitudinem non inuenit. Matthæus autem iste ibi inter illustres ponitur fuit enim publicanus antequam a Christo vocaretur. & de teloneo vocatus est præcedenti capu. fecitque conuiuium magnum Christo ad quod conuenit turba multa publicanorum. Marc. 2 & Luc. 5. deinde Christum vsque ad mortem secutus mansit cum cęteris Apostolis aliquanto tempore in Iudęa, cum autem iturus esset in Aethiopiam Nubianorum, quæ ei sorte prædicationis contigerat Euangelium ad memoriam relinquere voluit in Iudæa fratribus, qui de
C Iudaismo ad Christum conuersi fuerant. vnde ipse primus omnium Euangelium scripsit, Hebræa quidem lingua usque ad tempora Hieronymi in bibliotheca magna Cęsarien. seruabatur. de his Hieronymus in lib. de illu. vi. capi. de Matthæo, & supra in prologo eiusdem, qui incipit. Mat. cum primo vbi de hoc magis dictum est. iste Matthæus vocabatur primo Leui, & Marc. 2. & Luc. 5. & vocabatur Leui Alphęi Marc. 2. idest, filius Alphęi non tamen illius Alphei cuius fuit Iacobus filius, qui in litera vocatur Iacobus Alphæi. sed illud nomen Leui erat nomen suum minus principale, & ideo iam nunquam vocatur, nisi Matthæus.

D Vel forte, & melius, quòd Matthęus ante vocationem suam vocatus est semper Leui, sicut eum Marc. & Luc. vocant, & tamen Christus mox, vt vocauit eum ad discipulatum vocauit eum Matthęum ablato priori nomine, vt dictum est pręceden. cap. qu. 34. & istud videtur melius.

De Thoma quis sit. Et quid interpretatur. Quæst. XXXVII.

QVAERETVR de Thoma, Dicendum, quòd iste etiam est vir obscurus, & ignotus in scripturis non enim leguntur de eo multa, sed credendum est, quòd erat de Galilæa, sicut cęteri, & de humili loco, & sine literis. de vocatione autem eius nihil habetur, & forte non vocatus est, sed Christo adhęsit, sicut
E multi alij discipuli, sed postea Christus ipsum in Apostolum elegit. iste enim est, qui dixit quando volebat Christus ire in Iudæam eamus nos, & moriamur cū illo Ioan. 11. iste etiam est, qui plusquam cęteri de resurrectione Domini dubitauit dicens, nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in loca clauorum non credam. Ioann. 20. cui Christus se palpandum tradidit eod. cap. isti enim sorte prędicationis contigit regio Indorum. dicit Remigius, quòd Thomas interpretatur abyssus, siue geminus, & vocatur etiam Thomas Dydimus Ioan. 20. idest, dubius: quia enim fuit Dydimus de resurrectione Domini dubitauit, & profundius exquisiuit, & manifestius agnouit. vnde dixit Dominus, & Deus meus,

meu^s,ſed hoc nomen Thomas ab origine ei competebat. quo 1 autem Didimus dicitur, ideſt, dubius an poſitum fuerit ei propter dubitationem de reſurrectione, vel prius eſſet cognomen ſuum, dicetur Ioan. vigeſimo.

De Iacobo Alphæi quis fuerit. qui propter ſanctitatem adeptus eſt hoc cognomen iuſtus. Et inter omnes Apoſtolos qui erant præcipui. Quæſt. XXXVIII.

QVAERETVR de Iacobo Alphæi. Dicendum quòd iſte dicitur Iacobus Alphæi ad differentiam alterius Iacobi, qui dicebatur Iacobus Zebedęi, & videtur eſſe cognatus eius. ſ. quia matres eorum ſorores erant. iſte dicitur Iacobus minor ad differentiā prędicti Iacobi, qui vocatur Iacobus maior non quidem meritis. quia de hoc non conſtat, cum iſte Iacobus Alphæi fuerit vitę ſanctiſſimæ, ſed propter ıma de quibus dictum eſt ſupra quęſ. 33. iſte vocatur Iacobus iuſtus: ſic enim Hier. & ſancti doctores, & antiquę hiſtoriæ vocant. Hoc enim nomen propter ſanctitatis excellentiam viuēs meruit. ſ. q̄ inter omnes Apoſtolos iuſtus ſpecialiter diceretur, quia multa ſanctitatis ſigna in eo apparuerunt: dicit enim inter cęteras laudes eius hiſtoria Eccleſiaſtica, & Hierony. lib. de illu. vi. quòd carnem nunquam comedit, vinum, & ſiceram nunquam biberat, balneis, & lineis veſtibus non eſt vſus, die nocteque flexis genibus orabat ad Deum: etiam magni meriti fuit, vt ab omnibus iuſtus vocaretur, de quo multa Hiero. in lib. de illu. vi. iſte vocatur Iacobus frater Domini ad Gala. 1. alium Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum fratrem Domini: ſic etiam vocatur infra 13. & Mar. 6. vbi de Chriſto dicebatur nonne hic eſt filius fabri, & fratres eius Iacobus, & Ioſeph, & Simon, & Iudas? primus eorum, ſcilicet, Iacobus eſt iſte Iacobus.

Aliqui autem putant eum dictum eſſe fratrem Domini propter ſimilitudinem vultus.

Sed non habet magnam auctoritatem, ſed dicitur frater Domini, quia vere fuit de cognatione eius.

Et putant aliqui, quòd fuerit filius Ioſeph ex alia vxore, & tunc propriè a Iudęis vocaretur frater Domini, quia Ioſeph putabatur eſſe pater carnalis Chriſti.

Dicit tamen Hieronymus vbi ſupra melius ſibi videri, quòd iſte fuerit filius alterius Marię ſororis Matris Domini cuius pater fuit Alphęus, & ſic erat in eodem gradu cognationis cum Chriſto, in quo Iacobus Zebedęi, & Ioannes frater eius, & erat filius illius Marię, quæ vocatur Maria Cleophę, quia forte Alphęus, & Cleophas idem eſt. Vel mortuo Alphęo cuius filius erat Iacobus accepit Cleopham in virum, & ab illo denominabatur. de hoc dicit Raban^9, iſte Iacobus eſt, qui in Euangelijs frater Domini nominatur, & in Epiſtola ad Galatas, quod Maria vxor Alphęi ſoror fuit Marię matris Domini, & quam Ioannes Euangeliſta Mariam Cleophę nominauit. Et fortaſis, quia idem Cleophas, & Alphęus dictus eſt, vel ipſa Maria defuncto Alphęo poſt Iacobum natū nupſit Cleophę, an tamen iſte fuerit filius Ioſeph, vel Mariæ ſororis Matris Domini dicetur magis infra 13. iſte Iacobus habebatur tanquam pręcipuus inter Apoſtolos eo tempore quo omnes erant congregati in Iudęa poſt mortem Domini: nam licet Chriſtus Petro ſummum pontificatum reliquiſſet dicens paſce oues meas. Io. 21. quia tamen iſte Iacobus erat tā excellentis meriti omnes Apoſtoli elegerunt eum concorditer in Epiſcopum Ieroſolymitanum, vt pręeſſet in loco illo, in quo immediate pręfuerat Domi-

F nus, & ipſe erat quaſi Apoſtolorum caput, quod ſatis appāret ex illo magno concilio Apoſtolorum Actu. 15. in quo de fide diffiniuit Eccleſia: nam Iacobus iſte diffinitionem protulit. ſoli enim Petrus, & Iacobus ibi locuti ſunt. Petrus tamen nihil diffiniuit, ſed Iacobus protulit totam diffinitionem dicens, propter quod iudico non inquietari eos &c. quam diffinitionem tenuit tota Eccleſia, & quia licet Iacobus tanquam præcipuum membrum illius concilij protulit iſtam diffinitionem, non erat diffinitio eius, ſed diffinitio totius Eccleſiæ: ideo non fuit ſcripta ad Antiochęnos ex nomine Iacobi, ſed ex nomine Eccleſiæ eodem capitulo, tunc placuit Apoſtolis, & ſenioribus cum omni Eccleſia, & ſic patet, quod
G licet iſte Iacobus non eſſet maior tota illa congregatione, quia Eccleſia eſt maior filijs ſuis, erat tamen maior quolibet de illa congregatione. ipſe enim fuit tanquam organum totius Eccleſię diffinitionem eius proferens, idem patet ad Gala. 2. vbi Paulus ponit iſtū Iacobum tanquam maximum omnium Apoſtolorum. nam inter Apoſtolos quidam habebantur, vt maiores alijs. ſic dicitur 2. Corin. 11. exiſtimo me nihil feciſſe a magnis Apoſtolis, ideſt, nihil minus feci quàm illi, & inter omnes erant tres præcipui, ſcilicet, Iacobus, Petrus, & Ioannes, & erant quaſi columnæ aliorum, & tamen iſtorum trium primus eſt Iacobus ad Gala. 2. cum cognouiſſent gratiam, quę data eſt mihi Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur
H columnæ eſſe, dextras dederunt mihi, & Barnabæ ſocietatis: erat ergo Iacobus maximus omnium Apoſtolorum poſt mortem Domini, & ideo quaſi loco eius in Ieruſalem vbi ipſe pręfuerat pręfuit. Hoc tamen non abſtulit principatum quem Chriſtus Petro dederat, de quo dicetur lib. noſtro de origine, & diſtinctione iuriſdictionum. Iſte eſt Iacobus, qui ſcripſit primam de 7. Epiſtolis canonicis. nam Iacobus Zebedæi nullam ſcripſit. de iſto etiam dicit Paulus prima Corinthiorum decimoquinto, de Chriſto reſurgente, quòd viſus eſt Iacobo, & Apoſtolis omnibus: dicit enim Hieronym. lib. de illu. vi. capi. de Iacobo iuſto, quòd moriente Chriſto iſte Iacobus vouerat ſe non comeſurum panem quouſque videret
I Dominum reſurrexiſſe a mortuis, & quando ſurrexit apparuit ei inter primos, & dixit frater pone menſam, & comede, quia iam ſurrexit Dominus, & multa aliā de iſto Iacobo habentur ibidem.

De Thadęo quis ſit. Et quot nominibus ſit appellatus, & Lebęus quid interpretetur. Quæſt. XXXIX.

QVAERETVR de Thadęo quis ſit. Dicendum, quòd iſte vocatur aliquādo Thadęus, vt hic, & Marc. 3. & aliquando Iudas Iacobi, vt patet Luc. 6. & Actu. 1. ambo enim erant nomina eiuſdem, communius tamen vocatur Iudas,
K & raro vocatur Thadęus, & vocatur Iudas Iacobi ad differentiam Iudæ traditoris, quia ambo ponuntur ſimul a Luca, & dicitur Iudas Iacobi, ſcilicet, frater Iacobi Alphæi. nam poſt iſtum ponitur, & non poſt Iacobum Zebedęi. vnde infra 13. Iacobus, & Iudas ponuntur fratres. iſte etiam Iudas fuit frater Domini, ſicut Iacobus infra decimotertio, & Marc. ſexto, ſcilicet, nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioſeph Simon, & Iudas, non tamen ſolet vocari frater Domini, quia Iacobum vocamus fratrem Domini, eo quod ad Galatas prima, ſic Apoſtolus eum vocat dicens alium Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum fratrem Domini, iſte Iudas vocatur alio nomine Lebęus, quod eſt nomen tor-

matum

matum ab Hebręo quasi diminutiuum, quia leb, vel bef in Hebręo significant cor. Lebęus est nomen diminutiuum inde, vel denominatiuum, id est, paruum cor. sic dicit Hieronymus Iudas frater Iacobi, qui alibi appellatur Lebęus figuratum habet nomen a corde, quod nos diminutiue corculū possumus appellare. Rabanus autem dicit, quòd Lebęus interpretatur corculum, id est, cordis cultor, veritas tamē est, quòd est diminutiuum a corde, & ideo non significat, nisi paruum cor. de hoc dicit Augustinus lib. de concordantijs Euangeliorum, in nomine Iudę Iacobi Lucas videtur discrepare a Matthęo, qui eum Thadęum appellat, sed quis vnquam prohibuit duobus, vel tribus nominibus vnum hominem vocari? quasi dicat, non est inconueniens. istud tamen nomen abolitum est, nomen etiam Thadęi rarum est apud nos cum Ecclesia eum Iudam appellet: iste est enim cuius festum colitur cum Simone eadem die, iste Iudas, vt refert historia Ecclesiastica, & Hieronym. missus est a Christo ad Abagarum regem: erat enim rex ille vir bonus in Syrię parte quadā regnans in ciuitate Edessa, quę est vltra Eufratem, qui morbo quodam corporis incurabili tenebatur, audita vero fama miraculorum Christi (nam eius opinio in Syriam abierat supra quarto) per Epistolam eum rogauit, vt eum sanare dignaretur offerens etiam ei regnum suum, vt ambo in eo viuerent, Christus autem scripsit ei, & Epistolam isti Iudę portandam tradidit, in qua salus ei futura promittebatur, licet non statim data est, Christo autem iam ascendente in cęlum, & dispersis Apostolis, Iudas ad eum rediit eumque a morbo quo tenebatur, absoluit.

De Simone Chananæo quis fuerit, & quare Chananæus vocatur. Vbi quòd publice prædicare est honoris officium. Et Chana quid significet. Et quare festum Simonis, et Iudæ eadem celebratur die. Quæst. XL.

QVAERITVR de Simone Chananęo, & quare vocatur Chananęus.

Aliqui dicunt, quòd dicitur Chananęus, quia erat de gente Chananęorum quod videbatur satis facile, quia terra Iudęorum est terra Chanaam, & ita vocatur in omnibus libris Moysi: ibi enim habitauerunt 7. populi Chananęorum quibus eiectis habitauerunt Iudęi, non tamen penitus expulsi fuerunt, sed multi de illis gentibus manserūt, qui tempore Salomonis erant tributarij eius 3. Regum nono, & secundo Paralipo. octauo, manserunt autem semper postea aliquę de istis gentibus, quia post Salomonem semper regnum Iudæorum diminutum est, & nemo subiecit sibi plures gentes, sed potius sequentes reges perdiderunt aliquas de illis, vt patet de Ioram, qui perdidit Idumæos quarto Regum octauo, & secundo Paralipo. vigesimoprimo, & de alio Ioram, qui perdidit Moabitas quarto Regum primo, & tertio: perseuerauerunt ergo Chananæi in terra vsque ad Christum, immo & libenter audiebant eum, licet ipse nollet prædicare illis. sic patet de muliere Chananæa, quæ obtinuit a Christo sanari filiam suam infra decimoquinto: poterat ergo iste Simon esse de gente Chananæorum, & conuerti ad Christum fierique eius discipulus.

Sed non stat, quia Apostoli, & discipuli Christi omnes fuerunt Iudæi, quod patet, quia Christus iubebat non prædicari Gentilibus infra in litera: ergo a fortiori ipse non prædicaret, discipulis tamen suis prædicabat, & ad maiorem familiaritatem recipiebat eos quàm esset prędicare illis: ideo nemo illorum esset Gentilis, quantomagis Chananæus, quia nullam gentem Iudęi habebant, ita exosam, sicut Chananęos.

Secundo patet, quia Iudęis non licebat manducare cum Gentilibus Exodi trigesimoquarto, & tamen Apostoli bibebant, & manducabant cum Christo. sicut ipsi dixerunt Actuum decimo, hunc suscitauit Deus tertia die, & dedit eum manifestum fieri nobis, qui manducauimus, & bibimus cum illo postquam surrexit a mortuis. Actuum decimo. ergo non acciperet aliquem Gentilem in discipulum.

Tertio patet, quia discipuli alij nollent manducare cum eo si esset Gentilis. nam etiam Christo mortuo Petrus nolebat manducare cum Gentilibus. Actuum decimo, scilicet, vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo coniungi aut accedere ad alienigenam: ergo Christo viuente non manducauerat Petrus cum aliquo Gentili, & tamen manducauerat cum isto Simone, quia omnes duodecim discipuli simul manducabant cum Christo, & in die cęnæ omnes simul erant, vt innuitur Ioannis decimotertio, & infra vigesimosexto, & Luc. vigesimosecundo: ergo non erat iste Simon Gentilis.

Sed diceretur, quòd ista vera sunt de Gentili nondū conuerso ad Iudaismum, postquam tamen conuertebatur poterat manducare cum Iudæis. quia iam recipiebatur ad comedendum de agno Paschali, & faciendum reliquas cęremonias Iudaicas Exodi duodecimo, & ita esset de Simone isto, quia conuersus esset ad Iudaismum, & posset recipi iam in discipulum Christi, & ad omnem conuersationem Iudaicam.

Dicendum, quòd non stat, quia de cęteris gentibus poterant conuerti, qui vellent ad Iudaismum, de Chananæis autem nemo poterat, quia cum cęteris gentibus licebat Iudæis facere pacem, cum Chananæis autem nullo modo, quia nulla conditione poterant eos recipere, scilicet, nec in amicos, nec in tributarios, nec in seruos, sed tenebantur occidere eos in ore gladij Deut. 20. nemo ergo de illis conuertebatur ad Iudaismum, ita vt posset de illis esse iste Simon.

Quarto patet, quia omnes Apostoli Christi erant de Galilæa Actuum 2. nonne hi, qui loquuntur Galilæi sunt: ergo nemo eorum erat Chananæus, quia in Galilęa soli Iudæi habitabant.

Quinto patet, quia Christus elegit Apostolos ad prędicandum nunc in terra Iudęorum, & tamen si iste Simon esset Gentilis etiam fidem conuersus esset non tolerarent Iudęi libenter, quòd ipse doceret, quia publice prędicare est officium honoris, & non permitteretur conuersus ad Iudaismum istum honorē habere super Iudęos ex genere.

Sed obijcitur contra prędicta, quia aliqui de gente Chananęorum erant conuersi ad Iudaismum: nā Gabaonitę erant Chananęi Iosue 9. & tamen ipsi cōuersi sunt ad Iudaismum, manseruntque semper inter Iudęos eod. cap. & secundo Reg. 21. & cum eis ducti sunt in captiuitatem Babylonis, & cum eis postea redierunt primo Esdrę secundo, & ita manserēt vsque ad tempora Christi, de illis ergo poterat esse iste Simon, & conuersaretur cum Iudęis, sicut cęteri Gabaonitę.

Dicendum, quòd non stat, quia omnes isti erant serui Iudęorum, & quasi abiecti inter eos. sic Iosue dixit eis Iosue nono, itaque sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra ligna cedens, & aquas

aquas portans, & sequitur, decreuitque in illo die eos esse in ministerium cuncti populi, & altaris Domini cędentes ligna, & aquas portantes, cum ergo omnes de progenie istorum essent astricti huic seruituti, nemo eorum posset effici discipulus Christi cui committerent officium prædicandi.

Secundo patet, quia dato, quòd non seruirent omnes actualiter in hoc ministerio, nec essent obligati seruire, tamen nemo eorum permitteretur publice docere, eo quòd erant serui totius populi, & non concederetur eis istud officium honoris: non ergo poterat esse iste Simon de illis.

Dicendum igitur, quòd iste Simon Iudæus erat, & erat de prouincia Galilęæ, vocatur autem Chananæus non a Chananæis, vel a terra Chanaam, sed a quodam vico Galilęæ nomine Chana, de quo dicitur Ioannis secundo nuptiæ factæ sunt in Chana Galilęę: ibi enim Christus conuertit aquam in vinum eod. c. & crediderunt discipuli eius in eum, & tunc forte iste Simon accessit ad Christum, vel postea, quia sæpe Christus in regione illa prædicabat. Iste vocatur Simon Zelotes Luc. 6. & Act. primo, & idem est, quòd Simon Chananæus, nam Chana in hebræo idem est, quòd Zelus latine, & sic Chananæus idem est, quòd Zelotes, idest Zelum habens, sic dicitur Exodi trigesimoquarto, ego sum Deus tuus Zelotes, sed est Zelotes in formam Latinam de hoc dicit Hieronymus Simon Chananæus ad distinctionem Simonis Petri dicitur de vico Galilęæ Chana vbi aquas Dominus mutauit in vinum: ipse enim in alio loco Simon Zelotes dicitur, & sic istud cognomen fuit sibi appositū ad differentiam Petri, qui etiam Simon dicebatur: isti enim Simoni, vt dicit Hieronymus Aegyptus sorte prædicationis data est, vbi cum Euangelium Christi prædicasset rediji in Iudæam, & Iacobo iusto, qui primus Ierosolymitanę Ecclesię Episcopus fuerat occiso, ex cōsensu Apostolorum Ierosolymitanus Episcopus iste Simon factus, in quo vsque ad centum, & viginti annos manens vitæ suæ tempore Traiani Imperatoris crucifixus est eodem die, quo Iudas frater Iacobi, licet non eodem loco, nec etiam eodem anno: ideo eadem die communis amborum solennitas colitur.

De isto Simone dicunt aliqui, quòd fuerit frater Domini, sicut Iacobus Alphęi, sicut infra decimotertio, & Mar. sexto, ponitur inter fratres Domini, sed nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas.

Dicendum, quòd non est ille Simon, quod ostenditur inquantum dicitur, quòd iste erat Chananæus, idest, de Chana Galilęæ, & tamen fratres Domini erant de Nazareth, & ita loquebantur Nazareni de illis tanquam ibi inter eos essent infra decimotertio, & Mar. sexto: alius ergo Simon est ille, de quo ibi dicetur, iste autem non videtur ad Christi cognationem pertinere.

De Iuda proditore quis fuit, & de qua patria
Et vnde sumpsit nomen Scariothes.
Quæst. XLI.

QVAERETVR de Iuda proditore, qui vltimus est, quia forte fuit vltimus tempore inter Christi discipulos.

Dicendum, quòd de isto varia referuntur Apocripha, eo quòd origo eius ignota est, sicut & aliorum.

Est tamen dicendum, quòd vir pauper erat de Galilæa, sicut cęteri, apponitur ei cognomen, scilicet, Scariothes, & Marc. tertio, & Luc. sexto, dicitur

F Scarioth, sed idem est, quia Scariothes est denominatiuum de Scarioth, sicut Leuites de Leui. preponitur autem ei cognomen ad differentiam alienus Iudæ Apostoli, qui vocatur Iudas Iacobi. Luc. sexto, & Actuum primo, dicitur autem, quòd vocatur Scariothes a quodam vico Galilęæ nomine Scarioth, de quo ortus est, vt dicit Hieronymus, vel dicitur Scariothes, vt aliqui volunt, quia fuit de tribu Isachar, vt dicatur Scariothes quasi Isacharioihes, idest, de Isachar, & dicunt, quòd hoc fuit quoddam præsagium futurorum, quia Isachar interpretatur merces, vt innuitur Genesis trigesimo, cum dixit Lia dedit Deus mercedem mi-
G hi, quia dedi ancillam meam viro meo, appellauitque nomen illius Isachar, & ita Iudas fuit de Isachar, idest, de mercede, quia pro precio, & mercede conuenta vendidit Saluatorem, sic dicit Hieronymus, scilicet, vel ex tribu Isachar vocabulum sumpsit, vt quodam vaticinio in condemnationem sui natus sit: Isachar enim interpretatur merces, vt significetur merces proditoris. istum Iudam Christus inter duodecim elegit, eique tribuit administrationem pecuniæ quam ad victum suum, & discipulorum habebat: erat enim Christus pauperrimus, non habens vbi caput reclinaret supra octauo, & Luc. nono, mulieres autem quædam deuotæ de Galilęa dabant ei pecuniam ad sumptus Luc.
H octauo, & Marc. decimoquinto, etiam alij ministrabant ei in aliquo, hanc autem pecuniam recipiebat Iudas Christo iubente. vnde dicitur Ioannis duodecimo, quòd ipse habebat loculos Christi. sic etiam Ioannis tertio dicitur, quidam putabant, quia loculos habebat Iudas, quia dicit ei Iesus eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum, & in hoc quædam familiaritas erat Christi ad Iudam cum committeret ei pecuniam expendendam. Hoc autem ad alios homines aliquid esset, ad Christum autem nihil, qui de pecunijs curam nullam agebat, potissime cum sciret, quod Iudas furabatur pecuniam, quæ offerebatur ei, Ioannis duodecimo, & tamen ad ostendendum Iudæ ingratitudinem ali-
I quid erat, quia cum Christus istud signum familiaritatis, etiam vltra magna beneficia ostendisset, magis videbatur ingratus, & vituperabilis, quod de Christo talia cogitasset.

Quare dicitur hic de Iuda, qui tradidit eum. Vbi
quod tunc ingratitudo maxime appa-
ret cum beneficio coniungitur. Et
quod bonum non est nisi a
Deo. Quæst. XLII.

QVAERETVR quare dicitur hic, qui tradidit eum.

Dicendum, quòd vbicunque ponuntur nomina Apostolorum omnium dicitur
K hoc de Iuda, & fuit propter multa.

Primo ad ostendendum rei veritatem, quia ita fuit, quòd iste eum tradidit: cum enim esset vnus de duodecim, vt videtur, auaritia ductus tradidit Dominum suum triginta argēteos recipiēs, vt omnibus ergo innotescat, omnes Euangelistę istud expresserunt, vt patet hic, & Marc. tertio, & Luc. sexto.

Secundo fuit ad ostendendum completam esse Prophetiam: ita enim de Christo pręnunciatum erat, quòd vnum ex suis eum traditurus esset Psalmo quadragesimo, scilicet, & enim homo pacis meę, in quo speraui, qui edebat panes meos super me magnificauit supplantationem, & quia hic ponuntur nomina duodecim, Apostolorum quos Christus

maxime

maxime familiares sibi habuit supra cæteros homines, & de quibus ipse dixit vos estis, qui permansistis mecum in tribulationibus Luc. vigesimosecundo. & ponitur ibi nomen Iudæ. Hic debuit ostendi, quod ipse tradidit eum, vt videatur, quòd ille, qui constitutus erat in Apostolum eum tradidit, & sic Prophetia impleta est. Tertio fuit ad ostendendam ingratitudinem, quia nunquam melius apparet ingratitudinis magnitudo quàm vbi ingratitudo, & beneficiū simul sunt propter oppositionem, sed hic ponitur beneficium quod Christus Iudæ contulit constituendo eum vnum de 12. principibus Ecclesiæ, & in gradu altissimo cum Apostolatus sit dignitas maxima Ecclesiæ prima Corint. 12. & ad Ephe. 4. in nullo ergo loco melius ponitur, quòd tradidit Dominum quàm hic, vt maxime videatur ingratitudinis magnitudo cum tantum beneficium susceperit. Quarto fuit ad
B differentiam alterius Iudæ, quia fuit alius Iudas Apostolus, qui dicitur Iudas Iacobi vir sanctissimus Luc. 6. & Actu. 1. quando ergo communiter dicitur, quòd Iudas tradidit Dominum, vt videatur quis fuerit iste Iudas, & vt non imponatur hoc scelus Iudæ Iacobi viro sanctissimo, exprimitur, quòd Iudas Scariothes fuit, qui tradidit eum: & ideo hoc supposito quando Euangelistæ loquuntur postea de traditione Domini vocant Iudam absolute, vt infra 26. & Mat. 14. quasi iam notum sit quis esset iste Iudas, Ioannes tñ, quia non posuit nomina 12. Apostolorum, sicut Matthæus, Marcus, & Lucas, & sic non potuit ponere istam no-
C tificationem de Iuda, quando postea loquitur de eo in traditione Domini exprimit aperte quis fuerit, vt Ioan. 12. dicitur, dicit ergo vnus ex discipulis Iudas Simonis Scariothis, qui erat eum traditurus, & sic ostendit eum differre a Iuda Iacobi.

Quinto fuit ad ostensionem bonitatis aliorū Apostolorum, quia cum ponantur omnes 12. & de isto solo exprimatur hoc malū innuitur, quòd cæteri boni erant, & nullum malum erat, quòd de ipsis scribi posset. hoc innuitur Ioan. 6. quando Petrus nomine 12. Apostolorum dixit Domine verba vitæ æternæ habes, & nos cognouimus, & credidimus, quia tu es Christus filius Dei, & Christus dixit nonne ego vos
D 12. elegi, & vnus ex vobis diabolus est, quasi dicat, ego scio, quòd creditis in me, quia ego elegi vos: tamen vnus ex vobis est diabolus, & ille non credit, & sequitur, dicebat de Iuda Simonis Scariothis. hic enim erat traditurus eum cum esset vnus de 12. sic etiam innuitur Ioan. 13. cum Christus dixit vos mundi estis, sed non omnes: & sequitur sciebat enim quisnam esset, qui traderet eum, propterea dixit non estis mundi omnes, & sic clare ostendit, quòd nulla macula erat in eis, nisi in illo solo: ita ergo omnes Euangelistæ de hoc solo malum scripserunt omnibus simul positis, vt innuatur, quod cæteri boni erant.

Sexto fuit ad nostram eruditionem, & excusationem congregationum nostrarum, scilicet, vt licet aliquando in congregatione bonorum aliquis malus
E inueniatur: non ideo putetur, quòd ista congregatio non est a Deo, quia vere a Deo est quælibet congregatio vbi boni aliqui sunt etiam si mali multi sint, cū bonum non possit esse, nisi a Deo, & ostendit in seipso cum ista congregatio paucorum hominum, quę ab eo specialiter facta fuerat, adhuc vnum pessimum virum haberet, qui merito diabolus dictus est.

Sciendum, quòd Ioannes diligentius fecit differentiam Iudæ proditoris a Iuda bono quàm cæteri Euangelistæ, quia alij vocant istum Iudam Scariothem, & alium vocant Iudam Iacobi, sed ista non

A faciunt omnimodam differentiam, quia Iudas Iacobi habet cognomen a cognatione, Iudas Scariothes a loco, & sic poterat esse idem Iudas Iacobi, & Scariothes. Ioannes autem dixit Iudas Simonis Scariothis. Ioannis sexto, & duodecimo, est Simonis cognomen a cognatione, vt sicut alius vocatur Iudas Iacobi, idest, frater Iacobi, ita iste vocatur Iudas Simonis, idest, filius Simonis, & additur Schariothes, vt sciatur, quòd Iudas Iacobi non sit Scariothis, sed Iudas Simonis, & sic est perfecta differentia inter eos.

Quare Christus elegit Iudam in Apostolatum cum proditurus esset eum qui semper fuit malus. Et quòd fuit conueniens, quòd Christus ab aliquo de suis traderetur. Quæst. XLIII.

Quaeritur, quare Christus elegit istum Iudam in Apostolum cum proditurus esset eum.

Aliqui putant, quòd incertum erat an traditurus esset eum: ideo assumptus est cum cæteris.

Sed isti non sunt audiendi, quia Christus sciebat omnia cum esset Deus, ita dixerunt ei Apostoli, nūc scimus, quòd scis omnia, & non est opus, quòd quis te interroget Ioan. decimosexto, & sic ipse sciebat quid homines haberent in corde suo, & sit quid boni,
C aut mali cogitarent, & sic cauebat ab eis quando volebat. sicut dicitur Ioan. secundo, ipse autem Iesus nō credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine: Ioan. secundo, & sciebat specialiter omnia, quæ futura erant in eo, & quid passurus esset. Io. 18. c. Iesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant super eum & c. sciebat etiam de Iuda, quòd traditurus esset eum, & prænunciauit, quòd vnus de 12. traderet eum. Ioan. decimotertio, & dixit specialiter Iudæ quod facis fac citius: ergo non est cogitandum, quòd Christus hoc nesciret.

Alij dicunt, quòd Christus hoc futurum esse scie-
D bat, & tamen, quia Iudas erat bonus a principio accepit eum. accidit autem postea, quòd Sathanas tentaret eum. Ioann. decimotertio. & sic vendidit Dominum.

Dicendum, quòd falsum est, quòd Iudas semper fuit malus: nam cum Christus instituisset eum dispensatorem pecuniæ, quæ tradebatur ei, furabatur pro se, ea quæ dabantur Christo. Ioan. duodecimo, dixit autem hoc nō, quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat, & sic antequam Sathanas tentaret eum erat sibi in consuetudinem furandi pecunias Domini, immo Sathanas ex hac parte habuit occasionem tentandi eum, scilicet, quia fur erat, & auarus, & hac vice furari non potuit quando vnguen-
E tum super pedes Domini fusum est. Ioan. duodecimo, etiam multo ante hoc Iudas malus erat, & non credebat, ea quæ Christus prędicabat: ideo quando recedentibus multis discipulis a Christo, quia dixerat, nisi manducaueritis carnem meam &c. diceret ad duodecim, nunquid & vos vultis abire, & Petrus nomine omnium dixisset, Domine quo ibimus? verba enim vitæ æternæ habes, & nos cognouimus, & credidimus, quia tu es Christus filius Dei: dixit Christus nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? idest, scio quòd creditis in me, quia ego elegi vos, & tamen vnus ex vobis diabolus est, quasi dicat, vos omnes creditis, ille tamen

le tamen vnus non credit, sed opera diaboli facit: erat ergo Iudas semper malus, & licet talem eum Christus sciret, tamen elegit cum cęteris.

Dicendum, quòd hoc Christus sciuit, voluit tamen facere, vt implerentur scripturæ, fuerat prænunciatum de eo, quòd ille, qui manducabat cum eo traderet illum Psalmo quadragesimo, qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem, & ita ipse Christus innuit dicens, qui intingit manum mecum in paropsidem hic me tradet infra vigesimosexto, & innuit immediate, quòd hoc fiebat, vt implerentur scripturæ dicens, filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo, væ autem homini illi per quem tradetur, necesse erat tamen, quòd implerentur scripturæ, sicut ipse dixit eodem capi. possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quàm duodecim legiones Angelorum, sed quomodo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri, Quod magis patet Ioannis decimotertio, vbi Christus loquens de Iuda, qui tradebat eum ait, vt adimpleantur scripturæ, qui manducat mecum panem leuauit cōtra me calcaneum suum, & tamen nemo haberet consuetudinem manducandi cum Christo, nisi esset familiaris eius continuus, scilicet, discipulus, vel Apostolus: ideò in alterum istorum debuit assumi Iudas ad hoc, quòd posset istud efficere, & potius in Apostolum quàm in discipulum, quia isti erant magis familiariter cum Christo manducantes, & bibentes.

Secundo fuit, quia iste erat modus conueniens, nam cum Christus tradendus esset Iudæis, & ipsi non auderent eum publice capere propter metum populi infra vigesimosexto, scilicet, ne forte tumultus fieret in populo; oportuit quòd per noctem eum caperent, Christus tamen per noctem non dormiebat in vrbe, sed foris in campo: nemo autem poterat ita bene scire loca in quibus ipse manebat, sicut ipsi, qui cum eo erant: fuit ergo cōueniens, quòd ab aliquo de suis traderetur. hoc autem apparet.

Primo, quia Iudas dixit Iudæis quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? infra vigesimosexto, in quo innuebat, quòd non erat facile Iudæis illum capere, quia alias frustra Iudas offerret se ad tradendum eum, nec peteret precium.

Secundo, quia Iudæi dederunt ei pecuniam, & tamen si ipsi sine ministerio Iudæ potuissent faciliter Christum, tenere non dedissent ei pecuniam.

Tertio, quia omnes ministri missi a Iudæis ad tenendum Christum secuti sunt Iudam: ipse enim dirigebat eos infra vigesimosexto, & sic videtur, quod illi nesciebant locum.

Quarto patet, quia Ioannis decimooctauo, dicitur, sciebat autem Iudas, qui tradebat eum locum, quia frequenter Iesus venerat illuc cum discipulis suis, & sic videtur, quòd alij nesciuissent locum, in quo Christus erat, nisi Iudas ostendisset eis, ista ergo fuit præcipua causa.

Quinto fuit propter agnitionem Christi, quia ministri Iudæorum non bene agnoscebant Christum maxime per noctem: ideo Iudas dedit eis signum dicens, quemcunque osculatus fuero ipse est, tenete eum. infra vigesimosexto. Modus ergo conueniens fuit, quòd Christus a suo discipulo traderetur, quia melius, idest, magis conuenienter, & determinate poterat istud nefas perpetrari quàm per alium: etiam in malis agendis quædam industria, & aptitudo necessaria est, quam Aristotel. astutiam

F vocat sexto Ethicorum capitu. decimosexto. Tertio quantum ad principale fuit ad ostendendum, quòd Christus istam mortem voluntarie subijt, & præsciuerat illum, poteratque euitare, sed noluit, cum sæpe ipse diceret discipulis, vnus ex vobis me traditurus est. Ioannis decimotertio, & multo ante hoc Christus idem significauit dicens. vnus ex vobis diabolus est. Ioannis sexto: cum ergo totum instrumentum mortis Christi fuerit discipulus eius, & Ipse præsciuisset hoc, etiam si purus homo esset poterat rogare discipulum illum, vel taliter agere cum eo ne ab eodem traderetur, & tamen noluit. ergo apparet, quòd spontaneus mortem istam subijt. si autem traderetur per aliquem alium extraneum non appareret,
G quòd tam voluntarie mortem istam subiret, cum nō esset tam facile ei si purus homo esset, sicut si a discipulo suo tradendus esset.

Quarto fuit ad ostendendum immensam mansuetudinem, & viscera misericordię Christi. fuit quippe ineffabilis siquis digne aduertat, scilicet, quotidie comedere, & cum illo bibere, & beneficia magna præstare ei, de quo sciebat, quòd ipsum ad mortem tam iniustam traditurus esset, nec turbabatur vultus eius aduersus illum, sed cum omni mansuetudine eum tolerabat, & dulciter loquebatur illi, nec se in aliquo subtrahebat ab eo quem tamē sciebat esse virum nequissimum, & siquis diligenter cogitauerit arbitror non poterit de Christi misericordia, etiam
H commissis grauibus rebus diffidere.

Quinto fuit ad instructionem nostram, vt si quando malis necesse sit conuersari, eos patienter toleremus. sic dicit Augusti. decimotertio de ciui. Dei. habuit inter eos vnum quo malo bene vtens, vt suę passionis impleret dispositum, idest, dispositionem, & Ecclesiæ suæ tolerandorum malorum præberetur exemplum: de hoc etiam Rabanus dicit eligitur autem Iudas proditor non per imprudentiam, sed per prouidentiam, susceperat quidem hominis infirmitatem, & ideo ne has partes recusauerit fragilitatis humanę voluit ab Apostolo suo tradi, vt tu a sociotuo proditus moderate feras tuum errasse iudicium, & perijsse beneficium.

I Considerandum tamen, quòd Christus licet sciret se a Iuda tradendum, non per hoc incitabat eum ad hoc scelus, sed potius quantum iuste fieri poterat distrahebat. nam aliquando mala dicebat, ita vt Iudas intelligere posset, vt quando dixit vnus ex vobis diabolus est. Ioan. sexto: etiam quando dixit vnus ex vobis me traditurus est. Ioannis decimotertio, & cum dixit, qui intingit mecum manum in paropsidem hic me tradit infra vigesimosexto, ita vt Iudas tunc diceret quasi se excusando, nunquid ego sum? & Christus ait tu dixisti, idest, ego non assero, tu videas an verum sit. per quæ sufficienter detrahebatur a concepto malo si infęlix aduertere voluisset: distrahebat etiam eum consideratio impen-
K sorum beneficiorum, quia etiam si nihil aliud esset mansuetudo, & benignitas, & familiaritas Christi quam erga eum ostendebat, cum eum vnum de duodecim fecisset, a malo cor illius diuertere debuisset, sed præualuit Sathanas, & hæc omnia post tergum abiecta sunt.

Sed dices, poteratne Christus eum ab hoc malo diuertere? Fateor poterat si voluisset. nam & poterat mortem euadere, mori tamen venerat: nec enim Christus agere debuit omnia, quæ facere poterat, quia sic nemo peccaret, nemo periret, & etiam qui perierunt saluarentur. Deus tamen non disposuit agere quidquid potest, quia tunc frustra esset ipsum esse iustum: sufficiebat enim esse poten-

tem,

tem, egit ergo Christus cum Iuda non quidquid absolute potuit, quia sic etiam nunc posset eum saluare, sed quantum ęquum, & bonum fuit fieri distrahēdo eum a peccato, obseruato ne maius scandalum causaret, quod forte fieret si Christus diceret Iudę tu me tradis, ideo non facias, quia per hoc valde scandalizaretur Iudas, cum in isto verbo constitueret eum hostem capitalem, & per hoc Iudas non cessaret, negaret enim verum esse, quod Christus dicebat, & exequeretur, quod conceperat, nisi Christus vellet interius tangere cor eius auferendo ei istud prauum desiderium, hoc tamen erat diuinitus operari, ideo hoc non fecit: doluit tamen valde Christus de miserabili exitu Iudę, quia & illum tradidit, & seipsum æterna B morte damnauit, sic enim fuit pro Ierusalem, nam Christus videns ciuitatem fleuit super illam dicens, si cognouisses & tu quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Lucę decimonono capitulo, compatiebatur enim Christus illi ciuitati, quia peritura esset, ita vt ex quadam intima compassione lachrymaretur pro illa, fecit etiam quantum potuit humanitus fieri ad hoc euitandum, nam dixit Ierusalem quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti, ecce relinquetur vobis domus vestra deserta, idest peribit ista ciuitas, & templum infra vigesimotertio capitulo, Lucæ decimotertio capitulo, poterat tamē Christus absolute si voluisset facere ne perijsset C Ierusalem, & non opus erat lachrymari pro ea, & tamen lacbrymabatur, quasi iam fecisset quidquid facere poterat de bono, & ęquo, & non potuisset auertere malum ipsorum, & ita solum restabat ei ex compassione lachrymari, ita etiā pro Iuda factum est, sed iniquitates suæ diuiserunt inter eum, & Deum, ita vt iam Christus tanquam homo, & mater, & prædicator non potuerit eum a concepto malo diuertere, sed doluit quia ille infęlix sic periret.

Hos duodecim misit Iesus, præcipiens eis, & dicens. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueri- D tis, sed potius ite ad oues, quæ perierunt do-

Mar. 6. Luc. 9. 10. mus Israel. Euntes autem prædicate dicentes, quia appropinquabit regnum cęlorum. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eijcite, gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neque argētum, neque pecuniam in zonis vestris. Non peram in via, neque duas tunicas, neq;

Luc. 10. Marc. 6. Luc. 9. 10. calciamenta, neque virgam. Dignus est. n. operarius cibo suo. In quamcunque autem E ciuitatem, aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis. Intrantes autem in domum

Luc. 10. salutate eam dicentes. Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna, ueniet pax vestra super eam, si autem non fue-

Mar. 6. Luc. 9. 10. 3. q. 1. cap. nonne. Infra 11. rit digna pax vestra reuertetur ad vos. Et quicunque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de do-

A mo, vel ciuitate excutite puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorræorum in die iudicij, quam illi ciuitati. Luc. 10.

Hos duodecim. Hic traditur Apostolis doctrina, & forma doctrinę. Et primo quātum ad locum in quo docerent. Secundo quantum ad id quod docere deberent, ibi. *Euntes autem.* Hic tradit Apostolis doctrina, & forma doctrinæ.

Circa primum dicitur. *Hos duodecim misit Iesus.* Scilicet ad prædicandum, nam ad hoc eos instituit.

B *Præcipiens eis, & dicens eis in viam gentium ne abieritis.* Ostendit eis quibus prædicarent. s. solis Iudęis, & non Gentilibus, nec Samaritanis, & dicitur in viam gentium ne abieritis. i. ne eatis ad terram Gentilium ad prædicandum.

Et in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Erant aliquę ciuitates Samaritanorum inter Iudæos, & in illas iubebat Christus ne ad prædicandum introirent.

Sed potius ite ad oues, quæ perierunt domus Israel. Idest ite ad Iudęos qui sunt de domo Israel, & sunt oues perditę, ad hos oportet, quod eatis ad reducendum ad agnitionem veritatis per prædicationem verbi.

C *Quare Christus Apostolis iussit nunc in litera non ire ad prædicandum Gentilibus cum postea præceperit prædicare omnibus gentibus.*

Quæst. XLIIII.

QVAERITVR quare Christus iussit nunc nō ire ad prædicandum gentilibus, cum postea præceperit prędicare omnibus gentibus infra 28. & Mar. 16.

Dicendum, quòd primo fuit ad auferendam Iudęis occasionem murmurandi, & abijciendi Christū, nam Messias de gente Iudęorum erat, & ad ipsos pertinebat, & promissio ipsis facta fuerat, sic dicitur ad Roman. nono, qui sunt Israelitæ quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & D obsequium, & promissa, quorum patres ex quibus Christus secundum carnem. si autem Iudęi viderent quòd Christus prędicabat gentilibus, vel mittebat discipulos ad prædicandum eis dicerent, iste non est Messias noster: Christus autem voluit auferre eis omnem occasionem scandali, ideo ad eos solos discipulos misit, & ista fuit causa præcipua, sic dicit Hieronymus super Matthæ. oportebat primum aduentum Christi nunciari Iudęis, ne iustam haberent excusationem dicentes, ideo se dominum reiecisse, quia ad gētes, & Samaritanos Apostolos miserit, & vere mirarentur Iudæi si Christus iret ad prędicandum gentibus, vel illuc mitteret discipulos, sic patet Ioa. 7. cum dixit quęretis me, & non inuenietis, & vbi ego sum E vos non potestis venire, & ipsi quasi admirantes dixerunt, quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? nunquid in dispersionem gētium iturus est, & docturus gentes? dicebant ei hoc tanquam incōueniens, & de quo valde admirarentur si hoc faceret. Secundo fuit (vt aliqui volūt) ad exercitationem Apostolorū. s. quod antequam mitterentur per totum orbem exercitarentur inter Iudæos, sic dicit Chryso. ideo primo eos ad Iudęos mittit, vt quasi in quadam palęstra in Iudęa exercitati ad agones orbis terrarum intrarent, & velut quosdam pullos debiles ad volandum eos inducens.

Sed istud non est sufficiens causa, quia verum est, quod discipuli antequam mitterētur ad prædicandum per

totum orbem debuerunt exercitari inter Iudæos, & non erat nunc tempus dispergendi eos per orbē, quia sic prius Christus occideretur a Iudæis, quam illi redirent ad eum, & tamen quandiu Christus vixit debuerūt Apostoli cum eo semper manere, vt addiscerent, & viderent omnia gesta eius, quæ postea prædicarent per orbem, vt innuitur Act. 1. ergo, sic debuerunt exercitari in prædicatione, quòd mitterentur a Christo ad loca propinqua, vt euntes cito ad ipsum redire possent, & quia Christus erat in Iudęa poterat conuenientius hoc facere prædicando Iudæis, quam Gentilibus, enim tamen essent multa loca Gentilium intra terram Iudęorum ad quæ interdum citius iri poterat, quam ad ista loca Iudæorum non iterū Apostoli ad prædicandum, non facit ista causa, quia poterant ibi exercitari prædicando, & redeundo ad Christum, sicut prædicandum inter Iudæos. Tertio fuit, quia Christus non veniebat ad prædicandum personaliter nisi Iudæis, sicut ipse dixit infra 15. nō sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel ad prædicādum, nisi istis, & quia Christo viuente non erat decens, quod tenerent alium modum prædicandi discipuli eius, quam ipse. sicut ipse non prædicauit, nisi Iudæis, ita nec debuerunt prædicare eo viuente discipuli eius. Quarto fuit propter honorem quēdam legis, & gētis Iudęorum. & vt essent minus excusabiles, erat enim Christus de gente Iudæorum, secundum carnem: debuit ergo honorare gentem suam. & maxime super legē & Prophetas, quia omnia fuerunt in gente illa. hunc ergo honorem Christus illis exhibuit, quòd non solum eis primo, sed etiam eis solis a principio prædicauit, cum autem noluerint recipere illam erāt iam minus excusabiles, quia tantam diligentiam contra illos, & honorem eis Christus impenderat, sic dicit Hilarius legis lectio obtinuere priuilegium euangelij, debebat ob hoc minus Israel sceleris sui excusatio, nē habiturus, quod plus sedulitatis sua admonitione sensisset. Quinto fuit, quia futurum erat, quòd Iudæi repellerent prædicationem Christi, & Apostolorum, & transituri erant Apostoli ad gentes, vt ergo rationabilior videretur iste transitus cōueniens fuit, quòd ista magna diligentia adhiberetur contra eos prædicando ipsis solis Iudæis, sicut dicit Gregorius, prius soli Iudęæ voluit, & postmodum Gentilibus prædicare, quatenus redemptoris nostri prædicatio a propriis repulsa Gentiles populos, quasi extraneos quereret. Sexto fuit ad ostendendum maiorem Christi benignitatem, scilicet quòd cum Iudęi signa eius dęmonijs ascriberent, ipse contumeliam passus non solum non reliquit eos, sed etiam maiorem honorem eis impendit ipsis solis prædicando, sic dicit Chrysost. ne extimarent, quia Christo conuitiabantur, & dęmoniacum eum vocabant, quod propter hoc eos odio haberet, primum eos emendare studuit, & ab omnibus alijs discipulos abducens eis medicos, & doctores misit, & non solum prohibuit alijs annunciare antequam Iudęis, sed nec viam quę ad gentes fert, pertingere concedebat.

Quare Christus iussit post mortem discipulis prædicare gentibus. Et qui ordo fuit prædicandi discipulorum.

Quæst. XLV.

QVAERETVR quare Christus post mortē iussit discipulis prædicare gentibus.

Dicendum, quod fuit. Primo, quia Christus non solis Iudęis venerat, sed etiam gentilibus, sic fuerat dictum de eo Genesi. quadragesimonono capitulo, ipse erit expectatio gentium, & Isa. vndecimo capitul,

F in ipso gentes sperabunt, & hoc est, quia plures de gētilibus ad ipsum conuersi sunt, quam de Iudęis. Hoc autem non potuit, nisi per prædicationem fieri, quia fides ex auditu est, ad Roman, decimo capitulo, scilicet quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante? quasi dicat nō poterunt, sed Christus viuens non permiserat Apostulis prædicare Gētilibus, ergo oportuit, quòd Christus post mortem iuberet eis prædicare Gentilibus, & nunc illa cessabat, quia iam non poterant Iudæi repellere Christum, quasi non esset Messias, licet discipuli sui prædicarent Gentilibus, cum ipse viuens semper Iudęis prædicauerit, & etiam discipuli eius, nunc G autem quasi repulsa doctrina Christi, cum illum occidissent, iuste poterant Apostoli gentilibus prędicare, & ita Christus dixit. ite per mundum vniuersum; & prædicate euangelium omni creaturę.

Sciendum tamen, quòd adhuc Christo mortuo non recesserunt prorsus Apostoli de Iudęa ad prædicandum gentibus, quia prius prædicauerunt Iudæis, & quousque ipsi repulerunt eos non iuerunt ad gentiles dimissa Iudæa, sic patet Actuum decimotertio capitul. cum dixerunt Paulus, & Barnabas Iudæis, vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes, sic enim Christus H voluerat, quod prius prædicaretur in Iudæa Act. primo capitu. eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa. & Samaria, & vsque ad vltimum terræ nam iuxta ordinem istorum verborum fuit ordo prædicandi, nam post Christi ascensionem prius Apostoli prædicauerunt in Ierusalem, & conuerterunt plurimos, quia Petrus conuertit in primo sermone die Pētecostes tria millia. Actuum secundo, & tertio capit. deinde per totam Iudæam prædicabant, & post aliquantum tempus, aliqui de discipulis prędicauerunt in Samaria, & conuerterunt gentem, vnde dicitur Actuum octauo capitu. cum audissent Apostoli, qui erant Hierosolimis, quòd recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Ioannem, post hoc I autem cum Iudęi essent valde obstinati, & persequerētur prædicantes, Apostoli recesserunt inde saltem plurimi, quia Iacobus Alphęi, qui erat Episcopus Ierusalem semper ibi mansit, & ibi tandem occisus est, & ita Christus voluerat, quod Apostoli nunquam desinerent prorsus prædicare Iudæis quousque ipsi omnino expellerent eos, sic.n. dixerunt Paulus, & Barnabas Actuum decimotertio cap. quoniam repulistis illud ecce conuertimur ad gentes, sic enim pręcepit nobis dominus, scilicet quod iremus ad gentes postquam vos repelleretis nos, per hoc autem fuit ablata Iudęis omnis occasio murmurandi de Christo, & discipulis, quòd prędicarent gentibus, cum iam ipsi nollent audire eos, nam aliàs scandalizarentur, immo & sic fuerunt scandalizati cōuersi de Iudaismo ad Chri- K stum, quando Petrus prædicauit gentilibus, & baptizauit eos Actu. 11. s. cum ascendisset Petrus Ierosolymam disceptabant aduersus illum qui erant ex circūcisione dicentes, quare introisti ad viros præputium habentes, & Petrus fecit ibi longam excusationem ostendens, quòd a Deo compulsus egisset, & conclusit dicens: si ergo eandem gratiam dedit illis Deus, sicut & nobis qui credidimus in dominum nostrum Iesum Christum, ego quis eram, qui possem prohibere Deum: his auditis tacuerunt, & glorificauerunt Deum dicentes, ergo & gentibus Deus pęnitentiam ad vitam dedit,

An

An erant inconueniens, quòd Christus nunc subtraheret verbum prædicationis a gentilibus. cum sine fide impossibile est Deo placere. Et quòd nemo, sine lege Christi nunc potest saluari, tametsi ante Christi mortem gentiles poterant saluari sine eius lege. Quæst. XLVI.

QVAERITVR an erat inconueniens, ꝙ Christus nunc subtraheret verbum prædicationis a gentilibus.

Aliqui dicunt, ꝙ inconueniens erat, quia Deus nõ est acceptor personarum. Actu. 10. quia tamen faceret prædicari verbum suum gentibus quibusdam, & alijs prædicare vetaret, personarum acceptio erat, & tamen apud Deum non est distinctio Iudæi, & Græci, sed Deus diues est in omnes ad Roma. 10. etiam, quia in Christo non est masculus, nec fœmina, seruus nec liber, Barbarus nec scitha ad Col. 3. ergo non est differentia apud Deum inter Iudæos, & gentiles, ergo nõ debuit vetari prædicatio gentilibus.

Secundo patet, quia ea quæ sunt de necessitate salutis ęternę nemini sunt subtrahenda, quia tunc charitas non esset ad omnes: fides autem est huiusmodi, quia sine fide impossibile est placere Deo ad Hebrę. 11. ergo nulli subtrahenda est, non potest tamen haberi fides sine prædicatione ad Ro. 10. quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo autem audiẽt sine prædicãte? ergo nulli subtrahenda est prædicatio, nisi ipse repellat illam, sicut dixerunt Paulus, & Barnabas Iudæis Actuum 13. oportebat primum vobis loqui verbum Dei, sed quoniam repulistis illud ecce conuertimur ad gentes.

Dicendum, ꝙ non fuit aliquod inconueniens non prædicare gẽtilibus hoc tempore. Primo, quia Christus fecit hoc ad vitandum scandalum ne Iudæi eum iuste repellerent, & tamen veritas doctrinę relinqui potest ad tempus ne scandalum oriatur, veritas enim vitæ, nunquam est omittenda propter scandalum, & tamen veritas doctrinę, & disciplinę interdum omittuntur ad vitandum scandalum at. 5. di. c. vt constitueretur, & extra de reg. iuris, c. qui scãdalizauerit in glo. ideo non solum gentilibus quibus, nunquam fuerat prædicatum iuste nunc non prædicaretur, vt euitaret scandalum, sed etiam subtraheretur eis prædicatio ad tempus, vt euitaretur huiusmodi scandalum si iam eis cępisset prædicari.

Secũdo, quia ista prædicatio, quæ facta est Christo viuente magis fuit, vt exordium prædicationis ad colligendum prædicatores, quam ad faciendum credentes, scilicet quia Christus nunc volebat multos prædicatores colligere, qui post mortem suam vbique prędicarent, & quia isti prædicatores eligendi erant de Iudæis, & non de gentilibus, vt videretur, quod bonũ incipiebat a Iudęis, sicut Christus dixit Ioan. 4. salus ex Iudæis est, fuit conueniens eis prædicare a principio, & non fuit opus prædicari gentibus, quia nulli nunc cõuertendi erant de illis, qui essent principes prædicationis, licet multi postea fuerint, sic dicit Gregorius erãt etiam tunc, qui de Iudæa vocandi essent, & de gentibus vocandi non essent, ideo prius soli Iudęę voluit, postmodum autem gentibus prædicare.

Tertio, quia nullum inconueniens erat nunc non prædicare gentilibus, quia quod Christus vellet prius prædicare isti genti, quam illi nulli faciebat iniuriam, quia alicubi inchoandum erat, secus autem si iuberet, quod nunquam prædicaretur illis, quia tunc videretur aliqualis causa querelę, & tamen etiam nõ essent, quia tunc conqueri possent, quod Deus non dederit aliquando eis legem Moysi, sicut Iudæis dedit, verum est autem, quod si non iuberet prædicari illis essent excusabiles si non crederent ea, quæ prædicabantur

A alijs, & non eis, sicur dicitur infra 20. quid statis tota die hic ociosi? & illi dixerunt, quia nemo eos conduxit, & de gentilibus intelligitur, quòd ante Christum nemo ad laborandum in vinea domini conduxerat per verbum prædicationis.

Ad primum dicendum, quòd Deus non est acceptor personarum, nec etiam potest proprie loquendo, quia acceptio personarum nũquam est, nisi in eo, qui debet distribuere aliquid aliquibus, & tenetur sequi certam formam in distribuendo, quia si tunc intuitu alicuius personę non seruaret istam formã esset acceptor personarum, Deus tamen non tenetur nobis ad aliquid, sed quidquid dat gratis dat, ideo non potest esse personarum acceptor.

B Aliter potest dici, quòd acceptio personarum attenditur in Deo quantum ad illa, quæ iam posuit sub lege: nam licet Deus non teneatur alicui legi, decreuit tamen omnibus bene agentibus dare vitam ęternam, & huic decreto stat, si autem aliquis bene agẽs non acciperet a Deo vitam ęternam, diceretur Deus saltem large personarum acceptor, & sic dicit Actu. 10. nunc noui in veritate, quòd non sit personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui facit iustitiam acceptus est illi, idest dat vitam ęternam homini bene agenti de quacunque gente sit. quòd autem prædicaretur lex Christi tali, vel tali genti non erat sub aliqua lege, ideo licet vni genti prædicaretur, & non alteri, esset personarum acceptio.

C Ad secundum dicendum, quod non est subtrahendum alicui id, per quod potest credere, & ideo, nec etiam gentilibus subtrahenda erat prædicatio Christi, nec subtracta est cum iusserit prædicari omni creaturę Marc. 16. quòd tamen hoc tempore non prædicaretur, & postea prædicaretur, non differebat, quia non erat simpliciter necessarium gentilibus ad salutem, quòd illo tempore quo Christus viuebat prædicaretur eis lex eius, quia tunc etiam esset necessarium, quòd omnibus temporibus prioribus fuisset prædicata, potuerunt tamen illis temporibus sine hac prædicatione saluari, ergo etiam possent Christo viuente si non prædicaretur eis.

Aliter potest dici, quòd etiam si Christus vetaret D in ęternum prædicari legem suam gentilibus, & nunquã prædicaretur, sed solis Iudæis, non erat inconueniẽs, quia poterant sine illa saluari, nam ideo nunc nemo sine lege Christi saluatur, quia ipse iussit eam toti sęculo prædicari, & qui non crederet condemnaretur. Mar. 16. si autem iuberet, quòd non prædicaretur gentilibus, non tenerentur ipsi credere, nec legẽ illam obseruare, & sic possent sine ea saluari.

Quod patet, quia toto tempore præcedenti ante Christum gentiles saluari poterant sine lege Christi, quia nondũ fuerat prædicata, ita & postea saluarentur sine ea si Christus vetaret eã illis prædicari. Cum aũt dr̃, ꝙ sine fide impossibile est placere Deo. Verũ est si quis nullã fidem hẽre vellet, sufficiebat tñ homini de Deo E sentire ea, quæ naturaliter sentiri poterãt, & si aliquid vltra reuelaret, ꝙ non dissentiret ei, & ista fides sufficiebat gentilibus anteq̃ prædicaretur eis euangeliũ. si ergo Christus vetaret eis illud prædicari sufficeret eadem fides semper, & ista est, per q̃ Deo placerent, & saluarentur, & non est necesse, ꝙ aliquis prædicet ad hoc, ꝙ hõ hẽat istã fidẽ, quia naturaliter hẽri põt ad Ro. 1. inuisibilia Dei, &c. Cum aũt dr̃ ad Ro. 10. quõ credent in quẽ non audierunt. Dicendũ, ꝙ intelligiẽ de fide explicita, & determinata sub certis articulis qualẽ nos nũc habemus, & tñ ista nõ erat simpliciter necessaria ad salutem, quia toto tpe añ Christũ saluati sunt hoĩes non hñtes istam fidẽ, sic explicitã: nunc aũt est necessaria ex eo, ꝙ iã prædicata est, & nemo posset

sine illa saluari, & sic poterant Gentiles saluari etiā si nunq̄ fuisset eis prędicatum euangelium, quia poterant sine illo hēre fidem, quæ sufficit ad salutē licet illa non sit ita determinata, sicut ea q̄ nobis prędicata est.

Quare Christus iussit Apostolis non intrare in ciuitates Samaritanorum, & an licebat intrare in illas discipulis ad prædicandum. Quæst. XLVII.

QVAERETVR quare Christus iussit Apostolis non intrare in ciuitates Samaritanorum, & an licebat intrare in illas discipulis ad prædicandum cū liceret tamen intrare in eas ad manducandum. Patet hoc, quia Christus intrabat sæpe in ciuitates Samaritanorum ad manducandum, vel saltem mittebat discipulos, vt de ciuitatibus ipsis cibos sibi adducerent, nam Christus sępe ibat, & redibat de Iudæa in Galilæam, & ad hoc oportebat eum transire per loca Samaritanorum. & sic cum Christus transire per loca Samaritanorum oportebat, ꝙ cibos acciperent de locis Samariæ, sic dicitur Ioā. 4. venit Iesus in ciuitatem Samariæ, & fatigatus ex itinere sedebat super fontem discipuli enim eius abierant in ciuitatē, vt cibos emerent, iterū etiam cum Christus de Galilęa in Iudęā rediret pręcepit discipulis, vt pararent ei cibos in quadā ciuitate Samaritanorū, & illi intrauerunt, sed quando Christus venit noluerunt ciues eū recipere, nec etiā cibos dederūt Luc. 9. & sic iam discipuli intrauerant, & Christus intrare volebat: nō ergo erat vetitū eis intrare in ciuitatem Samaritanorū pro cibis, vel ad alia necessaria, sed solū vetabat intrare ad prędicādū, nā de prędicatione Christus nunc loquebatur: Iudæis, ēt non erat illicitū intrare in ciuitates Gentiliū, & Samaritanorum, sed solum mādncare cū eis, & habere cōmunionem in doctrina, liceret ergo hoc Apostolis. Sed obiicietur, quia Christus prędicabat Samaritanis nam Ioā. 4. dr̄, ꝙ duobus diebus māsit in vrbe Samarię, & multi crediderunt in eum propter sermonem eius, ita ergo liceret discipulis.

Dicēdum, ꝙ Christus nō prędicabat gētilibus, nec Samaritanis, nec volebat facere illis miracula, interdum tn̄ pp magnā importunitatē hoc faciebat, & solū bis legitur hoc fecisse. s. semel Chananęis, & semel Samaritanis, de Chananæis patet infra 15, de Chananæa importuna, quæ cū clamās vexaret Apostolos illi rogauerunt Christum, vt sanaret filiā eius, sed tunc nihil prędicauit, de Samaritanis patet. s. hac vice Ioan. 4. quia ad magnas preces eorum intrauit vrbē, mansitque ibi diebus duobus, & prædicauit, quia valde rogatus est ab incolis, miraculū tn̄ nullū fecit, alias autem non legitur, nec Samaritanis, nec gētilibus prædicasse.

De discipulis dicendum, ꝙ non licebat eis prædicare in vrbibus Samaritanorū cū Christus hoc vetuerit, & istud pp duo. Primo quia forte illud factum est antequam Christus nūc vetaret Apostolis intrare ciuitates Samaritanorū, & vetum est, sine dubio, quia qn̄ Christus intrauit ad Samaritanos nōdū inceperat adhuc se oīno manifestare, quia nondum Ioannēs tenebat in vinculis Io. 3. immo pp Ioannem ipse recessit de Iudæa in Galilęam, vt non esset occasio inuidię Phariseorum, & discipulorū Ioānis cōtra ipsum Ioā. 4. cum autem peruenisset in Galilæam audiuit, ꝙ Ioānes captus esset, & tunc cępit prędicare, & supra 4. & ita prædicatio Christi manifesta cępit postquam Ioānes captus est, introitus tamen ad Samaritanos fuit ante Ioannis incarcerationem, & tamen ista missio Apostolorum ad prędicandum, & prohibitio eis facta de prędicando Samaritanis fuit longo tempore, postquā Christus prædicare cęperat, ergo ille introi-
F tus Christi ad Samaritanos fuit multo tempore antę
istam prohibitionem, & sic non obstat, quia vno tem
pore licet, ꝙ alio tēpore est illicitum, vnde si eo tp̄e
Apostoli irent ad prædicandum, licuisset eis prędica-
re Samaritanis, quia nondum erat prohibitio facta.
Secundo pōt dici, ꝙ secus erat de discipulis, quam de
Christo, quia Christus nulli legi erat subditus, sed ipse
leges condebat, ergo poterat ipse prędicare Samari-
tanis, & Gentilibus, licet prohiberet discipulis prędi-
care eis. cum aūt dr̄, ꝙ non licebat discipulis Chr̄i in-
trare ciuitates Samaritanorum ad prędicandum, est
intelligendū, ꝙ ēt non licebat eis prædicare Samari-
tanis in campo, quia hic nō erat principaliter vetitus
ingressus in vrbes cum liceret intrare in eas pro cibis,
sed prædicatio erat vetita, ideo siue in vrbe, siue in cā-
G po illicitum erat prædicare illis, & tamen dixit Chri-
stus de vrbibus, quia ibi solębat fieri prędicatio, sed
non in campo.

Qui erant isti Samaritani, & de origine eorum. Et qui situs Samariæ. Et quare Samaritani obseruabant legem Moysi. Quæst. XLVIII.

QVAERETVR qui erant isti Samaritani, quibus vetitum fuit Apostolis prædicare.

Dicendum, quòd ad hoc est sciendum, qui sunt Samaritani. Et dicendum, quòd illi non erant omnino Iudæi, nec omnino Gentiles.

Quod patet, quia si fuissent omnino Iudæi non ve-
H tuisset Christus illi prædicare, cum mitteret Aposto-
los ad prędicandum Iudæis, si autem essent omnino
Gentiles non expressisset eos Christus, sed suffecisset
dici in viam gentium ne abieritis, & tamen expressit
eos, tanquam non essent Gentiles, est ergo dicēdum,
quòd Samaritani ex origine Gentiles erant, & tamen
quantum ad obseruationem erant Iudæi, non tamen
quantū ad totā obseruationē, quia tunc vocarentur
Iudæi, vel saltem aduenæ, idest cōuersi ad Iudaismū,
vel peregrini, sic enim vocat eos lex, scilicet omnis
homo de semine Israel, & aduenę qui morantur in-
ter nos, &c. Leuitic. decimoseptimo cap. idest Iudæi
ex genere, & conuersi ad Iudaismum, vel vocarentur
Proseliti, infra vigesimotertio cap. circuitis mare, &
I aridam, vt faciatis proselitum vnum. i. vt conuertatis
vnum Gentilem ad Iudaismum, & tamen non voca-
bantur sic, sed Samaritani, ideo non erant isti Gētiles
conuersi ad Iudaismum, sed alium modum tenebāt.

Pro quo sciendum, quòd Samaritani a Samaria di-
cuntur, erat enim Samaria ciuitas quædam metropo-
litana in regno Israel, diuiso enim regno Iudæorum
in duo, scilicet in regnum Iuda, & Israel fuit metro-
politana regni Iuda Ierusalem, & regni Israel Sama-
ria, ibique regnauerunt omnes reges Israel, cum au-
tem decem tribus, quæ pertinebant ad regnum Israel
translatæ fuerunt cum rege suo Osee in terram Assy-
riorum per Salmanasar regem, ne relinqueretur ter-
ra illa deserta traduxit varios populos de terra sua ad
K habitandum in illa, & quia caput illius terræ erat Sa-
maria tota regio appellata est Samaria, & gentes il-
læ Samaritani dicti sunt, & quando venerunt in ter-
ram illam colębant idola. Deus autem iratus misit cō-
tra eos leones, & occidebant illos: dictum est ergo re-
gi Salmanasar qui transtulerat eos, ꝙ quia ignorabāt
legitima Dei terræ illius mittebat Deus leones, misit
ergo Salmanasar vnum de sacerdotibus Iudæorū qui
captiui ducti fuerant, vt doceret eos ritum Iudaicum
colendi Deū, & ille fecit erudiens eos in cęremonijs
legis Moysi, & quauis ad hoc gentes illę cęperūt ob-
seruare legem Moysi tam in cęremonijs sacrificio-
rum, quam in toto ritu viuendi, non tamē omiserūt

cultum

cultum idolorũ, sed simul colebant Deũ, & idola sua 4. Reg. 17. & hoc quidẽ fuit a principio, postea aũt nõ semper fuit, nã tempore Christi Samaritani nõ vidẽtur idola coluisse, istę ergo gentes fuerunt Samaritanorum, q̃ dum Iudęi translati sunt in Babylonẽ manserũt in terra, & redeuntibus Iudęis de Babylone multas aduersitates eis fecerunt, nam cum ędificarẽt tẽplum sępe accusauerũt eos apud reges Persarũ, & fecerunt longo tpe cessare ab ędificatione, vt patet 1. Esdrę 4. & 5. & 2. Esdrę 3. & 4. & cum restaurarentur muri Ierusalem, qui corruerant, sæpe impediebãt Samaritani Iudęos iã accusationibus apud regem Persarum, q̃ manu armata, ita vt qñ Iudęi ędificarent vna pars eorum faciebat opus, & alia tenebat lanceã pp insultus Samaritanorum, vt patet Neemię. 5 & 6. erant ergo Samaritani multum exosi Iudæis, quia erant hostes eorum, fecerunt autem Samaritani, quoddã templum simile templo Ierusalem in monte Garizim, vt ibi facerent sacrificia, & omnes cęremonias, quæ fiebãt in templo Ierusalem de quo templo dicetur Ioannis 4. & pp hoc adhuc fuit maior hostilitas Iudęorũ, & Samaritanorum, quia Deus iusserat, q̃ non esset, nisi vnus locus in quo fierent sacrificia in vna sola ciuitate, quam ipso eligeret Deute. 12. & 16. & si aliqui inter Iudæos arguerentur cõtra aliquam legis obseruantiam, q̃ non bene tenerent eam, fugiebant ad Samaritanos, & ibi manebant, vt ait Iosephus. 11. Antiqui. mansit aũt ista gens vsque ad Christum, ideo interdum euangelistę Samaritanos commemorant, & isti sunt a quibus Christus vetuit Apostolos, vt non prædicarent eis.

Quare Christus Apostolis vetuit non prædicare Samaritanis. Quæst. XLIX.

QVAERITVR quare Christus hoc vetuit cum illi obseruarent legem Moysi, sicut Iudęi.

Dicendum, q̃ ad tollendum scãdalum Iudęorum, vt non haberent occasionem repellendi eum, q̃ non esset Messias si Samaritanis prædicaret ipse, aut discipuli eius, sicut si prædicaret gentibus, vnde valde scandalizabantur Iudęi de Samaritanis, & ad magnum improperium habebant nomen Samaritanorum, & infra cum maledicerent Christo dicebant tu Samaritanus es, & dęmonium habes Io. 8. scandalizarentur, ergo Iudæi si quis de eis conuersaretur cum Samaritanis. Primo, quia ipsis erat generale non conuersari cum eis. Io. 4. Iudęi non coutuntur Samaritanis, & ita mulier Samaritana dixit Christo e.c. quomodo tu Iudæus cum sis bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana? magis ergo admirarentur Iudęi, & scandalizarentur si viderent Christum, & Apostolos eius conuersantes cum Samaritanis, & docentes eos.

Secundo erat propter inimicitias, quæ semper manebant, nam Samaritani, vt dictum est præcedenti q. persequebantur semper Iudęos, aut saltem oderant eos cum persequi non poterant, & iungebantur inimicis eorũ dicit Iosephus 11. Antiqui. ideo etiã Iudæi oderant eos, & nolebant conuersari cum illis. Tertio fuit, quia Samaritani non erant vere Iudæi, nec tenebant omnia, quæ Iudæi, sed solũ recipiebant quinque libros Moysi, & circũcisionem, libros vero prophetarum, & cętera, quæ habebant Iudęi reijciebant, ideo computandi erant, sicut infideles, sic dicit glo. Samaritani gentiles fuerunt, sed ad Iudaismum multis periculis coacti conuersi sunt, circuncisionẽ, & quinque libros Moysi recipientes cętera vero abhorrentes.

Quarto fuit, quia etiam si Samaritani fuissent Iudæi tamen propter templum, quod construxerunt in mõte Garizim ad sacrificia lędere merebantur, iusserat

A enim Deus vnicum templum in terra Israel Deuter. 12. & alibi sub pęna mortis nõ licebat alicui sacrificia facere Leui. 17. vnde, quando duę tribus, & dimidia construxerunt altare magnum apud Iordanem reliquę 11. tribus, & dimidia putantes illud factum ad offerenda ibi sacrificia parauerunt se ad bellum contra duas, & dimidiam, vt delerent eas quousque illę satisfecerunt ostendentes, quòd non fuerat altare factum ad sacrificia, sed solum in signum erat, quia Iordanis non diuidebat vtramque gentem, sed omnes erant vna gens, & pertinebant ad Deum Israel, vt patet Iosue vigesimosecundo, quia tamen Samaritani nõ erant de gente Iudęorum, nec aliquando fuerant in societate eorum, non pugnabant Iudæi contra

B illos propter templum, & altare sacrilegũ, quia de his, qua foris erant nihil pertinebat ad eos iudicare, sicut nec pugnabant contra gentiles licet colerent idola, quia nunquam illi fuerant subiecti legi Iudæorum, ita de Samaritanis erat, & tamen habebant Iudæi indignationis causas contra Samaritanos, & non contra gentiles, eo quòd in contemptum eorum illud templum erat factum, quia si Samaritani essent Iudęi, aut legem Iudæorum obseruare vellent, execrabile esset in eis illud templum facere, cum esset contra legem.

Quinto fuit, & quòd ad maiorem indignationem mouebat Iudæos, quia Samaritani dicebant eos errare, quia faciebant sacrificia in Ierusalem, asserentes,

C quòd solum deberent facere illa in templo suo montis Garizim, vt innuitur Ioan. 4. cum quæsiuit a Christo Samaritana an adorandum esset in templo montis illius, vel in Ierusalem, & sic propter multa Iudæi non conuersabantur Samaritanis, & si Christus, aut discipuli prædicarent illis scandalizarentur, iussit ergo Christus eis non prędicare Samaritanis.

Quæ oues erant istæ, quæ perierant domus Israel. Quæst. L.

QVAERITVR cum dicitur hic, ite ad oues quæ perierunt domus Israel, quæ oues erãt istę.

D Dicendum, quòd erant Iudęi, omnibus enim illis prædicari iussit non præcipiens ab aliquo abstinere. vocantur autem oues, quia Christus vocat turbas oues, sic dicitur supra in litera videns Iesus turbas misertus est eis, quia erant, sicut oues non habentes pastorem: etiã omnes homines tam iustos, q̃ peccatores oues vocat, vt patet in parabola de centum ouibus, & vna perdita infra 18. & Luc. 15. Iudæi, ergo licet mali essent oues vocantur, sic dicit Hilarius, q̃ licet Iudæi oues dicantur, in Christum tamen luporũ ac viperarum linguis, & faucibus sęuierunt, dicitur autem ad oues, quæ perierunt non, q̃ aliqui Iudæi perijssent, & alij non, sed omnes perierant, nam ouis perdita vocatur quilibet peccator, iusti autem vocantur

E oues non errantes, vt dixit Christus infra 18. & Luc. 15. omnes tamen Iudæi peccatores erant, quia nemo potest dicere, quòd peccatum non haberet 1. Io. 1. nã non est homo, qui faciat bonũ, & non peccet 3. Reg. 8. cum etiam ipsi iusti septies in die cadant Prouę. 24. oẽs, ergo Iudæi erant oues errantes, vel quę perierãt, & ita Christus loquitur semper eis, tanquam ouibus Ioan. 10. & malis Iudæis dicebat, vos non estis ex ouibus meis e.c. gentiles etiam vocauit oues suas, quia ad ipsum conuertendi erant e.c. alias oues habeo, quę nõ sunt ex hoc ouili, iubebat ergo Christus hic prædicare ouibus, quę perierant domus Israel. i. de domo Israel. i. Iudæis, qui erãt de domo Israel, & oẽs perierãt scilicet p pc̃m, sicut, & oẽs hoĩes pereunt, qñ peccãt.

Euntes prædicate. Hic ponitur forma doctrinę ipsis Apostolis quantum ad actum docendi, scilicet quid deberent prędicare, & quia doctrina ista indigebat miraculorum confirmatione ponitur, quæ miracula deberent facere. De primo dicitur. *Euntes autem.* Scilicet per omnia loca Iudæorum. *Prædicate dicentes.* Scilicet hoc, quod sequitur.

Quia appropinquabit regnum cælorum. Idest nunc appropinquat opportunitas eundi ad vitam ęternam, quæ est regnum coelorum. *Infirmos curate*. Istud est secundum, scilicet cōfirmatio per miracula, quæ pertinebant ad vtilitatem credentium, aut eorum, qui credituri erant, & vocantur hic infirmi quibuscūque ęgritudinibus, vel morbis, vel debilitatibus teneantur, quia istud nomen est multum generale.

Mortuos suscitate. Istud est aliud genus miraculi, quod apud Iudæos maximum reputatur. *Leprosos mundate*. Potius dicūtur mundari, quam sanari leprosi, quia non est lepra, sicut cęteri morbi, qui manifeste mortem accelerant, lepra autem magis est immunditia, quā ęgritudo, ideo melius dicuntur homines mūdari ab ea, quam sanati.

Dæmones eijcite. Scilicet de corporibus obsessorum, vt dicitur supra in litera, scilicet dedit potestatem spirituum immundorum, vt eijcerēt eos, scilicet de corporibus, poterant tamen etiam eos eijcere interdum de regione, vt infra dicetur.

Quid est istud regnum cælorum, quod iubentur Apostoli prædicare. Et ꝙ per fidem, & baptismum introitur in regnum cælorum. Quæst. LI.

QVAERETVR quid est istud regnum cęlorum, quod iubentur Apostoli prædicare. Dicendum, ꝙ regnum coelorū, vel regnū Dei, quod idē est multipliciter accipitur. Vno mō pro ecclesia militanti, sicut dr̄ infra 13. mittet filius hoīs Angelos suos, & colligēt de regno eius, dicit.n. Greg. in homilia super illo verbo, ꝙ regnū coelorū p̄ñtis t̄pis eccl̄a dr̄, q̄a in illa beatitudine vbi pax summa est inueniri scandala non poterunt, quæ colligantur, sic ēt pōt accipi illud supra 5. qui soluerit vnū de mandatis istis, & docuerit, hic minimus vocabit̄ in regno cęlorū. i. in ecclesia militanti, quia soluentes mandata non erunt in vita ęterna.

Secundo accipitur regnum cęlorū ꝑ beatitudine, siue vita ęterna, sic ēt e.c. nisi abundauerit iustitia vestra plus, q̄ Scribarum, & Pharisæorum non intrabitis in regnum cęlorum. i. in vitam ęternā. Tertio accipit̄ pro lege Moysi sine intellectu eius, aut pro statu illius legis infra 21. auferetur a vobis regnum cęlorum, & dabitur genti facienti iustitiam eius. Hoc Christus dixit principibus sacerdotum, quia ipsi habebant legem Moysi, & intelligebant eā saltem quantū ad plurima, & non fructificabant in bono opere, iō dixit Christus eis, auferetur a vobis regnum cęlorum. i. intellectus sacræ Scripturæ. & dabitur genti facienti iustitiā eius, idest genti, quæ vere colat Deum, & obseruet iustitiā legis, non quātum ad corticem literę, sed in vero sensu spirituali, vt dr̄ ad Ro. 2. & 9. & ita fuit, quia Iudęi nolentes credere in Christum ꝑꝑ peccata sua excęcati sunt, sic dr̄ ad Rom. 11. ꝙ cęcitas ex parte accidit in Israel donec intraret plenitudo gentium, & sic ablatus est intellectus scripturę ab eis, quia iam non intelligūt eam, sicut intelligenda est, quia si intelligerent iā non seruarēt eum cōpleta fuerit in Christo, & non sit amplius obseruanda. Quarto accipitur pro euangelio, vt aliqui volunt, vel pro statu noui testamenti, vt infra 13. Oīs Scriba doctus in regno cęlorū similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera, & est sensus, ꝙ Scribæ. i. sapientes docti in re-

F gno cęlorum. i. in nouo testamento proferunt de thesauro suo. i. de scientia sua noua, & vetera. i. probationes noui, & veteris testamēti, ita cōmuniter exponit̄. Quinto, vt aliqui volūt accipitur pro Christo, vt infra 12. si in digito Dei eijcio dęmonia, profecto venit in vos regnum Dei. i. Christus dator regni cęlorum, sic exponit Nicolaus: melius tamen intelligitur de vita ęterna. s. si in digito Dei eijcio dæmonia. i. si creditis, ꝙ in potestate Dei eijcio dęmonia, tanquam Deus, vel Messias, profecto venit in vos regnum Dei. i. certe habebitis vitam ęternā: q̄a ꝑ fidē, & baptismum introit̄ in regnum Dei Ioan. 3. Potest t̄ñ accipi, & melius pro regno Messię, vt dicetur infra 12. c. saltem tamen tribus, vel quatuor modis primis solet accipi regnum Dei in scriptura.

G

An regnum cælorum accipi possit pro euangelio, vel pro Christo. Et quòd vna est ecclesia ab initio vsque ad finem sæculi. Expositio quædam noua. Quæst. LII.

SED quæretur in quo modo istorum Christus præcepit prædicari regnum cęlorum. Dicendū ꝙ non accipitur tertio modo pro veteri lege, quia illa nunc non appropinquabat, sed iam a multo tempore erat. Nec ēt accipitur pro intellectu, quia præsupponitur, ꝙ Iudęi habebant hunc intellectum, quando Christus venit, cum ipse dixit infra 21. auferetur a vobis regnū cęlorum. i. intellectus sacræ Scripturę, ergo pręsupponitur, ꝙ illum habebant. Nō
H potest ēt intelligi quinto modo, s. pro Christo, quia dr̄ appropinquabit regnū cęlorū. i. prope est, & tamē Christus non erat prope, sed iā erat inter eos cum iam diu prædicasset. Nicolaus t̄ñ intelligit in isto quinto modo, s. ꝙ Apostoli prædicarent Messiā iam venisse, & ꝙ ista erat tota prædicatio ipsorum. Sed nō est satis apparens. Primo, quia tunc dicerent iam venit regnū cęlorum, & non dicerent appropinquabit cum Christus iam venisset, nam istud esset ostendere, ꝙ Iesus, qui iam venerat non esset Messias, sed expectaretur alius in breui venturus. Secūdo, quia nō est verisimile, ꝙ Apostoli prædicarent, ꝙ iam venerat Messias, q̄a per hoc ostenderent, ꝙ ipse Iesus esset Messias, quia ille mittebat eos ad prędicādum, & in nomine eius mi-
I racula faciebant, & t̄ñ infra 16. & Mar. 9. & Lucę 9. dr̄ ꝙ præceperat Iesus discipulis suis, vt nemini dicerent, quia ipse est Christus. & subdit̄ ibi causa, s. ne per hoc passio sua impediretur, non est ergo verisimile, ꝙ prędicarent Messiam venisse. Non intelligitur etiam pro euangelio, quia non est verum, ꝙ euangelium appropinquabat, immo iam euangeliū erat, quia hoc, quod Apostoli prædicabant erat euangeliū. Item patet, quia Luc. 9. dixit Christus vade, & annuncia regnum Dei, ergo illud annunciare erat aliud, q̄ regnum Dei, & t̄ñ illud annunciare euangelium erat, ergo non est euangelium regnum Dei de quo hic dr̄. Non potest ēt accipi pro ecclesia militanti, quia illa semper fuit: nam tam in nouo, quam in veteri testamento semper fuit
K ecclesia, & vna erit ecclesia vsque ad finem sęculi, s. ipsamet, quæ incępit a principio sęculi, & vocat eā August. ciuitatem Dei. Posset t̄ñ accipi pro statu noui testamenti, quod vocatur regnum cęlorum, nam istud appropinquabat, quia tūc incępit in Christo, & maxime incępit eo t̄pe quo diuulgato plene euangelio cępit obligare lex Christi, & incępit esse nociua obseruatio legis Moysi. Sed nō accipit sic. Primo, quia istud, quod prædicabant Apostoli, debebant intelligere Iudæi quibus prędicabat, nō poterāt t̄ñ intelligere quid esset nouū testamentū, nisi cognita dīa noui, & veteris testamenti, sed hoc ignorabant, iō nō prædicabat, ꝙ appropinquaret nouū testamētū, quia per hoc ostenderent,

derent, ꝙ lex Moysi nunc cessare debebat, & introduci alia lex in breui, ad Heb. 8. dicendo nouum veterauit prius, quod autem antiquatur, & senescit prope interitum est: Iudæi tamen scandalizarentur, si nunc a principio diceretur eis, ꝙ alia lex seruanda erat, & non lex Moysi, cum etiam post Christi ascensionem ipsimet Iudæi qui in Christum crediderant, contenderent obseruandam esse legem Moysi Act. 15.

Secundo patet, quia Apostoli annunciabant regnū cęlorum, tanquam aliquid valde bonum ad quod homines valde allicerentur, & tamē, ꝙ adueniret status noui testamenti non erat secundum se delectabile aliquid, quia nulla lex in seipsa est dulcis, sed potius iugum quoddam est, nam etiam lex Christi, licet non esset dura, & plena obseruantiis, sicut lex Moysi iugū tamen quoddam erat, sic Christus dixit infra 11. tollite iugum meum super vos. i. legem meam, & iterum iugum. n. meum suaue est, & onus meum leue, licet enim suaue, & leue dixerit iugum, tñ & onus vocat: non ergo intelligitur illud regnum cęlorum pro lege Christi, nec pro statu noui testamenti.

Sed dicendum, ꝙ accipitur regnum cęlorū secundo modo. s. pro vita ęterna, & istud est, qđ vere Christus annunciari mandauit, quia hoc est summum bonum, nec potest aliquid suauius, & dulcius cogitari, sic dicit Chrysost. vides Apostolorum dignitatem nihil sensibile præcipiunt dicere, vt Moyses, & Prophetæ, sed noua quędam, & inopinata, illi enim terrena bona prędicauerunt, hi autem regnum cęlorū, & oīa quæ illic sunt bona. & istud est, quod maxime posset allicere audientes verbum Apostolorum.

Quomodo nunc appropinquat regnum cælorum, cum non possit appropinquari localiter. Et quomodo acquirere vitam æternam est ab homine, & à Deo. Quæst. LIII.

SED quæretur quomodo nunc appropinquabat regnum cęlorum, quia regnum cęlorum non potest nobis appropinquare localiter, sed nos appropinquamus ei in quantum disponimur ad habendum illud, & tñ omni tempore fuit hoī possibile se disponere ad illud, & mereri vitam ęternam, ergo nunc non appropinquabat.

Dicendum, ꝙ vere regnum cęlorum nunc appropinquabat, quia ꝙ homo assequatur regnū cęlorū. vitam ęternam est ab ipso, & a Deo, ab ipso quidē inquantum se disponit subiiciendo Deo se, & hoc est meritum vitę ęternę, a Deo autem inquātū infundit nobis charitatem, & gratiam per quam meremur, & postea confert ipsam vitam ęternam, qñ vult. Primū quod est ex parte hoīs, quia oī tpe homo liberi arbitrij existens potest seipsum Deo subiicere. Quod aūt ex parte est Dei. s. infundendo charitatem, & gratiā p quam mereamur ēt semper fuit, quia quādocunque homo inquantum in se est conuertit se ad Deū, Deus aūt infundit ei gratiam p q̄ mereamur vitā ęternam, & quantum ad hoc semper regnum cęlorum prope nos est, quia propinquum est hoī conuertere se ad Deum, & ꝙ Deus infundat ei gratiam. Quod aūt ipsa vita ęterna actualiter conferatur hoī a Deo, hoc non semper est ęqualiter propinquū, quia ante Chri aduētum, nemo quantumcunque sanctus potuit assequi vitam ęternam, nec ēt vsque ad mortem eius, sed oēs qui viuentes vitam ęternam meruerunt detinebātur in sinu Abrahę, post mortē aūt Christi quilibet moriens qui cum viueret meruit vitam æternam, statim moriens illam assequitur, ideo iam regnū cęlorū est in nobis, & sic Paulus dicebat regnum Dei intra nos est, & quia qñ Apostoli cęperunt ista prędicare cito post hoc Christus mortu' est. s. ante duos annos, erat verum, ꝙ appropinquabat regnum cęlorū, quia post duos annos quilibet poterat habere regnum cęlorū. Et isto modo vere dictum est appropinquabat regnū cęlorum, & de hoc dixit latro pendens cum Christo memento mei cum veneris in regnum tuū, & Christus ei dixit. Hodie eris mecum in paradiso. Luc. 23. recte ergo prędicabatur appropinquare regnum cęlorum.

Quare Christus iussit Apostolis prædicare, quod appropinquaret regnum cælorum. Et quod nil melius homini doctrina euangelica. Quæst. LIIII.

QVAERITVR quare Christus iussit Apostolis prędicare, ꝙ appropinquaret regnum cęlorum. Dicendum, ꝙ pp multa. Primo, quia istud erat maximum bonū, quod homini poterat annunciari, Christus ergo cum posset illud annunciare maxime hoc annunciare debuit.

Secundo fuit ad ostendendum Christi dignitatē, quia ad ipsum, tanquam ad Messiam, & Deum pertinebat annunciare hominibus vitam ęternā, quia ipse solus poterat eam dare, lex. n. nec prophetæ vitam ęternam non dabant, nec expresse promittebant obseruatoribus suis, quia dare nō poterant, Christus aūt daturus erat eam nobis per mortē suam, ideo ei conueniebat illam nobis annunciare, & ita ipse dixit, ꝙ erat missus ad hoc annunciandum, vt patet Luc. 4. cū Christus aperuit librum Isa. & legit illud spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me sanare contritos corde, & prædicare captiuis remissionem. istud. n. erat prędicare vitā æternam, & dicitur ibi hodie completa est scriptura hęc in auribus nostris, & sic innuebat, ꝙ non pertinebat ad alium prædicare vitam æternam, nisi ad ipsum, & consequenter ad discipulos suos, q in nomine eius prædicabant.

Tertio fuit ad ostendendum differentiam istius status qui nunc sequebatur. s. noui testamēti a statu priori veteris testamenti in quo non promittebantur expresse bona vitę ęternæ, & hic principium noui testamenti erat vita ęterna, & nihil aliud promittebatur, sic dicit Chryso. vides ministerij magnitudinē vides Apostolorum dignitatem nihil sensibile pręcipiunt dicerent Moyses, & prophetæ, sed noua quædam, & inopinata, illi. n. terrena bona prædicauerunt, & hi aūt regnum cęlorum, & omnia, quæ illic sunt bona.

Quarto fuit ad alliciendum homines, vt sequerentur illam doctrinam, cū nihil hoī melius dici posset propter quod omnia faceret, & omnia contēneret, q̄ vita ęterna. Considerandum, ꝙ ista prædicatio nunquam fuerat, nisi a tpe Ioan. Bapt. ipse enim dixit pęnitentiam agite, & appropinquabit regnū cęlorū supra 3. & hoc fuit, qa tps Ioā. coincidebat cū tpe Chri, & ipse venit, vt præcursor Christi Lu. 1. ideo pnunciabat illa, q̄ Christus annunciaturus esset, & in hoc innuebat Messiam venisse, p quē dandum erat regnū cęlorum, Christus aūt idē pdicauit. s. pniam agite &c. supra 4. Apostoli aūt prædicauerunt nunc regnū cœlorū, quia legīt hic, ꝙ dixerint pniam agite, nō qdem ꝙ esset necessaria pnia ad habendū vitā ęternā, sed qa iam pdicata fuerat p Ioan. & per Christū, iō erat præsupponendū. An tñ illā pdicauerint non constat, ita volūt qdā. Sed dicendū, ꝙ sicut Christus iussit eis dicere appropinquabit regnum cęlorū, ita etiā iussit dicere pęnitentiam agite, vel si non iussit taliē ipsi hoc prædicabant, quia Mar. 6. dicitur, & existentes prædicabant, vt pęnitentiam agerent.

An Apostoli prædicarent aliquid aliud præter hoc, quod appropinquat regnum cœlorum. Et quid prædicarent nempe abstinendum esse ab omnibus vitiis, nunquam tamen prædicauerunt aliquid, quod pertineret ad legem Moysi.

Quæst. LV.

QVAERETVR an Apostoli prędicarent aliqd aliud pręter hoc, ꝙ appropinquat regnum cęlorum.

Dicendum, quòd sic, quia cum Christus iuberet eos prædicationi instare, & nullam aliam habere solicitudinem, non est verisimile, quòd istud solum verbum dicerent, sed sicut annunciabant vitam æternam, ita annunciarent ea per quæ habenda est, & ita prædicarent abstinendum esse ab omnibus vitijs, quia nemini peccatorum est locus in vita æterna, prima Corin. 6. nolite errare, nec fornicarij, nec idolis seruientes, nec adulteri, &c. regnum Dei possidebunt, & ideo cum esset istud tempus acceptabile Deo, in quo homo posset vitam ęternam habere, deberet abstinere ab omnibus vitijs, sic enim dixit Christus Lucæ 4. quòd spiritus domini misit eum prædicare annum domini acceptum, ita ergo prędicarent Apostoli, quia, sic Paulus prædicabat. 2. Corinth. 6. ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, nemini dātes vllam offensionem, &c. vbi ostendit abstinendū esse ab omnibus vitiis, quia erat tunc acceptabile, ita ergo alij Apostoli prædicarent, quia omnes eodē spiritu prædicabant. 1. Corint. 12. maxime, quia tunc annunciabatur homini regnum cęlorum ad quod perueniendum erat, ideo prædicaretur, quòd homines abstinerent ab omnibus, quæ impediebant istam assecutionem. Sic Paulus prædicabat. 1. Corint. 9. omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinet, & illi quidem, vt corruptibilem coronam percipiant, nos autem, vt incorruptam: & sic abstinendū erat a multis, vt assequeremur illam coronam, & potius in tempore isto, quam in aliis, sic dicitur ad Ephe. 4. deponite pristinam conuersationem, qui furabatur iam non furetur &c. idest isto tempore melioribus operibus instandum est, quam prius. non est ergo dubium qn Apostoli prædicarent omnia hæc, quæ ad mores pertinebant, quia frustra erat hominibus annunciare vitam ęternam si non daretur illis via consequendi illā, omnia ergo ad hoc pertinentia prædicarentur, sic. n. fuit de Christo, quia de eo dicitur supra quarto capit. quòd prædicabat dicens, pœnitentiam agite, quasi nihil aliud prædicaret, & tamen constat, quòd multa alia prædicabat de directione morum, sic etiam Paulus dicit. 1. Corin. 2. non iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Christum, & hunc crucifixum, idest non prędicaui vobis, nisi mortem Christi, & tamen manifestum est, quòd multa alia prædicaret ad mores pertinentia. Etiam, quia non poterat esse magis stulta p̄dicatio, quam dicere Christum esse mortuum, & nō dicere propter quid mortuus est, vel quæ vtilitas inde consecuta est, quia tunc annunciare mortem eius nihil maius esset, quam referre cuiuscūque alterius hominis mortem. manifestum est ergo, quòd saltē Paulus ostenderet mortuum esse Christū pro salute nostra, & quòd aliter non poterat nobis esse salus, ita ergo Apostoli multa alia dicerent præter hæc, s. appropinquabit regnum cęlorum.

Dicendum, quòd Christus dixit hęc solū propter multa. Primo, quia quando alicui iniungitur aliquid faciendum iniunguntur omnia sine quibus illud fieri non potest, Christus autem iusserat hic annunciari regnum cęlorum, ergo per hoc innuebat, quòd prædicarent omnia, quæ pertinebant ad regnum Dei, qđ F magis innuitur Luc. 9. cum dicitur misit illos prædicare regnum Dei.

Secundo, quia inter omnia, quæ prædicanda erant istud erat principale, ideo solum expressum est, quia minus principalia sub hoc intelligebantur.

Tertio, & principaliter fuit ad differentiam veteris testamenti, quia etiam prædicatores veteris testamēti docebant abstinendum esse a vitijs, & virtuose agēdum, regnum tamen cęlorum non prædicabant, quia nec lex, nec prophetę illud expresse promittebāt obseruatoribus suis, hoc ergo Christus iussit prædicare, quia in hoc differebant discipuli sui a prædicatoribus veteris testamenti, & ista est veritas. Quod autem an- G nunciarent virtutes, & vitia præsupponendum erat etiam si Christus nunc non diceret, quia nihil minus prædicarent Apostoli, quam prædicatores veteris testamenti, immo plura, & meliora, & perfectiora.

Quarto fuit ad tollendum dubium, quia inter Iudęos de hoc dubium erat, nesciebant enim an vitam æternam habituri essent cum multi ipsorum expresse negarent resurrectionem futuram. s. Saducęi, infra 22. & Actu. 23. Pharisęi autem confitebantur illam, & tamen non erant omnino certi de ea, quia aliàs repulissent Saducæos, tanquam perniciosos hæreticos, & tamen non repellebant, sed istæ duæ sectę manebant semper inter Iudęos quasi nesciretur, quæ earū vera esset: Christus, ergo voluit supplere id in quo Iu- H dęi deficiebant, ideo regnum cœlorum iussit prędicari, & resurrectionem ex scripturis ostendit, infra 22. & sic istud exprimitur. quia Christus illud addidit. Sciēdum autem, quòd Apostoli, nunquam prædicauerūt aliquid, quod pertineret ad legem Moysi, sicut enim Christus, nunquam illam prædicauit, licet semper viuens obseruaret, vt ostensum est præcedenti capitul. q. 159. ita, & Apostoli nunquam illam prędicauerunt, licet semper seruauerunt, quia prædicando eam præiudicarent intentioni Christi cum ipse vellet eam iā cessare, sed prędicabant regnum cęlorum, scilicet, mādata noui testamenti.

De miraculis quæ Christus concessit hic Apostolis facere, quæ I *sint illa. Vbi quod tria miraculorum genera. Et morbi quid proprie significent, & quid debilitas, & quid orbitas. Et quomodo eijcere dæmonia differt ab aliis miraculis.*

Quæst. LVI.

QVAERETVR circa miracula, quæ Christus cōcessit hic Apostolis facere.

Dicendum, quòd tria genera miraculorū eis concessit, scilicet infirmos curare, mortuos suscitare, dęmones eijcere, sed nomine infirmorum multa comprehenduntur, scilicet morbus, & debilitas, & orbatio, & mutilatio. Morbi enim dicuntur propriæ ægritudines, quæ proueniunt ex mala corporis habitudine, vt febris, paralysis, & hydropesis, & similia. Debilitas K est, quando existente bona corporis habitudine homo minoratur in viribus, sicut in illis, qui incipiunt conualescere de ęgritudine, quia non est in eis iam morbus, & tamen viribus carent. Orbatio autem est defectus naturalis alicuius partis corporis, vel virtutis eius, sicut qui cęcus natus est, vel claudus mutus vel surdus, vel sine manibus, aut deficiente aliqua alia parte corporis, & maxime in qua viget operatio organica abscissa est, vt si pedes, vel manus præscindūtur, aut oculus eruitur, hęc omnia large nomine infirmitatis comprehenduntur, vel saltem hic comprehendi necesse est, quia ab omnibus istis malis Apostoli liberabant homines cum Christus sæpe hoc fecerit, & tamen Apostoli faciebant eadem miracula, q̄ Christus

stus Io. 14. qui credit in me, opera quæ ego facio ipse faciet. Secundum est mortuos suscitare, hoc autem nullo modo potest intelligi nomine infirmitatis, quia infirmitas est in viuente, mortuus autem infirmitatẽ nullam habet, est ergo istud alterum genus miraculi, & etiam quantum ad rem maius est, quam sanare infirmos, licet quantum ad potestatem facientis omnia miracula æqualia sint, vt ostensum est præcedenti cap. quæstione 18.

Tertium est dæmones eijcere, & istud differt a præcedentibus in duobus. Primo, quia miraculum est hic in creatura spirituali, & in duobus præcedẽtibus est in creatura corporali, nam dæmones eijcere non est dari homini aliquam sanitatem, sed expellere dæmonem ne nocere possit. Secundo, quia in alijs confertur aliquid ipsi homini, & aufertur quoddam malum, quod vere in ipso est, siue sit mortuum esse, siue infirmitas, auferre autem dæmonem non est auferre malum intrinsecum, sed extrinsecum, quia dæmon non est in homine, sicut febris, & lepra, sed sicut flagellãs, & percutiens, ideo ad alterum genus miraculi pertinet. Sed obijcietur, quia dicitur hic leprosos mundare, & tamen lepra nomine infirmitatis intelligitur cũ sit quidam morbus. Dicendum, quòd verum est, nec erat necesse exprimi, sed quia lepra erat morbus multum communis inter Iudæos, & Apostoli multos curaturi erãt de isto morbo, sicut & Christus faciebat, qui semel sanauit decem leprosos simul Lucæ 17. exprimitur specialiter de hoc morbo: arripi autem a dæmone licet non sit proprie infirmitas, cum etiam large posset vocari infirmitas inquantum infertur malum corpori per hoc, & tamen exprimitur hic, eo quòd plurimi de arreptitijs sanabantur a Christo, & ab Apostolis.

Quare Christus specialiter dedit potestatem Apostolis istorum trium miraculorum, scilicet sanandi morbos, eijciendi dæmones, suscitandi mortuos. Et quare necessaria fuerunt miracula Apostolis. *Quæst. LVII.*

QVAERETVR quare Christus specialiter dedit potestatem Apostolis istorum trium generum miraculorum.

Dicendum, quòd hoc fuit. Primo, quia ista conueniebant illis quibus Apostoli prædicabant, nam Christus misit Apostolos ad prædicandum per diuersa loca, vt turbæ non vexarẽtur sequendo Christum quocunque iret, vt supra dictum est quæstione 12. & tamẽ turbæ, vt in plurimum veniebant ad Christum propter miracula, quæ faciebat super infirmos Ioan. 6. sequebatur eum multitudo magna, quia videbãt signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur, si autem Apostoli non accepissent potestatem faciendi ista miracula adhuc omnes turbæ venirent ad Christum, vt curaret infirmos eorum, oportuit ergo dari potestatem istorum miraculorum Apostolis ne turbæ vexarentur.

Secundo fuit, quia miracula erant necessaria Apostolis ad duo, scilicet ad notificationem eorum, quæ prædicabant, & ad vtilitatem ipsorum quibus prædicabant. De primo dicit Grego. adiuncta sunt autem prædicatoribus miracula, vt fidem verbis daret virtus, ostensa, & noua facerent, qui noua prædicarẽt, sic etiã dicit Hierony. ne enim hominibus rusticanis, & absque eloquij venustate indoctis, & illiteratis nemo crederet pollicentibus regna coelorum dat potestatẽ prædicta faciendi. De secundo patet, quia vt ipsi audientes faciliores essent ad credendum potius facienda erant miracula, quæ illis prodessent, quam quæ nõ prodessent: huiusmodi erant ista, quia omnia mala,

A quæ corpori humano accidunt includuntur in his tribus generibus miraculorum, & ab omnibus poterant liberare Apostoli, ideo ista fuerunt potius eis conueniẽtia, quam alia miracula, ita enim est de gratijs Spiritus Sancti, quia omnes sunt ad aliquam vtilitatem 1. Corin. 12. vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem Christi. & in hoc differunt miracula Christi a falsis miraculis dæmonum, & magorum, quia p̃ter hoc, quòd falsa sunt, adhuc semper inutilia sunt, vt volare, & similia facere, sic dicit Clemẽs in itinera. omnia autem vtilia valde erant, ista ergo concessit Apostolis.

B *An Apostoli habuerunt potestatem faciendi alia miracula, quam hæc, quæ in litera habentur. Et quòd pro curiosis opera Dei petenda non sunt.* *Quæst. LVIII.*

QVAERETVR an præter ista habuerunt Apostoli potestatem faciendi alia miracula. Dicendum, quòd ista sola expresse Christus eis concessit, & tamen habebant potestatem faciendi alia. Primo patet, quia vt dictum est præcedenti q. miracula fiebant ab Apostolis ad notificationem veritatis, & ad vtilitatem audientium, ista autem duo conueniebant istis miraculis: nam per quodlibet eorum sufficiẽter probabatur esse verum,
C quod Apostoli prædicabant, quia omnia miracula exigunt potestatem infinitam, sed illa non est, nisi Dei, ideo quodlibet miraculum exigit, quod a Deo sit, & necesse est, quòd omne, quod per id probatur verum sit. Quòd autem pauca, vel nulla fiant non differt ad ostendendum istam veritatem.

Secundo patet, quia Apostoli non habebant in se potestatem aliquam per quam ista miracula facerẽt, sed solum fidem habebant per quam Deus eis petentibus miracula faciebat, & ideo sicut poterant per fidem facere vnum miraculũ, ita poterãt facere quodcunque: nam poterant transferre montes infra 17. & transferre arbores in mare, & radicare eas super aquã, Luc. 17. & quodcũque aliud facere infra 21. si habue-
D ritis fidem, & non hæsitaueritis, quæcunque petieritis accipietis: poterant ergo facere quodcunque genus miraculi, non enim erant minores ipsi, quam patres veteris testamenti. Et tamen iubente Iosue sol stetit. Iosue 10. & orante Ezechia, & Isaia sol reuersus est per decem lineas 4. Regum 20. ergo etiam poterant istud facere Apostoli.

Item, quia poterant ipsi facere quidquid Christus faciebat Ioan. 14. qui credit in me, opera quæ ego facio ipse faciet, & maiora horum faciet. Etiam quia multa alia concessit Christus omnibus credentibus in se Mar. 16. vt tollere serpentes, & non nocere eis venenum, quæ non habentur hic: Christus tamẽ ambulabat super aquas, & pascebat turbas de paucis panibus infra 14. & 15. ergo etiam Apostoli hoc facere
E poterant, & illa, quæ habentur Mar. 16. cum ipsi maiores essent omnibus credentibus, multa ergo poterant præter ista facere, immo nullum genus miraculi erat, quod facere non possent, sic dicitur infra 17. si habueritis fidem, sicut granum sinapis, nihil impossibile erit vobis.

Sed dicendum, quòd licet possent alia miracula facere, nunquã tamen fecerunt, dum sic mitteret Christus eos, nisi miracula illa, quæ Christus expressit hic, & ratio est, quia ipsi non faciebant, nisi miracula, quæ petebantur a credentibus, vel credere volentibus, & quæ ipsi videbant bonum esse fieri etiam illis non petentibus. Homines tamen non petunt, nisi ea, quæ putant sibi vtilia esse, talia autem erant, quæ Christus cõ-

misit

misit Apostolis.f. curare ęgros, & suscitare mortuos, iō ista sola faciebant. Sciendum ēt φ Christus dedit Apostolis, φ miracula facerent, & ēt φ essent tot, & tanta, φ ex nulla parte posset apparere defectus potestatis eius qui mittebat illos, & quia si quędam miracula facerent, & alia petiti facere non possent videretur defectus potestatis ipsorum, vel mittentis eos, iō Christus concessit illis tot genera miraculorū, φ qdquid audientes peterent ab eis ipsi facere possent, nā illi nō peterent, nisi quod eis erat vtile, & omnia hæc Apostolis concessa erant, siaūt peterent, φ facerent stare solem, vel retrocedere aut aliquid hmōi etiam si Apostoli possent facere non deberent, quia istud nō erat ad vtilitatem, sed ad curiositatem, pro curiosis tñ opera Dei petenda non sunt, nam etiā Christus talia miracula facere nolebat petente aliquo, sic enim infra 16 Pharisęi petiuerunt a Christo signum de cęlo, & Christus dare noluit, sed potius increpuit eos, vocans gñationem prauam, & adulteram, immo nullum miraculum faciendum est, qñ ea curiositate petitur, sicut infra 12. Pharisęi dixerunt Chrō volumus a te signa videre, & ille dixit, generatio adultera signū quęrit, & signum non dabitur ei & sic Apostolis cōcessa erat potestas ad faciēdum miracula omnia, quæ rationabiliter ab eis peti poterant. Sed dicetur cum Apostoli haberētes fidem possent facere, quodcūque miraculum vellent, quō fuit data eis potestas specialiter ad hoc, quia si fidem non haberent nullum miraculum facere possent, nec ēt ista, si aūt haberent fidē poterant facere quęcunque vellent, iō superfluum videbatur, φ exprimerentur ista miracula. Dicendum, φ ante hoc Apostoli nulla miracula fecerant, nec si auderent petere a Deo miraculorum operationem, quia non haberent ad hoc confidentiā, nunc autem Christus tradidit eis ptātem. i. dedit eis, φ confiderēt, φ ista miracula ipse faceret pro eis, & iō qñcūque eis videretur, φ peterent illa, quia ipse faceret, si aūt Christus nunq̄ dedisset istam confidentiam Apostolis, nūquam fecissent aliqua miracula, profuit aūt, φ Christ⁹ ista exprimeret. Primo, quia cum ipse exprimeret ista licet isti fidem haberent, non auderent petere alia cū Christus limitaret eis ista, si autem non limitaret, sed gñaliter daret eis potestatem faciendi miracula, forte multa alia facerent, vel a Deo peterent, quæ curiosa essent, & non erat bonum illa fieri. Secundo, & principaliter, quia licet sine fide miraculum non fiat, potest homo habere fidem ad vnum genus miraculi, & non ad alterum, & ita etiam apparuit in sanctis viuentibus, quia quidā excellebant alios in vno genere miraculi, & excellebātur ab eis in altero genere. poterat ergo Chrs dare fidē istis ad vnū genus miraculi non dando ad alterum genus, & ita diceretur solum habere potestatem in altero genere miraculi, non tñ tollit quin Apostoli possent facere miracula cuiuscunque generis, si fidem haberent, & tamē an habuerint istā fidem non apparet. Hoc tamen constat, φ non fecerunt, nisi miracula istorum trium generum, quandiu Christo viuente prędicauerunt, eo φ ipse de istis expresse locutus est.

Quare Christus restrinxit discipulos ad aliqua miracula, & non concessit omnia facere miracula. Vbi quod diuina debent ordinatissime ordinari. Et Christus concessit Apostolis potestatem iuuandi homines, & non nocendi. Et post Christi ascensionem habuerunt Apostoli potestatem faciendi, qua vellent. Quæst. L I X.

QVAERSTVR eum esset ęqualiter facile Christo concedere Apostolis facere ista miracula, vel facere quæcunque, quare restrinxit eos speciali-
F ter ad aliqua & non concessit omnia. Dicendum, φ fuit. i. quia Christus volebat Apostolis concedere, qđ sufficiebat ad officium prædicationis conueniente exercendum, quidquid autem superabundat non fuit necesse tradi, & tamen ista tria genera miraculorum sufficiebant ad ostendendum veritatem eorum quæ prædicabant Apostoli, & ad vtilitatem audiētiū, quia omnia mala illis auferre poterant, quæ in corpore accidunt, ideo non dedit illis potestatem plura faciendi.

Secundo fuit ad tollendum curiositatem, quia si dedisset Apostolis simpliciter potestatem faciendi, quęcunque miracula, vellent interdum forte facere aliqua potius curiosa, quam vtilia cum adhuc essent viri imperfecti, ea tñ q̄ diuina sunt debent ordinatissime, & non ad curiositatem ministrari, ideo pro nunc
G non expressit eis, nisi ista genera miraculi.

Tertio fuit, & principaliter ad tollendum eis occasionem inanis gloriæ, erant enim adhuc teneri, & nōdum perfecti in virtute, & si viderent se posse facere quęcunque vellent maxime in quibusdā rebus multum curiosis, sicut stare solem, vel retrocedere, aut facere alia signa in cęlo extollerentur supra seipsos, & esset eis occasio peccati, non ergo dedit, nisi ista. Quod patet, quia etiam in istis aliqualiter gloriabantur inordinate, nā vt Luc. 10. venerunt discipuli ad Christum cum gaudio dicentes, domine etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo, & Christus dixit eis nolite in hoc gaudere, si tamen debite gauderent
H Christus non vetuisset gaudium ipsorum, ergo immoderate gaudebant, quod pertinebat aliqualiter ad superbiam, vel ad inanem gloriam, hoc tamen maxime fieret si absolute concederetur eis miracula facere, ideo restrinxit eos. Cum autem fuerunt perfecti in timore, & amore Dei, & cognitione veri boni, quia iam vterentur potestate sibi collata ad bonum, quod fuit post Pentecostē dato eis Spiritu sancto, nō est dubium quin habuerint potestatem ad omnia miracula, & etiam fidem sufficientem ad illa, Christo autem viuente non videbantur habere istam fidem sufficientem, vnde semel a Christo petiuerunt domine adauge nobis fidem infra decimoseptimo cap. & hoc
I quia viderunt se deficientes in fide, quæ erat ad faciendum miracula.

Quarto fuit, quia Christus voluit eis dare potestatem ad bonum, & non ad malum, si enim absolute concederetur eis miracula facere, sicut poterant miraculose prodesse, ita poterant miraculose nocere, vt occidendo homines, & subuertendo vrbes, erat tamen affectus eorum adhuc inordinatus, quia inuidebant interdum, & iniuste irascebantur, & desiderabant vindictam indebite, & sic haberent instrumenta ad nocendum. Quod patet, quia Lu. 9. dicitur, φ qñ Samaritani non receperunt Christum in quadam vrbe dixerunt Iacobus, & Ioannes: domine vis dicimus vt ignis descendat de cęlo, & consumat illos? Chri-
K stus autem increpuit eos dicens nescitis cuius spiritus estis, filius hominis non venit animas perdere, sed saluare, constat ergo φ si Christus non fuisset ibi increpans Iacobum, & Ioannem, & habuissent potestatē, φ petiuissent descendere ignem de cęlo, φ erat incōueniens, ideo Christus non concessit eis, nisi potestatem ad hoc, φ prodessent, & non φ nocere possent, nam illud videtur esse post traditam Apostolis potestatem faciendi miracula, vt patet Luc. 9. ex ordine literę, maxime aūt, quia cū Christus mitteret eos nūc ad prædicandum per varia loca ostendit eis, φ aliqñ recipient illos, & aliquando non, vt patet infra in lra, si autem potestatem nocendi haberent, nocerent expellentibus eos, iō non fuit concessa eis talis potestas,

Quinto

Quinto fuit, & magis principaliter, quia Cristus voluit sibi reseruare excellentiam dum viueret, vt saltē simplices non haberent occasionem errandi circa ipsum, nam si dedisset Christus Apostolis potestatem faciēdi omnia, sicut ipse faciebat, aliqui simplices putarent eos ęquales Christo, & hoc erat inconueniens, reliquit ergo sibi multa viuens, quæ illis non concessit, vt omnibus esset notissimum eum esse maiorem, & illos ab eo accipere potestatem: dedit ergo illis, quod erat ad sufficientiam, sibi autem reliquit excellentiam, & plenitudinem, postquam autem ipse ascendit ad cęlos habuerunt Apostoli pleniorem potestatem, ita vt facerent quidquid Christus faciebat, & etiam plura Ioan. 14. qui credit in me, opera quæ ego facio ipse faciet, & maiora horum faciet, quia vado ad patrem, quasi dicat licet me viuente non faceretis omnia, quæ ego faciebām, tamen nunc, quia vado ad patrem, idest recedo ab hoc sæculo secundum pręsentiam corporalem, poteritis facere etiam maiora, quam ego facio, & hoc propter duo.

Primo, quia cum iam Christus non maneret in terra secundum præsentiam corporalem nō poterat esse ista cōparatio, quæ prius erat, scilicet quis maior esset, sicut si viueret, & ita fuit de Elia, & Elisęo, nam Elia manente inter homines Eliseus nullum miraculum fecit, eo autem sublato habuit Eliseus duplicatum spiritum Eliæ 4. Regum. 2.

Secundo fuit, quia Christo manente inter homines, etiamsi aliquo deficerent Apostoli erat recursus ad Christum, eo autem sublato non erat recursus ad ipsum, iō debebat relinqui tota potestas Apostolis, viuente tamen ipso immo interdum præsente eo permittebat deficere fidem ipsorum, vt non possent facere miraculum, & sic apparet differentia virtutis eius ab illis infra 17. quando non potuerunt Apostoli curare arreptitium, & Christus illum curauit.

De potestate data Apostolis super dæmones, quæ fuerit. Et quòd dæmones sæpe Apostolos tentabant, quod notent viri deuoti, nec mirentur si tentantur in hac valle miseria. *Quæst. LX.*

QVAERITVR de potestate data Apostolis super dæmones.

Et dicendum, quòd ista non fuit absoluta, ita vt possent quidquid vellent super dæmones, sed solum, vt possent eos eijcere, sic dicitur hic dæmones eijcite, sic etiam supra in litera, scilicet dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eijcerent eos, non enim poterant quidquid vellent super dæmones, scilicet claudere omnes in abysso, vel tollere eis potestatem tētandi homines, ita quòd nemo eorum posset iam hominibus nocere, aut tentare illos, immo nō poterant facere, quòd dæmones non tentarent ipsosmet Apostolos, nā sępe eos tentabāt. Quod patet, quia Iudæ erat data ista potestas, sicut cæteris Apostolis, & tamen sathanas tentabat eum, quia dicitur Ioan. 13. quod post bucellam introiuit in eum sathanas. Petrus etiam a sathana tentabatur Luc. 22. ecce sathanas expetiuit vos, vt cribraret, sicut triticum, & loquitur Petro, & omnibus Apostolis: non ergo poterant ipsi eijcere dęmones ne tentarent eos, istud autem est, quia dæmones nocere hominibus, & tentare illos pertinet ad ordinē diuinę prouidentię, ideo nulli data est potestas turbare istum ordinem, poterāt autem Apostoli eijcere dęmones, scilicet de corporibus arreptitiorum, quia hoc non præiudicabat diuinę prouidentię, quæ particulariter vult cōferre beneficia isti homini, vel illi liberando eum a malo, poterant etiam Apostoli eijcere dęmones, scilicet eijcere

A aliquos eorum de quibusdam regionibus, vt ibi non nocerent, sic enim fecit Raphael Angelus, qui ligauit dęmonem Asmodeum in deserto superioris Aegypti, quando Tobias vxorem accepit, vt non posset ei nocere, vt patet Tobi. 4. c. ita de Andrea Apostolo legitur, quòd dæmones quosdam exclusit de quadam regione ne ibi nocerent, & hoc ad semper, vel ad tēpus, Christus autem poterat de dæmonibus disponere, quod vellet, ideo tota legio dęmonum timuit, & rogauit ne mitteret eos in Abyssum Luc. 8.

Gratis accepistis. Fuerunt supra instructi Apostoli quantum ad formam doctrinę. Hic autem instruunt quantum ad veritatem vitę, & diuiditur in quatuor partes. Primo enim ostenditur, quòd non debent moB ueri ad prædicandum cupiditate. Secundo, quòd non debent terreri aduersitate ibi. *Ecce ego mitto.* Tertio, quòd nec debent retrahi carnalitate, idest cognatorū affectione ibi. *Nolite arbitrari.* Quarto, quòd nec amore præsentis vitę ibi.

Et qui non accipit crucem. Prima in duas, quia in prima retrahit eos a cupiditate. Secundo ostendit qualiter debeat eis prouideri in necessarijs vitę ibi. *Dignus est operarius.* Et quia cupiditas in duobus est, scilicet in male acquirendo, & in male possidendo. Ponitur primo, quòd non debeant aliquid male acquirere. Secundo, quòd non debeant male possidere ibi. *Nolite possidere,* Circa primum. *Gratis accepistis gratis date.* Idest licet faciatis multa miracula sanando ęgritudines non C petatis aliquod precium pro his curationibus, nec recipiatis oblatum, quia vos accepistis gratis, idest sine precio istam potestatem faciendi miracula, ideo non debetis illam vendere, sed gratis dare.

Cupiditas in duobus consistit.

Nolite possidere aurum. Hic prohibetur eis cupiditas in male possidendo, quia aliquid potest iuste acquiri, quod tamen male possideatur, sicut siquis non recepto aliquo beneficio curationis daret Apostolis pecuniam, non erat iniusta acquisito cum non daret hoc pro aliquo spirituali, scilicet nec pro miraculis, nec pro doctrina, & tamen iniuste possideretur cum Christus hoc prohibeat propter aliqua, vt infra dicetur, & dicitur nolite possidere aurum, quia istud est preciosissimum in humanis diuitijs. *Nec argentum.* Istud est D secundum in valore metallorum.

Nec pecuniam in zonis vestris. Nomine pecunię intelligitur quæcunque moneta minoris valoris, vt de ęre, vel alijs metallis, & dicitur in zonis, quia consuetudo est, quòd bursa denariorum de zona pendeat. Potest etiam intelligi aliter, quòd modus pecunię est duplex. Quędam est, quę reponitur, & conseruatur, quasi in thesaurum, vel ad alia tempora. Alia autem est ad quotidianas expensas, prima intelligitur nomine auri, & argenti, scilicet quòd Apostoli non haberēt repositum aurum, vel argentum, vel aliquod genus pecunię alicubi. Secunda intelligitur per pecuniam, quę est in zona, quia ibi habetur pecunia in promptum ad expendendum, Christus autem vetuit vllo E quo modo Apostolis habere pecuniam, ideo non licebat eis aliquam pecuniam possidere, nec saltem minutos, & paucos denarios.

Pecunię est duplex modus.

Non peram in via. Est repositorium in quo portatur aliquid in viā, scilicet sacculus licet aliquomodo differant, sic dicitur Luc. 10. nolite portare sacculum, neque peram, vetuerat enim Christus Apostolis habere repositoria fixa in aliquibus locis, hic autem vetat repositoria portatilia, scilicet peram, & sacculum, & in hoc Christus docet Apostolos confidere de sua prouidentia, in pera enim, & in sacculo portatur panis, vel aliquid cibi necessarij ad viam, Christus autem vetuit cibos istos portare, & etiam panem, quia Mār. 6. & Luc. 9. dicitur non peram, nec panem, & sic confidere

Pera quid sit.

dere oportebat, quòd Deus prouideret eis quando- F
cunque indigerent, cum non liceret eis reponere sibi aliqua ad necessitatem.

Nec duas tunicas. An vero intelligatur, quòd duas tunicas non haberent, idest vnam vestem super aliam, sed vnica veste simplici induerentur, vel quod nõ haberent vestes mutatorias dicetur Mar. 6. cap.

Nec calciamenta. Intelligitur de calciamentis integris, licebat tamẽ eis habere soleas, quę vocantur sandalia, sic dicitur Mar. 6. scilicet calciatos sandalijs.

Nec virgam. Videtur cõtrarium Mar. 6. scilicet præcepit eis ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum, sed dicitur communiter, quòd Mar. accepit virgam proprie. Matthæus autem figurate pro sustentatione G
temporali de quo infra dicetur.

Quid erat istud quod Christus dixit Apostolis gratis accepisse, & quòd gratis daretur.
Quæst. LXI.

QVAERETVR quid erat istud, quod Christus dixit gratis accepisse Apostolos, & quod gratis darent.

Dicẽdum, quòd intelligitur tam de prędicatione, quam de operatione miraculorum: vtrunque enim gratis susceperunt. De primo patet, quia illa prædicabãt Apostoli, quæ a Christo addidicerant, H
& tamen ipse gratis docuit eos, ideo ipsi gratis docere debent non exigentes pecuniam pro doctrina, etiã accipiebant gratis, quia sine vllo labore, & cogitatione sua Spiritus Sanctus dabat eis quid loquerentur, infra in litera, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. De secundo patet, quia potestas quomodocunque accipiatur aliquid gratis datum erat, si enim accipiatur proprie ipsa potestas solius Dei erat, ipse enim faciebat miracula, non ergo debebant vendere Apostoli, quod Christus faciebat, si autem accipiatur pro ipsa fide per quam fiebant miracula etiam gratis data erat, quia est donum Spiritus Sancti prima Corin. 12. & ipsi Apostoli hoc sciebant, ideo a Christo petiue- I
runt dicentes, domine adauge nobis fidem infra 17. & per hoc cauebat Christus duo vitia in Apostolis, vt dicit Chrysosto. scilicet superbiam, & auaritiam, superbiam quidem inquantum dicit gratis accepistis, quasi dicat hoc, quod facitis non est vestrum, alienum est, ideo non potestis de illo gloriari, sic dicitur 2. Corin. 4. quid habes, quod non acceperis, & quid gloriaris, quasi non acceperis? Auaritiam autem tollit, dicens gratis date, scilicet nihil vos de vestro largimini suscipientibus, nec enim mercede hoc accepistis, nec laborantes: in ea est gratia, gratis enim accepistis, ita igitur alijs date: maxime tamen intelligitur hoc de miraculis, quia cum sanarent homines a quibuscũque morbis, poterant colligere infinitam pecuniam si illam exigerent. Primo pro doctrina autẽ nemo K
daret forte eis pecuniam si gratis prædicare nollent, quia prædicatio eorum non erat aliquid delectabile hominibus pro quo pecuniam darent, immo si miracula non facerent forte nemo vellet eorum doctrinam audire, quia putaret eos esse fatuos, qui ista noua sine aliquo solido testimonio annunciarent, sicut Athenien. vocauerunt Paulum seminiuerbium, idest seminatorem verborum, quia resurrectionem illis prædicabat, & nondum viderant miracula eius Actu. dec. moteptimo: de miraculis, ergo maxime hoc intelligitur.

Quomodo Christus vetuit Apostolis miracula pro precio facere, quia ipse non faciebant miracula, sed Deus per illos. Et quòd miracula fieri possunt ab existente in peccato mortali dum tamen habeat fidem.
Quæst. LXII.

QVAERETVR quomodo Christus vetuit Apostolis miracula facere pro precio, quia videtur superuacuum: nam miracula ista solus Deus faciebat, si autem ipsi pecuniam habere vellẽt ex miraculis, nihil fieret, & sic non oportebat prohiberi hoc eis, quia non possent facere etiam si vellent.

Dicendum, quòd Christus hoc præcepit propter multa. Primo, quia licet intelligatur istud principaliter de miraculis, tamen etiam intelligebatur de doctrina, & quia ipsi poterant docere ea, quæ iam didicerant a Christo pro pecunia cum non reciperent illa de nouo vetuit hoc. Secundo, & principaliter fuit, quia vere poterant ipsi miracula facere etiam si pecuniam peterent, & acciperent: nam ad faciendum miracula non requiritur, nisi fides, cum ergo haberent fidem facerent miracula, & non obstabat, quod pecuniam reciperent, quia hoc erat esse in peccato mortali, miracula tamen fieri possunt ab existente in peccato mortali, sic dicitur supra 7. multi dicent mihi in die illa domine in nomine tuo dęmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus, & tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos, illi autem dicuntur Deo ignoti quos non probat, qui autem non fuerunt a Deo noti, nunquam fuerunt in gratia, ergo aliqui sunt, qui miracula faciunt, & nunquam sunt in charitate: poterit ergo aliquis facere miracula, qui illa vendat, simile patet de prophetia, quia illa est actualis illustratio intellectus humani a Deo eleuante illum supernaturaliter, & tamen aliqui prophetę ꝓ precio ꝓphetabant, sic dicitur Micchęę 3. prophetę eius in pecuniã diuinabant, idest pro pecunia, sic etiam Balaam erat verus propheta, vt colligitur Numer. 24 & tamen pro pecunia veniebat ad prophetandum, & maledicendum Iudæis. Nume. 22. & 24. Deus tamen apparebat ei, & dicebat multa de futuris. Nume. 23. & 24. & ostendebat ei, quòd malus erat, dicens peruersa est via tua mihique contraria. Num. 22. ita, ergo miracula pro pecunijs fieri poterant.

Tertio fuit ad instructionem Apostolorum, quia forte putarẽt licitum sibi esse recipere pecuniam pro istis miraculis, dicit ergo, quòd non reciperent. Et si dicatur, quòd hoc ipsi nouerant, quia 4. Reg. 5. Giezi cũ posteris suis percussus est lepra, quia petiuit munera a Naaman Syro sanato a lepra.

Dicendum, quod Apostoli erant viri rudes, & sine literis, vt dicit de Petro, & Ioanne Actu. 4. quod erant idiotę, & sine literis, ideo forte nesciebant istam scripturam, & ideo Christus debuit eos instruere ne pecuniam exigerent. Et si forte illam sciebant saltem proderat ista admonitio ad reddendum eos attentos, vt cauerent a muneribus, vnde etiã si nõ possent Apostoli facere miracula recipiendo pecuniam, erat conueniens, quod admonerentur nõ recipere illam eo, quod etiam in illis, quæ homines non possunt vitare, Deus admonet eos, vt sponte faciant, & mereãtur, id quod aliàs ex necessitate fieret, & non mererentur, sic fuit de Balaam, quia nihil poterat ille loqui, nisi quod Deus volebat, quia interdum conabatur maledicere Iudæis, & Deus conuertebat linguam eius, & benedicebat Deutero. 23. & ipse sciebat, quod non posset aliquid loqui, nisi quod Deus volebat. Nume. 22. & 24. & tamẽ Angelus dixit ei, caue ne aliud, quam præcepero tibi loquaris. Nume. 22. ita ergo ut Apostolis fieri deberet admonitio, vt ipsi sponte facere vellent

miracula

miracula sine precio,& per hoc mererentur. Quarto fuit propter honorem Christi, & discipulorum, quia si forte Christus propter ipsorũ demerita nollet miracula facere, quando illi precium reciperent, vel peterent aliquando disponerent se ad faciendum miracula,& nihil facere possent, quod erat in dedecus doctrinę, ideo præmonuit eos gratis agere, vt Deus semper exaudiret eos,& nunquam inciderent in verecundiam.

Quare Apostoli non debebant recipere pecuniam pro miraculis, & quod inconueniens erat recipere pecuniam. Et quòd diuitiæ suffocant verbum Dei. Quæst. LXIII.

QVAERITVR quare non debebant recipere pecuniam pro miraculis Apostoli, & quod inconueniens erat recipere.

Dicendum, quòd propter multa. Primo, quia istud non poterat bene vendi, quia res tanto venditur quanto valere putatur,& tamen curationes miraculosę sunt infiniti valoris, sicut dicit Chryso. non est enim condignum precium earum inuenire, ergo vendi non debent.

Secundo, quia ex hoc contemnitur ipsum donum Dei: nam quando aliquid minus appreciamur, quam valeat, contemnimus id, quia detrahimus ei partem valoris sui, curatio tamen miraculosa est infiniti valoris, dando autem pecuniam pro illa asserimus tantum valere quanta est pecunia, quæ datur, valde ergo id contemnimus.

Tertio, quia fit præiudicium Spiritui Sancto, quia vendimus rem illius, nam miracula a Deo sunt, & nõ a nobis, accipiendo autem precium pro illis vẽdimus rem alienam, & sic Deo præiudicamus cuius rem eo nolente vendimus, istam causam tetigit Christus in litera, dicens gratis accepistis gratis date, idest non est vestrum hoc, quod datis, sed accepistis illud gratis, idest sine precio, ideo gratis date,& est magnum præiudicium istud, ꝙ homo, tanquam suam vendat rem, quæ solius Dei est, sic dicitur 1.q.1.cap.eos. quòd grauius peccant symoniaci, quam Macedonius dicebat, scilicet Spiritum Sanctum esse seruum patris, & filij, Symoniaci autem faciunt Spiritum Sanctum seruum suum, quia vendunt illum.

Quarto, quia per hoc ostendit homo ista non esse dona Dei, Deus enim omnia nobis gratis dat nõ exigens aliquod precium, quia non indiget bonis nostris Psal.15. si ergo homines miracula facerent, tanquam ministri Dei gratis illa darent cum Deus omnia gratis det, recipiendo ergo pecuniam pro eis ostendunt, quòd rem propriam vendunt, ideo precium accipiũt, & non agunt, tanquam ministri Dei: & istę eędem rationes sunt in administratione omnium spiritualium, quia pro eis pecunia nulla exigenda est, nec recipienda. Quinto fuit ad reddendum magis beneuolos auditores ad credendum, & recipiendum doctrinam istã, nam si pecunia ab eis exigeretur pro his curationibus contristarentur, nunc vero cum nihil exigebatur faciliter amplectebantur doctrinam hanc, nam constabat esse viros optimos eos, qui talia faciebant cum possent colligere inde infinitam pecuniam, omnia contemnebant.

Sexto fuit ad tollendum occasionem auaritię, quia si liceret Apostolis recipere pecuniam ex his iam magis aduerterent ad pecuniam recipiendam, quam ad prædicationem, quod valde derogaret doctrinę fidei, quia diuitię suffocant verbum Dei infra 13.& Luc.8, quia diuites volunt frui bonis huius sęculi, quę possident, ad spiritualia autem non aduertunt, quia pro il-

A lis non laborauerunt, sicut in congregando diuitias, etiam ex hoc esset occasio multis, quòd fierent discipuli Christi, vt sic diuitias conquirerent, sicut fuit supra 8.& Luc.9. de illo Scriba, qui dixit Christo, magister sequar te quocunque ieris, & Christus illum repulit, dicens vulpes foueas habent, in quo innuit, ꝙ ille volebat sequi eum, vt dicit Hierony,& Hilarius, Christus tamen dixit non esse hoc conueniens, quia ipse non habebat vbi reclinaret caput suum, idest habere nolebat licet posset acquirere, ergo nõ decebat, quòd discipuli eius diuitias intuitu ipsius conquirerẽt maxime, quia aliqui de Apostolis erant auari, scilicet Iudas, qui furabatur pecuniam datam Christo. Ioan. 12. a fortiori, ergo si non esset prohibitum acciperet

B pecuniam pro miraculis, quia etiam ipse, sicut & cęteri miracula faciebat cum prædicaret, sic dicit glo. hoc autem dicit ne Iudas, qui loculos habebat, de prędicta potestate pecuniam congregare vellet.

Septimo fuit, quia Christus præsciebat, quòd in ecclesia pestis symoniaca pullulatura erat, quia aliqui vellent habere spiritualia, vt ea vendendo lucro conquirerentur, alij vero ipsa spiritualia pecunijs emere vellent, vtrunque autem Christus in hoc præcepto exclusit: nam si spiritualia vendi non possunt, nec etiã poterunt emi. De primo patet, quia in principio ecclesię Simon magus potestatem dandi Spiritũ Sanctum,& miracula faciendi pecunia exhibita ab Apostolis emere voluit Actu.8. multi quoque alij idem

C facere vellent, vt postea venderent si permitteretur eis, sic dicit Grego. pręsciebat nãque nonnullos donũ accepti spiritus in vsum negociationis inflectere, & miraculorum signa ad auaritię obsequium declinare. De secundo patet, quia postea successu temporum, & vsque ad tempora nostra ecclesia varia Symonię labe respersa est, quæ grauius,& deterius creuisset, nisi Christus eam nunc vetuisset. in hoc, ergo præcepto tam illos, quam nos instruxit, ideo necesse fuit dici gratis accepistis,&c. *Dignus est*. Hinc ostenditur quomodo debebat prouideri Apostolis in necessarijs vitę, scilicet quia populus cui prædicabant debebat eis ministrare, & diuiditur in duo. Quia primo ostendit qualiter se deberent habere ad recipientes eos, Secũ-

Quomodo debeat prouideri Apostolis in necessarijs vitæ.

D do qualiter ad non recipientes ibi. *Et quicunque*. Circa primum dicitur. *Dignus est enim operarius cibo suo*. Idest non puteris, ꝙ non habebitis necessaria ad vitam licet non prouideatis vobis, quia illi in quibus prædicaueritis dabunt illa vobis, nec facient vobis in hoc gratiã, quia obligati sunt, nam operarij estis prædicando eis, nam digni estis, vt vobis dent cibum, idest omnia necessaria ad vitam, quia nomine cibi intelliguntur victus, & vestitus.

In quãcunque autem ciuitatem, aut castellum intraueritis. Iste est modus quem tenere debebant cum intrabant in aliqua loca, s. ꝙ quærerent hospites, sicut hic dicitur & vocatur ciuitas quicunque locus magnus, castellũ autem locus paruus, eo ꝙ tam in magnis, quã in par-

E uis locis prædicaturi erãt, sic enim Christus faciebat, quia circuibat omnes ciuitates,& castella docens precedenti cap.& etiam in vicis in locis non muratis vbi erant paucę domus prædicabat Mar.1. eamus in proximos vicos, vt & ibi prædicem.

Interrogate quis in ea dignus sit. Hoc est primũ, quod facere debebant Apostoli cum intrarent in locum cũ, scilicet ꝙ quærerent quis erat dignus in ea, idest quis erat melioris vitę, & famę, & conuersationis, vt hospitarentur apud eum. *Et ibi manete*. Subintelligitur, quòd irent ad domum illius, & peterent hospitium, & ille daret eis si dignus erat,& tunc manerent ibi.

Donec exeatis. Idest non transeatis de hospitio in hospitium, sed manete in illo in quod intraueritis donec

exeatis

exeatis de illa vrbe expleta prædicatione vestra in ea. F

Intrantes autem domum. Illud est, quod faciebant, quando intrabant, idest intrare volebant, scilicet salutem optare. quia antequam hoc facerent non intrabant, cum videretur esse, quod quis intraret domum alienam inurbanum valde nulla præmissa locutione. *Salutate eam.* Idest salutate manentes in ea, nam parietes domus nō sunt salutandi: nō enim salutaret nisi ille cui salus aduenire potest, cum salutatio videatur esse salutis imprecatio, sed domus vocat familia manens in domo.

Dicentes pax huic domui. Ista erant prima verba Apostolorum volentium habere hospitium Luc.10. in quācunque domum intraueritis, idest intrare volueritis primum dicite pax huic domui, idest toti familiæ manenti in domo sit pax. G

Et siquidem fuerit domus digna. Idest si habitantes in domo fuerint digni, quod Deus præstet illis hoc beneficium pacis, quod vos petitis, sic dicitur Luc.10. & si ibi fuerit filius pacis, idest si pater familias fuerit pacis, idest ad pacem pertinens, & dignus recipere illam. & dicitur de illo, quia domus iudicatur secūdum cōditionem patrisfamilias cum reliqui ad ipsum pertineant, si enim ipse fuerit bonus, etiam si alij sint mali domus iudicatur digna, si vero ipse malus est etiam si alij boni sint, domus indigna est, & non est ibi filius pacis. *Veniet pax vestra super eam.* Idest Deus infundet pacem, quam vos imprecamini, quia vos non potestis illam dare, sed solum petere, sed Luc.10. dicitur requiescet pax vestra super illam, & hoc significantius H dicitur, quia requies est quædam longa, & inturbata permansio, & sic innuitur, quod si reciperentur Apostoli in domo vbi quis dignus esset, pax illa quam imprecabantur, non solum maneret ibi eis manentibus, sed etiam post recessum eorū benefaceret Deus domui illi propter eos.

Si autem non fuerit digna. Scilicet, quia pater familias non est vir bonus, & filius pacis. *Pax vestra ad vos reuertetur.* Idest non percipiet aliquid de bono, quod vos imprecamini si indignus fuerit, sed reuertetur ad vos pax vestra, idest non perdetis meritum de pace imprecata, licet nemo eam recipere dignus fuerit.

Quare Christus dixit dignus est operarius cibo suo. I
Quæst. LXIIII.

QVÆRITVR quare Christus dicit hic, dignus est operarius cibo suo.

Dicendum, quod propter multa. Primo propter præcedentia, quia Christus miserat discipulos sine pera, & sacculo, & necessarijs, & quia ipsi putarent se ex hoc perituros non habentes, vnde sibi prouiderent dixit dignus est operarius, &c. quasi dicat nō putetis, quod aliquid vobis deerit, quia officiū prædicationis vestræ ministrabit vobis omnia necessaria, quia digni estis recipere hoc, sic dicit Augustinus, ostendit cur eos possidere, aut ferre hoc voluerint, non quod necessaria non sint sustentationi huius vitæ, sed quia sic eos mittebat, vt eis hæc deberi demonstraret ab illis quibus K euangelium annunciarent, tanquam stipendia militantibus.

Secundo ad tollendum verecundiam Apostolorū, quia cum mitterentur ad prædicandum sine necessarijs ad vitam, oportebat eos mendicare, Christus autē dicit, quòd non, quia qui recipit, quod sibi debitum est non mendicat, cum potius iure suo illud exigere posset, & sic Christus ostendit, quod Apostolis sustentatio erat debita propter officium, cum essent operarij dicens, dignus est operarius, &c. & sic non mendicabant, sed quæ sua erant exigebant, & ita innuitur 42. di. cap. quiescamus, scilicet quod prælatis, & prædicatoribus eleemosyna est debita, & iure suo petunt illā, vnde magis est sustentatio, quam eleemosyna, sic dicit Chrysosto. vt non dicant Apostoli, mēdicantes ergo nos iubes ire, & in hoc verecundarentur, mōstrat hoc eis debitum esse operarios eos vocans, & quod datur mercedem appellans.

Tertio ad tollendum Apostolis locum superbiendi, nam si prædicarent, & ægros curarent nihil recipiētes ab auditoribus possent superbire, tanquam essent aliquid magnum omnia dantes, & nullo indigentes, nec vicissitudinem recipientes, quod ad solum Deū pertinet Psal.15. dixi domino Deus meus es tu quoniam bonorum meorum non eges, cæteri autem domini plura a subditis suis recipiunt, quam eis tribuāt, voluit ergo, quòd Apostoli reciperent necessaria ad vitam ab audientibus, vt sic quasi per quandā vicissitudinem se fratres agnoscerent, & non superiores, & etiam ipsi audientes cōsolarentur, quia non viderent contemni cum Apostoli dignarentur ab eis recipere necessaria ad vitam, sic dicit Chrysosto. a discipulis suis tem cibari Apostolos oportebat, vt nec ipsi magna saperent aduersus eos, qui docebantur. sicut omnia præbentes, & nihil accipientes, nec rursus illi ascendant, quasi ab alijs.

Quarto vt ostendat quid erat, quod licebat Apostolis recipere ne in hoc excederent, & sic dixit dignus est operarius cibo suo, idest nihil, nisi cibum recipiat, & ea, quæ nomine cibi intelliguntur, scilicet victus, & vestitus, & hospitium, quia ista sunt necessaria ad vitā Ecclesiastici 29. initium vitæ hominis panis, & aqua, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem, aliud autem recipere non debebant.

Quomodo dicitur hic in litera, quòd dignus est operarius cibo suo, quia videtur, quòd venderetur prædicatio Apostolorum. Vbi quòd prædicatores sustentationem necessitatis a populo accipiunt, mercedem a Deo, item quòd duplex est obligatio.
Quæst. LXV.

QVÆRITVR quomodo dicitur hic, quòd dignus est operarius cibo suo. Nam in hoc significatur commensuratio, vel æquiualētia eorum, quæ Apostoli tribuebant, & recipiebant, & tamen spiritualia tribuebant, ideo non poterat esse commensuratio aliqua, quia quæ cōmēsurantur in valore possunt vendi, & commutari.

Item videtur, quòd non possit stare, quia Christus dixit gratis accepistis gratis date, si ergo gratis dabāt non per hoc erat eis aliquid debitum, ita vt fieret cōmensuratio ad hoc, quod digni essent.

Dicendum, quòd in Apostolis poterant duo considerari. Primum ipsum, quod tribuebant. Secundum ipsa operatio tribuendi, siue occupatio, aut labor in tribuendo. Quantum ad primum nulla commensuratio erat, quia spiritualia sunt infiniti valoris, scilicet verbum, quod prædicatur, & miraculosæ curationes ægritudinum, & quantum ad hoc non dicebantur Apostoli esse digni aliqua re, nec tribuendum erat eis aliquid pro hoc, sed pure gratis danda erant, & quantum ad hoc Christus dixit gratis accepistis gratis date, idest ea quæ ministratis gratis accepistis, ideo gratis date. De secundo, scilicet de occupatione, vel de labore secus est, quia ista erat aliqua operatio Apostolorum, ideo aliquo modo poterat commensurari alicui precio, sicut homines locant operas suas, & labores pro mercede.

Sed adhuc dicendum, quòd Apostoli non præstabant labores suos pro mercede. Primo, quia si pro mercede temporali ista facerent, nihil mererentur apud Deum, sicut de hypocritis, qui omnia agunt

propter

propter laudes humanas, dicitur supra 6. quòd receperunt mercedē suam, & tamen ipsi sperabant a Deo retributionem æternam pro laboribus suis, ergo non prædicabant pro mercede temporali.

Secundo, quia tunc non bene venderent labores, quia plus mererētur, quam cibum accipere, & tamē solum cibum, idest necessaria ad vitam eis Christus permisit recipere, sic dicit Chrysosto. hoc autem dixit non quidem ostendens tanto precio Apostolicos dignos esse labores, sed Apostolis legem inducens, & tribuentibus suadens, quod ab eis datur debitum esse, sic etiam dicit August. scilicet, non ergo venale euangelium, vt pro temporalibus prædicetur, si enim sic vendunt magnam rem vili vendunt, accipiant ergo prædicatores sustentationem necessitatis a populo mercedem dispensationis a Deo.

Tertio, quia non possent, sic euitare Symoniam, quia quandocunque aliqua duo coniuncta sunt, qui vnum vendit neutrum inuenditum derelinquit, idest vtrunque vēdit 1. q. 1. c. cum autem. sed ipsa operatio Apostolorum, scilicet prædicatio, & verbum, quod prædicabant, & curationes factæ, & eorum operatio ad hoc erant coniuncta, ita quod nequaquam poterant separari, ergo nō licebat eis vendere labores suos, quia sic venderent ipsum verbum, quod prædicabant, & miracula, quæ per eos fiebant, & ita nunc est, quia sicut non licet vendere sacramenta, ita nec licet vendere laborem, vel occupationem ministrandi sacra, quia tunc posset taxari precium laboris, & super hoc conuentio fieri, quod manifeste est symonia, non ergo vendebant Apostoli labores suos.

Sed dicendum, quod non considerabatur hic quanto digni essent Apostoli per hoc, quod laborabant, sed solū quid esset dignum eos recipere, vt laborare possent, & sic non taxabatur aliquid de precio laboris sui, & hoc patet cum dixit Christus dignus est operarius cibo suo, nam ad hoc, quod operarius posset laborare non requiritur, nisi quòd dentur ei necessaria ad vitam, si tamen ad merita laborum suorum attendatur, etiam vltra quotidianas necessitates meretur aliquid, quod lucrū dī, si Christus ergo taxasset hic labores Apostolorum aliquid dedisset ei vltra cibū, & tamen non dedit, ergo non taxauit, quantum pro laboribus merebantur, sed quantum eis necessarium erat ad hoc, quod laborare possent, & hoc dixit eos esse dignos, sic dicit Aug. non est venale euangelium, vt pro temporalibus prædicetur, si enim sic vendunt magnam rem vili vendunt, accipiant ergo prædicatores sustētationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a Deo, nō. n. a populo redditur, quasi merces illis qui sibi in charitate euangelii seruiunt, sed tanquā stipendiū datur quo, vt possent laborare, pascantur.

Sed obiicietur, quia Luc. 10. dicitur dignus est operarius mercede sua, & tamen merces dicit precium æquiualens labori.

Dicendum, quod non erat proprie merces hic, quod dabatur Apostolis, & datur prædicatoribus, sed magis est cibus. i. sustentatio, & ideo melius hic dicit dignus est operarius cibo suo, in quo sola sustentatio designatur, & non taxatio, vel æqualentia laborum, vtrunque tamen conueniens fuit dici, quia Christus voluit ostendere duo discipulis. s. quid accipere deberent ab audientibus, & quod illud non mendicando, sed ex debito acciperent. Primum ostēditur cum dicitur dignus est operarius cibo suo. i. nihil debet recipere operarius euangelicus, nisi cibum. i. necessaria ad vitam. Secundum cum dicitur Lucæ. 10. mercede sua, quia merces a merito dicitur, si ergo meritum est debitū est, & ita cibus est debitus prædicatori, & sic est merces sua qua dignus est, nō quidem, quia laborauit, vel quia multum aut paucum laborauit, vel laborando multum, vel parum profuit, sed dignus est hac mercede, vt sustentari valeat ad hoc, quod laborare possit.

Alio modo possit intelligi, quod dignus est operarius &c. non quidem quantum ad aliquam taxationem laborum, sed quantum ad quandam vicissitudinem charitatis, quia iustum est, quod illi, qui recipiunt dent aliquid, & hoc ad subuentionem, quod charitas facit. s. prædicator populo doctrinam tribuit, qua populus indiget, & ipse populus prædicatori necessaria ad vitam ministrat in quibus ille deficit, sic dicitur 1. Cor. 9. si nos vobis seminamus spiritualia, non est magnū si carnalia vestra metamus, sic etiam dicitur ad Rom. 15. placuit eis aliquam collationem facere in pauperes sanctorum qui sunt in Ierusalē, & debitores sunt eorum, nam si spiritualium eorū participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis, & hoc verum est, quod sic est quoddam debitum charitatis, & suscepti beneficii, & tamen magis plane dicitur, & determinare, quod dictum est supra.

Ad primum dicendum, quod hic est quædam commensuratio quam significat dignitas, non erat tamen commensuratio ad ea, quæ Apostoli tribuebant, nec ad laborem tribuendi, sed ad sustentationem in prædicando. i. tantū digni erant Apostoli recipere, quantum eis sufficeret ad vitam ad hoc, quod prædicare possent, & hoc eis dandum erat.

Ad secundum dicendū, quod Apostoli gratis dabant, quia pro nullo conueniebāt. s. nec pro re data, nec pro merito laboris, nec pro sustentatione, & tamē adhuc digni erant, quod aliquid eis daretur, & vere illud sibi debitum. Est enim duplex obligatio, sicut est duplex cōmunicatio, vt dicitur 9. Ethi. s. legalis, & moralis. legalis est in illis, qui communicant modo legis. s. per contractus ex quibus insurgit actio, & ius petendi, secūdum legem humanam: moralis est in illis, qui nō obseruant contractum, sed dant secundum morem, virtus enim est, quæ mores dirigit: in erogando autem dirigit liberalitas, secundum quam datur beneficium nihil taxando, nec petendo, immo non cum intētione recipiendi, sed quia dare tunc bonum est, & virtus dare suadet, & tamen obligatio insurgit inde, quia ille qui recipit tenetur ad plus, quam recipit, vt dicitur 9. Ethic. quia non solum debet retribuere pro re data, sed pro voluntate benefaciendi, cū non existente debito ille benefacere incœperit, & hoc modo omnes audientes tenebantur Apostolis ad magna, quia liberaliter eis benefecerant, non tamen erat debitum legale, quia vltra moralem, & naturalem obligationē adhuc competebat Apostolis ius recipiendi, & petendi sustentationem, quia ille, qui statuerat gratis prędicandum esse statuit, quòd audientes tenerentur ministrare cibum Apostolis, vt patet hic, & prima ad Corinth. 9. dicitur ita, & dominus ordinauit his, qui euangelium annunciant de euangelio viuere. i. recipere sustentationem de prędicatione. Paulus quoque istam Christi legem postea confirmauit, scilicet declarando, vel aperiendo eam magis ad Gala. 6. communicet autem is qui catechizatur verbo ei qui se catechizat in omnibus bonis ad vitam, an vero Apostoli tenerentur recipere sustentationem ab his quibus prędicabant dicetur infra.

Cum tenebantur Apostoli quærere quis dignus esset in loco quolibet, an ad hoc tenebantur cum essent in loco, vel priusquam intrarent. Quæst. LXVI.

QVAERETVR cum dicitur hic, quod Apostoli interrogare debebant in quolibet loco quis dignus esset, an hoc tenebantur quærere cū essent in loco, vel

vel possent quærere antequam intrarent. Aliqui dicunt, ꝙ poterant antequam intrarent quærere, quia superabundans cautela non nocet, cum ergo tenerẽtur aliqñ hoc petere quandocunque petere possent non nocebat illud petere. Item patet, quia videbatur esse honestius, ꝙ extra vrbem peterent si inuenirent aliquem a quo peterent, quam per vrbem vagarentur istud quærendo.

Alij dicunt, ꝙ non licebat eis quærere hoc antequã intrarent, quia dicitur in litera in quamcunque ciuitatem intraueritis interrogate quis in ea dignus sit, & sic prius intrare debebant. Secundo hoc non multum facit, quia potest intelligi in quamcunque ciuitatem intraueritis, idest intrare volueritis, & sic dicitur supra in litera intrantes domum salutate eam, & tamẽ manifestum est, ꝙ prius debebant salutare, ꝗ intrarẽt domum, quia sic dicitur Luc. 10. in quamcunque domũ intraueritis, primum dicite pax huic domui.

Dicendum tamen, ꝙ prius intrare debebant in vrbem, ꝗ hoc quærerent, quia in via non licebat eis aliquid quærere, eo ꝙ dicitur Luc. 10. neminem per viã salutaueritis, & tamen si alicui loqui deberent oporteret, ꝙ prius salutarent eum, quia inurbanum erat loqui alicui occurrenti non præmissa aliqua salutatione, postquam ergo intrabant in vrbem quærere debebant.

Ad primum dicendum, ꝙ superabundans cautela non nocet vbi permissa est, interdum tamẽ est vetita, & ibi non licet maiorem quærere certitudinem, quã permissum sit, sic enim cautela quædam prudentię videretur Apostolis cogitare quid deberent prædicare, vel respondere, Christus tamen vetuit infra in litera, scilicet nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, & sic si cogitare vellent quid dicerent peccarent mortaliter, de iure etiam humano interdum superabundans cautela reprobatur, sic enim apertius probant centum testes, quam duo, & tamen effręnata multitudo testium reijcitur, & qui certus est certiorari non debet, ita hic Christus disposuerat, ꝙ nihil in via, sed in vrbe quærerent, ideo non licebat ad superabundantem cautelam quærere hoc extra vrbẽ.

Ad secundum dicendum, ꝙ non oportebat vagari ad quærendum per vrbem, quia Christus dixerat, ꝙ interrogarent quis esset dignus, idest quia esset bonæ famæ in vrbe, tales autem, qui sunt excellentes ab omnibus cognoscuntur in vrbe, ideo quilibet interrogatus responderet eis, & non oportebat vagari.

Quare Christus iussit Apostolis, quòd quærerent quis esset dignus in vrbe. Quæst. LXVII.

QVAERETVR quare Christus iussit, quòd quærerent quis esset dignus in vrbe.

Dicendum, ꝙ Christus volebat Apostolos hospitari apud viros bonos, hoc tamen ipsi scire non poterant, nisi per famam, ideo quærere debebant, sic dicit Hieronym. super Matthę. Apostoli nouam vrbem introeuntes scire non poterant quis qualis esset, ergo fama hospes eligendus est populi, & iudicio vicinorum, in hoc autem iubet Christus diligentiam facere, scilicet quærere quis sit dignus, & postea hospitium petere salutãdo, hoc autem fecit, quia Apostoli quibus Christus cętera concedebat putarẽt, quòd etiam concederet eis hospitia bona, & quòd a quocunque peterent immediate hospitium concederet, instruxit ergo eos, quòd diligentiam adhiberi oportebat ad quærẽdum hoc, sic dicit Chryso. in homilia, scilicet quia dixerat superius dominus dignus est operarius cibo suo, ne crederetur propter hoc omnium eis ianuas aperiri multam diligentiam hic iubet

F facere de hospite eligendo. Causa autem quare iussit quærere dignum hospitem fuit propter famã Apostolorum, quia si manerent apud infames, & malos esset suspitio contra eos, quòd mali essent, quia omne animal ad sibi simile coniungitur Ecclesiastici 13. & similitudo est causa amicitię, vt patet 8. Ethi. c. 2. si autem apud bonos manerent iudicarentur boni, quia cum Sancto Sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Psal. 17. sic dicit Hierony. fama populi, & iudicio vicinorum hospes eligendus est, ne prædicatoris dignitas suscipientis infamia deturpetur.

Secundo, quia hospes non solum hospitium, sed etiam necessaria ad vitam tribuere debebat Apostolis quandiu ibi manerent, & quia hoc non faceret aliquis, nisi esset valde bonus, ideo oportebat, vt q̃rerent
G virum bonum, sic dicitur Lucę 10. in eadem domo manete edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt, sic etiam dicit Chrysosto. hoc non solum in domum eis proderat, sed in cibarium, si enim dignus est orato dabit cibum. & maxime cum nihil amplius necessarijs peteretur.

Tertio, vt non esset occasio mutandi hospitiũ, quia Christus iusserat, quòd in quamcunque domum intrarent illic manerent donec exirent, scilicet de vrbe, vt patet supra in litera, & Mar. 6. & Luc. 9. & tamen si non esset hospes bonus occurrerent causę multę dimittendi hospitium, oportebat ergo prius diligenter illud quærere, sic dicit Ambrosius super Lucam, non ociose domus, quam ingrediantur Apostoli eligendi
H discernitur, vt mutandi hospitium causa nõ suppetat

Quarto, quia Apostoli intrantes domum alicuius potius beneficium dabant, quam recipiebant, eo ꝙ curabant infirmos, qui in domo erant, & familiariter docebant domesticos, & honorabant pręsentia sua, ad præstandum tamen talia beneficia iustum erat eligi eos quibus tribuerentur. Et apparet, ꝙ hoc Christus voluit, quia dixit interrogate quis dignus sit, & non dixit quis sit bonus, sed quis sit dignus, scilicet suscipere vos. Patet etiam hoc, quia dixit si fuerit domus digna, scilicet ad recipiẽdum vos, & benedictionem, quam imprecamini, sic dicit Hierony. hospes vnus eligitur non tribuens beneficium ei, qui apud se mansurus est, sed accipiens, hoc enim dicitur quis in ea
I dignus sit, vt magis se nouerint accipere, quam dare.

Quare Christus non dedit Apostolis, quòd ipsi scirent quis erat dignus in qualibet vrbe, & quòd non interrogarent. Et quòd cor hominis dupliciter cognoscitur. Et quòd esse intra aliud dupliciter contingit. Et ꝙ anima non habet terminos essentiæ. Quæst. LXVIII.

QVAERETVR quare Christus non dedit Apostolis, quòd ipsi scirẽt quis erat dignus in qualibet vrbe, & quòd nõ oporteret, ꝙ interrogarent, sicut cõcessit alia, immo videtur, quòd debuisset eis hoc concedere.

K Primo, quia aliàs poterant falli quęrendo hospitẽ per famam, quia sępe fama est fallax. Secundo, quia Christus similia eis concedebat, scilicet quòd ipsi scirent, quid deberent respondere, & etiam si non cogitarent, nec addiscerent, vt patet infra in litera.

Aliqui dicunt, quòd Christus non cõcessit eis hoc, quia proprium Dei erat, nam cognoscere quis sit bonus est cognoscere cor hominis, nemo autem nouit istud, nisi Deus, & ipsemet cuius est cor, prima ad Corinthio. 2. & sic de Deo dicitur scrutans corda, & renes Deus Psalmo. 7. nõ ergo potuit communicari Apostolis,

Dicendum, quòd cognoscere hominem esse bonum est cognoscere cor illius, & istud dupliciter cognoscitur,

gnoscitur, vel per se, & immediate, vel in suo repręsentatiuo.

Primo modo solus Deus cognoscit cor hominis, quia cognoscere illud sic est alibi animæ nostræ, & esse intra cogitationes illius, nulla autem alia res potest esse intra animam, quia quod est intra aliud, vel est intra terminos quantitatis, vel intra terminos essentiæ, nihil autem potest esse intra terminos quantitatis animæ, quia non habet quantitatem, est autem intra terminos essentiæ illud quod est pars essentię rei vel virtus, a qua dependet essentia.

Secundo modo nihil est intra animam, quia non habet terminos essentiæ, idest, partes essentiales, quia non est composita, sed est forma, & actus: solum ergo potest esse aliquid intra animam.

Secundo modo, idest, vt virtus, a qua dependet essentia eius, hoc modo, nihil est intra essentiam alicuius rei, nisi Deus, quia ipse solus est, a quo dependet essentia, quia ipse communicauit essentiæ esse actuale per creationem, vel productionem in tempore, & ita nihil potest esse intra animam, vel illabi ei, nisi Deus: ergo ipse solus potest cognoscere cogitationes hominis per seipsas, idest, non indiget repręsentatiuo. Angelo autem, vel homini non potest communicari, quòd cognoscat cor alicuius per se, sicut non potest communicari ei, quòd posset creare, quia tunc communicaretur ei, quòd esset Deus cum aliàs non posset illabi animæ, vt ostensum est: isto ergo modo manifestum est, quòd non poterat communicari Apostolis, quòd cognoscerent quis erat bonus cognoscendo cor illius.

Secundo modo potest cognosci cor hominis per suum repræsentatiuum, hoc autem est duplex, scilicet, naturale, & diuinum, naturale est, cum quis in voce exprimit conceptum mentis, quia sunt ea, quæ in voce earum, quæ in anima passionum notę, primo Penhermen. vel quando per aliqua signa vultus indicatur de interiori passione, iuxta illud in vultu legitur hominis secreta voluntas, hoc modo nos cognoscimus mutuo corda aliorum. Diuinum repræsentatiuum est, quando sine voce, vel exteriori signo Deus reuelat alicui quid alius cogitet, tunc cognoscit cogitationes alterius non quidem, quòd sit in corde illius, sed quia diuina illustratio est in corde suo, & hoc modo Prophetæ cognoscebant corda hominum ad eos venientium sæpe, sic igitur poterat Christus concedere Apostolis, quòd quando intrarent in aliquam vrbem reuelaret eis, quis esset dignus in ea, & sic non oporteret quæri. Et videtur, quòd hoc facere debuisset, quia Apostoli fuerunt excellentiores Prophetis, & tamen Prophetæ sæpe cognoscebant corda venientium ad se prius quàm quicquam loquerentur, quia Deus tunc, vel antea ea reuelabat eis, sit patet primo Regum nono, de Samuele cui Deus dixit cras hac ipsa hora, quæ nunc est, mittam ad te virum de Beniamin, & vnges eum Regem, & sic sequenti die quando venit Saul dixit ei Samuel antequam loqueretur ad quid veniebat, scilicet, ad quærendas asinas, sic etiam Ahias Sylonites Propheta cognouit quando venit ad eum vxor Regis Ieroboam, tertio Regum decimoquarto, caligauerant enim oculi eius, nec videbat venientes: ideo mutato habitu intrauit ad eum vxor regis Ieroboam simulans se esse alteram, & cum ingrederetur antequam loqueretur reuelauit ei quid haberet in corde, & ideo cum semel aduenientе Sunamite, & ignoraret ad quid veniret, quasi de re insolita miratus est dicens ad puerum suum dimitte illam, anima eius in amaritudine est, & Dominus cela-
A uit a me, nec indicauit mihi, quarto Regum quarto, Apostolis quoque Deus reuelabat interdum corda hominum, sicut fuit in Petro circa Ananiam, & Saphiram volentes fraudare de precio agri, Actuum quinto, nam cum ipsi mentirentur dixit Petrus Ananiæ: cur tentauit Sathanas cor tuum mentiri te Spiritusancto? ita ergo poterat nnnc reuelare eis quis esset dignus in qualibet vrbe.

Dicendum non esse dubium quin potuisset concedere eis istud, & tamen cętera concedens hoc dare noluit, sed iussit quærere hospitem per famam, sic dicit in Homilia intende autem, quòd nondum omnia eis tribuit: nec enim eis largitur, vt
B sciant quis sit dignus, sed iubet scrutari. Et hoc fuit propter multa.

Primo, quia istud est generale, quòd Deus nunquam concedit miracula, nisi quando humanitus fieri non potest quod per miracula quæretur: vnde si fides, & prædicatio Apostolorum potuisset conuenienter suscipi sine miraculis, sicut cum miraculis suscepta est, non concessisset Christus Apostolis miraculum aliquod facere, & tamen quia non poterant, concessit illis facere miracula: poterant tamen quærere hospitem sine miraculo: ideo noluit concedere miraculum ad hoc.

Secundo fuit, vt non superbirent: si enim eis in omnibus miracula concederentur, homines adhuc rudes existentes superbirent: nam si Paulus post ac-
C ceptum Spiritumsanctum dicebat secunda ad Corinthiorum duodecimo, ne magnitudo reuelationum extollat me datus est mihi Angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Apostoli a fortiori nondum recepto Spiritusancto superbirent per quotidianas reuelationes, & miracula: ideo non fuit eis concessum sic cognoscere corda hominum, sed ad hoc, quòd humiliarentur fecit, quòd cogerentur ab alijs quærere, & etiam quòd interdum errarent per iudicium famę, sicut etiam fecit, quòd reciperent victum ab auditoribus, vt per hoc crederent se esse ęquales illis, & non maiores, vt dicit Chry-
D sostomus.

Teruo fuit ad ostendendam virtutem ipsorum eis quibus prædicabant, cum tantam diligentiam viderent eos facere quærendo, quis esset vir bonus apud quem hospitarentur, & erat decens, quòd non solum potestas eorum in miraculis, sed etiam virtus in opere appareret quod fiebat sic quærendo bonum hospitem apud quem virtuose conuersarentur, sic dicit Chrysostomus, non enim signis solum volebat eos claros apparere, sed magis virtute.

Quarto fuit propter nos, vt cum Apostoli, qui erant principes Ecclesiæ tantam diligentiam circa hospitem inueniendum facerent, vt sine suspitione viuerent, quantomagis nos, quibus ex malorum conuersatione non solum suspitio, sed etiam peri-
E culum videndi mores eorum incidit cauere debemus malorũ consortia, quia non solũ vita malorum, sed etiam eloquia mala corrumpunt bonos mores, prima Corinthiorum decimoquinto, solicite agere debemus, vt inter bonos maneamus.

Quinto, & principaliter fuit, vt posset verbũ Christi impleri, quia ipse dixit, ꝙ si eẽnt digni hospites, & reciperent eos manerent ibi p̃dicãtes, & miracula faciẽtes, si aũt nõ reciperẽt eos excuterẽt puluerẽ pedũ ꝯ ciuitatem in testimoniũ illis, vt patet infra in litera, & Lucæ 10. non tamen posset hoc impleri si reuelaretur eis quis esset dignus hospes, nam non excutiebant puluerem de pedibus, nisi quando in ciuitate

nemo erat dignus, qui reciperet eos, si tamen reuelaretur eis quis esset dignus quando contingeret, quòd in loco, in quo prædicare volebant, nemo esset dignus reuelaretur eis hoc, & tunc non irent ad petendum hospitium ab aliquo scientes neminem esse dignum, qui eos recipere vellet, etiam non poterant conuenienter discutere puluerem pedum contra ciuitatem, quia nullam causam ad hoc haberent cum incolæ non deliquissent contra eos, nec appareret cur hoc facerent, sed potius viderentur insani si hoc facerent, & sic oportebat, quòd non intrarent in talem vrbem, vel quòd recederent nihil loquentes, aut facientes, hoc tamen erat inconueniens, quia Christus volebat, quòd illi, qui mali essent, haberent testimonium malitiæ suæ, scilicet, quòd constaret eis, quòd Apostolos Christi a se repulerant: ideo oportuit dari modum, vt Apostoli conuenienter possent excutere puluerem pedum, & hoc erat si petentes hospitiũ non inuenirent, sed repellerentur ab incolis: ideo cõuenienter factum est, vt ipsi hospitium quærerent interrogantes, & tunc illi, qui repellerent eos scirẽt quare excutiebant puluerem de pedibus contra vrbem, & ista fuit causa potissima: nam hoc esset testimonium malitię eorum.

Sexto fuit, quia Christus concessit Apostolis hospitium inuenire per miraculum, sed non per miraculum reuelationis cogitationum, eo quia non erat illud conueniens, & patet, quia vix, aut nunquã Apostoli hospitium inueniebant sine miraculo: quando enim ipsi dicebant pax huic domui, tanta erat virtus Dei in verbis istis, quòd si vir bonus erat, & ad vitam æternam præordinatus necesse erat, quòd hospitium daret illis, quia Deus mouebat cor eius, si autem non erat vir bonus non poterat eis dare hospitium, quia malitia sua turbabat cor eius, sic Christus innuit dicẽs si fuerit domus digna veniet pax vestra super eam, si autem non fuerit digna pax vestra ad vos reuertetur, quasi dicat, si fuerit dignus hospes recipiet vos, si autem indignus est, non recipiet. alias enim non poterant esse certi Apostoli, an apud virum bonum, vel malum hospitabantur, quia contingit interdum viros malos aliqua bona facere, & viros bonos a quibusdam bonis abstinere, & tamen per istud verbum Christi certificati erant Apostoli, quòd apud quemcunque manerent vir bonus erat, & qui repellebat eos erat indignus. oportebat ergo quòd per miraculum semper hospites inuenirent.

Ad primum dicendum, quòd licet Apostoli quęrentes hospitem per famam a principio possent falli, tamen quando dicebant pax huic domui non poterant iam falli, quia Christus dixit, quòd si ille esset dignus reciperet eos, & si non esset dignus, repelleret illos.

Ad secundum dicendum, quòd Christus concessit eis scire quid responderent etiam non cogitando, nec addiscendo, quia cum essent viri indocti, & rusticani si hoc non concederet eis nihil scirent respondere, & sic periret tota prędicatio eorum: hospitium tamen poterant inuenire etiã si Deus non reuelaret eis corda hominum: ideo non oportuit illa reuelare.

Quomodo Christus dicebat Apostolis, quòd ipsi hospites dignos inquirerent, & ipse cum publicanis manducabat. Quæst. LXIX.

QVAERETVR quomodo Christ⁹ dicebat Apostolis, ꝙ ipsi hospites dignos inquirerent: ipse tñ cum publicanis manebat, & manducabat, vt patet præcedenti capit. nam comedit cum Matthæo publicano. Dicunt quidam, ꝙ hoc fuit, quia Matthæus

F iam ad Christum conuersus fuerat: nam secutus fuerat ipsum, & ita iam dignus erat, sic dicit Chrysosto. in Homilia, qualiter ergo ipse Christus apud publicanum manebat, & respondet, quia, scilicet, dignus factus erat ex conuersione.

Sed obijcietur, quòd erant ibi multi alij publicani cum Christo comedentes, qui non erãt conuersi ad ipsum pręcedenti cap. & Lucæ 5. scilicet, erat ibi turba multa publicanorum discumbentes, vnde & Pharisæi murmurabant dicentes, quare cum publicanis, & peccatoribus, & manducat, & bibit Magister vester?

Dicendum, quòd Christus faciebat hoc, quia p talem conuiuium conuertebat eos ad se. sic ipse dixit ibi
G dem non est opus sanis medicus, sed male habentibus. etiam non veni vocare iustos, sed peccatores.

Sed adhuc obijcietur, ꝙ idem esse deberet in Apostolis, quia etiam ipsi mittebantur, vt medici animarum: ideo conuersari debebant cum ęgris, apud malos: ergo liceret eis hospitari, & manducare cũ illis.

Dicendum, quòd licet mitterentur Apostoli ad prędicandum, sicut Christus prędicabat, non tamẽ licebat eis cõuersari cum malis, sicut Christo licebat, Primo, quia Apostoli nondum confirmati per Spiritum sanctum peccare poterant, & ex malorum consortijs eis malum accidere poterat, Christo, aut nequaquam, sed potius ipse ex consortio suo homines bonos reddebat: ideo ei licuit interdum alijs com-
H municare: Apostolis autem erat periculum saltem ante missionem Spiritussancti, ista tamẽ doctrina fuit eis data ante susceptum Spiritum sanctum: ideo nũc bonos hospites quęrere oportebat. Secundo fuit, quia Christus quando conuersabatur cum Iudæis inter publicanos, iam erat nota conuersatio eius inter Iudæos, & nemo poterat ei detrahere, nisi maleuolus. secus aũt de Apostolis, quia cum introibant in loca ante omnia accipiebant hospitium: si ergo viros indignos acciperent antequam agnosceretur eorum bona cõuersatio, esset suspitio de malo, cum malos hospites elegissent, & hoc multum derogabat futuræ prædicationi eorum: ideo debuerunt bonos hospites quęrere, & ista fuit causa pręcipua. Tertio fuit,
I quia si malos hospites interdum eligerent, & ex hoc sequeretur murmuratio contra eos, cum adhuc infirmi essent, forte scandalizarentur, & non bene tolerarent. Christus autem tolerabat licet murmuraretur contra eum, sicut pręcedenti capitulo, dicentibus Pharisæis, quare cum publicanis manducat Magister vester? & infra vndecimo, quando dixerunt ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus; quamquam ergo Christus interdũ conuersaretur cum malis, Apostoli non debuerunt hoc facere.

K

Quomodo dicitur Apostolis hic manete in domo donec exeatis, & quare. Quæst. LXX.

QVAERETVR quõ dicit hic manete ibi donec exeatis, & quare hoc dixit. Dicendum, quòd non debet intelligi sic superficialiter, nam sic superfluum esset, quia necesse erat, ꝙ qñ intrarent domũ, ꝙ manerent ibi donec exirent, quia non poterãt exire antequam exirent. aliter ergo intelligendum est.

Dicunt qdam, ꝙ intelligitur, ꝙ nunquam exirent de illa domo, sed ibi prędicarent, & cibum sumerẽt, qa dr̃ Lu. 10. manducate, quæ apponunt vobis, & curate infirmos, q in illa sunt, & dicite illis appropinquabit in vos regnũ Dei, & sic vr̃ ꝙ in domo, in qua mãducabãt curabant infirmos, & prædicabant, & tamen nihil aliud faciebant: ergo de domo non exibant.

Dicendum,

Dicendum, quòd hoc non ſtat, quia ſic facerent A
contra Chriſti mandatum prædicantes in occulto: di-
xerat enim Chriſtus infra in litera quod dico vobis in
tenebris dicite in lumine, & quod in aure auditis pre
dicate ſuper tecta: ergo non prędicarent in domo, in
qua hoſpitabantur. Secundo patet, quia per hoc
manifeſtam ſuſpitionem de ſe facerent prędicando
in occulto, quia illa, quæ bona ſunt publicari volunt,
malum autem occultari deſiderat. Ioan. tertio, om-
nis qui male agit odit lucem, & non venit ad lucem,
vt non arguantur opera eius q aût facit veritatem venit
ad lucē, vt manifeſtenſ opa eius, qa in Deo facta ſunt.
Tertio, quia Apoſtoli per hoc minuerent fidem pre
dicationis ſuæ, & redderent homines indiſpoſitos ad
credendum eis, quòd ipſi facerent doctrinam ſuam B
ſuſpectam occultando illam. Quarto, quia darent
occaſionem populis perſequendi magis eos: cum
enim prædicando in occulto redderent ſuſpectos ſe
magis eos populi perſequerentur tanquam ſemina-
tores noui erroris, & ſuperſtitionis. Quinto, quia de-
buerunt Apoſtoli Chriſtum imitari in modo prædi-
candi, cum eius doctrinam prędicarent, Chriſtus ta-
men nunquam prędicabat in occulto, ſed palam.
Ioan. decimooctauo, ego palam locutus ſum mundo
ego ſemper docui in Synagoga, & in templo, quo
omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum
nihil, ita ergo Apoſtoli facere debebant. Sexto, quia
Chriſtus hoc eis videtur pręcepiſſe, quia Lucæ 10.
dicitur in quācunque ciuitatem intraueritis, & non C
receperint vos exeuntes in plateas eius dicite etiam
puluerem, qui adhęſit nobis de ciuitate veſtra exter-
gimus in vos, tamen hoc ſcitote, quòd appropinqua
bit regnum Dei. & ſic in plateis hoc dicebant, & ta-
men iſta erat prędicatio Apoſtolorum ſupra in litera:
ergo prædicabant in plateis, & non in domo. Septi-
mo patet, quia prædicatio Apoſtolorum erat ad hoc
quòd omnes conuerterentur, & qui nollet conuerti
maneret inexcuſabilis, ſi tamen prædicarent ſolum
in domo in qua hoſpitabantur, non audirent eos om
nes, ideo non prædicabant ibi, ſed in plateis.
Cum autem obijcitur Lucæ decimo, manducate,
quæ apponuntur vobis &c. Dicendum, quòd intel D
ligitur de ciuitate, & non de domo quod patet, quia
dicitur ibi in quamcunque ciuitatem intraueritis, &
ſuſceperint vos manducate, quæ apponitur vobis, pa-
tet etiam, quia ſequitur ibi & curate infirmos, qui in
illa ſunt, & tamen non ſolum curabāt infirmos illius
domus, in qua hoſpitabantur, ſed etiam omnes qui
offerebantur eis: non ergo prędicabant in domo, ſed
in plateis.
Dicendum igitur, quòd non intelligitur, quòd
ſemper in domo manerent, ſed quòd manerent ibi,
ideſt, non mutarent hoſpitium, ſcilicet, manete ibi
donec exeatis de vrbe nō eundo ad aliud hoſpitium,
vnde Lucæ nono, dicitur in quamcunque domum
intraueritis ibi manete, & inde ne exeatis, ſcilicet,
ad hoſpitandum alibi quòd apertius dicitur Lucæ de- E
cimo. I. nolite tranſire de domo in domum, ideſt, nō
mutetis hoſpitia.

Quare Chriſtus iuſſit Apoſtolis non mutare hoſpitia.
Quæſt. *LXXI.*

SED quæretur, quare Chriſtus iuſſit non mu-
tare hoſpitia.
Dicendum quòd primo fuit, vt ſemper
manerent in domo boni viri. ſi enim muta-
rent hoſpitia ad libitum, contingeret interdum decli-
nare ad domum mali viri. Secundo erat, vt non cō-
triſtarentur hoſpites: nam triſtarentur illi, quos di-
mitterent, quia per hoc contemni viderentur, & ta-
men iſtud erat indecens, quod contemnerent eos,
qui ſibi charitatem exhibuerant. Tertio, quia ſi Apo-
ſtoli manerent in domo alicuius erat magnum bene-
ficium hoſpiti: nam Deus benefacit eis apud quos
boni viri manent merito temporis, ſicut fuit de Io-
ſeph apud Putipharem dominum ſuum Gene. trige-
ſimo nono, habitauerat in domo Domini ſui, qui opti-
me nouerat eſſe Dominum cum eo, & omnia, quæ
gereret ab eo dirigi in manu illius, benedixitque Do-
minus domui Aegyptij propter Ioſeph, & multipli-
cauit tam in ędibus, quàm in agris cunctam eius ſub
ſtantiam, a fortiori ergo Deus benediceret eis apud
quos manebant Apoſtoli: volebat ergo Deus bene-
ficium præſtare alicui, quem ſpecialiter diligebat, &
non oībus: ideo nō licebat Apoſtolis mutare hoſpi-
tium, quia iſte hoſpes, quem habuerant erat a Deo
electus ad iſtud beneficium ſuſcipiendum: nam mi-
raculoſe Deus dabat hoſpitium Apoſtolis mutando
cor illorum, quibus dicebatur pax huic domui, vt
dictum eſt ſupra quæſtione ſeptuageſima: ergo non
debebant tranſire de domo in domum, quia vni-
cus erat, quem eligere debebant, quia Deus vni-
cum elegerat ad præſtandum iſtud beneficium.
Quarto fuit, vt non darent de ſe opinionem
leuitatis: nam ad hominem leuem pertinet facili-
ter mutare domicilia, & tamen Apoſtoli debebant
oſtendere ſe eſſe viros graues, & conſtantes: ideo
non debebant tranſire de domo in domum, quia
multum detrahit auctoritati, & grauitati viri inſtabi-
litas, in Apoſtolis autem omnis virtus, & virtutis
perfectio apparere debebat: ideo non debebant tran
ſire de hoſpitio ſemel ſuſcepto.
Quinto ne arguerentur voracitatis, quia aliqui pu
tarent, quòd Apoſtoli faciebant hoc, vt lautius vaca-
rent cibis apud alios hoſpites, ſi apud primos for-
te non prouidebatur eis in tanta copia, ſicut in-
crepabant Phariſæi Chriſtum manducantem cum
publicanis dicentes, quòd hoc faciebat ex vora-
citate, infra vndecimo, & Lucæ ſeptimo, ecce
homo vorax, & potator vini, & publicanorum,
& peccatorum amicus, ſcilicet, mandocando cum
eis, hoc tamen valde cauere debebant Apoſtoli,
quia ſatis leuis opinionis eſt vir, cui voracitatis cri-
men affigi poteſt: qualitercunque ergo ſe habe-
rent in victu apud hoſpites, quos accepiſſent, non
licebat eis tranſire ad alios: de his dicit Chryſoſto-
mus in Homilia. non ſolum dignos iubet quære-
re, ſed nec de domo in domum tranſmutari, vt nec
ſuſcipientem contriſtent, nec ipſi opinionem acci-
piant leuitatis, aut gulæ.

An diſcipulis liceret mutare hoſpitia ſi inuitarentur retento priori hoſpitio.
Quæſt. *LXXII.*

QVÆRETVR ſi aliquando ab alijs extra
hoſpitia ſua inuitarentur an liceret eis il-
luc ire.
Aliqui dicunt, quòd ſic, quia non erat
hoc eis prohibitum, ſed ſolum non mutare ho-
ſpitium: ergo licitum erat tranſire ad alios, tran-
ſire interdum ad conuiuia retento priori hoſpitio.
Dicendum, quòd non licebat. Primo, quia
Chriſtus non vetuit Apoſtolis tranſire de do-
mo in domum quaſi malum eſſet intrare in alias
domos, quia bene licebat eis interdum ire ad
alias domos, ad ſanandum infirmos, ſicut Chri-
ſtus ibat, vt quando iuit ad ſuſcitandum puel-
lam præcedenti capituli, ſed vetabat hoc propter

conuerſationem domeſticam, & illa pręcipue eſt in
cibo, & potu: ergo noluit, quòd irent ad alias do-
mos ad comedendum ibi interdum etiam non muta
to hoſpitio.
Secundo patet, quia vt dicit Chryſoſtom. vt dictũ
eſt præcedenti quæſtione vna cauſa, & de præcipuis
quare Apoſtoli non debebant hoſpitium mutare fuit
ne arguerentur voracitatis, & tamen idem fieret ſi
non mutato hoſpitio alibi manducarent: ergo non
licebat eis.
Tertio patet, & efficacius, quia Chriſtus hoc ex-
preſſe prohibuit: Lucæ decimo, ſcilicet, in eadem
autem domo manete edentes, & bibentes, quæ apud
illos ſunt, & nolite tranſire de domo in domum: er-
go non licebat eis alibi manducare.
Quarto patet, quia facilius eſſet permitti eis, quòd
mutarent hoſpitium quàm quòd irent ad conuiuia,
quia ibi paſcuntur homines abundantius, & delecta
bilius, & ita indulgetur gulæ potius quàm in quoti-
dianis cibis, ſi igitur Apoſtoli conuiuijs vacarent ma
gis de ſe darẽt opinionem gulæ, & voracitatis, quàm
ſi mutarent ſæpe hoſpitia manducantes ſolum in eiſ-
dem: non ergo licebat eis extra hoſpitia ad conuiuia
ire, ſed ea, quæ hoſpites ſui ſibi miniſtrabant ſolum
accipiebant, ſicut dicitur Lucæ decimo, ibi manete
comedentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt, ideſt,
apud hoſpites veſtros.

*Quare Chriſtus iubet Apoſtolis hoſpitium eligere petenti
cum habens hoſpites non debeat eos eligere. Vbi
eleemoſyna dupliciter conſideratur.
Quæſt. LXXIII.*

QVAERETVR, quare Chriſtus iubet hoſpitiũ
eligere petenti cum tamen accipiens hoſpites
non deberet eos eligere, ſed quoſcunq; adue-
nientes recipere 42. diſtin. cap. quieſcamus.
Dicendum, quòd iſta doctrina non eſt pro omni-
bus, ſed Apoſtolis fuit data, quòd eligerent hoſpi-
tes, & hoc ſiue propter famam ſuam ſi remanerent
apud malos, ſiue quia beneficium impendebant ei
apud quem hoſpitabãtur, ſiue propter alias cauſas, de
quibus dictum eſt ſupra quæſt. 68. alijs autem hoſpitia
petentibus cõuenit hoſpitium habere vbi potuerint,
niſi forte ſint viri graues, quibus de ſeruanda bona
opinione debeat eſſe magna cura, quia etiam ipſi ho
ſpites eligere debent.
Ad ſecundum dico, quòd recipiens hoſpites non
debet diſtinguere inter eos, ita vt vnum recipere ve-
lit tanquam idoneum, & alium non, quia ſic minue
retur cura hoſpitalitatis recipiendo paucos, ſic dicit
Ambroſius ſuper Lucam, ſcilicet, non tñ eadẽ cau-
tio receptori datur, nedum hoſpes eligitur hoſpitali-
tas minuatur.
Secundo, quia ſic diſtinguendo inter hoſpites con
tinget excludere bonos recipiẽdo malos cum nemo
cognoſcat quis malus ſit, ſic dicit Chryſo. ſuper Epi-
ſtolam ad Hebræos, & 42. diſtin. cap. quieſcamus, ſcili
cet, quomodo Abrahaam hoſpitalem circa omnes ſe
oſtendebat, ſi ſcrutator eſſet contra refugientes ad ſe
nunquam Angelos hoſpitio recepiſſet: fortaſſis enim
non putaſſet eos Angelos, ſed cum reliquis repelle-
rentur, ſed quoniam omnes recipiebat ſuſcepit, &
Angelos. Tertio, quia non prodeſt iſtam diſcuſſio-
nem facere, quia ꝙ quis recipiat bonum, & malum
in hoſpitio non differt ad magnitudinem meriti, ſed
quod ex magna, vel parua charitate recipiat, & quòd
magnum, & vel paruum obſequium exhibeat, ſic di
cit Chryſoſtomus vbi ſupra: non enim ex vita eorum
quos accipis mercedem tibi retributurus eſt Deus,
F ſed ex voluntate, & honorificentia multa, ideſt, ho-
nore ĩpenſo hoſpitibus ex miſericordia, & bonitate,
Quarto, quia facienda eſſet diſtinctio inter hoſpi-
tes ſi eſſet periculum aliquod malos recipere, & ta-
men non eſt periculum, quia etiam ſi malis miſericor
diæ opera impendamus bene facimus: ita enim Chri
ſtus hortatur ſupra quinto, ſcilicet, eſtote miſericor
des, ſicut pater veſter miſericors eſt, qui Solem ſuũ
facit oriri ſuper bonos, & malos.
Ideo dicendum generaliter tam de hoſpitalitate
quàm de omni eleemoſyna, quæ nomine hoſpitali-
tatis ſignificatur, quia iſta aut petitur ab aliquo iure
ſuo, ſicut a prælatis, & a prædicatoribus, quibus te-
nemur ex debito prouidere, aut petitur ab aliquo ex
G ſola benignitate ad corporis ſuſtentationem. Si pri-
mo modo nulla diſtinctio facienda eſt, ſed omnibus
dare debemus ſi poſſumus propter cauſas ſupra aſſi-
gnatas. Si ſecundo modo danda eſt eleemoſyna, ſi-
ue debitum ſuſtentationis ei, qui ſe talem aſſerit quo-
uſque diſcutiamus an verum ſit, ſcilicet, an ſit Epi-
ſcopus, vel prædicator miſſus ad prædicandum, vel
ſacerdos, qui poſſit diuina officia celebrare: nam
communicare iſtis non cognito, quòd tales ſint, pe-
riculum eſt, ideo oportet diſcuti, poterit tamen ſibi
eleemoſyna dari ad ſuſtentationem corporis, vt pau
peribus, licet non vt talibus quouſque conſtet, ſic
dicit Chryſoſtomus in allegato capitu. ſcilicet, quieſ-
camus. ab hac abſurda curioſitate, & diabolica: ſi
enim in clerum electum ſe eſſe dicat, ſi Sacerdotem
H ſe nominet ſcrutari, non enim ſine periculo diſcuſſa
in talibus communicatio eſt, circa maiora periculum
vertitur: non enim das, ſed accipis, ſi vero pro nu-
trimento poſtulat, nec in his examines.
Sed obijcietur, quia Eccleſiaſtici vndecimo, dici-
tur nõ omnem hominem inducas in domum tuam:
multæ enim inſidię ſunt doloſi.
Dicendum, quòd illud intelligitur quando indu-
citur ad magnam familiaritatem, ita vt confidatur
ei, ſicut domeſtico, quia non eſt cautum hoc face-
re quouſque quis ſit notus. ſecus autem eſt de ſim-
plici hoſpitalitate quam poteſt quis exercere nihil
committendo fidei eorum, quos ſuſcipit, ita vt nul-
lum periculum ſit, & tunc poteſt induci quilibet in
I domum, niſi forte ſpecialiter temporis, vel loci eſ-
ſet aliqua ſuſpitio, vel ex alijs circunſtantijs, quia de
rebus iam particularibus non poteſt poni vna regu-
la generaliter.

*Quare Chriſtus iuſſit ſalutare domum vbi vellent
Apoſtoli ſuſcipere hoſpitium. Vbi quòd
virtutis eſt prius honorem impendere
quàm recipere. Qũ. LXXIIII.*

QVAERETVR, Quare Chriſtus iuſſit ſalutare
domum, vbi vellent Apoſtoli ſuſcipere ho-
ſpitium.
Dicendum, quòd propter multa. Primo
K ex vrbanitate, quia homines in exordijs verbo-
rum ſuorum maxime ad ignotos ſalutatione vtun-
tur, vt imprecatio bonorum, quæ per ſalutatio-
nem fit, ſit eis locutionis initium. iudicatur au-
tem rudis, & indoctus, qui ſalutatione non vti-
tur. Secundo, quia inter homines, cum ſit ſalu-
tatio, quaſi iam neceſſaria ex conſuetudine in lo-
cutionis exordijs inſtruxit Chriſtus Apoſtolos, vt
ipſi præuenirent alios ſalutando, quia virtutis eſt
prius honorem impendere quàm recipere ad Ro-
manos duodecimo, honore vos inuicem præue-
nientes, ideſt, quilibet nitatur prius honorare
alterum quam honoretur ab eo, ſic dicit Chryſo-
ſtomus

A stomus instruit eos Dominus, quòd nō expectent ab alijs præsalutari, quia docebant, sed antecedere salutatione alios honorando. Tertio fuit ad eligendum hospitium, quia salutatio erat exordium loquendi cum hospite, quem eligere intendebant, & erat honestius, vt non viderentur ipsi se ingerere petendo, sed quando salutarent dicentes pax huic domui hospites reciperent eos rogando ipsos, vt intrarent in domum, sic dicit Remigius. quamuis fama populi dignus electus sit hospes tamen salutādus est, vt magis sua dignitate prædicatores vocentur quàm vltro se ingerere videantur. Quarto & principaliter fuit, quia ista salutatio erat signum certum ad eligēdum hospitem: volebat enim Christus, quòd Apostoli manerent apud dignos hospites, vt nullis, nisi B dignis hoc beneficium pręstaretur, modus autem cognoscendi erat per salutationem, quia si digni erant mox vt salutarentur, recipiebant Apostolos cum gaudio, quia Deus mouebat corda eorum ad hoc. si autem essent indigni turbabantur corda sua, & recipere eos nolebant, sic innuitur in litera, scilicet, si fuerit domus digna veniet pax vestra super eam, idest, recipient vos in pace, si autem fuerit indigna, pax vestra reuertetur ad vos, idest, non recipient vos. sic dicit Remigius docuit Dominus discipulos suos offerre pacem in introitu domus, vt salutatione pacis eligeretur domus digna, vel hospes, ac si diceret omnibus offerre pacem, quia aut accipiendo dignos, C aut non accipiendo indignos se manifestabunt.

Quare iussit Christus Apostolis dicere pax huic domui, Et salutatio quid importet. Et quòd homo appetit generaliter omne bonum. Quæst. LXXV.

QVAERETVR, quare iussit eis pax huic domui dicere.

Dicēdum, quòd iussit salutare hospites, & quia forte apud Hebręos, & Syros inter quos manebant nunc Apostoli, erat iste modus salutationis. iussit eis, sic salutare, sic innuit Hieronymus super Matthæum.

Secundo, quia nullus modus salutationis videtur D plura bona comprehendere, nam omnis salutatio est bonorum imprecatio, & tamen in hac salutatione plurima clauduntur, quia pax est tranquillitas ordinis, vt dicit Augustinus decimonono, de ciuitate Dei: nullum autem bonum deest vbi tranquilitas ordinis manet: est enim quilibet homo in beatitudinē ordinatus, si autem tranquillitas ordinis manet, necesse est illuc prouenire, cum nihil impediat ordinem si tranquillitas est, desiderat etiam homo temporalem quietem, & ordinat se ad illam, si autem impediat eam necesse est illam consequi: ergo, vel illam habebit, vel pacem non habet, sic etiam in actibus omnium potentiarum cuiuscunque generis, quia E quælibet earum ordinatur in suum actum, & obiectum perfection modo, quo fieri potest secundum naturam suam: si ergo non impediuntur omnes habebunt perfectionem illam quam desiderant: si autem habere impediuntur iam non est pax, cum non sit tranquillitas ordinis, idem est de rebus separatis habentibus inter se aliquam habitudinem, sicut est de toto vniuerso, & maxime de corporibus excellentissimis naturę: nam in istis est pax. sic dicitur Iob vigesimoquinto, qui facit concordiam in sublimibus suis, idest, Deus ponit concordiam, & ordinem nūquam impeditum inter omnes res naturę, & maxime inter sublimia, a quibus potius dependet totus status naturæ. idem est in communicationibus humanis, vbi est aliqua habitudo partium, quia ibi est ordo, & pax, & generaliter cum homo appetit omne bonum cuiuscunque generis possibile sibi aduenire necesse est, quòd illud consequatur, vel impediatur, si consequitur perfectus est, si impeditur iam non habet pacem, & sic necesse est, quod si fuerit omnimoda pax sit, omne bonum: nihil ergo melius potest quis alteri imprecari quàm pacem.

Tertio, quia Christus ista salutatione vtebatur: nā quando venit ad discipulos post resurrectionem dixit eis pax vobis: Ioannis vigesimo, & quandocunque apparebat eis dixit eodem capitulo, & Lucæ vigesimoquarto: Apostoli ergo debuerunt etiam ista salutatione vti. maxime, quia Christus commendauit valde istam pacem Apostolis: Ioannis decimoquarto, pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.

Quarto, quia istud conueniebat ad petendum hospitium: nam per ista verba significatur tota inquisitio de hospite, sic dixit Remigius hæc pax paucorum verborum ad totam explorationem dignę domus, vel hospitis potest referri, & magis conuenit istud verbum, quàm cętera, scilicet, pax huic domui, idest, sit pax inter domum istam, & vos, scilicet, vt recipiat vos, quia si pax, idest, concordia esset inter eos reciperent illos, si non esset concordia non reciperent, & sic tacite per hęc verba hospitium petere videbantur.

Quare dicitur in litera si fuerit domus digna veniet pax vestra super eam. Et quòd orationes iustorum quandoque non exaudiuntur. Et quòd benedictio dupliciter accipitur. & vita æterna est verum bonum. Quæst. LXXVI.

QVAERETVR, quare dicitur si fuerit domus digna veniet pax vestra super eam.

Dicendum, quòd hoc erat, quia Apostoli imprecabantur pacem, & bonum, & tamen non erat in potestate eorum, quòd hoc eueniret, sed in voluntate Dei, & hoc fieret si digna esset domus.

Ratio huius est, quia Apostoli quęrebant hospitē per famam populi, & testimonium vicinorum, vt Hieronymus dicit, interdum tamen contingit, quòd illi, quos populus bonos putat mali sunt, quia homo iudicat exteriora, Deus vero intuetur vbi est bonitas, vel malitia. 1. Regum 6. contingebat ergo, quòd interdum Apostoli hospitium peterent ab eis, qui mali erant, & quia Deus nolebat, quòd apud malos manerent, non concurrebat cum eis ad hoc bonum, vt Apostoli hospitium reciperent cum tanto bono essent indigni, & sic iniquitates suæ turbabant eos ne reciperent Apostolos, in bonis autem Deus mouebat corda ipsorum, & recipiebant illos.

Ex hoc patet, quòd oratio nostra quantumcunque fiat a viris sanctissimis nunquam exanditur, ita vt petitum impetretur, nisi Deus disposuerit illud facere, & ex hoc iudicet dignum ad recipiendum quod petitur illum, pro quo oratur: nam Apostoli sanctissimi erant, & pacem imprecabantur, & tamen non veniebat super omnes, quibus imprecabantur, sed solum super illos, qui digni erant, & ex hoc etiam sequitur, quòd Apostoli non dabant istam pacem, sed petebant, quia aliàs quandocunque salutarent aliquem, veniret ista pax super eos, & tamen pendebat a Deo an dare illam vellet. Sed obijcietur, quia dicit Chrysostomus monstrat, quòd non est sola salutatio, sed benedictio per hoc, quod dicit, si fuerit domus digna

venlet pax vestra super eam, & tamen benedictio habet efficaciam a benedicente propter auctoritatem eius.

Dicendum, ꝙ etiam si sit benedictio non confertur bonum eius ab Apostolis, sed a Deo, benedictio enim dupliciter accipitur, scilicet, pro bonorum collatione, & pro bonorum imprecatione, Prima soli Deo competit, qui benedicit eos conferendo bona quæ vult, Secunda competit hominibus, qui imprecantur bona alijs, & ita licet Sacerdotes, & prælati benedicere videantur ex auctoritate, tamen effectus benedictionis non causatur ab eis, sed a Deo, sic dicitur Numeri sexto, ad Sacerdotes, sic benedicetis filijs Israel, scilicet, benedicat tibi Dominus, &c. & sequitur inuocabunt nomen meum super filios Israel & ego benedicam eis, quasi dicat, Sacerdotes benedicentes nihil faciunt, nisi bona imprecari, & nomē meum super populum proferre: ego tamen sum qui benedico, idest, bona quæ ipsi petunt confero. Cum autem dictum est si esset domus digna intelligunt quidam, idest si illi, qui fuerint ibi sunt prædestinati, vel saltem ipse princeps domus, sic dicit Rabanus, qa aut erit quisque prędestinatus ad vitam, & cœleste verbum sequitur quod audit, aut si nullus audire voluerit, ipse prędicator sine fructu non erit.

Sed dicendum, quòd homo potest esse dignus aliquo bono diuino dupliciter, vel secundum præsentem iustitiam, vt non prædestinati, qui interdum boni sunt ad tempus, vel secundum firmam Dei sententiam, sicut sunt prędestinati, qui licet aliquando mali sint, finaliter tamen boni futuri sunt. & ita etiam dicuntur aliqui dupliciter scripti in libro vitæ, & ideo aliqui scripti ibi delentur, isti tamen digni sunt secūdum pręsentem iustitiam recipere bona aliqua a Deo & recipiunt, & secundum immutationem iustitiæ, & iniquitatis Deus mutat promissiones suas de bono, & comminationes de malo contra istos Hieremiæ decimooctauo, scilicet, repente loquar de gente, & regno, &c. ideo vtroque modo posset hic intelligi aliquis dignus, scilicet, secundum prædestinationem cum vtrisque Deus bona conferat tanquam dignis, magis tamen videtur dicendum, ꝙ intelligatur de prædestinatis, qui actualiter essent boni, quia Deus omnia facit propter eos, sicut enim in natura priuatio non est, nisi propter formam, & materia etiam propter formam, & imperfectum, propter perfectum, ita Deus omnia quæ facit hominibus propter prædestinatos facit, quia illi soli sunt, quos elegit ante mundi constitutionem ad Ephes. primo, & quos iustificauit hos magnificauit, vt essent conformes imagini filij eius ad Roma. octauo: propter istos ergo fiebat prædicatio Christi, & Apostolorum, & isti sunt, qui ad fidem conuertebantur, sic dicitur Actu. decimotertio, quòd crediderant quotquot erant pręordinati ad vitam æternam, quasi dicat, alij non habuerunt spiritum credendi, & ita isti soli essent quos nunc Deus iudicaret dignos, vt hoc maximum beneficium reciperent, scilicet, quòd ab illis Apostolis manentibus in domibus eorum familiariter erudirētur: isti ergo soli pacem oblatam ab Apostolis reciperent, siquis tamen asserat dignos accipi hic eos, q erant digni secundum pręsentem iustitiam, nō oportet contendere, quia potest concedi. hoc tamen rationabilius est.

Cum autem dictum est de pace, quæ offertur istis præcedenti quęstione, ꝙ illa importat omne bonum dicendum, quòd Christus non iussit imprecari illam prout importat vitam æternam, quę est verum bonum, & omnia illa sine quibus ad eum non perueniutur, siue sint bona spiritualia, vt gratia, & virtus,

F siue temporalia, vt sustentatio corporis quam etiam Christus petere docuit supra sexto capitu. scilicet, panem nostrum quotidianum &c. alia vero licet temporaliter bona sint si ad vitam æternam nō ordinant potius impediunt, sicut opes, & honor, & potestas sęcularis sępe faciunt, peti non iubet, & ideo licet ista bona sint non intelligūtur nomine pacis quam Christus imprecari iussit, vnde pax Christi non est pax absoluta, sed specialis pax, quæ vocatur pax Christi, sic dicitur ad Philip. 4. & pax Dei, quæ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra, & ob hoc Christus specialiter pacem suam vocabat innuens, quòd pręter illam esset alia pax. Ioannis decimoquarto, pacem G meā relinquo vobis, pacem meā do vobis, non quomodo mundus dat ego do vobis: hęc enim pax veniebat super illos, qui digni erant. nam merito Apostolorum imprecantium eis pacem disponebantur efficacius ad vitam æternam.

Quomodo dicitur hic in litera, quòd si domus non fuerit digna pax vestra ad vos reuertetur.
Quæst. LXXVII.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, quòd si domus non fuerit digna, pax vestra ad vos reuertetur.

Dicendum, quòd intelligitur vno mo- H do, quòd pax sit modus petendi hospitium, Christus enim certificabat Apostolos, quòd oblata pace ille, q dignus esset statim reciperet eos, & quia si aliquis indignus existens oblata pace repelleret eos, putarent forte, quòd oblatio pacis iam non proderat vltra ad inueniendum hospitium, Christus dixit eis pax vestra ad vos reuertetur, idest, adhuc habebitis locum petendi hospitium ab alijs, quia quicunque dignus fuerit oblata pace recipiet vos, & hoc est reuerti pacem ad vos, idest, quòd non perijt virtus huius pacis oblatę, licet interdum eam inutiliter offeratis propter indignitatem eorum, quibus offertur.

Secundo potest accipi quantum ad meritum Apostolorum, scilicet, vos offerendo pacem bonum fa- I citis, quia per hoc disponitis vos ad manendum in domo, & laborandum in prædicatione fidei, si autem audire vos, & recipere verba vestra noluerint, nihil perit de merito vestro ac si vere fecissetis id, quòd facere iam firmiter disposueratis, sic dicit Rabanus. si nullus audire voluerit ipse prędicator sine fructu non erit, quia ad eum pax reuertitur quando ei a Domino pro labore sui operis recompensatur, & hoc dictū est, vt Apostoli non putarent meritum suum perire propter indignitatem eorum, qui audire nolebant.

Sed dicetur cur hoc dicitur quando non recipiuntur Apostoli, quia siue recipiantur siue nō, meritum semper habent, & maior locus est merēdi qn̄ recipiū tur, quia est maior opportunitas laborandi: potius ergo reuertitur ad eos pax sua qn̄ recipiunt̄ q̄ qn̄ non re- K çipiuntur, Dicendum, ꝙ si accipiat̄ reuerti pacē ꝑ modo s. posito planum est, ꝙ tunc reuertitur pax qn̄ non recipiunt̄, non aūt qn̄ recipiuntur. Si accipiat̄ secūdo modo dicendum, ꝙ vtroque modo prædicator meretur apud Deum, siue recipiatur ad prædicandum siue non, Deus enim non considerat quantam vtilitatem prædicando, vel alia bona faciendo proximis attulerimus, sed quantum, & qua mente ad hoc laborauerimus, quòd enim operantes alicui proficiamus, nostrum non est, sed Dei solius, qui dat gratiam in verbo, & opere nostro quantum vult, & mouet corda audientium quando vult, vt in verbo, & opere nostro proficiant: non ergo mensurat Deus merita actuum nostrorum

ex eo,

ex eo, quòd nullo modo est in potestate nostra, quantum vero, & qua intentione laboremus, & si a Deo nobis donetur, vt hoc velimus, & faciamus, tamen partim a nobis est: ideo ex hac parte Deus mensurat merita nostra, & sic si Apostoli reciperentur, & prędicarent, merebantur, si non reciperentur etiam merebantur, quia ipsi inquantum in se erat, iam ad bonum se disposuerant; ideo vtroque modo reuertebatur ad eos pax sua, idest, meritum de pace oblata, quia tamen quando recipiebantur, & prædicabant non poterant dubitare quin mererentur cum prodessent aliquibus, cum autem non recepti non prædicabant, quia nulli prodesse poterant, dubitarent an mererentur, dixit solum tunc Christus pax vestra reuertetur ad vos, idest, non perdetis meritum vestrum de pace quam obtulistis illis.

Si Apostoli non reciperentur, an tantum mererentur, sicut si recepti prædicarent.
Quæst. LXXVIII.

SED quæretur si Apostoli non reciperentur an tantum mererentur, sicut si recepti prædicarent.

Aliqui dicunt, quòd sic, quia Deus merita nostra mensurat ex eo, quòd est in nobis, & non ex eo, quòd est in potestate aliorum, velle autem bonũ facere etiam ad illud nos disponere in nobis est, quòd autem recipiamur ad bene agendum est in alijs, & nõ in nobis: æqualiter ergo merebitur siquis receptus prædicat, sicut si prædicare volens non recipiatur.

Item, quia vt dictum est præcedenti quæstione ex labore nostro, & intentione laborandi Deus merita mensurat, & non ex profectu secuto, & operibus ergo qui se disponit ad hoc etiam si non faciat illud, quia repellitur, tantum merebitur, sicut si receptus illud faciat.

Dicendum, quòd de hoc non potest dari certa regula, ratio est, quia Deus mensurat magnitudinem meriti nostri ex magnitudine charitatis, quæ mouet nos ad operandum, & ex quantitate suscepti laboris siue ex eo sequatur fructus, siue non, & quia interdum intentio, & labor nõ recepti potest esse maior quàm recepti, & operantis, poterit magis mereri non receptus quàm receptus. maxime autem patet hoc ex diuersitate charitatis mouentis, quia etiam existente interdum minori labore magis meretur operans, qui ex ardentiori charitate mouebatur, siquis ergo ex magno charitatis feruore motus prædicare voluit, & repulsus est, alius vero ex parua charitate aliquando diu prædicauit, videtur magis meruisse, qui repulsus est, quia tamen accipiendo diuersitatem intentionis nũquam possunt cõparari compera inter se, vt videamus, quòd illorum est magis meritorium detur, quòd duo moueantur ex ęquali intentione ad prædicandum, & vnus repellatur, & alius recipiatur.

Dicendum, quòd adhuc potest interdum magis mereri, qui repulsus est, quia receptus forte pauco tempore prædicauit, repulsus autem considerata intentione personæ suæ forte magnum dedecus, vel iniuriam suscepit per hoc, quod repulsus est, & patienter tolerando magis meruit, quàm receptus paruo tempore prædicando, si tamen receptus longo tempore prædicando magnos labores toleret, & alius solum simpliciter repulsus est, certum est, quòd magis receptus, & prædicans, & secundum hoc possunt accidere infinitę varietates, vt interdum vnus, & interdum alius mereatur magis.

Ad primum dicendum, quod quantum ad voluntatem bene agendi quam Deus principaliter respicit, A & dispositionem ad hoc, ita Deus remunerat in repulso, sicut in recepto, & insuper, quòd patienter repulsas tolerauerit Deus remunerat, quia tamen receptus longo tempore manens multos labores apposuit, quos non subijt, qui repulsus est, licet subire voluisset, non est inconueniens, immo necessarium, quòd magis remuneretur tunc receptus, & prædicãs. Cum autem dicitur, quòd non fuit in potestate istius quòd reciperetur, vel non: dicendum, quòd verum est, & tamen iste repulsus habuit iam locum vacandi alijs operibus bonis, in quibus tantum mereretur quantum receptus, & prędicans eodem tempore, vel B quia si non receptus est in vno loco poterat prædicare in alio, & ibi mereri: alioquin esset magnum inconueniens, scilicet, quòd siquis proposuit tota vita sua prædicare in aliqua vrbe, vel regione, & non receptus est, & alius receptus per totam vitam prædicauit, quòd tantum mereretur, qui repulsus est manens semper postea per totam vitam ociosus, quantum receptus, & per totam vitam in prædicatione laborans, quod est absurdum. & tamen necessario sequeretur siquis firmiter proponens aliquid boni facere mereretur proponendo totum, quod mereri poterat, postea labores operis subeundo si repelleretur quando opus recipere voluit: non ergo meretur totum quod laboraturus erat in proponendo, & fortassis bene agitur cum eo, vt si Deus non permit- C tens eum vacare huic operi reseruet ad alia illum, in quibus magis mereatur.

Ad secundum dicendum, quòd Deus non mensurat quantum labores nostri profuerunt, cum hoc solum dependeat a voluntate sua, sed quales, & quanti fuerunt, & qua intentione facti, & quia repulsus, licet impendere voluit labores, quos impẽdit receptus non tamen fecit, non tantum merebatur quantum ille, qui voluit, & realiter fecit.

Et si dicas, quòd ille non cessauit, vel omisit ex culpa sua. Dicendum, quòd hoc prodest ad hoc, quod voluntas sit meritoria, non tamen ad hoc, quòd imputetur sibi meritum omnium operum tanquam si fecisset: nam siquis proposuit aliquod ma- D gnum bonum aggredi, & mox nullo impediente per seipsum velle hoc cessauit, ista voluntas de bono nullo modo fuit meritoria, quia non fuit firmum propositum de faciendo cum per seipsum cessauerit, qui cum firmiter proposuit aliquid agere, & impeditus est, licet non mereatur pro opere, quod non fecit, meruit tamen per voluntatem bonam quam habuit, a cuius executione non cessauit ex culpa sua, qui autem benefacere voluit, & fecit, tam ex bona voluntate quàm ex bono actu meretur, & ita non est incõueniens receptum mereri plus quàm exclusum.

Et quicunque. Hic ponitur de non recipientibus Apostolos in hospitio, & non audientibus doctrinam ipsorum, quid erit eis, & dicitur.

Et quicunque non receperit vos. Scilicet, in hospitio, E & intelligitur non solum de vno homine, a quo hospitium peterent, sed de tota vrbe quando nemo recipiebat eos. *Nec audierit sermones vestros.* Idest, si nõ voluerit audire verbum prædicationis, vt si in aliqua vrbe reciperentur Apostoli ab aliquo viro bono in hospitium, cęteri tamen nolebant audire verba eorum, sed potius persequebantur eos taliter prædicantes.

Exeuntes foras de domo vel de ciuitate. Quando nemo audire nolebat non erat prædicandum, sed exibant de ciuitatibus, & ibant ad alias, vt infra dicitur, cum persequentur vos in ciuitate vna, fugite ad aliam, nunc tamen exibant ad excutiendum puluerem de pedibus, quod faciebant

antequam recederent. *Excutite puluerem de pedibus vestris*. Scilicet, presentibus incolis, vt videant quomodo receditis. *Amen dico vobis*, Idest, in veritate dico, & est modus affirmandi, vel iurandi, quasi dicat non dubitetis, quia vrbes, quæ vos non receperint grauissimam patientur pœnam. *Tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorræorum*. Idest, minorem pœnã patiuntur Sodomitę, & Gomorrei, quàm illę ciuitates, in quibus innuitur, quòd vtrique damnabuntur eternaliter, grauius tamen punientur viri ciuitatum istarum. *In die iudicij*, vbi dabuntur æternæ pœnæ damnatis.

Quod illi ciuitati. Idest, quæ repulit vos.

Quando Apostoli hospitium quærentes repellebantur ab aliquo, an petebant ab alio hospitium.
Quæst. LXXIX.

QVAERETVR, quando Apostoli quærentes hospitium repellebantur ab aliquo, an petebant ab alio.

Aliqui putant, quòd non, quia Christus dixit, quòd si non esset domus digna, & non reciperet eos, exeuntes excuterent puluerem, & tamen quando hoc faciebant recedebant de vrbe: ergo non petebant rursus hospitium ab alio.

Item, quia Christus dixit, quòd intrantes in vrbem quærerent quis esset dignus, & sic volebat, ꝙ non manerent apud indignos: si ergò ille, qui dignus putabatur non fuit dignus, & exclusit eos, cum non liceret eis manere apud indignos oportebat, quòd recederent.

Dicendum, ꝙ non recedebant de vrbe etiam si ab vno non reciperentur, Et patet primo, quia ciuitas nõ recipiens eos puniebatur nimis, sicut dicitur in litera remissius erit, vel tolerabilius terræ Sodomorum quàm illi ciuitati, & tamen culpa vnius hominis non erat totius ciuitatis: ergo exclusi ab vno nondum recedebant. Secundo patet, quia recipere, vel non recipere ad ciuitatem pertinet, & non ad vnum hominẽ, & ideo Mar. 6. dr̄ quicunq; non receperint vos: & Lucę 9. & 10. dr̄ in quãcunque ciuitatem intraueritis, & non receperint vos: ergo multi erant, qui dicebantur non recipere: a multis ergo oportebat prius repelli, ꝙ dicerentur non recipi.

Tertio patet, quia Apostoli recedentes de vrbibus loquebantur contra totam vrbem: ergo oportebat ꝙ hoc peccatum, i. non recipere eos pertineret ad multos, nam Lucę decimo, dicitur in quãcunque ciuitatẽ intraueritis, & non receperint vos, exeũtes in plateas eius dicite, etiam puluerem, qui adhęsit nobis de ciuitate vestra extergimus in vos, ergo omnes repellebãt eos, cum super omnes puluerem excuterent.

Quarto patet, q. si ab vno exclusi mox recedere deberent, non exirent in plateas ad excutiendum puluerem, sed ante domum illius excuterent, & tamen exibant in plateas: Lucæ decimo; ergo tota ciuitas excludebat eos. Quinto patet, quia videtur valde iniustum. i. ꝙ subtraheretur prædicatio ciuitati toti propter vnum hominem, quod fieret si ab vno exclusi mox recederent. Sexto patet, quia poterat esse, quòd multi boni essent in vrbe, licet ille, qui putabatur bonus a quo Apostoli hospitium petiuerunt, vere bonꝰ non esset, propter illum ergo iniustum erat ceteros priuari verbo prædicationis; ideo non est verisimile, quòd sic fieret.

Dicendum, quòd modus erat, quòd si Apostoli excluderẽtur ab vno, petebant hospitium ab alio, & sic successiue etiam si a multis excluderentur, quod fieri poterat dupliciter. Vno modo, quòd ingressi

E in vrbem peterent de omnibus, qui erant viri boni in vrbe, & tunc petentes ab vno hospitium si excluderentur petebant ab alio, & ita vsque ad vltimum, a quo si excluderentur puluerem excutiebant, prius autem non.

Alio modo, quòd solum quærerent a principio de vno homine digno, & si ab illo excluderentur rursus quærerent si quis alius erat dignus, & ita vsque diceretur eis neminem dignum manere, & tunc excusso puluere recedebant, & istud erat valde rationabile, quia iam nemo erat in vrbe, qui eos recipere vellet, & sic tota ciuitas erat in culpa, vnde iuste excuterent puluerem super omnes, etiam quia sic notum esset toti ciuitati, quòd Apostoli prædicare volentes
G non sunt recepti, cum viderent eos discurrere per totam vrbem, & nemo illos reciperet, vnde essent nimis excusabiles, quòd non fieret si ab vno tantum exclusi mox recederent.

Ad primum dicendum, quòd si domus non erat digna recedebant excusso puluere, subintelligendũ tamen est, quòd non in vnica domo exclusi hoc facerent, sed quando a tota vrbe excluderentur, vt dictum est.

Ad secundum dicendum, quòd non licebat Apostolis manere apud indignos, non tamen oportebat propterea, quòd exclusi a prima domo mox de vrbe recederent, cum manerent multi alij forte digni ad recipiendum eos, quousque ergo ab omnibus illis,
H qui digni putabantur excluderentur, non licebat eis recedere excusso puluere.

An vere Apostoli deberent excutere puluerem de pedibus recedentes de vrbe, in qua non recipiebantur.
Quæst. LXXX.

QVAERETVR circa hoc, quòd dicitur de excussione pulueris an vere Apostoli deberent excutere puluerem de pedibus recedentes de vrbe.

Aliqui dicunt, quòd non, sed mystice, vel parabolice intelligitur, quia multa quoque alia loquebatur in parabolis, vt patet infra decimotertio.

I Dicendum est, quòd vere Apostoli puluerem excutiebant de pedibus extergentes super ciuitatem, idest, contra illas, sicut dicitur Lucæ decimo, in quãcunque ciuitatem intraueritis, & non receperint vos, exeuntes in plateas eius dicite etiam puluerem, qui adhęsit nobis de ciuitate vestra extergimus in vos, quod apparet non posse intelligi per metaphoram, cum hoc dicere deberent Apostoli incolis vrbis, vnde quandocunque repellebantur Apostoli de ciuitatibus puluerem excutiebant de pedibus super illas, sic patet Actuum decimotertio, de Paulo, & Barnaba prędicantibus in ciuitate quadam Pamphiliæ, & dicitur excitauerunt persecutionem in Paulum, & Barnabam, & eiecerunt eos de finibus
K suis, at illi excusso puluere pedum in eos venerunt Iconium: ita ergo in alijs vrbibus faciebant.

Ad rationem in contrarium dicendum, quòd nõ est conuenienter dictum, quia semper litera debet teneri in sensu literali, quem facit in cortice, nisi constet, quòd alius sit sensus, & tamen hoc non constat, quòd Christus loquatur metaphorice: ideo oportet literaliter intelligi maxime cum constet oppositum, scilicet, quòd literaliter fiebat cum Apostoli aliquando puluerem super vrbes excussisse leguntur.

Quomodo Apostoli excutiebant puluerem de pedibus, & propter quam causam,
Quæst. LXXXI.

QVAERETVR quomodo excutiebant puluerem, vel propter quam causam.

Dicendum, quòd in tribus casibus excutiebāt puluerem. Primus erat si nemo reciperet eos in hospitio, quia ista erat magna iniquitas: erat enim signum, quòd non solum verbum Christi audire nollent per Apostolos, sed etiam nulli bono vacabant illi, qui bonum hominem recipere nolebant.

Secundus erat quando non audiebant verbum eorum, idest, non permittebant eos prædicare, quia licet aliquis bonus Apostolos hospitio reciperet, forte reliqui mali erant, & nolebant audire verbum, de his duobus casibus patet hic, & Mat. 6. s. quicunque non receperint vos nec audierint sermones vestros, & hoc potest dupliciter fieri. s. ꝙ tota ciuitas prohiberet illos prædicare, & persequeretur eos si prędicarent, vel ꝙ pars ciuitatis audiret eos, reliqui vero excluderent illos: nam etiam in isto secundo casu licebat eis recedere de vrbe, & excutere puluerem sicut fuit Act. 13. de Paulo, & Barnaba: nam in ciuitate illa Pamphiliæ multi libenter audiebant verbum Pauli, & conuertebantur, Iudęi tamen concitauerunt maiores ciuitatis contra Paulum, & Barnabam, & eiecerunt eos de finibus suis, & tunc illi excusso puluere pedum recesserunt: nam etiam si non eijcerent eos, sed solū persequerentur, vt nō prædicarent, licebat eis recedere infra in litera cum persequentur vos in ciuitate vna fugite in aliam, & tunc puluerem pedum excutiebant, quia non recipiebantur.

Sed dicetur quando aliqui recipiebant Apostolos, & alij excludebant eos, quomodo erat iustum excutere contra ciuitatem puluerem.

Dicendum, ꝙ id ꝙ faciunt principes ciuitatis, vel maxima pars ciuitatis dicitur facere ciuitas, & quia quandocunque excludebātur de vrbibus maior erat pars, quæ volebat eos excludere, quàm quæ volebat retinere, dicebatur ciuitas illos excludere: ideo contra ciuitatem puluerem excutiebant, & tamen istud non erat, nisi in condemnationem eorum, qui illos excludebant.

Tertius casus erat si interdum Apostoli longo tempore prædicarent in ciuitate aliqua, & illi audirent verbum eorum, & miracula viderent, nemo tamen conuerti vellet: erat enim signum, ꝙ omnes illi damnandi erant, & tunc recedere debebant Apostoli cū esset inutilis prædicatio, & excutere puluerem in signum condemnationis eorum: sic enim Christus sequenti capitulo, maledixit ciuitatibus illis, in quibus prædicauerat, & miracula fecerat, pęnitentiam tamen non egerant, & apparet, ꝙ in talibus puluis deberet excuti, quia ponuntur eadem verba, quæ hic. nā de ciuitatibus non recipientibus nec audientibus verbum ipsorum dicitur hic, quòd tolerabilius erit terræ Sodomorum in die iudicij quàm illis, & idem dicitur sequenti cap. & Luc. decimo, de ciuitatibus quibus prædicatum erat verbum, & non egerunt pęnitentiam: ergo etiam super illas puluis excutiendus erat: si tamen aliqui conuerterentur, & alij non, non excutiebatur puluis super eos, quia nullus magnus populus est vbi omnes sint prædestinati, licet esse possit, conuertuntur ergo illi, qui prædestinati sunt, sic dicitur Actuum decimotertio, audientes gentes gauisæ sunt, & glorificabant verbum Dei, & crediderunt quotquot erant pręordinati ad vitam æternam.

A *Ad quid excutiebatur ab Apostolis puluis supra ciuitates, Quæst. LXXXII.*

QVAERETVR ad quid excutiebatur puluis super ciuitates.

Dicendum, ꝙ hoc fiebat. Primo, quia qui nolebant eos audire nec recipere damnandi erant æternaliter, dicente Christo tolerabilius erit terræ Sodomorum quàm illis, vt ergo manerent inexcusabiles in testimonium, ꝙ eiecissent eos excutiebant puluerem super eos: sic dicitur Mar. 6. & Luc. 9. excutite puluerem pedum vestrorum in testimonium super illos.

Secundo fiebat ad significandum, quòd nihil volebant habere commune cum illa vrbe: existens enim in aliquo loco participat aliquid de bono, & malo illius, & quia isti damnandi erant, qui Apostolos repellebant dicebant Apostoli, quòd nihil commune volebant habere cum illa vrbe, vt per hoc terrorem damnationis eis incuterent. vnde puluerem, qui erat res minima adhuc secum habere nolebant de vrbe illa. sic dicitur Luc. decimo, exeuntes in plateas eius dicite etiam puluerem, qui adhęsit nobis de ciuitate vestra extergimus in vos, idest, nihil aliud vestrum habere volumus, quia etiam puluerem de ciuitate vestra habere nolumus, sed vobis relinquimus. sic dicit Hilarius existenti enim in loco cum locus videtur esse communis, totum ergo quod est illius vrbis excusso puluere pedum relinquitur.

Tertio erat ad ostendum, ꝙ Apostoli nihil profecerant, quia sicut ab eis nihil receperant; ita nec ipsi relinquebant aliquid vrbi de vtilitate prædicationis, & miraculorum; sed secum portabant excutientes puluerem, vt eis maneret, quod suum erat, & vrbi quod illius erat. sic dicit Hilarius. totum quod illius vrbis est excusso puluere pedum relinquit; nihilque sanitatis de insistentium Apostolorum vestigijs mutuatur, idest, accipitur.

Quartò fuit ad ostendendum, quòd nihil ab eis recipere volebant, nec cibum, nec potum, cum etiam puluerem, qui nullius valoris erat excuterent. sic dicit Hiero. excutitur puluis, vt nihil ab eis accipiant, nec ad victum quidem necessaria, qui Euangelium spreuerunt.

Quare Apostoli potius puluerem de pedibus quàm de alijs partibus excutiebant. Et quis erat modus excutiendi puluerem a pedibus Apostolorum.
Quæst. LXXXIII.

QVAERETVR, quare potius puluerem de pedibus quàm de alijs partibus excutiebant.

Aliqui dicunt, quòd non solum puluerē de pedibus, sed quia illis magis puluis adhęret, quod satis potest stare, ita vt nihil eis manere videretur nec in vestibus nec in pedibus.

Aliter potest dici, & melius, ꝙ puluis pedum solum excutitur, de quo Christus solum locutus est.

Et hoc primo ad significandum rem minimam, quia nihil vilius esse potest quàm puluis pedibus, & calciamentis adhęrens. istum tamen excutiebant, vt innueretur, quòd nihil de vrbe secum ferre volebāt, nec etiam rem minimam.

Secundo, & pręcipue, quia hoc erat in testimoniū, ꝙ pedibus suis ingressi essent in vrbem, vt in prędicatione proficerent, & exclusi sunt. sic dicit Hier. super Mat. puluis excutitur de pedibus in testimonium laboris sui, quòd ingressi sunt ciuitatem, & prędicatio Apostolica vsque ad illos peruenit.

Et sic

Et sic tenendum est, quòd solum puluerem pedũ excuterent, quia Actuum decimotertio dicitur de Paulo,& Barnaba, quia excusso puluere recesserunt, modus autem excutiendi forte erat, quòd puluis calciamentorum excuteretur, quia puluis illorum dicitur puluis pedum, Apostoli autem calciamenta non habebant, vt patet supra in litera,& Luc.10.sed habebant soleas, quę vocantur sandalia Mar.sexto, scilicet, calciatos sandalijs, tollẽtes ergo soleas de pedibus colliderent eas inuicem, & sic puluerem de illis excuterent contra ciuitatem: nam de pedibus puluerẽ extergere poterant, vel radere, sed non excutere,& tamen excutiebant, vt dicitur hic,& Mar.6.& Luc.9. ergo soleas collidebant.

Sed obijcietur, quia Luc. decimo, dicitur puluerẽ extergimus in vos.

Dicendum, quòd de pedibus poterat puluis extergi, sed non in ciues, idest, contra illos, quia istud iam erat discutere. nam istum puluerem iaciebant contra vrbem Lucę nono, puluerem excutite supra illos in testimoniũ, & sic extergere necessario accipitur ibi pro excutere, quod erat soleas collidere.

An Apostoli excutiebant puluerem solum quando non recipiebantur a tota ciuitate, vel quando ab vna domo. Quæst. LXXXIIII.

QVAERETVR an excutiebant puluerem solum quando non recipiebantur, vel excludebantur de ciuitate, an etiam quandocunque excluderentur, vel non reciperentur in quacunque domo.

Dicendum, quòd solum excutiebant puluerem recedentes de vrbe, quòd patet, quia puluerem excutiebant quando iam nihil commune volebant habere cum vrbe,& tamen non recepti in vna domo adhuc petebant hospitium in alia, vt dictum est supra quæstione quadragesimaprima: ergo nondum puluerem excutiebant.

Secundo patet, quia verba illa, quæ Christus iussit dici quando puluis excutitur, diriguntur ad omnes de vrbe Luc.10. dicite etiam puluerem, qui adhęsit nobis de ciuitate vestra extergimus in vos, & tamen si repulsi de qualibet domo hoc dicerent, dirigerentur verba ad repellentem solum: ergo non excutiebant puluerem, nisi quando a tota vrbe repellebãtur, idest, quando recedebant.

Tertio patet, quia quando puluerem excutiebant debebant exire in plateas,& ibi excutiebant Luc.10. si tamen repulsi de qualibet domo hoc facerent coram illa domo excuterent. Quarto patet, quia illa excussio pulueris erat in testimonium contra viros vrbis. Mar.6.& Luc.9. puluerem pedum excutite in testimonium supra illos,& tñ pro repulsa ab vna domo non facerent conuenienter aliquid in testimonium contra totam vrbem: ergo non excutiebatur puluis pro repulsa ab vna domo. Quinto patet, quia si cõtra quemlibet repellentem puluerem excutere deberẽt: etiam si in aliqua vrbe recepti a quibusdam prędicarent,& illi conuerterentur,& alij nollent cõuerti nec audire illos, deberent contra eos excutere puluerem, & tamen non excutiebant quãdiu manebant in vrbe, & aliqui conuertebantur, licet plurimi audire nollẽt, dum tñ qui non conuertebantur, non persequerẽt Apostolos excludendo eos de vrbe, vel cogendo nõ prędicare, vt ostensum est supra quæst.83.

Sed obijcietur, quia dr̄ supra in litera quicunque non receperit vos exeuntes foras de domo, vel ciuitate excutite puluerem: ergo etiam de qualibet do-

F mo repulsi puluerem excutiebant. Dicendum, quòd non excutiebant pro qualibet domo, sed solum pro illa, de qua vltimate excludebantur, quia tunc tam pro domo quàm pro tota vrbe puluerem excutiebant.

Aliter potest dici,& melius, ꝙ intelligitur q̄ñ Apostoli venirent ad aliquam domum, quæ sola esset, sicut in agris, & petentes hospitium repellerentur, quia tunc excutiebant puluerem exeuntes de illa domo.

An Apostoli excutiebant puluerem in plateis, vel extra ciuitatem. Quæst. LXXXV.

G QVAERETVR an excutiebant puluerem in plateis, vel extra ciuitatem. Dicendum, quòd vtrũque dr̄: nam supra in litera,& Luc.9.& Marc.6. dr̄, ꝙ exeuntes de ciuitate excuterent puluerem, sed Luc.10. dr̄, ꝙ exirent in plateas ciuitatis,& ibi illum extergerent. Videtur ergo dicendum, ꝙ bis puluerem excutiebant. s. semel in platea ciuitatis,& semel extra vrbem. Et hoc pp duo. Primo, quia non videtur posse aliter saluari litera, cum vtrunque ponatur, vt dictum est. Secundo, quia & hoc conueniebat ad id ꝙ volebant Apostoli facere: nam in testimonium istud fiebat Marc.6.& Luc.9.& tamen non poterat testimonium haberi, nisi vbi multi erant, sicut in platea vrbis, si autem solum extra vrbẽ excuterent pauci viderẽt, vel nemo, & sic non esset conuenienter in testimo-

H nium. Etiam debuit hoc esse extra vrbẽ, quia volebãt innuere Apostoli, ꝙ nihil inhęrebat eis de vrbe illa nec etiam puluis,& tñ cum excussissent puluerem in platea exeuntibus eis vsque extra vrbẽ puluis rursus adhęreret quoque: vbi excuterent portarent de vrbe, vt ergo nihil de vrbe portare viderentur oportebat, ꝙ excusso puluere in platea rursus extra vrbem illum excuterent,& ista videtur esse veritas. Siquis autem dicat, ꝙ puluis semel excutiebatur,& hoc extra vrbẽ, cum autem dicitur, ꝙ in platea excuterent, ꝙ intelligatur, ꝙ plateę erant extra vrbem. Non satis stat, quia licet aliquando esset hoc verum, non tamen generaliter, Christus tamen tanquam generale posuit, ꝙ puluerem in platea excuterent: ideo intelligendum

I est, vt supra dictum fuit.

Quomodo dixit Christus, quòd si non reciperent eos Iudæi exeuntes de vrbe puluerem excuterent, quia etiam nolentibus prædicare debebant. Quæst. LXXXVI.

QVAERETVR quomodo Christus dixit, ꝙ si non reciperent eos exeuntes de vrbe pulIuerem excuterent, quia potius videtur, quòd manere deberent in vrbe, & prędicare etiam nolentibus audire, quia dr̄ secunda Timot.4. prædica opportune,& importune.& tñ prędicare importune est prædicare nolentibus audire. Dicendum, ꝙ aut in

K aliqua ciuitate recipiebantur Apostoli, ita ꝙ permitterentur ibi manere, aut nõ, si nõ permittebantur nõ poterant prædicare, q̄a non poterant ipsi inferre vim incolis,& si possent facere nõ debebãt, sicut q̄ñ Samaritani Christũ recipere noluerũt ĩ quadã ciuitate Lu.9. nam Iacobus,& Ioannes voluerunt petere ignẽ de cęlo super vrbem, sed Christus increpuit eos, & recessit ad aliud castellũ eod.c.& a fortiori hic, q̄a Apostoli prædicare nolebant, prędicatio autem pp fidem erat, sed fides sponte suscipitur, ideo vis inferenda nõ est,& ita nolentibus incolis recipere Apostolos recedere debebant excusso puluere pedum; & hoc dr̄ in litera. s. qui aũt nõ receperint vos &c. Si aũt reciperẽt

in vrbe, aut permitterent prædicare, aut non, si non permitterent vnanimiter tanquam odientes nomen Christi non erat prædicandum eis, sed solum denunciandū, quæ mala incurrerent nolentes prędicationē audire, & hoc ēt dr̄ in litera, & Mar. 6 .s. nec audierint sermones vestros &c. Si aūt quidam nollent audire alij autem vellent, aut illi, qui nolebant prohibebant Apostolos prædicare, aut non. Si non prohiberent prædicandum erat: sic enim semper fuit, quòd nunquam omnes Christi verbum sponte susceperunt.

Si autem prohibeant, aut absolute prohibebant .s. excludendo de vrbe Apostolos si prædicarent, aut sub comminatione .s. puniendo eos, vt tacerent, non tamen de vrbe expellendo. Si isto secundo modo nō debebant cessare a prædicatione propter minas, & verbera, sic patet Act. 4. & 5. vbi Iudæi comminabanť Apostolis ne prædicarent in nomine Christi, & flagellabant eos quando prædicabant, sed nec sic tacebant dicentes oportere obedire magis Deo quàm hominibus Actu. 5. Si autem primo modo prohiberent .s. expellendo eos de vrbe, quia pars, quæ nolebat audire erat potentior, recedere debebant: sic patet Actu. 13. de Paulo, & Barnaba contra quos Iudęi concitauerunt persecutionem, & eiecerunt eos de vrbe, illi autem recesserunt excusso puluere pedum, & in hoc etiam casu intelligitur litera .s. qui non audierint sermones vestros, quia qui illos de vrbe eijciebant nolebant eorum sermones audire, & tunc etiam in recessu debebant illis prædicare, quæ mala incurrissent expellendo eos, sicut Christus dixit hic .s. tolerabilius erit terræ Sodomorum in die iudicij, & insuper regnum cęlorum annunciare eis debebant non quidē tanquam per hoc conuertendi essent cum prędicatores excluderent, sed vt saltem esset in testimonium quod annunciauerant illis de vita æterna, & hoc prædicabant qn̄ puluerem excutiebant, sic dicitur Luc. 10. in quamcunque ciuitatem intraueritis, & non receperint vos, exeuntes in plateas eius dicite etiā puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate vestra extergimus in vos, tamen hoc scitote, quia appropinquabit regnum Dei. Ad argumentum dicendum, quòd prędicandum est importune .s. audire nolentibus, qui in prędicantem non prohibent, vt quia non audent, vel quia erubescunt, & hoc etiam est quando putatur, ꝙ quibusdam audire nolentibus alij audire volunt, & fructus speratur, cum tamen nemo audire vult, sed omnibus concorditer displicet: etiam si prædicantē non prohibebant non oportet illis prędicare, & hoc verum est qn̄ prędicator experientia didicit, ꝙ verbū suum illis nihil prodest. secus autem in principio, quia licet omnes nolint, potest esse, quòd aliqui audito verbo redeant ad cor, & ideo tunc adhuc prędicandum erit importune quousque videatur an verbum sit omnino inutile.

Quare Christus locutus est de ciuitate, & gente Sodomorum ad comminandum expellentes Apostolos. Et quot fuerunt ciuitates quas subuertit Dominus. Quęst. LXXXVII.

QVAERETVR cum Christus dixit hic ad ostēdendam pęnam vrbis repellentis Apostolos quod tolerabilius erit terrę Sodomorum q̄ illi. Quare locutus est de hac ciuitate, vel gente. Dicendum, ꝙ hic assumitur terra Sodomorum pro incolis, qui olim fuerant in terra illa. quia quando Christus dixit hoc nemo ibi erat: immo regio nō erat, quia tota illa terra versa fuerat in stagnum, quod vocatur mare mortuum Gen. 19. & de quo dictum est supra 8. cap. quęstione 93. sed erant animæ defun- A ctorum, quę olim manserant in regione illa, & de his Christus loquebatur.

Est autem dicendum, quòd de his locutus est ad significandum grauitatem peccati repellentium Apostolos: ideo comparauit hoc illi peccato quod grauissimum reputabatur .s. peccato Sodomorum. Et hoc primo ex deordinatione sua, quia non solum est istud vitium contra rationem sed etiam contra naturam, idest, contra naturæ ordinem.

Secundo ex pęna, quia nunquam aliqua pęna tam grauis fuit inflicta alicui vrbi, sicut illi, quę penitus subuersa est misso igne de cęlo, & sulphure Genes. decimonono.

Tertio fuit propter memoriam Iudæorum, quia B Iudæi habebant istud factum valde in memoria, eo quòd regio Sodomorum est in terra Iudæorum in latere Australi vbi coniungitur cum latere Orientali, vt colligitur Numeri 34. & propter hoc in scriptura sępissime ponitur destructio terrę Sodomorum in exemplum, sicut dicitur Deutero. 29 .s. in exemplum subuersionis Sodomę, & Gomorrę quas subuertit Dominus in ira sua: sic etiam dicitur Threnorum 4. maior effecta est iniquitas filię populi mei peccato filiæ Sodomorum, quæ subuersa est in momento, de hoc etiam Sapien. 10. scilicet, descendente igne in Pētapolim cuius in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra.

Quarto ponitur ad ostendendum, ꝙ est aliqua iniquitas in ciuitatibus repellentibus Apostolos, quæ C non fuit in viris Sodomæ, quia illi hospitales erāt, isti autem nō, sic dicit Remigius Sodomitę, & Gomorręi inter vitia carnis hospitales etiam leguntur fuisse sic etiam Eusebius dicit, & hoc apparet, quia inter Sodomitas saltem aliquis bonus fuit; nam Loth vir iustus erat. secunda Petri 2.

Quinto fuit, quia Sodomitę nullum a se prędicantem expulerunt, isti vero Apostolos repellebant, & propter hoc quando Christus vult significare peccatum alicuius esse magnum, comparat illud peccato Sodomorum sic patet sequenti cap. .s. terrę Sodomorum remissius erit in die iudicii, cum autem dicitur D hic terræ Sodomitarum, & Gomorręorum nō est intelligendum de istis duabus solis, quia quatuor fuerūt ciuitates subuersę: erat enim illa regio, quæ dr̄ vallis illustris Gen. 13. habens quinque ciuitates, vt innuit Gen. 14. & ideo vocatur Pentapolis Sapientiæ 10. & non fuerunt, nisi quatuor earum subuersę Deutero. 29. s. vt non feratur vltra in exemplum subuersionis Sodomę, & Gomorræ, Adamæ, & Seboim, quas subuertit Dominus in furore suo, nam quintam earum, scilicet, Segor Dominus reseruauit ad preces Loth, vt in ea saluaretur Gen. 19.

Et si dicatur, quòd Sapien. 10. dicitur descendente igne in Pentapolim.

Dicendum est, quòd Pentapolis non significat quinque ciuitates, sed regionem, in qua erāt quinque ciuitates, scilicet, vallem illustrem, & verum est, quòd E ignis descendit in Pentapolim, idest, in regionem illam etiam si non exusserit omnes ciuitates eius: nā etiam si vnica earum ab illo igne consumpta esset verum esset, quòd descendisset ignis in Pentapolim.

Sciendum tamen, quòd licet quatuor submersę fuerint, scriptura non solet quando recolit huius facti nominare, nisi vnam, vel duas, & communiter nominat Sodomam, & hoc fuit, quia ipsa fuit præcipua in hoc vitio, quia in ea sola viri vrbis voluerunt abuti Angelis Gen. 19. & ita sola nominatur Threnorum 2. sic etiam eam Christus nominauit sequenti capitu. & Luc. 17. aliquando autem nominantur duæ, & tunc sola Sodoma, & Gomorra exprimuntur, sic patet

Ita, t,

Isa.1.quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorra similes essemus, sic etiam Deuteron.32.vbi ponitur vtraque.s.Sodoma & Gomorra,de vinea Sodomorũ vinea eorum,& de suburbanis Gomorræ,& sic Christus hic nominauit dicens tolerabilius erit terrę Sodomorum,& Gomorræorum, alię autem duæ,s.Adama,& Seboim nunquam,nisi raro nominantur cum hoc factum recolit, sed duæ prædictę exprimuntur, scilicet, quia murorum magnitudine, & vitiorum maiores erant, & famosiores.

An hoc verum sit scilicet,quòd tolerabilius erit terræ Sodomorum quàm ciuitatibus expellentibus Apostolos in iudicij die. Vbi quòd prædicatores repellere, & persequi grauius peccatum est peccato Sodomorum. Quæst. LXXXVIII.

QVAERITVR cum dicatur hic,quòd tolerabilius erit terræ Sodomorum,an verum est hoc.

Aliqui dicunt,quòd non stat,quia peccatum Sodomorum erat grauissimum Gen.13.homines Sodomitę,& peccatores pessimi erant corã Domino nimis,& tamen secundum differentiam peccatorum erit diuersitas pęnarum:ergo non erit tolerabilius Sodomitis quàm istis.

Dicit Nicolaus,quòd Sodoma, & Gomorra fuerunt pluribus vitijs infectæ.s.superbię,auaritię, & luxuriæ,& ocij,sic dr̃ Ezechielis 16.hæc fuit iniquitas H Sodomæ sororis tuæ superbia, & saturitas panis,& abundantia,& ocium,& manum egeno, & pauperi non porrigebant:dicit ergo, ꝙ comparantur hic negantes victum Apostolis quantum ad auaritiam, & non quantum ad alia,quia comparatio debet esse in rebus eiusdem generis,& in hoc dicit,ꝙ grauius erat subtrahere cibum Apostolis,vel vnicuique prædicatori quàm alteri pauperi. Sed dicendum,ꝙ non stat. Primo,quia non esset ista conueniens operatio, quia minimum omnium peccatorum Sodomitarũ fuit manum pauperi non porrigere,ipsi tamen Sodomitę famosi erant in luxuria,& nõ in auaritia:ideo cum absolute dicatur de grauitate peccati eorum necesse I est intelligi de illo peccato, in quo erant famosi,vel de grauitate omnium peccatorum suorum simul: nam si de grauitate auaritię loqueretur, non oportebat comparare peccatum vrbis repellentis Apostolos peccato Sodomorum, quia alię gentes fuerunt Sodomitis auariores. Secundo patet, & efficacius, quia sequenti cap.Christus comparat peccatum vrbis Capharnaum peccato Sodomorum dicens remissius erit terræ Sodomorum quàm tibi,& tamen nullum vitium Sodomorum poterat comparari in eodem genere peccato vrbis Capharnaum, quam Christus non increpabat,nisi quia audita prædicatione eius,& visis miraculis pęnitentiam non egerat,Sodomitis tñ nemo prędicauerat pęnitentiam agere:ideo non est K peccatum eorum simile, & tamen Christus dicit remissius erit terrę Sodomorum,idest,ꝙ pro omnibus peccatis suis minorem pęnam patientur quàm viri Capharnaum:ita ergo comparabuntur hic vrbes repellentes Apostolos Sodomæ,& Gomorræ quàm ad totam magnitudinem peccatorum suorum, & non quantum ad inhospitalitatem solam.

Propter hęc sciendum,ꝙ peccatum vrbium istarũ possunt inter se cõparari tripliciter. Vno modo quantum ad multitudinem,& ꝙ oĩa comparentur omnibus. Alio modo,ꝙ vnum comparetur vni. Primũ verum est,ꝙ maiora erant peccata vrbium repellentiũ Apostolos q̃ Sodomorũ,quia aliqua pctã inueniebant in eis,quæ non fuerant in Sodomis.s.duo.s.ꝙ non re-

F ceperunt Apostolos hospitio, sed excluserũt eos, Sodomitæ tamen erant aliqui hospitales, quia Angeli ibi hospitium inuenerunt Gen.19.& sic, dicit Remigius,& Beda. Aliud erat,quia isti prędicationem Apostolorum audire noluerunt,Sodomitis autem nemo prędicauit.

Alio modo potest comparari vnum vitium alteri, & tunc debet dici, ꝙ licet vitium Sodomorum sit valde graue secundum genus suum, non est tamen simpliciter maius omnibus,quia grauius crimen est Idololatria in eo,qui Deum cognouit,& etiam recessus a fide,& aperta contumelia facta Christo, & multa alia vitia possunt esse grauiora,vnde non est inconueniens,ꝙ istud vitium,ꝙ est repellere prædicantem, G vt non annuncietur verbum Christi,sit grauius vitio Sodomorum.

Aliter adhuc potest dici,ꝙ licet aliqñ sit vnum peccatum maius altero genere,illud, ꝙ minus est potest effici grauius per aliquam circunstantiam superadditam,quæ faciat illud minus excusabile,& ita comparando vitia Sodomorum vitijs pręteritis ciuitatum repellentium Apostolos forte maiora erant vitia Sodomorum quàm istarum ciuitatum,quia tamen nemo prædicauit Sodomis,vt conuerti possent,istis autem prædicabant,& repulsi sunt,sunt vitia istarum ciuitatum minus excusabilia vitijs Sodomorum,sic dixit Christus de peccato virorũ Capharnaum, qui eo prædicante conuerti noluerunt sequenti capit.s.si in H Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te forte mansissent vsque in hanc diem, veruntamen terrę Sodomorum remissius erit quàm tibi in die iudicij.

Ita ergo dicendum est,ꝙ vere maiora erant peccata ciuitatum repellentium Apostolos q̃ Sodomorũ, & iõ maior pęna erit eis in die iudicij q̃ Sodomitis,& hoc,siue pctm̃ istarũ ciuitatũ,ꝙ erat repellere, & persequi Apostolos esset mai⁹ ex genere suo vitio Sodomorũ,siue pctã pręterita eorũ essent grauiora per hoc eis adiunctũ,sic dicit Hiero,ꝙ Sodomitis,& Gomorræis nõ fuit prędicatũ his aũt fuit prędicatũ,& nõ receperũt eũ. Potius tñ vr̃ dicendũ,ꝙ hoc pctm̃,ꝙ est repellere prædicatores veritatis,& persequi illos,& nol I le pœnitentiam agere de præteritis malis sit grauius ex genere suo pctõ Sodomorũ,cum multa alia pctã sint eo maiora,sic dr̃ Threno.4. maior effecta est iniqtas filiæ populi pctõ filiæ Sodomorũ, & ita erit grauior pęna istis quàm Sodomitis. Aliqui dicũt,ꝙ fuit grauius pctm̃ illorũ q̃ Sodomorum,quia inter Sodomitas aliquis fuit bonus.s.Loth.inter istos autem nemo bonus inuentus est,qui Apostolos hospitio reciperent sic dicit Eusebius, in ciuitate Sodomitarum non caruerunt Angeli hospitio, sed Loth inuentus est dignus eos hospitari:si ergo ad accessum discipulorũ nec vnus inuenitur in ciuitate, qui eos recipiat, quo modo non peior erit ciuitate Sodomorum?

Sed hoc probat esse plures peccatores in hac ciuita K te quàm in Sodomis, sed non maius peccatum,& tamen maioritas pęnę ad maioritatem peccati sequitur,& non ad multitudinem peccantium.

Secundo,quia non solum Christus dixit hoc quãdo nemo in vrbe recipiebat Apostolos,sed etiam qñ multi reciperent eos, & audirent verbum eorum si plures erant,qui persequebantur eos excludentes de vrbe sic patet Act.13.vbi Paulus, & Barnabas a multis recipiebantur deuote audientibus prædicationem eorum,quia tñ maiores ciuitatis eiecerunt eos excusserunt puluerem sup illos.plures ergo boni ibi erãt q̃ in Sodomis vbi nemo bonus erat,nisi Loth, & in tolerabilius erit Sodomis quàm vrbi expellenti Paulũ, sed debet intelligi,sicut supra dictum est.

Quare

Quare dicitur tolerabilius erit in die iudicij & Quomodo accipitur dies iudicij. Quæst. LXXXIX.

A QVAERETVR, quare dicitur hic tolerabilius erit in die iudicij.

Dicendum, quòd dies Iudicij dupliciter accipitur. s. pro die generalis resurrectionis, & pro die mortis cuiuslibet hominis. Absolute enim diem iudicij vocamus diem vltimę resurrectionis, eo quòd ibi Deus omnes homines iudicabit assignando eis ęternas mansiones, siue glorię, siue pęnarum infra 25. Dies autem mortis cuiuslibet etiam B dies Iudicij est, quia ibi de eo iudicatur, idest, incipit tradi executioni, id quod iustum est de eo: nam proptie homo seipsum iudicat, vel ex lege posita iudicat cum enim quilibet claudat dies suos, ex hoc diffinitū est de eo quid post mortem habiturus sit secundum exigentiam finis vitę suę, & immediate incipit executioni tradi quidquid ipse meretur, siue bonum, siue malum, & non est putandum, quòd mortui puniantur nunc pro quibusdam peccatis, & non pro omnibus, & quòd post diem iudicij generalis incipiantur puniri pro omnibus, quia mox, vt quisquam damnatus moritur incipit habere pęnam pro omnibus peccatis suis, & ita iam Sodomitæ tolerant quidquid toleraturi sunt.

C Potest autem hoc intelligi de vtroque iudicio: accipiendo de iudicio cuiusque est sensus, quòd licet iā Sodomitę pęnam suam habeāt, tamen ciuitates illæ, quę Apostolos repulsurę erant nondum pęnam habebant, quia nondum erant defuncti viri earum, & tamen quando illi essent defuncti, & inciperent habere pęnam quod est in die iudicij particularis ipsorum posset comparari pęna ipsorum pęnę Sodomorum, & esset maior, & quia istud futurum erat quādo Christus hoc loquebatur dixit, tolerabilius erit terrę Sodomorum in die iudicij. s. in die iudicij particularis, ciuitatum, quæ repellent Apostolos.

D Aliter potest intelligi de iudicio generali, & tunc verum est, quòd pęnę omnium damnatorum poterunt ibi comparari, eo quòd nullus damnatus erit, q non habeat iam pęnam suam, cum illud sit vltimum iudicium, & potest fieri comparatio pęnarum in die illo, eo quòd omnium damnatorum pęnę tunc crescent, non quidem, quòd pro pluribus peccatis tunc puniri incipiant quàm prius punirentur, sed quia incipiet ibi pęna in corpore, & anima, quę prius non fuerat, & postea nullum genus pęnę perueniet nec etiam augmentum, & de ista die iudicij sępe Christus loquitur, vt hic patet, & sequenti capitu. & infra duodecimo.

Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes, si-
96. dist. ca. qui Ecclesiasticis. cut serpentes, & simplices, sicut colum- E
bę. Cauete autem ab hominibus. Tra-
Marc. 13. Luc. 13. & 21. dent enim vos in concilis, & in Synagogis suis flagellabunt vos, & ad præsides, & ad reges ducemini propter me in testimonium illis, & gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris ve-
Mic. 7. stri, qui loquitur in vobis. Tradet autem

A frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem Infra 24.
perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit.

Ecce ego mitto. Hic ostendit Christus, quòd prędicator verbi Dei, sicut non debet moueri ad prędicandum cupiditate, vt supra dictum est, ita nec debet ter-
B reri aduersitate, & quia in aduersitate non solū oportet sustinere patienter, sed etiam aliquando nomen Christi confiteri constanter, ponuntur duo. Primo, quia Christus hortatur Apostolos ad patienter tolerandum. Secundo ad nomen eius confitendum, ibi.

Omnis ergo, qui confitebitur, Prima in duas, quia primo ostendit tribulationis futuræ magnitudinem. Secundo hortatur Apostolos ad eius sufferentiam decentem ibi.

Non est discipulus super magistrum. Prima in tres secundum, quòd tribulatio a tribus prouentura erat. Primo enim passuri erant Apostoli a Iudęis, & eorū legisperitis. Secundo a principibus Gentilibus ibi. *Et ad reges*. Tertio a proprijs parentibus ibi.

C *Tradet autem frater*. Et quia quælibet istarum tribulationum differebat ab alia, pro qualibet Christus tradit doctrinam, & modum superandi illam. Circa primum.

Ecce ego mitto vos. Idest, confidite licet mala passuri sitis, quia ego sum, qui mitto vos, & quidquid toleratis, pro me toleratis, qui possum vobis retribuere sufficienter, sicut dicitur infra ad reges ducemini propter me.

Sicut oues in medio luporum. Ostendit modum mittendi. s. non mitto vos in potestate armorum, vt violenter possitis subijcere gentes doctrinę vestræ, sicut Nabuchodonosor rex Assyriorum misit Holofernē principem militię suę, vt omnes gentes sibi subijce-
D ret, & Deos earum destrueret, vt ipse solus in Deum haberi possit Iudith. 3. sed mitto vos, sicut oues inter lupos, idest, nulli nocituros nec nocere potentes, sed tales vos mitto, vt possitis a quolibet iniuriā pati, vocat autem Christus lupos omnes illos, qui persecuturi erant Apostolos prædicantes, & specialiter intelligitur de Pharisæis, & peritis Iudæorum, qui primi fuerunt persequentes Apostolos, vt dicit Hieronymus.

Estote ergo prudentes, sicut serpentes. Hic ponitur remedium aliquod contra persecutionem primam, quæ fieret a peritis Iudæorum, & quia illa a principio magis fuit per cautelas, & fraudes quàm per violētiam, ponitur prudentia tanquam remedium, scilicet, vt cauerent Apostoli a fraudibus Pharisęorum,
E & scribarum ne deciperent eos, & dicitur, sicut serpentes, quia prudentia serpentis est in obturando aures suas ne audiat vocem incantatoris Psal. 57. sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, vt non audiat vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter, ita prudentia Apostolorum esse debebat, vt non audirent nec assentirent consilijs peritorum Iudæorum.

Et simplices, sicut columbæ. Idest, nulli malum inferre volentes, licet sustineatis.

Cauete autem ab hominibus. De omnibus hominibus Intelligitur quibus prædicaturi erant Apostoli, quia non debebant confidere bonis verbis eorum, sed diligēter cauere, quia multæ fraudes latent, sic dicitur

de Chro: Ioan.2. ꝙ non se credebat eis, eo quòd ipse nosset omnes: a fortiori ergo, qui non nouit cor alterius non se debet committere fidei eius, intelligitur tamen specialiter de Pharisæis, & Scribis de quibus nunc loquitur, quia ab illis propter fraudes suas cauendum erat.

Tradent enim vos in consilijs. Sępe enim Apostoli fuerunt deducti coram concilio, & multitudine aliquarum vrbium, vt inhiberetur eis prædicatio nominis Christi, & maxime inter Iudæos, vt patet Actu.4. vbi principes populi Petro, & Ioanni mandauerunt non prædicare in nomine Christi, sed illi noluerunt.

Et in Synagogis suis flagellabunt vos. Hoc etiam factum est apud Iudæos. nam cum prędicarent Apostoli Christum flagelllauerunt eos iubentes vltra non prædicare Actuum quinto, & ita sępe factum est tam inter Iudæos quàm inter Gentiles, sed maxime intelligitur de Iudæis, quia dicitur in Synagogis suix. apud Iudæos autem dicitur Synagoga ipsa multitudo quã Gręci Ecclesiam, nos vero concionem, vel multitudinis congregationem appellamus, & loquitur Christux primo de Iudęis, quia ab illis Apostoli prima mala passi sunt.

Quare Christus denunciauit Apostolis mala, quæ passuri erant. Quæst. XC.

QVAERETVR cum Christus denunciet hic Apostolis mala, quæ passuri sunt, quare hoc facit.

Dicendum, quòd propter multa. Primo ad ostendendum prouidentiam suam, & rerum pręscientiam, scilicet, quia nihil potest euenire quod ipse non pręuiderit, vt ergo Apostoli crederent, quòd Christus omnia sciebat, & ab eo erant omnia, prædixit eis, quæ futura erant, sic dicitur Ioan. decimoquarto, & nunc dixi vobis antequam fiat, vt cum factum fuerit credatis.

Secũdo, vt per hoc nemo crederet, quòd propter Christi insufficientiam ista mala Apostolix euenirent, quia cum ipse ea præuiderit, poterat illa excusare si vellet: apparet ergo, quòd sciens misit Apostolos ad ista mala toleranda tanquam magna bona inde ventura essent: si enim ista Christus non pręd ixisset quando euenireot putaretur, quòd non pręnouerat ea, qa si pręsciuisset nõ mitteret, quos diligebat tam grauia mala toleraturos, & hæc forte immo vere esset occasio Apostolis, vt desisterent a pręd icatione putantibus, quòd si Christus talia mala eis futura pręsciuisset non iuberet eis pręd icare, & ita cessare vellent a pręd icatione quasi non esset de voluntate Christi, quod ipsi tam grauia prædicantes tolerarent, fuit ergo valde necessarium, quòd Christus ista pręnunciaret.

Tertio fuit, vt Apostoli non turbarentur, & admirarentur quando illa mala eis aduenireut quasi inopinatis, quia si non fuissent prænunciata crederẽt, quòd futura non erant, nunc autem quandocunque venirent iam expectata veniebant, quia ipsi sciebant multa eis mala futura. Quarto, vt mala, quæ eueniuent facilius tolerarentur. nam minus iacula feriũt, quę pręuidentur, vt Grego. ait, & nos tolerabilius mala mundi sustinemus si contra hoc per præuidentię clypeũ muniamur, de his dicit Chrysost. quia superius Apostolorum remouit solicitudinem pręd icit eis mala, quæ debebant eis contingere. Primo, vt dicerent pręscire eius virturem. Secundo, vt nullus suspicaretur quoniam propter imbecillitatem magistri hęc eis superuenirent mala. Tertio, vt ipsi sustinentes non stupescerent dum inopinaliter, & præter spem eue-

F nirent. Quarto, vt hæc audientes non turbentur in tempore crucis.

Quare Christus dixit Apostolis ego vos mitto. Qõ. XCI.

QVAERETVR, quare dixit ego mitto vos. Dicẽdũ, ꝙ poterat eis dicere, ecce vaditis, sicut oues inter lupos, sed dixit ego mitto vos, sed dixit hoc pp duo. Primo pp cõfidẽtiã: nã pręd icebat eis multa mala futura in quibus volebat eos confidere: iõ dixit ecce ego mitto vos. i. cõfidite, qa licet multa mala eueniant nõ succũbetis, qa ego mitto vos, & dabo vobis virtutem ad ea toleranda: nam ipse, qui mittebat eos

G cum illis ibat, & cum eis semper erat infra 28. ecce ego vobiscum sum oĩbus diebux vsque ad consummationem sęculi, immo ipse in eis erat, & in eix loquebatur infra in litera, non estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis, sic dicit Chrysost. in Homilia malorum autem erat eis consolatio mittentix virtux: & ideo ante omnia posuit dicetix ecce ego mitto vos, quasi dicat, ne turbemini, qa in medio luporum mittimini: possem enim facere, vt nihil mali sustineretis non solum lupis non suppositi, sed leonibus terribiliores effecti, sed ita expedit fieri: hoc enim clariores vos facit, & meam virtutem magix diuulgat. Secũdo fuit ad ostẽsionẽ pręmij, nemo enim mala spõte tolerat, nisi sub expectatione boni

H maioris: vt ergo pro tantis malis quod pręmium esset ostenderet dixit, ecce mitto ego vos, quasi dicat, ego qui vos mitto vobix dabo sufficienx pręmium, & infra dixit ad reges ducemini propter me, idest, omnia propter me tolerabitis, & ita ego satisfaciam vobis.

Quomodo dicitur hic in litera ego mitto vos, sicut oues, quia Luca, dicit agnos. Quæst. XCII.

QVAERETVR qũo dr̃ hic ego mitto vos, sicut oues, quia Luc. 10. dicitur ego mitto vos, sicut agnos. Dici potest vno modo, ꝙ vtrũque Christus dixit ad magix exprimẽdum, sicut sępe scriptura facit, sic dr̃ Isa. 53. sicut ouis ad occisionẽ ducetur, & quasi

I agnus corã tõdẽte se obmutescet. quod fit ad exaggerationẽ sñię, & neuter expressit ambo, sed Matthæus oues, & Lucas agnos. Secũdo põt dici, ꝙ Chr̃s alterũ eorũ dixit, qa sñ Euãgelistę, vt ait Aug. non attẽdunt principaliter ad verba, sed ad verborũ sensum, cũ possit manere eadẽ sñia verbis mutatis, interdũ omittũt quædã verba Chr̃i alia æquiualentia in significatione ponentes, & quia Chr̃s voluit significare, ꝙ mittebat Apostolos inermes nulli vim inferre potentes, & a quolibet faciliter passuros, potuit nominare oues, vel agnos, quia vtrunque est valde innocens sine murmuratione patiens Isa. 53. non ergo differt dici agnos, vel oues, quid autem eorum Christus dixerit etiam non differt cum sit eadẽ sñia, nos tñ nescimus quod illorum dixerit, sed nõ est in hoc nobis solicitudo, qa satis

K est Christi sentẽtias scire etiã si verba ignoremus.

Quare dixit Christus Apostolos esse oues, & quòd mittebat eos sicut oues in medio luporum. Vbi & conditio prælati ostenditur in subditos qualis esse debeat. Quæst. XCIII.

QVAERETVR, quare dixit Apostolos esse oues, & quod mittebat eos, sicut oues in medio luporum.

Dicendum, quòd propter multa, primo ad ostendendum conditionem ipsorum, quia ouis malum patitur, sed non infert, ita prædicator nulli malum inferre debet, sed aliorum infirmitates

tolerare,

tolerate, & ad eorum sanitatem conari, sic dicit Greg. in Homilia, qui enim locũ prædicationis suscipit mala inferre nõ debet, vt ex ipsa sua mãsuetudine iram sevientium mitiget, & peccatorum vulnera in alijs ipse afflictionibus vulneratus sanet.

A

Secundo fuit ad ostendendum formam patientię: commendauerat enim Christus valde patientiam Apostolis Luc. vigesimoprimo in patientia vestra possidebitis animas vestras, patientia autem docet in aduersis non murmurare, quod omnibus maxime pertinet, quia cum occiduntur non clamant Isa. 53. talem patientiam Christus habere voluit Apostolos, quia ipse talem habebat: nam iniurijs lacessitus non murmurabat eo. cap. & prima Pet. secundo, Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur.

B

Tertio fuit ad ostendendum conditionem prælati, quia Apostoli prælati erant, immo principes supremi Ecclesiarum, ad prælatum autem pertinet patiēter se habere ad subditos, vt non sit tanquam Dominus, sed tanquam speculum prima Pet. quinto, non dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo, & licet interdum subditos puniant magis ibi mansuetudo quàm ira appareat, sic dicit Grego. in Homilia, si quando zelus rectitudinis exigit, vt erga subditos sęuiat, furor ipse de amore sit non de crudelitate, quatenus iura disciplinæ foris exhibeat, & intus paterna pietate diligat quos foris castigat, multi autem cum regiminis iura suscipiunt ad lacerandos subditos inardescũt, terrorem potestatis exhibent, Domini videri appetunt, patres se esse minime recognoscunt, humilitatis locum in elationem dominationis immutant, & si quando extrinsecus blandiuntur intrinsecus sęuiunt, de quibus dr̃ veniunt ad vos in vestimētis ouiũ, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: contra quæ nobis considerandum est, quòd sicut oues inter lupos mittimur, vt sensum crudelitatis innocentię mortuum malitię non habeamus.

C

Quarto fuit ad potestatem suam ostendendum, quia licet Apostoli essent, sicut oues inter lupos non cõsumpti sunt a lupis, sed potius ipsos lupos in oues verterunt. vnde non dixit Christus mitto vos, sicut oues ad lupos, idest, ad hoc, quòd deuorent vos lupi, sed sicut oues in medio luporum, idest, vt maneatis inter eos, quia licet oues sitis inter eos manebitis, & ipsi non lacerabunt vos, sed vos eos in oues conuertetis, sic dicit Chry. ecce ego mitto vos, sicut oues &c. non simpliciter ad lupos, sed in medio luporum mittit, vt sic suam virtutem magis demonstret cum oues lupos superauerint, & in medio luporum existentes, & plurimos morsus ab eis accipientes non solum non consumantur, sed & illos conuertant, multo autem maius est transmutare mentes eorum quàm occidere.

D

De lupis dicendum, quòd isti erant omnes, qui more luporum Apostolos persecuturi erant, sic dicit Hilarius lupos designat omnes illos, qui vesano furore in Apostolos desęuituri erant, vel potest specialiter intelligi de scribis, & Pharisæis Iudæorum, vt dicit Hieronymus, scilicet, lupos autem scribas, & Pharisæos vocat, qui sunt clerici Iudæorum, idest, sapientes eorum, & hoc non, quòd soli isti fuerint lupi contra Apostolos, sed quòd isti fuerunt primi, qui eos persecuti sunt: nã prima persecutio cępit post Christi mortem in Ierusalem. Actuum quarto, & 5. & octauo, & illam fecerunt præcipue Pharisæi, vt patet ibidem.

E

Quare Christus dixit Apostolis estote prudentes, quia prudentia illa non sufficiebat eis. Et quòd in multis erat eis agendum secundum prudentiam Quæst. XCIIII.

QVAERETVR, quare Christus ponens hic remedia contra mala, quæ passuri erant Apostoli dixit estote prudentes, quasi prudentia esset eis remedium contra has tribulationes: nam non poterat esse conueniens remedium cum illa non sufficeret ad hoc.

Item patet, quia Christus potius voluit Apostolis aduertere ad prudentiam suam cum dixerit illis nihil cogitandum esse infra in litera, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.

Dicendum, quod Apostoli ex seipsis erant viri indocti, & sine literis. Actu. 4. & etiam circa humana negocia inexperti vtpote, qui piscatores erant, & nũquam exierant vltra illud stagnum, in quo piscabantur, vt dicit Chrysosto. & ideo sapientia sua non sufficeret ad prędicandum nec ad respondendum, & prudentia sua non sufficeret ad obuiandum fraudibus humanis, quia cum in aliquo erant prudentes voluit Christus, quòd hoc ipsum quòd humanitus poterant facerent, quod vero per se non possent a Deo expectarent, erat autem ista prudentia in multis habenda.

Primo in hoc, quòd custodirent se ab eis, quę poterant sibi nocere inquantum possent sine præiudicio nominis Christi, scilicet, non negando illud, nec cessando a prædicatione quandiu prædicare permitterētur, ne per imprudentiam ipsimet essent occasio persecutionis contra eos populos concitando.

Secundo quantum ad fugam: debet enim prędicator verbi diuini prudenter aspicere an quis vellet verbum Dei audire, vel an omnes repellant eum, & persequantur, quia si omnes eum repellunt non oportet, quòd illis se obijciat, vt eum occidant, quia verbum eius audire nolunt, sed si persequuntur eum fugiat, sic Christus dixit infra in litera cum persequuntur vos in ciuitate ista fugite in aliam: nam malum nunquam sustinendum est, nisi quando putatur bonum inde prouenire, scilicet, quòd quibusdã persequentibus alij audire volũt verbum Dei, & erit iniuria nominis Christi si prædicator fugiat. aliàs tamen fugiendum est, de quo magis dicetur infra quæstione 112. circa hæc ergo erat prudentia necessaria, vt aduerterent quomodo sibi manendum in aliquo loco, & quomodo fugiendum erat.

Tertio erat prudentia ad respondendum aduersantibus, quia interdum Apostoli per quasdã humanas cautelas respondebant, vt se liberarent de persecutione, sicut quando Iudæi volebant vnanimiter Paulum occidere, ipse vero conciliauit inter eos contentionem, Actuum vigesimotertio, dicens ego Pharisæus sum filius Pharisæorum de spe, & resurrectione mortuorum ego iudicor, & cum hoc dixisset facta est dissensio inter Pharisæos, & Saducæos, & soluta est multitudo: nam eum ante hoc maxime persequerentur eum Pharisæi incęperũt nunc ipsi defendere eum: nam dixerunt nihil mali inuenimus in homine isto, & sic liberatus est de manibus eorum. Iterum etiam cum pręses Romanus eum flagellare vellet, vocauit se ciuem Romanum Actuum vigesimosecundo, & sic cessauit torquere eum. Iterum etiam Iudæis accusantibus Paulum cum videret eorum malitiam appellauit ad Cęsarem, Actuum vigesimoquinto, & illuc missus est, & ita euasit Iudęorum insidias. Iterum etiam cum Paulus esset in vinculis,

vinculis,& cõperto, quòd esset innoxius iuberent principes, quòd occulte de carcere recederet quasi per hoc videretur fugere,& appareret reus,& qui eū in carcere posuerant per hoc excusarentur, dixit Paulus cęsos nos publice indemnatos homines Romanos miserunt in carcerē, & nunc occulte nos eijciūt, non ita sed veniant,& ipsi nos eijciant,& tunc principes timentes audito,quòd Romani essent venerunt, & rogauerunt eos,quòd exirent de carcere. Act.16. hæc omnia sunt cautelę humanę prudentiæ, & tales habere debebant Apostoli vbi eis locus erat:sic enim Christus opere docuerat quando quæsiuerunt ab eo principes sacerdotum, in qua potestate hoc facis?ille quæsiuit ab eis baptismus Ioannis an erat a Deo an ex hominibus,& vt non cogerentur aliquid respondere cessauerunt quærere, in qua potestate Christus fecerat hoc, infra vigesimoptimo, & Marc. vndecimo.

G

Quarto erat prudentia necessaria,vt caute attenderent ne quis eos seduceret verbis aut promissis, vt cessarent a prædicatione nominis Christi, sicut sępe principes terrarum faciebant promittentes illis magnas diuitias,& honores si ab hac prędicatione cessarent,& ad hoc solicite attendere debebāt ne quis eorum mentem mutaret, & hoc nolendo audire talia verba,quæ corrumpunt bonos mores prima Corint. decimoquinto.

Ad primum dicendum,quòd non sufficiebat prudentia ad omnia,quę facturi erant,& passuri Apostoli,vt in eis bene se haberent: ideo ipsa poneretur tāquam totale remediū esset incōueniente r posita, sed volebat Christus,quod in eis in quibus illa sufficiebat vterentur ea Apostoli, cum vero non sufficeret,ipse superinfunderet quidquid deerat, si tamen ea Apostoli nunquam vterentur, videretur esse superua cue eis data,quod est inconueniens: ideo vtendum erat eis in quibus ipsa sufficeret,& propter hoc Christus dixit,quòd essent prudentes, quia cum miracula facienda diuinitus tradita essent eis,vt non putarent, quòd nihil humanitus facturi erat omnia Deo relinquentes,dictum est eis. Ecce ego mitto vos &c. estote prudentes , quasi dicat, quod per humanam prudentiam facere potestis facite, ego autem supplebo quod reliquum fuerit. hoc etiam conueniens erat ad maius meritum ipsorum, vt non omnia recipere viderentur, sed aliquid a seipsis facerent, sic dicit Chrysostomus, vt aliquid autem etiam a seipsis inferant, & non sine causa coronari ęstimentur subdit. estote prudentes &c.

H

I

Ad secundum dicendum, quòd illud Christus dixit pro illis in quibus Apostolorum prudentia sufficere non poterat, sicut erat respondere ad omnia, quæ ab eis quærerentur quando ducerentur ante reges,& pręsides:ideo dixit, quòd non cogitarent de his,vt dicetur infra,quęst.99.

Quare dicitur Apostolis, quòd essent prudentes, sicut serpentes. Et in quibus ostendatur serpentis prudentia,de qua latius auctor,in Gen. si cap.3. super verbo insidiaberis calcaneo eius.

Quæst. XCV.

QVAERITVR quare dicitur, quòd essent prudentes,sicut serpentes.

Dicendum, quòd in serpentibus, & in brutis quibuscunque prudentia nulla est, quia prudentia est virtus moralis, & est solum habentis intellectum sexto Ethicorum capitu.sexto,

F

in brutis autem intellectus non est, nec etiam virtus aliqua septimo Ethicorum capitu.quinto: ideo prudentiam non habent , sed dicuntur quædam bruta large habere prudentiam inquantum imitantur hominem in quibusdam operibus prudentiæ, scilicet, quia quædam bruta habent vim prouisiuam ad vitam , vt dicitur primo Metaphysico.sicut apparet de formica Prouer.sexto, vade ad formicam o piger, & considera vias eius, & adisce sapientiam, idest, prudentiam. Christus ergo dixit prudentiam esse isto modo in brutis, & quia erudiebat viros indoctos per sensibilia, idest, exemplo brutorum, docuit eos habere prudentiam, & quia in serpente inuenitur aliquid astutiæ posuit Christus de eo exemplum: ratio huius est.

Primo, quia licet sit multiplex modus prudentiæ in brutis, Christus voluit, quòd Apostoli imitarentur serpentis prudentiam. Est enim prudentia eius nolle audire incantatorem, quia timet, quòd verba illius sibi mala sint. Psalm.57. sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium , nec venefici incantantis sapienter, ita Apostoli debebant esse prudentes, vt audire nollent eloquia mala, quæ corrumpunt bonos mores prima Corinthiorum decimoquinto, suadendo eis cessare a prædicatione verbi Christi promittendo bona temporalia: nihil enim istorum audiendum erat,quia talia verba incantant mentem.

Secundo fuit, quia serpens totum corpus exponit, vt caput custodiat, in quo vita est, & nos pro Christo, qui est caput nostrum prima Corinthiorum, 12.& ad Ephes. quarto, debemus omnia exponere, sic dicit Heronymus,astutia serpentis ponitur in exemplum, quia toto corpore occultat caput, & illud, in quo vita est protegit,ita & nos toto periculo corporis caput nostrum, qui Christus est custodiamus, idest, fidem Christi integram , & incorruptam seruare studeamus.

Tertio propter similitudinem in exuendo pellem quod omni prædicatori conuenit, sic dicit Rabanus solet serpens eligere strictas rimas per quas transiens veterem pellem exuat, similiter prędicator transiens per angustam viam veterem hominem omnino deponat iuxta Psalm. decimumsextum,propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.

Quarto , vt discipuli Christi econtra facerent quam serpens fecerat, vt sicut per prudentiam serpentis homo deceptus est, Genesis tertio, ita per prudentiam istorum homo liberaretur , sic dicit Remigius pulchre Dominus prædicatores serpentis prudentiam monet habere , quia primus homo per serpentem deceptus est, ac si diceret, quia hostis callidus fuit ad decipiendum , vos prudentes sitis ad liberandum, ille laudauit lignum, vos laudate crucis virtutem. Primum tamen est magis literale, quia sicut serpens cauet hominem nolendo audire , ita Apostoli hominum blanditias, & insidias cauere debebant, quod patet, quia postquam Christus dixit estote prudentes, sicut serpentes subdit, cauete autem ab hominibus , quasi prudentia eorum in hoc esse deberet, quòd ab hominibus cauerent,

K

Quare

Quare dicitur Apostolis, ꝙ essent simplices, sicut columbæ, & qua simplicitas sit illa, quæ iubetur Apostolis, & eius successoribus. Et ꝙ prudentia tunc non est sed astutia cum ea ad malum vtimur. Simplicitas autem sine prudentia facile decipitur,
Quæst. XCVI.

QVAERETVR quare dicitur simplices, sicut columbę. Dicendum, ꝙ simplicitas solet accipi pro ignorãtia, vel rusticitate, & ita homines insceios simplices vocamus: isto modo nõ potest accipi hic. Primo, quia esse inscium malũ est, & nemo alteri hoc suaderet. Secundo, quia non conuenit, nam Christus dixerat eis, ꝙ essent prudentes, sicut serpentes, & non tamen stat, sic simplicẽ esse, & prudentem. Tertio, quia si vellet de simplicitate. i. ignorantia dicere non dixisset simplices, sicut columbæ, quia per hoc innuitur, ꝙ inter, bruta maximum gradum simplicitatis tenẽt columbę, sed non est verum intelligendo de insipientia, quia tũc compararet eos asino, qui est aliàs insipiens, vel inter aues compararet eos struthioni, qui nescit nutrire pullos suos, vt dicit Iob. 39. quia Deus priuauit eum sapientia, columbę autem nõ sunt rusticiores alij brutis, quia nihil omittunt de eo, quod pertinet ad solicitam conseruationem suam, ideo non intelligitur de hac simplicitate.

Aliter põt intelligi proprie simplicitas, i. sine dolo, quia simplex dicitur sine plica, idest non ambulans duplici corde, ita vt vnum foris ostendat, & aliud mẽte gerat, isti enim sunt dolosi, simplices autem sunt, qui quantumcunque sint prudentes non dissimulant, nec decipiunt, sed quod mente gerunt hoc verbo, & gestu exprimunt, tales enim debebant esse Apostoli, vt neminem decipere vellent, & dicitur, sicut columbę, quia nullum dolum habent, & quoniam, qui prudentes sunt, idest habentes astutiam solent plerumque, vti illa ad malum, vt alijs noceant, & tunc vocatur astutia, & non prudentia, si autem vtantur ea ad bonum, vocatur prudentia 6. Ethico. c. 16. vt ergo Apostoli habentes prudentiam, idest astutiam non vterentur ea ad malum dixit, & simplices, sicut columbę. Et fuit necesse hoc dici, quia cũ dixisset estote prudentes, sicut serpentes, & serpens non solum mala caueat, sed etiam mala inferat, putarent Apostoli, ꝙ ita liceret eis, scilicet inferre mala persecutoribus, ideo tunc dicitur, & simplices, sicut columbę, quia columba felle caret a quo ira est, sed vindictam velle, & mala inferre pertinet ad iram, qui igitur felle caret malum non infert, & isti sunt sine dolo, quia dolosi foris blandiuntur, & interius desiderant mortem. Ecclesiastici. 12. in oculis suis lachrymatur inimicus, & si inuenerit tempus nõ saciabitur sanguine, in labijs suis indulcat, & in corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueam, dixit autem Christus hoc, quia Apostoli erant adhuc viri imperfecti, & vellent nocere persecutoribus suis cum etiam non benefacientibus interdum nocere voluerunt, sicut Lucę 9. quando Iacobus, & Ioannes petere voluerunt ignem de coelo super Samaritanos, quia non dederunt eis cibos, Christus autem omnia tolerãda docebat Luc. 21. in patientia vestra possidebitis animas vestras, ideo innuit, quòd nulli malum inferrent, & hoc erat, quòd essent simplices, sicut columbę: vtrunque tamen fuit necessarium, quia nec simplicitas columbę per se sine serpentis prudentia sufficiebat, nec prudentia serpentis, siue columbę simplicitate proficeret, quia vel malum faceret, & alterum malum non caueret, sic dicit Remigius, ideo dominus hęc duo sociauit, quia simplicitas absque prudentia facile decipi potest, & prudentia periculosa est, nisi simplicitate temperetur alicui nocendo, sic etiam dicit Hierony. vt per prudentiam deuitent insidias, & per simplicitatem non faciant malum. *Et ad reges.* Hic ostenditur tribulatio inferenda Apostolis a principibus gentilibus.

Et ad præsides, & ad reges ducemini. Scilicet non solum in Synagogis, & concilijs Iudæorum flagellandi erãt Apostoli, sed etiam ad reges ducendi erant, & hi erãt gentiles, quia Iudęi nullum regem habebant. Pręsides autem sunt principes prouinciarum a pręsidendo dicti, & isti constituebantur a Romanis in diuersis prouincijs, vt illas regerent, coram quibus Apostoli sępe ducti sunt, & ab eis ad mortem damnati.

Propter me. Scilicet, quia fidem Christi prædicabãt, nam nulla delicta committebant contra legem, aut societatem humanam, propter quæ punirentur, sed solum, quia Christum prædicabant.

In testimonium illis. Idest Iudęis. *Et gentibus.* Scilicet coram quibus ducemini, nisi ꝙ ducamini ad reges, & præsides erit in testimonium contra Iudæos, & gentiles, quod prædicaueritis, & non crediderint.

Cum autem tradent vos. Hic confortat eos promittens illis assistentiam suam, quando ducentur ad confessionem nominis sui coram regibus, scilicet cum tradent vos. idest vinctos catenis deducent coram iudicibus. *Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini.* Scilicet interrogabunt vos de diuersis, & tamen non timeatis, quia ego dabo vobis responsionem ad omnia etiam vobis nihil cogitantibus de responsione.

Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Idest in illa hora qua ducemini, & interrogabimini, dabitur vobis responsum a Deo.

Non enim vos estis, qui loquimini. Hoc dicit ad tollendum metum Apostolorum, quia ipsi cum essent viri simplices dicerent quomodo nos poterimus loqui ad omnia de quibus interrogabimur? Christus autem dicit non estis vos, qui loquimini, idest non timeatis, ꝙ non loquemini vos, sed alius pro vobis.

Sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Idest Deus loquitur per vos, qui est pater vester supra 5. & 6. c.

Quare Christus concessit Apostolis istud priuilegium, scilicet quod possent respondere absque cogitare.
Quæst. XCVII.

QVAERETVR quare Christus concessit Apostolis istud priuilegium, ꝙ non cogitantibus eis responsio occurreret sibi ad omnia. Dicendum, quòd fuit hoc. Primo propter timorem tollendum, quia Apostoli sciebant se esse viros imperitos, & quando ducerentur coram regibus, & præsidibus quæreretur ab eis de doctrina ipsorum, & multa contra ipsos dicerentur, ad quæ ipsi nescirent respondere, & ob hoc non auderent se exponere martyrio, vt ergo auferretur eis iste timor dixit Christus, ꝙ nihil cogitarent, quia ipse daret eis responsum ad omnia.

Secundo propter necessitatem imperitię eorum, erant enim rudes, & multa ab eis quęrenda erant, nam interdum p prophetiam arguebatur contra eos ad fallendum ipsos, sicut dicitur ad Colossen. 2. nemo vos seducat per prophetiam, & inanem sapientiam, quæ est secundum elementa huius mundi, & quia si relinquerentur Apostoli sibijpsis errarent nesciendo respondere in multis, & sic vilesceret prædicatio nominis Christi, quia non videretur a Deo sed conficta ab hominibus rusticanis, & ideo dissolueretur, cum ergo Christus simplices elegerit oportuit, quòd eis, sic prouideret infundendo quid dicerent.

Tertio erat ad ostensionem diuinę virtutis, nam quantumcunque aliquis sit peritus interdum errat respondendo, quia nemo est, qui omnia nouerit, & etiam ea quæ habitualiter scimus, non occurrunt nobis semper actualiter, maxime quando timor viget, vt ergo excellentia fidei appareret decuit, ꝙ in confessione fidei deductis Apostolis ante reges, & præsides, Deus actualiter infunderet eis, quid responderēt, ita vt omnes admirarentur,

Ad quid se extendebat hoc priuilegium. scilicet vt possent respondere absque cogitare. Quæst. XCVIII.

QVAERETVR ad quid se extendebat istud priuilegium.

Aliqui dicunt quòd Apostolis non vetabatur prouidere sibi responsionem si haberent tempus cogitandi quid responderent, sed solum aufertur eis turbatio, scilicet ꝙ si tempus non habuerint nō turbentur propter hoc, quia ipse dabit illis quid respondeāt, sic tenet Nicolaus.

Sed videtur dicendum, quòd non solum prohibetur eis ne turbentur, sed etiam vetatur cogitare quid respondeant, & hoc patet. Primo, quia dicitur nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, si tamen Christus inneret, quòd quando non haberent tempus ipsi ad respondendum prouideret, diceret solum cum tradent vos dabitur vobis quid loquamini, & tamen dixit cum tradent vos nolite cogitare, & etiam dabitur vobis quid loquamini, ergo nō licebat eis cogitare quid responderent.

Secundo patet, quia tunc nihil significaretur, nisi ꝙ Apostoli humanitus facerent, quod possent, & ꝙ in quibus non possent dominus prouideret eis, & cū non esset speciale de aliquo casu, quia Deus prouidebat Apostolis in omnibus, quæ ipsi facere non poterant, cum ille imposuisset eis opus istud propter se faciendum, & tamen Christus locutus est hoc specialiter, quando traderentur coram regibus, & præsidibus vbi erat maius periculum, & maior turbatio, ergo oportet, quòd esset hic aliquid speciale, s. ꝙ non solum prouideret eis in necessarijs, sed etiam absolueret eos ab onere cogitandi.

Tertio patet, quia si Apostoli relinquerentur iudicio suo, vt cogitarent, & ꝙ Deus suppleret, quando eis non occurreret locus cogitandi, redderentur valde soliciti ad cogitandum quid responderent, & per hoc essent minus audaces in confessione fidei, quod erat inconueniens, ideo debuit auferre eis hanc solicitudinem, vt nihil cogitarent quid deberent respondere.

Qui erant isti reges, & præsides ad quos Apostoli ducebantur, & a quibus ducebantur. Quæst. XCIX.

QVAERETVR qui erant isti reges, & pręsides ad quos ducebantur Apostoli, & a quibus ducebantur ad illos.

Dicendum, ꝙ potest intelligi, ꝙ essent reges, & pręsides gentilium, quia Apostoli prædicauerunt inter gentiles, & ibi ad præsides, & reges ducebantur. Aliter potest intelligi, ꝙ erant reges, & pręsides gentiles, & tamen erant pręsides Iudæorum, & a Iudæis adducebantur ad illos, & hoc magis conuenit literę, quia supra dicebatur in Synagogis suis flagellabunt vos, quod de Iudæis intelligitur, & sequitur, & ad præsides, & ad reges ducemini, scilicet postquam flagellabunt vos in Synagogis suis adducent vos ad reges, & pręsides, vt ab eis condemnemini ad

F mortem, & hoc verum est, quia Iudæi non habebant potestatem occidendi quemq̄, erāt enim sub potestate Romanorum tempore Christi, & præsides, & iudices erant a Romanis constituti inter Iudęos, & ad illos ducebantur Apostoli, & quia licebat Iudæis homines verberare citra mutilationem, & mortē, flagellabant eos prius, & postea adducebāt ad reges, & pręsides, & sic dicitur hic in Synagogis suis flagellabunt vos, & ad præsides, & ad reges ducemini, s. postquam non habuerint quid faciant vobis, quia nihil vltra possunt, ducent vos ad reges, & præsides, vt occidamini ab illis, istud enim obseruauerunt Iudæi: nam Apostolos in concilijs suis flagellauerunt, Actu. 5. de-
G inde ducebant ad pręsides, nam & ipsum Christum, sic duxerunt, quia prius ipsi Christum inter se illuserunt, deinde duxerunt ad Pilatum præsidem Romanorum, Ioan. 18. & ipse dixit illis secundum legem vestram iudicate eum, qui dixerunt nobis non licet occidere quemquam. Ioan. 18. Pilatus autē pręses hoc poterat, sicut ipse dixit Christo, nescis, quia potestatē habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te e.c. ad reges ēt ducebantur, quia Christus ductus est ad Herodem regem. Luc. 23. sed ipse remisit eum Pilato, de Apostolis idem fiebat, quia coram Herode adducebantur, qui rex erat nomine Romanorum, ipse enim, vt placeret Iudæis occidit Iacobum fratrem Ioannis, & tenuit Petrum, vt illum occideret. Actu.
H 12. & sic ad petitionē Iudæorum faciebat hoc Herodes, cū dicatur ibi vidit, ꝙ placeret Iudęis. Item patet, quia dr̄ hic testimoniū illis, & gentibus, & tn̄ si isti reges, & præsides essent gentiles, & in terra gentilium duci Apostolos coram eis erat in testimonium gentilibus, sed non Iudæis, ergo oportet intelligi, ꝙ Iudæi pręsentabāt Apostolos pręsidibus, & regibus gentilibus, & sic erat ista p̄sentatio in testimoniū vtrique.

Quomodo dicitur ad reges ducemini in testimonium, quid erat testimonium istud. Quæst. C.

QVAERETVR quomodo dicitur hic ad reges ducemini in testimonium, quid erat testimonium hoc. Dicendum, ꝙ potest intelligi vno modo
I in testimonium, scilicet mei, quia per hoc, quòd ducebantur Apostoli ad reges, & pręsides confitebātur coram eis fidem Christi, & istud erat firmum testimonium, quia non solum ore confitebantur, sed magis opere, cum professione ista non dubitarent mortem subire, & sic apparebat, quia aliàs non tolerarent mortē pro defensione eorum, ēt quia cum confitebantur Christum ante reges, & pręsides, & pro hoc torquebantur faciebant miracula, quę ēt in testimonium erant fidei Christi. Secundo intelligitur, ꝙ erāt in testimonium, s. damnationis eorū iustę, quia isti, q Apostolos occidebant mali erant, nec proderat eis prędicatio Apostolorum, erat tn̄ in testimonium cōtra eos, vt in die iudicij non haberent excusationem
K infidelitatis, quasi non audissent verbum, cum prædicatione fidei ipsi Apostolos occiderint, & sic est in testimonium illis, idest contra illos, sic dicitur Marc. 6. & Luc. 9. de ciuitatibus, quæ excluderent Apostolos, quòd excuterent puluerem pedum super eos in testimonium illis, idest in testimonium suę condemnationis, nam qui expellebant eos condemnandi erant, sic dicitur supra in litera tolerabilius erit terræ Sodomorum, quam ciuitati illi, sic dicit Chrysosto. in testimonium illis, scilicet quòd persequendo mortē eis intulerunt, & videndo nō sunt imitati, mors quippe sanctorum bonis est in adiutorium, malis in testimonium, vt inde peruersi sine excusatione pereant, vnde electi exemplum capiunt, vt viuant.

Tertio

Tertio accipitur in testimonium, idest vt testimonium ferant contra vos, scilicet Iudæi ducent vos ante reges, & præsides, vt ipsi testificentur cõtra vos, quòd sitis morte digni, sic enim cõtra Christum fecerunt. Ioan. 18. nam quæsiuit Pilatus, quam accusationem fertis contra hominem hunc? qui dixerunt si nõ esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum, & tunc intelligitur in testimonium illis, idest regibus, vel præsidibus, & gentibus, idest alijs gentibus, quæ hoc videbant.

An discipuli priusquam prædicarent cogitarent quid dicturi essent. Et quòd ista litera solum intelligatur, quando ducerentur ad principes, quorum conspectus, & timor etiam sapientes reddit mutos. Quæst. CI.

QVÆRITVR de hoc priuilegio, scilicet quòd Apostoli nihil cogitarent, an extenderetur ad omnia opera eorum, & maxime ad prædicationem, vel si debebant cogitare quid prædicarent.

Dicendum, quòd Apostoli, ea quæ prædicabant ceperunt partim per doctrinam, & partim per infusionem habitualem, & partim per actualẽ illustrationem, qũ prædicabant. De primo patet, quia Apostoli fuerunt semper cum Christo videntes omnia gesta eius, & audientes quotidie doctrinam ipsius, & sic per istam eruditionem humanam scire poterãt quid prædicarent, sic Petrus dixit Actu. 1. oportet ex his viris, qui nobiscum congregati sunt in omni tempore quo intrauit, & exiuit inter nos dominus Iesus incipiens a baptismate Ioannis vsque in diem qua assumptus est testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis, & sic alij discipuli Apostolorum ab eis didicerũt euangelium, quod prædicauerunt, & ipsi etiam euangelistæ humana doctrina euangelium acceperunt, scilicet Marcus, & Lucas, sic dixit. Lucas de seipso Luc. 1. sicut tradiderunt nobis, quæ ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis, vnde vocatur Lucas discipulus Apostolorum, vt dicit Hierony. in prologo super Lucam. De secundo patet, quia in die Pentecostes Spiritus Sanctus infudit Apostolis omnẽ scientiam necessariam ad prædicationem fidei, & defensionem eius, & fuit ista infusio habitualis, sicut manent in nobis habitus scientifici, quia certum est, quòd non semper mansit Spiritus Sanctus actualiter eis infundẽs, quia non poterat semper durare, ideo necesse erat, quod ex illa infusione nihil eis manserit, vel habitualiter manserit, de hoc patet, quia sic Paulo data est sapientia prædicandi per reuelationem ad Gala. 1. notum vobis facio, quòd euangelium, quod euangelizatum est a me, non est secundum hominem, nec enim ab homine accepi illud, nec didici, sed per reuelationem Iesu Christi, & ista reuelatio non fiebat semper, sed facta est aliquando, vt ipse innuit, per quã totum euangelium, idest quidquid prædicare debebat, simul sibi reuelatum est.

De tertio patet, quia interdum Apostoli habebant actualem reuelationem, quando prædicabant, quia dicebant multa, quæ non disposuerant dicere, & pro illis non sufficiebat reuelatio habitualis, quia licet aliquid sciamus habitualiter ad hoc, quòd illud ordinate dicamus, oportet quòd prius cogitemus qualiter dicamus, & quid dicamus, & quo ordine, & tamen interdum accidebat Apostolis prædicantibus, & colloquentibus varia dicere, quæ prius non proposuerant dicere, ideo in talibus saltem esset actualis illustratio Spiritus Sancti de eis, quæ dicerent, Si tamen quis vult, quòd notitia habitualis in eis impressa sufficeret ad omnia hæc, quia erat amplissima, & erat multum

A expressa, sicut est de rebus illis in quibus propter quotidianum vsum sumus multum habituati, non est multum insistendum. Secus autem erat de tempore quo ducebantur ante reges, & præsides, quia tunc actualiter reuelabatur eis quid responderent, in prædicatione autem non erat semper hoc, vnde ista litera solum intelligitur, quando ducebantur ante iudices. Quod patet, quia dicitur cum autem tradent vos nolite cogitare, etiam quia dr̃, dabitur enim vobis in illa hora, & sic specialiter loquitur de tẽpore quo ducebanĩ ante iudices, & non de prædicatione. Quòd autem prædicando, vel aliàs colloquẽdo reuelaretur eis actualiter, quod dicerent, non habetur ex hoc lo-

B co, licet concedendum sit, quòd aliquando reuelaretur.

Ratio diuersitatis est. Primo, quia prædicationem poterant Apostoli facere sine aliqua speciali reuelatione, scilicet ex doctrina, quam habuerant a Christo, & ex infusione habituali, quæ fuit die Pentecostes, quia id quod erat prædicandum erat aliquid determinatum, secus autem, quando ducerentur ante præsides, quia quærerentur ab eis varia, sicut vellent præsides, & ad hoc nulla certa notitia prius data sufficeret, sed oportebat esse actualem reuelationem.

Secundo propter impræmeditationem, quia ad prædicandum cum prædicarent, quando vellent poterant prius cogitare quid dicerent, sed non, quando interrogandi essent, quia interrogati illico responde-

C re debebant, & sic non poterant a seipsis habere quid rectè in promptum dicerent.

Tertio, & principaliter propter timorem, quia timor turbat, & etiam sapientem reddit sæpe mutum, vel imperite loquentem, ideo oportuit, quòd Spiritus Sanctus tunc actualiter illustraret eos, vt rectè respõderent, ideo non fuit aliquid in quo Christus tam expresse promitteret Apostolis assistentiam suam, sicut quando ducerentur ante præsides, quia tunc erat maximum periculum, adiuuabantur in duobus, scilicet quia rectè respondebant, & quia audaciores fiebant, cum ipsi scirent, quòd Deus loquebatur eis.

An Deus reuelet nobis quid prædicaturi sumus, sicut Apostolis faciebat, & an reuelet nobis quid dicturi sumus cum pro

D *ipso ante reges ducimur. Et quòd contemporanei Apostolorum, qui fidem prædicauerunt, non habuerunt scientiam ex reuelatione, sed ex doctrina, & studio. Quæst. CII.*

QVÆRETVR an istud solis Apostolis concessum est, vel etiam nobis.

Dicendum, quòd Deus in duobus reuelabat Apostolis quid dicerent, scilicet quando fidem confitebantur ante præsides, & tunc semper reuelabatur eis aliquid actualiter, & in prædicatione, & tunc semp reuelabatur aliquid actualiter, vel sufficiebat reuelatio semel facta. De nobis dicendum quantum ad prædicationem, quòd non assistit nobis Deus taliter, ita quòd reuelet nobis quid prædicemus, sed vult, quòd studio sacræ

E Scripturæ, & doctrina peritorum discamus, quod prædicemus, & sic fuit in discipulis Apostolorum, quia Paulus hortatus est Timotheum euangelizare, scilicet sac opus Euangelistæ, & ad hoc admonuit, quòd se exercitaret in studio sacræ Scripturæ secũda ad Timotheum 3. dicens, quòd Scriptura Sacra est vtilis hominiad eum erudiendum, ergo non habebat Timotheus per reuelationem quid prædicaret cũ oporteret eum studere, Apostoli autem per reuelationem acceperunt, sicut dicit Paulus ad Gala. primo euangelium, nunquam accepi ab homine, nec didici illud, sed per reuelationem Iesu Christi, ex quo apparet, quòd illa reuelatio solis Apostolis est, & eis qui cum illis fuerunt die Pentecostes facta est, cũ su-

per omnes descenderit Spiritus Sanctus,& erant quasi centum,& viginti, Act.1.& 2.cæteri etiam contemporanei eorum, qui fidem prædicauerunt non habuerunt hoc ex reuelatione,sed ex doctrina,& studio.Rō huius fuit primo, quia Apostoli fuerunt primi principes ecclesiæ, & fuit conueniens in eis esse istam excellentiam.

Secundo propter certitudinem,quia ea quæ a Deo reuelantur sunt certiora, quam quæ homines per doctrinam acquirunt, & quia Apostoli erant principia oportebat eos esse firmiores in doctrina,ita vt impossibile esset eos errare, quod non fieret si ab aliis addiscerent,vel si solo studio inniterētur,ideo p reuelationem fuit tota eorum cogitatio,vt per hoc certi eēnt, ꝙ errare non possent, vel decipi, sicut sæpe decipiunt qui solo studio aliquid agunt.

Tertio,& præcipue propter necessitatem,qa Christus accepit istos prędicatores viros simplices,qui nihil scirent vbi ipse eos doceret, ideo docuit illustrando corda eorum, in nobis autem non est sic, quia nemini ponitur ex necessitate officium prædicationis,ꝙ autem quis ingerat se ad prædicandum, nisi peritus sit culpa est,ideo non est necesse, ꝙ nobis fiat reuelatio,quia possumus addiscere, & qui docti fuerint poterunt prædicare, Apostolis autem incumbebat necessitas prædicandi. 1.Cor.9 si euangelizauero nō est mihi gloria,necessitas enim mihi incūbit, væ mihi est si non euangelizauero, cum ergo Christus eis prædicare iuberet oportebat, ꝙ eos per reuelationē perficeret,vel imperitos, & idiotas prędicatores haberet,quod in nobis non est,cum nulli sit necessitas prędicandi,nisi cui ecclesia iniunxerit expresse,vel ex officio imposito, quę non imponit hoc, vel non imponere debet, nisi viris peritis qui sine reuelatione aliqua prædicare possunt.

Quarto, quia etiam si Apostoli, vellent addiscere non habebant a quo, namquando erant cum Christo ipse docebat eos,Christo autem sublato de medio non fuit a quo addiscerent, ideo oportuit,ꝙ per infusionem omnia haberent,sic Christus dixit Ioā.16. cū venerit spūs veritatis docebit vos oēm veritatem, ex quo apparet,ꝙ illustratio interior non fuit in Apostolis,nisi ex necessitate.i.quia non poterant aliter scire, nec aliunde habere quid prædicarent, nos aūt possumus hęc sufficienter hēre per doctrinam,ideo non est nobis necessaria reuelatio.

Quinto fuit, quia Christus voluit assumere Apostolos viros rudes,& imperitos,vt appareret toti sęculo,ꝙ doctrina Christi non introducebatur per virtutem sapientię, & eloquentię, sed per diuinam potestatem.1.Cor.1.quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes, si autem Apostoli addiscerēt ab aliquo,vel per studium librorum prędicarent, putaretur hoc esse opus humanum, & sic non esset aliqua admiratio,nunc vero cum ipsi essent viri sine literis,& non addiscerent mirabatur orbis quomodo dicerent talia,& tam constantes essent, sic dicitur Act. 4.videntes Petri constantiam, & Ioannis comperto, ꝙ homines essent sine literis, & idiotæ admirabatur, ideo sine humana doctrina, & studio debuerunt per reuelationem instrui:de nobis secus est,quia fides nō est nunc introducenda de nouo ad hoc, ꝙ oporteat apparere talem excellētiam in prędicatoribus, de qua orbis admiretur,sicut etiam nunc prædicatores miracula non faciunt ex eadem causa, vt ostensum est,supra q.21.& ideo regulariter nulli prædicatori reuelātur nunc,quæ prędicat,sed quilibet debet humanitus se pręparare quantum potest, & tunc Deus dirigit linguam illius, sic dicitur Prouerb. 16. hominis est animum præparare,& domini gubernare linguā, quod F tamen Deus interdum aliquem specialiter illustret sapientiam infundendo non est omnino negādum, quia nō est abbreuiata manus eius,vt facere nequeat, sed nunc non est ita necessarium,sicut in illis diebus, ideo non fit regulariter. De reuelatione autem, quę fiebat Apostolis ante pręsides dicendum, quòd illis solis facta est expresse, nec exprimuntur ista verba ad nos ex tenore ipsorum,& tamen,quia eadem est causa nobis cum illis si ducimur ad confessionem fidei ante præsides,nō est dubium quin si bono animo eamus propter honorem Christi ipse nobis reuelet, qd respondeamus, & quilibet in tali casu hoc confidere debet,aliàs modice fidei esset, nec adhuc idoneus esset ad tolerandum martyrium pro Christo, cum de eo tam parum confideret,differt tamen inter nos, & G Apostolos,quia illis non solum promissa est Dei assistentia ad respondendum pro illis, sed etiam vetitū fuit eis cogitare quid responderent,& ideo erat illicitum eis cogitare,quomodo responderent, quia agerent contra pręceptum, nobis autem si ducamur pro Christi confessione ante pręsides licitum est pręuidere quid respondeamus, quia licet solis Apostolis hoc fuit dictum in multis aliis inuentum est, & generaliter in omnibus martyribus,quibus Deus dabat mirabiles responsiones, sic patet de Stephano Actu, sexto capitulo cum disputaret contra Iudæos, nam dicitur ꝙ non poterant respondere spiritui, qui loquebatur, scilicet per Stephanum, ipse tamen non erat Apostolus,& ideo etiam hoc nobis fiet si bono animo ad H confessionem nominis Christi instante tribulatione accedamus, quia ipse nunquam deest in necessariis, & tamen confitentes fidem forte nescirent respondere ad omnes cauillationes, quæ sibi fierent propter imperitiam,vel turbationem. Ideo dicendum sine dubio, quòd Christus in talibus reuelaret quidquid respondendum esset, quod satis apparet ex gestis omnium Martyrum, qui ita in omnibus mirabiliter respondebant.

I *Quomodo dicitur, quod non cogitarent Apostoli, & prima Petri dicitur, quod parati essent ad satisfaciendum omni poscenti de spe, & fide, quæ in nobis est. Idque distinguitur secundum trium temporum opportunitatem in Apostolis.*

Quæst. CIII.

QVÆRITVR quomodo dicitur hic, ꝙ non cogitarent Apostoli, quomodo responderent, cū dicatur.1.Pet.3.parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est fide, & spe,nam ibi innuitur,ꝙ deberent esse attenti,& cogitantes, quomodo responderent ad omnia quæsita de fide,& spe.

Dici potest vno modo, ꝙ hoc non dicitur de Apostolis,sed de aliis, quia Petrus non scribebat ibi Apostolis,nec docebat eos, sed aduenis dispersionis Ponti,& K Galatiæ. 1.Pet.1.nam Apostolos nemo docebat, & de illis verum est,ꝙ per studium, & per doctrinam debebant ad hoc esse parati, sicut Paulus admonet Timotheum instare lectioni sacrę scripturę, vt sic possit facere opus Euangelistæ, idest bene prædicare. 1.Timoth.4.

Secundo potest dici,ꝙ non innuitur ex hoc, quòd Apostoli deberent cogitare, aut studere, sed solū,ꝙ si quis quæreret ab eis de fide, & spe, ꝙ responderent ei prompte etiam si ad hoc non studerent,& tamen magis intelligitur,vt dictum est supra.

Tertio potest intelligi, ꝙ Apostoli in confessione fidei ante præsides, nihil debebant cogitare, & tamen,quando loquerentur fidelibus,vel aliis non pre-

quen-

quærentibus eos cogitare debebant quid loquerentur, quia tunc non fiebat eis reuelatio cum non esset necessaria, sic dicit Chryso. cum autem hic dicat ne soliciti sitis quid loquamini, alibi dicitur parati semper ad satisfactionem &c. & respondet cum enim in medio amicorum certamen erit, iubemur esse soliciti; cum autem est iudicium terribile, & plebes insanientes, & timor vndique, auxilium a Christo præbetur, vt confidenter loquantur, & non obstupescant.

Pro quo sciendum, quòd in Apostolis distinguebantur tria tempora. Vnum erat, quando conuersabantur cum infidelibus in eis, in quibus necesse erat conuersari. Aliud erat, quando prædicabant, & respondebant quærentibus de dubiis circa fidem. Tertium erat, quando ducebantur ante præsides ad confessionem nominis Christi. De primo dicendum, quòd tenebantur cogitare solicite qualiter prudenter conuersarentur, quia Christus dixit estote prudentes, sicut serpentes, & cauete ab hominibus. Circa secundum tenebantur cogitare qualiter respōderēt licet ista erat eis parua cogitatio, quia infusa erat sibi notitia omnium pertinentium ad fidem. Ioan. 16. cum venerit spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. In tertio nō debebant aliquid cogitare, sed potius erat sibi vetitū, quia Deus tunc actualiter reuelabat quid dicerent.

Quomodo est verum, quòd Spiritus Sanctus loqueretur in Apostolis. Et quòd spiritus potest loqui in animali tripliciter. Et ad quid sit locutio.

Quæst. CIIII.

QVAERETVR cum dicatur hic, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis, quomodo est verū, quòd Spiritus Sanctus loqueretur in Apostolis.

Dicendum, quòd Spiritus potest loqui in aliquo animali tripliciter. Vno modo, quia illud aliàs nō potest loqui, & spiritus ibi loquitur. Secundo modo, quando aliàs potest loqui, & spiritus loquitur in eo nolente. Tertio modo, quando aliàs loqui potest, sed nescit loqui talia spiritus in eo loquitur. De primo patet, vt in serpente, qui loqui non potest, & tamen per illum diabolus locutus est Euæ. Gen. 3. & per asinam Angelus locutus est Numeri 22. & tunc non dicuntur illa animalia loqui, quia nec loqui possunt, nec sciunt quid dicant, sed spiritus per ea loquitur. De secundo patet, vt in arreptitijs quorum linguas dæmō mouet eis nolentibus, & tunc licet illi aliàs loqui possent, & scirent, quia tamen ipsi non faciunt hoc, sed magis patiuntur, non dicuntur ipsa loqui, sed dæmones per eos, sic dicitur supra 8. quòd dæmones rogabant Christum mitte nos in gregem, constat tamen, quòd ibi per arreptitios loquebantur. De tertio patet in prophetis, quia ipsi loqui sciunt, sed quando Deus per eos loquitur, talia dicunt, quæ aliàs dicere nescirent, non tamen est intelligendum, quod ipsi non intelligant ea, sicut Montanus, & alij hæretici dixerunt quos arguit Hieronymus in prologo super Abacuc, nam necesse est, quòd propheta intelligat, quæ videt, & quæ loquitur Dan. 10. intelligentia opus est in visione. & etiam non est putandum, quòd inuiti loquantur, sicut arreptitij, quia non mouet Deus linguam eorum renitentibus eis, sed ipsi loquuntur, quando volunt, & est in potestate eorum tacere, quando voluerint, & ob hoc, quando Deus loquitur per aliquē melius dicitur ipse loqui, quam Deus, ratio est, quia ille dicitur loqui, qui locutionem format, & quia locutio est ad exprimendum verbum mentale per vocale, ille qui mentaliter concipit, & mouet organa ad expressionem illius conceptus dicitur loqui, & quia

A in arreptitijs dæmones concipiunt, & mouent organa, & non ipsi, dicuntur loqui dæmones, & non arreptitij, secus autem de prophetis, quia Deus non mouet organa eorum, sed solum illustrat mentem eorū, vt intelligant aliquid, quod non poterant aliàs intelligere, & innuit eis, quòd hoc debeant annunciare alijs, & tunc ipsi formant verbum mentale de hoc, quod reuelatum est eis, & illud volunt exprimere in vocem, sicut eis placet, & ideo ipsi dicuntur loqui, & Deus dicitur eis dare quid loquantur. Actu. 2. scilicet loquebantur varijs linguis prout Spiritus Sāctus dabat eloqui illis.

Sed obijcietur, quòd non loquebantur ipsi, quia dicitur hic, non estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris B vestri, qui loquitur in vobis.

Dicendum, quòd dicebantur ipsi non loqui, idest non loqui a semetipsis, sed id quod Spiritus Sanctus dabat illis, sic dicitur Ioan. 11. de Caypha hoc a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex prophetauit, & ita quia Deus dabat Apostolis quid loquerentur dicebatur ipse loqui, & non illi, quod patet, quia Luc. 21. vbi ponitur eadem sententia dicitur nolite præmeditari quomodo respondeatis, ego enim dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri. Apostoli ergo proprie loquebantur, sed Deus loquebatur in illis, sicut hic dicitur, spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis, non quidem formādo verba, & mouendo organa, sed dictando in anima C quid loqui possent. *Tradet autem.* Hic ostenditur magnitudo tribulationis futuræ Apostolis, inquantum passuri erant ab amicis, & parentibus, & dicitur.

Tradet autem frater fratrem in mortem. Idest accusabit eum ad mortem ante præsides, quòd Christianus sit.

Et pater filium. Ista erat durissima persecutio, quia pater, qui maxime diligit filium, accusabat eum ad mortem, sicut beatum Crisantū accusauit pater eius Polemius, & interdum ipsi patres occidebant filios, sicut Beatæ Christinæ occidit ipsam, & ita de alijs.

Et insurgent filij in parentes. Istud erat maxime cōtra debitum naturæ, quia filij tenentur patribus, ita vt nūquam possint sufficienter retribuere 8. Ethico. c. vltimo, & tamen hic accusabant eos ad mortem.

D *Et morte eos afficient.* Idest occidēt ipsos, vel ad mortem accusabunt, sicut Luciam consortem Geminiani accusauit filius eius ad mortem, quòd Christiana esset.

Et eritis odio omnibus hominibus. In omni enim regione fuerunt Christiani a principio odiosi, & ideo fuit difficile introducere fidem Christi.

Propter nomen meum. Idest pro confessione nominis Christi, nam nulla mala Christiani faciebant propter quæ paterentur, sed propter istam confessionem patiebantur, sic Beatus Petrus hortatur 1. Pe. 4. nemo vestrum patiatur, quasi homicida, aut fur, aut maleficus, aut alienorum appetitor, si autem, vt Christianus non erubescat, glorificet autem Deum isto nomine, E idest, quia occiditur, vt Christianus, ita faciebāt Actu. 5. scilicet ibant Apostoli gaudentes, quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

Qui autem perseuerauerit vsque in finem. Scilicet vsque ad mortem confessione nominis Christi. *Hic saluus erit.* Habendo vitam æternam, hoc dicitur, quia propter magnitudinem tribulationum quas Christus prædixerat, aliqui forte inciperent, & non perseuerarent, admonet ergo perseuerare, dicens quod si non perseuerauerint nihil prodest, quia omnia hæc tolerantur pro vita æterna, sed illam nemo habebit, nisi perseuerans.

Quomodo esse poterat tanta tribulatio, vt filij insurgerent in F
parentes, & econtrario. Et quæ fuit causa quare August. &
Orosius scripserunt libros de ciuitate, & ormesta, & quid
continetur principaliter in illis. Et aduerte, quod Orosius
Hispanus illum librum scripsit ad petitionem Aug. vt patet
in prologo. *Quæst. CV.*

QVAERETVR quomodo erat tanta tribulatio,
vt filij insurgerent in parentes, & econtrario.
Dicendum, ꝙ hoc fiebat propter multa. Primo,
quia licet gentiles errarent in multitudine Deorum
putabant, ꝙ cultus eorum erat salus ipsorum, & per
eos stabat respublica, & contemptus religionis. i. cul-
tus ipsorum credebatur multas calamitates induce- G
re reipublicę, vt dicit Valerius lib. 1. cap. de neglecta
religione, & sic tempore Constantini Imperatoris,
qui a Papa Siluestro baptizatus est, cum iam tem-
pla idolorum clauderentur, & draco quidam propin-
quus vrbi Romę vaporem noxium spirans regionem
inficeret, dixerunt põtifices idolorum Constantino,
quòd dij irati pro neglecta religione hoc malum vrbi
immiserant, sed Siluester illum vltra nocere compe-
scuit claudens in vinculis, Sic etiam multo tempore
post Roma ad Christum conuersa, quando Gothi
Romam irruperũt, adhuc manebat iste clamor apud
plurimos Romanorum, vt susceptio cultus Christi,
& contemptus religionis antiquę Romanum statũ H
destruxerant; in quorum accusationem Augu. edidit
lib. de ciuitate Dei ostendens, quòd meliora fuerunt
tempora Romanorum post Christi religionem, quã
prius. Hoc idem facit Paulus Orosius in lib. de Or-
mesta mundi ostendens, quòd non solum Romę, sed
& toti orbi melius fuisset post Christi religionem su-
sceptam, quam prius, ideo insurgebant filij in paren-
tes, & parentes in filios, tanquam in destructores reli-
gionis, per quam hactenus orbis, & vrbes steterant,
Secundo erat, quia persequentes Christianos puta-
bant se bene agere, quia zelo dei tatus agebant, quod
patet de Paulo, qui feruore religionis Iudaicę perse-
quebatur omnes credentes in Christum. Actu. 9. & di-
cit se ignoranter egisse, ad Gala. 1. putabat enim se I
bene agere, sic ipse dicit de omnibus Iudęis tempore
suo. ꝙ habebant zelum, sed non secundum scientiã,
ad Roma. 9. idest pro conseruatione legis Moysi zela-
bant valde ꝯ confitentes Christũ, & persequebantur
eos velut destructores legis Moysi, ita. n. dixerunt ꝯ
Stephanum Act. 6. Laudiuimus eum dicentem, ꝙ Ie-
sus Nazarenus destruet locum istum, & mutabit
ꝯstitutiones quas tradidit nobis Moyses, de gẽtilibus
idem erat, quia plurimi eorum zelabant pro illo cul-
tu quem ꝓgenitores eorum tenuerant, & putabant
se bene agere, sic zelando, hoc. n. Christus prædixerat
discipulis dicens, ꝙ veniret tempus quando omnis,
qui occiderit eos putaret se obsequium præstare Deo,
Luc. 21. & dr̃ hęc facient vobis, quia nõ cognouerũt
patrem, nec me. Tertio erat, quia Christus pmittebat K
istud ad gloriã doctrinę suæ, vt magis sine scrupulo
veritas, & sanctitas eius videretur, cũ p tot tribulationes
plantaret in orbe inuitis regibus, & principibus ter-
rarum, vt appareret, ꝙ non per hominum fauorẽ, sed
per Dei virtutẽ introducebatur, nemo enim, qui ali-
quid sapit ignorat, ꝙ potuisset Christus sibi conciliare
corda omnium Regum, & principum terrę, vt ad
primum verbum prædicationis doctrinam eius susci-
perent, quia corda Regum in manu eius sunt, & quo-
cunque voluerit vertet illa. Prouerbiorum 21. sed nę
ęmulis maneret occasio detrahendi, quod per fauo-
rem lex Christi suscepta esset, voluit eam examinari
in igne, sicut examinatur argentum, non potuit au-
tem conuenientius examinari, quam per magnas, &
longas tribulationes sponte morientibus pro eius cõ-
fessione plurimis, inuitis principibus terrarum per
Dei virtutem manifeste introduceretur, & ideo non
solum vulgares tribulationes pmisit insurgere, scili-
cet quòd ab extraneis homines traderentur, sed parẽ-
tes in filios, & filij in parentes insurgerent, vt hic dici-
tur.

Quare Christus prædixit hanc tribulationem
Apostolis venturam.
Quæst. CVI.

QVAERETVR quare Christus prædixit hanc
tribulationem Apostolis.
Dicendum, quòd fuit primo eadem causa,
quæ de cęteris. Primo, vt videretur, ꝙ ipse ista
pręsciebat, & poterat declinare, sed nolebat, quia sic
melius erat fieri. Secundo vt cauerẽt specialiter Apo-
stoli, quia crederent ipsi, ꝙ licet aliquæ tribulationes
insurgerent essent de solitis, ꝙ tamen filij in parentes,
& parentes in filios insurgerent, vt persequerentur
eos generaliter, a sęculis inauditum erat, & sic non ca-
uerent, ideo docuit eos, quòd etiam a filijs & paren-
tibus cauerent, quia illi eos traderent. Tertio fuit ad
consolandum specialiter in persecutione ista, quæ
magis affligeret credentes in eum, quam persecutio
ab extraneis facta, sic dicit Grego. in homilia, mino-
rem enim dolorem ingerunt mala, quæ ab extraneis,
maiorem vero, quæ ab illis patimur de quorum men-
tibus pręsumebamus, quia cum damno corporis ma-
la nos cruciant amissę charitatis. Quarto vt ostende-
retur etiam futuris sęculis quanta sit puritas, & boni-
tas doctrinę Christi, quæ cum tanto rigore in orbem
introducta est, vt filij in parentes, & parentes in fi-
lios ad extirpationem ipsius insurgerent, quod facere
nequiuerunt, sed potius toto orbe renitente introdu-
cta est.

Quomodo Christus dixit Apostolis eritis odio omnibus homi-
nibus, & an hoc erat sic, & propter quid. Et quod sin-
guli gentiles singulos cultus habebant.
Quæst. CVII.

QVAERETVR quomodo Christus dixit eritis
odio omnibus hominibus, & an hoc erat,
& propter quid.
Dicendum, quòd hoc primo fuit ad
ostendendum virtutem diuinam, vt nihil humani-
tus factum videatur in introductione legis Christi,
quia illud per homines fit, quod fauore hominum
fit, qui autem alicui odiosus est nullum in eo fauorem
habet, sed professores nominis Christi erant propter
hoc omnibus hominibus odiosi, ergo non introdu-
cebatur fides Christi fauore hominum, sed eis reni-
tentibus. Secundo erat, quia putabant homines,
quòd Christiani destruebant illum cultum, per quẽ
status humanus conseruabatur, & quia apud omnes
homines erat aliquis cultus cui repugnaret Christi
doctrina, necesse erat, quòd Christiani omnibus ho-
minibus essent odiosi, vnde dicit Chrysosto. quòd
eos, tanquam communes orbis terrarum hostes
de orbe expellere tentabant. Et ista fuit causa po-
tissima generalis odij contra Christianos, nam in-
ter gentiles plurimi erant dij, singuli eorum habe-
bant diuersos cultus, vt ait Marcus Varro in libris
sacrorum, & Ouidius in lib. Fastorum, & Augu.
in libris de ciuitate Dei, etiam quædam gentes cole-
bant specialiter vnum Deum, tanquam suum, &
alię aliũ, nulla n̄ gẽs erat, quę detestaretur Deum alie-
nius gentis, vel cultũ illius, sed potius colebant omnes,
licet

licet præcipue Deum ſuum, Iudęi etiam multum diſpares in cultu erant, & in agnitione deitatis gẽtilibus non tamen accuſabant eos de cultu ſuo, chriſtiani autem non ſolum Chriſti cultum tenere volebant, ſed etiam maledicebant omnibus dijs gentilium, & cultui eorum, ideo per hoc omnium hominum hoſtes erant, vt dicit Aug. lib. 1. de concor. euang. & verum eſt, ꝙ ſi chriſtiani voluiſſent Chriſtum colere non curantes extirpare cultum idolorum, faciliter fuiſſet introducta Chriſti religio in orbem, ſed præcipuũ erat in hac ſola vera, & ſacra religione falſæ deitatis cultũ excludere, nec poterat àliter introduci, niſi idolatriã extirpando, ideo fuit difficillimum introduci, ritui etiam Iudaico lex Chriſti repugnabat, quia Apoſtoli prędicabant ſi circuncidimini, Chriſtus vobis nihil prodeſt, ad Gala. quinto, ideo fuit valde inuidioſa toti orbi lex Chriſti a principio, cum nulli concordaret, ſed omnes expelleret.

Tertio fuit, quia diabolus concitabat valde omnes homines contra chriſtianos, videbat enim per Chriſti doctrinam cultum ſuum in toto orbe deſtrui, & animas hominũ de ſuis vinculis liberari, de quo ſumme dolebat, ideo toto furore ſuo concitabat principes, & terrarum dominos aduerſus Chriſti profeſſores, & etiam iſta erat cauſa vrgens, quia diabolus grauiſſimas tribulationes poterat contra chriſtianos cõcitare, niſi a Chriſto prohiberetur.

Quarto erat, quia generale eſt, quòd homines diuerſæ fidei raro ſibi in vera dilectione copulẽtur, ſed mutuo aduerſantur, ſic dicit Hieronymus. Hoc autem in perſecutionibus crebro videmus, nec vllus eſt inter eos fidus affectus quorum diuerſa eſt fides. erant ergo chriſtiani omnibus hominibus odioſi, quia diuerſa ab omnibus religio eis erat, & ſatis neceſſe erat, quia chriſtiani erant odioſi cognatis ſuis cum filii inſurgerent in patres, & econtrario: & etiam extraneis, & tamen nemo erat, niſi aut cognatus eorum, aut extraneus: ergo omnibus hominibus odioſi erant.

Cum autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Amen dico vobis, nõ cõſummabitis ciuitates Iſrael donec veniat
Luc. 6. Io. 13. 15. filius hominis. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominum ſuum. Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius, & ſeruo ſicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius. Ne ergo timueritis eos.
Marc. 4. Luc. 8. 12. 11. q. 3. cap. nolite. Nihil enim eſt opertum, quod non reueletur, & occultum, quod non ſciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. Et quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſed potius timete eum qui poteſt, & animam, & corpus perdere in gehennam. Nonne duo paſſeres aſſe veneunt? Et vnus ex illis nõ cadet ſuper terram ſine patre veſtro. Veſtri autem & capilli capitis oẽs numerati ſunt. Nolite ergo timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos.

A *Cum autem perſequentur.* Hic oſtenditur qualiter ſe deberent habere diſcipuli in tribulationibus. ſ. quòd aliquando fugere debebant, & dicitur. Qũo debeant ſe habere diſcipuli in tribulationibus.

Cum autem perſequentur vos in ciuitate iſta. i. in ciuitate quacunque. *Fugite in aliam.* ſ. & prædicare ibi, & ſi ibi etiam vos perſecuti fuerint, fugite ad aliam. *Amen dico vobis.* i. in veritate, & eſt modus affirmãdi, vel iurandi. *Non conſummabitis ciuitates Iſrael.* Ideſt nõ finietis prædicationem in omnibus, ita ꝙ in qualibet earũ prędicetis.

Donec veniat filius hominis. Ideſt donec ego veniam, & mittam vos ad prædicandum ad aliam regionem. Iſtud dicitur reſpondẽdo tacitę quęſtioni, quia cum Chriſtus mitteret Apoſtolos ſolum ad prædicãdum
B in terra Iudæorum ſupra in litera, ſcilicet ſi fugerent de vna ciuitate ad aliam propter perſecutionem, aliquando iam nulla maneret, in quam fugerent, ſed oporteret redire ad alias, de quibus fugerant, vel ceſſare a prædicatione. Chriſtus autem certificat eos de hoc, quòd prius quam finiant prædicationem in omnibus ciuitatibus Iſrael ipſe veniet, & mittet eos ad aliam regionem.

Quare dicit Chriſtus Apoſtolis, quòd fugiant de perſecutione. Quæſt. CVIII.

QVÆRETVR quare dicit Chriſtus Apoſtolis, quòd fugiant de perſecutione.
C Dicendum, quòd primo fuit, quia adhuc non erat tempus, quòd ipſi occiderentur quouſque fides propagaretur. Secundo, vt oſtendat, quòd homo non debet ſe ingerere ad mortem, vel ſuſtinere illam inutiliter, quia mors non per ſe eſt bona, & ideo non eſt per ſe appetenda, ſed tunc appeti debet, quando fructuoſa eſt, ſcilicet per illam habetur fructus vitę ęternę, vel fugitur vita turpis, quæ aliàs ſine turpitudine duci non poterat, tunc enim melius eſt mortem glorioſam tolerare, quam vitam turpem agere, ſicut dixit Iudas Machabæus melius eſt nobis mori in bello, quam videre mala gentis noſtrę, & ſanctorum 1. Macha. octauo, & verum erat, quia Iudas erat princeps gentis Iudæorum, & tenebatur bella agere, & pericu-
D lis ſe exponere pro defenſione gentis ſuę, & templi domini, quando tamen ex morte alicuius nulla, vel pauca vtilitas ſperatur, non debet mortem appetere, & quia ſic erat interdum in perſecutione Apoſtolorum, quòd ex morte eorum parua ſequeretur vtilitas, ſed potius damnum, iubet Chriſtus, vt fugiant. Tertio vt oſtendat, quam precioſa ſit vita hominis in conſpectu Dei cum pro illa conſeruanda doceat eos fugere mortem, & pericula, ſicut dicitur Pſalmo 59. dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant a facie arcus, vt liberentur dilecti tui. & recte quidem, quia ſi precioſa eſt in conſpectu domini mors Sanctorum eius, erit vita eorum precioſior, quia ergo Chriſtus diligit nos, non vult, quòd moriamur, niſi
E quando nobis lucrum eſt, ſicut Paulus dicebat ad Coloſen. 1. Quarto fuit, vt oſtenderet, quòd homo non debet tentare Deum manendo in periculo cum euadere poteſt, & propter hoc iuſſit, quòd fugerent, licet ipſe potuiſſet eos in ciuitatibus liberare a perſecutione, ſic dicit Auguſti. lib. contra Fauſtum, ſcilicet nec tamen ſaluator non poterat tueri diſcipulos quibus fugere pręcepit, & huius rei prior prębet exemplum, ſed inſtruebat hominis infirmitatem ne Deũ tentare audeat, quando habet quid faciat, & quomodo euadat.

Quando licebat Apostolis fugere persequentes. Et quare Apostoli non debebant timere persecutionem, sed declinare. Quæst. CIX.

QVAERITVR specialiter circa fugam Apostolorum quibus Christus ista dicebat, an indistinctè eis fugere licebat, vel quando licebat.

Dicendum, quòd circa fugam Christus non dedit nunc Apostolis doctrinam, nisi pro tempore illo quo prędicabant inter Iudæos. Et patet primo, quia dicitur hic non consummabitis ciuitates Israel donec veniat filius hominis, & sic de fuga illis dabat doctrinā nihil autem de futuris. Secundo patet, quia hic generaliter concessit fugam non distinguens, sed ꝙ quandocunque persequerentur eos in ciuitate vna fugerent ad aliam, sed hoc non licuit, postquam transierunt ad gentes, ideo dixerunt, quòd Christo viuente, quando Apostoli ibant ad prædicandum per diuersas ciuitates Iudęorum, in quacunque ciuitate persequerentur eos licebat eis fugere ad aliam, immo fugere tenebantur, & non expectare mortem pro confessione Christi, quia sic Christus iubebat, postea autem secus fuit, sic dicit Hieronymus super Matt. hoc enim ad illud tempus referendum est cum ad prædicationem Apostoli mittebantur, quibus dictum est in viā gentium ne abieritis, & quòd persecutionem nō debeant timere, sed declinare. Hoc autem fuit propter multa. Primo, quia non fuit decens, ꝙ aliquis pro confessione noīs Christi occideretur, anteq̄ Christus, ne in hoc specialis honor ei deberetur, sed Christus debuit esse principium, vt oēs ab eo velut a capite depēderent, & ipsum tanquam dn̄m sequerentur, si tamē Apostoli in ciuitatibus Iudęorum prędicantes ꝑsecutionem non declinarent, contingeret aliquem eorū occidi ante Christum, ideo fugere debebant, qn̄cunque fieret persecutio. Secundo, & ēt pręcipue, vt ad meliora tp̄a seruarentur, in quibus esset mors sua fructuosa, nam prędicaturi erant toti orbi, & diuulgato euangelio tunc morituri erant, sic ēt Christus sępe fugiebat, & eripiebat se manibus Iudęorum volentiū ipsum occidere. s. quia nondū venerat hora eius. Io. 7. & 8. & 10. Ita ergo Apostoli cauere debebant persecutionem fugiendo. Tertio fuit, vt esset eis occasio prędicandi gentilibus, quia Christus dixit eis, ꝙ qn̄ Iudęi persequerentur eos, & repellerent fugerent ad gentes, sicut dixerūt Paulus, & Barnabas. Act. 13. hoc tn̄ verum fuit post Christi mortem, quia tunc ad persecutionem Iudęorum fugere licebat eis ad gentes, & tn̄ ante Christi mortem licebat fugere de ciuitate in ciuitatem, sed non transire ad gentes, quia Christ⁹ hoc vetuerat supra in litera, & ideo ad hoc prouidit ipse hic dicens non cōsummabitis ciuitates Israel, q. d. non oportet fugere, nunc ad gētes ꝓꝑ persecutiones ortas in vrbibus Iudęorum, quia antequam finiatis p̄dicationem in illis ego mittam vos ad aliam regionē, & ita nunc Apostoli fugere debebant generaliter ꝑsecutionem nullam expectando.

An prælatis fugere liceat propter persecutionem, & quando. Et quod persecutio duplex. Item quæ hic dicuntur de episcopis qui toto tempore vitæ suæ in curijs principum versantur, nec oues suas visitant. Et ꝙ curati non possunt fugere a suis locis, vbi pestis est, Quæst. CX.

QVAERITVR de persecutione orta contra prælatos an fugere illis liceat, & quando.

Dicendum, quòd est duplex eorum persecutio, s. F quædam aperta, vt illa quæ fit ab hostibus fidei, alia est intrinseca. s. quæ fit a subditis, vel ab eis q nō sunt adhuc præcisi de ecclesia.

De prima dicendum, ꝙ aut solus pręlatus ad mortem quęritur, aut simul cum toto clero, vel subditis. Si primo modo, aut est persecutio propter personā, siue respectu ad fidem, & tunc videtur ꝙ semꝑ fugiēdum est, eo quòd ex fuga sua non videtur sequi ignominia christianę religioni, cum non propter Christū sed ex aliis causis quęratur, & potius bonum est, ꝙ fugiens seruet se ad alia tempora, in quibus posset prodesse subditis, quam nunc mortem sustinens auferat se illis. Si autem solus quæritur, & tamen propter fidem, aut creditur, quòd eo recedente tuti poterunt manere subditi, & non infirmabitur fides in eis, aut G putatur, quòd ex eius fuga non erunt securi. Si primo modo fugiendum est. Si secundo modo potius manere debet, & gloriose mori pro Christo, & grege suo, quam se subtrahendo illos infirmos reddere, vt non videatur esse mercenarius, sed pastor bonus ponens animam suam pro ouibus suis. Ioan. 10. Si autem pręlatus, & subditi simul quæruntur ad mortē, vt si sit persecutio generalis, non debet deserere prælatus suos subditos, sed vel cum eis simul manebit, vel omnes simul fugient, quia eius pręsentia illis necessaria est. Si tamen creditur, ꝙ poterit manere ecclesia quibusdam clericorum supplentibus episcopi vicem manebunt illi, & pręlatus cum cęteris fugiet, vt ad alia tempora seruent, vt non laceretur simul ec H clesia in omnibus membris suis, sed quibusdam sublatis de medio alii maneant qui possint gregi dominico prouidere, & hoc ad charitatem, & prudentiam pertinet, & melius sic agunt, quam si grex, & pastor simul se exponere velint, quia contingeret superesse partem gregis, quæ postea infirmaretur sublatis omnibus qui pastoris vices gerere poterant, illi tamen q sic fugiunt si contingat in ipsa persecutione occidi illi qui fuerant relicti, vt ecclesię prouiderent tenerentur redire, & illi persecutioni exponere se ne grex dominicus deseratur, quia ista sunt tempora ad quę illi seruabantur de his dicit August. faciant serui Christi, quomodo pręcepit, vel permisit, sicut ipse fugit in Aegyptum, fugiant omnino de ciuitate in ciuitatem, I quando eorum quisquā specialiter a persecutoribus quęritur, vt ab aliis qui non ita requiruntur, non deseratur ecclesia, sed præbeant cibaria conseruis quos aliter viuere nō posse nouerit, cum autem omnium. s. episcoporum clericorum, & laicorum est commune periculum, hi qui aliis indigent, non deserantur ab his quibus indigent, aut igitur ad loca munita transeant omnes, aut, qui habent necessitatem remanendi non relinquantur ab eis per quos supplēda est ecclesiastica necessitas, vt vel pariter viuant, vel pariter sufferant, quod eos paterfamilias nollet pati.

Istud idem dicendum videtur, quando persecutio a Deo infligitur, vt morbus epidimię, qui est quædā cęlestis ira, quia & si tunc fugere omnibus vtile, sit & K tatis consultum: si tamen non possunt omnes fugere propter quaidam humanas importunitates tenentur pręlati illorum populorū. i. curati, vel illi ad quos de iure, vel de consuetudine pertinet sacramenta ministrare manere cū grege suo, etiam si certissime putēt se ꝑ hoc morituros, nā si in persecutione hostili, qñ ꝯ fidem agitur manere tenent̄ ēt nunc tenebunt̄ manere, quia ęqualiter eorū est necessaria p̄sentia, & tenent̄ oēs manere, nisi forte tot sint, ꝙ qbusdā recedētibus, alij pñt sufficiēter populo in spiritualibus ministrare, quòd si manentes decesserint, tenebuntur, qui fugerant reuerti etiam si hoc sit eis mortis occasio, vel alios sibi substituere, qui officium istud sufficienter

[Margin: Morbus epidimiæ est quędā cœlestis ira.]

cienter expleant quandiu populus, vel aliqua pars eius manere voluerit in loco illo infecto, vel si ire foras voluerint, sequantur prælati gregem suum.

Aliqui dicunt, quòd sufficit, ꝙ prælati moneant subditos, vt exeant de locis illis, & ꝙ alibi erunt cum eis, quod si noluerint non teneantur se morti exponere propter illos manendo in loco illo, cum sint in culpa manendo in loco illo potissime, cum sint requisiti a prælatis, ꝙ inde exeant, & ꝙ eant cum eis alibi.

Dicendum, ꝙ non est verum, quia multi propter necessitates humanas, vt fortassis, quia alibi non habent victum manent in locis illis, ideo cum illis tenebuntur manere prælati. Quod patet, quia tẽpore persecutionis factæ ab hostibus fidei licitum est prælato, & subditis simul loca deserere trãsferendo se ad alia, si tamen quidam de subditis habent aliquam necessitatem manendi in locis, tenẽtur cum eis manere prælati, idest aliqui de eis, qui sufficiant sibi spiritualia ministrare, sic dicit Augu. cum omnium, idest Episcoporum clericorum, & laicorum est commune periculum, hi qui alijs indigent non deserẽtur ab his quibus indigent, aut igitur ad loca munita transeant omnes, aut qui habent necessitatem remanendi non relinquantur ab eis per quos illorum supplenda est ecclesiastica necessitas, ita ergo fieret hic, & peccaret grauissime pastor, qui timore mortis relinqueret eos quibus prius ministrabãt spiritualia non substituens sibi alium.

Si autem sit persecutio intrinseca, idest a subditis, aut omnes illi mali sunt, & prælatum persequentur, aut quidam boni sunt, & alij mali. Si secundo modo non sunt boni propter malos deserendi, sed tenetur prælatus sustinere afflictionẽ a malis, vt boni proficiãt, sicut in ecclesia sæpe multos malos propter paucos bonos sustinet. Si omnes mali sunt, aut speratur de eorum conuersione, aut non, si speratur non debet eos deserere, sed cum patientia expectare conuersionem illorum. Si vero de conuersione desperat potest eos deserere, maxime si alibi putat se magis fructificaturum, vt dicit Grego. 2. dialogorum, & ita Benedictus deseruit quosdam monachos, v tibi dicitur, & de hoc est materia 7. q. 1. c. suggestum, & c. scilicitatis, & vsque ad finem eiusdem quæstionis, & est ibi glo. notabilis in. §. hoc tunc, scilicet distinguitur persecutio in extrinsecam, & intrinsecam, intrinseca consistit in manifestis inimicis ecclesiæ, intrinseca in eis, qui adhuc non sunt præcisi: in extrinseca distinguitur, quia aut solus prælatus quæritur, aut totus clerus, si solus, aut eo recedente tuta est salus ecclesiæ, & tunc fugiet, si non tunc ponet animam suam pro ouibus suis. si totus clerus quæritur indistinctè se pro eis hostibus opponet 43. distin. c. sit rector, sed si aliàs potest consuli ecclesia totus clerus fugiet cum prælato, vel omnes, vel quidam ex eis, & siue altercatio inter eos de remãsuris sorte dirimatur 26. q. 2. c. sors. Circa intrinsecam persecutionem distinguitur, aut omnes sunt mali, aut quidam, si boni sunt mixti malis non deserat eos 22. q. 4. c. tu bonus, si omnes mali sunt, aut est spes de correctione, aut non, si est spes non sunt deserendi, si non est spes deserendi sunt 7. quæst. 1. c. ubi adunati.

An priuatis, qui non sunt pastores fugere liceat persecutiones. Quæst. CXI.

QVAERETVR de fuga in persecutione contra priuatos, qui non sunt pastores, an liceat eis fugere, vel non.

Dicendum, ꝙ quilibet captus in persecutione fidei, siue sit perfectus, siue imperfectus, tenetur confi-

A teri constanter nomen Christi, quia quicunque negauerit eum coram hominibus, Christus negabit eũ in cœlis infra in litera, & est confessio fidei tunc de necessitate salutis ad Rom. 10. corde creditur ad iustitiam. ore autem confessio fit ad salutem, & qui sic captus est, etiam si possit occulte fugere non licet sibi, quia iam esset fidei detrimentum, ꝙ fugeret cõfessionem, qui tractus fuerat ad confitendum, ideo sicut nemo obligatur se offerre ad confessionem fidei, ita nemini licet, postquam ad hanc tractus fuerit occulte fugere, quia sic contemnitur fides in cordibus infidelium, & infirmatur in cordibus credentium, vnde etiam si iudices infideles vellent occulte dimittere fideles de carcere, non deberent recedere, sed palam,
B quia aliàs saltem in cordibus fidelium fides infirmaretur, quia putarent istos fugisse. vnde 16. Paulus noluit recedere de carcere iudicibus iubentibus, quia occulte recederet, sed dixit, ꝙ venirent illi, & publice eum educerent, & ita factum est. Et hoc est verum, nisi cum Deus miraculose aperit alicui carcerem, ad hoc qđ fugiat, sicut fuit de Petro Act. 12. siue ad manifestandum potestatem Dei, vt iterum se ostendat publice, sic fuit Actu. 4. de quibusdã Apostolis quos in carcere positos a Iudæis Christus per noctem eduxit, & sequenti die publice apparuerũt, si autem quis nondum captus est in persecutione, aut est de imperfectis, aut de viris perfectis, siue ad quos pertinet aliqua excellentia vitæ super cæteros, si sit imperfectus
C licet ei fugere, eo quòd ex fuga sua non sequitur fidei detrimentum, nec deserit aliquos cum quibus teneatur manere, nam propter hoc pastoribus fugere non licet semper, quia non licet eis deserere oues, istis autem nullius cura incumbit, & tamen adhuc isti fugientes sunt aliquanti meriti, nam laborem fugæ pro Christo subeunt, ne cogantur illum in tormentis negare, etiam res suas diripi, & perire permittunt patientes illas sibi tolli, ne Christus eis auferatur. quanquam ergo isti non pertingant ad magnitudinem coronæ eorum, qui in tormentis Christum confitentur, magni tamen meriti sunt, quia multa pro Christo patiũtur, & prudenter agunt videntes se nondum habere tantum fidei ardorem, vt in tormẽtis constanter per-
D manere possint, sic dicit Remigius licentia fugiendi conuenit infirmis in fide quibus concedit pius magister, ne si se vltro ad martyrium protulissent fortassis positi in tormentis negarent, sed quamuis fugiendo perfectæ fidei constantiam in se non ostenderent, tamen magni meriti erant, quando pro Christo omnia parati erant deserere fugiendo. Si autem sit vir perfectus, aut ille cognoscitur determinate ab infidelibus, qui illum persequuntur, aut non, vt si ipsi sciant, quòd aliquis est inter fideles, qui valde illis prodest, & nocet infidelibus, sed nesciunt quis sit, & persecutionem concitant, vt illum inueniant, & occidant, fugere debet, quia ex fuga eius non sequitur ignominia fidei cum infideles nesciant quis sit ille quem quærunt, &
E sic nesciunt an fugerit, vel non, sic fuit de Christo fugiente in Aegyptum supra 2. quærebat Herodes nesciens quis esset. vnde nesciuerit an fugerit, vel inter paruulos Bethlehemitas occisus fuerit. Si autem cognoscatur determinate a persecutoribus, aut persequuntur eum præcipue pro odio personali, & minus principaliter pro fide, si enim principaliter ex odio personali fugiendũ est, sic dicit Augusti. fugiant omnes de ciuitate in ciuitatem, quando eorum quisquã specialiter a persecutoribus quæritur, & ita Paulus fuit de Damasco per murũ dimissus in sporta. Actu. 9. Quod patet, quia Iudæi solum Paulum ibi quærebant, nam alij fideles Damasci habitantes erant quos non persequebantur Iudæi. Si autem quæratur principaliter

cipaliter

cipaliter propter fidem, vtpote quia est vir excellens inter Christianos, & eius doctrina, & exemplo cæteri multum confortantur, tunc, aut creditur, quòd ex eius fuga irridebitur doctrina ab infidelibus, & fidelium mentes infirmabuntur, & tunc debet manere morti se exponens. Si vero creditur, quod non irridebitur fides, sed potius fuga eius proderit fidelibus ad alia tempora, fugere debet, vt se reseruet ad ecclesiæ vtilitatem, & quia ista sunt multum dubia interdum etiã ipsi viri Sancti nesciũt quid eligant, sicut Petrus Romæ dimissus de carcere recedebat extra vrbẽ, & Christus ei apparens redire iussit. Si autem sit persecutio generalis in loco, vel regione, nõ licet viris perfectis, siue excellentibus in vita, & doctrina recedere, vt prædicatoribus & similibus, licet non sint pastores, quia eorum fuga infirmaret fidem in cordibus cæterorũ, & esset ad irrisionem doctrinæ Christi, sic dicit Remigius, quòd præceptum perseuerandi in persecutionibus specialiter pertinet ad Apostolos, & ad eorũ successores viros fortes, sed hoc intelligitur post Christi mortem, nam eo viuente non solum erat licitũ Apostolis fugere, sed etiam erat præceptum, vt in quacũque ciuitate persequerentur eos fugerent ad aliam, vt dicitur supra in litera.

Quomodo dixit Christus non consummabitis ciuitates Israel donec veniat filius hominis, an hoc verum fuerit. Et quid dicatur aduentus Christi.
Quæst. CXII.

QVAERETVR quomodo dixit Christus nõ consummabitis ciuitates Israel donec veniat filius hominis.

Dicendum, quòd dupliciter potest exponi. Vno modo de aduentu post resurrectionem. Alio modo de aduentu ad iudicium. Et de isto secundo est sensus, quòd ciuitates Israel non consummantur, idest prædicatio facienda Iudæis ad eorum finalẽ conuersionem non finietur vsque ad diem iudicij, nam prius conuerterentur omnes gentes, quæ conuertendæ sunt, & postea Iudæi, ad Roma. 11. cæcitas ex parte contigit in Israel, donec intret multitudo gentium, & sic vniuersus Israel saluus fieret, & ita intelligit Hilarius.

Sed dicendum, quòd debet intelligi de aduentu Christi post mortem suam, vel resurrectionem, nam dicitur aduentus Christi quicunque effectus mirabilis, vel spiritualis quem faciat, & sic dies iudicij dicitur aduentus Christi infra 24. scilicet sic erit aduentus filij hominis, etiam dies mortis nostræ vocatur aduẽtus eius Lucæ 12. vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet, sic etiam Ioan. 21. sic volo eum manere donec veniam, idest donec ipse moriatur, & veniam ad tollendum eum de hoc sæculo, & ita quicunque dies in quo Deus nobis infert pœnam aliquam specialem dicitur dies domini, vel aduentus domini Amos. 5. væ desiderãtibus diem domini, idest diem in quo inferet pœnam, quam comminatus est, & quia dies mortis nostræ, & dies resurrectionis fuerunt dies spiritualium actuum vterque potest dici aduentus filij hominis, & est sensus, quod non finirent Apostoli prædicationẽ in omnibus ciuitatibus Israel vsque ad mortem Christi, & hoc dixit, quia iusserat, quod recederent de ciuitate in ciuitatem, quãdo persequerentur eos, & tamen, quòd non irent in ciuitates gentilium, nec Samaritanorum, & quia fugiendo, sic aliquando finirent ciuitates, & oportebat, quòd redirẽt in eas de quibus recesserant, quod erat inconueniens, scilicet offerre se persecutoribus, vel irent ad vrbes Samaritanorum, vel gentilium, quod erat eis vetitũ,

F vel cessarent a prædicatione, quod etiam erat inconueniens, dixit non cõsummabitis ciuitates Israel. &c. per quod abstulit omnia ista inconuenientia, scilicet licet semper prædicetis, & fugiatis de ciuitate in ciuitatem adhuc supererunt vobis vrbes Israel in quibus prædicetis, quia non consummabitis Israel ciuitates, scilicet prædicando in singulis donec veniat filius hominis, idest donec ego moriar, quasi dicat tunc mittã vos ad gentes, nam iussit post mortem ite per totum orbem, & docere omnes gentes infra 28. & Mar. 16. & iam non fuit idem modus Apostolorum fugiendi de ciuitate in ciuitatem, sicut ante Christi mortem propter causas dictas supra q. 3. sic dicit Rabanus non

G ante prædicationibus suis perducent omnes ciuitates Israel, quam resurrectio domini fuerit perpetrata, & in toto orbe terrarum prædicandi euangelium potestas concessa, ita etiam dicit Chrysost. non præuenietis me circueuntes Palestinam, idest terram Iudæorũ donec vos assumam, idest mittam ad gentes. Et patet, quòd intelligatur de isto aduentu, & non de die iudicij. Primo, quia Christus loquebatur hic ad tollendum Apostolis terrorem, scilicet quo fugerent postquam discurrissent per omnes ciuitates Israel, prædicatio tamen, quæ nunc fit, & vsque ad diem iudicij fiet nihil pertinet ad eos, ergo de aduentu Christi, qui fieret eis viuentibus oportet intelligi, quia dixit non consummabitis: si intelligeretur tamen de aduentu

H ad iudicium, diceret non consummabuntur, scilicet per alios. Secundo patet, quia dicitur ciuitates Israel, & tamen nunc non fit prædicatio in ciuitatibus Israel, quia Israel nullas habet nunc ciuitates, sed est dispersus inter gentes, habebat autẽ ciuitates tempore Christi, & habuit quousque per Romanos Ierusalem euersa reliquiæ Iudæorum dispersæ sunt, tunc ergo solum poterat prædicari in ciuitatibus Israel, si autem intelligeretur de aduentu ad iudicium diceretur non cõsummabitur prædicatio Israel, &c. Tertio patet, quia dicitur donec veniat filius hominis, & tamen intelligendo de aduentu ad iudicium non est verum, quia prius finietur prædicatio facienda Iudæis quam sit iudicium, & conuertantur omnes, quia ad Ro. 11. dici-

I tur, quòd intrabit plenitudo gentium, & tunc vniuersus Israel saluus fiet, & tamen post iudiciũ nemo saluabitur, ergo ante aduentum filij hominis consummabitur tota prædicatio facienda Israel, vel omnibus ciuitatibus Israel, oportet ergo aliter intelligi, scilicet de aduentu in morte, vel resurrectione.

Non est discipulus. Ostensa magnitudine tribulationis futuræ Apostolis, hortatur Christus illos ad eius tolerantiam, & hoc triplici motiuo. Primo exemplo sui. Secundo ex consideratione diuini iudicij ibi.

Nihil opertum. Tertium ex meditatione diuinæ præscientiæ, & consilij, ibi. *Et nolite timere.* Circa primum dicitur. *Non est discipulus super magistrum.* Quasi dicat ego, qui sum magister vester, & dominus toleraui multa grauia, & adhuc toleraturus sum a Iudæis iniuste

K pro veritate fidei, ergo a fortiori vos, qui estis discipuli, & serui mei tolerare debetis, quia non est discipulus super magistrum, idest non est maioris honoris.

Nec seruus super dominum suum. Scilicet non est maioris honoris, ideo non est indignum quidquid dominus tolerat.

Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius. Idest vt sit tanti honoris, cum ergo Iudæi mihi honorem non exhibuerunt, sed potius dehonorauerint Ioan. 8. ego honoro patrem meum, & vos inhonorastis me, non est indignum, quòd vos dehonorent.

Et seruus, sicut dominus eius. Idest sit tanti honoris, Indignum est enim, quòd maiorem honorem cupiat, quam dominus, & sic non est indignum, si magis nõ

deho-

dehonoretur, quam dominus, sed solum ęqualia patiatur, quasi dicat, quia dignum est, quòd maiora pateretur. *Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt.* Hic declarat quid intendat per prædicta, scilicet quòd non erat indignum, quòd Iudęi maledicerēt illis cum ei prius maledixissent vocādo ipsum Beelzebub, & non dicebant eum Beelzebub, sed operantem in potestate Beelzebub pręcedenti c. & infra 12. & tamen Christus ad magis ostendendum dixit se vocari Beelzebub, ad magis exprimendum conuitium, & blasphemiam, quasi dicat, quòd tam abominabilem eum habebant Iudæi, quasi iam transisset essentialiter in dæmonem, vel esset magnus dæmonum imitator, aut cultor, de Beelzebub dicetur infra duodecimo capit. *Quanto magis domesticos eius.* Scilicet a fortiori, qa maiorem honorem impēdere debuissent patrifamilias, quam domesticis. *Ne ergo timueritis eos.* Idest non timeatis blasphemias quas dicent contra vos, quasi dicat timore earum non cessetis a prædicatione, quia quidquid mali dixerint de vobis nihil nocebit vobis, nec erit vobis verecundia, solēt enim homines timere conuitia sibi fieri ab alijs propter solam verecundiam, & hanc Christus aufert, ita quòd nullum dedecus erat eis, quòd Iudæi illis maledicerent, cum iam ipsum Beelzebub vocauissent, quia nemo erubescit illud dedecus sustinere, quod rex palam sustinet.

Quare dixit Christus non est discipulus super magistrum, & an verum sit hoc. Et quare Christus appellauit se patremfamilias &c. Quæst. CXIII.

QVAERETVR quare dixit Christus hic nō est discipulus super magistrum, & an sit verum. Dicendum, ꝙ Christus dixit de se hic tria nomina, scilicet magistrum, dominū, & patrem familias, & totidem de Apostolis, scilicet discipulos seruos, & domesticos. prima duo erāt magis vsitata, quia solebant discipuli vocare Christum magistrum, & dominū, & ipse hoc approbabat Ioan. 13. vocatis vos me magister, & domine, & bene dicitis, sum etenim, scilicet vere erat eorū magister, quia docebat eos verba vitę ęternę. Ioan. 6. erat quoque dominus non solum eorum, sed & omnium: vocauit autem se patremfamilias ad ostendendum familiaritatem, & amorem ad Apostolos, quia magister est nomen excellentię, dominus est nomen potestatis, adiunxit ergo, quòd amorem designabat se patremfamilias, & illos domesticos vocans, postea tamen ad maiorem gradum eos deduxit amicos illos vocans, Ioan. 15. vos amici mei estis si feceritis, &c. & illud nomen magis competiuit Apostolis, quam discipulis, & tanto magis quanto magis appropinquabat passio Christi cum plura per singulos dies eis secreta reuelaret eodem c. iam non dicam vos seruos, sed amicos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius, ego antē omnia, quæ audiui a patre meo, nota feci vobis. Dixit autem Christus non est discipulus super magistrum, &c. propter multa. Primo ad significandum, quòd nō est ei ęqualis in honore, & ita accipitur hic. Secundo ad ostendendum, quòd non est ei ęqualis in sapientia, sic accipitur Luc. 6. non est discipulus super magistrū, perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius.

Dicendum, quòd hic accipitur de maioritate honoris, & ideo si magister humiliat se ad aliquid agendum dignum est, quòd discipulus se ad illud humiliet. Io. 13. exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, scilicet lauando pedes vestros, ita & vos faciatis, & subditur ibi causa, non est seruus maior domino, &c. etiam si magister, & dominus iniurias tolerat, non est indignum, quòd serui, & discipuli illas su-

A stineant, & in hoc Christus consortat discipulos assimilando eos sibi in passionibus, est enim homini honor, quòd assimiletur alicui viro excellenti, & ideo Christus loquens supra 5. de tribulatione, quam sustinerent Apostoli aliàs discipuli, beati estis cum maledixerint vobis homines, & sequitur, sicut enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos. hic autem, vt magis eos honoret comparat illos sibimet, vt non solum consolentur, sed etiam glorientur in passionibus Christo similes fieri, vt dicit Hilarius.

Cum autem quęritur an discipulus sit super magistrum, Dicendum, quòd Christus dixit generaliter, ꝙ non erat discipulus super magistrum, & potest intel-
B ligi, quòd si verum regulariter licet interdum contingat discipulos fieri excellentiores magistro.

Aliter potest dici, quòd sit verum generaliter, ꝙ nunquam sit discipulus maior magistro, scilicet quādiu discipulus est. nam si interdum contingat discipulos maiores fieri magistro, hoc nō est inquantū discipuli sunt, idest per doctrinam, quam a magistris accipiunt, sed ex ingenio suo, vel aliūde, & quantum ad illud non sunt discipuli: de seruo manifestius est, quòd nunquam est maior domino quandiu seruus est, licet contingat maiorem fieri postquam fuerit liberatus a seruitute, sic dicit Chryso. intelligendum donec fuerit discipulus, & seruus, nec mihi ea, quæ raro contingunt hic obijcias, sed ab his, quæ sunt in pluribus su-
C scipe hunc sermonem, & non intelligit hic Christus de sapientia, sed de honore, scilicet quòd discipulus, nunquam est honorabilior magistro, quia status magistri secundum se est excellentior.

Nihil opertum. Hic hortatur Chrs Apostolos ad tolerantiam passionum ex consideratione diuini iudicij in quo omnia manifestabuntur, & dicitur.

Nihil enim opertum, quod non reueletur. Idest quantūcunque aliqua sint tunc occulta manifestabuntur in die iudicij, & hoc Christus dicit, vt Apostoli confidāt, vt ea quę contra eos nunc dicuntur, in die iudicij manifestabuntur an vera, vel falsa fuerunt.

Et occultum, quod non nesciatur. Ad eandem sentētiam pertinet, sed replicat, sicut sepę fit in scriptura ad ma-
D iorem expressionem. *Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine.* Potest dupliciter intelligi. Vno modo, ꝙ Christus instruat hic discipulos qualiter prædicare debeāt, scilicet quòd publice prædicent, & dicit, quod dico vobis in tenebris, idest nunc vobis solis in secreto.

Dicite in lumine. Idest publice prędicare, *Et quod in aure auditis.* Idest quod dico vobis ad aurem, scilicet secrete, quia Christus nihil loquebatur ad aurem de eo quod pertinebat ad doctrinam prædicationis, quia loqui ad aurem est loqui vni soli, Christus tamen omnes discipulos suos docebat simul, quia tamen, quando docebat eos nullus alienorum intererat dicebatur eis loqui ad aurem, *Et quod in aure auditis prædicate super tecta.* Idest prędicate publice. erant enim tecta planities domorum in parte superiori, quia in Palestina,
E quæ est terra Iudęorum non sunt tecta acuta, sed plana, & ęqualia, in illis solent homines conuenire, & sedere ad solatia diebus festiuis, per quod signantur loca publica, scilicet quòd in publicis locis prædicandū erat, sic dicit Rabanus. iuxta morem prouincię Palestinę loquitur, vbi solent in tectis residere, quia non sunt cacuminata, sed ęqualia, ergo prædicabitur in tectis, quod cunctis audientibus palam dicetur.

Alij volunt, ꝙ tecta erant quædam ambulatoria facta circa templum, super quæ ascendebant doctores Iudæorum, & inde docebāt populū, Sed non stat, quia tectum non significat, nisi operimentū domus, Et iā quia per hoc videretur, quòd Christus solum mitte-bat Aplos ad prædicandum in Ierusalem vbi erat tēplum

plum, sed falsum est, quia per omnes ciuitates Israel iubebar discurrere supra in litera, & Christo viuente non leguntur illi prædicasse in Ierusalem, sic intelligendo, ista est sententia distincta a præcedēti, scilicet nihil opertum, &c.

Aliter potest intelligi, quòd sit eadem sententia, dicebatur enim supra nihil opertum, quod non reueletur, & hic declarat illam, scilicet quod dico vobis in tenebris dicite in lumine, idest dicetur in lumine, quasi dicat non solum cętera, quæ dicunt homines secrete reuelabuntur, sed etiam ista, quæ ego dico vobis in tenebris aliquando dicentur palam, & sic accipitur Luc. 12. vbi ponitur eadem sententia, scilicet nihil opertum, quòd non reueletur, & sequitur, quæ in tenebris dixistis in lumine dicentur, quòd in aure locuti estis, prædicabitur in tectis, & ideo ista litera potest vtroque modo accipi, & tamen doctores accipiunt eam communiter in primo sensu, quia istum magis ostendit hic litera.

Quare Christus dixit hic nihil opertum, quod non reueletur. Et quòd dupliciter potest intelligi. Quæst. CXIIII.

QVAERETVR quare Christus dixit hic nihil opertum, &c.

Dicendum, quòd hoc dixit ad cōsolationem Apostolorum pro malis, quæ passuri erant, nam multa dicturi erāt Iudæi contra illos, Christus autem dixit ne timueritis eos, & subdit causam, nihil opertum, quod non reueletur, idest si nihil est opertum, quod non reueletur aliquando, solent enim homines valde timere infamiam, vel mala pati, quia sunt homines proni ad credendum mala, scilicet cum de aliquo mala dicuntur faciliter creditur, quòd vera sint, & siquis mala patitur creditur illa meruisse, & sępe, qui patitur plus dolet de fama lęsa, quam de malo, quod tolerat, sic dicit Boetius de consolatione lib. 1. Prouer. 4. vltimam esse aduersę fortunę sarcinam, quòd dum miseris aliquod crimen affigitur, quę perferunt meruisse creduntur. ita nūc erat, quia Apostoli dolerent, quòd multa fierent contra eos, tanquam contra malefactores, ita vt non solum paterentur, sed etiam valde infirmarentur, in quo Christus consolatur eos, dicens ꝙ non occultaretur veritas huius rei, quia licet Iudæi conarentur ostendere eos, tanquam malefactores, necesse erat, quòd aliquando constaret eos fuisse viros bonos, & Iudæos fuisse pessimos, & cęteros homines, qui persequuntur illos.

Et potest hoc intelligi vno modo, quòd nihil est nunc opertum, quod non reueletur, scilicet in die iudicij, & ideo ibi appareret Iudæorū iniqtas, & in hoc gaudere deberent Apostoli, & quilibet homo cuius fama iniuste lęditur consolatio esse debet, quòd veritas omnium rerum aliquando scietur, nam si nunc aliquis infametur, nunquam est firma opinio, quia quidam credunt, & alij non, & etiam nullius infamia potest peruenire ad omnes, in die autem iudicij omnes veritates scientur ab omnibus, & certissime sciētur, ita vt nemo dubitare possit, ideo ibi homo erit vere gloriosus, vel infamis, nunc autem tam fama, quā infamia ex quadam incerta opinione dependent, sic dicit prima Cor. 4. nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tūc laus erit vnicuique a Deo, & propter hoc non est hic multum infamia timenda, quia aliquando reparabitur, sic dicit Paulus eodem c. mihi autem pro minimo est, vt a vobis iudicer, vel ab humano die, quasi dicat ego non curo, quòd aliquis homo me iudicet

F bonum, vel malum in hac vita, quia postea reuelabitur veritas, & erit vnicuique laus a Deo.

Secundo potest accipi, quòd infamia, quam persecutores Apostolorum contra ipsos faciebant poterat aliquandiu durare, quando veritas nesciebatur, & tamen in breui etiam ab hominibus veritas istorum sciretur, & quomodo persecutores inique egerāt, quia quantumcūque occulte molirentur insidias necesse erat, quòd publice postea scirentur etiam si in cubiculis suis ista cogitassent, & sic accipitur Luc. 12. quę in tenebris dixistis in lumine dicentur, & quod in aure locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. & iste sensus est adhuc melior, scilicet quòd magis de propinquo Christus promittat eis veritatem reuelādam, & auferendam ipsorum infamiam, sic dicit Chryso.
G si doletis audientes conuitia cogitate, quòd ab hac suspitione post parum eruemini, vocant quidem vos ariolos, & seductores, sed expectate parum, & saluatores vos orbis terrarum vniuersi dicent, cum per res ipsas apparueritis benefactores, nec illorum intendent sermonibus homines, sed rerum veritati.

Tertio accipiunt aliqui nihil opertum, quod non reueletur, scilicet omnia, quę in veteri testamento in figuris occulta erant reuelanda erant, & dicunt ipsa per Apostolos reuelata, & ideo non debebant timere infamiam, sicut dicit Remigi. scilicet quare debetis timere vestros persecutores cum tantę sitis dignitatis, vt per vos occulta mysteria legis, & prophetarum sint manifestanda? & tamen non est iste sensus mul-
H tum conueniens, sed alienus a litera, potissime quia non erat ista consolatio directa, nam si consolari debèrent Apostoli de sua dignitate, aliud erat de quo magis consolarentur, scilicet de vita ęterna, sic dicitur supra 5. beati estis cum maledixerint vobis homines, & sequitur gaudete, & exultate, quia merces vestra copiosa est in cœlis, ideo intelligetur, sicut supra dictum est.

An sit contradictio in dictis ipsius Christi hic, & Ioan. 18. Quæst. CXV.

QVAERETVR de hoc cum dicitur, scilicet quod dico vobis in tenebris, in quo innuitur, quod
I Christus prædicabat aliquando in secreto, sed ipse dixit contrarium. Ioan. 18. ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in Synagoga, & in templo in quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil.

Dicunt quidam, quòd Christus semper publice prædicauit, sed dicitur locutus in tenebris, quia verba eius carnalibus hominibus tenebrę videbantur, sic dicit Hilarius, non legimus dominum solicitum fuisse noctibus sermocinare, & doctrinam in tenebris tradidisse, sed hoc dicit; quia omnis sermo eius carnalibus tenebrę sunt, & verbum eius infidelibus nox est. Aliter dicit Remigius, scilicet quod in tenebris dico, idest inter Iudæos incredulos, vos dicite in lumine,
K idest prædicate fidelibus.

Tertio dicit glo. quod dico in tenebris, idest vobis dum adhuc estis in timore carnali, dicite in lumine, idest cum fiducia veritatis, quando eritis illuminati a Spiritu Sancto.

Sed dicendum, quòd isti sunt sensus mystici, Christus enim vere multa docuit discipulos in secreto, sic dicitur Mar. 4. seorsum autem discipulis suis disserebat oīa, & quando solus erat quærebant ab eo multa. Mar. 7. scilicet cum introisset in domum a turba, idest recedendo a turba interrogabant eum discipuli eius, & sic erat consuetudo eis doceri ab ipso, quādo solus erat, quia sciebant, ꝙ ipse volebat eis declarare multa,

quæ

quæ volebat dicere populo, infra 13, vobis datum est A nosse misterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, & ita totum illud quod habetur Ioan. 13. vsque ad 18. c. prędicauit Christus solis discipulis in mensa die cęnæ, & reuelauit eis secreta omnia, quæ portare poterant Ioan. 15. vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui a patre meo nota vobis feci, & tamē hæc nō prædicabat in populo in secreto, ergo & tenebris Christus docebat Apostolos,

Ad argumentum dicendum, ꝙ Christus semper prædicabat palam, & tamen in occulto docebat. erat enim prædicatio, quam faciebat ad populum, doctrina autem erat quam docebat Apostolos, & verũ est, ꝙ alienis nunquam Christus prædicauit, nisi palam, B discipulis tñ suis, quia erant domestici secrete multa docebat, & istud non includitur sub illo verbo, in occulto locutus sum nihil, quia solum intelligitur illud de doctrina ad alienos.

Quare Christus dixit Apostolis, quod dicerent in lumine, & super tecta, quæ in tenebris eis dixerat.
Quæst. CXVI.

QVAERETVR quare Christus dixit Apostolis, ꝙ dicerent in lumine, & super tecta.

Dicendum, ꝙ hic iubet eis prędicare publice, quia conueniens erat, ꝙ publice prędicarent, vt oẽs docerent, quia ad omnes mittebantur: etiam vt non redde- C rent doctrinam suspectam si occulte prędicarent, & propter alia, quæ dicta sunt supra quæstione 72. specialiter tamen Christus dixit hoc eis, quia forte ipsi nollent ista prædicare, quæ Christus eis dixerat, vel prædicarent in occulto. Et hoc primo propter timorem, quia forte cum adhuc essent noui, qui nũquam prædicauerant timerent, & non auderent publice prędicare, nisi Christus eos admoneret, quòd publice dicerent.

Secundo, & præcipue, quia Christus non prædicabat ista populo, sed dicebat eis in secreto, populo antẽ prædicabat quædam alia: verisimiliter ergo Apostoli credere possent, quòd liceret eis prædicare palam, nisi quæ Christus palam prædicauerat, quæ vere secre- D te illis dixerat secreto esse seruanda, sic enim Paulo quædam reuelata sunt, quæ hominibus non prædicabat. 2. Cor. 12. audiui archana verba, quæ nō licet homini loqui, dixit ergo Christus, quod dico vobis in tenebris &c. i. licet ego dicam vobis ista in tenebris. i. secrete, non teneatis illa in tenebris, sed dicite in lumine. i. omnibus publice prædicate,

Tertio, quia forte putarent, ꝙ non erant omnes digni audire ista, quia Christus dixit infra vobis datum est nosse misterium regni Dei, cęteris autem in parabolis, ideo dixit, ꝙ publice dicerent nihil occultantes quia non docebat eos, nisi vt ipsi alios docerent, licet illi quibus Christus prædicabat non erant digni audire illa, quæ iubebat per Apostolos alijs prædicari. Sed E dicetur nunquid licebat Apostolos, in occulto prædicare?

Dicendum, ꝙ Apostoli tenebantur publice prædicare, cum irent ad docendum omnes, & tamen interdum licebat eis occulte docere, vt si familiariter aliquos docere vellent, vel esset eis interdum opportunitas ad docendum occulte, quam publice, Christus enim per hoc non astrinxit eos ad semper publice docendum, sed dedit eis licentiam publicandi, quæ in secreto audierant ostendens, ꝙ ita decebat prædicare, & tamen sicut ipse palam populo semper prędicabat ipsi prædicare debebant publice, sed possent etiam aliquos occulte docere. *Et nolite timere.* Hic hortatur Apostolos ad tolerantiam ex consideratione diuinæ

A prouidentiæ, & consilij, & ista est magna consolatio, & est in duobus, Primum est, quòd malum, quod homines inferunt paruum est, s. in solo corpore, & ideo est despiciendum. Secundum, & efficacius est, quia etiam hoc paruum malũ, quod inferunt non possunt pro arbitrio suo inferre, sed solum quantum Deus illis permisit præfiniendo quantum homo patiatur, & ita homo consolabitur, quia quicquid mali sibi infligitur Deo volente infertur, quia aliàs nemo posset ei nocere, videlicet malitia hominum, & voluntas nocendi eorum magna sit, nō facient quidquid cupiũt, sed quidquid Deus volet, vnde & dicitur. *Nolite timere eos qui occidunt corpus.* Quasi dicat paruum malũ est, B quod possunt vobis inferre, ideo non timeatis, & est modus loquendi vulgaris, quo Christus vtitur pp rudes, nam corpus non occiditur, nec etiam anima, sed homo; dicitur tamẽ occidi corpus. i. vita priuari, quia prius viuebat, & per occisionem iam non viuit.

Malum quod homini infligitur Deo volente infertur.

Animam autem non possunt occidere. Quasi dicat parua est eorum potestas, quæ ad sola corpora se extendit, & quia dicitur, quòd non possunt occidere animam, videtur innui, ꝙ anima possit occidi, & nō est verum accipiendo proprie occidere, nam anima est ipsa vita, licet possit Deus ipsam annihilare, sicut de nihilo fecit, sed est sensus, ꝙ isti possunt occidere corpus. i. nocere homini ex parte corporis, sed non possunt occidere animã. i. nocere homini ex parte animæ, vel no- C cere ipsi animæ manenti post occisionem hominis. *Sed potius eum timete.* Ostendit quis sit timendus. s. ille qui habet potestatem nocendi. *Qui potest animam, & corpus perdere in gehennam.* i. hominem totum ponere in inferno, quod fiet in damnatis post iudicium cum resurrexerint, sed Luc. 12. dicitur timete eũ qui postquam occiderit corpus habet potestatem mittere in gehennam. s. animam separatam a corpore mittere in infernum, vel rursus hominem suscitãdos, & eum viuentem in inferno ponendo. *Nonne duo passeres asse veneunt.* Istud est secundum motiuum. s. ꝙ homo nō potest alteri, aliquod malum inferre, nisi quod Deus permiserit, qm̃ omnium rerum habet prouidẽtiam. & assumitur exemplum de rebus paruis. s. de passeri- D bus, quia duo valent vnum denarium, & de quolibet eorum Deus habet prouidentiam, ergo habebit a fortiori de homine, & dicitur asse veneunt. i. venduntur pro vno asse, est enim as denarius parui valoris, & de moneta minutissima ad denotandum paruum precium duorum passerum. *Et vnus ex illis.* i. de duobus passeribus, qui tam parui valoris sunt. *Non cadet super terram sine patre vestro.* i. non morietur sine hoc, quòd Deus iudicet de eo, ꝙ moriatur. aliàs enim etiã si homines omnes niterentur occidere vnum passerem non possent, sed solus iste cadet de quo Deus iudicauerit, ꝙ cadat, *Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt,* q. d. non putetis, ꝙ Deus nō habet curam de vobis, & ꝙ aliquid vestrum possit perire Deo nescien- E te, vel nō aduertente, quia etiam de rebus vestris minimis cogitat, nam & capilli omnes vestri qui multi sunt, & nullius valoris ab eo numerati sunt tantã habet diligentiam de illis, a fortiori ergo de vita, & morte vestra, quæ sunt res magnæ erit solicitus, *Nolite ergo timere.* i. non timeatis, quòd aliquod malum possit inferri ipso nesciente. *Multis passeribus meliores estis vos.* i. magis valetis, quam multi passeres, nam quilibet homo valet plusquam omnes passeres, immo omnia irrationabilia cum excedat ea secundum dignitatem speciei, sed Lucæ. 12. dicitur multis passeribus pluris estis. i. maioris valoris.

An liceat homini timere hominem, & aliquid prater Deum. Et circa quod versatur timor, Quaſt. CXVII.

QVAERETVR quia dicitur hic nolite timere eos qui occidunt corpus, an liceat hoĩ timere hominem, & timere aliquid pręter Deum.

Aliqui dicunt, ſcilicet ſtoici, ꝙ timor, & paſſiones aliç non ſunt in ſapiente.i.in virtuoſo, dicunt enim, quòd in ſapientem non cadit perturbatio, omnes tñ paſſiones ſunt quędam perturbationes animæ. ideo eas a virtuoſo negant, dicentes non eſſe timorẽ in eo, ſed cautelam malorum. Quia tamen veritas eſt, ꝙ in quolibet hoĩe eſt timor. cum ſit fortitudo contra timores, & audacias.3. Eth. neceſſe eſt, ꝙ tam in virtuoſo, quam non virtuoſo ſit timor, ſed in hoc differt, qa virtuoſus recte ſe habet circa timores per fortitudinem, non virtuoſus aũt timet magis, q̃ debeat, vel nõ ſicut debeat. Et patet, quia timor eſt circa malum futurum ad illud fugiẽdum, & quia cuilibet homini poteſt malum euenire quilibet homo timet, & ſi non timeret eſſet deordinatio naturę, quia non poſſet cauere malum. Ex hoc autem ſequitur, ꝙ licet timere aliquid præter Deum, nam malum poteſt infligi homini ab hoĩe, & ab aliis rebus, ergo omnia iſta timere licitum eſt, quæ poſſunt malum inferre. Cum autem dicitur nolite timere eos qui occidunt corpus poteſt intelligi. Vno modo.i.nolite multum timere, quia timor de malo eſt, ſed iſti paruum malum inferre pñt, ergo parum timendi ſunt, & quia Deus poteſt inferre maximum malum eſt maxime timendus, & hoc conſonat literę, quia dicitur, ſed potius timere eum.i. magis timete, Secundo poteſt accipi, quia neminem timere debemus, niſi Deum tanquam a ſeipſo poſſit malum aliquod inferre, Deus autem ſolus eſt, qui poteſt facere nobis malum, quod voluerit, cæteri autem non poſſunt, niſi quantum a Deo permittũtur, & ſic etiam Deus agit hoc, & ita eſt, vt dicitur Amos 3. ſi eſt malum in ciuitate, quod dominus nõ fecerit. q.d. non, & illud etiam conuenit literæ, inquantum ponit exemplum de paſſeribus. Tertio poteſt accipi, ꝙ non ſunt timendi homines quantum ad hoc, ꝙ ceſſemus propter eos ab eo, quod Deus iubet. Et iſte eſt verus ſenſus literę, nam homines timendi ſunt, & aliqua prudenter facere omittimus ꝑ timorẽ humanum.ſ.aliqua, quæ non ſunt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem, quæ tñ ſunt neceſſaria non omittenda propter humanum timorem, quia omittere illa eſt offendere Deum, per quod efficimur digni pęna ęterna, q̃ Deus poteſt nobis inferre, mala aũt quæ inferunt homines valde minora ſunt, quia ſolum poſſunt occidere corpus. Luc.12. non terreamini ab his, qui occidũt corpus, & poſt hoc non habent amplius quid faciãt, & ita Chriſtus innuebat hic, ꝙ non ceſſarent Apoſtoli a prędicatione propter timorem humanũ, quia grauiora mala incurrerent ſi ceſſarent. ſ. pęnam ęternã, q̃ prædicando, quia ſolum poterat eis mors inferri.

Quare Chriſtus dixit duo paſſeres aſſe veneunt. Et quomodo as, & dipondium accipitur Quaſt. CXVIII.

QVAERETVR quia dr̃ hic, ꝙ duo paſſeres aſſe veneunt quare Chriſtus hoc dixit.

Dicendum, ꝙ voluit oſtendere Deum habere prouidẽtiam, & curam de omnibus rebus noſtris etiam de minimis, quia ſi de illis minoribus prouidentiam habet, habebit a fortiori de noſtris, hoc aũt oſtendit ꝑ paſſeres, qui erant aues parui valoris, ſed de illis habet Deus prouidentiam, abundabant.n. paſſeres valde in terra Chanaan, ideo erant minoris valoris, quam cæ-

F teræ aues, & propter hoc offerebantur a pauperibus, & oſtendit Chriſtus paruum valorem eorum ex moneta dicens, ꝙ duo paſſeres veneunt.i.venduntur aſſe. eſt.n. as moneta minutiſſima.i.obolus, accipitur tamen dupliciter. Vno modo as pro minima moneta cuiuſcunque regionis qualitercũque illa vocetur, nam interdum habet nomina ſpecialia, ſicut ſupra 5. & infra 18. vocatur quadrans.ſ.non exies inde donec des mihi nouiſſimum quadrantem, & dr̃ Luc.12. donec reddas nouiſſimum minutum.i. monetam minutiſſimã, quæ non habet iam aliam per quã diuidatur, vel menſuretur, & ita dixit Anaſtaſia Chryſogono, oẽs facultates meas ex aſſe Chriſto deuoui.i.a minimo denario vſque ad totam ſummam valoris facultatum.

G Aliter accipitur as ſecundum iura humana pro tota hęreditate alicuius quanticunque valoris illa ſit, & tunc as diuiditur in 12. vncias quarũ quęlibet eſt duodecima pars illius hęreditatis, & quælibet pars habet proprium nomen, quarum prima eſt ſexunx, deinde ſextans, quadrans, dextans, deunx. & ſic as eſt pars vltima.ſ.duodecima, quæ includit omnes alias, & ipſa eſt tota hæreditas, ſic patet Inſti. de hęredi. inſt. §. hæreditas, & tunc as non eſt nomen monetę alicuius, & ſic raro vtimur hoc nomine, ſed ponimus pro moneta minutiſſima, & ita Chriſtus hic. Sed obijcietur, quia Luc.12. dicitur nonne quinque paſſeres veneunt di-

H ſpondio.

Dicendum, quòd eadem ſententia eſt, quia diſpondium, vel dipondius ſignat duo pondera. Vnde dicitur a dya, quod eſt duo, & pondus, & quodlibet illorũ põderum eſt as, ſic dicit Beda bipondius genus eſt ponderis leuiſſimi ex duobus aſſibus compoſiti, & ita as eſt nomen ponderis, & eſt minimũ põdus, & ob hoc eſt principium ponderum, ſicut vnitas eſt principium numerorum & propter hoc ponitur pro moneta minutiſſima, ſic dicit gloſſ. quod autem in numeris eſt vnum, hoc in põderibus as, quod duo aſſes, hoc dipõdius, ideo idem eſt dici, ꝙ quinque paſſeres veneunt aſſe & dipõdio.i.ꝑ duobus aſſibus, & duo paſſeres dabantur pro vno aſſe, nam non poterat diuidi paſſer,

I vt darentur duo paſſeres, & dimidius pro aſſe, & eadẽ ſententia eſt, ſic enim poſſet dici, ꝙ decem paſſeres veneunt quadripondio.i. pro quatuor aſſibus. Sed dicetur quomodo poteſt ſtare, quia Chriſtus non dixit alterum iſtorum, quomodo ergo alter Euangeliſtarum ſcripſit, ꝙ Chriſtus non dixit?

Dici poteſt vno modo, ꝙ Chriſtus dixit hoc pluries, quia forte pluries de prouidẽtia locutus hoc exẽplum induxit, & ſemel diceret duo paſſeres, & iterũ quinque paſſeres, quia non eſt inconueniens idem a Chriſto ſępe fuiſſe dictum.

Secundo poteſt dici, ꝙ Chriſtus ſemel hoc dixit, & alterum eorum ſolum dixit, Euangeliſtę tamen non curant principaliter de verbis, ſed de ſenſu, & quia eadem ſententia eſt, ꝙ duo paſſeres aſſe, & quinque di-

K pondio veneant, vnus duos poſuit, & alius quinque, nec in hoc differt, quid potius iſtorũ dixerit Chriſtus, cum eadem ſententia in vtroque ſit.

Quomodo Chriſtus dixit Apoſtolis nolite ergo timere, an per hac verba auferat ab eis timorem, vel non. Vbi quod malis mala ſunt mala, bonis autem mala bona ſunt. Quaſt. CXIX.

QVAERETVR quomodo Chriſtus dixit hic nolite ergo timere. Nam per hoc ſecuritatem quandam Apoſtolis donare vult, & timorem auferre ex hoc, ꝙ ipſe prouidentiã habet de omnibus, & ita dicit nolite ergo timere.i. qa ego habeo curam de vobis, & capillos veſtros etiam nume-

numerari nolite timere. Sed videtur, ꝙ non auferat eis timorem sufficienter per hoc, quia timor de malo est, & tamen siue Deus habeat prouidentiam de rebus, siue non, hominibus accidere possunt, & accidunt quotidie mala multa, ergo non aufertur per hoc timor.

Dicendum, ꝙ non aufertur hic timor euenturę aduersitatis, sed datur quædam consolatio ad facilius eã tolerandam. Et hoc primo, quia si Deus non haberet prouidentiam, nec curam de rebus nostris, homo noceret homini pro voluntate sua, & sic doleret qui patitur, quòd subiiciatur voluntati hostis sui, nunc vero Deo habente prouidentiam omnium rerum scimus, ꝙ non potest alteri malum inferre, nisi quantũ Deus diffinierit, ita vt ipse facere hoc videatur potius quã homines qui huius pęnę ministri sunt, & ita est homini consolatio quędam, ꝙ Deus sibi malum intulit, & nemo alius ei inferre potuisset.

Secundo, & pręcipue, quia prouidentia Dei aufert rationem mali ab aduersis, quæ nobis accidunt, quia cum prouidentia sua sit per quam omnia dirigit in finem, & ipse bonus est, necesse est, ꝙ omnia ordinet ad bonum, & ex hoc quicquid nobis eueniat bonum erit, licet malum videatur eum ad bonum ordinetur, & possit nobis proficere, sicut potio amara, licet gustui non sit suauis bona est, quia ad bonum ordinat̃.i. ad sanitatem, & illam causat, & hoc modo nihil mali homini potest accidere, quia licet videatur ei malum, ad aliquod tamen bonum est, sed differt, quia ipsa malis aduersa sunt mala, bonis autem ipsa mala bona sunt.i. ad bonum eis proficiunt ad Rom. 8. scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, & isto modo vere aufert hic Christus terrorem Apostolis, quasi dicat nõ timeatis quidquid mali homines vobis faciant, quia nihil poterunt vobis facere, nisi quod ego voluero, cum nec passeribus possent sine mea voluntate, & diffinitione nocere, ego tamen non permittam vobis malum inferri, nisi qđ ad maius bonum possit prodesse. non ergo timeatis scientes, ꝙ nullum vere malum vobis accidet.

An conueniat Deo prouidentiam habere. Vbi quod bonum in rebus dupliciter inuenitur: & quid prouidentia. Quæst. CXX.

QVAERETVR cum loquatur hic Christus de prouidentia Dei, an conueniat Deo habere prouidentiam.

Aliqui dicunt, ꝙ non, quia prouidentia est pars prudentię, vt ait Tullius prudentia est bñ consiliatiua de agendis. 6. Ethic. c. 6. sed in eo non est consiliari cum non sit ibi dubium, & consilium est de rebus, quæ in dubium veniunt, ergo non habet prouidentiam.

Item ea, quæ in Deo sunt, ęterna sunt, prouidentia autem est de rebus temporalibus, & corruptibilibus, ergo ad Deum non pertinet.

Item quicquid in Deo est simplex est, prouidentia autem dicit aliquod compositum, quia dicit intellectum, & volũtatem. s. cognoscere res, & ordinare eas ad finem, ergo non est prouidentia in Deo.

Dicendum, quòd Deo competit prouidentia, quia qui tollit ei prouidentiam aufert sibi magnam perfectionem, & ita dicitur Sap. 14. tu autem pater gubernas omnia prouidentia, & patet hoc, quia omne bonũ, quod est in rebus a Deo est, quia aliàs esset aliqđ bonum increatum præter Deum, aut esset aliquod pręmium bonum, quod non esset Deus, a quo res acciperent aliquam bonitatem, quam non acciperent a Deo, sed vtrunque falsum est, ideo oportet, ꝙ omne
A bonum rerum sit a Deo, sicut omne esse earum est a Deo. Io. 1. sine ipso factum est nihil.

Bonum tamen in rebus dupliciter inuenitur. s. quãtum ad substantialem earum, & quantum ad ordinẽ, ideo oportet, ꝙ sicut res acceperunt a Deo bonum quantum ad substantiam, idest perfectionem, & integritatem naturę, cum bonum dicat quandam integritatem, ita etiam acceperũt ab eo bonum ordinis, sed hoc non est, nisi ꝙ Deus dederit eis illum ordinẽ, sed bonum ordinis est secundum ꝙ res ordinãtur recte ad finem, qui est bonum ipsarum, prouidentia autem non dicit, nisi rationem ordinis rerum ad finẽ, ideo necesse est Deo prouidentiam conuenire. Est prouidentia autem prudentię pars inquantum prudẽ
B ter quis de futuris coniectat, & ordinat res ad finem suum qui habet aliquam rationem futuri, inquantũ res nondum assecutę sunt eum, & ita potest quis habere prouidentiam ordinando actus suos ad aliquem finem, vel ea quę pertinent ad alios ordinando ad finem qui illis conuenit, sicut dicitur dispensator prudens qui bene prouidet familiæ domini sui, infra 24. & Luc. 12. fidelis seruus, & prudens quem constituit dominus super familiam suam, vt det illi in tempore tritici mensuram. i. prouideat de cibo in futurum pro familia. Primo modo non competit Deo prouidentia, quia non habet ipse finem aliquem cum sit summum bonum, & ideo non ordinat actus suos ad aliquem finem, sed omnia sunt propter seipsum. Prou.
C 16. omnia propter seipsum operatus est dñs. Secundo modo conuenit ei prouidentia, quia omnia quæ sunt extra se dirigit ad finem. s. ad se, vt eo varie participẽt, & ista ratio ordinis in Deo existens dicitur esse prouidentia, ideo ei proprie competit.

Ad primum dicendum, ꝙ prouidentia non est ꝓprie consiliatiua, sed potius pręceptiua, quia eubulia est cõsiliatiua, sinesis autem est iudicatiua, & prudẽtia est pręceptiua, vt colligitur 6. Ethi. c. 6. Deo autem conuenit pręcipere de singulis rebus, sed non consiliari, & ita conueniet ei prouidentia. Si tamen dicat̃, ꝙ prudentia non est aliquid distinctum contra eubuliam, & sinesim, sed contineat illa. Dicitur, ꝙ conuenit etiam Deo consilium, licet non sicut nobis, quia
D consilium est in nobis inuestigatio de bono ne erremus, in Deo autem consilium dicet ipsam certitudinem boni excludens errorem, nam ita etiam dicim' ꝙ virtutes manebunt in sanctis in patria, licet non secundum eosdem actus quos nunc habent, vt patet 3. sen. dist. 33.

Ad secundum dicendum, ꝙ illa de quibus est prouidentia sunt temporalia, & mutabilia saltem aliqua eorum, non tamen ideo erit prouidentia aliquid mutabile, & temporale, sicut Deus immobilis manens dat cuncta moueri, vt dicit Boe. de consola. lib. 3. metro. 9. ita ipse ęternus manens temporalibus, & corruptibilibus ordinem tribuit in finem, & ratio illius ordinis, prout in Deo est, prouidentia dr̃, & non prout
E est in rebus, vel in causis ipsarũ sub Deo, quia sic ille ordo. i. executio ordinis non est aliquid ęternum, nec semper manens. Ad tertium dicendum, ꝙ prouidentia est ad simplex, & respicit solum intellectum, licet ꝓsupponat voluntatẽ, quia prouidentia non dicit, nisi rationẽ ordinis, & hoc solius intellectus est, quia tñ hęc, quæ ordinant̃ in finẽ ordinant̃ in finẽ, q est voluntatis, præsupponit prouidentia voluntatẽ, licet solam rationem nominet, & ita vere simplex erit. Potest tamen dici, ꝙ etiã si prouidentia respiceret ęqualiter intellectum, & voluntatem, non esset composita, quia intellectus, & voluntas in Deo non sunt duo distincta realiter, sicut in nobis, sed solum secundum rationem, vel formaliter.

An

An prouidentia pertineat ad scientiam & quid sit. Et quod in re facienda non requiritur scientia, sed dispositio. Et quomodo dispositio & prouidentia differunt. Et quid prouidens. Et ad quid propric prouidentia pertineat. Et quæ sit differentia inter fatum & prouidentiam.

Quæst. CXXI.

QVAERETVR an prouidentia pertineat ad sciētiam. i. ꝙ sit scientia, vel quid sit. Alij dicunt, ꝙ sit scientia, dicit.n. Boe. 5. de conso. Pro. 5. prouidētia dicitur, quia porro vider, quasi a specula æternitatis, sed videre pertinet ad sciām prout intellectus dicitur visus 6. Ethi. c. 16. ergo prouidentia est scientia.

Alij dicunt, ꝙ pertinet ad omnipotentiam, quia dicitur Sapi. 14. tu pater omnia gubernas prouidentia, sed gubernatio pertinet ad potentiam ad Hebræ. 1. scilicet portansque omnia, idest gubernās verbo virtutis suæ, ergo prouidentia est potentia. Alij dicunt, ꝙ prouidentia sit voluntas, dicit enim Damasce. prouidentia est diuina voluntas, ad quam omnia in finem conuenienter deductionem accipiunt. Alij dicunt, ꝙ sit dispositio, dicit enim Boe. de conso. libro 5. Pro. 5. prouidentia est ratio in summo omnium principe constituta, per quam cuncta disponit, sed disponere est dispositionis, ergo prouidentia diuina, & dispositio diuina idem sunt. Alij dicunt, ꝙ sit fatum, quia comparatio rei ad diuersa non variat eius essentiā, sed prouidentia, & fatum non differunt, nisi per comparationē ad diuersa, dicit enim Boetius vbi supra modus quo res geruntur cum ad diuinam cogitationem refertur prouidentia dicitur, cum vero ad res ipsas, quæ geruntur, fatum vocatur, ergo prouidentia, & fatum non differunt realiter.

Dicendum, ꝙ prouidentia ad scientiam pertinet & etiam ad dispositionem, sed differunt ista ratione per additionem vnius ad alterum, prouidentia enim in scientia fundatur, & non in speculatiua, sed in practica. Habet enim scientiam Deus de rebus creatis, sicut artifex de artificiatis, & ideo est quodammodo scientia practica, sicut igitur se habet artifex ad artificiata per cognitionem suam, ita & Deus se habet ad res factas per scientiam suam, artifex enim, antequam quicquam faciat considerat rem artificiandā, & finē illius, cum esse artificiatorum sit ad finem, deinde considerat ordinem illius rei, quam facere intēdit ad finem quem præconcepit, & considerat ordinem partium ipsius rei inter se, scilicet, ꝙ fundamentum sit sub parietibus, & parietes sub tecto, & iste ordo partium inter se ordinatur vlterius ad finem domus, quia ideo partes domus inter se taliter se habēt, vt conueniant illi fini ad quem domus est. tertio considerat quibus ipsa domus adiuuetur ad consecutionem finis, & ꝙ tollantur omnia, quę possunt impedire finem eius, & ad hoc excogitat artifex portas, & fenestras, & similia, quibus domus apta redditur ad habitandum in ea. ista tota excogitatio trium prædictorum si referatur solum ad cognitionem, scilicet inquantum artifex ista cognoscit vocatur scientia, nō referendo ad aliquam operationem, & ista cogitatio est de omnibus tam de fine, quam de omnibus, quæ sunt ad finem, & hoc est referendo omnia ad solam cognitionem artificis, aliter possunt ista referri ad ipsum ordinem cogitatum, prout est in re operanda, & partibus eius, & tunc vocatur dispositio, quia in re facienda non requiritur scientia, sed dispositio, quia taliter, vel taliter res disponitur, & hoc est quantum ad duos ordines, scilicet ordinem partium rei adinuicem, & ordinem rei ad finem suum. si autem consideretur, vel referatur ista cognitio ad ea, quæ promoueant in finem, idest quod artifex cogitat aliqua, per

F quæ domus sit apta ad finem suum, & conseruetur in illo, dicitur esse prouidentia, & sic dispositio, & prouidentia non differunt, nisi secundum habitudinem ad rem, & ad finem, in Deo autem inueniuntur ista, quia Deus habet cognitionem sui ipsius, & omnium, quę facit, & quia ista cognitio solum refertur ad ipsum, vocatur scientia, habet etiam cognitionem de rebus factis in quibus ponit ordinem duplicem, scilicet rei ad rem secundum, quòd se iuuant inuicem per illam habitudinem ad consequendum vltimum finem conuenienter assequi, quem non possent assequi, si aliter se haberent: & alium ordinem omnium rerum simul, idest totius vniuersi ad ipsum Deum, qui est finis vniuersi, sic dicit Arist. 11. metap. ostendens istos ordines per exercitum, quia partes exercitus
G ordinantur inter se, & totus exercitus simul ordinatur ad ducem: & quantum ad istos duos ordines quos Deus ponit in rebus dicitur esse dispositio, idest diuersa positio, inquantum per sapientiam suam ipsas res conuenienter ordinat, dicitur autem prouidentiam habere inquantum confert ipsis rebus ea, quæ faciunt ad conseruationem ipsius ordinis, & repellit omnia aduersa, per quę impediretur ista ordinatio, nam ordo rerum a Deo absolute sumptus ad Dei dispositionem pertinet, quòd tamen Deus faciat ordinem illum bene manere imperturbatum est cōferre ea, quę proficiunt rebus ad finem suum, & quantum ad hoc dicitur prouidentiam habere, quia prouidus dicitur, qui bene coniectat de conte-
H rentibus ad finem, & propter hoc prouidentia quandam solicitudinem nominat, scilicet quòd Deus curam habeat de rebus, vt teneant illum ordinem inuariabiliter quem ipse eis dedit, & ita patet quomodo prouidentia, dispositio, & scientia se habeant.

Ad primum dicendum, quòd prouidentia, & dispositio secundum, quòd varie cōsiderātur, possunt pertinere ad scientiam, & voluntatem, & potentiam secundum, quòd se habent per additionem, vt patet in artifice, potest enim artifex habere interdum cognitionem de artificiatis speculatiue tantum, non cum intentione operandi, & tunc vocatur solum scientia, & ideo dispositio rerum in partibus suis, & in habitudine ad finem est prouidentia, idest consi-
I deratio de eis, quæ conferre possunt rei ad conseruationem suam, & ad consequendum finem illum ad scientiam solum pertinet, quia licet omnia ista consideret artifex, non considerat ea ad agendum, sed solum speculatiue, vt res quasdam, si autem vlterius artifex consideret, quæ dicta sunt, & habeat propositum exequendi ista, quæ cogitat, pertinet ibi dispositio, & prouidentia ad scientiam, & voluntatem, nam ibi est dispositio inquantum est cogitatio de ordine rei in se, & ad finem, & est prouidentia inquantum est cogitatio de conferentibus rei ad finem, & pertinent ista ad scientiam inquantum manet ista cogitatio in artifice, & insuper ad voluntatem inquantum habet propositum exequendi, si
K autem vlterius artifex ista exequatur iam pertinebat dispositio, & prouidentia ad scientiam voluntatem, & potentiam, ad scientiam quidem inquantum hæc cogitauit, ad voluntatem autem, quia omnia cogitata facere proposuit, ad potentiam vero inquantum ista executus est, quia ordinem quem cogitauit posuit in re, scilicet ordinando partes rei inter se, & rem ad finem, quod est dispositio, & faciendo ea, per quæ res potest bene assequi finem suum, & conseruari in eo, quod est prouidentia, & quia executio fit per potestatem agentis dicuntur dispositio, & prouidentia ad potestatē pertinere, & ita in Deo est, cum ibi sit scientia, & dispositio, & prouidentia, vt

ostensum

ohsum est, proprie tñ prouidētia pertinet ad sciētiam, & non ad voluntatē, nec ad potestatē cū prouidentia dicat ipsam rationem ordinis prout rebus ordinatis excogitantur conferentia ad conseruandum illū ordinem. Quòd autem Deus velit ista, quę cogitauit, & illa exequatur per se, vel per alios accidens est, & extrinsecum ad illam rationem ordinis, quæ prouidentia dicitur, nec debet accipere nomen prouidentia ab illis, sed ab intellectu, sicut actus prudentię solius rationis est, licet ea, quæ prudens iudicat postea per voluntatem eligit, & per vires organicas exequitur, nunquam tamen actus prudentię accipit nomen a voluntate, nec a virtute organica. Et per hoc patet solutio ad tria prima, scilicet an prouidentia pertineat ad scientiam, vel ad voluntatem, vel potentiā, magis enim proprie ad scientiam pertinet, & tamen primo, & secūdo modo prouidentia accepta est aliquid ęternum, quia cogitatio rei de ordine rerum, & de conferentibus ad ordinem, quæ sunt dispositio, & prouidentia ęterna est: volitio etiam eius de hoc ęterna est, quia nihil nouiter vult, idest non habet nouas volitiones. Sed accipiendo tertio modo, vt pertinet ad potentiam, & executionem non est ęterna, quia rebus datur esse ex tempore, & ibi datur eis ordo ipsarum ad inuicem, & ordo ad principem vniuersi, quia non potest esse res ordinata antequam sit, & hic est dispositio, dantur etiam ea, quæ conferunt ipsis ad tendendum ad illum finem, & manendū in eo, quod ad prouidentiam pertinet. Vnde ista executio rerum prouisarum recte gubernatio dicitur, & non prouidentia, & ita dicimus, ꝙ Deus per seipsum habet omniū rerum prouidentiam, sed non omniū rerū gubernationem. Ad quartum dicendū, ꝙ prouidentia pōt dici dispositio, eo ꝙ includit eam, & addit ad illam, nam dispositio dicitur ordo in re respectu alterius rei, & respectu finis, prouidentia autem pręsupponit hunc ordinem, & addit ea, quæ conferunt ad conseruationē istius ordinis, vt per illum res consequantur finē suū, & propter hoc per prouidentiam Deus dicitur disponere, vt dicit Boetius vbi supra. Ad quintum dicendū, ꝙ prouidentia, & fatum non differunt solum per diuersam habitudinem, sed etiam per essentiam, sicut enim forma domus in mente artificis differt p essentiam a forma domus prout est in materia expressa .i. in lapidibus, & lignis, nam in mente artificis ista forma vocatur ars, & exemplar, & causa, in materia autem est iam aliquid artificiatum, & effectus, & ad aliquid exemplatū, sic etiam ipsa dispositio, siue ratio ordinis rerū prout in Deo est dicitur prouidentia, prout autē est in causis secundis quarum officio administrātur, & explentur ea, quæ a Deo prouisa sunt, dicitur fatū a for. ris. quod est loqui, quia est, quasi quędam locutio, vel expressio diuinę ordinationis, sicut .n. verbum vocale est expressiuum verbi mentalis, ita & ipsa explicatio rerū p temporum vicissitudines est, quasi quædam locutio, vel expressio diuinę ordinationis, quia quando hęc fieri videmus scimus taliter Deū primo vidisse qualiter nūc fit, & antequā fieret nesciebamus quid Deus vellet, & ideo ista temporalis gubernatio, vel explicatio rerum fatum, idest locutio dicitur, scilicet diuini ordinis, vel dicitur fatum a fando, quia ex consideratione causarum sapiētes antiquitus fari solebant, idest futura prædicere,

An prouidentia Dei se extendat ad omnia, vel ad quædam. Et quæ sit. Et quæ quorundam Philosophorum opiniones de prouidentia. Quæst. CXXII.

QVÆRATVR an prouidentia Dei extendat se ad omnia, vel solum ad quædam.

Alph. Tost. in Matth. Pars III.

A Aliqui dicunt, quòd non est ad omnia, nam ad prouidentiam pertinet dare, quę conferunt ad finem, & remouere, quæ competunt ad executionem finis, sed omne malum in re impedit consecutionem finis, cum sit malum per deordinationem a fine, & tamen multa mala sunt in rebus, ergo non subijciuntur omnia prouidentię. Item ea, quæ sunt a casu non sunt prouisa, cum casus sit inopinatus rei euentus in eis, quæ propter aliud aguntur 2. Physicorum, multa tamen fiunt a casu, vt ostenditur 6. Meta. quia aliàs omnia acciderent ex necessitate, & hoc est propter defectum causarum, quia si causa, nunquam deficeret, acciderent omnes effectus, necessario ergo multa sunt, B quæ non sunt pręuisa, cum defectus, & error in multis accidant, ergo prouidentia non est circa omnia.

Item omne, quod est præuisum ordinatur ad aliquem finem, & secūdum aliquem certum modum; sed liberum arbitrium non habet aliquid determinatum tam in fine, quam in modo perueniendi, sed habet se ad opposita, ergo liberum arbitrium non subest diuinę prouidentię.

Item ea, quæ relinquuntur a Deo non subsunt eius prouidētię, sed homines a Deo relinquuntur Ecclesia. 15. fecit Deus hoīem a principio, & reliquit eū in manu consilij sui, & Psal. 8. dimisit eos iuxta desideria cordis sui, ergo homo non subditur prouidentię Dei.

Item ad prouidentiam pertinet ordinare, multa taC men contingunt inordinate in vniuerso, tam in naturalibus, vt quòd ęstas sit frigida, & pluuiosa, & hyemes sint interdum calidę, & siccę, quàm in rebus humanis, vt quòd mali prosperentur, & boni aduersa patiantur, ergo non est prouidentia in omnibus.

Dicendum, quòd circa prouidentiam, quia fuit generalis consideratio omnium sapientum fuit multiplex error. Quidam enim dixerunt, ꝙ nullius rei erat prouidentia in vniuerso, sed omnia casu contingebāt, & ista fuit positio Democriti, & fere omniū antiquorum Philosophorū, qui negauerunt in rebus causam agentem, & posuerunt solum causam materialem ex vario concursu, & mixtione partium, vel atomorum omnia fieri. Hęc tamen positio, quia nihil veritatis habet, nec apparentię, etiam ab ipsis Philosophis, qui D aliquid sapiebant improbata est de qua Arist. 1. Phy. & 1. de anima. Alij dixerunt, ꝙ prouidentia erat in vniuerso, sed non ad omnia, & istorum quidā dixerunt, ꝙ solum erat prouidentia de incorruptibilibus, scilicet de corporibus cęlestibus, de cęteris autē non. Iob. 22. circa cardines cęli ambulat, & quæ nostra sunt non considerat de cardinibus cęli, & nō de rebus humanis, & Psal. 113. cęlum cęli domino, terrā aūt dedit filijs hominum .i. Deus de cęlo curat, de terra autem non, sed reliquit eam hominibus. Alij autem dicunt, & aliqualiter plus extendunt prouidentiam dicentes, ꝙ prouidentia solum est de generibus, & speciebus, de indiuiduis autem non est, nisi de illis, quæ sunt necessaria, & incorruptibilia. Ratio horum est, quia proE uidentia præsupponit dispositionem, quæ est ordo rerum inter se, & ad finem, & addit ea, quæ conferūt ad hoc, ꝙ res consequantur illum finem, & non impediantur in assecutione eius, iō oīa, quę prouisa sunt dicunt, sic se firmiter habere, sicut prouisa sunt, & ꝙ in prouidentia non est error, & quia in generibus, & speciebus, & indiuiduis necessarijs inuenitur semper, sic se habere, & non accidit in eis error, nec varietas, dicunt illa vere pertinere ad prouidentiam: indiuidua aūt generabiliū, & corruptibilium generaliter alterantur, & deficiunt, nec manet eis semper idem modus essendi, ideo dicunt non subijci ista prouidentię. Istam opinionem imponunt multi Aristo. quamuis ex verbis suis expresse haberi non pos-

sit, & tamen commentator suus ponit eam expresse
11. Meta. dicens, quòd non est fas diuinę bonitati ha-
bere solicitudinem de singularibus, nisi secundum,
quòd habent communicationem in natura commu-
ni, vt quòd aranei sciat facere telam, & alia huiusmo-
di. Et ista est opinio impia, quia tollit Deo prouiden-
tiam. & etiam cognitionem de operibus hominum,
Alij dicunt, ꝙ habeat Deus prouidentiam de generi-
bus, & speciebus, & indiuiduis necessarijs, & insuper
de indiuiduis humanis non solū, vt communicant in
natura speciei, sed ēt secundū particulares actus eorū,
licet sint hoīes indiuidua corruptibilia, & hanc opi-
nionem ponit Rab. Moyses. Et rationē assignat, eo ꝙ
in homine ēt particulari inuenitur natura intellectua-
lis, per q̄ comprehēdit intellectu suo formam speciei
inquantū est species, quia intellectus attribuit inten-
tionem vniuersalitatis naturę apprehensę, quam non
habet in rebus extra animam. Et ideo dicit, ꝙ indiui-
duum humanū non excluditur a diuina prouidentia
pp duo. Primo propter naturā vniuersalis, quia licet
homo particularis non sit species, apprehendit tñ for-
mam speciei, & quia apprehendens, & apprehēsum
sunt quodam modo vnum in actu apprehensionis, &
cū de speciebus sit prouidentia, erit etiam hoc modo
de indiuiduo humano, quod aliquo modo est spe-
cies, vt dictū est. Secundo, quia prouidentia est de in-
tellectualibus creaturis etiam quantum ad indiuidua,
& quia homo quantum ad meliorem partem suam
est substantia spiritualis, pertinet ad prouidentiam
Dei, sicut intelligentię separatę, quæ etiam sunt indi-
uidua. Sed adhuc non sufficit ista positio, quia aufert
a Deo prouidentiam omnium indiuiduorum gene-
rabilium, & corruptibilium præter hominem, & ta-
men imperfectio est quædam, quod Deus de illis nō
haberet prouidentiam, nam Deus cognoscit omnia
tam vniuersalia, quam particularia, & cum ipse sit
summe bonus, eius erit ordinare omnia ad finem se-
cundum, ꝙ nata sunt illum consequi, omnium ergo
singularium erit prouidentia.

Item bonum in rebus est dupliciter, scilicet quan-
tum ad substantiam earum, & quantum ad ordinem,
sed a Deo est omne bonum, quod est in rebus, eum
ipse sit summum, & primum bonum, ergo bonum
ordinis cuiuscunque rei est, quælibet tamen res par-
ticularis habet duplicem habitudinem ordinis, scili-
cet ad alias res, & ad finem vniuersi, ergo necesse est,
ꝙ a Deo acceperit istum ordinem, & cum prouiden-
tia dicit solam rationem ordinis secundum, ꝙ con-
fertur rei id, per quod maneat in ordine illo, & non
impediatur, ergo pertinet ad Deum necessario, ꝙ de
omnibus indiuiduis habeat prouidentiam, cum nullū
sit, quod non habeat aliquem ordinem.

Item si indiuidua non subijcerentur prouidentiæ,
aut hoc esset, quia Deus non cognoscit ea, aut quia
non potest prouidere in eis, aut quia non vult habere
curam ipsorum. Primum non est verum, nam Deus
cognoscit omnia cum sit causa omnium entium, &
est causa per intellectū, ideo necesse est, ꝙ cognoscat
illa quorum causa est. Secundum non stat, quia Deus
potest habere curam oīum indiuiduorū, cū potentia
eius sit infinita. Etiam nō repugnat indiuiduis subijci
diuinę prouidentię, quia subijciuntur industriæ hu-
manę cum per prudentiam bene se haberet homo in
particularibus. Etiam per industriā brutorum quædā
particularia diriguntur, sicut patet in formicis, & api-
bus, quæ quodam naturali instinctu reguntur, a for-
tiori, ergo Deus potent de illis prouidere. Tertiū non
stat, quia Deus cum sit summe bonus, & volūtas eius
sit vniuersaliter de omni bono, volet quodcunque bo-
nū, & tñ in ordine rerū particularīū consistit quoddā
F bonum ipsarum, ergo Deus volet illud. & sic de indi-
uiduis habebit prouidentiam. Item Deus conceditur
habere prouidētiam de speciebus, & generibus, & tñ
nō possunt species, & genera manere, nisi manētibus
indiuiduis, quia destructis primis substantijs impossi-
bile est aliquid aliquid remanere. i. genera, & species,
quæ sunt secundæ substātię, vt dicit Aristoteles in prę-
dicamentis: quicunque tñ est de aliqua re solicitus ne-
cesse est, ꝙ sit solicitus de oībus illis sine quibus im-
possibile est manere rē illam, sic aūt est de indiuiduis,
ergo necesse est, ꝙ Deus habeat prouidentiā de indi-
uiduis. Et ista ratio omnino vrget, sed non apparet ex
hac an de omnibus indiuiduis prouidentiam habeat,
quia species quælibet potest conseruari etiam si non
habeat tot indiuidua quot habet: & tñ siquis cōcedat
G Deum habere prouidentiam de quibusdam indiui-
duis, concedat eadem ratione, quòd habeat prouidē-
tiam de omnibus, ratio huius est, quia excludentes
indiuidua corruptibilium a diuina prouidentia faciūt
hoc, eo quòd in eis est error, & defectus, qui nō potest
accidere in prouidentia, & tamen in quolibet indiui-
duo corruptibili est hoc, ergo cum non sit inconue-
niens Deum habere prouidentiam de quibusdam ip-
sorum, immo sit necesse (vt dictum est) non erit incō-
ueniens habere de omnibus, & sic de omnibus ha-
bebit.

Sed dicunt quidam, vt commentator, quòd Deus
habet prouidentiam de indiuiduis solum inquantum
H communicant in natura communi speciei, scilicet
quòd non sit prouidentia de illis determinata, scili-
cet de singulis ipsorum, sed solum de ipsa specie in
qua indiuidua communicant.

Sed hoc non stat, quia tunc non esset prouidentia
de indiuiduis quantum ad suas formas particulares,
& quātum ad proprietates materiales, & actiones, &
passiones ipsorum, quia istę non competunt indiui-
duis, vt communicant in natura speciei. sed falsum est
ex ratione suprapostita. i. necesse est haberi prouidētiā
de indiuiduis, quia sine illis non possunt esse genera, &
species, & tñ indiuidua non sunt, & conseruantur in
esse suo per rationem communem speciei, sed per
formas suas, & per proprietates materię, & actiones,
I & passiones suas: necesse est, ergo de his haberi proui-
dentiam ad hoc, ꝙ habeatur prouidentia de indiui-
duo, & non sufficit habere prouidentiam de ratione
communi speciei, nec de indiuiduis solum, vt in ea
communicant. Et hoc patet, quod necesse est habe-
ri prouidentiam non solum de indiuiduis, sed etiam
de omnibus accidentibus circa ipsa indiuidua qua-
liacunque sint, quia de indiuiduis habetur prouiden-
tia inquantum eis manentibus manent in ipsis gene-
ra, & species, quæ aliàs non possunt manere, & ta-
men quodlibet accidens facit ad corruptionem, vel
conseruationem indiuidui, ergo de quolibet eorum
necesse est haberi prouidentiam, quia aliàs ex ea par-
te contingeret perire omnia indiuidua, & consequen-
K ter genera, & species. apparet ergo, ꝙ de oībus tam
vniuersalibus, q̄ particularibus, siue subsistētibus, siue
proprietatibus, vel accidentibus subsistentiū quantū-
cunque sint parui valoris est prouidentia, & istud cō-
uenit veritati fidei, sic dicit Christus supra in isa, oēs
capilli capitis vestri numerati sunt. i. de oībus Deus
hēt curā, & numerat eos, cū tñ nihil sit minoris valo-
ris in hoīe, q̄ capillus, quia multis pereuntibus nihil
homini deperit, magis curam habebit de ipsis indiui-
duis, & actibus suis, sic etiam dicitur Sapien. 7. de Sa-
pientia Dei, ꝙ attingit de fine vsque ad finem, idest
a primis, & optimis entibus vsque ad infima, &
disponit omnia suauiter, idest de omnibus habet pro-
uidentiā, quia dispositio, & prouidentia idem sunt, vt di-

ctum est praeceden. q. & Sap. 14. dicitur tu pater gubernas omnia prouidentia, ergo de omnibus, tam indiuiduis, quam speciebus, & generibus est prouidentia.

Ad primum dicendum, ꝙ prouidẽtia excludit malum a rebus prouisis, inquantum malum impedit cõsecutionem finis, sed non tollit omne malum, vt dicetur sequen. q.

Ad secundum dicendum, ꝙ etiam fortuita cadunt sub prouidentia, sed non dicuntur fortuita respectu causę prouidentis, sed respectu secundarum causarũ, quae non habent prouidentiam, vt dicetur infra quaestione 128.

Ad tertium dicendum, ꝙ liberum arbitrium per se ordinatum est ad vnum. s. ad bonum, quia bonum est quod omnia appetunt 1. Ethicorum, & tamen taliter ordinatur ad illud, quod non sit necesse consequi ipsum, sed posset ab eo deficere, nam si necesse esset assequi bonum in quod tendit, & non posset velle, nisi determinatum bonum, tolleretur ratio libertatis & sic non esset liberum arbitrium, cadunt ergo sub prouidentia actus liberi arbitrii non q. per hoc determinati ad aliquid vnum, sed secundũ conditionem suę libertatis, vt magis dicetur infra quaestione 128. & 129.

Ad quartum dicendum, ꝙ homines non excludũtur a Dei prouidentia, sicut Christus hic, & Lucae 12. & cum dicitur, quòd reliquit hominem in manu cõsilij sui, non dicitur simpliciter, quòd reliquit eum. i. excluserit a prouidentia, sed reliquit in manu consilij sui, idest nõ subiecit eum alicui causae ad cuius motum necesse sit ipsum agere, vel ab actione cessare, sicut est de rebus naturalibus, quae magis aguntur, quã agant pp causas suas a quibus determinantur, sed reliquit eum libere agere, non tamẽ exclusit eum a subordinatione sua, sed a subordinatione ad alias causas extra se, nam ex eo, ꝙ dedit sibi libere agere sub prouidentia sua eum retinet, cum dare rebus modos agendi, qui conferunt ad suos finus pertineat ad prouidentiam.

Ad quintum dicendum, ꝙ aliquis error, & malũ reperitur in rebus, non tamen tollit hoc quin ipsa, in quibus malum est, & malum quod eis accidit prouidentię subijciatur, vt dicetur infra q. 127.

Ad sextum dicendum, ꝙ in rebus nihil est inordinatum simpliciter, sed quicquid est in mundo ordinatum est, licet in multis eorum ratio ordinis nobis non appareat, & ob hoc admiramur, sic dicit Boetius de conso. lib. 5. pro. 4. & metro 4. & hoc maxime accidit in operibus humanis, vel rebus eorum, vt quòd mali florent, & boni affligantur, & tamen hic rectus ordo quem Deus scit, sicut medicus scit, quare quibusdam ęgris interdum dat dulcia interdum amara, quod ignorans artem admiratur, ista tamen inordinatio, si bene attendatur non accidit in eis ad quę per se homo ordinatur, vel opera eius, & quae sunt ei per se bona, vel mala, nam ordinatur homo per se ad fęlicitatem ad quam perueniet per opera bona, & in his nunquam accidit error, quia necesse est, quòd quodlibet opus bonum habeat sibi semper adiunctũ pręmium bonitatis suę, & hoc quantum ad perfectionem virtutis, scilicet quia quilibet actus virtutis reddit nos perfectiores in virtute, & hoc est bonum humanum, quod in praesenti habetur, vel quantum ad assecutionem fęlicitatis, quia necesse est quemlibet finientem in opere bono assequi fęlicitatem, & econtrario in malis, quia per quodlibet opus malum homo deterior redditur, & in malo finiens infoelix etiam necessario, in his enim Deus non permittit fieri errorem, sed permixtio, & inordinatio, quae nobis

A videtur, accidit in bonis, quae non sunt propria hominis, idest, quae sunt extra ipsum, sicut bona fortunę, vel quę sunt intra eum, & tamen non pertinent ad eum sub propria ratione hominis, vt bona corporis, ista tamen permixtio adhuc nunquam est inordinata, quia semper ordinatur ad aliquid, quod est bonũ homini per se, scilicet ad bonum glorię, vel gratiae ad Roman. octauo, scimus, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, vel ad manifestationem diuinae iustitiae, sicut impii prosperantur hic, vt appareat magis eorum ingratitudo, & sint minus excusabiles in pęna ęterna.

B *An Deus habeat specialem prouidentiam de brutis. Et quod pœna non infligitur; nisi propter peccatum, non tamen mala brutis proueniunt ex peccato Et quomodo Deus habeat curam de bobus.*

Quaest. CXXIII.

QVAERITVR an Deus habeat prouidentiã cõtra bruta, & licet determinatio huius dubii appareat ex praecedent. q. dicetur tamen pp quosdã qui specialiter de hoc dubitant. Aliqui dicunt, ꝙ non, quia 1. Cor. 9. dr̃ nõ est Deo cura de bobus, ergo nec a fortiori de aliis brutis minoris valoris. Item Abacuc primo dr̃ nunquid facies hominis, vt pisces maris, hoc aũt dicit admirans turbationem rerum humanarum quę vidẽtur esse sine ordine, & sic pręsupponit, quòd
C pisces maris nullum ordinem habeant, & nõ sit Deo cura de illis, & ita erit de caeteris brutis, ergo non cadunt sub diuina prouidentia.

Dicendum, ꝙ cum omnia indiuidua, & accidentia eorum cadant sub prouidentia, vt ostensum est supra q. praeced. cadent a fortiori bruta, cum multa sint minoris perfectionis, quam bruta. Itẽ patet expressius, quia supra in litera, & Lu. 12. Christus dixit duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet sine patre vestro. i. non occidetur, nisi Deo diffiniente, & Lucae 12. dr̃ vnus ex illis non est in obliuione coram patre vestro, i. Deus habet solicitudinem de quolibet eorũ per se, & hoc est habere prouidentiam, ergo non solum ad species brutorum, sed etiam ad quodlibet in-
D diuiduum ipsorum extenditur prouidentia.

Item Sapien. 12. dicitur cura est ei de omnibus, & hoc est habere prouidẽtiam, & Sapien. 14. dicitur tu pater gubernas omnia prouidentia, ergo etiam bruta. Aliqui tamen volentes nimis tribuere prouidentię brutorum errauerunt, dicũt enim, ꝙ de omnibus indiuiduis est prouidentia Deo ęqualiter, & consequenter de rationabilibus, & brutis, ideo coacti sunt dicere, ꝙ in brutis nihil mali contingit, quod non detur eis a Deo in pęnam, velut occasio maioris p̃nti, & consequenter dicunt, ꝙ peccatũ est occidere bruta, sicut occidere hominem.

Sed isti errant, nam occidere bruta peccatum nullum est, nam ideo est peccatum occidere hominem
E eo ꝙ quilibet homo tenetur alteri aliqua lege pp similitudinẽ speciei, & naturae ęqualitatem, & ita Deus iussit Ecclesi. 17. c. vnicuique mandauit Deus de proximo suo, sed brutis non tenemur ad aliquid, quia nõ cõicant nobiscum in specie, sed sunt naturaliter minora, ideo illa occidere peccatum non est.

Item. Deus subiecit illa nobis, & tradidit ad vsus nostros Genesi. 9. omnes pisces maris manui nostrae traditi sunt, ergo occidere illos licitum est.

Item patet, quia ad hoc Deus subiecit nobis bruta, vt vescamur carnibus eorum. Genesi. nono, omne quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum, ergo licet illa occidere.

Item licet nobis herbas eradicare, & comedere, &

tamen æqualiter concessum est nob's vesci carnib' brutorum,& herbis. Gene.9. quasi olera virentia tradidi vobis omnia, excepto ꝙ carnem cum sanguine non comedatis,ergo licitum est occidere bruta ad cibum,vel ad alias vtilitates. De erroribus autem eorum qui dixerunt peccatum esse animalia occidere & vesci carnibus eorum,& eorum qui dixerunt, ꝙ discerpere herbas,& præcidere arbores sit illicitum satis dictum est supra 5.cap.q.116. Cum autem dicunt mala prouenire brutis in pœnam error est, nam pœna non infligitur,nisi pro peccato, sed bruta peccare nõ possunt,quia peccare est solum habentis intellectum quem bruta non habent.

Item quia si possent peccare,possent virtuose agere,sed non possunt,quia vt dicitur Ethico.c.1. distinguit Aristoteles tria genera fugiendorum.s.malitiam incontinentiam,& bestialitatem,& sub malitia ponit omnes habitus vitii,& sic non contingit peccare,nisi per malitiam,vel incontinentiam, bestialitas tamen est alterum genus mali,eod.c.quod conuenit bestiis, ergo non possunt peccare,& ita dicitur 7.Ethico.c.9. & 10.ꝙ bestia non habet intemperantiam, nec incontinentiam,sed alterum genus, ergo nullum peccatũ habet,quia si aliquod habere posset maxime esset intemperantia, vel incontinentia, quia tota bestiarum intentio ad replendam corporis lasciuiam festinat,vt dicit Boet.de consolat.lib.3. pro.7.in cibis tamen,& potibus,& venereis intemperantiæ,& incontinentiæ consistunt. 3.Ethicor. c. 13. non potest ergo peccare bestia,& consequenter, nec aliquid potest ei in pœnã dari.Cum autem dicunt,ꝙ etiam proueniunt eis mala in occasionem meriti,& præmii,falsum est, quia præmium est per meritum,ipsum autem meritũ est solũ actus virtutis , sed virtus non potest esse in brutis, vt ostensum est,ergo nec præmium.

Item oẽ meritum proprie dictum est respectu vitæ æternę,sed bestię non possunt habere vitam æternã, quia hoc esset absurdum,& ridiculum cogitare,nam vita æterna est habitudo,quæ consistit in actu intellectus quem non habent bestiæ,ideo nulla bestia est fęlix,vt dicitur 1.& 2 Ethic.

Item quia præmium boni operis est post mortem, bestiæ autem post mortem non manent, eo ꝙ anima bruti non habet esse post mortem, sicut anima hominis,quia anima hominis habet totum esse hominis, & non sit aliud esse hominis, quam animæ, vel vltra esse animæ:in brutis autem non est esse ipsius aĩe,sed compositi, sed anima est quo compositum est, ideo pereunte composito non põt manere anima bruti, quia nullum esse habet,anima autem hoĩs est ipsum, quod manet post mortem hominis,sicut eo veniẽte, & ita est beatificabilis, bruta autem non solum non possunt esse fęlicia,immo non possunt resurgere, quia omnino perit forma ipsorum , non est ergo verũ, ꝙ malum accidat brutis in pęnam,vel in præmium,sed omne malum ipsorum recompensatur per bonũ naturæ,nam bruta non habent aliquod esse vltra esse naturale,ideo bonum,& malum eorum non ordinant, nisi ad bonum naturæ,& recompensatur malum, qđ ipsis accidit per bonum,quod inde sequitur in aliis rebus naturæ, sicut mors muscarum est cibus aranearũ & occisio pecorum est cibus hominum , & ita de cæteris.apparet igitur,ꝙ de brutis omnibus Deus habet prouidentiam,non tamen æqualiter, sicut de hominibus , quia habere prouidentiam ęqualiter est ad æquale bonum ordinare, & ęqualia adiutoria ad illud assequendum conferre,& æqualiter prouidere.i.ageret,vel conari ne in assecutione huius boni impediat, manifestum est tamen , ꝙ Deus non agit ista ęqualiter pro brutis,& pro hominibus, & hoc Christus ex-

F pressit hic,& Luc.12.nã cum dixit de passeribus vnus ex illis non cadet sine patre vestro subiunxit , nolite timere,multis passeribus meliores estis vos.i. cum sitis meliores Deus curabit magis de vobis, quam de passeribus,& supra 6.dr respicite volatilia cęli, &c. & pater vester cęlestis pascit illa, & sequitur nonne vos magis pluris estis illis?.eum sitis maioris precii,magis curabit pascere vos,quam illa.

Ad primum dicunt quidã. ꝙ Deus hẽt scientiã de brutis,sed non curam,& ita vr dicere Amb.sup Lucã s.fortasse dicat aliquis,quo dixit Apl's non est Deo cura de bobus cum bos passere pretiosior sit?& rñdet, sed aliud est cura aliud scientia. Sed dicendum,ꝙ nõ est determinate intentio Ambrosii,ꝙ Deus non hẽat curam de bobus,quia sic non haberet prouidentiam

G de illis,cuius contrarium oñdit Christus hic, & s.6. nam rõ Christi fundatur in hoc, ꝙ Deus solicitus est de passeribus , ita vt vnus eorum non occidatur sine eius voluntate,ergo a fortiori erit solicitus de hoĩb', hẽt ergo Deus vere curam de bobus , sed dr ꝙ nõ est ei cura de bobus.s.ad ponẽdum legem de illis,sed est eura ad sustentandum eos in esse naturali,& deducẽdum in finem suum,& hoc concordat literæ,quia ibi induxit Apostolus illam legem Dei.s. non alligabis os boui triturantis,& dr ꝙ non intelligitur de bobus, sed de prædicatoribus, quibus de cibo prouidendũ , & ad hoc dat rõnem dicens non est Deo cura de bobus.i.facere legem pro illis qualiter se habeant, quia illam non suscipiunt,nec qualiter se hẽat hõ ad illos.

H Aliter ẽt põt intelligi,ꝙ non est Deo cura de bob'.s. quantum ad ea in quibus est ei cura de hoĩbus,quia homines ordinauit ad vitam æternam, & cõfert illis media quibus perueniant, de bobus aũt non hẽt istã curam, quia non sunt capaces fęlicitatis, hoc quidem verum est,& tñ præcedens sensus magis conuenit intentioni Apostoli.Ad secundum dicendum,ꝙ etiam de piscibus maris Deus habet prouidentiam, tñ non apparet in eis tam manifeste ordo diuinę dispositionis,sicut in hoĩe,& ẽt non est tanta cura Deo de illis, sicut de boibus, vnde licet nihil sit inordinatum in piscibus,sed Deus quemlibet eorum in finem dirigat, & media ei conferat,& non comedat vn us piscis aliũ

I nisi Deus diffiniert, quod totum est ad bonum vniuersi,tñ non apparet inter eos aliquis ordo talitem ex parte ipsorum,quia vnus piscis comedit alium qui nihil sibi nocuit, nec mali quicquam meretur,in bonis ibus autem non est sic,quia ad hoc, ꝙ vnus noceat alteri necesse est,ꝙ ille cui nocẽt aliquid mali meruerit secundum humanam legẽ,aliàs dicet iniuste ei nocere, & omnia eẽ sine ordine, sicut piscis sine causa aliqua deuorat piscem alium,& de hoc cõquerebatur Abacuc,ꝙ erant homines, sicut pisces maris, quia Deus tacet impio deuorante iustiorem se: est ergo prouidẽtia de piscibus,licet non talis,qualis de hominibus.

K *An prouidentia Dei excludat malum de vniuerso, &c. Et ꝙ diuina prouidentia non excludit operationes secundarum causarum . Et quod si malum nullum esset in rebus vniuersum esset imperfectum, cum etiam sint multa , quæ nunquam essent si malum nullum esset. Non enim malum separatum dari potest, sed malum est in ipso bono, vt ipsius defectus . Et quod mala vniuersi cadunt sub prouidentia. Et de tribus gradibus rerum,quæ diuersimode consequuntur suum finem secundum naturam eorum. Et qua differentia subsunt diuinæ prouidentiæ tam bona, quàm mala. Et quod malum dupliciter accipitur. Et quare in hominibus malum , vt in pluribus accidat quam bonum. Quæst. CXXIIII.*

QVAERETVR an prouidentia Dei excludat malum de vniuerso, & an mala cadant sub prouidentia,

dentia, vel sint extra illam. Aliqui dicunt, ꝙ malum A repugnat prouidentię; quia per prouidentiam datur rei, id quod sibi confert ad consecutionem finis, & vt non impediatur in illo ordine, malum tamen corrũpit ordinem cum sit defectus quidam, ideo quilibet prouidens circa aliquam rem conatur excludere malum, & defectum ab ea inquantum potest, sed Deus põt omnia mala excludere de vniuerso, ergo si prouidentiam habet omnia mala excludet, vel si non excludit non habet prouidentiam, aut non cadunt mala sub prouidentia. Item ea, quę prouisa sunt assequuntur finem suum, quia prouidentia pręsupponit dispositionem, quæ est ordo rei in finem, & addit ea, quæ conferunt ad perueniendum in finem illum, & tollit impedimenta ordinis, & tamẽ in rebus vniuersi B inuenitur error, & malum, vt in pluribus secundum, ꝙ res deficit a fine suo, ergo non sunt mala sub prouidentia, & consequenter multę partes vniuersi in quibus malum accidit erunt extra prouidentiam.

Dicendum, ꝙ motiuum eorum, qui prouidentiam negant simpliciter, vel in quibusdam rebus est error, & malum, quod in rebus accidere vident, nam prouidentia errare non potest, vt ab omnibus supponitur, ergo prouidentia non est in illis in quibus malũ, & error est. Vnde propter hoc quidam non solum prouidentiam, sed etiam Deum esse negauerunt, putantes, ꝙ existente Deo non possent mala accidere, quia ipse omnia repelleret de rerum vniuersitate cui præsideret. Alij autem in dubiũ reduxerunt an Deus C esset propter mala, sed quia bona aliqua videbant eũ esse negare non ausi sunt, sicut Boetius introducit de consolatione lib. 1. Pro. 4. Philosophum quendam dicentem, si Deus est, vnde mala? bona autem vnde, si Deus non est? idest sicut est inconueniens mala esse Deo existente, ita est impossibile bona esse Deo non existente.

Alij etiam errauerunt propter hoc partem illã rerum in qua malum, & error accidit subtrahentes a Dei prouidentia, & quia in omnibus generabilibus, & corruptibilibus accidit malum, & defectus, dixerunt sola incorruptibilia subijci prouidẽtię. Alij autem volentes ęqualiter bona, & mala pertinere ad prouidentiam, cum viderent, ꝙ non poterant bonum, & malũ esse ab eodẽ principio, posuerunt duo principia ęqualiter prima, idest duos Deos vnũ bonorum, & alterũ malorum, & vtrunque prouidentiam hr̃e dicunt, sed Deum bonum de solum illis in quibus malum accidere nõ potest, Deum vero malum de illis in quibus malum est habere prouidentiam asserunt, & ista est opinio Manichęorum, & habuit ortũ a Pythagoricis.

Sed dicendum, ꝙ vt ostensum est supra q. 124. prouidentia est de omnibus rebus tam corruptibilibus, quam incorruptibilibus generibus, & speciebus, & indiuiduis, & quoniam indiuidua corruptibilia sunt in quibus malum accidit, necesse est, ꝙ ea in quibus malum est prouidentię subsint, & non excludat prouidentia omne malum a rebus prouisis. Et primo, quia non est imperfectio prouidentis defectum aliquem accidere in rebus prouisis, quando defectus non prouenit a prouidente, sed ab aliquo exequente, sicut habens fortem virtutem motiuam interdum claudicat, quod non prouenit ex defectu virtutis motiuę, sed ex curuitate tibię, diuina tamen prouidentia non excludit operationem causarum secundarum, sed potius per eas gubernat, id quod per se prouidit, illę tamen sunt potentes deficere, ergo sine imperfectione diuinę prouidentię potest malum accidere in rebus prouisis. Item Deus non debet tollere malum omnino de rebus, quia tunc tolleret perfectionem earum, nam perfectio quædam est ordo bonitatis, &

hoc est inquantum sunt quædam meliora alijs, si tamen tolleretur a rebus omne malum, tollerentur de vniuerso omnia generabilia, & corruptibilia in quibus malum accidit, & sic multi gradus entium auferrentur, & ista erat magna imperfectio vniuersi, vt si nunc tolleretur omne generabile, & corruptibile de rebus, quia manerent sola corpora cęlestia, & intelligentię cum in cæteris sit corruptio, & generatio.

Sed dicetur, ꝙ non tollantur ista, sed efficiantur ingenerabilia, & corruptibilia. Dicendum, quòd si omnia, quæ sunt generabilia, & corruptibilia condita fuissent ingenerabilia, & incorruptibilia, iam nõ pertinerent ad istas species, sed ad alias, quia corruptibile, & incorruptibile non solum specie, sed & plusquam genere immediato differunt, & ita omnes species generabilium, & corruptibilium deficerent de vniuerso.

Item, quia dato, ꝙ possent omnia, quæ nunc sunt effici incorruptibilia, & ꝙ tolleretur omne malum de vniuerso, adhuc deficerent multi gradus entium, quia aliquod ens est, quod ita bonitatem participet, quòd ab ea possit deficere, & hoc secundum multos gradus participandi bonitatem defectibilem, omnes tamen isti tollerentur si malum nullum esset in rebus. Esset ergo vniuersum imperfectum si malum non esset in eo, & tamen ad perfectionem eius pertinet, quòd nullus gradus entium deficiat adhoc, ꝙ sint gradus substantiarum, sicut numeri, ergo nescit perfectionem vniuersi, qui malum auferre vult. Simile enim est in magna familia, nam si quis sit valde magnus dominus necesse est habere quosdam ministros sine honore, scilicet rebus vilibus mancipatos, nam si solum haberet ministros honorabiles nemo sibi seruiret in minimis, & illi, qui honorabiles sunt, non possunt esse honorabiles, nisi essent alij in rebus vilissimis ministrantes, quia aliàs isti, qui honorabiles sunt ministrarent in vilissimis, & iam non essent honorabiles, vel nemo esset dominus, sed sibi quisque ministraret, ergo ad magnitudinem honoris, & potentatus necesse est multos esse vilissimis dedicatos, & impotentes, & ita dicit Apostolus 2. Timo. secundo, quòd in magna domo non sunt
D solum vasa aurea, & argentea, sed etiam fictilia, & alia quidem in honorem, & alia in contumeliam. ad perfectionem, ergo vniuersi pertinet esse malum cum bono.

Itẽ sublato omni malo manerent fere omnia ęqualia, sed magna rerum ęqualitas magnam perfectionem auferret, quia tolleretur pulchritudo rerum, quæ est in quadam distinctione, & disparitate. Tolleretẽ etiam multitudo, quia res, quæ inter se differunt vna est melior altera, vt rationale, & irrationale, & animatum, & inanimatum. Etiam, quia si esset ęqualitas summa, omnia essent vnum bonum, ad hoc ergo, quod sint gradus multi in rebus oportet dari ens, quod non deficiat a bonitate, & ens, quod
E possit deficere, & ibi erit malum.

Item sicut esset inordinatum regimen si rector vrbis tolleret hominibus operari per sua officia, ita esset inordinatum regimen vniuersi si Deus non permitteret rebus agere secundum conditionem naturæ suę, & cum agentibus rebus secundum naturam suam sequitur corruptio, & malum propter contrarietatem ipsarum, ergo non pertinet ad prouidentiam tollere omne malum, quia sic tolleretur actio rerum.

Item impossibile est, ꝙ aliquod agens operetur malũ, nisi intelligat bonum, quia malũ per se nõ potest esse intentum ab aliquo, si autem prohiberẽtur oĩa mala tolleretẽ rebus vniuersaliter intentio boni, & hoc est

incon-

inconueniens, ſicut ſi ignis nihil combureret, nunquam ſibi ſimilem generaret, & tamen generando corrumpit combuſtibilia, ergo non pertinet ad prouidentiam auferre omne malum.

Item multa bona ſunt in vniuerſo, quæ nunquam eſſent ſi malum nullum eſſet, ſicut non eſſet patientia Martyrum ſi non eſſet iniquitas perſequentiū, nec eſſet locus iuſtitiæ vindicanti, niſi delictum aliquod eſſet, & non eſſet in natura generatio vnius rei, niſi eſſet alterius corruptio, quæ malū eſt, tollere ergo omnia mala eſſet tollere plurima bona, ideo non expedit mala tolli, vt bona non auferantur, ſicut dicitur, infra 13. in parabola zizaniorum, ꝙ non eradicentur ne ſimul triticum eradicetur.

Item bonū totius maius eſt bono partis, & gubernator permittere debet defectum aliquem in parte, vt augeatur bonitas in toto, ſic enim fundamenta domus in loco vili, & ſub terra ponuntur, vt tota domus illis inſiſtens pulchra eſſe poſſit, quòd ſi vellet artifex fundamenta eſſe pulchra, ſicut parietes, nec poneret fundamenta, nec faceret parietes. malum ergo & defectus in parte permitti debet propter bonum toti⁹: ita enim in vniuerſitate rerū, ſi tolleretur omne malum deſineret eſſe tota natura generabilium, & corruptibilium. prouidentia ergo non debet excludere omne malum.

Sed dicunt quidam, ꝙ melius eſſet ſola bona eſſe, quam eſſe mala cum bonis, quia tantum eſt malum, ꝙ mala faciunt quantum bonum, ꝙ illa bona vniuerſo conferunt quæ cum malo ſunt.

Item quia deterius eſt vnum malum eſſe, quam multa bona omittere, ſicut laudabilior eſt decē veritates dicens nihil mentitus, quam viginti vera dicens adiunctis duobus falſis.

Dicendum, ꝙ maior eſt perfectio manentibus malis cum bonis, quā excluſo malo, & bono illo, quod ſine malo eſſe non poteſt. Primo, quia bona, quæ cū malo ſunt plus conferunt ad decorem vniuerſi, quā auferant de illo decore mala, quæ cū iſto bono ſunt. Et ratio eſt, quia ſi mala eſſent aliquid ſeparatum. i. ꝙ ſicut quodlibet ens particulare pertinet totaliter ad naturam entis, eſſet ita aliquod malum, quod totaliter pertineret ad naturam mali, eſſet indiuiduum mali per ſe ſeparatum ab indiuiduo entis, ſicut indiuiduum hominis ſeparatum eſt a quolibet alio indiuiduo ſubſtantiæ, & tunc poterant connumerari ex oppoſito mala bonis, quia eſſent ſeparata, & condiſtincta indiuiduis bonis, ſicut indiuidua equi connumerantur canibus, & leonibus, tale autem malum, & ſeparatum non eſt poſſibile, cum malum non ſit natura aliqua, & tamen ſi eſſet poſſibile potius deberet vniuerſum carere decem bonis, quam habere talia quinque mala, & fortasſis, quam vnum, nunc tamen malum non eſt tale, ſed eſt malum defectus in bono, & ideo ipſum in quo malum eſt magis bonum eſt, quam malum, immo vere ipſum non eſt, niſi bonum licet malum ei accidat, & ſic magis præponderat bonum, quam malum. Quod patet, quia malum, & bonum ſunt oppoſita, & malum corrumpit bonum, immo eſt corruptio ipſius boni: ſi tamen malum prępōderaret bono corrumperet ipſum, & cum non corrūpit, nec deſtruit omnino, ergo bonum prępouderat malo, inquantum tamen malum corrumpit bonum aliquid de iſto bono interdum perit, ſicut eſt de generabili, & corruptibili, quando corrumpitur, quandiu tamen manet bonū eſt, quia malum non eſt, niſi quādo deficit. Sed manifeſtum eſt, ꝙ plurima, quæ deficere poſſunt manent, & inquantum manent ſolum bona ſunt, tantum ergo de vero bono & de natura entatis ſubtraheretur vniuerſo, quantum ſunt manen-

F tia, quæ deficere poſſunt, ſi omne malum excludi deberet, ergo non eſſet prouidentia, quæ malum excluderet, ſicut ſtultum eſſet occidere hominem, quia interdum febrem patitur.

Ad ſecundum dicendum, ꝙ illud tenet verum de malo ſeparato, ſicut enim ꝓpoſitio falſa eſt totaliter falſa nihil verum ſignificans ex ſuo adęquato ſignificato, ita ſi eſſet malum, quod pure malum eſſet, peius eſſet habere duo mala, quam deficere viginti bona, nunc autem malum non eſt tale.

Aliter etiam dicendum. ꝙ malum etiam, ſi non ſit ſeparatum, ſed ſolum defectus boni, ſi tamen non eſſet ordinatum, deterius eſſet habere multa bona inordinata per malum, quam habere pauca, quibus nullum accideret per quod deordinarentur: mala tamē
G nunc non ſunt extra ordinem, ſed ſub prouidentia cadunt, & ordinatur quodlibet malum ad aliquod bonum, quod maius eſt, quam defectus boni quem inducit malum, & ita ipſum malum quodam modo eſt bonum, quia ſicut bonum eſt ad bonum, ita & malū Deo prouidente eſt ad bonum, ſicut dicit Boe. de cōſol. lib. 4. pro. 5. ideo malum non minuit de bono vniuerſi, ſed potius auget.

Pro quo ſciendum, quia vt dicit Dionyſius lib. de diui. no. c. 4. prouidentia Dei non eſt naturam deſtruere, ſed ſaluare, ideo inſtituit ſic Deus quaſdam res, vt conſequantur finem ſuum ſolum per principium, quod eſt natura, ſicut eſt in omnibus irrationabilibus,
H aliis autem dedit principium, quod eſt voluntas vltra naturam, in illis autem, quæ conſequuntur finem per principium, quod eſt natura, eſt quidam gradus quarundam rerum quarum natura non poteſt impediri ab effectu ſuo, & conſecutione finis. & inter res pure naturales iſte eſt gradus altior, ſicut eſt in corporibus cęleſtibus, vnde in his nihil accidit, quod non ſit intētum, & ita non eſt ibi error.

Et propter hoc dicit Auicenna, ꝙ ſupra orbem lunę nō eſt malum, ſcilicet malum naturæ. Alius eſt gradus rerum pure naturalium, quarum natura poteſt impediri, & deficere, ſicut generabilia, & corruptibilia, & quamuis ſit iſta natura inferior, prima in bonitate tamen bona eſt, & melius eſt, ꝙ ſit vtraque
I ſimul quam quòd altera ſolum, vt oſtenſum eſt. ſi autem Deus feciſſet, quòd iſta natura non poſſet deficere iam non eſſet iſta, ſed alia, & ſic non eſſent multæ naturę in quo non ſubtraheretur multum de perfectione vniuerſi, vt dictum eſt. Deus autem condidit iſtam naturam præſciens defectum eius, qui ei contingere poterat, & eſt malum naturę, ſed illum non intendit, fecit tamen naturam cui accideret talis defectus ne ſubtraheretur gradus bonitatis, cui iſte defectus accidit, iſtum tamen defectum non reliquit inordinatum, ſed prouidit, quòd ſi malum accideret ex defectu alicuius naturæ, quòd ordinaretur in bonum, ſicut videmus, quod corruptio vnius eſt generatio alterius, & iſte modus prouidentiæ, vt dictum
K eſt pręcedenti quæſtione, extenditur vſque ad bruta, quæ potius naturæ inſtinctu, & quaſi neceſſe, ꝙ agat aliquid electione voluntatis, & ideo malum, quod in eis accidit recompenſatur per bonum naturę, & non per bonum præmii, quia nec habent præmium, nec meritum, vt ibidem dictum eſt, ſed mors vnius alus prodeſt ad cibum, & vitam alterius, ſicut eſt in inanimatis, quia præciſio arboris prodeſt ad ędificationem domus, & ad alias vtilitates.

In creaturis autem nobilioribus præter naturam ſuam eſt aliud principium agendi, ſcilicet voluntas, quòd inquantum eſt Deo magis propinquū, eſt magis abſolutū a neceſſitate, & ſubiectione ad alias cauſas, & ita eſt liberum, & hinc competit ex conditione

ne sua, ꝙ possit tenere rectum ordinem tendendo in finem, & etiam deficere, si autem tenderet ineuitabiliter in finem suum diuina prouidentia determinante illud ad hoc, iam tolleretur sibi conditio naturę suę, & ideo a Deo taliter constituta est, quòd possit deficere, vel non deficere, istos tamen defectus voluntatis Deus non intendit, sed pręsciuit, & pręmisit, vt non tolleretur iste gradus entitatis de vniuerso, prouidit tamen ordinando defectus istos in bonum, scilicet in bonum iustitię, dum malum culpę emendatur per rectitudinem poenę, vel in bonum vtilitatis aliorum, qui per iniquitatem istorum corriguntur de peccatis, vt boni fiant, vel vt boni existentes in gradu meriti crescant, & ad multa alia, quæ homo intelligere non sufficit. Et ita tam bona, quam mala subsunt B prouidentiæ, bona quidem, quasi pręstita, & intenta, & ordinata, mala quidem quasi pręcognita, & ordinata, sed non, vt intenta, & bona quidem omnia non eodem modo prouidentur, sed secundum conditionem naturę singulorum, scilicet necessarium, ita ꝙ deficere non possit, & cõtingens ita, quòd possit esse, vel deficere, & volũtarium, ita quòd vltra hoc, quod est esse, vel deficere, & recte, vel non recte agere pręmium, vel poenam habeat, aut in poenam, vel pręmiũ alicuius ordinetur, naturale autem, ita quòd consequatur finem naturalem, si bonum est, & sic etiam ad bonum alterius naturę, si vero malum est solum fit ab bonum alterius, cum ipsi malo bonum accidere non potest pro seipso, cum malum non possit esse C bonum.

Ex his patet solutio ad errores eorum, qui propter malum, quod in rebus videbant negauerunt prouidentiam, & errauerunt in ea, & qui dicunt non esse Deum, quia mala sunt in rebus recte dicerent, si inueniretur malum per se, vel malum, quod est defectus boni, ita tamen quod ad nullum bonum ordinaretur, nec proficeret, quia iste est magnus defectus, qui non posset esse in rebus, nisi vniuersum esset sine principe, & sic non esset Deus, vel ipse princeps est, et talis, qui non posset, aut nollet hunc defectum auferre, & vtroque modo sequeretur, quòd non esset Deus, sed aliquid imperfectum, recte ergo diceret, quia tamen mala quæ in rebus sunt, ordinatissima sunt quodam D modo iam bona sunt, vt supra ostensum est, ideo mala esse in rebus non arguit Deum non esse cum hoc non sit imperfectio vniuersi, sed potius pertineat ad perfectionem eius, vt ostensum est.

Alij vero, qui propter bona, & mala, quę viderunt non ausi sunt Deum negare rectius dixerunt, quia licet non cognouerunt modum prouidentię, crediderunt tamen bona existere impossibile esse, nisi Deo actore, quòd verum est, nesciuerunt tamẽ quomodo mala possent esse, nisi Deo existente, quod verum est si inordinata essent, cum tamen ad ordinem reducuntur iam bona sunt. Alius erat error tollentium prouidentiam de natura corruptibili, quia erat ma- E lum, idest corruptio in ea, & tamen ostensum est, ꝙ istud malum proficit ad bonũ vniuersi, & quòd subtractis corruptibilibus tolleretur magna perfectio vniuersi, potius ergo pertinet ad prouidentiam facere, quòd sint simul corruptibilia, & incorruptibilia, quã quòd sint sola incorruptibilia.

Ex dictis etiam patet solutio ad dubium quorundam an actiones nostrę malę sint a Deo. Et dicẽdum, quòd actio ex ea parte, quæ habet entitatem est actio, ex ea autem parte qua deficit ab ordine finis intenti, vel debiti mala est. Deus igitur est principium omnis actionis nostrę, non tamen, vt mala est, quia malum non habet causam efficientem, sed deficientem, est ergo malum a nobis inquantum deficere possumus,

A sicut claudicare, & male ambulare est a virtute motiua, quæ est efficiens, inquantum vero male ambulat est a curuitate tibię, quia curuitas est causa efficiens. Deus autem non potest esse directe causa deficiens, sed efficiens, cum sit ens, & ideo per actionem suam directe semper communicat entitatem, & non defectum.

Ad errorem autem Manichęorum ponentium prouidentiam boni, & mali Dei. Dicendum, quòd ista positio est omnino irrationabilis, quia malum non potest habere causam efficientem, cum non sit natura, sed naturę defectus.

Item, quia malum non potest esse intentum, cum intentio sit de fine, & de bono, quia bonum est, quod B omnia appetunt, isti tamen ponunt malum per se intendi, vnde hic error non solum a catholicis, sed etiã a prophetis satis improbatus est.

Ad primum contrarium dicendum, ꝙ prouisor aufert malum ne eueniat in re de qua prouidet, & ita Deus in opere suo, quod est vniuersum, prouidet ne aliquod malum eueniat, & vere nullum euenit, quia corruptiones, & mala in rebus particularibus non tollunt aliquid de bono vniuersi, sed potius augent ponẽdo plures gradus entitatis, quam si sola incorruptibilia in vniuerso essent, & si aliquod malum, quandocunque paruum accideret ipsi vniuerso, vel non esset prouidentia, vel ibi deficeret, & tamen nullum malum accidit vniuerso, sicut ergo siquis de re vna C particulari prouidentiam habeat, nititur ne aliquid mali illi rei accidat, & si accidit deficit prouidentia, ita Deus prouidet ipsi vniuerso, quod est opus suum, & facit, quòd nullus sit defectus, vel malum in eo.

Sed ex hoc aliqui dicunt, quòd Deus prouidentiam habet de vniuerso, sed nõ de singulis indiuiduis, quæ in eo sunt, cum in illis malum accidat.

Dicendum, quòd tam de vniuerso, quam de partibus eius est Deo cura, & de quolibet particulariter, & distincte, vnde tanta est Dei prouidentia circa vniuersum ac si non haberet curam de particularibus, & tanta est ei cura de quolibet particulari per se ac si non haberet curam, nisi de vno solo indiuiduo, & hoc prouenit ex infinitate perfectionis diuini in- D tellectus cuius virtus non est minor in quolibet per se ad intelligendum, quam in omnibus simul, ideo tam de vniuerso, quam de singulis indiuiduis per se prouidentiam habet, quia cum ista sunt partes vniuersi, attendit Deus magis bonum vniuersi, quam cuiuslibet indiuidui per se, & ideo permittit malum aliquod in indiuiduis inquantum illud ordinatur ad bonum vniuersi, cum ablato omni malo non staret integritas vniuersi deficiẽtibus multis gradibus entitatis.

Cum autem dicebatur supra, quòd sine imperfectione diuinę prouidentię stare potest defectus, qui defectus sequitur ex causis secundis, non est intelligendum, sic absolute, quia si aliquid de eo, E quod a Deo prouisum esset, fieri impediretur propter defectum causarum secundarum licet non esset imperfectio in dispositione, esset tamen defectus prouidentię. Sicut siquis recte disponat quid in domo sua fieri debeat, ordo quidem rectus est, si tamen ministri non bene exequantur, quod ipse instituit, est defectus in prouidentia, quæ dare debet, ea quæ conferunt ad finem, & tollere, ea quæ impediunt ordinem institutum, & consecutionem finis, cum tales ministros posuerit, qui ordinem datum non tenerent, & sic, vel posuit eos, quia bonos putauit, & tunc errauit prouidentia eius, quia sic non prouidit, quod futurum erat, vel non curauit meliores ponere, & tunc prouidere noluit.

noluit. Ita si Deo instituente ordinem rectum in rebus impediatur ordo ille ex defectu causarum secundarum, vel Deus pręsciuit defectum illum, vel non, si non pręsciuit non habet prouidentiam, sed errat, quia prouidentia pręsupponit prouidentiam futurorum, si autem pręsciuit, & non curauit meliores executores prouidentię dare, noluit habere prouidentiā de rebus, sed descrit eas, & sic defectus est prouidentię, quòd per causas secundas sequatur malum in rebus, quòd inordinatum maneat, & ideo oportet ad hoc, quòd sit prouidentia, quòd omne malum excludatur de rebus, vel reducatur ad ordinem, alioquin non erit prouidentia, & quia defectus, qui contingunt in rebus non sunt a Deo, sed a causis secundis, & insuper Deus pręsciuit defectus illos futuros, & reduxit eos ad ordinem, scilicet ꝙ ad bonum prosint, non G arguūt illi defectus imperfectionē diuinę prouidentię.

Ad secundum dicendum, quòd stāte prouidentia accidunt aliqua mala in rebus, quod non repugnat prouidentiæ, vt dictum est, si tamen malum accideret, vt in pluribus hoc prouidentię repugnaret, quia cum malum non sit propter se, sed propter bonum necesse est, quòd bonum accidat, vt in pluribus si ordo rectus manet. Cum vero dicitur, ꝙ malū accidit, vt in pluribus falsum est, quia malum potest accipi in rebus naturalibus, vel in voluntarijs, si in naturalibus constat, ꝙ malum accidit, vt in paucioribus, siue considerando quantum ad partes, vel supposita in quibus malum accidit, & in quibus non, siue quantum ad H eandem rem in qua malum accidit, & bonum.

De primo patet, quia malum naturę nō contingit, nisi in sphęra generabilium, & corruptibilium, quæ est paruę quantitatis respectu corporum cęlestium in quibus malum esse non potest, quia incorruptibilia sunt, & motus eorum non potest esse inordinatus, quia ipsa corpora semper habent se eodem modo.

De secundo patet, vt in naturalibus in quibus malū accidit, & tamē vt in paucioribus accidit, quia causę naturales consequuntur effectus suos, vt in maiori parte, & deficiunt in minori, & tamen defectus est malum naturale. Si autem consideretur de volūtarijs iterum sunt plura numero in quibus malum non accidit, quia in Angelis non accidit, & tamen plures I sunt Angeli manentes, quam cadentes, & forte plures, quam omnes damnati tam homines, quam dęmones, vt tenēt communiter doctores, sic dicit Sanctus Tomas 1.sen.di.39 articu.vltimo.

Si autem accipiatur in hominibus videtur malum accidere, vt in pluribus, quam bonum. Et ratio huius est prima propter corruptionē humanę naturę ꝑ peccatum originale, quam corruptionem Deus prætermisit, & non exclusit eam, sed præordinauit illam ad bonum, vt non subtraheret naturę suam libertatē, quia tunc periret ratio speciei.

Secunda causa fuit ex natura conditionis humanę, sicut enim in naturalibus inuenitur triplex gradus. Aliquid enim est, quod habet solum esse in actu, & K huic rei nullus defectus accidere potest; & sic sunt corpora cęlestia. Alia sunt quorum esse est solum in potētia, sicut materia prima, & tale ens semper habet defectum, nisi remoueatur per aliquod agens, quod reducat ipsum in actū. & est aliquid, quod habet actū admixtum priuatione, & istud propter actum, idest formam dirigentē in opere recte operatur, vt in maiori parte, deficit autem, vt minori. sicut autem est in rebus corruptibilibus, ita etiam est in intellectualibus. Est enim aliqua natura intellectualis, quæ est actus cōpletus sine admixtione alicuius priuationis, vel potētialitatis, & ex hoc non potest procedere aliquid, nisi rectum, vnde in hac natura malum esse non

F potest, & ita est de Deo in quo malum nō est. Est aūt alia natura intellectualis cui admiscetur potentia. & tamen ipsa res in natura sua habet aliquem actum dirigentem in opere, sicut est in Angelis, ideo talis natura deficit, vt raro in opere. In natura autem humana in parte intellectuali est pura potentia, loquēdo de perfectionibus, vel actibus secundis, quia licet ipsa anima actus, & forma sit, formas per quas intelligit, & vult non habet sibi innatas, sicut Angeli, qui nō mēdicant ab exterioribus formas per quas intelligant, sed innatę eis sunt, homini autem nihil innatum est, vnde si non mendicat formas per sensum, vel infunduntur sibi impossibile erit, quòd aliquid intelligat, vnde commentator 3. de anima, comparat intellectū possibilem humanum materię primę, & Aristo. ibidē

G cōparat tabulę rasę in qua nihil scriptum est, & ideo anima nostra in se considerata ęqualiter se habet, & indifferenter ad omnia intelligenda, vel facienda, cū nihil sit sibi naturale. & quia malum contingit multis modis, vt patet 2. Ethico. bonum autem solum vno modo, ideo vt in pluribus flectitur in malum, etiam propter diuersitatē partis spiritualis. & corporeę, quia homini, vt est animal contingit esse bonum aliquid, quod est bonum particulare, quia tamen est naturę rationalis debet tendere ad bonum simpliciter, ad quod retardatur ex inclinatione ad bonum particulare, si tamen anima hominis haberet aliquid sibi innatum, non impediretur ex inclinatione corporis, quia

H tamen nihil innatum habet, est homo agens imperfectum quātum ad omnes actiones suas, nisi in actionibus naturalibus, quæ non competunt ex parte rationis, quando autem homo habet perfectiones secūdas, quæ sunt habitus, & intellectus, & voluntatis, & cęterarum p[illegible] per istas determinatur ad vnū, & tunc non potest deficere, nisi vt raro, siue sint illę perfectiones acquisitę siue infusę, quia mouebunt iā per modum naturę. quæ est determinata ad vnum, ita apparet, quòd malum non accidit in rebus, vt in pluribus, sed in minori parte.

An Deus habeat prouidentiam de omnibus immediate, vel mediantibus alijs causis. Vbi ostenditur error Platonis, qui

I *posuit triplicem prouidentiam. Et quòd ad prouidentiam de rebus multa requiruntur. Et quòd intellectus diuinus non vilescit intelligendo singularia.*

Quæst. CXXV.

QVAERETVR cum Deus habeat prouidentiā de omnibus particularibus, vt ostensum est supra q. 124. an habeat de omnibus immediate prouidentiam, vel mediantibus alijs causis. Aliqui dicunt, ꝙ non per se, & immediate prouidet, sed mediantibus ministris, nam prouidentia Dei nō excludit operationem secundarum causarum, quęlibet tamen causa secunda intendit effectum suum deducere ad finem, quod ad prouidentiam pertinet, ergo mediante illa

K Deus prouidet. Item non est aliquid Deo subtrahendum, quod ad dignitatem pertineat, & tamen pertinet ad dignitatem principum non facere per se omnia, nec curam de omnibus agere, sed per alios, ergo etiam Deus per aliquos prouidebit rebus.

Item dicitur 12. Meta. ꝙ quædam melius est nescire, quā scire, vt vilia, & infima, sed omne melius esse in Deo est, ergo quędam erunt, quæ nesciet, & consequenter de illis non prouidebit saltem per se, sed per alios. Dicendum, quòd Deus prouidentiam habet de omnibus, & immediate. In hoc tamen antiqui errauerunt, sicut Plato, qui vt refert Grego. Nisenus posuit triplicem prouidentiam.

Prima est summi Dei, qui primo, & principaliter

prouidet proprijs.i.omnibus intellectualibus creaturis,& deinde toti mundo quantum ad genera, & species, & vniuersales causas, quę sunt corpora cęlestia.

Secunda est, qua prouidetur singulariter indiuiduis animalium,& plantarum, & omnium generabilium& corruptibilium, quantum ad eorum generationem,& corruptionem, & cęteras passiones, & accidentia ipsorum, hanc prouidentiam Plato attribuit dijs, qui cęlum circuerunt. Aristo.2.attribuit circulo obliquo, idest zodiaco 2.de genera. & corru.

Tertia prouidentia est rerum humanarum,scilicet quę ad vitam humanam pertinẽt,quam attribuit quibusdam dæmonibus circa terram existentibus, quos humanarum actionum custodes vocat, & dicit,ꝙ secunda, & tertia prouidentia dependent a prima,quia Deus summus statuit secundos, & tertios prouisores.

Ista positio consonat fidei aliquantulum, scilicet inquantum omnium rerum prouidentiã ponit, etiã quia reducit totam prouidentiam in Deum, discordat tamen a fide, quia subtrahit diuinę prouidentię omnia particularia subijciens secundę, & tertię prouidentiæ, & licet dicat dependere istas duas a prima prouidentia Dei,non intelligit,nisi ꝙ Deus statuit ꝓuisores,non tamen ꝙ ipse prouideat, & ideo etiã cognitionem particularium tollit a Deo. Veritas tñ est, ꝙ Deus cognoscit omnia particularia, sic dicitur Lucæ 12. quòd vnus de passeribus non est in obliuione coram patre vestro. Etiam habet prouidẽtiam de eis conferendo,vt finem suum consequantur,& non turbẽtur in ordine eis assignato ad finem consequendũ supra in litera, vnus ex his non cadet in terrã sine patre vestro,& supra 6.dr̃, ꝙ Deus pascit volatilia coeli, & vestit lilia agri, habet igitur de eis prouidentiam. Et dicendum,ꝙ habet per se,& immediate istã prouidentiam. Pro quo sciendum,quòd ad hoc,quòd sit de rebus prouidentia multa requiruntur.

Primo institutio ordinis.s.qualiter se habeat quælibet res ad aliam rem,& qualiter ad finem,& hęc vocatur dispositio. Deinde, ꝙ dentur rei ea,quæ conferunt sibi ad finem, vt adiuuetur ad consequendum illũ per ea,& vt non impediatur in ordine ei assignato,& excogitatio istorum vocatur proprie prouidentia. Deinde est necesse,ꝙ ista executioni tradant̃, quia aliàs nihil prodesset tota Dei excogitatio, Prima duo facit per se. Tertium autem facit per causas secundas, & istud vocatur gubernatio,quę est explicatio prouidentiæ. Et ratio huius est,quia prima duo possunt esse ęterna,quia sunt actus intellectus,& sic cõpetũt Deo cuius esse,& agere est in ęternitate. Tertium vero necessario est in tempore,& cũ successione, & hoc non conuenit Deo,sed p cãs secundas illud facit, vt dicet̃ seq.q.& hoc est mediate facere,prima autem duo immediate facit. Et patet hoc primo, quia in rebus humanis, qñ est aliquis superior prouisor ille per se excogitat de solis magnis qualiter ordinentur, minorũ vero ordinationem relinquit excogitandam alijs, & hoc est,quia ipse ignorat conditiones particularium, sicut legislator ponens legem multa relinquit arbitrio iudicis, eo ꝙ quando legem imponit non potest cognoscere differentias omnium particularium negociorum,quæ euenient,quia si sciret legem poneret ne postea dubitaretur,quomodo particularia reducerentur ad legem vniuersalem,sed non ponit,quia nescit, vel interdum si sciret non potest propter humanam occupationem, & temporis prolixitatem, ideo prouisor summus committit inferioribus, vt sic minus laboret. In Deo autem ignorantia non est,quia omnia etiam minima distincte cognoscit. Etiam intelligendo non laborat, quia eius intelligere est eius substantia,& vita. Etiam non requirit tempus ad in-

A telligendum, ideo nulla causa est, quare non prouideat per se de omnibus,cum omnia intelligat intelligendo se.

Item quando committitur a superiori prouisore inferioribus ordinare de aliquo ipsi per suã industriã ordinem excogitant, & non habent illam industriã, nec vsum eius a superiori prouisore,quia si ab illo haberent iam ordinatio non fieret per ipsos, sed per illum,& ipsi non essent prouisores, sed ordinis dati executores; industria tamen & sapientia, & omnis perfectio intellectus a Deo causatur, nec potest quis intelligere aliquid,nisi in virtute Dei. si ergo aliquod agens intellectuale excogitet aliquem ordinem in re-

B bus quem exequatur, non dicitur illa prouisio esse ab eo,sed a Deo in cuius virtute agit, ergo Deus erit ꝓuisor immediatus.

Item si Deus prouideret mediantibus causis secundis oporteret,ꝙ daret illis leges prouidendi,& illę, vel essent particulares,vel vniuersales. Si particulares iã causę secundæ nihil prouiderent, sed leges datas exequerentur,& ita essent executores, & nõ prouisores. Si essent leges vniuersales cum non possit vniuersale semper applicari bene ad particulare maxime in rebus mobilibus, quæ non semper se habent eodẽ modo, oporteret ꝙ interdum isti prouisores ordinarent de rebus vltra id quod esset in legibus datis sibi,& haberent iudicium super illas, quando oporteret agere

C secundum tenorem earum, & quando omittere illas,sicut est de epikeya, quæ iudicat de iusto legali.5. Ethico. c.13. & tamen in hoc casu cum esset dubium de lege,& oporteret eam interpretari, vel dispensari in illa non poterat fieri, nisi per condentem, ideo ad Deum recurreretur, & sic ipse iudicaret, & prouideret de particularibus.

Item ad hoc,vt teneatur ordo rectus in humanis rebus, superior prouisor iudicat de his, quæ ab inferioribus ordinãtur an recte se habeant, vel non. si ergo Deus iudicaret & prouideret per causas secundas, iudicaret rursus an recte ordinata erant, quæ per illas prouidebantur, & sic iam per seipsum de particularibus prouideret. Item si Deus per seipsum non prouideret circa particularia, aut hoc esset, quia nõ pos-

D set,vel quia eius dignitati non conueniret. s.quia vilesceret,vt quidam dicunt. Primum est falsum,quia cũ Deus omnia intelligat nulla est ei difficultas instituere eis ordinem quem voluerit. Secundum etiam falsum est,quia magis quis vilesceret operando circa aliquid,quã ordinando illud, Deus tñ circa omnia operatur,& non vilescit, minus ergo vilescet ordinando omnia, maxime quia prouidere est actus cõnis, q est aliquid perfectum,nec intellectus vilescere pt in actu suo,sed solum mẽdicando aliquid a rebus vilibus, sicut est in intellectu nostro,qui omnes species intelligibiles accipit ab extra, intellectus autem Dei nõ intelligit res per species rerum,sed per seipsum,& se intelligendo intelligit omnia, cum ergo non vilescat se

E intelligendo,nec vilescet intelligendo illa.

Item,quia tunc magis Deus vilesceret existẽdo cã rerum,q̃ intelligendo illas,quia magis conuenit agẽs cum effectu in conditionibus naturalibus, quam intelligens cum re intellecta, quia agens producit effectum dãdo ei totum esse naturale, in intelligente aũt & generaliter in qualibet potentia apprehendẽte nõ est res secundum esse naturale,sed secundum esse intelligibile,sicut albedo est in subiecto quantum ad eẽ naturale, in oculo autem non, sed solum quantum ad similitudinem,& multominus in intellectu, quia aliàs albedo in intellectu disgregaret, & redderet intellectum formaliter albũ, quæ duo in niue facit, sed neutrum facit in intellectu,nec in oculo.

Item

Item etiam, si Deus acciperet species a rebus, licet hoc præsupponeret quandam imperfectionem, scilicet quia illas mendicabat, tamen ipsę ab eo susceptę non vilificarent intellectum eius, quia res aliqua dicitur esse vilis propter impuritatem suam materialem, quæ est conditio competens sibi in esse naturali, sed cum transfertur ad intellectum non transit cum cōditionibus istis, eo ꝙ non transit quantum ad esse naturale, sed solum quantum ad intelligibile, vt dictum est supra de albedine, iō nō vilificat res intellecta intelligentem, sed perficit cum suscipiatur ibi secundum conditiones nobiles, & ob hoc dicitur, ꝙ homo non vilescit intelligendo vilia, sed volendo vilia, scilicet quia intelligens suscipit rem solum secundum esse nobile, volens autem non suscipit, sed mouetur ad rē in seipsa, & in suo esse naturali habentē quandam turpitudinem, aut vilitatem: considerata dignitate humana vilescit necessario volens rem vilem, quia fertur in illam, & vult frui ea secundum illud esse, apparet igitur, ꝙ non vilescit diuinus intellectus intelligendo singularia, ideo nihil obstat quin Deus habeat prouidentiam immediate de particularibus, & ita dicendum est, ꝙ illam habet.

Ad primum dicendum, ꝙ quodlibet agens intendit deducere effectum suū ad finem, & deducit, nisi impediatur, hoc tamen non est prouidere, sed prouidentiam exequi, quod vocatur gubernare, prouidentia tamen iam est secundum quam causę secūdę mouentur operando.

Ad secundum dicendum, ꝙ pertinet ad dignitatē principum habere ministros ad exequendum omnia opera eorum, non tamen oportet, ꝙ habeant ministros ad prouidendum, sed potius ipsi ordinem ponūt nisi in eis in quibus ipsi, vel nesciunt, vel non possunt, quia indignitatis esset per ministros prouidere, & eēt maxime indignitatis, qui nihil per se ordinaret, nec etiam de statu personę suę, & tamen iste esset vilissimus seruus, qui nihil ageret, sed ageretur, ita autem in Deo est, quia executionem ordinis ipse non facit, sed ministris committit. ordinationem autē per se facit, quia hoc maxime dignitatis est per se posse de omnibus prouidere.

Ad tertium dicendum, ꝙ scire, nunquam in se est malum cum sit de summis perfectionibus, nobis tamen interdum scire quædam est malum per accidēs, scilicet vt vel, quia vilescimus, vt cōsiderando de quibusdam, quę incitant nos ad peccandum, per quod quisque vilis redditur, vel quia impedimur, sicut cum aliquando occupamur in consideratione rerum paruarum, impedimur considerare de altissimis in quibus efficeremur sapientes, ablatis autē his intelligere quęcunque semper erit bonum, sed in Deo neutrum est, quia nec potest malus fieri aliquid cogitando, nec impediri a consideratione meliorum, cum intelligere Dei vnicum sit quo seipsum intelligendo omnia intelligit, ideo melius est in eo intelligere, quam non intelligere.

An executio prouidentiæ fiat a Deo per se, & immediate, vel mediantibus alijs. Et quòd ordo tanto est perfectior quanto ad minima magis descendit. Et quidquid fit in vniuerso a Deo est prouisum. Et quòd omnis virtus operatiua exequitur prouidentiam Dei. Et in quo Angeli differant inter se Et quòd nihil est in vniuerso, per quod non fiat exequutio diuinæ prouidentiæ, nisi ipsa materia prima.

Quæst. CXXVI.

QVAERETVR de gubernatione rerum, quę est executio prouidentię. i. explicatio eius per tempora, vt dicit Boetius, an fiat a Deo p se, & immediate, vel mediantibus alijs. Dicendum, ꝙ ad hoc, ꝙ prouidentia in rebus sit oportet esse ipsarum ordinationem, & ordinationis executionem. Primum pertinet ad intellectum, quia sapientis est ordinare. Secundum vero ad virtutem operatiuam, habent autem se ista ę contrario, quia in ordinatione tanto est ipse ordo perfectior quantomagis descendit ad minima, quia tunc nihil relinquetur inordinatum, quod tamen accideret si daretur ordo vniuersalis. Etiam quia perfectior est intellectus, qui scit descendere ab vniuersali vsque ad minima, quā qui scit in vniuersali, & hoc in moralibus, vbi sermones vniuersales inanes sunt 2. Ethicorum: ordinare autem ad moralia pertinet cum in G operatione sit, vel ad artem, & in vtroque descendit ad particulare. In operatione autem est econtrario, quia operari in minimis pertinet ad potentiam infimam, exequi autem circa maxima pertinet ad potētiam altissimam, in Deo autem est virtus intelligendi perfectissima, & potentia ad operandū maxima, ideo constituere ordinem perfectissimum, qui est de minimis, & indiuiduis pertinet ad Deum, nam omniū rerum vsque ad indiuidua minima, & eorum accidētia Deus habet curam & per se, & immediate facit, vt ostensum est pręcedenti q. operatio etiam perfectissima. s. maximarum rerum Deo conuenit, & ita sunt aliqua opera, quę ipse solus facere potest, vt creare sęculum, suscitare mortuos, & generaliter quodlibet H miraculum, nā hæc per nullam aliam virtutem fieri possunt. Alia opera sunt minoris potestatis, & illa per ministros exequitur secundum proportionem virtutis eorum quibuslibet committens ea, quæ non excedunt potestatem ipsorum, ita vt minima opera cōpetant minimę virtuti. Item prouidentia Dei nō tollit operationem causarum secundarum, & tamē omnia, quę fiunt per secundas causas sub prouidentia cadunt, ergo Deus non exequitur per se quidquid per se prouidit, alioquin sequeretur, ꝙ nullum esset agens in toto vniuerso, nisi Deus, & omnes operationes ꝓcederent ab eo immediate, nam si ęqualiter se haberent prouidentia, & gubernatio, cum Deus immediate, & per se omnia prouiderit, ita immediate, & per se omnia exequeretur, & quia quidquid in vniuerso fit I a Deo prouisum est, vt ostensum est præcedēti quęst. quidquid in vniuerso fieret ab ipso immediate fieret, & tūc, nec ignis calefaceret, nec homo gigneret hominem, sed omnia hæc per se Deus faceret, sicut per se prouidit. Quo dato sequeretur maximum incōueniens, scilicet ꝙ non esset iste status vniuersi, qui est, nam nunc sunt diuersa agentia, & cum esset vnicum agens etiam actiones inter se nō differrent in modo, nec in virtute licet differrent res factę, quia quęlibet esset diuina operatio, & vna non excederet aliā, sicut creare hominem, & equum licet res creatę differant creatio nō differt. Item tolleretur successio, & motus de operationibus, quia operatio procedens a virtute finita est successiua, quia non potest dispositionē faK cere, & introducere formam, virtus autem infinita in instanti operatur, vt patet in creatione, nulla ergo est successio, nec motus in operationibus. Item oporteret tunc, ꝙ daretur, quasi totum vniuersum superuacuum, vel periret, quod patet, quia fere omnes partes vniuersi habent aliquam virtutem operatiuam, si autem per illam aliquid operarentur, iam non exequeretur Deus per se quidquid prouidit per se, si autem nihil operarent̄ esset tota virtus operatiua in vniuerso superuacua, & sic fere totum vniuersum superuacuū, vel si non deberet esse superuacuū, oporteret, quòd tota virtus operatiua esse desineret, & hoc erat perire vniuersum. Item tolleretur rebus propria natura, quia naturalę est homini intelligere, & velle, si tamē Deus

per

per se exequeretur omnia prouisa nõ intelligeret homo, nec vellet cum ista sint prouisa, sed Deus hoc faceret, ideo necesse fuit, ꝙ gubernatio, quæ est executio prouidentię non fieret immediate per Deum, sed per causas secundas. Item hoc repugnaret diuinæ dignitati, quia pertinet ad magnum principem multos habere ministros, sed nulla est dignitas maior quam Dei, ideo necesse est, ꝙ habeat diuersos ministros, qui secundum diuersos gradus exequantur voluntatem eius, & istę sunt virtutes executiuæ, ita dicitur Psalm. 102. benedicite dominum omnes virtutes eius, ministri eius qui facitis voluntatem eius, & Psal. 148. dicitur ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarũ, quæ faciunt verbum eius.

Dicendum autem, ꝙ executio diuinæ prouidentiæ generaliter fit per omnia, quæ habent virtutem operatiuam in vniuerso. Quod patet, quia omnis virtus operatiua operatur, cum nihil maneat ociosum, & tamen omnis operatio est ad aliquem finem, & est prouisa a Deo, ergo omnis virtus operatiua exequitur prouidentiam Dei, & hoc est in tota naturę concatenatione, quia ab infimis vsque ad summa nihil est, quod non exequatur aliquid a Deo prouisum.

De summis patet, sunt enim intelligentię. i. Angeli altissimæ creaturæ, & sunt executores prouidentiæ, & quantum ad hoc dicuntur ministri Dei. Psal. 103. & ad Hebr. 1. s. qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem, sed minister est, qui exequitur id quod prouisum est per dominum, ideo ipsi executores sunt diuinæ prouidentiæ.

Et ad istos maxime pertinet executio ꝓpter duo. Primo propter magnitudinem virtutis operatiuę, nã nullum ens est tantæ potestatis, sicut Angelus, cum etiam dæmones excedãt omnia naturalia in potestate. Iob 41. non est potestas super terram, quæ comparetur ei. i. Angelo, vel dæmoni, ideo ad plura prouisa exequenda se extendet virtus Angeli, quam cuiuslibet alterius entis.

Secundo propter intellectum, quia quantum ad illum participat Angelus rationem prouidentiæ. s. vt non solum possit exequi, quod a Deo prouisum est, sed etiam intelligat ordinem diuinę prouidentię, & ideo tanto melius potent exequi, quam entia, quę nõ intelligunt. s. quia minus errabit in opere, etiam quia quædam sunt quorum executio non potest fieri, nisi per substantiam intelligentem, sicut notificare diuinam voluntatem, & ista executio specialiter pertinet ad Angelos, & ab ea nomen acceperunt, vt Angeli. i. nuncij dicerentur. s. quia diuinam voluntatem annunciant. Hoc etiam quibusdam hominibus competit q. Prophetæ dicuntur, & tamen istis, vt in plurimum ꝑ Angelos competit. s. quia Angeli reuelant eis secreta cęlestia: pręcipui ergo executores prouidentiæ sunt Angeli, inter ipsos quoque differentia est, quia per quosdam explentur in alijs, quæ Deus prouidit, nam quidam eorum abundantius diuinam perfectionem participant, quia Deus communicat se singulis rebus secundum conditionem naturę earum, & quia quidã eorum sunt natura excellentiores capiunt abundantius diuina dona, tam sapientię, quam virtutis operatiuę, & isti in inferiores agunt, & hoc est, quod dicit Dionysius, ꝙ Hierarchię superiores purgant ꝑficiunt & illuminant inferiores. De minoribus entibus patet, quia nullum ens in toto vniuerso destituitur a virtute operatiua, nisi materia prima, quæ non est ens in actu, sed in potentia, nam cætera entia aut sunt formę simplices, vt intelligentiæ de quibus dictum est, aut res habẽtes formam, sicut omnia composita, & quia operatio est ex forma, competet omni enti operatio, nisi materię primę, quæ nec est forma, nec habet for-

A mam, sed vt sic in potentia est ad formam, & ita nihil est in vniuerso per quod non fiat executio prouidentiæ, nisi ipsa materia prima, & quantum ad hoc dicũtur omnia ministrare Deo faciendo, quod ipse vult. De summis patet, quia dr̃, benedicite dñm omnes virtutes eius, & ministri eius, quod de Angelis maxime dr̃. De minimis patet, quia dicitur ignis, grando, &c. quæ faciunt verbum eius, & tamen ista sunt de minimis entibus, cum ignis sit purum elementum, & grãdo, nix, glacies sint entia metheorologica, & ideo imperfecta in specie, quia inter metheorologica nihil est perfectum in specie, nisi pluuia. de omnibus ergo intermedijs a fortiori intelligetur. ꝙ faciunt voluntatem
B Dei. i. exequuntur id, quod Deus ordinauit, ita quidquid est in vniuerso est minister diuinę prouidẽtię, sic. n. dicit Boetius, ꝙ prouidentia explicatur ꝑ angelos, aut per dęmones, vel per animam, aut tota inseruiente natura.

An prouidentia Dei importat necessitatem rebus. Et quod per se diuiditur ens in necessarium, & contingens. item quod prouidentia Dei non tollit liberi arbitrij libertatem, nec tollit casum, & fortunam a rebus. Et in quibus sit casus, & fortuna & quid casus. Et secundum diuersos gradus entium est causarum diuersitas, item quod prouidentia duo solum agit ad rem ipsam. Et quid æternitas. Quæst. CXXVII.

C QVAERATVR an prouidentia Dei importat rebus necessitatem.

Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia omne quod habet causam in pręsenti, vel in pręterito ad quam necessario sequitur effectus est necessarium, 6. Metap. omnia tamen prouisa sunt huiusmodi, quia prouidentia est eis causa essendi, & tamen si aliquid prouisum est, necesse est euenire, quia alias frustraretur prouidere, ergo omnia sunt ex necessitate.

Dicendum, ꝙ multis fuit hęc causa errandi, aliqui enim nescientes, quomodo stare posset cum certitudine prouidentiæ contingentiam rerum, dixerũt non esse prouidentiam saltem in humanis rebus, quæ ex libertate fiunt, & ita voluit Tullius in lib. de Diuina-
D tione, siue de fato. Alij autem volentes prouidẽtiam a rebus subtrahere dixerunt omnia ex necessitate cõtingere secundum quendam ordinem ineuitabilem qui est in rebus, & ista fuit positio stoicorum.

Sed dicendum, ꝙ ad prouidentiam Dei non pertinet rebus prouisis necessitatem imponere, vnde non tollit a rebus contingentiam, nec arbitrij libertatem, nec casum, & fortunam: nam diuina prouidentia nõ excludit operationem causarum secundarum, immo per illas expletur, vt ostensum est præced. q. & tamen si imponeret rebus necessitatem, tolleret oẽs causas secundas, nam a causa proxima dr̃ effectus necessari⁹, vel contingens, & non a causa remota, nam sol & hõ generant hominem. 2. Physi. sol autem ex necessitate agit, & tñ homo non necessario gignitur. s. quia vir-
E tus generatiua hoĩs impediri potest. si autem prouidẽtia Dei redderet omnia prouisa necessaria, mutaretur natura rerũ, quia oporteret omnia agẽtia proxima ex necessitate agere, & impediri nõ posse, multa tñ sunt, quæ impediri possunt ne agant, ergo prouidentia nõ imponit necessitatem. Item ad prouidentiam Dei ꝑtinet conseruare vniuersum in sua perfectione, est autem perfectio eius integritas quędam, inquantum reperiuntur in eo omnes gradus entitatis, qui possibiles sunt, & tñ ens diuiditur per necessarium, & cõtingẽs, & est ista diuisio entis per se. si ergo diuina prouidentia auferret cõtingentia tolleret hos gradus entitatis, constat. n. ꝙ multa in natura sua non sunt necessaria, quia impediri pñt, si ergo ex necessitate euenirẽt ꝑ

pro-

prouidentiam iam mutaretur natura rerum, & solū manerent necessaria in vniuerso, & tollerentur omnia contingentia, multi tamen sunt gradus entitatis in quibus contingentia est, quibus ablatis magna pars vniuersi deficeret.

Item omne necessarium est semper, nullum autem corruptibile est semper, si ergo diuina prouidentia faceret, ꝙ omnia essent necessaria, auferret de rebus omne generabile, & corruptibile, & consequēter auferretur omnis motus, quia in omni motu est generatio, & corruptio, cum aliquid ibi esse incipiat, & aliquid esse desinat, nam fit continua acquisitio, & deperditio per motum. Item sequeretur multa esse superflua in vniuerso, quia entis necessarij est ex necessitate esse, vel agere, contingentis autem agere, & esse contingenter, si ergo nihil maneret contingens, sed omnia necessario euenirent propter prouidentiam, omne ens, quod ex natura sua est contingens, esset superuacuum, quia nunquam ageret, nec esset contingenter, sed reduceretur ad agere, & esse ex necessitate propter prouidentiam.

De libertate arbitrij patet, quia prouidentia conseruat in rebus prouisis perfectionem, & nō destruit. sed conseruat contingentiam, idest non excludit eam a rebus inanimatis, & naturalibus, ergo a fortiori nō excludet illam ab intellectualibus in quibus libertatem arbitrij ponimus, nam in rebus inanimatis contingentia prouenit ex defectu, & imperfectione, nam secundum naturam sunt determinata ad vnum effectum, & illū semper consequitur nisi sit impedimētum ex debilitate virtutis, quæ non sufficit illum producere, vel ab aliquo prohibente agere, vel ex materię indispositione, & ideo causę naturales non sunt ad vtrumlibet, sed vt frequenter producunt effectum suum vno modo, & deficiunt raro. Quòd autē voluntas sit causa contingens nō prouenit ex imperfectione, sed potius ex magna perfectione naturę suę, scilicet quia ipsa non est virtus limitata ad vnum, sed habet se ad opposita, quia potest in quocunque, determinatio autem possibile ad vnum prouenit ex imperfectione, nam perfectior esset ignis si posset calefacere, & frigefacere, & humectare, q̄ ꝙ solum possit calefacere, hoc enim est ignem determinatum esse ad calefaciendum, s. ꝙ hoc possit, & nihil aliud possit. intellectus autem, quia est virtus perfecta non determinatur ad vnum genus entis, sicut sensus, sed ad omne ens se habet, ita autem voluntas non est determinata ad vnum genus rei, sed in omnia potest, & hoc est esse contingentiam in actibus voluntatis, idest libertatem. s. ꝙ non sit voluntas determinata ad hoc solū volendum, sed ꝙ possit hoc, & quodcunque aliud velle. Libertas ergo voluntatis ex magna perfectione prouenit, quæ tamen tollerē si prouidentia auferret libertatem, quia iam voluntas esset determinata ad vnum, sicut naturalia, ergo non aufert prouidentia libertatem. Item ad prouidentiam pertinet rebus vti secundum conditionem naturę suę, quia aliàs frustra essent conditę si modus naturę earum ad nihil esset, etiam quia per prouidentiam conferuntur rei adiutoria ad finem, & ne impediatē in ordine sibi assignato perueniendi in finem, & tamen finis rei est secundum conditionē naturę eius, idō de natura prouidentię est vti rebus secundū modū naturę ipsarū, modus autē agendi cuiuslibet rei consequitur formam eius, quia forma est principium actionis, sed forma, per q̄ agit voluntatium agens non est determinata, ergo prouidentia non determinabit voluntatē ad aliquid, patet hoc, quia voluntas agit per formam. i. speciem appræhensam ab intellectu, nam ipsa non est vis appræhēsiua, sed bonū appręhensum p intellectū mouet vo-

F luntatem, quia est obiectum eius, intellectus aūt non habet vnam formā determinatam, quia nulla forma intelligibilis est innata intellectui, sed est tanq̄ tabula rasa, vt dicitur 3. de anima, recipit aūt indifferēter oēs species a sensu, & cum non sit determinatus naturaliter ad aliq̄ formā rerum, quia nulla est sibi innata, iudicabit aliqñ bonum per vnā, & aliqñ per alteram, & quia voluntas sequitur iudiciū intellectus de bono, & malo, necesse est, ꝙ sit indifferens ad hoc, vel illud volendū, sicut intellectus est indeterminatus ad iudicādum hoc, vel illud esse bonum. Item prouidētia multiplicat bona in rebus prouisis, & tollit illa, per quæ impedirentur bona, & tñ libertas voluntatis si tollatē

G erunt multa bona sublata, quia tolletur laus virtutis humanę, quæ non esset si homo libere nō ageret, tolleretur etiam meritum, & præmium, & demeritū, & pęna, quia iam nemo iuste puniretur si malū euitare non posset, nemo ēt iuste beatificaretur si bonum ex necessitate ageret. Tollerentur ēt consilia, quia inutile erat consiliari de eo, quod nō posset euitari, & ita fere omnis humana actio tolleretē, quod esset humanam naturam destruere, non ergo tollit prouidentia libertatem, sed relinquit hominem liberū Ecclesiastici 15. ab initio cōstituit Deus hominem, & reliquit eum in manu cōsilij sui, apposuit tibi aquam, & ignē, ad quod volueris porrige manum tuam, ante homi-

H nem vita, & mors, bonum, & malum, quod placuerit ei dabitur illi. De casu etiam, & fortuna patet, ꝙ non tollantur per prouidētiam. Est enim casus, & fortuna in eis, quæ propter alterum agunt. i. propter finem 2. Phi. quando non sic euenit, sicut cogitatum est, vel ab agente intentum. Vnde dicitur, ꝙ casus est inopinatus rei euentus, hęc enim non tolluntur per prouidētiam, quia illa non tollit multitudinem causarū secūdarum, vt dictum est, existentibus autem eis, & agentibus necesse est interdum concurrere in actu, & ex concursu mutuo se impediūt, vel se adiuuant, & vtroque modo est casus, nam si se adiuuent erit effectus perfectior, quam aliàs fieret a qualibet causa per se, & quia intentio agentis est producere effectum perfe-

I ctum secundum conditionem virtutis suę. quidquid superadditur ad casum pertinet, quia non erat intentum, & si se impediāt erit defectus in opere, & iste ēt est casus, quia defectus non est intentus ab agente, cū agens intendat producere effectū perfectū secundū virtutē suā, & generaliter oīs concursus causarū facit necessario casum, sed prouidentia vult diuersitatē causarū, ergo non excludit casum, & fortunā, sed potius illa vult. Item pertinet ad perfectionem vniuersi casus, & fortuna, sicut enim se habet res ad esse, ita se habet ad hoc, ꝙ sit causa, ideo secundū diuersos gradus entium est diuersitas causatum, ad perfectionem rerum requiritur, quòd sint quædam entia per se, & quædam per accidens, res enim, quę non habent in sua natura, idest substātia vltimam perfectionē opor-

K tet, ꝙ habeant perfectionem aliquam per accidentia, & hoc est, ꝙ sit ens per accidens, & tanto plura accidentia requiruntur ad perfectionem alicuius quanto minus de perfectione in sua natura habet, ita igitur, sicut subiectum, & accidens, vel subiectum, & multa accidentia eius sunt vnū ens per accidens, ita oportet esse causas aliquas per accidens, sed quidquid prouenit a causa per accidens dicitur a casu, vel fortuna, ergo ad rerum perfectionem pertinet, ꝙ sit casus, & fortuna, & ita non tollunē per prouidentiā, & manēt in rebus necessitas, & cōtingentia, & arbitrij libertas, & casus, & fortuna, nihilque horum tollitur per prouidentiam, cum hæc pertineant ad integritatem vniuersi, & decorē eius, sunt tñ omnia hæc prouisa: prouidentia tñ non dat nouam naturam rei, sed conseruat

eam

A eam in illa, quia prouidentia duo solum agit, scilicet disponit ea, per quæ res deducantur ad finem, & adiuuetur ad peruenieudum, & disponit quo tollantur ea, quæ impediunt ordinem perueniendi, prouidentia, ergo naturam non dat rei, sed præsupponit eã, & modum naturę, quia hęc sunt per creationem, etiam finem, & ordinem nõ constituit, sed præsupponit, quia hęc pertinent ad dispositionem, ideo non aufert ista, quia tunc destrueret, quæ egit, sed potius prouidẽtia est ad hoc solum, ꝙ res secundũ naturam suã, & modum suũ per ordinem datum perueniat ad finem sibi institutum, & hoc dando ad perueniendum conferẽtia, & auferendo impedimenta, & ita prouidentia dirigit res, vt necessaria necessario in finem suum perueniant, & casualia casualiter, & libera libere, contingentia vero contingenter. B Ad argumentum solet dici, ꝙ si aliquid puisum necessario fiet, non tñ imponitẽ necessitas rei prouisę, quia gubernat Deus res secundum conditiones earum, vt dictum est. Sed dicendũ, ꝙ hoc non sufficit, quia ista necessitas consequentię facit necessitatem consequentis, quia ita est, ꝙ omnes res prouisę sunt, cum nihil sit extra Dei prouidentiã, & quidquid prouisum est per prouidẽtiam determinatum est, cum ipsa sit certa diffinitio rerum, ita ergo est, ꝙ Deus prouidit de homine, qñ moreretẽ, & qualiter, & vbi, alioquin esset istud extra prouidẽtiam, & tũc assignato die illo, & loco, & modo quibus homo moriturus est, quę vocentur. b. C quæritur an necesse est, ꝙ homo moriatur in. b. vel non, si necesse est, ecce prouidentia imponit necessitatem, si non est necesse poterit mori extra. b. & tamen Deus pręuidit eũ moriturum in. b. ergo frustratur diuina prouidẽtia, & præuidentia. Dicendũ, ꝙ nõ est possibile euitari argumẽtum istud supposito casu, quia si prouidẽtia Dei tempore præcedat res pręuisas necesse est, ꝙ illis imponat necessitatem, vel ꝙ ipsa frustretur interdum, aut saltẽ frustrari posset, & vtrunque est inconueniens, sed tollitur inconueniens, quia prouidentia non præcedit tempore res prouisas, nec præcedere potest, est enim prouidentia ipsa Dei per respectum ad creaturas, vt cadunt sub ordine, scientia autem Dei est ipsa eius substantia, sed substantia eius est in ęternitate, ideo D prouidentia ęternitate mensuratur. Est autem ęternitas mensura rei viuentis habentis semper esse, & illud totum simul, cui nec aduenit pars, nec transijt, & ideo ęternitas non includit tempus, nec includitur a tempore, tanquam vnum sit pars alterius, sed cuilibet instanti assignato in tempore coexistit tota ęternitas, & ideo, quod in ęternitate est non fuit ante illud instans, idest non habet aliquam partem sui esse ante illud instans, nec erit post illud, sed coexistit illi instãti quãtũ ad totum suũ esse, licet non est in illo instanti, quia illud est instans temporis, & quantũ ad hoc quodlibet ęternum est præsens cuicũque rei, & non est ante illã, nec post illã, & ita prouidentia nõ præcedit tempore res prouisas, nec subsequitur, sed coexistit eis, & tunc E verum est, ꝙ omne prouisum infallibiliter euenit, & non põt mutari, & tñ non est verum de aliqua re prouisa antequam fiat, ꝙ illa necessario euentura sit propter prouidentiã, quia ad hoc oportebat, ꝙ puidẽtia de re esset, anteq̃ res esset, & tũc verũ esset, ꝙ necessitatẽ imponeret, vel ipsa posset frustrari, & tñ qa coexistit rei prouisę non põt ei dare necessitatem, nisi qñ res est, & tñ in pręsenti quęlibet res de seipsa habet necessitatem, quia omne, quod est dum est necesse est esse, nullam ergo necessitatem imponit prouidentia rebus, nisi quantum ipsę ex natura sua habent, & hoc non fit, nisi quia non præcedit eas tempore, siquis autem concedat prouidentiam esse ante rem prouisam impossibile est, ꝙ euitet inconueniens.

A *An numerus capillorum Deo sit cognitus, & ad quid hoc dicatur. Quæst. CXXVIII.*

QVAERITVR quia dicitur hic omnes capilli capitis vestri numerati sunt, an verum sit, & ad quid dicitur.

Dicendum, ꝙ capilli vestri numerati sunt, idest sub certo numero positi, quia Deus constituit omnia in numero pondere, & mensura. Sapientię 12. etiã sunt numerati, idest eorum numerus est a Deo cognitus, nam non solum rerum existentium, quę finitę sunt ex eo, ꝙ in actu sunt, sed etiam nõ existentium numeros, & omnes species numerorum possibiles Deus B nouit, non tamen dicitur, ꝙ sint numerati. i. ꝙ Deus illos computauerit, nihil enim Deus computat, sic dicit Chrysosto. hoc dixit non, ꝙ pilos Deus numerat, &c. & Augu. dicit denique numerus capillorum non in actu computationis, sed in facilitate cognitionis accipitur. Ad secundum dicendum, ꝙ hoc dicitur ad significandum solicitudinem Dei erga nos, quia nihil nostrum perire permittit, nec etiam capillos, qui nullius valoris sunt, & dicit eos esse numeratos, quia ea quę solicite custodire volumus numeramus, sic dicit Hiero. ꝙ ait vestri capilli capitis, &c. immensam Dei erga homines prouidentiam, & ineffabilem significat affectum, ꝙ nihil nostrorum Deum lateat, & Hilarius dicit, in numerum enim aliquid colligi diligen-C tię est, & Augu. ait bene capilli numerati esse dicuntur, quia ea quę volumus seruare numeramus.

Considerandũ, ꝙ in hoc loco aliqui hęretici, qui resurrectionem deridebant arguũt dictum istud, quasi Christus velit dicere, ꝙ capilli nostri omnes manebũt in resurrectione, quod videtur deforme propter eorum multitudinem, & prolixitatem, sed Christus hoc non dicit, sic dicit Hieron. derident in hoc loco, qui carnis resurrectionem negant, quasi nos capillos, qui numerati sunt, & a tõsore decisi omnes dicamus resurgere, cum saluator nõ dixerit, vestri capilli omnes saluandi sunt, sed numerati sunt, vbi numerus est, scientia numeri demonstratur non eiusdem numeri conseruatio. De hoc tamen est dubium an omnes ca-D pilli nostri nobiscum in resurrectione futuri sunt, & videtur, ꝙ Christus hoc voluerit, quia Luc. 21. dixit, capillus de capite vestro non peribit.

Dici potest, ꝙ non dicitur illud ad significandum, ꝙ nullus capillus peribit, sed ad ostendendum, ꝙ nulla pars nostra etiam minima peribit, sicut hic dixit capillos capitis numeratos ad signandum magnam solicitudinem Dei de nobis. Aliter potest dici, ꝙ etiam veri capilli de capite non peribunt, sed quidquid fuit aliquando de veritate naturę humanę redibit ad corpus hominis, vt de illo rursus formetur corpus, non tamen oportet, ꝙ sit in eodem loco in quo prius fuit, vt Augu. dixit ponens exemplum de vase recenter facto si reducatur in massam, & iterum de eadẽ massa E tota fiat vas eiusdem figurę, quia quidquid fuit prius in vase est nũc, sed aliquid fuit prius in lateribus quod nunc est in vase, vel in orificio, vel in ansa, & ita capilli omnes decisi a tonsore erunt in massa de qua formatur corpus, non tamen erunt capilli, qui prius fuerant capilli, sed in alijs partibus corporis cedent illę partes materię, sed veritas huius tangetur infra 22. ca.

Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum corã patre meo, qui in cęlis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eũ coram patre meo, qui in cœlis est. Nolite arbitrari, Marco 8. Luc. 9. cap. & 12.

bitrari, quia venerim pacem mittere in terram. (Luc. 12) Non veni pacem mittere, sed gladiũ. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & (Luc. 14) inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem, aut matrem plusquam me: non est me dignus. Et qui amat filium, aut filiam super me: non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me: (Marco 8. infra 16. Luc. 9. 17 Mar. 9 Luc. 10 Io. 13. 14. infra 18. Mat. 9) non est me dignus. Qui inuenit animã suã perdet illam, & qui perdiderit animam suã propter me inueniet eam. Qui recipit vos me recipit, & qui me recipit, recipit eum, q me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedẽ iusti accipiet. Et quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

Omnis ergo. Ostenso supra, ꝙ Apostoli debent tribulationes sustinere constanter, hic hortatur eos nomen eius confiteri confidenter, & dicitur, *Omnis ergo, qui confitebitur me.* i. asseret me esse Deum, & redẽptorem mundi. *Coram hominibus.* Scilicet prædicando illis hoc, vel quando fuerit ab eo quæsitum ante reges, & præsides, sicut dicitur supra in litera. *Confitebor, & ego eum.* Reddit vicissitudinem, quasi dicat, nemo putet, quòd inutiliter me confiteatur, quia pro hac confessione ego retribuam aliam, nam confitebor eum, idest laudabo. *Coram patre meo, qui in cælis est.* Idest coram Deo, sed Luc. duodecimo, dicitur coram Angelis Dei, & idem est, quia qui confitetur coram Deo confitetur coram Angelis, eo quòd Angeli assistunt semper Deo. Daniel. 7. millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei, & Tobiæ 12. dicitur ego sum Raphael Angelus vnus ex septem q astamus ante dominum. *Qui autem negauerit me coram hominibus.* i. dicendo me non esse Deum, vel quod nõ crediderit in me. *Negabo, & ego eum.* i. dicendo, quòd non est seruus meus, vel ꝙ non noui eum. *Coram patre meo.* i. in die iudicii, quando nobis erit necessaria confessio Christi ad salutem.

An ista Christi confessio coram hominibus sit necessaria, & quando. Et quod confessio fidei semper est meritoria. Et nulla est dignitas maior, quam christianum esse, & in Christum credere. *Quæst.* CXXIX.

QVAERETVR de ista confessione de qua Christus hic loquitur an sit necessaria, & quõ. Dicendum, ꝙ non loquitur de confessione sacramentali, quæ est confessio peccatorum, sed de confessione fidei qua ore profitemur id, quod credimus. Et patet, quia dr̃ qui confitebitur me, & nõ dixit qui confitebitur. Etiam, quia dicitur coram hominibus, confessio tñ sacramentalis non fit coram hominib', sed in occulto. De ista autem confessione fidei dicendum, ꝙ semper est meritoria, nam quandocunque

F confitemur fidem laudamus per hoc Deum, iõ sicut orare est actus meritorius, ita & confiteri fidem, quia orare licet cedat in honorem Dei, inquantum minimus, ꝙ ipse potest dare, quæ petimus, tamen est præcipue propter nos, quia desideramus obtinere, quod petimus, cõfessio autem fidei est solum ad honorem Dei, tum quia omnia, quæ confitemur dicunt quandam Dei magnitudinem, & sic sunt laudes eius, tum quia non dicimus illa propter nos cum nihil ibi petamus, sed propter Deum, & ideo siue sine persecutione, siue in illa Christum confitemur. i. fidem Christi semper est meritorium. An tamen sit necessaria aliquando ista confessio est dicendum, ꝙ aut est hō
G mo in persecutione, aut extra illam. Si in persecutione, aut petitur ab eo, ꝙ profiteatur quid de Christo credit, aut nihil petitur. Si petitur peccat mortaliter si non confitetur Christum dicens se esse Christianum, & Christum esse Deum, nam taciturnitas in hoc casu tolleret honorem Christo debitũ, quia per hoc ingerit alijs opinionem, quia ipse nõ sit Christianus, vel saltem, quòd fides sit ita den sibilis, quod erubescat illam confiteri, nam sicut negare Christũ esset semper peccatum mortale, ita si quis erubescẽs non confiteatur illum mortaliter peccat, sic Christus dixit, qui erubuerit me, & sermones meos, hunc filius hominis erubescet in conspectu Dei, & sanctorum Angelorum. Lucæ nono. Si autem non interro-
H gatur, non tenetur confiteri, quia nemo tenetur se ingerere ad martyrium, quod tamen si facit, qui in persecutione fidei non interrogatus Christum publice cõfitetur, est tamen magni meriti, & supererogationis Christum sic confiteri, & ita zelo fidei multi martyres ad confessionem se ingesserunt. Si autem sit extra persecutionem, aut interrogatur quis an sit Christianus, vel quid credit, vel non interrogatur. Si interrogatur semper tenetur confiteri, nisi derisione, vel iocose quæratur, quia in rebus sacris non est iocose procedendum, quoniam petit eorum auctoritas, & dignitas conculcatur. si tamen non iocose petatur, a quocunque petatur confiteri tenemur, quia alias videmur erubescere confiteri Christum, quasi paruum aliquid hoc sit, & tamen nulla maior dignitas nobis
I esse potest, quam christianos esse, & in Christum credere. sic enim dicit Augustinus, & refert illud Bernardus in speculo virginum, scilicet fœlicior Maria fuit recipiendo fidem Christi, quam concipiẽdo carnem Christi: valde ergo peccat, qui a quocunque de hoc quæsitus erubescit istud confiteri. Si aũt non q̃ritur, dicendum ꝙ quibusdã competit ex officio Christum publice cõfiteri, sicut prædicatoribus, & doctoribus ecclesiæ, & isti peccant si non confiteantur, sicut si subtraherent verbum prædicationis tpe debito. alijs autem quibus ex officio non competit, tenẽtur alias publice confiteri, quilibet tñ tenetur apud se aliquoties cõfiteri fidem, nam propter hoc Apostoli fidem sub certis articulis collegerunt symbolum facientes, &
K postea etiam in concilio Niceno symbolum cõdidit, quod in missarum solennijs decantatur, & vt omnes fideles dicant quid credant, & apud se verba fidei annuncient, sicut ecclesia profert.

Qualis sit negatio Christi. *Quæst.* CXXX.

QVAERETVR de negatione Christi qualis sit. Dicẽdum, ꝙ Christum negare multipliciter accipitur. Vno modo, ꝙ quis dicat se non esse christianũ, vel Christum nõ esse Deum, & ista est grauissima negatio, & de ista loquitur hic Christus. i. qui negauerit me coram hoibus, & hoc siue faciat in persecutione, siue extra persecutionẽ, sic Petrus negauit Christum

stum dicens, non noui hoiem. infra 26. & Marco. 14. Secundo modo sentiendo aliquid male de ipso. sicut hęretici, qui licet absolute Christum non negent, prauę tamen in quibusdam de eo iudicant, sicut Arriani dicentes eum esse creaturam, & Terentiani, & Eluidiani dicentes eum filium Ioseph, & ita de cæteris, sic dicit Cyrillus, negantes autem sunt primo quidem, q imminente persecutione fidem postposuerunt, abnegant hæresum doctores, & discipuli, Tertio modo, quando quis verbo confitetur Christum. & operibus negat ad Timo. 1. Quarto siquis non habet curam de domesticis. 1. Timo. 5. siquis suorum maxime domesticorum curam non habet fidem negauit, & infideli deterior est. Quinto siquis sit auarus, quia auaritia est idolorum seruitus, ad Ephe. 5. Ex opposito autem accipiendi sunt quinque modi confitendi Christum cõtrarij istis, sic dicit Chrys. sunt alij abnegationis modi quos Paulus describens dicit, confitetur se nosse Deũ &c. & sunt isti, qui dicti sunt.

Dicendum, ꝙ quælibet negatio istarum est peccatum mortale, & ideo Christus pro qualibet earum negabit negantem se apud patrem, & tamen iste specialiter intelligit hic de prima, eo ꝙ ista est negatio vocalis, & est publica, quia dicitur, qui negauerit me coram hoibus, & tamen tres modi prædictarum negationum sunt sine voce. s. in operibus, vt patet ex dictis, & ista erat ad propositũ Christi, quia ipse instruebat Apostolos nẽ quis timore persecutionis eum negaret coram hominibus. s. quando ducerẽt ante reges, & præsides.

Quomodo Christus confitebitur confitentem se coram patre. Et quod ad hoc. quod quis vtiliter Christum confiteatur, oportet quod eum non voce tantum, sed opere etiam confiteatur. Quæst. CXXXI.

QVAERATVR quõ Christus confitebitur confitentem se coram patre. Dicendum, ꝙ ista confessio est quędam approbatio. s. quia in die iudicii approbabit bonos vocans eos in partem suam dicẽs, venite benedicti patris mei infra 25. sic dicit Cyril. Christus confitebitur eum coram Angelis Dei tunc temporis cũ descẽderit cum sanctis suis, & Angelis in gloria patris sui in sęculi consummatione, sic etiam dicit Euseb. quid gloriosius, q̃ ipsum vnigenitum Dei attestari pro nobis in diuino iudicio? Aliter pt intelligi, ꝙ ista confessio sit quædã laus qua Christus laudabit bonos in iudicio enarrans virtutes eorũ. s. esuriui, & dedistis mihi ad manducandum &c. infra 25, & ita dicet de quolibet. iste est bonus vir qui pcepta mea seruauit, & me corã hominibus confiteri, nec timuit, nec erubuit, siue autem ista de quolibet bono vocaliter dicantur, & sigillatim, siue laudentur omnes boni sub verbo generali, vt innuitur infra 25. & cuiuslibet laus distincta appareat in retributione operis non differt, hoc. n. constat, ꝙ Deus bonos laudabit, sic dicit Chrysost. hoc quicunque seruauerit. i. confessus fuerit eũ, audiet illã beatissimam vocẽ qua Christus laudabit oẽs, qui cõfessi fuerint eum. dr aũt confitebor eũ coram patre meo, eo ꝙ ista laus erit in iudicio infra 25. & tunc erit nobis necessaria approbatio a Christo, qa soli saluabuntur qui ab eo fuerint approbati, & quia iudicium competit Christo homini. Ioã. 5. pater non iudicat quemquam, sed oẽ iudicium dedit facere filio, ipse confitebitur. i. laudabit approbando, & per diffinitiuam sententiam aggregando eum numero beatorum. quia tamen pręmium beatitudinis a sola beata deitate datur, & non a Christo inquantũ est homo, dr confiteri coram patre, vt pater. i. vt tota deitas tribuat pręmium bonitatis ei quem Christus lauda-

A nerit. Vel dicitur corã Deo, & Angelis ad significandum magnum honorem. nam cum quis perhibet testimonium de virtute alicuius coram aliis est illi la⁹, & quanto fuerint illi excellentiores est maior laus. qa honorari cupimus a sapientibus, & potẽtibus potius quam ab aliis. 8. Ethic. & quia nullus est excellentior Deo & sanctis Angelis, ostendit Christus, ꝙ erit magna laus eius quem confitebitur, nec poterit esse vlla maior ex aliqua confessione. Sed obiicietur, quia multi confessi sunt Christum quos ipse negabit, vt patet supra 7. s. multi dicent mihi in die illa, domine in noie tuo prædicauimus, & dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus, & tunc confitebor illis. qnia nõ noui B vos, prędicare tñ in nomine Christi. & facere miracula in noie eius est confiteri ipsum. Dicendũ, ꝙ ad hoc ꝙ quis vtiliter confiteatur Christum oportet, ꝙ eum opere, & voce confiteatur, quia in moralibus magis rebus, quam sermonibus attenditur. 10. Ethicorũ. isti autem verbo confitebantur, sed factis negabant ꝯtra Christi præcepta viuẽtes, similes aũt Apostolus increpat dicens, qui confitentur se nosse Deum, factis autẽ negant, & ita erat de istis, quia Christus dixit supra 7. non oĩs qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum cęlorum, sed qui facit voluntatem patris mei. illi aũt in noie Christi prędicabant, & miracula faciebant, erant tamen mali, quia dicit ibi Christus, discedite a me operarij iniquitatis, & sic pp iniquitatẽ ne- C gat eos, qui aũt confitetur Christum in persecutione non timens, nec erubescens, de qua confessione loquitur hic Christus magis opere, quam verbo confitetur, cum per hanc confessionem morti se exponat, & ideo Christus confitebitur hunc coram patre.

Quomodo Christus poterit negare negantes se cum omnes nosçat. Quæst. CXXXII.

QVAERATVR quõ Christus poterit negare negantes se, nam ipse nouit omnes, & ipse mentiri non pt, & ideo non videtur quomodo possit negare quos nouit.

Dicendum, ꝙ Christus non negabit aliquos esse, D vel Christianos esse, sed negabit. i. condemnabit, vel non approbabit, nam sicut confiteri aliquem est laudare ipsum, & approbare, & pro bono opere sibi retribuere, ita negare aliquem est ipsum, tãquam malum vituperare, & pęnam iniquitatis suę sibi infligere, illos enim quibus dicit, ite maledicti, infra 25. negat, quia eos damnat, & illos dicitur nunquam nouisse supra 7. s. quia tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos. i. nunquam approbaui opera vestra, quæ fuerunt semper mala, & dicit eis: discedite a me operarij iniquitatis, quos ergo a se repellit illos negat, & ita ẽt dicitur infra 25. de fatuis virginibus pulsantibus ianuã quibus sponsus dicit, amẽ dico vobis nescio vos, idest non approbo opera vestra, vel nescio vos. i. non agnosco ad me pertinere, quia mali non sunt de oui- E bus Christi. Ioan. 10. vocem meam non auditis, quia non estis de ouibus meis, negabit autem Christus malos coram Deo, & Angelis, coram toto sęculo, quia in iudicio erunt omnes simul quotquot fuerũt ab origine mundi, & in conspectu omnium dicetur malis: ite maledicti, quod est negare eos, non expressit tamẽ Christus, nisi de Deo, & Angelis, quia magis dedecus est negare aliquem coram solo Deo, vel coram paucis Angelis, quam negare coram toto sęculo, & omnes gentes appositę cum Deo nihil addunt, quasi nihil magis sit negare aliquem coram Deo, & omnib⁹ hominibus, quam negare coram solo Deo, eo ꝙ gentes in conspectu Dei nihil sunt. Isa. 40. ecce gẽtes, quasi stilla situlę, & quasi momentum staterę reputatæ sunt,

sunt, & iterum omnes gentes, quasi non sint sic sunt coram eo, & nihilum, & inane reputatę sunt ei. *Nolite arbitrari*. Hic ostendit Christus, quod prædicatores euāgelij non debent impediri ex amicorum carnalitate, nam dixerat supra de persecutione, quæ eis fieret, & quia forte ab extraneis sustinere vellent, & non a cognatis, vel nollent propter honorem parentū discordare ab eis contraria prędicando, admonet Christus eos, quod non obstante ista discordia prædicent, immo quod necesse est sequi discordiam ex prædicatione euangelii, & tamen sustinenda est, vt fides prædicetur, & teneatur, & ita prænunciat eis, quòd sic sibi eueniet, quod ipsi erunt discordes parentibus, & cognatis suis propter prædicationem, & etiam in multis aliis sequetur eadem discordia, vnde dicit.

Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram. i. non veni ad concordandum homines inter se, quod fit per vnitatem opinionis. *Non enim veni pacem mittere.* Replicat hoc ad magis confirmandum, sicut dicitur Genesi. 41. quòd autem vidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium firmitatis indicium est, ostēditur enim magnitudo voluntatis eius qui idem repetit. *Sed gladium.* Idest persecutionem, quia ex prædicatione fidei secuta est in orbe discordia magna, & persecutio grauissima, & mors innumerabilium hominum. *Veni enim separare hominem aduersus patrem suum.* i. diuidere eos propter fidei diuersitatem, quia prędicato euangelio contingebat interdum, quòd filius crederet, & non pater, vel econtrario, & tunc insurgebant filii contra parentes, & econtra, & occidebant eos, vel ad mortem persequebantur, vt dicitur supra in litera, scilicet insurgent filii in parentes, & morte afficient eos. *Et filia aduersus matrem suam.* Idem iudicium est, quia idem est gradus amoris, & lex cognationis, & comparat filiam, & matrem propter identitatem sexus, etiam quia solet esse filiabus ad matres maior familiaritas, quam ad patres ex eadem causa. *Et nurum aduersus socrum suam.* Hic est lex affinitatis, & sunt personę, quę inter se multum conuersantur, & tamen propter fidem discordabant.

Et inimici hominis domestici eius. i. quilibet fidelis habebit domesticos suos pro inimicis, quia fere ī quolibet domo erant aliqui credentes, & aliqui non credentes, & non credentes persequebantur fideles, & etiā interdum fideles timore persecutionis occultabant se, vel tacebant, cum nondum interrogarentur de fide, cum nec obligarentur se ingerere ad confessionem, & tunc domestici reuelabant iudicibus, quòd isti essent Christiani, & sic trahebantur ad mortem, vnde domestici erant grauiores hostes, quam extranei, & ita nulla pestis est efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus, vt ait Boe. de conso. libro 3. Pro. 7.

Quomodo Christus dixit non veni pacem mittere in terram, quia videtur, quod ad pacem mittendam venerit.
Quæst. CXXXIII.

QVAERETVR quomodo Christus dixit hic non veni pacem mittere in terram, cum videatur, quòd non venerit ipse ad aliquid magis, quam ad pacem, vnde eo nato angeli prædicauerunt pacem dicētes, & in terra pax hominibus, Luc. 2. Ipse quoque dicitur venisse ad pacificandum nos Deo in sanguine suo ad Colossen. 3. Etiam pacem Apostolis annunciare iussit, scilicet quòd in singulas domos intrantes dicerent pax huic domui supra in litera, & Luc. 10. pacem etiam valde Apostolis commendauit recedens ab eis, scilicet pacem meam do vobis pacē relinquo vobis, Io. 14. Etiam post resurrectionem pacē annun-

F ciauit, quia quandocunque Apostolis apparebat dicebat eis pax vobis. Luc. 24. & Ioan. 20. quomodo ergo nunc pacem detestatur?

Dicendum, quòd pax est tranquillitas quædam secundum, quam nō impeditur quis in operatione sua, vnde dicit Augu. 19. de ciui. Dei, quod pax est tranquillitas ordinis, indicatur igitur pax bona esse respectu boni, quod quis consequitur ablatis impedimentis per pacem, si aūt pax affert impedimentum ad agenda mala, quæ cupimus, pax mala est, fęlicius enim bellū esset, per quod a malis impediremur, sic enim homines ante Christi aduentum pacē quandam habebant mutuo sibi concordantes in cultu idolorum: Christus autem pacem istam abstulit, quia homines ad veritatem fidei vocauit, bonum ergo fuit hanc pessimam
G pacem auferri, quæ hominibus ęternam mortem inducebat, sic dixit Chrysosto. qualiter iniunxit eis, vt in domum ingredientes pacē indicerent, & respōdet, hoc maxime est pax, cū id quod litē infert separatur, ita enim possibile erit cęlum terrę copulari, & ostēdit exempla in quibus discordiam fecisse bonum fuit dicens, ita in turri Babel gestum est, malā enim pacem bona dissonantia soluit, ita & Paulus eos, qui aduersus eum consonabant diuisit, scilicet Pharisęos, & Saducęos. Actu. 23. non enim vbique concordia bonū est, nam & latrones cōsonant, sic etiam dicit Hierony. ad fidem enim Christi totus orbis contra se diuisus est vnaquęq; domus infideles habuit, & credentes: propterea bellū missum est bonū, vt rumperetū pax mala.
H

Quare Christus prædixit Apostolis bellum inter parentes futurum. Quæst. CXXXIIII.

QVAERETVR quare Christus prędixit hoc Apostolis. Dicendum, quòd primo, vt annunciaret eis futura, & non turbarentur, si aliquod malum eis inopinatis accideret, potissime quia istud erat graue, & ita verbis duris expressit, sic dicit Chrysostomus hoc dixit quasi discipulos consolans, ac si diceret, ne turbemini, quasi præter spem his contingentibus, propter hoc enim veni, vt prælium mittam, & non dixit prælium, sed quod difficilius est gladium, voluit enim asperitate verborum eorum excitare auditum,
I vt non in difficultate rerum deficiant ne aliquis dicat, quòd blanda suasit, & difficilia occultauit, melius est enim in rebus mansuetudinem videre, quàm in verbis.

Secundo fuit propter dubium tollendum. nā patri deferendus honor est, putaret ergo quis, quod propter honorem parentum non erat discordandum ab eis Christus autem ostendit, quòd sic, nam propter fidē oportebat eis repugnare, & in hoc nullum eis honorem deferre, cum ipsi Deo non deferant, & ideo expressit nomina illorum ad quos maior amor est, & quibus maior debetur reuerentia, scilicet patri, & magistris ab his enim propter fidem discordandum erat.

K *Quomodo Christus dixit, quòd venit mittere gladium, & separationem. quia ipse hoc non fecit. Et quod rara est fides inter eos quibus est diuersa fides.*
Quæst. CXXXV.

SED quæretur quomodo Christus dixit, quòd venit mittere gladium, & separationem, quia ipse non fecit hanc separationem, sed iniquitas hominum, nam omnibus hominibus fidem prædicare iussit infra vigesimo octauo, & Marc. decimosexto, si autem omnes fidem suscepissent, sicut tenebantur, nullum fuisset bellum, sed pax maior, quam prius erat, sed quia quidam credere noluerunt bellum factum est, quod ipsi non credentes secuti sunt.

runt. nam credentes licet differrent in fide a non credentibus, tamen non persequebantur eos, sed cum omni charitate supportabant ad fidem incitando, sed non credentes persecutionem suscitauerunt occidendo credentes supra in litera. insurgent filij in parentes, & morte afficient eos.

Dicendum vno modo, quòd Christus dixit istud ex consuetudine Scripturę, quia licet ipse non fecit, sed illorum malitia dicitur ipse fecisset, sicut dicitur ad Roma. nono, quòd Deus cui vult miseretur, & quem vult indurat. Deus tamen neminem indurat, sic etiã Isa. 6. dicitur excęca cor populi huius, & aures eius aggraua. Deus tamen neminem excęcat. sic dicit Chrysostomus. quamuis autem ipse Christus hãc separationem non fecerit, sed illorum malitia, tamẽ dicit se facere secundum scripturæ consuetudinem. scriptum est enim dedit Deus oculos eis, vt non videant.

Secundo dicitur, quia licet Christus non fecit istã diuisionem fuit aliqualis occasio: nam si ipse non prędicasset, & prædicari iussisset, non fuisset ista discordia, sed mansisset orbis concorditer in cultu dæmonum, sicut prius manebat: ipse ergo illam fecit.

Sed dicetur quare isti tam grauiter discordabant propter diuersitatem fidei? nam ad amicitiam conseruandam non requiritur vnitas fidei, nec opinionum, vt dicitur nono Ethicorum, cum etiam existente discordia in quibusdam posset amicitia conseruari.

Dicendum, quòd concordia facit ad conseruationem amoris, lites autem amicitiam rumpunt. sic dicit Cato.

Litem inferre caue, cum quo tibi gratia iuncta est.

Et subdit causam, scilicet.

Lis odium generat, concordia nutrit amorem.

Amici ergo debẽt cõcordare, vt amici eẽ possint, & quia amicitia est in eis quæ sunt ad totam vitam, cum amici conuiuant in eis, in quibus vita ipsorum pręcipua est nono Ethico. cap. vlti. oportet concordare ea, quæ faciunt ad statum vitę. & ideo Tullius dicebat veram amicitiam esse idem velle, & idem nolle, in illis autem quæ ad vitę statum nõ conferunt, vt sunt quædam parua, & indifferentia concordare, vel discordare non refert, quia etiam in illis, quæ sunt pure speculatiua non est necesse concordare, quia etiã si alter amicorum dicat Solem esse maiorem tota terra, & alius hoc neget non soluitur amicitia, quia illud non pertinet ad vitam. sic dicitur nono Ethico. cap. 7. politica amicitia videtur concordia, quemadmodum dicitur, circa conferentia enim est, & quæ ad vitam conuenientia. fideles tamen differebant ab infidelibus in eo, quòd maxime pertinebat ad vitam, scilicet, in opinione de vera Deitate. putabant enim Gentiles, ꝙ per cultum Deorum seruabatur vita humana, & stabat respublica, eos igitur qui in hoc aduersabantur tanquam aduersores reipublicę, & hostes humani generis reputabant. nulla ergo poterat esse inter eos amicitia, & licet interdum fidelis ad infidelem videatur esse aliqua amicitia, non tamen est vera secunda Corint. 6. quæ participatio iustitię cum iniquitate? aut quæ pars fidelium infideli? ideo dicit nolite iugum ducere cum infidelibus. i. habere magnã familiaritatem cum eis: ita enim dicit Hieronymus, quòd rara est fides inter eos, quibus est diuersitas fidei, erat adhuc istud magis inter Iudęos, quia Deus iusserat, ꝙ siquis suaderet eis colere alterum Deum siue esset filius, siue filia, siue vxor, siue amicus non audirent eũ, sed statim occiderent eum Deuterono. 13. putabant tamen Iudęi quando dicebatur eis, quod desererent legem Moysi, & Christum colerent, quòd suadebatur eis colere alium Deum: ideo insurgebant filij in parentes, & econtrario ad occidendum eos, & quia Christus loquebatur Apostolis, qui Iudæi erant, locutus est secundum consuetudinem legis, scilicet, quòd patres insurgerent in filios, & filij in patres, & ita de cęteris. quod accidit tam inter Iudęos, quàm inter Gentiles.

A

Qui amat patrem, aut matrem plusquam me. Hic incitat ad sustinendum istam diuisionem. quia licet esset durum, & contra naturalem affectum discordare a patre, & matre, tamen propter Christum faciendum erat, & quia propter amorem naturalem multi nollent a parentibus in fide, & cultu discordare dixit, qui amat patrem, aut matrem plusquam me, idest,
B ego iubeo fidem suscipere, siquis autem, vt non discordet a parentibus illam non suscipit plus amat parentes quàm me, quia potius vult discordare a me quàm ab illis. & hoc ipse redarguit.

Non est me dignus. Idest, non est dignus esse meus discipulus Lucæ decimoquarto, qui nõ odit patrem & matrem non potest meus esse discipulus. Vel non est me dignus, idest, consortio meo, vt mecum habeat vitam æternam, & istud est melius, quia per pręmia allicimur ad labores: esse enim cum Christo beatitudo est, esse autem Christi discipulum honor est, & tamen non est aliquid delectabile, sed potius durum, quia multa oportet tolerare Christi discipulũ: ideo de dignitate vitæ æternæ, quæ est præmium loquitur hic.

C *Et qui amat filium, aut filiam super me.* Idest. ¦ lusqram me, scilicet, siquis vellet suscipere fidem meam filijs nolentibus suscipere, & vt illis non displiceat non suscipit, amat filios plusquam me. & eadem ratione si socrus propter nurum, vel nurus propter socrum fidem suscipere nolit: posuit enim supra sex personas, & hic quatuor nominat, quia eadem ratio est de alijs duabus, & de quibuscunque gradibus attinentiæ, & amicitię alicuius, propter quam homines fidem non suscipiant, etiam quia Christus exclusit illos gradus, in quibus erat maior amor, scilicet, inter parentes, & filios. inter nurum autem, & socrum minor
D amor est. si ergo fides potius suscipienda est quàm placendum patri, & matri, a fortiori potius quam ad placendum nurui, & socrui.

An liceret alicui ne displiceret parentibus non suscipere fidem Christi, vel differre aliquanto tempore. Q. CXXXVI.

QVAERATVR an liceret alicui, vt non displiceret parentibus, vel vt non aduersaretur eis nõ suscipere fidem, vel differre aliquanto tempore.

Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia parentibus obediendum est, & tamen qui aduersatur eis dehonorat eos. Etiam quia Paulus dixit filij obedite parentibus per omnia. ergo eis iubentibus non suscipere fidem obediendum erat. Dicendum, quòd parentibus debetur
E honor, & amor, q a maiora ab eis suscepimus quàm a cęteris hominibus, Deum tamen magis tenemur honorare, & diligere quàm parentes, quia maiora ab eo accepimus quod Aristo. confitetur 8. Ethic. cap. vltimo, dicens, non posse retribui ęqualia dijs, & parentibus: Deos enim in primo loco benefactorũ posuit: & ideo parentibus per omnia obediendum est quando eorum mandata diuinę obedientię non repugnãt, quia aliàs absoluimur ab omni debito, quia pręponderat obligatio obediendi Deo. vnde ad Ephes. texto, dixit Paulus filij obedite parentibus vestris in Domino. i. quando mandata eorum consonant diuinis mãdatis, vel non discordant ab eis. quasi dicat, vel non est obediendum, sic dicit Hieronymus, si ne-

cessitas venerit, vt amor parentum, aut filiorum Dei amori comparetur, & non possit vterque saluari, odium in suos pietas in Deum est, sic etiam Chrysostomus dicit, si Paulus iubet per omnia parentibus obediri non mireris, in illis enim solum dicit obediēdum, quæ non nocent pietati: etenim sanctum est omnem alium eis reddere honorem, cum autem amplius debito expetierint non oportet assentire, & ideo Christus non dixit hic, qui non persequitur patrem, sed dixit, qui amat patrem plusquam me. in quo innuit, quòd amare patrem bonum erat, & tamen eum magis quàm Christum amare malum est, & tales dicit non esse dignos se, idest, vita æterna secum, sic dicit Hilarius. illi enim qui domesticas hominum charitates dilectioni eius prętulerint, futurorum bonorum indigni erunt hæreditate.

An liceat odire parentes, & filios nobis in fide aduersantes. Verum de hac quæstione, scilicet, an filius fidelis teneatur deserere patrem infidelem, seu hæreticum, vel eum accusare Auctor latissime Deute. 13. cap. Quæst. CXXXVII.

SED quæretur an sufficeret non diligere parentes, vel filios quando in fide discordabant, vel oporteat adhuc odisse, & persequi.

Aliqui dicunt, quòd oportebat odisse, quia dicitur Lucæ decimoquarto, siquis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, non potest meus esse discipulus, & loquitur de illis, qui fidem suscipiebant.

Item, quia Deuteronomij decimotertio, iubetur quòd siue filius, siue filia, siue vxor, siue amicus suaderet colere Deos alienos, statim occiderent illū, & non parcerent, & tamen manentes in infidelitate suadebant cōuersis ad Christum redire ad pristinam infidelitatem. ergo persequi illos debebant.

Dicendum, quòd filij non debebant obedire parentibus, nec quibusque alijs infidelibus, vt propter eos in infidelitate manerent. in cęteris tamen, quæ non repugnabant fidei Christi obedientiam honorem, & amorem debebant filij parentibus infidelibus: immo potius tenebantur eis benefacere indigētibus quàm alijs pauperibus, etiam fidelibus, vt ostēsum est supra sexto cap. quæst. 66. alijs tamen tenebantur dilectionem in opere ostendere benefaciendo illis, licet essent infideles ad Galat. sexto, operemur bonum ad omnes maxime ad domesticos fidei. ergo infidelibus benefaciendum erat, etiam dulciter conuersandum erat inter eos, vt per hoc possent eis suadere puritatem doctrinę Christi, & ad illam conuerti, & vt auferrent occasionem detrahendi. prima Petri secundo, conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum, & ita si pater esset infidelis, & filij fideles non debebant recedere de domo patris, vel subtrahere ei solitam obedientiam, nisi forte pater solicitaret eos redire ad infidelitatem, vel faceret aliquid quod esset in contumeliam fidei, vt maledicendo Christo coram eis, aut dicendo aliqua in detestationem fidei: nam hęc non erant sustinenda, sed potius recedendum, ita etiam si vir crederet, & vxor non, vel econtra. non tenebatur dimittere coniugem infidelem, nisi ille ageret aliquid in contumeliam Christi, quandiu enim cohabitatio poterat esse sine contumelia licebat permanere, postea autem non, prima Corinthiorum septimo, & extra de diuor. capit. gaudemus. non ergo licebat conuersis ad Christum persequi, aut odisse cognatos suos, vel af-

F fines in infidelitate manentes, sed econtrario persecutionem ab illis suscitatam patienter sustinere tenebantur.

Ad primum dicendum vno modo, quòd Christus loquitur ibi de odio quod habetur ad peccatū, & nō ad homines, quia tenemur odisse iniquitates omnium hominum, sicut Deus odit operantes iniquitatem inquantum iniqui sunt Psalm. quinto, ipsos tamen in se odisse non debemus, sed potius diligere, vt boni fiant, & compati, quia mali sunt. 86. distinctio. capit. odio habeatur, & quia pater, & mater, & vxor, & filij resistebant conuersis ad Christum ne cōuerterētur, istam iniquitatem eorum tenebatur odisse, qui conuertebatur.

G Secundo potest accipi odisse patrem, & matrem, idest, ostendere eis opera odientis: nam qui amat complacet amato, qui autem non complacet, sed aduersatur non diligit, sed odit, & quia parentibus in hoc complacendum non erat, dicimur eos odisse, sic dicit Gregorius quomodo parentes, & carnaliter propinquos odisse pręcipimur, qui iubemur, & inimicos diligere? & respondet, si vim præcepti perpēdimus vtrunque agere per districtionem valemus, vt eos qui nobis carnis cognatione coniuncti sunt, & quos proximos nouimus diligamus, vt quos aduersarios in via Dei patimur odiendo, & fugiendo nesciamus, quasi per odium, etenim diligitur, qui carnaliter sapiens dum praua nobis ingerit non audi-
H tur.

Ad secundum dicendum, quòd illud fiebat ex lege, quia pręceptum erat Iudæis hoc facere, nobis autem non est præceptum, & hoc quia in lege Christi, sicut nulla bona temporalia promittuntur, ita nec pœnæ temporaliter inferuntur, sed totum est æternum quicquid Deus promittit, & comminatur, Iudæis autem sicut expresse sola temporalia bona promittebantur in lege, ita & transgressoribus pœnas temporales infligebat. vnde laudantur in ea illi, qui occiderunt cognatos suos adorantes vitulum Exodi trigesimoquarto, consecrastis hodie manus vestras vnusquisque in filio, & fratre suo, vt detur vobis benedictio, & laudem ipsorum dicitur Deuteronomij
I trigesimotertio, qui dixit patri suo, & matri suæ nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum: nunc ergo infideles persequi non debemus, siquis autem fidelis conuerteretur ad idola, vel ad infidelitatem ex lege Christi non habet pœnam, & tamen lex Ecclesiastica, & sęcularis, quæ iustæ sunt, eum puniunt ne liceat cuique impune peccare.

Quare dixit, qui amat patrem plusquam me, & postea dixit qui amat filium. Quæst. CXXXVIII.

QVAERETVR, quare dixit hic, qui amat patrem plusquam me, & postea dixit, qui amat
K filium. nam magis pater amat filium, quàm filius patrem, octauo Ethicorum. Dici potest vno modo, ꝙ Christus procedit hic per gradus ponens prius quod minus est negando illud, vt postea neget quod maius est, & sic dicit, qui amat patrem plusquam me non est me dignus, & qui amat filium. idest, etiam qui amat filium plusquam me, licet iste sit maior amor, sic dicit glos. videtur vt in pluribus accidere, ꝙ parentes plus diligunt filios q̄ diligantur ab eis, & ideo gradatim postquam suum amorem amori parentum esse pręponendum docuit, docet consequenter prętferendum esse filiorum amori. Aliter potest dici, ꝙ posuit prius id quod maius erat. nam licet naturaliter magis patres ament filios quam econtrario, & tamen

men ex debito filij tenentur magis amare patres, q̃ econtra. quia patres non tenentur filijs ad aliquid. filius autem tenetur patri ad immensum, octauo Ethicorum capitulo vltimo, & quia pater non tenetur filio obedire in aliquo, filius autem tenetur ad obediẽtiam, & reuerentiam patri, pater non omittet aliquid facere propter filium, filij tamen multa facere omitterent propter patres ne eis displiceant, quia amãt & reuerentur, ideo prius posuit de amore filij ad patrem, quia iste magis impediret fidem suscipere, q̃ amor patris ad filium.

Et qui non accipit. Hic ostenditur, quòd prædicator non debet retrahi a prædicatione verbi diuini propter dulcedinem præsentis vitæ, sed potius exponere se ad sustinendum quoscunque labores, vt æterna consequatur, & sic dicitur.

Et qui non accipit crucem suam. Accipere crucem est quotidianam mortificationem carnis sustinere exponendo se cuicunque labori, sine quo Christo placere non possumus. *Et sequitur me.* Idest, imitatur, scilicet, quòd angustias toleret, sicut ego tolero, vel sequatur me, idest, sequatur præcepta mea.

Non est me dignus. Idest, non est dignus consortio meo in vita æterna.

Qui inuenit animam suam. Dat hic causam dicti præcedentis, scilicet, oportet crucem, idest, labores hic sustinere, quia si volumus hic gaudere cum mundo non possumus gaudere post mortem cum Christo, vt ergo non pereat gaudium æternum, dimittẽdum est temporale: dicitur autem quis inuenire animam, idest, lucrari, vel gaudere de ea, quia inuenire est habere, & distinguitur contra perdere, tunc autem inuenit quis hic animam suam quãdo habet hic vitam iocundam, & fruitur bonis huius sęculi.

Perdet eam. Scilicet, post mortem: tunc enim perdit quis animam quando habet vitam tristem, & amaram, & quia fruẽtes bonis huius sęculi peribunt ęternaliter dicitur, quòd qui inuenit hic animam perdet eam, scilicet, in futuro.

Et qui perdiderit animam suam. Scilicet, volendo sustinere hic vitam tristem propter me, idest, vt mihi seruiat, vel vt non neget nomen meum, quod dicitur quia aliqui sustinent hic vitam tristem ex necessitate, scilicet, quia non possunt assequi bona sęculi. Vel ꝓpter inanem gloriam, aut propter alias causas, quia isti nihil merentur in futuro, quia nihil pro Christo fecerunt.

Inueniet eam. Idest, habebit vitam iocundam, quia lucratur vitam illius sæculi, quod apertius dicitur Lucæ decimoseptimo, qui quæsierit animam suam saluam facere, scilicet, in futuro, perdet illam, scilicet, in præsenti non habendo iocũditatem huius sęculi, & quicunque perdiderit illam, scilicet, sponte labores subeundo abiecta sęculi voluntate, viuificabit eam, idest, in futuro faciet eam viuere, quia acquiret ęterna bona.

Quomodo tenemur crucem pro Christo accipere. Et quòd duobus modis crucem baiulamus. Quæst. CXXXIX.

QVAERETVR quomodo tenemur crucem accipere pro Christo.

Dicendum, quòd crux non accipitur pro lignea trabe, quia istam accipere nullius vtilitatis est, sed solam eam venerari debemus inquantum est signum nostri Redemptoris: sic dicit enim Grego. non hoc dicit, vt trabem super humeros apponamus, etiam qa dicitur hic, & Lucæ decimoquarto, crucem suam: aliquid ergo nostrum est, & nobis inexilẽs quod crux

A vocatur. Aliter ergo dicendum, vt quidam volunt, quòd Christus hic Apostolos incitabat, vt non doleant, nec timeant subire mortem crucis, sicut ipse subiturus erat. Non est tamen intelligendum, quòd Christus locutus fuisset adhuc aliquid de morte sua, quia multo post hoc dixit infra decimosexto, & tamen per ista verba disponebat corda Apostolorum, vt minus mirarentur quando eis reuelaret mortem suam in cruce. sic dicit Chrysostomus, nihil adhuc eis de propria dixerat passione, sed interim eos erudit, vt sermonem de passione eius magis suscipiant.

B Secundo potest accipi pro cruce, idest, memoria, vel cogitationes crucis Christi, scilicet, vt crucifixo compatientes quodammodo in cogitatione nostra illi configamur, sic dicit Hilarius indignus est Christo, qui non crucem suam, in qua compatimur, & commorimur, & consepelimur, & consurgimus accipiens dominum sit secutus in hoc sacramẽto fidei.

Tertio potest accipi crux pro memoria mortis, quia ista cogitatio est afflictiua Ecclesiastici quadragesimoprimo, o mors quàm amara est memoria tui non minus, sic dicit Chrysostomus, non hoc dicit, vt trabem super humeros apponamus, sed vt semper mortem præ oculis nostris habeamus.

Quarto potest accipi crux pro laboribus, quia crux a cruciatu dicitur: cum enim quis labores sponte sustinet dicitur se crucifigere. quia non complacet desiderijs carnis, & sic qui nulla bona sęculi nolunt, habent mundum crucifixum ad Galat. sexto, mihi mũdus crucifixus est, & ego mundo, idest, mundus est mihi quidam labor, & ego sum aduersus mundo.

C Quinto dicitur crucem accipere, qui de malis proximi dolet quasi in seipso illa sustineat, sic dicit Grego. crux quippe a cruciatu dicitur, & duobus modis crucem baiulamus, cum aut per abstinentiam carnem affligimus, aut per compassionem proximi necessitatem illius nostram computamus. & tamẽ hic proprie accipitur quarto modo, scilicet, quia quilibet tenetur crucem suam portare, idest, affligere seipsum non consentiendo desiderijs suis, vt Christo placeat, sic dicitur ad Galat. quinto, qui autem sunt

D Christi, idest, secundum Christũ, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. & hoc Christus suadebat hic, quòd ad istos labores quilibet se disponeret. nam & si non teneamur aliqua opera laboriosa supererogationis facere, tenemur tamen esse in animo disposito ad sustinendum quoscunque labores etiam mortem crucis, vt Christo non displiceamus, vt dicit Chrysostomus.

Quomodo tenetur quis animam suam perdere pro Christo. Et quòd anima multis modis sumitur. Itẽ anima potius est vbi amat quàm vbi animat. Et quid sit animam in hoc mundo inuenire. Et quomodo anima in futuro sæculo inueniatur. Quæst. CXL.

E QVAERETVR quomodo tenetur quis perdere animam. Dicendum, quòd anima accipitur multipliciter. Vno modo pro persona Leui. 2. anima, quæ obtulerit sacrificium, idest, homo, & Leui. 5. anima, q̃ audierit vocem, & iste est modus loquendi in veteri testamento, vt Gen. 46. & Exodi primo. vbi dicuntur animæ egressę de fęmore Iacob intrasse in Aegyptum. Secundo accipitur pro vita primo Regum 22. qui quęsierint animam meam, quæret, & animam tuã, i. vitam. Tertio accipitur pro spiritu Leuit. 17. anima carnis in sanguine est. i. spiritus eius primo Regum 18. anima Ionathæ colligata est animę Dauid. i. spiritus amborum colligati sunt per nimium amorẽ, qa anima potius est vbi amat quàm vbi animat, & hoc

modo nos commuuniter accipimus, hic autem accipitur anima pro vita, & iſto modo accipitur communiter in nouo teſtamento, ſic dixit Chriſtus Ioannis decimo, pono animam meam pro ouibus meis, ideſt, vitam meam: & Ioannis vigeſimoprimo, dixit Petrus animam meam pro te ponam: non enim poteſt accipi hic anima pro ſpiritu, quia dicitur hic, ꝙ qui perdiderit animam inueniet eam, & tamen anima, ideſt, ſpiritus non poteſt perdi hic aliquo modo, quia non moritur, nec affligitur, niſi accipiatur perdere per peccatum, & tunc qui perdit hic animã ſuam perdit eam etiam in æternum, & ad hoc, quòd in æternum inueniat oportet hic inuenire, ideſt, per gratiam mereri quod eſt animam lucrari: nam qui bonus fit lucratur ſeipſum, & ſi facit alium bonum lucratur illum, infra decimooctauo, ſi te audierit lucratus eris fratrem tuum, etiam quia dicitur Ioannis duodecimo, qui odit animam ſuam in hoc mundo in vitam æternam cuſtodit eam, & tamen ſpiritum noſtrum nullo modo debemus odiſſe, quia odiſſe illum contra charitatem eſt, ſi autem accipiatur odiſſe, ideſt, affligere etiam non ſtat, quia ſpiritum nemo poteſt affligere, quia non eſt ſubſtantia cui nos poſſimus nocere, & quæ poſſit pati a nobis, quicquid enim inferimus doloris homini inferimus. Etiam non poteſt accipi anima pro homine, quia dicitur, qui inuenit animam ſuam, & ſic iſta anima eſt aliquid hominis, & non ipſe homo: quando autem anima pro homine accipitur vocatur abſolute anima, & non dicitur cuius eſt, ſicut Leuit. ſecundo, anima, quæ obtulerit ſacrificium, & Leuit. quinto, anima quę audiuerit vocẽ. dicitur ergo anima pro vita, quia vita eſt aliquid hominis. Et tunc verum eſt, quòd qui inuenit hic animam ſuam perdet eam in futuro, quia illud inuenimus quod lucramur, ille autem vitam lucratur, qui habet eam iocundam, qui autem hic fruitur omni iocunditate ſęculi nihil prohibens cordi ſuo de deſiderijs, ſicut dicitur Eccleſiaſt. ſecundo, vitam huius ſęculi habet, quia non poteſt maiora quis habere in ſęculo. Hic autem vitam perdit, qui in miſerijs viuens nullis bonis huius ſęculi fruitur, ſiue faciat pro Deo ſiue ex alia cauſa. Animam autem inuenit in futuro, qui bonis futuris fruetur beatus exiſtens, quia omne bonum quod excogitari poteſt poſſidebunt beati, perdet autem animam ſuam in futuro, qui multas miſerias patietur infernali carcere mãcipatus, ſic dicit Remigius. anima autem in hoc loco non ſubſtantia eſt intelligenda, ſed hæc vita pręſens, & poteſt intelligi de perſecutionis tempore, in quo homo debet pro Chriſto vitam iſtam abijcere ne illũ negare cogatur, ſic dicit Remigius, qui hanc temporalem lucem, & eius dilectiones, & voluptates tempore perſecutionis pro confeſſione nominis mei contẽpſerit, animæ ſuæ inueniet æternam ſalutem.

Sed obijcietur, quia Ioannis duodecimo, dicitur qui odit animam ſuam in hoc mundo in vitam æternam cuſtodit eam, & tamen vitam non licet odiſſe, quia aliàs liceret homini ſeipſum occidere.

Dicendum, quòd nemo poteſt vitam odiſſe, niſi ſeipſum oderit, quia vita non eſt aliquid ſeparatum a nobis, ſed eſt eſſe noſtrum, quia viuere viuentibus eſt eſſe, ſecundo de Anima, nemini tamen licet ſeipſum odiſſe immo nec poteſt odiſſe proprie loquendo: nam carnem ſuam nemo vnquam odio habuit ad Epheſeos quinto: ergo a fortiori ſeipſum odio habere non poterit, ſed dicitur quis vitam ſuam odiſſe, vel ſeipſum, quia opera odientis facit, qui enim odit nocet ei quem odit, & quia illi, qui ſeipſos affligunt, & vitam iſtam pro Chriſti nomine exponunt ſibiipſis quantum ad hãc vitam odientium opera faciunt,

F quia hæc ſibimet inferunt quod hoſtes eorum ſibi inferrent, dicuntur odiſſe ſeipſos, vel vitam ſuam. dicitur autem hic propter me, quia nihil proficit vitam odiſſe, niſi pro Chriſto fiat, ſic etiam dicitur, qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, quia etiam crucem accipere, ideſt, ſeipſum affligere nihil prodeſt, niſi Chriſtum in hoc ſequamur, ideſt, pro ipſo faciamus, ſic dicit Gregorius, ſunt nonnulli, qui abſtinentiam non pro Deo, ſed pro inani gloria exhibent, & qui compaſſionem proximo non ſpiritualiter, ſed carnaliter impendunt. Hi iſtam crucem videntur inferre, ſed Dominum non ſequuntur.

Qui recipit vos. Poſtquam Chriſtus inſtruxit Apo-
G ſtolos, & cęteros prædicantes. Hic hortatur illos recipientes magnitudinem pręmij pro hoc opere oſtendens, & dicitur.

Qui recipit vos. Scilicet, hoſpitio, & prouidens vobis de neceſſarijs ad vitam. *Me recipit.* Quia ſcilicet, vos repręſentatis perſonam meam, ego mittam vos.

Et qui me recipit. Ideſt, me perſonaliter, vel me in vobis. *Recipit eum qui me miſit.* Ideſt, recipit Deum, Chriſtus enim inquantum homo minor eſt Deo: Ioannis decimoquarto, & ideo a tota Deitate mittitur, Chriſtus autem inquantum Deus licet ſit Patri, & Spirituiſancto æqualis, quia tamen a patre gignitur ab eo mittitur, & ſic, qui recipit Chriſtum ſemper recipit Patrem. *Qui recipit Prophetam.* Hic oſten-
H dit magnitudinem meriti inquantum recipiens communicat in mercede cum recepto. *In nomine Prophetæ.* Ideſt, quia Propheta eſt, & non ex alia cauſa.

Mercedem Prophetæ accipiet. Ideſt, de mercede Prophetæ. *Et qui recipit iuſtum.* Ideſt, quemcunque virum bonum, quia iuſtitia accipitur hic, vt eſt virtus legalis, quæ eſt omnis virtus, & ita accipitur communiter in Scriptura, quia illum, qui eſt totaliter bonus vocamus iuſtum, & nõ accipitur iuſtus pro particulari iuſtitia commutatiua, vel diſtributiua, quia diſtinguitur contra quamliberaliam moralem virtutem.

Nomine iuſti. Ideſt, quia iuſtus eſt, & non ex alia cauſa. *Mercedem iuſti accipiet.* Ideſt, ſicut iuſtus.

Et quicunque potum dederit. Quia enim ſuſcipientes
I Apoſtolos prouidebant eis in neceſſarijs ad vitam, ponitur quæ ſit retributio eorum: nam dicitur, quòd non ſolum ſiquis dederit eis omnia neceſſaria, ſed etiam ſi dederit modicum de aqua frigida ad potum habebit mercedem. *Vni ex minimis iſtis.* Ideſt, de Apoſtolis, quibus iſta loquebatur, qui erant minimi quantum ad bona ſęculi, eo quòd nihil de illis habebant. Vel intelligitur de omnibus alijs pauperibus, quia quicunque dederit eis aliquid nõ perdet mercedem, ita Chriſtus dicturus eſt, infra vigeſimoquinto, quandocunque feciſtis vni ex minimis meis, mihi feciſtis, & ibi de omnibus pauperibus loquitur, ſed hic ſpecialius de Apoſtolis. *Calicem aquæ frigidæ tantum.* Ideſt, etiam ſi non detis, niſi aquam frigidam, mercedem habebitis, & hoc dicitur ad ſignificandum rem par-
K uam, quia nihil poteſt eſſe minus in rebus datis ꝙ modicum de aqua frigida, & tamen qui illam dat non perdit mercedem, a fortiori ſi detur res maior.

In nomine diſcipuli. Ideſt, quòd detur ſibi, & ei, quòd diſcipulus eſt, & ita loquitur de Apoſtolis, quos mittebat, qui vocantur diſcipuli. Vel poteſt intelligi de omnibus Chriſtianis, quia a principio omnes vocabantur diſcipuli. *Amen dico vobis.* Modus affirmandi eſt, ideſt, in veritate dico, & ideo credite.

Non perdet mercedem ſuam. Ideſt, mercedem habebit, ſcilicet, non putet, quòd quia dedit rem paruã non habebit mercedem, quia vere habebit illam,

Quare Christus dixit, qui recipit vos me recipit &c. Et quòd multipliciter alliciuntur homines ad suscipiendos Apostolos.

Quæst. CXLI.

QVAERETVR, quare Christus hoc dixit hic, scilicet, qui recipit vos &c.

Dicendum, quòd dixit ad alliciendum homines, vt susciperent Apostolos. & hoc multipliciter. Primo enim ostēdit hoc per honorem eorum: magnus honor enim erat suscipientium Apostolos: nam suscipiebant Deum. & non poterat esse maior honor quàm hospitem Dei esse, sic dicit Chrysostomus retributionem promittit suscipientibus, & primo repromittit honorem, vt Christum suscipiant, & etiam patrem, quid autem huic honori fiat æquale, vt quis patrem & filium recipiat?

Secundo ostendit mercedis magnitudinem, quia dicit mercedem Prophetæ accipiet; & mercedem iusti, & tamen magnum est communicare cū Propheta in mercede.

Tertio facit, vt hortetur nos ad hospitalitatem, & ad omnia opera misericordiæ cum dicit, quicunque potum dederit vni ex minimis istis, quod extendi potest ad omnes pauperes.

Quarto dicit hoc, vt suadeat recipientibus Apostolos ministrare eis necessaria. nam Apostolis non licebat portare pecuniam aliquam, vel cibos in via, supra in litera, sed omnia habituri erant apud hospites cum quibus manebāt Lucæ decimo, in eadem domo manete edentes, & bibentes quæ apud illos sunt, & quia hoc videretur alicui durum, & aliqui recusarent dare hospitium eis, vt non deberent prouidere sibi in necessarijs, hortatur Christus eos ad hoc per magnitudinem promissorum, & ideo dixit de calice aquę frigidę, scilicet, ꝙ quicquid darent Apostolis suscepus hospitio reputaretur ad mercedem.

Quomodo Christus dixit, qui vos recipit me recipit, & quomodo hoc sit verum.

Quæst. CXLII.

QVAERETVR quomodo Christus dixit hic, qui vos recipit me recipit, & quomodo sit verum.

Dicendum, quòd intelligitur vno modo, quòd me recipit, scilicet, per repręsentationem: nam missus repręsentat personam mittentis: Christus tamen mittebat Apostolos: nam ideo vocantur Apostoli, idest, missi, Ioannis decimotertio, non est maior Apostolus eo, qui misit illum, & propter hoc dicit, & qui me recipit, recipit eum, qui misit me, scilicet, ego mitto vos, & ideo recipiens vos me recipit, & patrem, sic dicitur Ioannis vigesimo, sicut misit me pater, ita ego mitto vos, & sic est argumentum a primo ad vltimum, scilicet, qui recipit vos, recipit me, & qui recipit me recipit eum, qui misit me. ergo recipiens vos recipit Deum, & istud signatur hic cum dicitur, qui misit me, quasi dicat, qui vos recipit, ideo me recepit, quia recepit vos, quos ego mitto, sic dicit Hilarius docet in se media totis officium, qui cum sit receptus a nobis atque ipse profectus ex Deo sit, Deus per illum transfusus in nobis sit, & per hunc ordinem gratiarum non aliud est Apostolos recepisse quam Deum, quia & in illis Christus, & in Christo Deus habitat.

Secundo est hoc verum, quia qui recipit Apostolos recipit Christum, idest, intuitu Christi, quicquid enim pro aliquo facimus etiam si alijs pro eo faciamus, ei facere dicimur.

Tertio dicit hoc, vt incitet nos ad benefaciendū, A cum tantus sit honor cuilibet benefacienti, scilicet, quòd Christum recipiat.

Quarto dicitur, quia Christus propter nimiam charitatem, qua diligit nos ad Ephesios secundo, omnia quæ nobis fiunt reputat sibi facta, siue bona sint siue mala. De bonis patet infra vigesimoquinto, scilicet, quandocunque vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis. vnde vocat eos ibi fratres. De malis patet, quia Act. 9. dixit Paulo. Saule cur me persequeris? & tamen non poterat Paulus persequi Christum qui iam cœlos ascenderat, sed quia persequebatur credentes in eum, dicebatur persequi ipsum, & quia recipere pauperes Christi est eis benefacere, dicit Christus, quòd ipse recipitur quando quis il- B los recipit.

Quare dicitur, qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ &c. Et quod solus Deus est, qui homines iustificat. Et quòd Apostoli fuerunt Prophetæ, & plusquam Prophetæ.

Quæst. CXLIII.

QVAERETVR, quare dicitur hic, qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, & iustum in nomine iusti.

Dicendum, quòd hoc dicitur. Primo ad ostendendum rectitudinem affectionis. nam opera nostra C non sunt meritoria, nisi habeant rectitudinem finis, & quia finis boni operis est Deus, oportet propter Deum agere, qui autem recipit in nomine Prophetæ accipit eum propter Deum; quia ipse est, qui Prophetas constituit, Sapientiæ septimo, trasfert se per animas sanctas, & Prophetas, & amicos Dei constituit. qui etiam recipit iustum in nomine iusti propter Deum agit, quia solus Deus est, qui iustificat homines, etiam quia dicitur, qui dederit potum vni ex minimis tantum in nomine discipuli, sed discipulus ad magistrum refertur, ideo qui dat aliquid cuiquam in nomine discipuli propter magistrum suum illud ei dat, & Christus est solus magister noster infra vigesimotertio, nolite vocari magistri, quia magister vester vnus est Christus, pro Christo ergo facit D quicunque alicui vt discipulo benefacit.

Secūdo dicitur hoc ad tollendum alios fines indebitos, quia poterat quis Prophetam, vel iustum recipere propter inanem gloriam quasi magni honoris sit, quòd Prophetam, & iustum hospitio receperit, vel propter aliquod vtile qood inde consequi intendit, qa iste nullam mercedē habebit: iam enim recepit, mercedem suam, sicut dicitur supra 6. sic dicit Chrysosto. in nomine iusti hoc est si non propter vitę huius eminentiam, nec propter aliud aliquid temporalium susceperit, sed quia, vel Propheta est, vel iustus.

Tertio dicitur, quia ista nomina competebant specialiter Apostolis: nam licet istud omnibus pauperibus applicari possit, Christus tamen loquebatur spe- E cialiter de Apostolis, istis autem competunt specialiter tria nomina, quæ ponuntur hic, scilicet, Propheta, & iustus, & discipolus: erāt enim Apostoli Prophetæ immo plusquam Prophetæ, quia plura ipsi cognouerunt quam Prophetæ, & viderunt, quæ Prophetis nō ostensa sunt infra 13. & Lu. 10. beati oculi, qui vident, quę vos videtis, multi Prophetę, & iusti cupierunt videre, quę videtis, & non viderunt, & audire, quę auditis, & non audierunt. Etiam Apostoli fuerūt vere Prophetę, quia multa de futuris prędixerunt, & quandocunque opus erat reuelabat eis Spiritussanctus futura. Vocantur etiam iusti per excellentiam ad cęteros homines, quia Christus iustificauit, & mundauit eos: Ioannis 13. vos mundi estis, sed non omnes: fecit

enim Chriſtus eos cęteris hominibus meliores, quia omnium hominum, & Eccleſiarum illos principes conſtituebat Ioan. decimotertio, ego ſcio quos elegerim, ideſt, propter hoc mundaui vos, quia elegi vos, & iterum dixit, mundi eſtis propter ſermonem quē dixi vobis. Vocantur autem diſcipuli, & iſtud erat nomen magis competens eis, ſcilicet, quia erant in diſcipulatu Chriſti, & ideo ſemper vocantur diſcipuli, vel Apoſtoli.

Quarto dicitur hoc, & principaliter ad tollendum dubium, quia Chriſtus poſuerat ſupra grauem p œnam non recipientibus Apoſtolos, & tunc magna præmia recipientibus, & quia aliquis diceret. Domine neſciemus quis erit Apoſtolus, vel diſcipulus tu', vt veros recipiamus, & falſos abijciamus. Chriſtus dicit, quòd non eſt in hoc multum ſcrutandum, ſed ad nomina perſonarum reſpiciendum. vnde ſiquis vocat ſe Prophetam, licet non ſit, & recipitur vt Propheta, erit pręmium recipienti, ſicut ſi reciperet verum Prophetam, & ita eſt de iuſtis, & diſcipulis, & iſtud eſt propter quod Chriſt' dixit, ſic dicit Hieronymus, quia ad ſuſceptionem magiſtrorum diſcipulos prouocauerat, poterat credentium occulta eſſe reſponſio: ergo & pſeudo Prophetas, & Iudam proditorem debemus ſuſcipere, vnde Dominus dixit non perſonas ſuſcipiendas eſſe, ſed nomina, & mercedē non perire ſuſcipientis, licet indignus fuerit, qui ſuſceptus ſit.

An ſit maioris meriti benefacere bonis quàm minus bonis. Et quòd non debeant pauperes immoderate, & delicate paſci. Quæſt. CXLIIII.

QVAERETVR cum dicat hic Chriſtus recipere Prophetam in nomine Prophetæ, & iuſtum in nomine iuſti, an ſit maioris meriti benefacere, & hoſpitio recipere virum bonum quàm minus bonum, vel non bonum.

Aliqui dicunt, quòd non, quia ad differentiam meriti noſtri non facit, niſi illud quod eſt ex parte noſtra, ſed quòd bonus, vel melior ſit, qui ſuſcipitur extra nos eſt: ergo nō magis merebimur pro vno quàm pro alio.

Item quia dicit Chryſoſto. & habetur 42. diſtin. ca. quieſcamus: non enim ex vita eorum quos accipis mercedem tibi retributurus eſt Deus, ſed ex voluntate, & propter hoc dicit ibi quieſcendum eſſe a curioſa inueſtigatione meritorum perſonarum.

Et tamen ſi eſſet maioris meriti vnum quàm alterum recipere daretur occaſio illi ſcrutationi. ergo nō eſt differentia meriti ex perſonis ſuſceptis.

Dicendum, quòd differentia eſt in merito, vel eſſe poteſt ſecundum conditionem perſonarum ſuſceptarum: Et patet, quia Chriſtus facit differentiam hic in mercede, ſcilicet, qui recipit Prophetam mercedē Prophetę accipiet, & qui recipit iuſtum mercedem iuſti accipiet, ſi tamen non eſſet differentia mercedis ex parte perſonarum, non diſtingueret Chriſtus de mercede recipientis iuſtum, & mercedem recipientis Prophetas, ſed dicit, qui recipit Prophetam, & qui recipit iuſtum, & qui recipit diſcipulum mercedem recipiet, vel non perdet mercedem ſuam.

Pro hoc tamen conſiderandum, quòd circa pauperes, aut quæritur an omnibus benefaciendum ſit, vel an benefaciendo quibuſdam mereamur magis, quàm benefaciendo alijs. De primo dicendum, ꝙ qui poteſt omnibus debet benefacere, quia cuicunque ex minimis faciamus Chriſto facimus, infra vigeſimoquinto, ſi autem non ſufficimus omnibus, & concurrunt ſimul plures indigentes quibuſdam pluſ-
F quàm alijs benefaciendum eſt, vt oſtenſum eſt ſupra ſexto cap. q. 83. & 84. & eſt maioris meriti illis benefacere quàm alijs cum ſit magis debitum. De ſecūdo dicendum, quòd aut merita perſonarum ſunt incognita omnino tam ex parte, quàm ex nomine, aut ſunt cognita. Si primo modo, ideſt, quòd pauperes non vocant ſe aliquibus nominibus ſignantibus maiorem, vel minorem excellentiam, nec ſuſcipiens cognoſcit differentiam eorū, non eſt maioris meriti ſuſcipere vnum quàm alterum etiam ſi Chriſtum in perſona ſua ſuſciperemus, quia ſicut quod omnino eſt inuoluntarium nullatenus eſt meritoriū, ita nec poteſt facere ad augmentum, nec ad diminutionem meriti, & tamen ignorantia facit inuolunta-
G rium 3. Ethicorum capit. 1. ergo qui omnino ignorauit conditiones pauperum non potuit magis mereri recipiendo vnum quàm alterum, & tunc non debet facere ſuſcipiens diſtinctionem aliquam, ſed recipere quoſcunque, & ſic intelligitur, quòd non ex vita eorum, quos accipis mercedem tibi retributurus eſt Deus, ſed ex voluntate, & honorificentia multa, ideſt, deſiderio quo ſuſcipiuntur, & ex obſequio quod eis præſtatur. Si autem cognoſcat merita ſuſcipiens, aut hoc eſt ꝑ ſola nomina, aut in veritate, per ſola nomina cognoſcit merita, vt ſi vnus pauperum dicat ſe Sacerdotem, alius monachum, alius prædicatorem, alius Prophetam, alius ſimplicem pauperem, tunc licet non ſit verum quod iſti dicunt, dum tamen mani-
H feſte contrarium non appareret, eſſet diſtinctio meriti ſuſcipientis ſecundum diſtinctionem perſonarum, & magis benefaciendum erat ei, qui ex nomine oſtēdit maiorem pietatem, vel dignitatem, & licet ſit falſum, & occaſione huius excludatur alius, qui eſt melior, vt quādo ambo ſuſcipi non poſſunt, meretur magis ſuſcipiens recipiendo iſtum falſum, qui tamen habet bonum nomen, & excludendo virum bonum ꝙ ſi econtrario faceret, quia tantum meretur recipiēdo falſum ſub nomine veri, ſicut ſi verus eſſet, & hoc eſt quod dicit hic Chriſtus, qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, ideſt, qui recipit illum, qui ſe vocat Prophetam ſiue ſit, ſiue non ſit, dum tamen nomine Prophetæ accipiatur, & ita de iuſto, & diſcipulo. Si
I autem ſint perſonarum merita cognita, ſiue quantū ad dignitatem, ſiue quantum ad bonitatem, ſicut eſſe Sacerdotem, vel monachum, vel prædicatorem, ſiue quantum ad bonitatem, vt quia vnus eſt melior alio, non erit attendendum ad nomina, quia cognita veritate non eſt iudicādum de nomine, cum nomina faciant præſumptionem, ſed non probationem, & tunc maioris meriti eſt prędicatorem recipere quàm non prædicatorem, & ſacerdotem, vel monachum ꝙ ſęcularem, & hoc Chriſtus dicit hic oſtendens aliam eſſe mercedem recipientis iuſtum, & aliam recipientis Prophetam, & tamen ſi non differrent merita recipientis ex diuerſitate ſuſceptorum, eadem eſſet merces recipientis Prophetam, & recipientis iuſtum.
K Sed diceret quare meretur magis recipiens vnum quàm alterum. Dicendum, quòd fit propter duo. Primo ex deſiderio recipiendi: nam quando quis ex charitate agens recipit aliquem, recipit illum propter Deum, ideo quanto magis ſcit eum pertinere ad Deum, cum maiori dilectione illum recipiet: nam ſicut magis diligitur finis quàm ea quæ ad finem, ita quanto aliquid eſt propinquius fini tanto magis diligetur, vt colligitur quarto Ethicorum capitulo primo, & tamen quanto actus charitatis, vel cuiuſcunque virtutis eſt intenſior, eſt magis meritorius. ergo, qui recipit aliquem quanto fuerit ille maioris dignitatis, & Deo propinquior, magis merebitur.

Secundo

A Secundo propter maiorem honorem, quia maiorem honorem, & obsequium impendet pauperi quã to est dignior, & tamen ex maioritate operis est maioritas meriti ergo magis merebitur, qui recipit meliorem quem talem cognoscit esse, vel sub nomine talis eum suscipit. Hoc verum est quia propter dignitatem suscepti ipse suscipiens ex maiori dilectione illum suscipit, & maiorem honorem, & obsequium ei impendit: nam si non suscipit ex maiori charitate quàm alios pauperes, nec eum plus honorat non meretur plus eum suscipiendo quàm suscipiendo alios: immo minus meretur quanto meliorem, & digniorem suscipit, quia cęteris pauperibus communibus sufficienter redditur si mediocre obsequium impendatur, melioribus autem, & dignioribus si volumus plus impendere quàm mediocribus, cum tamen facere possemus a virtute deficimus, B quia debitum non reddimus; tunc magis minus bonos suscipiendo, & tunc verum est illud 42. distinctio. capitu. quiescamus, non enim ex vita eorum, quos accipis mercedem tibi retributurus est Deus, scilicet, quia tu non consideras vitam eorum vt magis, vel minus benefacias eis, sed ex honorificentia, & voluntate, idest, solum considerauit quantitatem desiderij ex quo suscepisti, & honorificentiam quam impendisti.

Ad primum dicendum, quòd meritum non consideratur in nobis ex aliquo extrinseco, dignitas autem C susceptorum est extrinseca suscipienti, & ideo per illam non meretur, inquantum tamen illa incitat ad recipiendum maiori dilectione, & impendendo maius obsequium, quæ sunt ex parte suscipientis facit ad meritum, si tamen suscipiens non aduertat ad ista, sed æquali voluntate, & obsequio omnes pauperes tractet, non merebitur magis propter dignitatem suscepti, & tunc est dignitas eius extrinseca omnino suscipienti.

Ad secundum dicendum, quòd illud, scilicet, non enim ex vita eorum quos accipis, &c. tenet verum in duobus casibus. Primus est quando suscipiens ignorat dignitatem susceptorum. Secundus est quãdo scit illam, & tamen non aduertit ad eam, nec plus D impendit eis quàm ceteris, si tamen cognoscit, & dignioribus magis impendit magis meretur quàm suscipiendo minus dignos.

Sed dicetur, quòd tunc nihil differt ex conditione personarum, sed solum ex voluntate & obsequio recipientis, quia quandocunque ex maiori dilectione egerit, & maius obsequium impenderit quicunque sit ille cui impenditur, magis merebitur, & nihil differt de dignitate personarum.

Dicendum, quòd multum differt, quia omnis actus virtutis regulatur per prudentiam, ita vt non sit maius, nec minus, sed in medio, & tamen respectu personarum ad quas operamur est aliquid magnum, vel paruum, nam si quis velit pauperes delicate pascere immoderatum est, & peccatum veniale, E 25. distinct. §. criminis, & Augustinus super Epistolam ad Corinth. & 86. distinct. cap. non satis: ideo quidam pauperes sunt, quibus si velimus magnum exhibere honorem, & multum præstare obsequium erit immoderatum, & non merebimur, sicut est in pauperibus simplicibus, qui nullam aliam dignitatem habent, nisi quòd pauperes sunt. alij autem sunt pauperes magnæ dignitatis, sicut Apostolus, Propheta, prædicator, & sacerdos, & monachus, quibus magnum obsequium, & honor debet, & potest debite impendi, ita quòd nos interdum non sufficiamus tantum eis præstare quantum eis debite posset impendi, & sic in istis est locus multum merendi ex magno honore, & obsequio illis præstito. ergo differentia dignitatis susceptorum multum confert ad dignitatẽ meriti, quando attendit suscipiens ad susceptos, scilicet, an Apostolum, vel Prophetam, vel prædicatorem recipiat, & sic de alijs.

Ad confirmationem dicendum, quòd non datur occasio ex hoc scrutandi de dignitate, quia aut dignitas nullo modo scitur, aut scitur ex sola assertione pauperis, vel constat vere de ea. Si nullo modo scitur non est inquirenda, & ita intelligitur 42. distinct. capit. quiescamus, sed nunc est magnitudo meriti ex voluntate, & honore, & obsequio quod illi præstatur eodem cap. Si autem ex assertione sua constet de dignitate non est inquirendum an verum dicat, sed si accipiatur in nomine Prophetæ, vel iusti etiam si non sit Propheta, nec iustus recipiens, ita meretur ac si vere ille esset Propheta, & ita intelligitur hic litera, scilicet, qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, idest, etiam si non sit Propheta, dum tamen, vt Propheta recipiatur. Si autem vere constet de eius dignitate nihil inquirendum est, quia inquisitio fit ad hoc, quòd constet de re.

Sed obijcietur, quòd si afferit se Prophetam, vel Apostolum, inquirendum est an verum sit, quia dicitur 42. distinct. cap. quiescamus: si enim in clerum se esse electum dicat, si sacerdotem se nominet scrutare.

Dicendum, quòd aut illi, qui se afferunt habere tales dignitates petunt se recipi, vt tales ad faciendũ officia illa, aut petunt suscipi, vt sustententur. Si primo modo non sunt suscipiendi, quia periculum esset suscipere eos non constito de veritate, vt si reciperetur non sacerdos ad dicendum missam, & non Episcopus ad conferendum ordines, sic dicitur eodem capitu. quiescamus: non enim sine periculo in talibus indiscussa communicatio est contra maiora periculum vertitur, idest, contra spiritualia, in quibus est maius periculum si erretur quàm si detur alicui cibus, vel potus, & temporalia per errorem, & subditur ibi causa, scilicet, non enim das, sed accipis, idest, accipere debes ab eis spiritualia, vt sacramenta, & ordines, & si ipsi non sint tales quales se esse fatentur periculum est. Si secundo modo non est scrutandum, sed dabuntur eis temporalia, sed dicitur ibidem, si vero pro nutrimento postulat, nec in his examines, & tunc dabitur isti sustentatio, & honor non tanquam simplici pauperi, sed tanquam sacerdoti, vel prædicatori, licet non permittatur exercere actum dignitatis suæ, quousque de illa constet, & etiam si non fuerit qualem se nominat meretur, qui suscepit eum, ac si verum dixisset, & ita non erit occasio scrutinij in erogando pauperibus temporalia.

quomodo est verum, quòd recipiens Prophetam recipit mercedem Prophetæ.

Quæst. CXLV.

QVÆRATVR quomodo est verum, quòd recipiens Prophetam recipit mercedem Prophetæ.

Aliqui dicunt, quòd recipiet mercedem Prophetæ, idest, ab illo, a quo Propheta accipiet mercedem, idest, a Deo, & sic exponit Nicolaus. Secundo potest accipi, quòd accipiet mercedem Prophetæ, idest, qualem decens est recipere eum, qui recipit Prophetam, & tunc nihil significatur, quia certum est, quòd quilibet recipiet talem mercedẽ qualẽ iustum est eum recipere.

Tertio potest intelligi. quòd accipiet mercedē Prophetæ. i. qualem Propheta, non quidem æqualem, sed in aliquo similem eo, quòd iste ministrando temporalia adiuuat Prophetam, & prædicatorem in actu suo, quem non possent exercere, nisi temporaliter adiuuarentur, sic dicit Gregor. non mercedem de Propheta, vel de iusto, sed mercedem Prophetæ iusti accipiet. iste enim fortassis iustus est, & quanto in hoc mundo nihil possidet tanto loquendi pro iustitia fiduciam maiorem habet, hunc dum ille sustentat, qui in hoc mundo aliquid possidet illius iustitiæ libertatem sibi participem facit, vt cum eo pariter iustitię pmia recipiat, quem sustentando adiuuit. Quarto potest accipi, quòd mercedem Prophetæ accipiet, idest, talem qualem acciperet; si esset verus Propheta ille, quem recipit, & hoc conuenit valde proposito, G quia dubitabatur cum quis diceret se esse Apostolū, & non esset an recipiens mereretur, Christus autem dicit, quòd si recipiatur in nomine Apostoli, vel Prophetæ, etiam si non sit, mercedem accipiet, qui eum accipit, & dicitur mercedem Prophetæ, idest, talem qualem accepturus esset si vere esset Propheta ille, quem accipit, sic dicit Chrysostomus mercedem Prophetæ, & mercedem iusti accipiet, idest, qualem decens est accipere eum, qui suscipit Prophetam, vel iustum, & idem dicit Hieronymus. isti autem duo vltimi sensus sunt conuenientes.

Quare dicitur, qui dederit calicem aqua frigida.
Quæst. CXLVI. H

QVAERETVR, quare dicitur, qui dederit calicem aquæ frigidæ.

Dicendum, quòd dicitur. Primo ad significandum, quòd eleemosyna quantumcunque sit parua est accepta Deo, quia nihil minus esse potest, quam modicum de aqua frigida, & tamen dans illud non perdit mercedem suam.

Secūdo dicitur propter susceptores Apostolorum de quibus supra agebatur, quia ab hospitibus recipere debebant Apostoli necessaria ad vitam, & non discurrere de domo in domum, sed manducare, & bibere, quæ apud illos sunt, Lucæ decimo: & quia aliquis diceret, quòd forte, quia non poterat eis prouidere sufficienter, non haberet mercedem aliquam, I dixit Christus, quòd etiam si solum calicem aquæ frigidæ darent, mercedem non perderent.

Tertio dicitur ad ostendendum, quòd nemo est, qui non possit eleemosynam facere, nec aliquis prætextu paupertatis, quia nemo est, qui saltem calicem aquæ frigidæ dare non possit; & tamen istud reputatur in eleemosynam, quia mercedem non perdet. Et ideo dicitur aquæ frigidæ, quia calefacere aquam indiget aliquali labore, & tempore, etiam præsupponit expensas, scilicet; habere ignem, vnde aliquis esset, qui aquam calidam dare non posset, aquam tamen frigidam quilibet dare potest.

K Quarto dicitur ad ostendendum, quòd eleemosyna magis est Deo accepta ex intentione dantis, quàm ex re data: nam calix aquæ frigidæ nullius valoris est, Deus tamen pro eo mercedem dat, si datur alicui in nomine discipuli: ergo ex intentione recipitur, sic patet Lucæ vigesimoprimo; de vidua, quæ duo minuta æra solum misit, & laudatur a Christo plus omnibus obtulisse. Circa Apostolos autem de dignitate, & potestate, & conuersatione eorum erant plura hic dicenda, sed dicentur Mar. sexto, & Lucæ decimoquarto cap.

CAP. XI.

ET factum est cum consummasset Iesus præcipiens duodecim discipulis suis: transijt inde, vt doceret, & prędicaret in ciuitatibus
eorum. Ioannes autem cum audisset in vin- Luc. 7.
culis opera Christi, mittens duos de discipu
lis suis, ait illi. Tu es, qui venturus es, an
alium expectamus? Et respondens Iesus ait
illis. Euntes renunciate Ioanni, quæ audi-
stis, & vidistis. Cęci vident, claudi ambu-
lant, leprosi mundantur, surdi audiūt, mor
tui resurgunt, pauperes euangelizantur, &
beatus est, qui non fuerit scandalizatus in
me. Illis autem abeuntibus, cępit Iesus di-
cere ad turbas de Ioanne. Quid existis in
desertum videre? Arundinem vento agita-
tam? Sed quid existis videre? Hominem
mollibus vestitum. Ecce qui mollibus ve-
stiuntur in domibus regum sunt. Sed quid 21. q. 4. c. 1.
existis videre? Prophetam? Etiam dico vo- Malach. 3.
bis, & plusquam Prophetam? Hic est enim Mar. 1.
de quo scriptum est. Ecce ego mitto Ange-
lum meum ante faciem tuam, qui præpara-
bit viam tuam ante te,

ET *factum est*. In præcedentibus posita instructione prædicantium: Hic consequenter subditur confirmatio dubitantium. Et diuiditur in duo. quia primo ponitur præcedentium dictorum conclusio. Secundo ipsa dubitātium confirmatio ibi. *Ioannes autem*.

An ista sint continuata ad præcedentia.
Quæst. I.

QVAERETVR circa primum an ista sint cōtinuata ad præcedentia.

Aliqui dicunt, quòd non, quia Marcus, & Lucas ponunt ea, quæ habentur præcedenti capitulo, & non subiungunt ea immediate, quæ habentur hic. Secundo patet, quia illi ambo concordant eandem rem ponentes, quia Marc. sexto, positis præceptis, quæ Christus dedit Apostolis dicitur, & exeuntes prædicabant, & immediate dicitur, quòd Herodes audiuit famam Christi, & eadem omnino ponuntur Lucæ nono, magis ergo standum est ordini, quem illi ponunt.

Dicendum, quòd aut hic quæritur de ordine omnium quæ habentur in hoc cap. ad præcedentia, & de hoc infra dicetur. Si autem quæratur de principio huius cap. vsque ad illum locum. Ioannes autem. est dicendum, quòd sunt ista continuata ad præcedētia, quia præcedenti cap. habēntur præcepta quæ dedit Christus Apostolis. Hic autem dicitur cum consummasset pręcipiens discipulis &c. ergo fuit istud post illa. Dicendum ergo, quòd fuerunt ista immediate post illa nullo interposito, quia dicitur cum consum-

summasset, idest, quando consummauit. ergo inter A ista, & præcedentia nullum est medium, sed potius istud est conclusio illorum.

Item, quia dicitur transiit inde, idest, de loco, in quo docuerat Apostolos, & sic nihil fuit inter istud, & præcedentia: immo non est istud aliquod factum distinctum a præcedentibus, sed est conclusio illoru. Vnde nec oportet quæri de continuatione, sed ne aliquibus esset dubium quæsitum est. De continuatione Mar. & Luc. nunc non discutitur, scilicet, an Herodes audiuit famã Christi postquam ipse instruxit Apostolos, vel prius.

Cum autem dicitur, quòd Apostoli exeuntes, prædicabant verum est, quòd fuit post istam instructionem, & tamen prius fuit hoc, quod dicitur hic. s. q Christus recederet de loco, in quo docuerat eos, q̃ q B illi irent ad prædicandum, cum dicatur hic, quòd cum consummasset recessit inde. Circa primum ergo dicitur.

Et factum est. Continuatio est, & dicitur factum est, idest, fuit vel accidit, & est modus loquend, Hebraicus.

Cum consummasset Iesus præcipiens discipulis suis. Idest, quando finiuit præcepta, quæ illis dedit, quæ habentur præcedenti cap. & vocantur 12. discipuli, licet essent Apostoli per quod a cæteris distinguebantur cũ ista esset dignitas eorum, quia tamen semper erant in discipulatu Christi, idest, addiscebant ab eo tanquã a magistro, vocantur adhuc discipuli, & mutãtur nomina alternatim, vt aliquãdo discipuli, & aliquando C Apostoli nominentur.

Transiit inde. Idest, de loco vbi docuerat Apostolos, & erat locus ille in campo, quia præcedenti cap. in principio dicitur, videns Iesus turbas misertus est eis, quia erant, sicut oues sine pastore, idest, iacebant per agrum, vt ibi declaratum est, & tunc videns turbas vocauit discipulos, & dixit ibi eis omnia, quæ habentur præcedenti capitu. vt patet ibidem. Item patet magis, quia dicitur hic transiit, vt prædicaret in ciuitatibus eorum. ergo non erat Christus tunc in aliqua vrbe, quia aliàs non diceretur, quòd ibat ad prædicandum in ciuitates, nisi esset extra omnes ciuitates, scilicet, in campo.

Vt doceret, & prædicaret. Aliquando accipiuntur D pro eodem, & aliquando pro diuersis: est enim docere generale in quacunque materia, & qualitercunque quis vnum, vel multos instruat. prædicare autem est certus modus docendi, hic autem possunt accipi pro eodem: nam docebat homines in eis, quæ nesciebant, sicut ipsi dixerunt Mat. primo, quæ nam est hæc doctrina noua? prædicabat autem inquantũ publice declamabat ea, quæ ad mores pertinent, quia de his est prædicare.

In ciuitatibus eorum. Idest, Iudæorum: non enim potest referri ad Apostolos de quibus immediate dicebatur, scilicet, quòd Christus iret ad ciuitates, vel loca de quibus Apostoli originem traxerant, quia non E ibat specialiter ad aliqua loca, sed discurrebat per totam terram Israel Luc. quarto, oportet me, & aliis ciuitatibus Euangelizare, idest, non manere in quibusdam specialiter, sicut turbæ volebant tenere ibi eum in Capharnaum, sed ire ad omnes ciuitates. Et cum dicitur transiuit, vt doceret in ciuitatibus eorum, non est sensus, quòd nunc primo iuerit ad prædicandum, quia ante hoc nihil aliud faciebat, sed quia Matthæus multa interposuerat in quibus nulla mentio fit de prædicatione Christi per vrbes, redit hic quasi de nouo ad dicendum, quòd iuit ad prædicandum per vrbes.

Quare Christus nunc ad prædicandum iuit cum satis erat, quòd Apostoli prædicarent. Quæst. II.

QVAERITVR, quare Christus nunc ad prædicandum iuit, cum satis erat, quòd illi prædicarent.

Dicendum, quòd Christus non debuit cessare a prædicatione propter Apostolos. Primo, quia Christus vsque ad mortem suam nunquam debuit cessare a prædicatione, quia si cessaret non occideretur. propter hoc enim occisus, quia quotidie grauiora contra Pharisæos, & principes Sacerdotum, & scribas prædicabat, & miracula plurima faciebat Ioan. 11.

Secundo si Christus cessasset prædicare ex hoc periret doctrina sua: putaretur enim quòd inuenerat non bonum esse prædicare, & ideo cessauerat.

Tertio, quia si Christus non prædicaret semper continuando postquam cœpit, nõ videretur quid agere deberet, sed esset ei vita tota quasi ociosa, debuit ergo vsque ad mortem prædicare, & miracula facere, sic ipse dixit Luc. 13. cum dixerunt ei quidam Pharisæi vade hinc, quia Herodes vult te occidere, & ait illis, ite & dicite vulpi illi, ecce eiicio dæmonia, & sanitates pficio hodie, & cras, & tertia die consummor, verũtamen oportet me hodie, & sequenti die ambulare, & sic dicit, quòd dæmonia eiiciebat, & sanitates pficiebat vsquequo consummaretur, & occideretur. Quarto, quia Christus erat præcipuus prædicator, Apostoli autem erant in subsidium, quia Christus nõ poterat in omnibus locis prædicare, & vt turbæ cogerentur sequi eum, sicut dictum est præcedenti ca. q. 6. potius ergo cessarent isti a prædicatione quàm Christ.

Quinto, quia prædicatio omnium erat necessaria: dixerat enim Christus præcedenti capitu. messis multa est operarii vero pauci. erat igitur prædicatio sua, & Apostolorum necessaria immo non sufficiebant, qa post hoc instituit Christus alios septuagintaduos discipulos, quos misit ad prædicandum, sicut Apostolos Luc. 10. & etiam omnes isti non sufficiebant, quia Christus dixit præcedenti cap. non consummabitis ciuitates Israel donec veniat filius hominis, idest, quòd non finirent prædicationem in omnibus illis ante mortem Christi, debuit ergo Christus semper prædicare.

Quare dicitur, quòd Christus transiit inde, & quare immediate postquam docuerat Apostolos. Quæst. III.

QVAERITVR, quare dicitur, quòd Christus transiit inde, & quare immediate postquam docuerat Apostolos.

Aliqui dicunt, quòd recessit inde vt Apostolis locum prædicandi daret: nam præcedenti cap. dixerat illis, quòd irent ad prædicandum, & quia præsente Christo nemo vellet audire Apostolos subtraxit se, vt illi prędicãdi locum haberent, sic dicit Chrysostom. transiit inde: quia enim eos misit subtraxit seipsum dans locum eis, & tempus facere, quæ iniũxerat: eo enim præsente, & curante nullus ad discipulos vellet accedere.

Sed dicendum, quòd non stat, quia Christus nunc erat in campo cum turbis, Apostoli autem non erant ibi prædicaturi, quia Christus iubebat eis ire ad ciuitates de vna in alteram præcedenti capitu.

Etiam quia subtractio Christi nihil proderat eis: nam turbæ illæ, quæ ibi cum Christo erant, non minerent cum Apostolis etiam si ibi vellent illi prædicare, sed illo recedente sequerentur eum.

Etiam si Christus esset in vrbe aliqua nõ proderat discipulis,

discipulis, quòd Christus inde recederet, quia non erant ipsi prædicaturi in vrbe, in qua Christus immediate ante hoc stetisset, sed ituri ad alias vrbes lõginquiores in quibus Christus non prædicasset, quia illi magis indigebant prædicatione.

Sed dicendum, quòd recessit inde, quia iam Christus fecerat quicquid in loco illo facturus erat, scilicet, docuerat turbas, & postea Apostolos, & cum nihil superesset ibi agendum recessit, quia in nullo loco ociose aut sine causa, manebat. Cum autem quæritur, quare immediate iuit ad prædicandum.

Dicunt aliqui, quòd fuit ad exemplum prædicatorum, scilicet, vt postquam ipsi instructi sunt alios doceant, sicut Christus mox, vt docuit discipulos in speciali doctrina qua Apostolos instruxerat ad generalē transit in ciuitatibus prædicando, quia ad hoc de cęlis descenderat, vt omnes illuminaret, in quo facto mouentur prædicatores, vt omnibus prodesse studeant.

Se dicendum, quòd hoc fecit Christus, quia tempus expendere inutiliter nolebat, erat ei tempus paucum, & opera multa: & ideo incessanter operabatur, vnde interdum vix cibum capere nolebat, vt prędicare posset, sicut Ioan. 4. quando loquebatur cum Samaritana offerentibus ei cibum Apostolis dixit. ego cibum habeo manducare quem vos nescitis, & hoc dicebat, quia expectabat Samaritanos, qui venturi erant de vrbe ad eum quibus prædicauit eod. capit. & iterum cum Christus voluisset sedere ad cibum venerunt turbę ad domum, & ipse exiuit, vt prædicaret eis. Apostoli autem exeuntes tenuerunt eum dicentes, in furorem versus est Mar. 3. ideo cum Christus complesset hic, quæ facturus erat, recessit mox prædicaturus ad alia loca, ne aliquid temporis ociose periret.

Ioannes autem. Hic ponitur dubitantium confirmatio. Et diuiditur in tres partes. Quia primo Christus confirmat dubios de suo aduentu. Secundo condemnat peruersos ibi.

Cui sim lem. Tertio commendat in se deuotos ibi. *In illo tempore respondens*. Prima in duas, quia primo ad confirmationem discipulorũ & Apostolorũ ostendit Iesus se esse Messiam in lege promissum. Secundo ad confirmationem Apostolorum ostendit Ioannē esse Prophetam sanctum ibi.

Illis autem abeuntibus. Prima in duas, qui primo ponitur dubitatio. Secundo eius responsio ibi. *Respondens Iesus*.

An ista sint continuata ad præcedentia. Quæst. IIII.

QVAERETVR circa primum an ista sint continuata ad precedentia. i. an fuerint post instructionē, & missionē Apostolorum ad prædicādum, quæ habentur præcedenti cap.

Dicendum, ꝙ Glo. continuat istud ad præcedentia dicens, posuerat supra Euangelista qũo per miracula, & doctrinam Christi tam discipuli quàm turbæ, instruebanť, nunc ostendit qũo hæc instructio vsque ad discipulos Ioannis peruenit. Sed dicendum est an fuerit istud factum post instructionē Apostolorũ nõ apparet, & tamen licet post illã fuerit, constat ꝙ non fuit immediate post eam, sed fuit post suscitationem filij viduæ in vrbe Naym quod patet Luc. 7. nam posito illo miraculo dr̃, & exijt hic sermo in vniuersam Iudæã, & nunciauerũt Ioanni discipuli eius de omnibus his, sic ẽt dicit Cyrillus miraculũ quod ad oẽs inhabitantes Iudæam, & Galilæam peruenit. referunt sancto Baptistæ quidam ex eius discipulis. Matthæus aũt subticuit suscitationem illã. & ideo potuit esse, ꝙ istud de Ioanne quod fuit post illam suscitationem fuerit postea, quæ habentur præcedenti cap. non ta-

F men potuit esse immediate post illa; sed intercidit illa suscitatio, & alia miracula, an tamen fuerit illa ante instructionem Apostolorum, quæ habetur pręcedenti cap. vel post dicetur Luc. 7. vbi ponitur illud miraculum. Et tamen dicendum est, ꝙ hoc accidit post præcedentia. s. post Apostolorum instructionem, & qñ iam prædicabant, quia Christus respondens Ioanni dixit pauperes Euangelizantur, id est, prædicant regnum Dei. s. Apostoli qui erant pauperes, & rudes iã prædicabant. Circa primum dr̃. *Ioannes autem cum audisset in vinculis*. Tenebatur Ioannes ab Herode rege, qui aliàs dicit̃ Tetrarcha Galilęæ in vinculis, quia arguebat eum propter Herodiadem vxorem fratris sui Philippi quam acceperat ab eo, & ipse tenebat illam

G in vxorem.

Opera Christi. Scilicet, miraculum de suscitationē filij viduæ in Naym, & alia miracula, quæ fecerat Luc. 7. *Mittens duos de discipulis suis*. Habebat adhuc Ioannes multos discipulos, & de illis misit duos ad Christum. *Ait illi*. Id est, Christo.

Tu es, qui venturus es. Id est, nunquid tu es Messias, qui venturus es in mundum.

An alium expectamus. Id est, vel nunquid est alius Messias propter quem expectare debeamus? & dixit, qui venturus es per excellentiam, quia Messias expectabatur ab omnibus venturus, & vocabatur absolute venturus. Ioan. 6. hic est Propheta magnus, qui

H venturus est in mundum.

Quomodo Ioannes misit discipulos ad Christum. Quæst. V.

QVAERETVR quomodo Ioannes misit discipulos. s. qũo habuit nũc discipulos quos ad Christum mitteret. Dicendũ, ꝙ Ioannes quandiu prædicauit habuit discipulos multos, quia erat magnæ opinionis apud Iudæos, & sequebantur eum plurimi, quibus dabat formam viuendi in ieiunijs, & orationibus, & reliquo cultu vitę, de ieiunijs patet supra 9. & Luc. 5. qñ discipuli Ioannis ieiunant frequēter, & de orationibus dr̃ Luc. 5. & obsecrationes faciunt, & orandi modũ dederat eis Ioan

I nes Luc. 11. Dñe doce nos orare, sicut docuit Ioannes discipulos suos. isti discipuli secuti sunt eũ vsquequo captus est ab Herode, vt patet Io. 3. cũ aũt captus est nõ deseruerũt eũ, sed veniebant ad illũ, qa erat vir sanctus, & credebant, ꝙ aliqñ de vinculis solueretur: nã Herodes venerebat̃ eũ, & libenter audiebat, & audito eo multa faciebat infra 14. & Mar. 6. & iõ de istis potuit mittere aliquos ad Chr̃m: nã vsque ad mortē secuti sunt eũ ibi in vinculis, & ipsi eũ sepelierũt 𝔍. 14.

Quomodo Ioannes in vinculis constitutus audiuit opera Christi, & per quos. Quæst. VI.

K QVAERETVR qũo Ioannes in vinculis cõstitutus audiuit opera Chr̃i, & p quos. Dicũt aliq, ꝙ per famã vndiq; diuulgatã: erãt enim talia opa Chr̃i, ꝙ latere ñ poterãt, qa talia faciebat qualia nullus antea fecerat Io. 16. si nõ fecissem opa, quę nemo alius fecit, vnde ẽt in principio prædicationis, & miraculorũ Chr̃i abijt opinio eiꝰ p totã Iudęã, & Galilęã, & in Syriam supra 4. quãtomagis postquã aliquãto tpe Chr̃s iam prædicauerat, qa miracula eius crescebãt per singulos dies, & sic ẽt nemo in vinculis positus ignorare poterat, quæ Chr̃s faciebat. Sed dicēdũ, ꝙ Ioannes audiuit hoc à discipulis suis, quia illi eũ in carcere visitabant, & cùm scirent opera Christi, quæ omnibus nota erãt nũciauerũt ea Ioan. Luc. 7. & annunciauerũt ea Ioanni discipuli eius de oĩbus his.

Quare

Quare discipuli Ioannis narrauerunt ei opera Christi.
Quaest. VII.

QVAERETVR, quare discipuli Ioannis ista narrauerunt Ioanni.

Aliqui dicunt, ꝙ propter nouitatem rerum, & magnitudinem: cum enim omnes homines naturaliter scire desiderant, & quilibet homo cupidus videre, & audire nouitates, & ita Herodes desiderabat valde videre, & audire Christum propter magna, quæ de eo dicebantur, & ita cum nũquam talia apparuissent in Israel supra 9. discipuli Ioannis nunciarent hoc ei, vt gauderet talia audiendo. Sed videtur dicendum, ꝙ ex inuidia dixerunt hoc discipuli Ioannis: desiderabant enim ꝙ solus Ioannes haberetur, vt magnus, & quia Christus in opinione omnium crescebat inuidebant ei propter magistrũ suum, & propter seipsos, vt nemo haberet magistrũ excellentiorem quàm ipsi, sic patet Ioan. 3. nondum enim incarcerato Ioanne cum incœpit Christus baptizare, dixerunt discipuli Ioannis ad Ioannem. Rabbi ille, qui tecum erat trans Iordanem cui tu testimonium perhibuisti ecce baptizat, & omnes veniunt ad eum, & Ioannes increpuit ibi eos, quòd non inuiderent laudando Christum. sic enim Iosue, qui erat discipulus Moysi cum videret duos viros Prophetãtes in castris dixit ad Moysen, Domine mi prohibe eos. Num. 11. & Moyses dixit, cur tu æmularis pro me, qs mihi det, vt omnis populus prophetet, & dedit eis Deus spiritum suum, isti tamen discipuli Ioannis increpiti ab eo adhuc inuidere non cessauerunt, sed Ioãne incarcerato adhuc inuidebant, & semel Christum accusauerunt dicentes, quare discipuli tui non ieiunant, & nos, & discipuli Phariseorum ieiunamus frequenter supra 9. & Mar. 2. ita ergo nunc cum miracula Christi quotidie crescerent inuidebant ei magis, & sic quasi ex quadam mordacitate dixerunt hoc Ioanni, sic dicit Beda non simplici corde, vt opinor, sed inuidia stimulante hoc dixerunt: nam & alibi conqueruntur dicentes, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem baptizat, & omnes veniunt ad eum, sic etiam dicit Hieronymus, quòd autem discipuli Ioannis haberent aliquid mordacitatis ex inuidia aduersus Dominum, superior quoque interrogatio demonstrant cum dixerunt, quare nos ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?

Quare Ioannes misit discipulos ad Christum.
Quaest. VIII.

QVAERETVR, quare Ioannes misit nunc discipulos ad Christum.

Dicendum, quòd Ioannes erat in carcere, & fortassis præuiderat mortem suam, mittit ergo discipulos ad Christum, quia nunc ipsi indigebant doctrina Christi, sic dicit Chrysost. tunc magis ad Deum erigimur cum incumbit necessitas, & ideo Ioannes detrusus in carcere quando magis discipuli eius indigebant Iesu tunc mittit eos ad ipsum, volebat enim quòd eum cognoscerent esse Messiam, & sic adhærerent ei, sic etiam dicit Hieronym. Ioannes interficiendus ab Herode discipulos suos mittit ad Christum, vt per hanc occasionem videntes signa ac virtutes crederent in eum, & magistro interrogati sibi discerent, idest, pro seipsis, & hoc fuit præcipue, qa Ioannes præuidens mortem suam voluit, quòd discipuli non manerent in errore, & quia ipse viuens docebat eos, & nunc moriturus iam non posset, misit eos ad Christum, vt sic esset eis occasio adhærendi Christo, & non manerent abiecti ab eo mortuo Ioan-

A ne, sic dicit Chrysostom. dum Ioannes erat cum ipsis suadebat eis continue de Christo, quia autem iam erat obiturus amplius studium facit: etenim formidabat ne relinquat in discipulis suis perniciosi dogmatis conditionem, & maneant abiecti a Christo, cui a principio omnes suos afferre studuit.

Si autem dicatur, quare duos misit, & non pauciores aut plures.

Dicendum, quòd vnum mittere securum nõ erat, quia cum discipuli Ioannis essent æmuli Christo, forte vnicus vadens mentiri vellet, quia facile erat, duos autem non est ita facile mentiri.

B Etiam, quia isti testificaturi erant quid Christus responderet, & tamen lex nunquam suscipit testimonium ex ore vnius, sed in ore duorum, vel trium testium requirit testimonium Deuteronom. 19. & Nume. trigesimoquinto.

Item, quia forte Ioannes inter discipulos suos sciebat istos minus æmulos Christo: misit ergo istos solos, sic dicit Chrysosto. non omnes mittit, sed duos quosdam quos nouerat fortassis alijs persuasibiliores existentes, vt insuspicabilis interrogatio fieret.

Quomodo Ioannes hic quæsiuit a Christo tu es, qui venturus es, & an alium &c. quia ipse hoc sciebat.
Quaest. IX.

C QVAERETVR quomodo Ioannes hic quæsiuit a Christo tu es, qui venturus es. nam per hoc videtur dubitasse an ipse esset Messias, & tamen non dubitabat: erat enim ipse præcursor Christi Luc. primo. Etiam ipse ostẽderat Christum, quod esset Messias cum dixit ecce agnus Dei Io. primo, & dixit, quòd ad ostendendum eum ipse venerat eod. cap. ego nesciebant eum, sed vt manifestetur in Israel propterea ego veni in aqua baptizans. Etiam dixit, quòd Deus dixerat ei illum esse Messiam eo. cap. scilicet, qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit super quem videris spiritum descendentem, hic est, qui baptizat, & ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei: non ergo dubitabat Ioannes an ille

D esset Messias.

Aliqui ergo dicunt, quòd Ioannes sciebat Iesum esse Messiam, sed nesciebat an passurus esset pro nobis, sic refert Ambro. quosdam dicere.

Sed non stat. Primo, quia Ioannes, dicit Christum venisse ad tollendum peccata mundi Ioan. 1. ecce, qui tollit peccata mundi, & tamen peccatum non tollitur, nisi per passionem.

Secundo, quia si Ioannes sciebat Iesum esse Messiam, necesse erat, quòd sciret eum esse passurũ quod Isa. prædixerat Isa. 53. & in alijs locis scripturæ, vel si nesciret hoc, putaret Messiam non esse passurum, & tunc frustra quæreret an ipse passurus esset.

Tertio, quia Ioannes erat Propheta, & plusquam Propheta infra in litera, & Luc. 7. non ergo ignoraret

E id quod alij, qui solum erant Prophetæ expresserant. s. Messiam esse passurum, sic dicit Chrysosto. sed hoc non habet vtique rationem. Ioannes enim non ignorabat, sed hoc primo testatus est dicens, ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi: agnum enim vocans crucem diuulgat: nec enim aliter quàm per crucem peccatum abstulit mundi, qualiter autem maior Propheta est hic, si nec ea quæ Prophetarum sunt, nouit? etenim Isa. dicit, sicut ouis ad occasionem ductus est. Alij dicunt, ꝙ sciebat eum Messiam esse, & passurum, sed nesciebat an ad inferna descensurus esset, sic dicit Grego. non ipsum mundi redemptorem esse dubitat, sed quærit, vt sciat, si is qui in mundum perseuerat, etiam ad inferni claustra descendat.

Sed

Sed hoc non stat. Primo, quia non erat aliqua causa dubitandi an ad inferna descensurus esset, quia si Ioannes sciebat Iesum esse Messiam, sciebat eum descensurum ad inferos, quia de Messia hoc prænunciatum fuerat Zacha. 9. tu autem in sanguine testimonij tui, idest, per mortem tuam eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua, & Oseę 13. O mors, mors ero tua, morsus tuus inferne. non ergo ignoraret Ioãnes, quòd alij Prophetę expresserant. Secundo, quia tunc non diceretur tu es, qui venturus es, sed tu es qui iturus es.

Alij dicunt, quòd Ioannes quæsiuit an descensurus esset Christus ad inferos, vt hoc prædicaret ibi manentibus. Ad hoc mouentur ex duobus. Primo, quia Ioannes, qui in carcere tenebatur in breui occidendus erat, & ad inferos descensurus, & sic vellet ibi annunciare Christi aduentum.

Secundo, quia dicitur tu es, qui venturus es, & tamen si quæreretur an esset Messias diceretur, tu es, qui venisti, quia iam venerat, sic dicit Hierony. non ait tu es, qui venisti, sed qui venturus es, & est sensus, manda mihi, quia ad inferna descensurus sum, vtrum te inferis debeam nunciare, an alium ad hæc sacramenta missurus es.

Sed istud improbat Chrysosto. dicens, quòd derisibilius videtur propter hoc eis dixerit, vt illuc abiens prædicaret: pręsens enim vita institiæ tempus est, post obitum autem iudicium est, & pęna, quare in nullo opus erat præcursore illic, quia aliter si infideles post mortem credentes saluandi essent nullus periret aliquando: omnes enim pęnitebunt tunc, & adorabunt, quia omne genu flectetur cęlestium, terrestrium, & infernorum.

Sed non est putandum, quòd Greg. & Hieronym. putauerint prædicaturum esse ad conuertendum aliquos apud inferos, sed quòd annunciaret aduentum Christi manentibus ibi, vt gauderent, sic dicit Glo. non ideo Hiero. & Grego. dixerunt, quòd Ioannes in infernum pręnunciaturus esset aduentum Christi, quia eius prædicatione aliqui non credentes conuerterentur ad fidem, sed vt iustis in expectatione Christi manentibus ex vicino aduentu consolationem afferret.

Sed adhuc sic intelligendo non stat propter rationes prędictas, scilicet, quia Ioannes sciebat Christum ad inferos descensurum cum sciret eum esse Messiã. Secundo, quia vt dicit Chryso. si de hoc quæreret nõ diceret tu es, qui venturus es simpliciter, sed qui venturus es in infernum.

Tertio, quia manifeste apparet, quòd non loquebatur de futuro descensu ad inferos, quia Christus respondit ad quæstionem Ioannis, ite & dicite Ioanni, quæ audistis, & vidistis, cęci vidẽt, claudi ambulãt &c. istud tamen non consonat alicui de opinionibus præpositis intelligendo quæstionem Ioannis, sicut illę accipiunt: ergo non quæsiuit Ioannes hoc, & ita est ratio efficax.

Dicendum ergo, quòd Ioannes quæsiuit an Iesus esset Messias. Quod patet ex verbis, scilicet, tu es, qui venturus es, idest, nunquid tu es Messias, qui venturus expectatur: talis enim erat modus loquendi Iudæis de Messia Ioan. 7. hic est vere Propheta, qui venturus est in mundum.

Secundo, quia responsio Christi consonat huic quæstioni: nam Messias putabatur a Iudæis futurus excellentior omnibus hominibus tam in vita quam in potestate miraculorum, Christus autem, vt ostenderet se esse Messiam fecit multa miracula coram discipulis Ioannis, vt patet hic, & Luc. 7. & dixit euntes dicite Ioanni, quæ vidistis, & audistis, quasi dicat, hoc

F quod vidistis, sicut responsum ad quæstionem Ioannis, quasi diceret, per hoc quod vidistis potestis intelligere an ego sim ille, de quo Ioannes quærit, & ista ostendunt me esse maiorem omnibus hominibus, & consequenter esse Messiam, & tamen ista responsio ostendendo potestatem non esset ad propositum si quæreretur an Christus moriturus esset, vel ad inferos descensurus. Sed nec est putandum, quòd Ioannes dubitauerit Iesum esse Messiam, sed dixit hoc propter discipulos suos: voluit enim quærere, vt illi informarentur, scilicet, vt scirent Iesum esse Messiã, & crederent in eum. ita enim Christus solet sæpe quærere cum nihil ignoret, vt Ioann. 11. vbi posuistis eum, idest, Lazarum, sic dicit Hierony. non ergo quasi

G ignorans interrogat, sed quomodo Saluator interrogat vbi sit Lazarus positus, vt qui locum indicabãt saltem, sic pararentur ad fidem, & viderent mortuum resurgentem, sicut interficiendus ab Herode discipulos suos mittit ad Christum, vt per hanc occasionem videntes signa atque virtutes crederent in eum, & nõ interrogante sibi discerent, idest, pro seipsis addiscerent. Et ista est vera positio Hieronymi, & non id quod dictum est, quia illud dixit referendo, vel dubitando, vnde si non habuisset Ioannes discipulos, vel non dubitassent de eo, non misisset quenquã ad quęrendum hoc a Christo, sic dicit Hilarius Ioannes non suæ, sed discipulorum ignorantiæ consulit: vt enim scirent nõ alium a se prędicatum ad opera eius

H intuenda discipulos suos misit, vt auctoritatem dictis suis illius opera conferrent, ne Christus alius expectaretur quàm cui testimonium opera præstitissent.

Quare Ioannes potius misit ad quærendum de isto dubio, scilicet, an Christus esset Messias quàm de aliquo alio. Et quare Ioannes noluit suos discipulos post eius mortem in hoc dubio manere an Christus esset Messias.

Quæst. X.

QVAERETVR, quare potius Ioannes misit ad quærendum de isto dubio quàm de aliquo alio.

I Dicendum, quòd hoc fuit; quia in hoc versabatur totus status hominum, & fuit hoc primo ex parte discipulorum Ioannis: omnes enim expectabant Messiam credentes, quòd ille esset salus mundi, agnoscere igitur illum erat pars beatitudinis. Ioan. 17. hęc est vita æterna, vt cognoscãt te, & quem misisti. voluit ergo, quòd agnoscerent Messiam. Ioannes autem propter vitæ sanctitatem putabatur ab omnibus esse Messias Luc. 3. cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne ne forte ipse esset Christus &c. ipse autem dicebat, quòd non, dicens, quem putatis me esse, non sum ego, & Ioan. primo dixit non sum ego Christus, & maxime hoc dicebat discipulis suis Ioan. 3. vos ipsi testimonium perhibetis, quod dixe-

K rim non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum. Hoc autem assidue Ioannes prædicabat discipulis suis, vt crederent in Christum, ipsi tamen nec desinebant inuidere Christo, nec animum suum a Ioanne poterant separare quasi ipse esset Christus: iõ nunc cum esset morti propinquus data occasione misit discipulos suos ad Christum: nam cum talia fecisset qualia annunciauerant discipuli ipsi Ioanni, iustũ erat credere, quòd erat Messias, vel dubitare ad credendum, & quia Ioannes voluit in se repręsentare personam discipulorum suorum, qui hoc nondum credebant, misit discipulos ad quærendum potius de hoc quam de alio dubio, & sanato isto dubio omnia sanata erant, & noluit, quod post mortem eius mane-

rent discipuli sui in dubio hoc, quia non esset eis tunc via credendi, cum ad suasionem eius credere noluissent, & voluit determinate mittere eos ad Christum dicens, ite ad illum, quia ipse est Messias, & ego non, vel ipse est melior me, quia crederent discipuli, quòd diceret hoc Ioannes ex humilitate, & ire nollent: ideo expectauit tempus quousque ipsi discipuli annunciarent de Iesu aliquid propter quod esset occasio mittendi eos ad illum, sicut fuit nunc, sic dicit Chrysost. si dixisset eis abite ad ipsum quia melior me est non vtique persuasisset, sed existimaret ue humilia de se sentiens hoc dicere, & sic magis essent ei affixi. quid igitur facit? expectat ab eis audire, quòd Christus miracula operatur, & mittit duos quos nouerat fortassis alijs persuasibiliores.

Secundo fuit hoc propter turbas: multę enim turbę erant cum Christo quando venerunt ad eum discipuli Ioannis, vt colligitur infra in litera, & Luc. 7. & fuit occasio ex quæstione Ioannis, quòd Christus ostenderet turbis se esse Messiam. Hoc enim erat eis vtile, quia Christus hoc venerat ostendere, vt credentes eum esse Deum, & Messiam saluarentur Ioann. vigesimo.

Tertio fuit, vt esset Christo occasio maior faciendi miracula: ostendebant enim miracula Christi potestatem, & excellentiam, sed ipse nunquam faciebat illa, nisi data aliqua occasione, nunc autem ex quæstione discipulorum Ioannis fuit ei occasio ad miracula faciendum, vt per hoc solueret eorum quęstionem, & ista miracula proderant turbis.

Et respondens Iesus. Hic ponitur Christi responsio ad quæstionem Ioannis.

Ait illis. Direxit verba ad eos, vt ipsi referrent ea Ioanni, qui eos miserat: nam nomine eius interrogauerunt Luc. 7. cap. s. cum venissent ad eum viri dixerunt, Ioannes Baptista misit nos ad te dicens, tu es, q venturus es an alium expectamus? in quo Ioannes ostendebat se non esse Messiam, quia siue Iesus diceret se esse Messiam, siue non, Ioannes de seipso asserebat, quòd ipse non esset Messias, tamē dixit an alium expectamus, idest, si tu non es Messias nunquid oportet, quòd adhuc expectemus alium venturum? & sic innuebat, quòd ipse eum cęteris expectabat Messiam, & non erat ipse Messias, qui expectari posset.

Euntes renunciate Ioanni. Idest, quia ipse misit vos nunciate hoc illi.

Quæ audistis. Idest, ea quæ de me audistis a turbis referri de operibus meis.

Et vidistis. Idest, & etiam ea, quę per vosipsos vidistis: nam præsentibus eis multa miracula fecit Luc. 7. s. in ipsa autem hora curauit multos a languoribus, & plagis, & spiritibus malis, & cęcis multis donauit visum.

Cęci vident. Idest, ego facio cęcos videre: licet enim alia maiora miracula nunc fecerit, præposuit istud.

Claudi ambulant. Idest, ego sano claudos. *Leprosi mundantur.* Hoc coram his fecit, quia dicitur Luc. 7. quia sanauit multos a plagis, & tamen lepra est plaga, ita enim solet vocari in scriptura plaga lepræ Leui. decimotertio, & decimoquarto.

Surdi audiunt. Idest, sano surdos: sępe enim surdos sanabat, licet nunc non appareat expresse an surdos aliquos sanauerit, quia Lucę 7. non exprimuntur possunt tamen intelligi nomine languidorū, quia Luc. 7. dicitur, quòd sanauit multos a languoribus: aliàs tamen legitur, quòd sanauerit surdos, vt Mar. septimo, scilicet, bene omnia fecit, & surdos audire, & mutos loqui.

Mortui resurgunt. Hoc non legitur nunc fecisse, sed ante illud suscitauerat mortuos, quia suscitauerat filiam Archisynagogi supra 9. & Luc 8. & suscitauerat filium viduæ in vrbe Naym Luc. 7. & illud fuerat miraculum quod præcipue fuit eis occasio veniendi ad Christum, quia nsrrauerunt illud Ioanni. & tunc misit ipse eos ad Christum Lucę 7. s. exijt sermo hic in vniuersam Iudæam, & nunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his, & tunc sequitur ibi, quòd misit eos.

Euangelizare quid Grecę.

Pauperes Euangelizantur. Idest, prædicant, quia Euangelizare in Gręco est prędicare, vel annunciare bona, & inde dicitur Euangelium, quasi bona annunciatio, quia bona vitæ æternæ in illo continentur, quæ Christus docebat Ioan. 6. cum dixit Petrus Christo Domine ad quem ibimus? verba enim vitæ æternę habes, & isti pauperes erant Apostoli, qui iam prædicabant cū Christus iam eos misisset ad prædicandum præcedenti capitu.

Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Et si non dubitauerit de verbis meis, vel non fuerit scandalizatus propter illa, quæ viderit in me: hoc enim dicit, q si ea, quæ ipse faciebat, & id quo illa ostendebant, scilicet, eum esse Messiam non crederetur, nihil proderant omnia, quæ fiebant: credenti autem proderant ille ergo esset beatus.

Quare Christus ad quæstionem Ioannis non respondit aperte. Quæst. XI.

Quæretur, quare Christus ad quæstionem Ioannis non respondit aperte dicens se esse Messiam.

Aliqui dicunt, quòd nolebat de se magna dicere, quia fugere volebat inanem gloriam.

Sed non stat, quia aliquando ipse dicebat se esse Messiam. sicut dixit Samaritanæ Ioannis 4.

Etiam interdum dicebat alia maiora. s. se esse maiorem Abraham, & quòd erat ante Abraham, & quòd ille exultauit, vt videret diem eius Io. 8. dixit etiam cęco quem sanauerat se esse filium Dei, & adorari ab illo voluit Io. 9. Dixit etiam palam Iudæis se esse filium Dei Mat. 14. quando quęsiuit Cayphas an esset Christus filius Dei benedicti, & ille dixit ego sum: non ergo omisit propter inanem gloriam cauendam. Secūdo patet, quia Christus ad hoc venerat, vt ostenderet se esse Messiam, & Deum: ideo non debebat propter inanem gloriam subticere se esse Messiam, quia sic nunquam cognosceretur.

Sed dicēdum, q Christus fecit hoc primo propter Ioannem, vt concordaret intentioni eius: ipse enim mittebat discipulos ad Christum, vt certificarentur de hoc dubio non quidem per verba, sed per miracula: & ideo tunc eos misit quando illi retulerunt eum miracula magna facientem: nam sępe ipse illis dicebat, quòd Iesus erat Messias, sed non credebant penitus: ideo rebus ipsis instrui debuerunt.

Secundo, quia Christus respondebat per hoc tam turbis quàm discipulis Ioannis, quia omnibus erat necessaria certificatio de hoc dubio, & tamen non crederent si solo verbo diceret: ideo non dixit verbo, sed operibus ostendit: sic enim Io. 6. quando Christus dixit Iudæis, quòd crederet in ipsum, quia Deus illū miserat, dixerunt ipsi quod ergo tu facis signum, vt videamus, & credamus tibi? & ipse sciebat, quòd non crederent eum si verbo diceret: sic enim semel quęsiuerunt ab eo si tu es Christus dic nobis palam, & ille ait loquor vobis, & non creditis, & iterum in passione quæsiuerunt ab eo Iudæi Luc. 22. si tu es Christus dic nobis: si vobis dixero non credetis mihi: noluit ergo tunc verbo respondere, quia inutile esset cum nō credituri essent ei dicenti, sed rursus dicerent ei quod

tu facis

tu facis signum, vt videamus, & credamus tibi Ioannis sexto. F

Tertio fuit, quia si verbo diceret se esse Christum Iudæi arguerent eum, sicut Ioan. 8. dixerunt tu de teipso testimonium perhibes, & testimoniũ tuum nõ est verum: non ergo respondit Christus verbo, sed rebus faciendo miracula, quæ manifeste ipsum Messiã esse ostendebant: sic ipse dixit Ioan. 5. & 10. opera, quę facio perhibent testimonium de me. sic dicit Chryso. Christus autem mentem Ioannis agnoscens non dixit ego sum, quia per hoc rursus obsisteret hoc audientibus excogitassent ibi, & si non dixissent, quòd Iudæi ad ipsum dixerunt tu de te ipso testimonium perhibes, & propter hoc a miraculis fecit discere insuspicabilem doctrinam faciens, & manifestiorem G testimonium enim quod est a rebus credibilius est testimonio, quod est a verbis: sic etiam dicit Hilarius, & Ioannes non suæ, sed discipulorum ignorantię consulit: vt enim scirent non alium a se prędicatum ad opa eius intuenda discipulos suos misit, vt auctoritatem dictis suis, idest, Ioannis, illius, idest, Christi opera conferrent, ne Christus alius expectaretur quàm cui testimonium opera pręstitissent.

Quare Christus dixit nunciate Ioanni, quæ audistis. idque dupliciter posse intelligi. Quæst. XII.

QVAERETVR, quare Christus dixit nunciate Ioanni, quæ audistis. H

Dicunt aliqui, quòd intelligitur de dictis Prophetarum. s. quòd ea, quæ audierant a Prophetis complebantur in eo, sicut dixit Philippus ad Nathanael Io. 1. quem scripsit Moyses in lege, & Prophetę inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth, & tunc est sensus, quæ audistis. s. per Prophetas, & vidistis. s. compleri in me, sic dixit Cyrillus narrate Ioanni, quæ quidem audistis per Prophetas, consummari vero vidistis a me: ea enim tunc agebat, quę prędixerant eum Prophetæ facturum.

Sed non stat, quia tunc Christus expresse diceret se esse Messiam. s. dicite Ioanni, quod ea, quæ Prophetę prędixerunt de Messia in me completa sunt, Christus m I non dicebat Iudęis se esse Messiam, sed prohibuit discipulis hoc dicere infra 16. nisi quando iam erat morti propinquus, quia tunc expresse dixit, eo quòd non erat inconueniens iam illud dicere, vt ostensum est supra cap. 9. quæst. 17. Etiam quia Christus voluit hic respondere per sola facta, & tamen sic intelligendo magis respondebat in verbis. Etiam quia ista litera non conuenit illi sensui, nisi ex cortice, quia tunc diceret Christus dicite Ioanni, quod ea, quę dixerunt Prophetæ completa sunt in me, & tamen dixit nunciate, quæ audistis, & vidistis: ergo innuitur, quòd solum iubebat eis referre, quæ ipsi viderant, & audierant, & nõ asserebat de se aliquid.

Item patet, quia si Christus, sic diceret iam ipse K de se asserebat id quod illi petebant tanquam probatum esset per ea, qui ipse faciebat, & tunc haberent occasionem dubitandi propter hoc cum ipse iam assereret aliquid de seipso, magis autem erat sine suspitione, quod ipse nunc sola opera faceret, & constitueret eos iudices istorum. s. an ex operibus suis sufficienter probaretur id quod ipsi petebant, scilicet, ipsum esse Messiam.

Dicendum ergo, quòd intelligitur nunciate, quæ audistis. s. a me, idest, illa quæ tunc eis dicebat, scilicet, cęci vident, & claudi ambulant &c. & vidistis, idest, non solum audiuistis, sed etiam per vosipsos vidistis, vt certiores sitis.

Aliter potest intelligi, & adhuc melius. s. nunciate, quę audistis, idest, quę audistis a turbis pręsentibus, & vidistis, idest, quę vos ipsi vidistis me facere, hoc autẽ dixit, quia multa alia miracula tam numero quàm specie differentia Christus fecerat, quæ nunc non viderunt discipuli Ioannis, audierunt tamẽ illa a turbis, quę tunc erant cum Christo, quia illę interfuerant quando Christus fecerat illa miracula, quia multi illorum continue sequebantur eum, & poterant testari de omnibus miraculis eius a quibus nunc discipuli Ioannis informari poterant, omnia autem hęc tam per eos visa quàm a turbis audita iussit Christus referri Ioan. quia omnia illa testimonium perhibebant de eo. nam etiam audita sufficienter probabãt, eo quòd non poterat negari illa fuisse cum omnes turbę se interfuisse testarentur. Etiam quia discipuli Ioannis dixerãt Ioanni illa antequam venirent ad Christum, quia fama exierat per totam Iudæam, & Galileam, ita vt nemo negare posset Luc. 7. & sic dixit Christus dicite Ioanni, quæ audistis, idest, ea quæ nunc audistis a turbis, & etiam ea, quæ audistis antequam huc veniretis de quibus dicitur Luc. 7. & nunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his, idest, dicite omnia illa vera fuisse, vt constat nobis testimonio turbarum, & dicite, etiam quæ vidistis per vosipsos, vt per hæc iudicari possit de hoc quòd quæritur quid sit.

Quare Christus dixit omnia ista discipulis Ioan. scilicet, cæci vident &c. Quæst. XIII.

QVAERATVR, quare Christus dixit nunc omnia ista, scilicet, cęci vident, & claudi ambulant &c. cum non videatur, quòd omnia hæc fecerit nunc præsentibus discipulis Ioannis. Dicendum, quòd cum Ioannes voluisset discipulos suos potius rebus quàm verbis informari, & ad hoc eos mitteret, Christus voluit facere miracula eis præsentibus Lucę 7. in ipsa autem hora curauit multos, & tamen videtur dicendum, quod non fecerit tũc omnia miracula, quæ habentur hic: nam dicitur curauit multos a languoribus suis, & plagis, & spiritibus malis, & cęcis multis donauit visum.

Aliqui dicunt, quòd fecit omnia miracula, quę dicuntur hic licet non exprimantur Luc. 7. omnia, quia etiam exprimũtur ibi aliqua, quę Christus nõ retulit discipulis Ioannis, scilicet, & multos a spiritibus malis curauit: ergo ita poterat aliquid subticeri ibi quod tamen Christus fecerit, & retulerit illud discipulis Ioannis.

Dicendum, quòd non est verisimile, quòd omnia hæc fecerit tunc. Primo, quia eadem verba omnino, quæ Christus dixit discipulis Ioannis ponuntur hic, & Luc. 7. s. cęci vident claudi ambulant &c. tamen quãdo ibi refert Lucas, quæ miracula Christus fecerit coram discipulis Ioannis nõ ponit omnia illa, quæ Christus retulit eisdem. Secundo patet, quia etiam si de alijs concedi posset, de mortuis tamen non est verisimile, quòd Christus nunc aliquos suscitauerit, quia isti quos Christus sanauit erant adducti ad ipsum qũ venerunt discipuli Ioannis, mortui tamen nunquam adducebantur ad Christum, quia non licebat cadauera referri, nisi ad sepulchrum, & non ad Christum inter viuentes: & ideo quando Christus aliquos mortuos suscitabat, non ferebantur mortui ad ipsum, sed ipse ibat ad illos, vt patet supra nono, de filia Archisynagogi, & Luc. 7. de filio viduæ. & Ioannis 11. de Lazaro.

Item, quia asseritur ab omnibus sanctis, & doctoribus Christum solum tres suscitasse mortuos. s. puellã, adolescentem, & Lazarum, si tamen nunc aliquos

suscitasset

ſuſcitaſſet eſſent plures cum iſti diſtinguerentur ab il-
lis: ideo non eſt putandum, quòd nunc aliquos mor-
tuos ſuſcitauerit, ſed loquitur de illis quos aliàs ſuſci-
tauit: & ideo de alijs eſt dicendum, ſcilicet, quòd fe-
cerit nunc omnia, quæ hic refert, ſed plurima illorũ
ante hoc fecerat.

Dicendum ergo, quòd Chriſtus dixit iſta non qua-
ſi omnia nunc feciſſet, ſed plurima illorum ante fe-
cerat, voluit tamen narrari Ioanni multitudinem mi-
raculorum, & ideo collegit non ſolum, quæ nunc fe-
cerat, ſed etiam, quæ prius egerat, & hoc patet, quia
dixit eis dicite Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis ſi tamen
omnia hæc vidiſſent non diceret eis dicite Ioanni,
quæ audiſtis, & vidiſtis. ergo videtur, quòd quædam
iſtorum, quæ Chriſtus eis retulit ipſi viderant, & alia
audierant a turbis nunc, & etiam antequam venirent
ad Chriſtum: voluit autem eis omnia referre, vt ſic fie
ret plenior probatio de eo quod quærebant, vt ſequẽ-
ti quæſtione dicetur.

*An iſta quæ nunc Chriſtus fecit, & retulit diſci-
pulis probarent ipſum eſſe Meſſiam.*
Quæſt. XIIII.

QVAERETVR an iſta, quæ nunc Chriſtus
fecit, & retulit diſcipulis Ioannis probarẽt
ſufficienter ipſum eſſe Meſſiam.

Aliqui dicunt, quòd non, quia etiam alij
Prophetæ miracula aliqua fecerant, & tamen non
conſtabat ex eis quemquam eorum eſſe Meſſiã nec
de vllo eorum creditum eſt.

Dicendum, quòd ſufficienter ex his conſtabat, &
ita poſuit Chriſtus ea tanquam ſufficiens teſtimoniũ.
Primo patet, quia licet Prophetæ fecerant aliqua mi-
racula erant tamen pauca, & quaſi cum difficultate
facta, Chriſt' autem faciebat plurima, & ſine difficul-
tate, quia bene videbant Iudæi, & nouerant per hoc
eum excellere omnes præcedentes ſupra 9. cum dixe
runt nunquam, ſic apparuit in Iſrael, & Chriſtus ẽt
innuit, quia propter hoc credi debebat eſſe Meſſias
Ioan. 15. ſi opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius
fecit peccatum non haberent, ideſt, ſi non feciſſem
plura quàm cæteri Prophetæ, licet non crederent in
me non peccarent, quia tamen feci plura, & non cre-
diderunt peccatum habent: ſic enim dicit Ambro-
ſius hæc ante Euangelium rara, vel nulla inueniũtur,
vnus Tobias oculos recepit, & hæc fuit Angeli, & nõ
hominis medicina. Elias mortuum ſuſcitauit, ipſe ta-
men rogauit, & fleuit, Chriſtus autem iuſſit, Eliſęus
leproſum mundari fecit. Secundo patet hoc, quia
ſcriptura prænunciat talia miracula de Deo. Pſalmus
145. ſcilicet, Dominus ſoluit compeditos, Dominus
illuminat cęcos, Dominus erigit eliſos, ideſt, claudos,
& ſic cum Chriſtus faceret iſta apparebat eum eſſe
Deum, ſic dicit Ambroſius ſuper Lucam plenum ſa-
ne teſtimonium quo Dominum cognoſcerent: de
ipſo enim fuerat Prophetatum, quòd Deus dat eſcã
eſurientibus erigit eliſos, ſoluit compeditos, illuminat
cęcos, & qui iſta faciet regnabit in æternum: er-
go non humanę, ſed diuinæ virtutis iſta inſignia
ſunt.

Tertio dicendum, & præcipue, quòd iſta firmiter
probabant Ieſum eſſe Meſſiam, quia iſta fuerant prę-
nunciata facienda per Meſſiam, ſic patet Iſa. trigeſi-
moquinto, Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos, tunc ape
rientur oculi cęcorum, & aures ſurdorum patebunt
tunc ſaliet, ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua
mutorum, ſic etiam dicit Theophilus ſuper illo ver-
bo cęci vident ſunt hæc verba Iſa. dicentis Deus ipſe
veniet, & ſaluabit &c. & iſta eſt propria cauſa, quare

A Chriſtus hoc dixit, ſcilicet, quia non ſolum volebat ex
miraculis oſtendere ſe eſſe Meſſiam, ſed etiam ex
Prophetis: ideo allegauit illa miracula, quæ ſcriptura
refert, dicens ſe omnia illa feciſſe, & quia pręſenti-
bus diſcipulis Ioannis forte non occurrit Chriſto fa-
cere omnia hæc miracula, quæ ſcriptura de Meſſia
prædixerat, ſcilicet, quia tunc forte non erant ibi tot
genera ęgritudinum quot ſcriptura prædixerat, retu-
lit non ſolum, ea quæ tunc fecit, ſed etiam ea, quæ
prius fecerat de quibus conſtabat, quòd ille egiſſet: &
ideo dixit nunciate Ioanni, quę vidiſtis, & audiſtis: iſta
ſunt intelligenda per ea, quæ dicentur infra 21. capi.
quæſtione 208. vſque ad finem cap. quia ibi aperitur
an Iudæi poſſint cognoſcere Ieſum eſſe Meſſiam,
B & an probationes ex ſcriptura ſunt ſufficientes.

*Quare Chriſtus inter omnia iſta miracula poſuit primum
cęci vident cum alia maiora ſequantur.*
Quæſt. XV.

QVAERETVR, quare Chriſtus inter om-
nia iſta miracula poſuit primum cęci vi-
dent, cum alia maiora ſequantur, ſcilicet,
mortui reſurgunt.

Dici poteſt, quòd propter multa. Primo propter
ordinem ſcripturæ, quia inter illa miracula, quæ ſcri-
ptura refert de Meſſia eſt primum ſanare cęcos Iſa.
C trigeſimoquinto, Dominus Deus ipſe veniet, & ſal-
uabit nos, tunc aperientur oculi cęcorum: non ta-
men tenuit Chriſtus hic totum ordinem illius ſcri-
pturæ, quia ibi dicitur, & aures ſurdorum patebunt
hic autem dicitur claudi ambulant. Secundo fuit, &
magis principaliter, quia Chriſtus retulit hic diſcipu-
lis Ioannis quædam miracula, quæ ipſi viderant, &
alia ſolũ, q̃ audierant, & quia illa, quæ viderãt faciebãt
maiorem fidem, poſuit prius illa, quæ viderant, & iſta
erant ſanare cęcos, & claudos, & leproſos, & ſurdos:
ideo iſta prius poſuit, mortuos autem nunc non ſu-
ſcitauit, ſed prius: ideo in fine poſuit de mortuis, &
propter hoc dicit mortui reſurgunt pauperes Euan-
gelizantur poſt omnia, quia iſta duo non viderunt
nunc diſcipuli Ioannis, ſed audierunt illa a Chriſto, &
D etiam a turbis, quæ teſtimonium perhibent de his, &
ſunt iſti mortui de quibus Chriſtus loquitur duo
mortui quos iam ſuſcitauerat, ſcilicet, filia Archi-
ſynagogi ſupra nono, & filius viduæ. Luc. ſeptimo.
nam etiam diſcipuli Ioannis de his audierant ante-
quam venirẽt ad Chriſtum, & maxime de filio viduę
Luc. 7. quia propter illud præcipue miſit Ioannes eos
ad Chriſtum eodem cap. Tertio fuit, & etiam præci-
pue propter magnitudinem miraculi huius, quia plu
res fuerunt quos nunc Chriſtus ſanauit a cęcitate
quàm ab alijs languoribus, ſic dicitur Luc. ſeptimo,
in ipſa hora curauit multos a languoribus, & plagis,
& ſpiritibus malis, & cęcis multis donauit viſum, &
E ſic de cęcis per ſe dicitur, quòd multi erant, de alijs
autem non, niſi de omnibus ſimul, licet ergo
non eſſet maius iſtud miraculum alijs ſecundum
ſpeciem, erat maius propter multitudinem ſanato-
rum.

*Qui erant iſti pauperes, qui Euangelizantur, & quare dictum
eſt de eis. quare Apoſtoli pauperes vocantur. Et quid per
prædicationem pauperum deſignatur.*
Quæſt. XVI.

QVAERATVR, qui erant iſti pauperes, qui
Euangelizantur, & quare dictum eſt de
eis.

Dicendum ad primum, quòd iſti erant Apoſtoli,
qui

qui iam prædicabant:nam instruxerat eos, & miserat ad prędicandum præcedenn cap.& vocantur pauperes,quia erant pauperes spiritu, sicut Christus eis dixerat supra quinto, beati pauperes spiritu, & ita verę ipsi erant pauperes. & constabat eos esse pauperes, quia non portabant secum in via pecuniam, nec sacculum nec aliquid ad vitæ sustentationem,sed solum sustentabantur ab eis quibus prędicabant præcedenti capitu. & Lucæ decimo. Vel dicuntur pauperes,idest,viri inopes,& ignobiles, & rusticani sine literis:tales enim erant omnes Christi Apostoli,& tamen prædicabant nunc.

Ad secundum dicendum, quòd ponitur istud hic primo tanquam miraculum inter cętera miracula: G erat enim admirandum,quòd viri sine literis prædicarent dicentes magnalia,& non solum, quòd prædicarent,sed etiam quòd haberent constantiam apparendi,& loquendi aliquid corā hoībus: sic dr̄ Act 4. quòd Iudæi videntes Petri constantiam, & Ioannis comperto,quòd essent homines sine literis,& idiotę admirabantur. Etiam admirandum erat de operibus eorum,quia non solum prædicabant,sed etiam miracula multa faciebant,cum Christus dedisset eis potestatem ad omnia genera sanitatum pręcedenti capit. & ideo dicendo pauperes Euangelizantur non ponitur vnum miraculum,sed multa,scilicet,omnia quæ faciebant illi quando prædicabant.

Item per prædicationem pauperum designatur H status noui testamenti, eo quod isti prædicabant regnum cęlorum,& tamen istud prædicari pertinebat ad nouum testamentum,quia in veteri non pręodicabatur regnum cęlorum,sed iam erat istud extra statū legis Luc.decimosexto, lex & Prophetę vsque ad Ioannem,& ex tunc regnum Dei Euangelizatur:ergo iam erat nouum testamentum quando pauperes Euangelizabant,& non tamen potest incipere nouū testamentum sine Messia:ergo ille, qui mittebat pauperes ad prędicandum Messias erat.

Item patet,quia in statu noui testamenti debebat esse cognitus,quòd omnes eum cognoscerent,sic dicitur Ierem.trigesimoprimo, & non dicet vir ad fratrem suum cognosce Dominum: omnes enim co- I gnoscent me a minimo eorum vsque ad maximum, hoc autem erat cum iam pauperes prædicarent:ergo nouum testamētum erat,quia illi prædicabant, & sic iam Christus venerat.

Aliqui dicunt, quòd istud dicitur ad ostendēdum magistri veritatem,& rigorem,quia apud eum omnes sunt æquales,qui saluari possint,idest, non recipiscit personam,sed tam nobiles quàm ignobiles diuites,& pauperes ad pręedicandum misit,sic dicunt Hieronymus,& Theophilus,& tamen supradicta magis consonant literę.

Quare dixit Christus beatus,qui non fuerit scandalizatus in me. Et quod scandalum tripliciter sumitur. Et quòd Christus Ioannem de multis,& præsertim de quatuor laudat.

Quæst. XVII.

QVAERITVR, quare dixit beatus, qui non fuerit scandalizatus in me.

Dicendum,quòd hoc dicitur, Primo propter discipulos Ioannis, quia ipsi erant, qui scadalizabant in eum:ille enim scandalizatur in Christum, qui non recte credit omnia,quæ de eo credenda sunt, & quia discipuli Ioannis non recte credebant, sed potius inuidebant ei, vt patet Ioannis tertio,dixit eis beatus, qui non fuerit scandalizatus, idest,vos beati eritis si in me recte credideritis sine vlla

F dubitatione,poterat autem hoc Christus dicere palam,sed non dixit,vt erubescerent,sed solum conscientiam eorum tetigit, sic dicit Hieronymus inter nuncios percutit: quia enim scandalizabantur in ipsum dubitationem eorum non diuulgans. & solum eorū conscientiæ derelinquens redargutionem eorum latenter induxit.

Secundo fuit, vt per hoc ipsum ostenderet se esse Messiam:nam sicut cętera miracula ostendebant ipsum esse Messiam,ita & cognoscere corda hominū: sic enim supra nono,ostendit se posse peccata remittere per hoc quod dixit scribis, quid cogitabant in cordibus suis: sic etiam cum nunc tangeret conscientiam discipulorum Ioannis ostendens illis dubitationem quam in corde habebant per hoc eis notificabat se esse Messiam, sic dicit Cyrillus: per hoc enim volebat ostendere,quòd quæcunque versabantur in cordibus eorum ab oculis ipsius effugere nequiuerant,ipsi enim erant, qui scandalizabantur de ipso.

Secundo potest dici,quòd Christus loquebatur generaliter de omnibus, & tunc scandalum est quodcunque dubium in fide,sicut Christus dixit infra 26. omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte, idest,dubitabitis de fide circa me, quia perdiderunt fidem quando Christus captus est,& ad mortem ductus. Et potest hoc intelligi,quòd aliqui scandalizarentur propter ea,quæ Christus passurus erat:nam videntes eius miracula crederent esse Messiam,videntes autem eum mori fidem perderent,sicut fuit de discipulis,qui dixerunt nos sperabamus, quòd ipse redempturus esset Israel,quasi dicat,antequam moreretur hoc sperabamus, nunc autem cum mortuus fuerit iam non speramus istud Luc.24.sic dicit Gregorius infidelium mens grauein Christo scandalum pertulit,cum eum post tot miracula morientem vidit:quid est ergo dicere beatus,qui non fuerit scandalizatus in me,nisi aperta voce abiectionem mortis suæ humilitatem signare ac si patenter dicat, mira quidem facio,sed abiecta perpeti non dedignor.

Tertio potest accipi scandalum pro abominatione quadam,sic dicitur prima Corint. 1.nos prædicamus Christum crucifixum Iudæis quidem scandalum,idest,Iudæi detestantur Christum crucifixum, & abominātur audire,quòd homo crucifixus fuerit Deus, & sic prænunciat contra Iudæos, nos autem beati sumus,qui sicut veneramur Christum miracula agentem, ita adoramus cum pro nobis in cruce patientem.

Illis autem. Hic ostendit Ioannem esse Prophetam sanctum,quod habet originem ex quæstione præcedenti,& dicitur.

Illis autem abeuntibus. Idest, recedentibus discipulis Ioannis, quia postquam a Christo responsum habuerunt recesserunt,vt renunciarent Ioanni.

Cæpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Erant enim tur- K bæ multæ cum Christo quando venerunt discipuli Ioannis,& omnes illi manserunt recedentibus discipulis Ioannis,& ad illos locutus est de Ioanne laudando eum.& laudat eum de multis principaliter de quatuor. Primo de soliditate fidei, & constantiæ eum dicit.

Quid existis in desertum videre? Hoc dicit,quia Iudęi sępe exierant ad Ioannem in desertum, vt audirent prædicantem, & baptizarentur ab eo:nam ipse non discurrebat prædicando per loca, sicut Christus, sed manebat in deserto apud Iordanem, scilicet, in deserto Iudęæ, & ibi baptizabat, & prædicabat supra tertio, & Mar.1.& Luc.3.

Arundinem vento agitatam. Idest, nunquid existis

videre

videre arundinem agitatam, Idest, motam a vento, quasi dicat, hoc dicitur, vt videatur, quòd Ioannes non erat leuis opinionis faciliter mutabilis ad alteram doctrinam, vel fidem: nam qui mouentur de opinione in opinionem dicuntur moueri a vento ad Ephesios quarto, ne tanquam paruuli circunferamur omni vento doctrinę, sic etiam habens fidem non firmatam dicitur a vento moueri Iacobi primo, qui enim hęsitat similis est fluctui maris, qui a vento mouetur, & circunfertur, quasi dicat, Ioannes ostendit me tanquam Messiam Ioannis primo, nunc autem misit quærere tu es, qui venturus es tanquam dubitet de hoc quod prius asseruit: non enim putetis quòd ipse motus fuerit de opinione sua, quia non est sicut arundo agitata a vento. Secundo laudat eum ab austeritate pœnitentiæ dicens,

Sed quid existis videre? Scilicet, in desertum,

Hominem mollibus vestitum. Quasi dicat, non Inistis ad videndum hominem vestitum veste preciosa; vestes enim molles sunt preciosę, quia sunt de materia delicata, vestes autem parui valoris sunt grossæ, & durę, & hispidę propter materię grossitiem, & duriciem. Ioannes autem non vtebatur mollibus, sed veste durissima, scilicet, de pilis camelorum, & zona pellicea erat pręcinctus circa renes supra tertio, & Lucę tertio, & non poterat esse asperior habitus, per vestes tamen molles Christus intellexit hic omnes delitias vitę, vnde Lucæ septimo, dicitur, ecce qui in veste preciosa sunt, & in delitijs in domibus Regum sunt: vnde voluit innuere, quòd Ioannes, nec veste molli, & preciosa, nec vita delicata vtebatur. *Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt.* Idest, qui vtuntur vestibus mollibus, & preciosis in domibus Regum sunt, & non in deserto, sicut Ioannes, & sic innuitur austeritas pœnitentię, vel vitæ Ioãnis hic in tribus, scilicet, in veste, & cibo, & loco.

De veste inquantum dicitur, qui mollibus vestiũtur, quasi dicat, Ioannes non vestiebatur mollibus, sed veste de pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos supra tertio,

De cibis patet, quia non vtebatur delitijs, vt dicitur Lucę septimo, quia illis vtuntur, qui manent in domibus Regum. Ioannes autem nihil, nisi locustas & mel syluestre comedebat supra tertio, & Marc. 1, & Lucæ tertio,

De loco patet, quia manebat in deserto vbi nulla erat consolatio humana, sed deerant ibi omnia, quę ad vitam humanam fouendam conferunt, & hæc omnia Christus designauit ex parte loci, scilicet, quia Ioannes non erat in domibus Regum, sed in deserto: omnia enim opposita habent manentes in domibus Regum. nam illi vestibus preciosis vtuntur, quia gloriã huius sęculi summe appetũt, q̃ a multis ex magna parte esse putatur in fulgore vestium, illi etiam delitijs vtuntur, quia propter regum diuitias possunt quotidie epulari splẽdide, sicut dicitur de diuite Epulone, quòd epulabatur quotidie splendide Lucæ decimosexto, vnde potentes maxime his delitijs affluũt, & fruũtur, sic dicitur primo Ethicorum, quòd multi eorum, qui in potestatibus sunt, similia patiuntur Sardanapalo: fuit ille enim Rex Assyriorum, qui totus delitijs deditus erat: domus etiam ipsa regia pro eis, qui huius sęculi fauores desiderant, & obtinent gloria quędam esse videtur, & hi delitijs affluunt, sicut ipsi potentes, quia eis adhęrent communicando bonis eorum, & ideo quidam putauerunt regnare, vel regnantibus adhęrere, vt ait Boet. de conso. lib. 3. Pro. 2. quasi inter hoc modicum differant, & ideo, qui cupiunt delitijs frui Regibus adhęrent, & potentibus, sic dicit Valerius Maxim' lib. 4. ꝙ qdã Diogeni

A Philosopho lauanti olera dixit si tu Dionysio adulari velles ista non ederes, & Diogenes ait si tu ista velles Dionysio adulari nolles, quasi diceret nulla est causa, ꝓ qua ei velles adulari. Ioannes noluit manere in domibus Regũ, sed in vasta solitudine vbi nullũ bonũ humanum erat: ideo apparet, quòd Ioannes non desiderabat frui bonis huius sęculi, sed potius ea contemnebat, sicut faciunt omnes, qui putam voluntatem sequi nolunt, vnde & Diogenes Philosophus potius voluit parco victu, scilicet, oleribus vesci quàm potentibus mentiendo adulari. Tertio commendat eum a claritate notitię. s. quia fuit Propheta, & plusquam Prophera eum dicitur,

Sed quid existis videre? Scilicet, in desertum.

B *Prophetam.* Quasi dicat, credo, quòd exiuistis in desertum ad videndum Prophetam, & non arundinem vento agitatam, nec hominem mollibus vestitum. *Etiam dico vobis, & plusquam Prophetam.* Idest, verum est, quòd Propheta est, quem existis videre, sed non est solum Propheta, sed est plusquam Propheta, habuit enim altiorem gradum, vt dicetur infra q. 28. & in hoc signatur claritas notitię Ioannis, quia Prophetæ eleuantur supernaturaliter ad cognoscendum ea, quę alij homines non cognoscunt: vnde solebant vocari videntes, qui nunc Prophetæ vocantur primo Regum nono, scilicet, quia videbant, quæ cęteri non videbant, vt ait Hieronymus in Epistola ad Paulinum, Quarto commendat eum ab auctoritate doctrinę, scilicet, quia doctrina sua erat maioris C auctoritatis quàm cęterorum hominum etiam Prophetarum; tanta est enim auctoritas doctrinæ, & vitæ eius quanta habet testimonia attestantia illi, homines autem qui sola naturali ratione docent non habent maiorem auctoritatem quàm sit firmitas in lumine intellectus humani, qui vero a Deo illustrantur, sicut Prophetę habent immutabilem auctoritatem, quia veritas infallibilis, scilicet, Diuina, quæ illustrat eos attestatur eis, & in hoc gradu conueniebat Ioannes cum cęteris Prophetis. habuit tamen vlteriorem gradum, quia non solùm viuens a Deo directus est intelligendo, & operando, sed etiam ante- D quam nasceretur Deus de eo pręduxerat per Prophetas, quòd venturus esset, & quid esset acturus, & in hoc fuit maior cęteris Prophetis, quia de alijs non fuit pręnunciatum aliquo tempore antequam essent, in quo apparet, quòd doctrina Ioannis non solum erat infallibilis auctoritatis, sicut doctrina aliorũ Prophetarum, quia omnes Spiritusancto dictante loquebantur secunda Petri primo, sed etiam fuit cuiusdam magni honoris, quem non habuerunt doctrinæ aliorum Prophetarum, & hoc Christus innuit ponens auctoritatem Malachiæ, In qua fuerat de Ioanne pręnunciatum, scilicet. *Hic est.* Idest, Ioannes. *De quo scriptum est.* Scilicet, Mala. 3. *Ecce ego mitto Angelum meum.* Idest, nuncium. *Ante faciem tuam.* Idest, antequam tu vadas, & loquitur Deus ad Christum hominem, in quo ostenditur, quòd Ioannes erat E pręcursor Christi, sic enim dixit Ioannes. vos mihi testimonium perhibetis, quòd dixerim non sum ego Christus, sed missus sum ante illum,

Qui præparauit viam tuam. Idest, disponet viam, scilicet, faciendo homines aptos ad hoc, quòd te digne recipiant, & in hoc Ioannes est pręcursor, sic dicitur Lucæ 1. ipsę pręcedet eum in spiritu, & virtute Eliæ, parare Domino plebem perfectam, idest, facere homines perfecte dispositos ad Christum suscipiẽdum. *Ante te.* Idest, antequam tu venias. nam Ioãnes cœpit prædicare aliquanto tempore antequam Christus prædicaret, & ipse eum baptizauit supra tertio, & ostendit ipsum populo. Ioan. 1.

Quare Christus laudauit nunc Ioannem. Et quare de Ioanne multum plura dicta sunt apud Euangelistas quàm de Virgine matre Christi. Quæst. XVIII.

QVAERETVR, quare Christus laudauit nunc Ioannem.

Dicendum, q̃ propter multa, Primo, quia erat Ioannes vir vitę excellentis, & omni laude dignus, & in hoc incitabat reliquos ad virtutē laudando illius virtutem, quia virtus laudata crescit, & quia Christo nunquam inciderat occasio laudandi Ioannem, nisi nunc, laudauit eum nunc, quia nunc discipuli eius quęsierant a Christo coram tota turba ex nomine Ioannis, ideo quasi continuata locutione cępit ipse laudes Ioannis dicere. Secundo fuit ne opinio G plebis contra illum deficeret. fuerat enim in maxima opinione in cordibus hominum quandiu prędicabat, ita vt putaretur esse Messias Lucę 3. tempore ergo illo frustra erat, quòd Christus eum laudaret, nullus enim laudibus indigebat, cum maiora de eo populus crederet quàm quisq̃ verbis poterat exprimere, nunc vero cum iam a diebus multis ab Herode viro scelerato in vinculis teneretur, nec Deus sup hoc vltionem vllam ostenderet: poterat enim infirmari opinio eius in cordibus rudis plebeculę: nunc ergo Ioannes laudatore indiguit, vt talis putaretur qualis erat, & ideo Christus valde eum laudauit. Tertio fuit quia licet Ioannes bonus putaretur, crederetur a quibusdam, H quòd erat sicut alij viri excellentes priores: voluit ergo Christus eum laudare ostendens eius excellentiam super omnes, vnde dixit, quòd inter natos mulierum non surrexit maior eo. Quarto fuit, vt occasione Ioannis loqueretur aliqua de nouo testamento, quod incipiebat nunc per ipsum inquantum dixit omnes Prophetę, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt, & illud a diebus Ioannis Baptistæ vsque nunc regnū cęlorū vim patitur, & quòd minor in regno cœlorum maior est Ioanne, quæ omnia dici non potuissent, nisi pręcessisset sermo de Ioanne. Quinto fuit propter seipsum: laudauit enim Ioannem Christus, quia hoc proficiebat in laudem ipsius Christi; perhibuerat enim Ioannes testimonium de Christo: I Ioannis primo, & erat pręcursor eius: Lucę primo, quanto autem esset maior auctoritas Ioannis tanto firmius esset testimonium quod perhibebat de Christo: intererat ergo Christi, quod Ioannes esset magnę opinionis apud plebem: ideo ipse laudauit, vt sic maior reputaretur, & consequenter in seipsum redundaret, & ista est potior causa quàm bonitas Ioannis, & cęteię supra positę. nam Virgo mater Christi erat excellentior Ioanne, & tamen de ea pauca dicta sunt apud Euangelistas, de Ioanne autem multa. & hoc quia laus Ioannis fuit magis necessaria ad confirmationem gestorum Christi quàm laus Virginis, cum per Ioannem constiterit de Christo, & non per Virginem. Sexto fuit, & principalius adhuc propter K quæstionem discipulorum Ioannis, nam ex nomine eius quæsiuerant a Christo tu es, qui venturus es, in quo videbatur dubitare an Iesus esset Christus, & cum dicunt hoc ostenderant eum tāquam Messiam, mirarentur ergo valde turbę, vnde aduenerat Ioanni tanta admiratio, & consequenter ipsi efficerentur dubij contra Christum: posuit ergo istas laudes Ioannis omnes, quòd nulla mutabilitas erat in Ioanne, nec fecerat hoc propter se, sed propter discipulos, sic dicit Chrysostomus, oportebat sanari, quæ ex interrogatione discipulorum Ioannis multa incōuenientia subintellexerunt ignorantes mittentis consilium: poterant vtique dicere tanta testatus est de Christo aliter persuasus est nunc, & dubitat vtrum sit F ipse nunquid, altercans ad Iesum, his dicit, nunquid inuidior a carcere factus, nunquid vane, & inaniter priora dixit, sic etiam dicit Cyrillus, tenuit Dominus hominum secreta, cognoscens aliquos dicturos si vsque hodie ignorat Ioannes Iesum qualiter ostendebat eum nobis dicens, ecce Agnus Dei. vt igitur sanaret hanc passionem, quæ eis acciderat damnum quod a scādalo procedebat exclusit. Septimo fuit, quia Christus dixerat dicite Ioanni, quæ audistis, & vidistis, & conclusit beatus, qui non fuerit scandalizatus in me, putarent autem turbæ, quòd loquebatur de Ioanne, scilicet, quòd forte ex inuidia scandalizabatur, de eo igitur exclusit sic laudans Ioannem, sic dicit Hilarius ne illud quod G immediate præmiserat referri posset ad Ioannem tanquam scandalizatus esset in Christo subditur, quod illis abeuntibus cępit loqui ad turbas de Ioanne. & istæ tres causæ vltimæ sunt pręcipuę, & inter eas magis conuenit literę sexta, & septima.

Quare post recessum discipulorum Ioannis cœpit Christus loqui de eo ad turbas, & non prius. Quæst. XIX.

QVAERETVR, quare post recessum discipulorum Ioannis cœpit Christus loqui de eo ad turbas, & non prius.

Dicendum, quòd primum fuit, vt H non videretur adulari, quia laudare Ioannem coram discipulis eius erat laudare eum quasi præsentem quod est adulari: ideo cauit, illud: sic dicit Chrysostomus propter hoc autem abeuntibus eis, vt non videatur homini adulari.

Secundo fuit propter discipulos Ioannis, quia non decuit, quod ipsi audirent istas laudes sed solum populus: erant enim discipuli Ioannis tam affecti ad ipsum, quòd putabant eum esse Messiam, & non Iesum, si autem nunc istas laudes audirent, scilicet, quòd inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista dubitarent, & confirmarentur in priori opinione, scilicet, quòd Ioannes erat Messias, miserat tamen eos ad Iesum, vt illum Mes- I siam esse agnoscerent, & crederent in eum: non ergo debuerunt laudes Ioannis audire ne ex hoc credere impedirentur. secus autem erat de turba, quia ex quæstione discipulorum Ioannis suspicabantur aliquam mutationem in eo fuisse, hanc autem Christus tollit laudans Ioannem coram turbis.

Tertio fuit (vt aliqui dicunt) vt non esset Ioanni occasio inanis gloriæ tam excellens laus: nam si præsentibus discipulis eius diceretur, referrent illi eam Ioanni, & ex hoc posset gloriari. cum autem coram turba dicebantur hæc, nemo iturus erat ad Ioannem, qui ei hæc diceret, quia Ioannes iam non prædicabat cum esset in vinculis, ideo turbæ non K ibant ad eum, sicut quando erat in deserto baptizans & prędicans.

Quare Christus non increpuit turbas de Ioanne sinistro opinantes. Quæst. XX.

QVAERETVR cum turba acceperit de Ioanne sinistram opinionem, quare Christus non increpuit eos, nā Scribas, & Pharisęos iterā ię mala cogitātes redarguit s̃. 9. & Mar. 2. quare cogitatis mala in cordibus vestris. Etiā Simonē Pharisęū cogitātē contra se mala de Christo pie redarguit Lu. 7. et arg. q̃ & nūc ipsā turbā redarguere potuit q̃ Ioā. aduersa suspicātę.

Dicendum,

Dicendum, quòd turbæ motæ sunt verisimiliter ad suspicandum, quia quæstio Ioannis indicare videbatur eum motum a priori opinione. Scribę autem & Pharisęi vnquam videbantur moueri, ideo illos redarguit, & non turbam, licet vtrisque indicauit dubium quod habebant, sed illis verbo duro, & turbis verbo blando, sic dicit Chrysostomus, corrigens autem plebem non ducit in medium suspitionem eorum, sed solutionem cogitationum eorum demonstrans se nosse occulta: nec enim dicit, sicut Iudæis, quid cogitatis mala: & si enim mala cogitauerint non tamen ex malitia, sed ex ignorantia. Vnde non loquitur eis dure, sed respondet pro Ioanne ostendens, quòd non excidit a priori opinione. Secundo fuit; vt non scandalizaret turbam si omnes viderent se increpari, & forte hebetarentur ad audiendum Christi prædicationem: melius ergo erat etiam in casu debito cessare a redargutione quàm increpando illos eorum auferre deuotionem, sicut accidit Moysi, & Aaron Nume. vigesimo, tam acriter enim voluerunt increpare populum pro incredulitate, quòd quando excusserunt aquam de petra populus qui tenebatur quadam cordis amaritudine ex redargutione non attendit ad miraculum, nec laudauit Deum de illo, & quia fuerunt causæ huius Moyses, & Aarō dure increpando populum peccauerunt, & non permissi sunt intrare in terram Chanaan. Numeri vigesimo, & vigesimoseptimo: & Deuteronomij trigesimosecundo, noluit ergo Christus increpare totam plebem, sed satis fuit, quòd ostenderit eis dubium quod in corde tenebant, & illud abstulerit Ioannem laudando.

Quomodo istæ laudes, quas Christus dixit de Ioanne faciunt ad tollendum suspitionem quam conceperat populus de Ioanne.
Quæst. XXI.

QVAERETVR quomodo istæ laudes, quas dixit Christus de Ioanne faciunt ad tollendum suspitionem, quam conceperat populus de Ioanne tāquam esset mutabilis.

Dicendum, quòd omnia ostendunt quandam cōstantiam Ioannis, & quòd non esset verisimile eum fuisse passum tantam mutabilitatem. Et primo suadet hoc Christus ex auctoritate populi: nam exierat totus populus sępe ad Ioannem, si putaret eum esse virum tam mobilem non recurrerent ad eum, & cum non fallerentur omnes: Iudæi ergo cum recurrerent ad eum tanquam ad virum grauem, ad quem dignū erat recurri non esset ille mobilis, sed firmus, sic dicit Chrysostomus, quid existis videre in desertum? ac si diceret propter quid ciuitates dimittentes conuenistis in desertum? non enim plebs tanta cum tanto desiderio in eremum venisset, nisi magnum quēdam & mirabilem, & petra solidiorem videre se existimans: ideo dixit arundinem vento agitatam, idest, hominem, qui mouetur leuiter de opinione sua, sicut arundo mouetur a vento, quasi dicat, non erat talis Ioannes: ideo non est putandum, quòd propter leuitatem aliquam mutauerit opinionem, vt prius ostendens Iesum esse Messiam postea de illo dubitaret. Cum autem dixit hominem mollibus vestitum, per hoc etiam significauit suam constantiam, scilicet, quia homo, qui est leuis opinionis etiam si interdum concipiat propositum vitę excellentis non potest in illo diu manere. Ioannes autem habebat vitam austerissimam, scilicet, manens in deserto vbi nullum bonum humanum erat, indutus veste de pilis camelorum, & comedens solum locustas, & mel sylue-

A stre. in hac autem austeritate vitę perseuerauit a pueritia vsque ad mortem: ideo non erat leuis opinionis, sed erat mentis constantissimę: non ergo moueretur faciliter de opinione sua, & sic nunc non quæreret, quasi dubitans de eo, quod prius asseruerat, hoc autem innuit Christus dicens hominem mollibus vestitum, quasi dicat, non fuit talis habitus, nec vita Ioannis, quòd posset credi de eo, quòd esset mobilis.

Aliter potest induci, quòd aliqui homines sunt natura constantes, & tamen per consuetudinem delitiarum efficiuntur mobiles, Ioannes autem non fuit B vsus delitijs, quia non induebatur veste molli: ideò nec naturaliter, nec per consuetudinē fuit in eo mobilitas, sic dicit Chrysostomus, non potest aliquis dicere, quòd Ioannes quidem constans erat, sed postea lasciuię seruiens factus est mobilis, sicut enim aliquis est iracundus natura, alius per infirmitatem longam, ita aliqui sunt mobiles per naturam, alij verò lasciuiæ seruiendo mobiles fiunt. Ioannes autem nec natura mobilis erat, propter quod dixerat non existis videre arundinem vento agitatam, nec lasciuiæ dans seipsum perdidit quam habebat excellentiam, quòd enim non seruierit lasciuiæ monstrat stola, idest, vestis solitudo, & carcer. si enim vellet mollibus vestiri non eremum habitasset, sed regum palatia. cum autem dixit, sed quid existis videre C Prophetam, ostendit, quòd non esset Ioannes mobilis quasi inueniendo veriorem sententiam: nam homines quantumcunque excellentes si inueniant se aliquando falsa tenuisse gaudent mutare sententiam, & moribus siquis errauerit, non debet eum pudere corrigere errores suos, & ita putaret quis, quòd Ioannes erat vir bonus, & tamen errauerat Iesum esse Messiam putans, nunc autem errorem suum corrigere volebat, hoc Christus tollit dicens, quod Ioannes erat Propheta, loquuntur tamen Prophetæ non voluntate humana, sed Spiritusancto dictante secunda Petri primo: Deus autem errare non potest: ideo cum Ioannes, qui erat Propheta, plusquam Propheta asseruisset Iesum esse Messiam D non poterat errare ad hoc, quòd nunc vellet mutare sententiam.

Sed diceret aliquis, quòd Ioannes erat Propheta, & tamen Prophetæ non loquuntur semper prophetice, & tunc possunt errare, ita forte Ioannes asserens Iesum esse Messiam non loqueretur prophetice, & posset errare.

Dicendum, quòd prophetice locutus est, quia ipse dixit Ioannis primo, quòd qui miserat eum ad baptizandum dixerat sibi super quem videris Spiritum sanctum descendentem hic est qui baptizat in Spiritusancto. & sequitur ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei, & sic non poterat Ioannes mutare sententiam, quia prophetice fuerat locutus, & vt magis constet, quòd Ioannes non poterat errare E in hoc, non solum ostendit, quòd loquebatur a Deo inspiratus, vt Propheta, sed etiam multo tempore ante hoc fuerat de eo prępnunciatum, quòd venturus esset ad hoc testificandum, & ad hoc allegauit Christus auctoritatem. i. hic est, de quo scriptum est. ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui pręparabit viam tuam ante te, & tamen vna de præparationibus fuit testificari de ipso, quòd erat Messias. non ergo posset Ioannes errare cuius testimonium erat tam firmum, & tantis fulcitum auctoritatibus: non ergo fuit leuitas aliqua, vel dubitatio in Ioanne, sed propter discipulos hoc a Christo quæsiuit.

An circa vestes in superabundantia, vel defectu possit esse peccatum. Vbi quòd omnia quæ ad hominem pertinent in actu eius aut sunt talia, quæ semper bene se habent, aut quæ bene, & male se habere possunt, vel quæ semper male se habent.

Quæst. XXII.

QVAERETVR, quia dicitur hic, qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt, an circa vestes possit esse peccatum in superabundantia, vel defectu.

Aliqui dicunt, quòd non, quia si superfluitas in vestibus esset vitiosa etiam esset defectus vitiosus, quia vtrumque extremum virtutis est vitium, & tamen neutrum est vitium. Patet de superfluitate, quia Sacerdotes, & ministri altaris vtuntur vestibus preciosissimis in sacro ministerio vbi constat, quòd non est peccatum. De defectu patet, quia ad Hebræ. vndecimo, laudantur quidam de veste vili, scilicet, circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis: non est ergo circa vestes vitium, nec virtus.

Item patet, quia si esset virtus circa ista, aut Theologica, aut moralis, aut intellectualis, sed nulla est earum: non est enim intellectualis, quia illę perficiunt hominem circa cognitionem, & non circa mores. Etiã non theologica, quia theologicę habẽt Deũ pro obiecto, & non vestem. Nec etiam moralis, quia Arist. sufficienter enumerat virtutes morales in Ethicis, & tamen ad nullam earum pertinent vestes, siue cultus exterior.

Item patet, quia virtutes sunt in nobis naturaliter quantum ad dispositionem secundo Ethicorum capitu. primo, licet non sint quãtum ad esse perfectum, nisi perficiantur per consuetudinem, sed non est nobis innata aliqua dispositio, nisi circa ea, quę naturalia sunt, ornatus tamen exterior in vestibus, & reliquo apparatu non est nobis naturalis, sed variatur secundum diuersitatem temporum, & locorum: vnde dicit Augustinus tertio lib. de doctrina Christiana, ꝙ talares, & manicatas tunicas habere apud veteres Romanos flagitium erat, nunc autem honesto loco natis non eas habere flagitium est: ergo circa vestium vsum non est virtus, nec vitium.

Dicendum, quòd circa vestes, & totum ornatum exteriorem potest quis bene se habere: in omnibus enim quæ in vsum nostrum veniunt, si non sint per se bona virtus, & vitium esse possunt inquantum potest in eis esse superabundantia, & defectus, & bene, vel male a ratione dirigi septimo Ethicorum capitu. duodecimo, sic est de cibo, & potu, & venereis, & colloquijs. ista enim non sunt per se bona, & ideo potest in vsu eorum esse bonum vel malum, ita etiã de pecunijs, & honore, quia circa pecunias est liberalitas; & prodigalitas, & auaritia, idem de honore circa quem est magnanimitas, & vitia opposita quarto Ethicorum capitulo de liberalitate, & capitulo de magnanimitate. & tamen tam extrinsece sunt homini pecuniæ sicut vestes, immo plus extrinsecę sunt pecunię, quia vestes computantur inter simpliciter necessaria naturæ Ecclesiast. vigesimonono, initium vitę hominis panis, & aqua, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem, pecunia autem non ponitur inter necessaria, quia sine illa posset esse vita. sicut fuit multo tempore nulla existente moneta, & tñ circa erogationem monetę expendẽdo eã est liberalitas: ergo a fortiori poterit esse circa vsum vestiũ.

Item patet, quia omnia, quę ad hominem pertinẽt in actu eius aut sunt talia, quæ semper bene se habent aut quæ bene, & male se habere possunt, vel quę semper male se habent: nihil autem est quod ad hominẽ F pertineat, in quo nec virtus, nec vitium esse possit.

De primis patet, vt sunt illa, quæ naturaliter sunt bona, in quibus non inuenitur excessus, & ista est virtus: nemo enim virtute male potest vti, vt patet septimo Ethicorum cap. duodecimo, licet aliqua sint bona naturaliter, in quibus reperitur excessus, sicut amare parentes, & filios est per se bonum, & tamen inuenitur excessus in eo. septimo Ethicorum cap. duodecimo, vbi dicitur de Satyro Philopatore, qui tantum amabat patrem, quòd desipere videbatur: de amore filiorum ponitur ibi exemplum de Niobe, quæ propter amorem filiorum rebellabat dijs.

De secũdo patet communiter in tota materia mo- G rali, quia vbique est virtus, & vitium.

De tertio patet de quibusdam, quę sunt determinata ad malum, & nunquam possunt bene fieri, vt adulterium furtum secundo Ethicorum cap. sexto. s. quædam enim confestim nominata conuoluta sunt cum malitia, & nominat ibi multa tam in passionibus quàm in operationibus, nullum autem inuenitur ad humanam operationem pertinens, in quo virtus & vitium esse non possit, & si aliqua opera vocẽtur indifferentia, quia ex seipsis, nec malum, nec bonum important, tamen ex fine, & conditione operantis, & alijs circunstantijs actus potest esse bonum, vel malum. Sed vestes non pertinent ad primum, quia non sunt aliquid per se bonum, cum nullam ha- H beant bonitatem, inquantum in vsum humanum veniunt, nisi quam a ratione participant. s. inquãtũ alijs recte vel nõ recte vtimur. Nec etiã pertinent ad tertium, quia vestes in se, & vestibus vti non est aliquid simpliciter malum, quia aliàs nullis vestibus vti liceret, sicut nunquam licet fornicari, & de malo gaudere. Pertinent ergo vestes, & vsus vestium ad secundum, scilicet, ad illa, quibus bene, vel male vti possumus, & in talibus est virtus, & vitium. Patet hoc, quia Deus dedit vestes Adę, & Euę, Gen. tertio, si tamen illicitum esset vti vestibus nõ dedisset Deus eas illis. Item non licet petere a Deo quod malũ est, sancti tñ petebãt vestes a Deo, sicut petebat Iacob, Genes. 28. si fuerit Deus mecũ, & custodierit me in via; I quam ambulo, & dederit mihi panem ad vescẽdum, & vestimentum ad induendum. &c. & cõcessit istud Iacob. vnde ipse soluit vota, quę promiserat si Deus daret ista ei: Genes. 35. ergo vsus vestium non est simpliciter illicitus, sed potest esse bonus, vel malus secũdum quòd a ratione dirigitur, & ita erit virtus, & vitium in eo. & quod de vestibus dicitur intelligitur etiã de reliquo corporis apparatu.

Ad primum dicendum, ꝙ superfluitas in exteriori ornatu est semper vitiosa, & defectus etiam vitiosus, quia ista de se nominãt extremum, & tamen pulchritudo vestium in sancto ministerio non est superflua. ideo non est vituperabilis, vt dicetur sequenti q. defectus aũt licet semper sit vituperabilis, indui tñ melotis, & pellibus caprinis non erat defectus, sed medium K in illis, de quibus dr̃ ad Hebrę. 11. quia erant viri, qui mundũ cõtempserãt, & quasi extra mũdũ vagabant. s. in solitudinibus errãtes, vt dr̃ eo. c. pęnitentiã, & cętera illi agebãt, oĩs vero actio pęnitentiũ asperitatem quandã habere debet, quia vt dicit Aug. abstinere debet etiam a licitis, qui commisit illicita, & ideo etiam in veste asperitatem habere debent.

Ad secundum dicendum, ꝙ pertinet vsus vestium ad virtutem moralẽ, quia exterior cultus est quoddã signũ humanę conditionis, & in excessus, & defectus & mediũ in illis reduci põt ad virtutem veritatis, quę est circa facta, & dicta, vt patet 4. Ethi. c. 13. Ad tertium dicendũ, ꝙ vestis licet non sit aliquid naturale, necessitas tñ vestium inest nobis iam naturaliter. s. ex con-

ditione naturæ lapsæ: ideo ad rationem pertinet dirigere vsum vestium, quia omne quod venit in actum nostrum debet esse a ratione directum, & ad hoc inest nobis naturalis aptitudo, vt possimus secundum rationem dirigere, & secundum inclinationem determinari ad moderãdum quicquid in vsum venerit: erit ergo virtus, & vitium circa vsum vestium.

Quomodo vsus vestium sit illicitus. Vbi late differitur de vsu vestium preciosarum, & aliarum rerum in Ecclesiis in comparatione ad subueniendum pauperibus. Et quòd in vsu immoderato vestium peccatur dupliciter. Et quòd inordinatio affectus contingit dupliciter, & quomodo. Et quis ornatus conueniat mulieribus. Demum tres virtutes ponuntur circa ornatum corporis exteriorem.

Quæst. XXIII.

QVAERETVR quomodo vsus vestium sit illicitus.

Dicendum, quòd vestes ex seipsis vitium nullum dicunt, & ideo qualitercunque vtamur eis non est vitium aliquod in illis, nec etiam in nobis ex parte ipsarum, sed erit vitium in nobis ex parte nostra, inquantum vtimur eis immoderate.

Propter quod sciendum, quòd quibusdam vestibus vtitur homo propter seipsum alijs vero propter solum Deum. In eis autem quæ sunt propter Deum solum non est vitium: huiusmodi sunt vestes ministeriorum Ecclesiæ, quibus vtuntur in solo ministerio diuino: quantumcunque enim istę sint pulchrę, & preciosę non est vitium illis vti, quia non vtitur homo illis propter se, sed propter Deum. Pro nobis autem potest aliquid esse superfluum, vt siquis vellet vti veste, quæ esset supra statum suum, & facultatem, respectu autem Dei nihil potest esse superabundans, sed omnia sunt, vt defectus, quia omnia sunt coram eo quasi nihil, & inane, & vt momentum stateræ Isa. quadragesimo, quantumcunque ergo sit vestis preciosa in cultu diuino non est superflua. Patet etiam quia hoc Deus instituit in lege Moysi, vestes preciosas habentes aurum, & lapides preciosos, quibus vterentur sacerdotes Exodi vigesimooctauo, licebit ergo nunc similes fieri in valore, licet non in figura, quia pertineret ad veteres cęremonias, ista autem pulchritudo vestium ad duo prodest.

Primo ad ostendendum Dei excellentiam, quia cum ministri eius, quando ei actualiter ministrant vtantur preciosioribus vestibus, quàm omnes principes sęculi, apparet, quod ineffabilis excellentiæ sit ille cui ministrant.

Secundo prodest ad honorem ministeriorum, quę faciunt, & hoc saltem propter simplices, quia simplices non cognoscunt dignitatem diuini ministerij, cũ videant quasdam cęremonias, & non videant manifeste virtutem earum, cum vero viderint aurum, & lapides preciosos, & alia quę ipsi preciosissima iudicant seruire ad hoc ministerium, saltem hoc argumẽto colligent illud ministerium esse valde excellens.

Considerandum tamen, quòd preciositas vestium non est tam necessaria in ministerijs noui testamenti, sicut in veteri.

Et hoc primo, quia ibi erant simpliciter necessarię vestes illę preciosę, quia erant sub pręcepto, & peccarent sacerdotes si in minus preciosis ministrare vellent. nunc vero nullum præceptum est de figura, nec de materia, aut precio vestium, vnde possunt vti ministri vestibus non preciosis in diuino ministerio, sicut fit apud pauperes Ecclesias, nec differt in veste p̄ciosa vel paupere ministrare, nisi per hoc velit, quis contra consuetudinem Ecclesię suę facere, quia hoc peccatum est: Ecclesia tamen si vellet posset facere, ꝙ. s. vestibus simpliciter ministraretur immo & vestibus ꝓfanis, ita ꝙ nullę essent vestes dedicatę specialiter ad Diuinum ministerium, sicut fuit in principio Ecclesiæ primitiuę, quia sicut Christus, qui semper in vestibus, quibus vtebatur vestitus confecit sacramentum Eucharistiæ, ita Apostoli, & cęteri faciebant, sed postea succedente Ecclesia augmentatus est cultus diuinus, & facta est distinctio vestium sacrarum a profanis, & tamen quantum ad ministerium ipsum non differt, quibus vestibus ministri induantur, nisi in cõtẽptum agerent, vt si vellent in vestibus communibus ministrare quasi ministerium quod geritur nullius esset excellentiæ, quia sic peccatum esset, & concrepatur Deus talibus Malach. 1. ad vos o sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis, in quo despeximus nomen tuum? offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis, in quo polluimus te, in eo quòd dicitis mensa Domini polluta est, & iterum dicitur vos polluistis nomen meum in eo, quòd dicitis mensa Domini contaminata est, & quod superponitur contemptibile est cum igne qui illud deuorat. Secundo dicit ex parte ministerij quod fit in nouo, & in veteri testamento: nam ministerium vetus nullius erat in se dignitatis, nec vtilitatis, scilicet, occidere animalia, & cremare illa, sed solum fiebat, quia a Deo præceptum erat. sacrificium autem noui testamenti est infinitę dignitatis, cum in eo vere, & realiter sit omne bonum, scilicet, Christus Deus, & homo. cętera autem Ecclesiastica ministeria huic subordinantur, sicut omnia sacramenta ordinantur ad Eucharistiam: erat ergo ornatus exterior valde necessarius ministerijs legis veteris, vt ab extra acquirerent dignitatem quandam, tamen ab intra nullam haberent, ministerijs autem legis nouæ, cum in seipsis habeant dignitatem, non requiritur superaddi exteriorem ornatum, sed si addatur vtilis est, sicut fabulis poetarum, quæ non habent in se aliquod pondus sententiæ necessarius est ad eloquij venustatem ne omnia contemnantur, sacra autem scriptura, quæ in se habet dignitatem sententiarum Rhetoricis coloribus non indiget, quia sine illis suscipietur cum sit necessaria: non sunt ergo vestes pulchrę, & preciosæ necessarię ministris noui testamenti, sicut ministris legis Moysi.

Sed dicendum, ꝙ ornatus iste est vtilis propter illa quæ supra dicta sunt, & laudabiliter agunt, qui p̄ciosa ornamenta tribuunt Ecclesię, nec est in hoc excessus, quia etiam si minus preciosa fuerint non est illicitum illis vti, cum quicquid preciosum sit in rebus seruire debeat Deo cui ministramus, & hoc verũ est, nisi Ecclesia nimis abũdante in istis pauperes Chr̃i deficerẽt, quia vẽdẽda erũt ista ad subueniẽdũ eis. s. ꝓ redẽptione captiuorũ, & alijs causis, vt declaratũ est s̃. 6. cap. q. 76. vnde si nõ habeat Ecclesia aliàs vnde ꝓuideat, vẽdere poterit ipsa vasa sacra cõflando ea prius in Ecclesia ꝑ sacerdotes, & reducendo in massam, quod verũ est de vasis consecratis, secus de non cõsecratis, vt cãdelabra aurea, vel argẽtea: nã nõ oportet illa conflari ad hoc, ꝙ vẽdantẽ de his patet 10. q. 2. c. hoc ius, & 12. q. 2. c. aurũ. vestes aũt Ecclesię, in quibus ministrãt, quia sacræ sunt, & nõ possunt cõflari nõ poterũt vendi ad vsus ꝓfanos, sed poterunt vẽdi alteri Ecclesiæ, sicut vasa sacra nõ cõflata alteri Ecclesię vẽdi possunt. 10. q. 2. c. hoc ius. sicut aũt Ecclesia nõ peccat. i. ministri eius p̄ciosissimas vestes habẽtes, & illis vtẽdo, ita & q dat illas Ecclesię nũquã peccat, nisi forte vidẽs perire pauperes, & nollet illis dare, & det Ecclesię, q̃a tunc pec-

cat, eo quòd pauperi pereunti tenetur quilibet subuenire Ecclesiæ autem non tenetur ornamenta dare: peccat, autem qui omittit necessaria, & facit ea, quæ sunt supererogationis, sic Christus redarguit Pharisæos, qui suadebant hominibus nihil dare parentibus, & omnia dare templo in sacrificium infra decimoquinto, & Marc. septimo. Si autem pauper non sit in extrema necessitate, & tamen sint multi indigentes, melius est pauperibus distribuere, vt multi viuere possint q̃ Ecclesię ornamenta preciosa tribuere, secus aũt si Ecclesia indigeret, vt si ei ẽt necessaria ornamenta deficiant, quia tunc iudicabitur de ea, sicut de pauperibus, non tamen sicut existentibus in extrema necessitate, quia etiam cum sit aliquid inanimatum nunquam dicitur esse in extrema necessitate: melius ergo erit pauperi dare etiam sine extrema necessitate, quàm Ecclesiæ habenti competentia ornamenta dare preciosa, qui tamen sic dat non peccat, cum vtrumque sit opus supererogationis potest vtrumque sine peccato omitti: a fortiori ergo alterum ipsorum irrationabiliter tamen agit, qui taliter agit, sic agens, quia quando potest quis æqualiter laborans agere maius bonum, vel minus bonum peruertit ordinem rationis si minus bonum magis eligat, sic dicit Hieronymus. non mediocriter errat, qui maiori bono præfert mediocre bonum, de consecratio. distinctio. quinta, capitulo non mediocriter, & hoc est verum non solum in laicis, qui nihil obtinent intuitu Ecclesiæ, sed etiam in clericis, qui omnia habent de bonis Ecclesiæ: nam licet eis morientibus omnia Ecclesiæ cedant, ipsi tamen viuentes melius agunt pauperibus distribuendo quàm Ecclesiæ omnia dando, vt ostensum est supra sexto, capitu. quæst. septuagesimasexta: hæc enim sunt quantum ad vestes ministrorum Ecclesiæ, quæ sacræ sunt. Circa vestes aliorum dicendum, quòd quibusdam hominibus competunt certę vestes in figura, & colore, & conditione materiæ, in istis autem peccatum est semper variare aliquid in vestibus, sicut est in aliquibus religiosis, quibus tam figura, quàm color, quàm materia vestium determinata sunt, & quia omne quod fit contra præceptum peccatum est, semper erit in talibus peccatum mortale, nisi vbi est mutatio parua, quæ non est notabilis, vt in prolixitate, vel breuitate vestium inquantum talia non sunt omnino determinata sub præcepto, de illis vero, quibus non est determinata vestis omnino secus est, & dicitur omnino propter clericos, quia sunt eis quædam vestes prohibitæ quãtum ad colorem extra de vita, & honesta. cleric. capitulo clerici. non tamen sunt eis determinatę vestes totaliter quantum ad materiam, aut figuram, vel colorem. sed hoc est generale, quòd vbicunque est pręceptũ de certo modo vestis, siue sit in tota Ecclesia, siue in quibusdam Ecclesijs, peccant mortaliter contra agentes, cum istud sit pręceptum de moribus, scilicet, ad seruandum honestatem clericalem, in illis vero, quę sub præcepto comprehensa non sunt, idem de clericis est quod de laicis, cum autem nullum est præceptum de veste, potest peccari in vso immoderato vestium dupliciter.

Vno modo per operationem ad consuetudinem hominum inter quos quis viuit, scilicet, quia preciosioribus vestibus vtitur quàm ille, vel nouo genere figuræ. nam consuetudo est quasi quædam lex, velle ergo declinare a communi omnium consuetudine peccatum est, quia vt dicit Augustinus tertio confess. quæ contra mores hominum sunt flagitia pro diuersitate proximorum vitanda sunt. turpis enim est pars, quæ suo non congruit vniuerso,

F non tamen sequitur per hoc, quòd quicunque nouum modum vestium inuenit mortaliter peccet, licet satis peccat, qui nouitatem in vestibus introducens alijs occasionem tribuit sequendi eandem nouitatem, cum hoc sit plurimis causa depauperationis frequenter, scilicet, vestium figuram mutare, quia tamen aliquę sunt regiones, in quibus consuetudo est a consuetudine deuiare, idest, non manere in figura vestis vsitatę, sed frequenter mutare formam vestium, non oportet, quòd ibi quicunque inuenit nouas vestes peccet mortaliter, licet raro sine peccato hoc fiat, quia non fit hoc, vt communiter ad hoc, quòd inueniatur figura vestium, quæ magis conueniat homini ad honestatem, & coapte-

G tur corpori ad operationem, sed vt per istam frequentem mutationem videatur homo gloriosior quasi præ cęteris fulgeat, & ista semper est vitiosa intentio.

Secundo modo est immoderatus vsus vestium ex affectu inordinato, quia contingit, quòd homo vtatur nimis libidinose vestibus, siue secundum consuetudinem eorum cum quibus viuit, siue præter consuetudinem, & semper talis libido, idest, immoderatum desiderium est peccatum, sic dicit Augustinus tertio libro de doctrina Christiana, in vsu rerum oportet abesse libidinem, quæ non solum ipsa eorum inter quos viuit nequiter consuetudine abutitur, sed etiam sæpe fines eius egressa fę-

H ditatem suam, quæ inter claustra morum solennium, idest, communium latitabat, flagitiosissima eruptione manifestat. Contingit autem ista inordinatio affectus dupliciter, scilicet, in superabundantia, & defectu, In superabundantia autem tripliciter.

Vno modo inquantum quis ex superfluo cultu vestium vult habere quendam honorem prout vestes, & omnis exterior ornatus dant homini apud cęteros, de rebus male iudicantes honorem quendam, & gloriam, hoc autem semper est peccatum, sic dicit Ambrosius libro primo, de offic. decor corporis non sit affectatus, sed natura, vel simplex, neglectus magis quàm expeditus, non preciosis, &

I albentibus amictus vestimentis, sed communibus, vt honestati, vel necessitati nihil desit nihil accedat victori, idest, nihil faciamus, vt ex vestibus acquiratur pulchritudo, vel fulgor quem non habemus, non tamen est semper peccatum mortale in his excedere, sed est veniale, cum inanis gloria sit interdum veniale, & interdum mortale, vt ostensum est, supra sexto cap. q. 8.

Et in hoc dupliciter exceditur. Vno modo cum quis, vt niteat ex vestibus vult habere vestes supra statum suum, & facultatem, & tunc semper videtur esse peccatum mortale, quia omnino est irrationale pauperem velle preciosis vestibus vti, cum per hunc superfluum cultum cogatur deficere in necessarijs ad

K sustentationem, & licet iste ex sola inani gloria agat mortaliter peccat, quia vt glorietur inaniter facit ea, quæ in se mala sunt.

Alio modo, quòd quis vtatur superuacuo cultu, non tamen excedente facultates eius, sed excedente honestatem, scilicet, quòd licet non cogatur egere tali veste vtendo, est tamen supra honestatem status sui, cui minor ornatus est conueniens, & istud minus graue est, quàm præcedens, vnde interdum est mortale, & interdum est veniale, de quo dicit Gregorius in Homilia. sunt nonnulli, qui cultum subtilium preciosarumque vestium non putant esse peccatum, quòd si culpa non esset, nequaquam sermo Domini tam vigilanter exprimeret, quod di-

ues,

ues, qui torquebatur apud inferos bysso, & purpura fuisset indutus, nemo quippe vestimenta præcipua, scilicet, excedentia proprium statum, nisi ad inanem gloriam quærit.

Considerandum pro hoc, quòd ornatus vestium cuicunque est licitus iuxta condecentiam status, inquãtum vero excedit preciositate statum peccatum est. sic dicitur prima ad Timotheum secũdo, mulieres in habitu ornato cum verecundia, & sobrietate ornantes se, sobrietas autem dicit mensuram, vel æqualitatem: ergo ornatus de se non est illicitus si sobrietatem teneat, idest, statui commensuretur, si autem excedit peccatum est: vnde subditur ibi non in tortis crinibus auro, aut margaritis, vel veste preciosa, sed quòd decet mulieres; quasi dicat, ornari auro, & margaritis, & veste preciosa non decet communiter mulieres, quia magni status est auro vti. aliquis tamen erit status cui auro, & margaritis vti non erit illicitum, quia non excedit conditionem status, vt in fœminis potentibus, sic etiam mollibus vestimentis vti, & preciosis ad Regés pertinet, & eos, qui in domibus Regum sunt, sicut Christus dixit, nec per hoc simpliciter redarguit vsum mollium, & preciosarum vestium; sed dixit cui statui conueniant, scilicet, Regibus, & manentibus in domo Regum, idem est de prælatis, & cæteris clericis, quibus secundum conditionem dignitatis suæ, licet preciosis, vel minus preciosis vestibus vti, non intendendo ex hoc humanam gloriam acquirere, sed ostendere dignitatem gradus sui. non enim esset laudabile si prælati vellent veste grossa, & rudi vti, quia iam potius hoc esset inanem gloriam quærere quàm vtendo veste preciosiori, hoc autem tenebitur secundum consuetudinem bonorum inter quos viuimus. a qua recedere excedendo, vel deficiendo non est laudabile, sic dicit Augustinus tertio de doctrina Christiana. quisquis sic vtitur exterioribus rebus, vt metas consuetudinis bonorum inter quos versatur excedat, aut aliquid signat, aut flagitiosus est, scilicet, quia propter delitias, vel inanem gloriam talibus vtitur. Secundo exceditur quando quis per superfluum cultum vestium quærit delitias corporis & hoc est inquantum vestes ordinantur ad corporis fomentum, sic est de eo, qui quærit vestes mollissimas, quia caro in mollibus delectatur, & aspera eam affligunt, & ita Christus vestes preciosas molles vocauit dicens, qui mollibus vestiuntur, &c.

Tertio modo inquantum, quis apponit nimiam solicitudinem ad exteriorem corporis ornatum, quia etiam si quis non agat propter inanem gloriam, nec vtatur vestibus preciosis vltra statum suum, nimia solicitudo circa eas, vt niteant peccatum est, sicut circa temporalia quæcunque nimiam solicitudinem Christus vetuit supra sexto, etiam si procurare temporalia sit licitum immo necessarium, quia tales non possunt de spiritualibus esse soliciti, quæ simpliciter sunt necessaria, si circa vestes, & similia nimiam solicitudinem apponant. Etiam quia peruertitur ordo rationis, vt de minoribus magis curetur.

Propter hoc autem Andronicus ponit tres virtutes circa exteriorem ornatum, scilicet, humilitatem quæ excludit intentionem gloriæ. Vnde dicit, humilitas est habitus non superabundans in sumptibus, & præparationibus. sumptus dicit quantum ad valorem, præparationes dicit quantum ad figuram vestis, vel quantum ad vsum eius, scilicet, quòd vestis talis sit, quòd non egeat multo apparatu ad vtendum ea, sed faciliter corpori coaptetur.

Secundam, scilicet, per se sufficientiam, quæ excludit intentionem delitiarum, vnde dicit, quòd per

A se sufficientia est habitus contentus, quibus oportet vti, & determinatiuus eorum, quæ ad viuere conueniunt. prima Timotheum sexto, habentès alimenta, & quibus tegamur his contenti sumus.

Tertiam, scilicet, simplicitatem, quæ excludit intentionem superfluę solicitudinis, vnde dicit, quòd simplicitas est habitus contentus his, quæ contingunt, idest, quæ accidunt, idest, non multum solicitatur in apparatu vestis, sed vtitur ea, sicut accidit.

Circa defectum autém in vsu vestium etiam est vitium, & potest esse triplex inordinatio ex parte affectus. Vno modo ex negligentia hominis, quæ non adhibet studium ad hoc, quòd vtatur exteriori cultu secundum decentiam sui status, vel sicut oportet vti ipso cultu, & hoc non pertinet ad preciositatem vel vtilitatem vestis, sed ad modum vtendi ea secun
B dum, quòd aliqui sunt impositi in vestibus, sic dicitur septimo Ethicorum capitulo vndecimo, quòd ad molliciem pertinet, quòd quis trahat vestimentum per terram, vt non laboret eleuando ipsum. Secundo modo quando defectus exterioris cultus ordinatur ad inanem gloriam, quia sicut quis gloriatur de diuitijs, ita & alius de paupertate, sic dicit Augustinus libro de sermóne Domini in mon. non in solo rerum corporearum victorię atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus luctosis posse esse iactantiam, & eo periculosior est quo sub nomine seruitutis Dei decipit. vnde Philósophus quarto Ethico-
C rum ait, quòd superabundantia, & inordinatus defectus ad iactantiam pertinent.

Tertio modo ex auaritia, vt quando quis, vt pecunijs parcat strutonitu, & rudi veste vtitur. his tribus modis peccatum est interdum mortale, & interdum veniale secundum maiorem, & minorem quantitatem defectus. velle tamen gloriari de paupertate vestis, vt per hoc sanctitas simuletur, cum ad hypocrisim pertineat grauius est, sed nec etiam potest dici, quòd sit semper mortale. est autem defectus in vsu vestium quando quis viliores quàm competat statui suo vestes habet, & hoc, siue ex gloria, siuę inani gloria, siue auaritia agat vitium est: sic enim dicit Augustinus tertio de doctrina Christiana,
D & quadragesimaprima distinctio. capitulo quisquis, scilicet, quisquis strictius rebus vtitur quàm se habeant mores eorum cum quibus viuit, aut intemperans aut superstitiosus est. intemperans est, idest, non obseruans temperantiam, siue modestiam; quæ circa ornatum exteriorem est, superstitiosus est qui superstitionem, idest, superuacuum modum viuendi obseruat faciens cęremonias aliquas, quæ ad nihil vtiles sunt quasi prosint ad aliquid, & ita qui vtitur veste vili, quasi ad hoc aliquid conferat, superstitiosus est, cum tamen ad hoc nihil prosit, interdum tamen quis vtitur uili ueste, & grossa licite, scilicet, propter humiliationem, vel propter pœnitentiam: nam pęnitens debet sibi subtrahere licita, & sicut in cęteris, ita etiam in ueste asperitatem habe-
E re: & ideo laudantur illi, qui contempto sęculo vilibus vestibus utebantur ad Hebræos undecimo, circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis, & ob hoc religiosis, qui sęculum contempserunt & quibus tota uita pœnitentia est, competit minus preciosis, uel grossioribus uestibus uti quàm cęteris hominibus, etiam quia exemplo suo, & uerbo alios ad pœnitentiam incitare debent, & ob hoc Prophetę asperis uestibus induebantur, sicut Elias 4. Reg. 1. & Ioãnes Baptista, qui uestibus de pilis camelorũ utebatur supra 3. & hoc, quia pęnitentiam prędicabat eod. cap. pęnitentiã agite &c. & sicut dicit ibi glo. qui pęnitentiam prædicat habitum pęnitentiæ prætendat.

An apparatus corporis in mulieribus, & in vestibus, & fuco colorum sit peccatum. Et in quibus viris quandoque liceat ornatus. Et quòd in apparatu mulierum ad pulchritudinem ostendendam tria considerantur. Quæst. XXIIII.

QVAERATVR circa ornatum mulierum an sit peccatum in eo.

Et quia consistit in duobus, scilicet, in apparatu corporis, & in fuco colorum.

Est dubium de primo, an sit semper peccatum. Aliqui dicut, quòd sic, quia est contra præceptum legis Dei: ergo est mortale. dicitur enim prima Petri tertio, de mulieribus quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, vbi dicit Cyprianus, serico, & purpura indutæ Christum sincere videre non possunt, auro, & margaritis ornatæ, & monilib' ornamentum mentis, & corporis perdiderunt. sed non perditur ornatus mentis, nisi per peccatum mortale: ergo ornatus mulieris non est sine mortali.

Item, sicut non conuenit mulieri, quòd vtatur veste virili, etiam non competit ei, quòd vtatur ornatu inordinato, sed primum est peccatum. dicitur enim Deuteronomij vigesimosecundo, non induatur mulier veste virili, nec vir veste muliebri: ergo etiam superfluus ornatus erit mortale peccatum.

Aliqui dicunt, quòd non, quia tunc artifices parantes ista ornamenta peccarent semper mortaliter, si vsus eorum semper peccatum mortale esset.

Dicendum, quòd circa ornatum vestium in mulieribus idem iudicandum est quod in viris iuxta omnes distinctiones positas præcedenti quæstione, est tamen aliquid speciale vltra in cultu mulierum, quia ornatus earum viros ad luxuriam incitat Prouerbiorum septimo, ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio præparata ad decipiendas animas.

Considerandum tamen in hoc, quòd aut mulier habet virum, aut non. si habet potest licite ornare se operam dando, vt soli viro suo placeat, ne propter defectum ornatus eius vir contemnat eam, & quærat aliam pulchriorem, & hoc non solum est licitum, sed etiam meritorium si agit, vt euitet viri adulterium prima Corinthiorum septimo, mulier, quæ nupta est cogitat, quæ sunt mundi, & quomodo placeat viro, idest, pertinet ad eam cogitare quomodo placeat viro: faciet ergo omnia, quæ licite fieri possunt, vt placeat viro, & hoc est ornare se secundum statum suum: nam excedere non licet, quia non sunt facienda mala, vt veniant bona ad Romanos tertio, nisi forte modicum excedat, quia paucus excessus non est vituperabilis, eo quòd videtur coincidere cum virtute, qui autem multum excedit non latet, idest, apparet, quòd sit vitiósus, quarto Ethicorum capitulo decimoseptimo. Si autem mulier non habet virum, aut est in ætate, vt habere possit, vel non, vt si sit veterana. Si habere non potest, non licet sibi ornare se curiose, quia illud est ad placendum alicui, quæ autem nulli placere debet non debet se ornare prout ornatus nominat apparatum aliquem ad ostendendum pulchritudinem: nam quæ virum iam habere non potest illicite agit si studet ostentare pulchritudinem. Si autem potest habere virum, aut proponit habere, aut non. Si proponit non habere, vt illa, quæ vult seruare virginitatem, vel vidua, quæ vult iam in castitate viuere, non licet ei ornatum quærere ad pulchritudinem ostendendam, sed potius declinandum est ab eo quod aliàs statui suo competere poterat, quia istę soli Christo deberent placere cui se dediderant, ei autem non

F placetur in ornatu corporis, & ideo diuersa studia sunt, & esse debent mulieris habentis virum, vel nolentis habere, sic dicitur prima Corinthiorum septimo, mulier quæ nupta est cogitat, quæ sunt mundi, & quomodo placeat viro, quæ autem non habet virum, cogitat quomodo placeat Christo. Si autem mulier proponit habere virum idem est, sicut de coniugata, quia sicut ei licet operam dare ad ostendendā pulchritudinē, ita nō habenti virū licet operā dare ad ostēdendā pulchritudinē, vt placeat alicui quē in virū habere possit, nō intendens aliàs fallere, nec inducere homines in concupiscentiam. Si autem mulier aliqua ideo se ornet, vt placeat viris, vel alicui viro non suo, vt eos in concupiscentiam sui moueat, siue sit coniugata, siue non, semper mortaliter peccat,

G quia intentio est de se mala, scilicet, mouere viros ad libidinem: quæ tamen non habens virum se ornat, vt moueat aliquem ad sui concupiscentiam, vt sic virum habeat, non peccat, quia ista non agit ad libidinē, sed ad matrimonium, etiam quia non agit, vt appareat quod non est, sed vt nō contemnatur quod est, quia ipse naturalis decor si incompositus sit minus fulget. si autem mulier, siue habens virum, siue non se ornet solicite ex quadam leuitate, vel vanitate propter iactantiam, vt ostentet pulchritudinem quam habet, vel simulet quantum non habet non intendens quenquam mouere ad libidinem non peccat semper mortaliter, quia inanis gloria nō est semper mortale, quia tamen per hoc præstant viris occa-

H sionem ad libidinem, peccant interdum mortaliter: cauendum est enim quod occasionem mali præstat, licet nō intentione mali fiat. De viris autem idem dicendum est quando se ornant curiose, quia etiam per hoc fœminas incitant in concupiscentiam sui, & ideo habenti vxorem licet se ornare iuxta conditionem virilem, ne vxor illum contemnat, & ad adulterandum occasionem habeat, si autem vxorem nō habet, nec habere potest, vt sunt religiosi, & clerici non licet eis solicitudinem habere de ornatu ad ostentandam pulchritudinem.

Si autem vxorem non habet, & tamen habere intēdit licet sibi studium adhibere ad pulchritudinem ostendendam, vt sic vxorem habere possit, de his Au-

I gustinus in Epistola ad Possidium nolo, vt de ornamentis auri, vel vestis properam, idest, velocem, vel festinatam habeas in prohibendo sententiam, nisi in eis, qui nec coniugati sunt, nec coniugari cupientes cogitare debent quomodo placeant Deo. illi autem cogitant, quæ sunt mundi, quomodo placeant, vel viri vxoribus, vel mulieres maritis, excipit tamen Augustinus ab hoc vnum modum ornatus, scilicet, quòd mulieres capillos non ostendant, sed capita velent, quia Apostolus iubet, quòd mulier caput velet, quia turpe est ei nudum caput habere prima Corinthi. vndecimo, hoc tamen non est simpliciter necessarium, quia potest excusari per contrariam con-

K suetudinem, sicut quarundam regionum generalis consuetudo habet, quòd mulieres certę ætatis, vel status capita nuda gestent, religatis capillis, vel præcisis, non est tamen satis laudabilis consuetudo, maxime, ꝙ mulier præcisos capillos habeat, quia capilli ad decorem sibi dati sunt. & Apostolus dicit ignominiā mulieri si decaluetur, idest, si præscindantur eius capilli, excusat tamen a peccato consuetudo generalis regionis in istis, quæ sunt cęremonialia. Quomodo autem possit excusare consuetudo contra Apostoli præceptum dicetur prima Corinth, 11. Ad primum dicendum, quòd mulieribus licet se ornare, sed illę contra quas Petrus loquebatur praua intentione se ornabant, quia dicit ibi gl. ꝙ mulieres eorum, qui in

tribu-

tribulatione erant contẽnebant viros suos, & vt alijs placerent se pulchre ornabant, & hoc semper est illicitum, & ita intelligitur dictum Cypriani, scilicet, quòd istę perdiderunt ornatum mentis, quia volebant placere alijs viris incitando ad adulterium.

Pro quo sciendum, quòd ornatus nominat studium aliquale apparatus exterioris, qui potest esse ad hoc ne quis vilis appareat, vel vt pulcher videatur.

Sed primo modo ornatus est cuilibet necessarius, quia quilibet tenetur se ornare ne offendat oculos proximorum per vilitatem quam ostendit foris considerata intentione sui status, & iste ornatus est ad tenendum honestatem, qui si negligatur incidit in defectum, & vitium est, vt dictum est præcedenti quæstio: & sic vocatur ornatus large, quia ex modo loquẽdi ornatus signat solicitudinem potius excedentem, quàm mediam circa corporis apparatum.

Secundo modo prout ornatus dicit apparatum ad ostentandam pulchritudinem, regulariter nulli est necessarius, eo quòd nominat aliquomodo excessum, licet tamen mulieribus coniugatis se sic ornare. Et tunc consideranda sunt tria, scilicet, debitus finis, idest, quòd propter virum suum mulier agat, & non propter alios, vel si non habet virum, vt habere possit.

Secundo, quòd non excedat apparatus ille conditionem status sui in valore.

Tertio, quòd ille ornatus sit secundum se honestus, quia quidam ornatus est, qui etiam si non sit magni valoris est tamen in se impudicus, & ostendit mulierem inuerecundam, quæ tali ornatu vtitur, & hoc prouenit ex modo positionis vestium, vel aliorũ ornamentorum secundum, quòd quædam partes corporis velantur, vel apertę manent, & ex alijs circunstantijs de quibus solus visus, & consuetudo iudicant, & sermo vniuersalis esse non potest. quæ aliquo modo comprehendit Apostol. prima ad Timotheũ secundo. dicens mulieres in habitu ornato cum verecundia, & sobrietate, & ornantes se non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa, iungendo simul quod dicitur prima Petri 3. nõ sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus. In hac enim auctoritate Petri tollitur primum, scilicet, praua intentio ornatus alia duo prohibentur in auctoritate Pauli, & tamen præsupponitur, quòd mulieri liceat solicitudinem quandam habere, vt pulchra appareat, inquantum dicitur mulieres in habitu ornato, & non dixit in habitu honesto, quia honestus habitus est, vt quis vilis nõ appareat, habitus vero ornatus est, vt pulcher videatur, siue sit, siue non sit: etiam quia dicit ornantes se, in quo conceditur solicitudinem apparandi se. Cum tamen dicit cum verecundia, tollitur tertium, scilicet, habitus impudicus, quia alius est ornatus meretricũ, & alius castarum matronarum, qui tamen non differũt per preciositatem, quia interdum castus ornatus est preciosior, sed ex alijs circunstantijs, inuerecundus tamen, vel impudicus ornatus est, qui effrenatã mentem indicat, scilicet, ad libidinem inclinatam, & ipse habitus in se libidinem ostendit. Inquantum vero dicit, & sobrietatem tangit secundum, scilicet, quòd nõ excedat ornatus in preciositate facultatem status, quia sobrius est commensuratus, ebrius autem extra mensuram. Cum vero dicit non in tortis crinibus, aut auro &c. declarat magis in speciali duas conditiones dictas, scilicet, secundam, & tertiam: quod enim dicitur non in tortis crinibus ad tertium pertinet, idest, habitum impudicum, quia habere tortos crines non dicit aliquem ornatum preciosum, sed solum certum modum religandi capillos, & torque-

A re eos in circuitu capitis, quod iudicabatur illo tempore, & apud gentes illas quibus Paulus prædicabat esse impudicum, & inuerecundum, nũc vero in quibusdam regionibus generalis consuetudo est puellis nondum maritatis tortis crinibus vti sine velamento capitis, & ibi nec peccatum est nec impudicum iudicatur: alię etiam mulieres tortis crinibus vtuntur, illos tamen velamine operiunt. Quod autem, dicit, aut auro, vel margaritis, aut veste preciosa excludit secundum, scilicet, excessum status, quia auro, vel margaritis vti non est cuiuslibet mulieris, sed earum, quæ in magno statu sunt. Cum vero dicit, sed quomodo decet mulieres, ostendit quis sit conueniens ornatus, scilicet, quòd non tollit honestatem quod fit B per omnes tres modos: nam ad libidinẽ se qualitercunque ornare tollit honestatem mentis, impudico autem habitu, vel statum excedẽte vti tollit honestatem corporis. Quod autem dicitur prima Petri tertio, quarum non sit extrinsecus capillatura &c. præter hoc quod tollit prauam Intentionem, cum loquatur ibi Petrus contra mulieres, quæ contemnentes viros suos in tribulatione positos ornabant se, vt alijs placerent, vt dicit ibi Glo. Adhuc tollit alia duo, scilicet, impudicum, & superexcedentem ornatum: Cũ enim dicitur quarum non sit extrinsecus capillatura tollitur ornatus impudicus, & potest dupliciter accipi.

Vno modo, quòd capillatura sit capillorum religatio quando capilli colliguntur, & religantur in circui C tu capitis, & hoc est quod vetat Apostol. prima ad Timotheum secundo. s. non in tortis crinibus, vt dictũ est. Aliter potest accipi pro ostensione capillorum. s. quòd capillatura sit multitudo, vel vniuersitas capillorum, scilicet, quòd mulier ornans se non relinquat capillos sine velamine, & sic dicit litera non sit extrinsecus capillatura, idest, extra velamen.

Et hoc etiam potest dupliciter accipi vno modo, quòd capilli sint omnino nudi nullo velamine imposito capiti.

Alio modo, quòd sit velamen suprapositum, & tamen capilli permittantur pendere foras sine velamine: & etiam isto modo ornatus multarum regionũ est, & hoc magis consonat literæ, quia non dixit capil D li, sed capillatura: signat enim capillatura quandam capillorum congregationem, vel religationem, aut ordinem. Etiam quia dicitur non sit extrinsecus capillatura, in quo præsupponitur, quòd caput aliquod velamen habet, & tñ extra illud capilli apparẽt, aliàs diceretur, quòd non haberet mulier caput nudum, & vterque modus iudicabatur tunc impudicus, quia turpe erat mulieri non velari caput, & capillos prima Corinthi. 11. Hæc tamen omnia iudicandà sunt secũdum consuetudinem regionis ad hoc, quòd licita, vel illicita iudicentur. quod autem dicitur, aut circundatio auri, scilicet, in vestimentis, vel in capite apponendo torques, vel circulos aureos, vel quascunque religationes auri pendentes in circuitu colli, quæ vo E cantur monilia iuxta illud ornatam monilibus filiã Ierusalem, & vt communiter solent talia pendere. Cant. 1. murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. aut indumenti vestimentorum cultus significat excessum in preciositate vestium, & ista duo sunt, quæ ponit Aposto. prima ad Timotheũ secũdo. scilicet, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa. quantum autem de ornatu competat cuilibet secundum statum suum iudicandum est ex duobus, scilicet, ex facultatibus ne tantum precium apponere velit quis in ornatu, q̃ cogatur deficere circa alia necessaria, & ex consuetudine regionis, quia circa ista, quæ non sunt secundum naturã determinata nec ex lege

Circa illa, quæ nõ sunt a lege Dei nec a natura determinata cõsuetudo legẽ facit.

Dei

Dei ipsa consuetudo legem facit, vnde Isaiæ tertio. ponuntur illi ornatus quibus vtebantur mulieres Iudæorum tempore Isa.i.auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas,& torques, & monilia &c. Ad secundum dicendum, ꝙ ornatus debet competere conditioni personæ secundum communem consuetudinem, & quia est contra generalem consuetudinem, ꝙ mulier vtatur veste virili,& econtrario de se est vitiosum, maxime quia istud est causa fallendi ad faciliorem locū libidinis: & iō Deus specialiter hoc prohibuit. Etiam quia Gentiles vtebantur interdum tali mutatione habitus in honorem Deorum suorum, qui se sępe transformauerant: iō erat illicitum Iudæis, & mortale mutare sic vestem. Nobis etiam illicitum est, licet non sit expresse prohibitum, sicut Iudæis, quia illud erat pręceptum iudiciale, vel ceremoniale,& oīa illa abierunt, potest tñ mutari vestis interdum licite propter aliquam necessitatem: Vt siquis vult se occultare ab hostibus, vel forte non habet aliam vestem pro tpe illo, excessus aūt, vel varietas in ornatu si non transeat in aliū modum. s. virilis in fęmineū nō est semp illicitus: iō Deus nō posuit expressam prohibitionē de excessu ornat⁹, sicut de mutatione vestis. Ad argumentum alterius partis dicendum, ꝙ ars iudicatur licita, vel illicita ex rebus fabricatis: si ergo sit aliqua ars faciens opera ex quibus non possint hoīes vti sine peccato est ars illicita,& artifices semp peccarent talia faciendo, quia directe occasionem præbent ad peccandum, vt siquis fabricaret idola, vel aliqua alia, quę solum essent ad cultum idolatrię pertinentia, si autem sit ars cuius operibus possint hoīes bene,& male vti, vt gladij,& sagittę & hmōi, vsus talium artium nō est pc̄tū, quia non prouenit in alium ex re fabricata, sed ex iniquitate vtentis, alioquin oporteret carere oībus necessarijs,& vtilibus ad vitam; cum nihil sit extra nos quo nō possimus male vti ad nosipsos, vel ad alterum: istę ergo artes licitę sunt,& solę ipsę debent vocari artes: vnde dicit Chry. super Matthæ. eas solas oportet artes vocare, quæ necessariorum,& eorum, quę continent vitam nostram sunt tributiuę, & constructiuę, si aūt sit ars aliqua cuius operibus hoīes vtuntur pluries male quàm bene non sunt artes illicitæ, vt est fabricatio taxillorum,& similium: ideo artifices non peccant fabricando hoc, per officium tñ principis a ciuitate ista extirpanda essent secundum documēta Platonis. Et quia mulieres licite possunt se ornare, vt conseruent decentiam status sui,& superaddere etiam aliquid vltra necessitatem honestatis, quod tñ non tollat honestatem, vt possint viris suis placere, consequens est, ꝙ artifices talium ornamentorum non peccant in vsu huius artis, nisi inueniendo aliqua superflua,& curiosa, quia per hoc incitant hoīes ad concupiscentiam, & indebite expēdunt in tali ornatu quod eis ad alios vsus necessarium erat,& sic coguntur sæpe egere,& incidere in varia crimina, quia sicut qui volunt diuites fieri incidunt in laqueos diaboli, & in desideria multa. prima Timoth. sexto, ita qui curiosos ornatus immoderate appetunt, in laqueos diaboli incidunt multa indebita facientes, vt consequantur quod cupiunt: vnde dicit Chry. super Matthęum, ꝙ ab arte calceorum, & textorum multa abscindere oportet, etenim ad luxuriam duxerunt necessitatem eius corrumpentes artem malę arti commiscentes: non tamen oportet, quòd quicunque artifex nouitatem in ornamentis istis inuenit ex hoc peccet, quia interdum excogitatio nouorum ornamentorum est vtilis, vt quia tolluntur vetera ornamenta, quæ forte erant sumptuosiora,& minus apta corpori, vt patet de noua formatione vestium: quādo tamen artifices F excogitant illa, per q æ sumptus augetur, & vetera nō tolluntur maxime si talia ad nihil conferant, nisi ad pulchritudinem, illicite agunt,& tamen non semper peccant mortaliter, & hoc propter multas differentias, quæ accidunt in particularibus.

An semper sit peccatum fæminas apponere sibi fucos. Et quibus fæminis prohibitus est vsus fucorum.
Quæst. XXV.

QVAERITVR circa fucos. i. colores quos apponunt sibi fœminæ an semper sit peccatum.

G Dicendum, quòd fucus aliquando apponitur ad tollendam aliquam turpitudinem, aliquādo ad ostendendam aliquam pulchritudinem, si primo modo non est illicitum, vt scilicet, ex ęgritudine, vel ex alia causa incurrit mulier aliquam fęditatem coloris potest apponere fucos ad occultandum illam turpitudinem, quia secundum Apostolum. prima Corint. 12. quæ putamus nobiliora esse membra corporis his honorem abundantiorem circumdamus: sic tenet sanctus Thomas secunda secundæ questione 169. articulo secundo,& hoc verū est si nō sit ꝯ consuetudinē regionis, quia si sit oīno inconsuetū vti fuco, vsus eius generat scandalū;& tñ scandalū semp vitandū est quādiu vitari pōt. Si aūt apponatur fucus ad H ostendendam pulchritudinē semper est illicitū vti fuco,& est deterius q̄ in ornatu vestium, quia licet vestibus,& auro, & gēmis vtāmur ad augēdā pulchritudinem, ista tñ nullā deceptionem causant, quia clare patet, quæ sit naturalis pulchritudo,& quantum fulgoris extra posita addant, In fuco autem secus est, quia si studiose apponatur fallit plurimos, quia putatur esse naturalis color, qui tamen alienus est, & ideo est species fictionis. De hoc autem dicendum, quòd aut apponitur in contemptum Dei, aut non. Dicitur esse in contemptum Dei, quando mulier contemnens pulchritudinem naturalem vult quandā aliam pulchritudinem fingere quasi non bene sibi prouisum sit de pulchritudine, sed aliter prouideri debuisset,& I tunc semper est peccatum mortale, quia Deum contemnit, qui aliquid de fabrica eius vilipendit de hoc, dicit Cyprianus lib. de habitu virgin. nō virgines tātū aut viduas, sed & nuptas puta etiam omnes oīno fœminas admonendas quod opus Dei est, & facturam eius, & plasma adulterare nullo modo debeant adhibito flauo colore, vel nigro puluere, vel rubore, vel quolibet linimento natiua corrumpente medicamine, & postea dicit manus Deo inferunt quando illud quod ille formauit reformare contendunt, impugnatio ista est Diuini operis,& præuaricatio veritatis. Deum videre non poteris quando oculi tibi non sunt quos Deus fecit, sed quos diabolus infecit de in K mico tuo accepta cū illo pariter arsura. nemo tamen ardebit cum diabolo, nisi pro peccato mortali: hoc ergo modo semper est peccatum mortale fucare multum. Si autem non fiat in contemptum Diuinæ imaginis, aut fit, vt per istos fucos ostensa falsa quadam pulchritudine libido incitetur, aut solum propter inanem gloriam, & vanitatem ad ostentandum pulchritudinem, quę non est, vel vt maior appareat quàm est. Si primo modo semper est mortale, quia finis ipse per se malus est. Si autem secundo modo aut facit hoc mulier habens virum, aut quæ non habet,& habere vult, vel quæ non habet, & non vult habere, vel non potest.

Si primo modo, scilicet, si mulier agat propter virum suum, vt cōplaceat ei ne sit illi occasio aliā quærendi,

rendi, quamquàm finis sit honestus opus non est in se bonum, non tamen sunt prohibendæ mulieres hoc facere, a peccato tamen non possunt omnino excusari, non tamen erit semper mortale, sed potius veniale, nisi sit immoderatus vsus fucorum, sic dicit Augustinus in Epistola ad Possidiū, fucari pigmentis quo rubicundior, vel candidior appareat adulterina fallacia est, qua non dubito, etiam ipsos maritos se vel le decipi, quibus solis permittendę sunt fœminæ ornari secundum veniam non secundum imperium.

Si autem mulier non habeat virum, sed habere cupit idem iudicandum est quod de nupta, quia ista pulchritudinem ostentare vult, vt aliquem in virum habeat, & tamen non est omnino ęquale, quia magis licitum est hoc nuptę quàm nubere volenti, quia nuptę faciunt hoc propter certum virum, & illi placet decipi per fucos, vt dicit Augustinus vbi supra, & quia volenti nec fit iniuria nec dolus, fucatio licet sit in se deceptio, ibi tamen non est deceptio, secus autem in volenti nubere, quia per fucos ostentabit pulchritudinem, quæ nō est, & aliquis deceptus quasi sit vera illa pulchritudo vult eam in vxorem habere quam aliàs nollet, & sic potest esse peccatum mortale, quia decipit eum, qui decipi nollet, & tamen non oportet, quòd in his sit semper peccatum mortale.

Si autem sit mulier, quæ nubere non vult, vt virgo, vel vidua volens perpetuam obseruare castitatem, videtur semper esse mortale in eis, quia contraria proposito suo agunt, & alias fallunt, & seipsas in periculo constituūt, scilicet, vt propter apparentem pulchritudinem, solicitent eas amatores carnis quas non solicitarent si simplici habitu vtentes naturali decore contentæ essent: nam cum fœmina tali vtatur fuco videtur, ea quæ carnis sunt diligere: ideo crescit cupido, & confidentia amatoribus carnis, quasi illę sint faciliter persuasibiles ad libidinem quod non fieret si viderent eas omnia hæc despicere; ideo talis ornatus vocatur propriè impudicus, & inuerecundus quem Apostolus prohibet. prima Timoth. 2. Si autem sit mulier, quæ non possit nubere, siue propter ętatem, siue propter statum, vt si est monialis, semper videtur esse in eis mortale fuco vti.

De veteranis patet, quia turpissimum est, quòd veterana fuco vti velit, cum hoc sit quasi quædam alienatio mentis, moniales autem tenentur soli Deo placere, & cogitare, quæ ipsius sunt: mortale ergo in eis multum fucare.

An verum sit, quòd Ioannes erat Propheta. Vbi quòd duo erant genera Prophetarum.

Quæst. XXVI.

QVAERITVR cum dicitur hic de Ioanne, quod erat Propheta an verum sit. Aliqui dicunt, quod non, quia Prophetę miracula faciunt Deute. 18. Ioannes autem miraculū nullum fecit, ergo non erat Propheta. Item Prophetę prænunciant futura: iste est enim pręcipuus actus eorum. Ioan. autem futura nulla pręduxit; ergo Propheta non fuit. Item Prophetę cessauerunt ante Ioannem: ergo ipse non fuit Propheta, patet quia Luc. 16. dicitur lex, & Prophetę vsque ad Ioannem, idest, vsq; ad ipsum fuerunt. Item patet, quia ipsemet Ioannes dixit, quod non erat Propheta. Ioan. 1. vbi quęsierunt Iudęi ab eo Propheta es tu, & ipse dixit non sum, & tamen non mentitus est: ergo non erat Propheta.

Dicendum, quod Ioannes Propheta erat, qa Christus dixit hic, quod erat Propheta, & plusquā Propheta,

A Item patet, quia ad esse Prophetam solum requiritur, quod Deus loquatur homini aliqua, quę non solum pertinent ad seipsum, sed etiam ad alios. Ioanni tamen locutus est Deus Luc. 3. factum est verbum Domini super Ioannem filium Zachariæ. Item patet, quia Io. 1. dixit ipse, qui misit me baptizare ipse mihi dixit super quem videris Spiritumsanctum descendentem, Deus autem erat, qui misit eum baptizare: ergo ipse sibi locutus est, Propheta ergo erat. Patet etiam, quia vocatur Angelus Domini, scilicet, ego mitto Angelum meum, vt patet in litera, idest, nuncium, sed nuncius refert, ea quæ sibi iniuncta sunt a mittente, ergo
B Deus dixerat aliquid Ioanni cum esset nuncius eius, & sic erat Propheta. Ad primum dicendum, quod multi fuerunt Prophetę, qui miracula nulla fecerunt: non est enim miraculum de necessitate Prophetię cum Prophetia pertineat ad cognitionem, miraculum autem ad potestatem operatiuam, est tamen necessariū miraculum ad probandum aliquem esse Prophetam si negetur, multi tamen fuerunt Prophetę, qui nunquam se Prophetas esse probauerunt, & sic, quia nemo negauit Ioannem esse Prophetam non oportuit per aliquod miraculum illud probari. Ad secundum dicendum, quòd non est de necessitate Prophetię futura prænunciare, sed omnis cognitio, quæ non potest haberi naturaliter, & habetur per reuelationem constituit Prophetam. Ideo aliqui sunt Prophetę de
C pręterito. s. quia pręterita, quæ sciri non poterant naturaliter Deo reuelante sciuerunt, sicut Moyses Prophetice scripsit creationem sęculi. Alij sunt Prophetę de præsenti. s. quibus Deus reuelat aliqua, quæ nūc sunt, quę tamen nemo scire potest, nisi Deo docēte, sic dicit Gregorius super Ezech. Ioannes ergo, licet futura nulla prædixerit, in præsenti tamen cognouit aliqua, quę nemo alius cognoscebat. s. Iesum esse Messiam, & ipse ostendit eum populo dicens, ecce agnus Dei. Ioan. 1. hoc ergo sufficiebat ad esse Prophetam, & tamen etiam futura pręduxit. s. honorem Christi, & suam diminutionem Ioā. 3. s. illum oportet crescere me autē minui. Etiam dixit post me veniet, qui ante me factus est supra 3. & Ioan. 1. & ibi pręnun-
D ciabat ostensionem Christi futuram, nondum erat ęis manifestatus quando ista Ioan. dixit.

Ad tertium dicendum, quod non est sensus, quòd ante Ioannem cessauerint esse Prophetę, ita quòd post eum nemo fuerit; nam etiam post Christi mortem fuerunt multi Prophetæ, quia Actu. 11. dr̄, quod in Ecclesia Antiochena erant Prophetę, & doctores, & Christus dedit in Ecclesia quosdam quidem Prophetas, alios autem Apostolos &c. prima Corinth. 12. & ad Ephes. 4. sed est sensus, quòd lex, & Prophetæ, idest, status legis, & Prophetarum durauit vsque ad Ioānem, & tunc cępit alius status. s. noui testamēti, quod patet ex ipsa litera. s. lex & Prophetę vsque ad Ioannem, & ex tunc regnum Dei Euangelizatur, sed regnum Dei pertinet ad nouum testamentum, & est
E sensus, quod lex, & Prophetæ solū promittebant bona futura, sed non exhibebant ea in opere, fuerunt autem exhibita per Messiam, qui venit implere legem, & Prophetas supra 5. cap. fuit autem Messias tempore Ioannis: ideo iam non poterant esse Prophetæ, qui aliquid de Messia prænunciarent cum ille iam fuisset, & tamen tota lex, & Prophetę dirigebantur in Messiam. ergo Prophetę non potuerunt durare quantum ad statum Prophetandi aliquid de Messia, nisi vsque ad Ioannem, & sic dicitur infra in litera omnes Prophetę vsque ad Ioannem Prophetauerunt, idest, ibi completum fuit quod Prophetabant: & ideo iā Prophetauerunt. s. de Messia. Ad quartum dicendum, quod Ioannes verum dixit, quòd non erat Propheta.

Aliqui

Aliqui tamen dicunt, quòd hoc dixit, quia non solum erat Propheta, sed etiam plusquam Prophera, & sic dicit Gregorius. Non tamen star satis, quia si erat plusquam Propheta etiam erat Propheta, vnde Christus vocauit eum hic Prophetam.

Alij dicunt.s. ꝙ non erat ille Prophera, de quo quęrebant Iudæi, quia ipsi quærebant de Messia quem vocabant Prophetam per excellentiam. Ioannis sexto. hic est Propheta, qui venturus est in mundum, & Luc.7. dicitur Propheta magnus surrexit in nobis, & illum negabat se esse Ioannes. Sed non stat, quia Iudæi quæsierunt prius a Ioanne an esset Christus, & dixit non. deinde an esset Elias: & dixit non. postea an esset Propheta dixit etiam non: ergo non petebatur de Propheta, qui erat Messias. Etiam quia dixerunt Iudæi quomodo baptizas si nõ es Christus, nec Elias, neque Propheta. Ioan. 1. ergo non quærebant de Propheta, qui erat Messias cum ponantur ista tria tanquã distincta: nam alias duo coinciderent in vnum.s. Messias, & Propheta. Sed non potest stare, quia litera manifeste ostendit esse tria distincta inter se.

Alij dicunt, quòd intelligebatur de quodam magno Propheta quem Iudæi putabant esse venturum ante Messiam. & illum negauit se Ioannes esse, sic exponit Nicolaus Ioan. 1.

Sed non stat, quia ille Propheta quem credebant Iudęi venturum ante Christum erat Elias, sic innuitur ex verbis Apostolorum infra 17. cum ipse dixit eis nemini dixeritis visionem donec filius hominis a mortuis resurgat, & illi dixerunt: quid ergo scribæ dicunt, quòd Eliam oportet venire primo: ergo ille est quem putabant Iudæi ante Christum venturum, & tamen quæsiuerunt a Ioanne an esset Elias, & dixit non. & rursus quæsierunt an esset Propheta, & dixit non: ergo non intellexit Ioannes de Propheta magno, scilicet, de Elia, nec etiam Iudæi cum fecerint de vtroque distinctam quęstionem.

Item patet efficacius, quia si de Propheta illo venturo ante Christum Iudæi intellexissent falsum diceret Ioannes, quia ipse erat Propheta, qui ante Christũ missus erat, sicut ipse dixit. Io.3. nõ sum ego Chrs, sed missus sum ante illũ, & hic in litera dr̃ hic est, de quo scriptũ est: ecce ego mitto Angelũ meũ ante faciem tuã: nõ ergo intellexerũt Iudęi de illo Propheta. Aliter ergo dicẽdũ, ꝙ Iudęi quęsierũt a Ioanne, an esset Propheta. i. an esset aliqs de Prophetis, q nõ habebãt aliquod speciale nomen nec excellentiã: sic enim dr̃ infra 16. ꝙ alij dicebãt eũ esse Eliã. Alij Ieremiã. Alij vnum ex Prophetis. i. aliquis qui non haberet specialem excellentiam per quam cognosceretur, & distingueretur ab alijs, ita nunc erat: Iudęi enim specialiter de Messia habebant cognitionem, & spem, de Elia etiam quia credebatur venturus esse, vt infra 17. ideo quęsierunt primo a Ioanne an esset Christus, & dicẽte eo nõ, quęsierunt an esset Elias, de nullo aũt alio habebant specialẽ cognitionẽ, qa tñ multi Prophetæ venerant inter Iudęos, & putabatur, ꝙ ẽt nunc Deus aliquẽ mittere vellet quæsierũt sub nomine generali an esset Propheta. i. vnus de Prophetis. Ioannes aũt dixit nõ, & hoc nõ quidem quantum ad substantiam, sed non quantum ad officium: nam vere Propheta erat cum Deus reuelaret ei occulta, non tñ habebat officium Prophetandi, quia cõiter Prophetę oẽs, qui præcesserant prenunciabant aliqua, & maxime de Messia, ipse autem non venerat ad prenunciandum, sed ad ostendendum eum: ideo non habebat officiũ Prophetę, & hoc Christus innuit infra in litera.s. omnes Prophetę vsque ad Ioannem prophetauerunt. quasi dicat: ergo es tu, dixit eis: ego vox clamantis in deserto parate viam Domini. Io. 1. quasi dicat, ego

F non habeo officium Prophetandi, sed parandi viam Domini, & ita innuit, ꝙ habebat officium precursoris, & non Prophetæ.

Quomodo dixit Christus, quòd Ioannes erat plusquam Propheta, an hoc sit verum. Quæst. XXVII.

QVAERITVR quomodo dixit Christus, ꝙ Ioãnes erat plusquam Propheta. Aliqui dicunt, ꝙ hoc fuit, quia Ioannes erat maior omnibus hominibus: ergo erat maior Prophetis, & sic erat plusquam Propheta. Sed non stat, quia Propheta, dicit solam cognitionem, & quia comparatio debet fieri in vniuoco, si aliquis est plusquam Propheta, oportet, ꝙ excedat

G cęteros in genere cognitionis Prophetice, esse autem sanctiorem, vel minus sanctum alienum est ad esse Prophetam. Etiã quia Chrs dixit Ioannẽ Prophetã esse, & plusquã Prophetã: ergo in aliquo pertinenti ad Prophetiã excedit. Dicendũ, ꝙ Ioannes est plusquã Propheta, quia habet excellentiam quãdam circa rem Prophetatã super cęteros, quia cęteri prenunciauerunt. solũ aũt iste prenunciauit, & ostendit, prænunciauit quidem dicens post me veniet, qui ante me factus est supra 3. & tunc erat solũ Propheta, qa prænunciabat, sed nesciebat quis erat ille quem prænunciabat Ioan. 1. hic est, de quo dixi vobis, qui post me veniet &c. & seq. & ego nesciebã eum, ostẽdit aũt inquantũ dixit, ecce agnus Dei Io. 1. hoc aũt

H nemo Prophetarũ fecit: nemo enim illũ videre meruit infra 13. & Lu. 10. multi Prophetæ cupierũt videre, quæ vos videtis, & non viderũt, hoc aũt ptinet ad gradũ Propheticũ: cõsistit enim Propheta in cognitione, pfectius tñ aliqd cognoscit cũ sensu percipit q̃ cũ solo intellectu apprehẽdit, vnde ista visio ad quãdã perfectionẽ ptinebat, sicut Chrs dixit beati, q vident, quæ vos videtis infra 13. & Luc. 10 sic dicit Gregorius Prophetæ enim mysteriũ est ventura prædicere non aũt demõstrare. Ioannes ergo plusquã Propheta est: quia eum quem Prophetauerat præcurrendo, etiã ostendẽdo nũciabat. Secundo, quia est maioris dignitatis, quia cęteri Prophetæ solũ Prophetauerunt, iste aũt nõ solũ Prophetauit, sed ẽt de eo Prophetatum

I est, ꝙ venturus esset, sicut dr̃ hic: hic est, de quo scriptum est, ecce ego mitto, sic dicit Chry. monstrat sm quid est maior dicẽs: hic est enim, de quo scriptũ est, ecce ego mitto. Tertio, quia Ioannes habuit priuilegiũ, ꝙ Chrs baptizauerit, quod Prophetarum nulli datum est, sic dicit Hieronymus cęteris Prophetis maior, quia ad priuilegium Prophetale, ẽt Baptistę accessit premium, vt suum Dñm baptizaret. Quarto, quia Ioannes concurrit cum Chr̃o, cęteri enim de longe prænunciauerunt, iste autem fuit immediate ante eũ, sic dicit Chryso. monstrat secundum quid est maior Ioannes Prophetis secundum illud.s. quod est prope Chr̃m: & iõ dicit mitto ante faciẽ tuã hoc est ꝓpe te: sicut enim, q ꝓpe currũ regis incedũt alijs sunt clario-

K res, ita & Ioannes prope Christi præsentiam. hæc vera sunt, & tamen primum est propter quòd Ioannes proprie dicitur plusquam Propheta.

Quare de Ioanne fuit prænunciatum, & non de alijs Prophetis. Quæst. XXVIII.

QVAERITVR, quare de Ioanne fuit prænunciatum in scriptura cum de alijs Prophetis non prenuncietur.

Aliqui dicunt, quod fuit propter excellentiã Ioannis, quia fuit maior inter natos mulierũ. Sed nõ stat, quia melior fuit Virgo mater Christi, & tamen de ea non fuit ita aperte prenunciatum.

Dicendum,

Dicendum, quòd fuit hoc propter Christum, quia futurus erat præcursor, & ostensor eius, & quia quanto Ioannes esset excellentior tanto esset maioris auctoritatis testimonium suum, quod redundabat in maiorem firmitatem gestorum Christi, scilicet, vt firmius crederetur eum esse Messiam: ideo debuit Ioanni dare magnam sanctitatem. ex eadem ratione fuit de Ioanne prænunciatum, quòd venturus esset ad ostendendum Messiam, debebat enim aliquis venire ad præparandum populum, vt susciperet eum, & ad ostendendum ipsum, vt non posset de eo dubitari, vt ostensum est supra 3. capi. & ita Ioannes quando interrogatus est quis esset dixit, ego vox clamantis in deserto parate viam Domini Ioan. 1. & quia quando hoc diceret putarent forte aliqui, quòd a seipso diceret, & non crederent ei: ideo vt firmius esset, debuit prænunciari in sacra Scriptura, quòd aliquis venturus esset, qui Messiam ostenderet, & dirigeret viam ante eum, & sic prænunciatum est Isa. 40. vox clamantis in deserto &c. vt allegauit Matthæus supra 3. Et fuit prenunciatum Mala. 3. ecce ego mitto Angelũ meũ, & cetera, & ideo Ioannes quando dixit, quòd erat vox clamantis, vt non putaretur a seipso dicere allegauit Isa. dicens ego vox clamantis in deserto, sicut dixit Isa. Propheta Ioan. 1.

Quare vocatur hic Ioannes Angelus. Quæst. XXIX.

QVAERITVR, quare vocatur hic Ioannes Angelus. Aliqui dicunt, quòd propter vitę excellentiam erat enim Ioannes talis, vt potius Angelus quàm homo putaretur, quia nihil humanum patiebatur, sed quidquid in eo erat Angelicum erat, quia (vt ait Hieronymus) in carne, & pręter carnem viuere non terrena vita est, sed cęlestis. Alij dicunt, quòd hoc dicitur, quia erat Sacerdos: nam filius Zacharię Sacerdotis erat Luc. 1. Sacerdotes autẽ Angeli dñr Mala. 2. labia Sacerdotis custodient scientiam, quia Angelus Dñi exercituum est, & 1. Cor. 11. dr. q̃ mulieres in Ecclesia habeant capita velata propter Angelos, idest, propter Sacerdotes. Sed hoc non stat, quia non solent cęteri Sacerdotes vocari Angeli. Dicendum ergo, quòd vocatur Angelus, idest, nuncius: fuit enim nuncius a Deo missus ad annunciandum Iudæis de Messia, quod ostenditur, quia dr̃ ecce ego mitto, & tñ mitti pertinet ad nuncium, & sic oẽs Prophetę possunt vocari Angeli, q̃a aliquid annũciãt ex parte Dei, & ẽt quilibet alij nũcij Angeli dñr Isa. 43. Angeli pacis amare flebunt. i. nũcij boni. maxime tñ cõuenit Ioanni pp dignitatẽ rei annunciarę. Etiã quia ostẽdere Chrm, & annũciare Angelorũ officiũ fuit Luc. 1. vbi Angelus Marię annũciauit de Chri cõceptione, & ipsi Angeli pastoribus annũciauerũt illũ natũ Luc. 2. Ioannes ergo, qui idẽ faciebat Angelus dicebat, sic aũt dicit Hieronymus Angelũ Ioannẽ dici non putem⁹ naturę societate, sed officij dignitate, sic etiam Gregorius, dicit recte, qui nunciare supernum venerat, Angelus vocatur, vt dignitatem seruet in nomine quam explet in operatione.

An hoc a Christo, vel a Matthæo allegetur scilicet, ecce ego mitto. Quæst. XXX.

QVAERITVR de ista auctoritate, scilicet, ecce ego mitto, quæ allegatur hic, a quo allegatur: an a Christo, vel a Matthæo.

Dicendum, quòd vtrique potest competere. Aliqui enim putant, quòd Matthæus hoc dixerit, eo quòd ipse solet allegare auctoritates quascunque posit

A iest de veteri testamento, quæ sint in concordia gestorum Christi, & istam ita allegaret.

Dicendum tamen, quòd Christus eam allegauit, quia ipse est, qui loquitur nunc, & laudabat Ioannem, & quia ad confirmationem huius faciebat valde auctoritas ista allegaret eam, quia sępe solet Christus allegare, vt patet supra 4 & infra 23. & 26. & multis locis. Item patet efficacius, quia in allegationibus de veteri testamento est ista differentia communiter inter Euangelistas, quia alij tres solum allegant, quæ Christus allegabat referendo illa, vt ostensum est supra 2. cap. quæstio. 73. & patet ex processu eorum, & tamen hic etiam Lucas, qui hoc refert posuit eandem allegationem Luc. 7. ergo Christus allegat hoc, & non B Euangelista.

Amẽ dico vobis: nõ surrexit maior inter natos mulierum Ioanne Baptista. Qui autem minor est in regno cęlorum, maior est illo. A diebus autem Ioannis Baptistę vsque nunc regnum cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Omnes enim Prophetæ, & lex vsque ad Ioannem Prophetauerunt, & si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est. Qui habet aures audien-C di audiat. Cui autem similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coęqualibus dicunt. Cecinimus vobis, & non saltastis, lamentauimus, & non planxistis. Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt. Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt. Ecce homo D vorax, & potator vini, & publicanorum, & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filijs suis.

Luc. 7.

Luc. 16. de pe. dis. 2. c. si enim.

Luc. 7.

95. dis. c. 6.

Amen dico vobis. Confirmat magis Christus, ea quæ dixit laudando Ioannem, & addit hic alias laudes eius dicens. *Amen dico vobis.* Idest, in veritate.

Non surrexit maior inter natos mulierum Ioanne Baptista. Idest, nullus hominum de iam pręteritis fuit maior Ioanne Baptista. hoc autem est ad propositum Christi, quia si tam excellens erat non est verisimile, quòd esset leuis opinionis, vt nunc dubitaret de eo quod prius asseruerat. s. quærendo an Iesus esset Messias cũ hoc prius asseruisset.

Qui autem minor est in regno cælorum. Idest, in vita ęterE na. *Maior est illo.* Idest, Ioanne. s. maioris status, ex eo q̃ iam beatus est. *A diebus autem Ioannis Baptistæ.* Idest, a tempore quo cępit ipse prædicare, quia ex tunc computantur dies eius, quia prius erat quasi non esset, cũ nihil ageret quod ad alios homines pertineret.

Vsque nunc. Idest, vsque ad diem hanc: paucũ enim tẽpus erat. s. vnus annus, & aliquid plus. *Regnum cælorum vim patitur.* Idest, vita æterna, quæ tunc cępit prędicari: ipse enim fuit primus omnium, qui dixit pœnitentiam agite, & appropinquabit vobis regnum cœlorum supra 3. etiam quia homines disponebantur iam ad illud consequendum.

Ioannes. fuit primus omnium, qui dixit pœnitentiam agite.

Et violenti rapiunt. Idest, qui violentiam inferũt non

quidem

quidem Deo, qui est Dominus vitæ ęternæ, nec ipsi
cœlo, sed sibiipsis compescendo se a desiderijs pro-
prijs. *Omnes enim Prophetæ, & lex*. Ostendit dignita-
tem Ioannis, scilicet, quia ipse est Elias, & ad hoc di-
cit, quòd lex, & Prophetæ durauerunt vsque ad Ioan-
nem, quia quantum ad aliqua, quę in lege fuerunt
promissa, vt de aduentu Messiæ, Deuterono. 18. com-
pleta fuerunt tempore Ioannis, quia tunc Messias ve-
nit, Prophetæ etiam multa de Christo prædixerant,
& tempore Ioannis completa sunt.

Vsque ad Ioannem Prophetauerunt. Idest, officium
Prophetandi de Messia durauit solum vsque ad Ioan-
nem, quia ipse potius ostendit quàm Prophetauit.

Et si vultis recipere. Idest, si vultis credere. *Ipse est
Elias*. Idest, Ioannes est Elias non in substantia, sed in
virtute.

Qui venturus est. Idest, qui venturus erat: nam iam
venerat, sed dicitur, qui venturus est, quia promitti-
tur venturus in scriptura.

Qui habet aures audiendi audiat. Idest, qui potest hoc
audire audiat. quasi dicat, non oēs hoc intelligetis. sed
qui potuerit intelligere intelligat: etiam nō credetis:
ideo dixit, & si vultis recipere. quasi dicat, scio ꝙ non
recipietis. i. non credetis, & tñ ipse est Elias: ideo dixit,
qui habet aures &c. Chr̄s enim solet talia dicere raro:
nā ea, q̄ ipse dicebat erāt, vt cōiter talia, quæ quilibet
intelligere posset, & agere, qa tñ interdum dicebat
aliqua alta ad intelligendū, & dura ad agendū, vtit̄ his
duobus modis loquendi. s. qui habet aures audiēdi au-
diat, & alio. s. qui potest capere capiat. Primus est qñ
est aliquid durum ad intelligendum, & ita est hic, qa
turbæ vix poterāt intelligere qūo Ioannes esset Elias:
ideo dixit, qui habet aures audiēdi audiat. i. qui habet
intellectū ad intelligendum intelligat: sic ēt qñ loqui-
tur in parabolis, quia erat difficile intelligere illas di-
cit, qui habet aures infra 13. & sic, quia in Apocalypsi
sunt grauia ad intelligendum, quæ dñt, dr̄ sępe, qui ha
bet aures &c. Apocalyp. 2. & 3. Aliqua aūt erāt dura
ad agendum, sicut seruare continentiā perpetuā, quia
non possunt illud oēs infra 19. iō dixit ibi Chr̄s, q po-
test capere capiat. i. qui potuerit illud facere faciat, qa
non potest fit hoc oēs, sed quibus datū est a Deo eo. c.

*Quare Christus dixit hic non surrexit maior &c. & Quo-
modo ista conueniunt cum præcedentibus.*
Quæst. XXXI.

QVÆRETVR, quare Christus dixit hic nō sur-
rexit maior &c. & qūo ista conueniunt cum
pręcedentibus. Dicendū, ꝙ ista pertinent ad
eandem sententiam continuatā: nā incęperat Chr̄s
laudare Ioannem, & multipliciter eum laudauerat:
hic autem continuat laudes eius dicens, ꝙ non sur-
rexit maior eo, & ista est sententia propria Christi, qa
supra allegauerat ad laudem Ioannis scripturam. s. hic
est, de quo scriptum est, ecce ego mitto Angelum
meum, nunc aūt propriam sententiam subdit: ideo di
xit amen dico vobis, sic dicit Chrysostom. præmissa
commendatione Ioannis ex Prophetę testimonio
non hic stetit, sed iam sententiam propriā de ipso in-
ducit dicens, amen dico vobis non surrexit maior. Di
xit autem Christus hęc, quia incęperat Ioannem lau-
dare de multis, & quia laudes Ioannis si per singula
enarrarentur erant tantę, ꝙ fortassis populus non eas
intelligeret, quia essent quædam perfectiones spiri-
tuales inter eas quas viri adhuc rudes nō intelligerēt,
sicut si subtilia dicantur coram rusticis. Etiam non
decebat Christum immorari per singula in laudibus
Ioannis ne hoc in officium sumpsisse videretur, quia
ad maiora ipse erat, quàm vt laudibus alicuius inser-

F niret, vt ergo colligeret omnes laudes Ioannis sub
vno verbo generali dixit inter natos mulierum non
surrexit maior. quasi dicat, non oportet omnes eius
laudes dicere, quia difficile erat finire eas, & hoc, qa
non surrexit maior eo. Vel aliter non surrexit maior,
idest, non oportet narrare particulariter omnes lau-
des eius, sed ista sufficiat pro omnibus, ꝙ non surrexit
maior &c. Conuenit etiam hoc principali intentioni
Christi, quia ipse laudes Ioannis induxerat ad tollen-
dum suspitionem leuitatis quam populus de eo con-
ceperat, eo quòd quęsierat tu es, qui venturus es &c.
Christus autem dicit, ꝙ non est putandum, quod in
eo fuerit aliqua leuitas cum nemo fuerit maior eo
inter homines, leuitas tamen minuit valde probitatē
G hominis, quòd ergo quæsierit nunc quasi dubitās de
eo quod prius asseruerat: non erat putandum, quòd
ageret, ex leuitate opinionis, sed ex alia causa.

Sed diceretur, quare Christus ad ostendendum, ꝙ
Ioannes non erat leuis opinionis, ꝙ tam studiose hic
ostendit, non declarauit, ꝙ Ioannes non dicebat hoc
quærens, sed propter informationem discipulorum
suorum, qui nondum crediderant, & sic cessaret su-
spitio contra Ioannem.

Dicendum, quòd egit hoc propter multa. Primo,
quia si diceret forte non crederetur ei, quia istud erat
occultum cum pertineret ad animum Ioannis, & di-
scipulorum: alia etiā Christus dicere solebat Iudæis,
quæ credere nolebant, sicut Luc. 22. & Ioan. 10. quæ-
H sierunt Iudęi ab eo. si tu es Christus dic nobis, & ille
ait: si dixero vobis non credetis, & iterum dico vobis,
& non creditis, & quia probatio debet fieri per ea,
quæ nota sunt voluit dicere solum, ea quę Iudæi non
poterant negare, & ita fuerunt rationes supra posi-
tæ ad excusandum, quòd Ioannes non esset leuis, quę
autem non poterant clare videri dicere noluit, &
ita erat si dixisset de incredulitate discipulorum
Ioannis.

Secundo fuit, quia Christus volebat determinate
nunc increpare discipulos Ioannis maxime absentes,
& tamen si originem huius dubij dicere vellet opor-
tebat, quòd diceret quomodo discipuli Ioannis inui-
debant ei, & ideo nolebant credere in eum, licet Ioā-
I nes sępe hortaretur eos ad hoc, & ideo miserat eos
nunc ad quærendum istud: Ioannes enim tacere vo-
luit discipulorum suorum imperfectionem, & ideo
ex persona sua quæri fecerat, & non ex nomine disci-
pulorum: ideo Christus voluit eorum imperfectio-
nem aperire. Tertio, quia esset locus murmurandi
contra eum ex hoc: dicerent enim aliqui, ꝙ quia di-
scipuli Ioannis erant aliqualiter infesti Christo: nunc
mala prædicabat de eis volens discipulos suos pręfer-
re illis, tacuit ergo.

Quarto propter honorem Ioannis, quia si ostende-
retur, ꝙ discipuli Ioannis non credebant in Christū,
videretur hoc esse, vel quia Ioannes non prędicabat
eis istud, vel quia tam paruæ efficacię, & auctoritatis
K erat doctrina eius, ꝙ non potuerat eis hoc suadere, &
vtrūque erat inconueniens. Quinto, quia ex hoc opor
tebat, ꝙ Iesus diceret se esse aperte Messiam si debe-
ret retractare dubiū discipulorū Ioānis, qa ea, q̄ parti
culariter dicunt̄ oportet multū explicari, ipse tñ no-
luit immo prohibuit expresse Apostolis dicere, ꝙ ip-
se erat Christus infra 16. sed aliqualiter ipse dicebat
hoc, ita vt oīno nō ignoraretur, & credi posset ab eis,
qui ad credendum dispositi erant, non tamen tam
aperte, vt credere volentes ad inuidiam prouocaret,
vt ostensum est supra 9. ca. q. 45. noluit ergo exprime-
re dubiū discipulorum Ioannis: ergo quia ēt illud ali-
qualiter dixit, licet non aperuit prorsus cum ait, bea-
tus qui non fuerit scandalizatus in me, quod contra
discipulos

discipulos Ioannis dicebat, vt dictum est supra quæst. 36. & hoc poterant intelligere aliqui de astantibus. Quod autem intelligerent omnes non erat necessarium: nam etiam alia dicebat toti populo, quæ non intelligebant omnes, sicut illud si vultis recipere ipse est Elias, qui habet aures audiendi audiat, idest, intelligat qui potest, quia scio, quòd non intelligetis.

Quomodo est verum quod dicitur, quòd non surrexit maior Ioanne inter natos mulierum. Quæst. XXXII.

QVAERETVR quomodo est verum, quod dicitur, ꝙ non surrexit maior Ioanne inter natos mulierum. Aliqui dicunt, quòd non est verum, quia tunc esset maior Christo, qui fuit natus de muliere quod falsum est.

Dicendum, quòd in hoc non est dubium, & tñ in ista generali locutione non signatur, ꝙ Ioannes fuerit maior Christo. Primo, quia ipse loquebatur, & tamen in generali locutione semper intelligitur persona loquentis excepta: vnde per hoc verbum Ioannes non comparatur Christo, nec apparet an sit maior, vel minor, sed solum comparatur ad alios.

Secundo, quia ipse Christus excepit seipsum: nam dixit, qui minor est in regno celorum maior est illo, quod de ipsomet Christo intelligitur, vt dicetur infra quæst. 38. Tertio, quia (vt aliqui volunt) in modo loquendi non comprehenditur Christus in hac locutione, quia dicitur inter natos mulierum: non enim dixit simpliciter inter homines, quia tunc videretur etiam Christus comprehendi in hoc, ipse tamen non erat natus mulieris, sed virginis, quia mulier solet vocari, ea quę corrupta est, sic dicit Rabanus inter natos inquit mulierum non virginum: mulieres enim proprie corruptę vocantur: si autem Maria aliquando in Euangelio nuncupatur mulier, sciendum est interpretem mulierem pro fęmina posuisse, sicut ibi mulier ecce filius tuus. Sed non sufficit hoc, quia etiam Paulus eam mulierem vocat ad Gala. 4. misit Deus filiũ suum factum ex muliere. Sed melius dicitur, ꝙ inter natos mulierum, idest, natos modo naturali ex concubitu maris, & fęminæ, sic dicit Hieronymus: his ergo pręfertur hominibus, qui de mulieribus nati sunt, & de concubitu viri, & non ei, qui natus est ex virgine, & Spiritusancto.

An Ioannes fuerit maior Maria, in qua fuit ingens abundantia gratiarum. Quæst. XXXIII.

QVAERETVR an Ioannes fuerit maior Maria matre Christi. Aliqui dicunt, ꝙ sic, quia includitur in hoc sermone: ipsa enim nata est ex concubitu viri, & fęminæ. Dicendũ, ꝙ fuit maior dignitate, & virtute Mater Christi oĩbus creaturis: solus enim Christus fuit maior ea, qui non est creatura, sed creator: decebat enim ꝙ illa cui concedebatur priuilegium maximum totius naturæ humanę esset melior oĩbus, qui in hac natura inuenirentur: sic enim dicit Anselmus de virgine, ꝙ decebat, vt ea puritate polleret qua maior sub Deo non posset inueniri: ergo fuit purior, & melior Ioanne, fuit etiam in ea maior abundantia gratiarum. dixit enim ei Angelus, aue gratia plena Luc. 1. hoc enim nulli vnquã cõuenit, nisi ei: vnde Hieronymus ait cęteris per partes in Maria autem tota se gratiæ plenitudo diffudit: ergo Ioannes cui pars, & non plenitudo data est minor fuit virgine. Item Ecclesia hoc asserit dicens eã fuisse maiorem omnibus sanctis, & Apostolis extra de pęniten. & re. cap. noua quædam. Etiam de ipsa cantat

A sola exaltata es sancta Dei genitrix super Choros Angelorum. Item videretur hoc quasi indecens, quia Christus inquantum homo honorat virginem, quia mater sua est, & habet ad eam quendam respectum reuerentiæ quem non habet ad alios hoĩes, qa hoĩes sunt simpliciter minores Christo etiam inquãtum homo est, si tñ Ioannes esset maior virgine esset nunc superior illa in honore in vita ęterna, esset autem indecens, ꝙ Christus honoraret magis Ioannem cui nihil debet quam matrem cui inquantum homo debet quandam reuerentiam: ipsa ergo maior fuit Ioanne, quod autem dicitur non surrexit maior Ioanne intelligitur de viris, quia dicitur inter natos mulierum: non ergo comparatur hic Ioannes alicui B mulieri: vnde non obstante hoc poterat esse, quòd multæ mulieres essent Ioanne meliores sed non viri. Si autem dicatur, ꝙ masculinũ concipiat fęmininum: & iõ ꝙ de vtrique intelligatur. Dicendũ, ꝙ verum est, ꝙ concipere potest, non tamen est necesse, ꝙ vbique concipiat, & ita hic non concipit, & patet hoc, quia Ioannes non comparatur hic mulieribus ideo ꝙ illis non competit officium virorum, sed cõparabatur viris, & sic nõ surrexit vir maior eo, de muliere tamen nihil dicitur, nec erat ad propositum cõparare Ioannem mulieribus, quia in officio, & bonitate virorum mulieres non communicant: non ergo intelligitur hic de aliqua muliere, vnde Mater Christi C melior est omnibus.

An Ioannes fuerit melior Apostolis cum Apostolatus sit maximus gradus inter humanos. Quæst. XXXIIII.

QVAERETVR an Ioannes fuerit melior Apostolis. Aliqui dicunt, quòd sic, quia putant propter hoc, scilicet, non surrexit maior.

Dicendum, ꝙ de interiori bonitate, quę attenditur ex perfectione charitatis secundum quã homo est dignus maiori, vel minori gradu in vita ęterna: nemo nouit quis sit maior altero, sicut inter viuẽtes iudicare nescimus: & sic etiam inter Apostolos erat inæqualitas, & forte nunquam est vnus homo al- D teri ęqualis quin saltem per aliquam rem minimam sit differentia.

Sed potest considerari inæqualitas a nobis inter aliquos quantum ad statum, vel quantum ad actum alicuius specialis virtutis. Patet hoc de virtute, vt si quis comparet Ioannem Apostolis in austeritate vitæ fuit Ioannes maior illis, quia illi edebant, & bibebant, quæ apponebantur eis Lucæ decimo, Ioannes autẽ, nec manducabat, nec bibebat, vt dicitur infra in litera, idest, non mãducabat, nec bibebat ea, quę alij homines sed solum locustas, & mel Syluestre supra 3. excedebant autem Ioannem Apostoli in operatione miraculorum, quia Ioannes nullum miraculũ fecit Ioan. 10. Apostoli autem multa faciebant prae- E cedenti cap. & Mar. 6. Etiam omnes fideles in Ecclesia primitiua miracula faciebant Marc. 16. scilicet. Signa autem eos, qui crediderint hæc sequentur, vbi ponuntur determinata miracula, quæ poterant facere quilibet credentes. Si autem consideretur quantũ ad statum, fuerunt Apostoli maiores quàm Ioannes, quia status noui testamenti est potentior statu veteris testamenti, & tamen in nouo maximus gradus est Apostolatus, prima Corint. 12. & ad Ephe. 4. ergo gradus maximus inter humanos est Apostolatus, & sic Apostoli fuerunt maiores Ioanne, qui non Apostolus fuit. Item, quia Ioannes Propheta fuit, vt Christus dixit hic, Apostolus tamen est maior Propheta, quia inter gradus Ecclesiæ ponuntur Apostoli, deinde

Prophetę,

Prophetæ prima Cor. duodecimo, & ad Ephe.4. fuerunt ergo Apostoli maiores Ioanne. Si autem dicãt, ꝙ Ioannes non solum fuit Propheta: sed etiam plusquam Propheta. Dicendum, ꝙ excessit Prophetas in hoc, ꝙ Prophetę prænunciabant, & non ostendebãt, Ioannes autem pręnunciauit, & ostendit, vt dictum est supra quęst.28. sed in hoc non fuit maior Apostolis, quia ipsi Christum ostenderunt prędicantes eum toti orbi, in quo maiores sunt Ioanne: nam Ioannes solum Iudęis illum ostendit, Apostoli autem toti mũdo. Etiam ipsi plenius cognouerunt eum q̃ Ioannes, quia audierunt semper doctrinam eius, & conuersati sunt cum eo quod pertinebat ad magnam excellẽtiam ipsorũ infra 13. & Luc.10. beati oculi, qui vidẽt, quę vos videtis: multi enim reges, & Prophetę desiderauerunt videre, quæ videtis, & non viderunt, audire, quæ auditis, & non audierunt, & non solum docebat Christus Apostolos, sed etiam ostendit eis secreta sua. Io.15. vos amicos dixi, quia oĩa, quę audiui a patre meo nota feci vobis. Hoc tñ non notificauit Chr̃s Ioanni, quia non conuersabatur cum eo, & etiam q̃a non fuerunt illa Ioanni necessaria, quia nunquam prędicauit de illis quicquam, sed reseruabantur ista Apostolis, & oĩbus prędicatoribus noui testamenti; erant ergo maiores Ioanne in hoc, fortassis etiam in charitate, & spiritualibus donis maiores fuerunt, quia Spiritussanctus perfudit eos oĩbus charismatibus ad abundantiam Actu.2. plura etiam, & maiora facturi erant per totum orbem terrarum q̃ Ioannes, qui soli genti Iudęorum prędicauit, licet de interiori gratia non est ita facile dicere, quia non est inconueniens, quòd aliquis posterior Apostolis fuerit æqualis, vel maior quibusdam Apostolis sanctitate, licet non gradu, nec potestate. Cum autem dicitur non surrexit maior non comparatur Ioannes alicui futuro, sed pręteritis, quia dr̃ non surrexit, vnde poterant esse multi posteriores eo maiores, Apostoli autem, licet viuerent quando Chr̃s ista dixit perfectionem tñ suam, in qua cęteros homines excelluerunt nondum habebant, sed postea habuerunt qñ Spiritussanctus descendit super eos. Act.2. ideo vr̃ Ioannes solum cõparari eis, qui fuerunt sub veteri testõ, sed non eis, q̃ in nouo, quia qui minor est in regno coelorum maior est illo, & vt quidam volunt accipitur regnum coelorum pro Ecclesia militanti, & sic Apostoli, qui fuerunt in nouo testamento immo fuerunt principes in illo, & columnę fuerunt maiores Ioanne.

Item, quia Ioannes non comparatur hic oĩbus hominibus, sed solis Prophetis, vt dicetur sequenti quęstio. Apostoli autem fuerunt in maiori gradu quàm Prophetę: ideo Ioannes non est maior eis,

An Ioannes fuerit maior omnibus: etiam qui præcesserunt eum. qui tamen nullum miraculum fecit.

Quæst. XXXV.

QVAERETVR an Ioannes fuerit maior omnibus, qui pręcesserunt eum.

Dicendum, sicut dicebatur præcedenti qõ. quòd si attendatur interior bonitas secundum quam homo est Deo acceptus non potest apparere an Ioannes fuerit maior omnibus, si tamen considerentur generaliter virtutes quædam excellentiæ fuit maior Ioannes omnibus prioribus, vt si consideretur austeritas, & puritas vitæ nemo tamen talis inuentus est, sic dicit Chrysostomus sufficit vox Domini prębens testimonium pręeminentię Ioannis inter homines, reperiret autem, & qui vult rerum veritatem cognonam, si mensam eius consideraueri, si vitam, si mentis excellentiam velut enim qui cęlitus descendisset

F degebat in terra fere nullam gerens curam, de corpore intellectualiter erectus in cęlum, & soli Deo cõiunctus, de nullo mundanorum solicitus, sermo seuerus, & lenis: nam cum populo Iudęorum multipliciter, & feruenter, cum rege audaciter, cum proprijs discipulis leuiter conferebat, vel frustra, vel leuiter, sed omnia conuenienter agebat, si etiam consideretur, quæ contra conceptionem, & natiuitatem eius miranda apparuerunt, Lucæ primo, nemo inuenietur æqualis in priori sęculo, vnde dicitur Lucæ primo, quòd qui audierunt hæc timuerunt, & posuerunt in corde suo dicentes, quis putas puer iste erit?

G Aliqui tamen dicunt, quòd propter hoc nõ innuitur fuisse Ioannem maiorem omnibus præcedentibus, sed quòd nemo præcedentium fuit maior eo, sed poterant multi esset æquales, sic dicit Hieronymus non cęteris Prophetis, & Patriarchis cunctisque omnibus hominibus Ioannem pręrulit, sed Ioannes cęteros exæquauit: non enim sequitur, vt si alij maiores eo non sunt, ille maior aliorum sit,

Alij volunt, quòd non solum nemo fuerit maior Ioanne: sed etiam fuerit Ioannes maior cęteris, sic vult Chrysostomus, scilicet, cum tanta sit iustitiæ aptitudo, vt in illa nemo possit esse perfectus, nisi solus Deus, puto, quòd omnes sancti H ad subtilitatem diuini iudicij inuicem sibi, aut infimiores sunt, aut priores, ex quo intelligimus, quòd qui maiorem se non habet omnibus maior est.

Et istud verum est, quia si nemo erat maior Ioanne in meritis necesse erat Ioannem maiorem esse omnibus, vel quòd essent aliqui æquales, & tamen hoc non est facile, quia nunquam reperiuntur duo homines omnino æquales in meritis, esset ergo Ioannes maior omnibus, nisi accideret aliquem esse sibi omnino æqualem, quod non solum ad eum, sed etiam inter cęteros homines, forte nunquam est vnus ęqualis alteri.

Aliter potest dici, quòd Ioannes non compa- I ratur hic ad omnes homines, sed solum ad Prophetas, scilicet, quòd nullus Propheta fuit nunquam maior eo, & ista videtur esse veritas: dicitur enim sic Lucę septimo: dico enim vobis maior inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptista non est, idest, nullus Propheta fuit maior eo, nec etiam æqualis, sed ipse fuit maior omnibus, & hoc etiam consonat literæ præcedenti, quia dixerat Christus supra, quòd Ioannes erat Propheta, & plusquam Propheta, ad ostendendum autem quomodo erat plusquam Propheta dixit, quòd non surrexit maior eo, scilicet, nullus Propheta fuit maior eo,

Item hoc conuenit intentioni Christi, quia ipse volebat ostendere, quòd Ioannes non moue- K retur ab eo, quod asseruerat, nisi inueniret se errasse. Quod autem non errauerit ostendit Christus, quia ille erat Propheta, & Prophetæ non possunt errare in illis in quibus supernaturaliter illustrantur, & ad hoc confirmandum dixit quòd erat plusquam Propheta, & etiam quòd nullus surrexit maior eo, & hoc verum est, quia Ioannes excessit omnes Prophetas: cognouit enim clarius id quod Prophetauit quàm cęteri, quia cęteri cognouerunt, vt aliquid futurum, & non viderunt eum, immo si vidissent eum non cognoscerent, nisi rursus Deus reuelaret eis, quòd ille erat, de quo Deus dixerat, sicut fuit de Ioanne, qui venerat ad ostendendum Christum, &

sciebat

sciebat se missum ad hoc, & illum esse natum, & tamen aliquando vidit eum, & non cognouit Io. 1. hic est de quo dixi, post me venit, qui ante me factus est, & ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israel propterea ego veni. Ioannes autem prædixit de eo, & vidit eum, & ostendit, ideo fuit maior alijs prophetis, quia nullius alius vidit, id quod prophetauit. Sed objicietur hoc modo, quòd Ioannes non sit maior inter prophetas, sed aliquis sit maior eo, quia Deutero. 34. dicitur de Moyse nõ surrexit propheta vltra in Israel, sicut Moyses, & tamen Ioannes erat de Israel, ergo minor erat. Item, quia alij prophetę viderunt multa de eis, quę prophetauerunt, sicut Ieremias prophetauit, quod Ierusalem caperetur a Chaldæis, & vidit, & ibi captus est Iere. 39. & 40. Elisæus etiam prophetauit in Samaria contra Syros multa, quę ipse vidit 4. Regum 6. & 7.

Dicendum ad primum, quòd Moyses fuit maior alijs prophetis in mirabilibus, quæ fecit, & quia Deus loquebatur ei facie ad faciem. Deutero. c. 34. non surrexit propheta vltra in Israel, sicut Moyses in omnibus signis atque portentis, quæ misit per eum, vt faceret in terra Aegypti. Ioannes autem in miraculis fuit minor cæteris prophetis, quia miraculum nullum fecit. Ioan. 10. excessit tamen ille Moysen, & cæteros prophetas, quia omnes illi de Christo prophetauerũt, & non viderunt eum. Ioannes autem prophetauit, & vidit, & hæc erat perfectio quædam propheticę cognitionis, quia aliquando prophetæ desiderauerunt distincte cognoscere illum de quo prophetabant videndo illum, & non concessum est eis infra 13. & Luc. 10. multi prophetę, & reges desiderauerunt videre, quæ videtis, & non viderunt.

Ad secundum dicendum, quòd multi prophetę viderunt aliqua de eis, quæ prophetabant, sed non erat magna perfectio, quia res illę non conferebant locũditatem aliquã. finis prophetię erat Messias, quia lex, & prophetę ad Messiam ordinabantur, & quanto aliquis propheta plura cognoscebat de Messia tãto erat excellentior, & quanto illa apertius cognoscebat tanto erat in gradu prophetico maior, cętera autem, vt clades gentium irruptiones vrbium, & huiusmodi accidentalia erant ad prophetiam, ideo per hęc non iudicabatur vnus propheta maior altero, Ioannes autẽ apertius cognouit Messiam, quam cęteri ad quem ordinabatur tota prophetica prænunciatio, ideo ipse fuit simpliciter maior alijs prophetis.

Quomodo dicitur, quòd minor in regno cælorum maior est Ioanne, & cur dicitur hoc. Et quòd quilibet beatus est maior quolibet viatore.

Quæst. XXXVI.

Quæretur quomodo dicitur, quod minor in regno cęlorum maior est Ioanne, & cur hoc dr. Dicendum, quod Christus dixit hoc ad tollendum errorem Iudæorum, qui poterat sequi ex verbis Christi, laudauerat enim valde Ioannem, dices quod non surrexit maior eo inter natos mulierum, ex quo putaretur, quòd etiam erat maior Christo, ideo dixit, qui minor est in regno cęlorum maior est illo, ex quo apparet, quod saltem aliquis erat maior Ioanne.

Cum autem quęritur quõ hoc sit verum. Dicunt aliqui, quod regnum cęlorum accipitur pro ecclesia militanti, vt est status noui testamenti, & voluit significare Christus, quod Apostoli, qui erant in nouo testamẽto erant maiores Ioanne, vt dicit Chrysosto. quosdã dicere. Sed tunc stat dubium, quia non solum Apostoli; sed etiam quilibet Christianus maior Ioanne esset, quia dicitur, qui minor est in regno cœlorum maior est illo.

Dicendum, quod etiam hoc verum est, quia licet forte nemo sit maior Ioanne sanctitate, est tamen quilibet maior eo status dignitate, nam status noui testamẽti est excellentior quolibet statu præterito. Ioannes autem non fuit in eo, sed in veteri testamento. vel medius amborum, sicut dicit Chrysosto. quod fuit finis legis, & principium euangelij, quilibet ergo Christianus est maioris status, quam Ioãnes, & hoc innuitur, quia dicitur, qui minor est in regno cęlorum, quasi dicat ex eo, quod est in regno cęlorum est maior Ioanne licet aliàs non esset maior.

Secundo potest accipi regnum cœlorum pro vita ęterna, s. quod quilibet beatus maior est Ioanne, sic dicit Hierony. nos simpliciter intelligamus, quod omnis sanctus, qui iam cum domino est maior sit illo, qui adhuc consistit in prælio. Sed obijcietur, quod nullus erat in vita ęterna, quando Christus hoc prædixit, ipse enim per mortem aperuit illam.

Item, quia non videtur esse verum, quod quilibet, qui est in vita ęterna sit maior Ioanne, quia aliqui sancti viuunt, qui sunt maiores quibusdam existentibus in vita ęterna, sicut cum viueret Mater Christi, & Apostoli post Christi mortem erant iam multi beati in cęlo. & tamen omnibus illis sanctior erat virgo, & Apostoli.

Ad primum dicendum, quod potest intelligi non de beatis, qui tunc essent, sed de illis, qui futuri erant, scilicet quia quilibet eorum, quando beatus esset Ioanne viuẽte maior esset. Alij dicũt, quod intelligitur de illis, qui erant in sinu Abrahę, qui erant beati sub certa spe. Sed non stat. Primo, quia non vocatur sinus Abrahę regnum cęlorum, sed solum vita ęterna, quod patet, quia Christus prædicans dixit, appropinquabit regnum cœlorum supra 4. & præcedenti cap. sinus tamen hic Abrahę non appropinquabat, quia semper homines poterant ire ad illum, immo tunc euacuandus erat per mortem Christi, vt de cętero nemo ibi esset, ergo solum vocatur vita ęterna regnũ cœlorum. Et si objiciatur, quòd sinus Abrahę vocetur Paradisus Luc. 23. scilicet hodie mecum eris in Paradiso. Dicendum, quòd hoc fuit eo die quo Christus fuit ibi, sed non prius, quia tunc fuit ibi beata visio, sicut nunc est in cęlo.

Secundo, quia non est verum, quòd existentes in sinu Abrahæ essent maiores Ioanne, quia nihil boni habebant, per quod excederent aliquem viuentẽ, cũ nõdum essent beati, sed potius erat eis, quasi quędam pęna, quòd non viderent Deum quem iam videre possent, nisi impediretur.

Ad secundum dicendum, quod qui est in cęlo maior est omnibus viuentibus, quia ille beatus est, & ille uõ. beatitudo tamen summum bonum est. Etiam ille securus est de bono suo, qui autem viuunt non sunt securi, & in hoc est quædam maioritas, sic dicit Hiero. nos autem simpliciter intelligamus, quod omnis sanctus, qui iam cum domino est maior sit illo, qui adhuc consistit in prælio, aliud est enim victorię coronam possidere, & aliud adhuc in acie dimicare, possunt tamen viuentes esse sanctiores, & magis Deo accepti quibusdam iam existentibus in vita ęterna, vt dictum est de virgine, & Apostolis, & Deus magis exaudient eos, quam sanctos, qui sunt in vita ęterna, & tamen semper sunt minores, quia minori bono participant, nam beati participant ipsa essentia bonitatis per immediatam vnionem, scilicet videndo per essentiam, ideo sine dubio quilibet beatus est maior quolibet viatore, & omnibus simul, sed non est melior.

Tertio potest intelligi, quòd Christus vellet laudare statum quē nunc introducebat, & allicere Iudęos ad illum, & seipsum consequenter laudare, prædicabat enim ipse, quòd appropinquabat regnum coelorum, & quilibet, q ibi esset maior esset Ioanne, qui maximus putabatur inter homines, qui ergo ibi magnus esset habere bonum ineffabile, & sic omnes cuperent ad talem locum ire, qui habitatores suos tam perfectos reddebat, & consequenter apparebat Christi excellentia, qui annunciabat regnum cęlorum vbi homines fierent tam perfecti.

Quarto potest intelligi de Angelis, qui in cęlo erāt quando ipse hæc dicebat, & quilibet eorum erat maior Ioanne in duobus, scilicet in naturę dignitate, & in beatitudine, quilibet enim Angelus est purus spiritus, & ex hac parte maior est quolibet homine. Etiam omnes Angeli sunt beati, Ioannes autem beatus non erat, sic dicit Augusti. hęc verba domini dupliciter accipi possunt, aut enim regnum cęlorum appellauit hoc, quod nondum accepimus, de quo dicturus est venite benedicti patris mei percipite regnum, ibi enim sunt Angeli quorum minor maior est quolibet iusto portante corpus, quod corrumpitur, scilicet maior naturæ dignitate. Quinto potest intelligi de Christo, scilicet ꝙ regnum cęlorum sit ecclesia militans, vel pręedicatio regni cęlorum, & est sensus, ꝙ Christus sit minor Ioanne, scilicet ętate, & tamen maior est eo in regno cęlorum, idest maioris dignitatis incōparabiliter. Vel intelligitur Christus minor in regno cęlorum, idest posterior in prædicatione regni cęlorum, Ioannes enim incępit prius prędicare poenitentiam agite, & appropinquabit regnum cęlorum, supra 3. postea Christus prędicauit hoc supra 4. & hic minor est, idest posterior Christus, & tamen est maior Ioanne, sic dicit Augustinus, aut si regnum coelorum intelligi voluit Ecclesiam dominus seipsum signauit, qui nascendi tempore minor erat Ioanne, maior autem diuinitatis ęternitate, & dominica potestate: iste autem sensus videtur esse conuenientior cęteris, quia magis est ad propositum: Christus enim, nunquam loquitur aliquid sine necessitate, & mysterio, cum tamen dixisset, ꝙ nullus surrexit maior Ioanne, subiungere, quòd quilibet Angelus, vel beatus erat maior eo non videbatur multum habere causam ex præcedentibus, quia tamen dixerat non surrexisse maiorē Ioanne, putaretur ex hoc, quòd Ioannes erat etiam eo maior, vt igit̄ auferret illud dixit, qui minor est in regno coelorum, idest ego, qui minor sum, idest posterior in prædicatione regni cęlorum maior sum illo, siquis tamen velit accipere alijs modis, non est inconueniens, iste tamen magis consonat literę.

Quare dicitur, a diebus autem Ioannis Baptistæ vsque nunc regnum cœlorum, &c. Quæst. XXXVII.

QVAERETVR quare dicitur a diebus autē Ioannis Baptistę, &c.

Dicendum, quòd hic etiam Christus posuit laudes Ioannis, & est vna, quòd Ioannes fuit primus, qui cępit prædicare regnum cęlorum, ipse enim dixit appropinquabit regnum cęlorum, supra 3. ante eum autem, nunquam quisquam hoc dixerat, quia istud pertinebat ad nouum testamentum, ideo nemo debuit inchoare istam prædicationem, nisi qui pręcursor erat noui testamenti, scilicet Ioannes, & hoc est, quod dicitur a diebus autem Ioannis Bap. vsque nūc, idest a tempore quo ipse cępit prædicare vsque nunc prædicatur regnum coelorum, quia postquam ipse cępit hoc prædicare supra 3. prædicauit etiam illud Christus supra 4. & deinde iussit illud Apostolis præ-

F dicare præcedenti cap. & Luc. 10. & ita semper continuabatur illa prædicatio regni coelorum vsque nūc, idest vsque ad diem quo Christus hoc locutus est. Alia laus fuit, quòd Ioannes imposuit terminum legi, & prophetis, inquantum enim dicitur omnes prophetę, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt, & sub Ioanne completum est quidquid lex, & prophetę dixerant, quia tunc venit Messias, qui in eis pręnunciabatur, vtrunque enim pertinet ad magnam laudē Ioannis, nam ipse inciperet prædicare regnum coelorum, & magnę excellentię erat cum regnum coelorum sit summum bonum: quòd ipse etiam clauderet prophetiam omnem ostendens illum in quo tota prophetia complebatur, magnę laudis erat, hoc etiam ad propositum Christi erat, nam si lex, & prophetę G vsque ad Ioannem prophetauerunt, apparebat quòd iam venerat ille de quo prophetabatur. Alia laus erat, quòd Ioānes erat Elias cum dicitur ipse est Elias, qui venturus est, nam Elias promissus fuerat vēturus Mala. 4. ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, & iste expectabatur valde a Iudæis, & loquebantur sępe de illo, vt innuitur infra 17. cum dixerunt Apostoli, quid ergo Scribę dicunt, quod Eliam oportet venire primum? dixit ergo quòd Ioannes erat Elias, & sic erat laus magna eius, quòd ipse esset Elias in scriptura promissus, hoc etiam erat ad propositum Christi, nā Elias venturus erat ad disponendum populum ad aduentum Christi Luc. 1. ipse præcedet eum in spiritu, & virtute Elię parare domino plebem perfectam, cū H ergo iam venisset Elias apparebat, quod Messias venerat.

Quomodo dicitur regnum cœlorum vim patitur. Et quomodo intelligatur. Quæst. XXXVIII.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, quòd regnum coelorum vim patitur.

Dicendum, quòd accipitur vno modo vim pati, idest prædicari, quia ante hoc cum non prædicabatur, videbatur nemo illud tangere, nūc vero cum prædicatur aliquid in illud fit, & sic videtur ei vis inferri, vnde dicitur in litera a diebus autē Ioannis Baptistę vsque nunc regnum coelorum vim pati- I tur ab illo tempore vsque nunc prædicatur, sic dicitur Luc. 16. lex, & prophetę vsque ad Ioannem, & ex tūc regnum Dei euangelizatur. Quod autem dicitur ibi, & ex tunc, &c. est, quod dicitur hic a diebus autem Ioannis.

Secundo accipitur, ꝙ vim patitur, idest per violentiam accipitur, quod patet, quia dr̄, & violenti rapiunt illud, & non intelligit̄ de violentia, quæ infert̄ regno cęlorū, quia nemo potest ibi vim inferre cū Deo donante accipiat̄, sed de violētia, q̄ sibimet faciūt hoīes. De primo patet, quia dicit Hiero. si aūt primus Io. Baptista pn̄iam populis nunciauit dicens, pęnitentiam agite, appropinquabit. n. regnum cęlorū, cōr a diebus illius regnum cęlorū vim patitur. De secundo patet, K quia dicit idem Hiero. violenti rapiunt illud, grādis. n. violentia est in terra nos esse generatos, & cęlorum sedem quærere, & possidere per virtutem, quod non tenemus per naturam, hoc autem est rapere, quia vt dicit Grego. cum peccatores ad pęnitentiam redeūt, quasi in locum alienum, & violenter regnum cęlorū rapiunt, ista autem violentia est agere contra propria desideria, quasi seipsum perdendo, sicut dicitur Ioan. 12. qui amat animam suam perdet eam, & qui odit animam suam in vitam ęternam custodit eam.

Sed obijcietur, quòd non patiebatur vim regnum cęlorum a diebus Ioannis, nec ex tunc rapiebant illud violenti, quia aut intelligit̄ de actuali adeptione,

aut de dispositione ad illud. Si primo modo nõ stat, quia nemo acquirebat illud, nec accepit vsque post mortem Christi. Si secũdo mõ non conueniunt, quia non solum a diebus Ioannis, sed etiam ante Ioannem ab exordio sęculi potuerunt homines disponere se ad regnum cęlorum, quia omnes morientes in charitate ibant ad sinum Abrahę, & omnes illi habituri erãt vitam ęternam.

Dicendum, ꝙ intelligitur vim patitur quantum ad dispositionem, & hoc fuit solum ex tempore Ioannis, quia ante Ioannem nemo prædicauit penitentiã, & regnum cęlorum, & ideo soli illi disponebantur ad illud, qui iusti erant quos Deus volebat facere iustos, & in eis non erat, quasi violentia aliqua, qñ aũt Ioannes incępit prædicare pęnitentiam, & regnum cęlorum, idest ꝙ per pęnitentiam haberi poterat regnũ cęlorum, plurimi faciebant iam sibi vim, atque renunciãtes desiderijs suis ex desiderio regni cęlorum, sicut Christus dixit infra 19. sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cęlorum, & non prius, quia vis, quam sibi homo infert est pęnitentia, quæ tunc prædicabatur, & ita per illam homines faciebant vim regno cęlorum, idest sibi ad habendum illud, sic dicit Hierony. si autem primus Ioannes Baptista pœnitentiam populo nunciauit dicens, pęnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum, consequenter enim a diebus illius regnũ cęlorum vim patitur, scilicet ꝙ illi quorum non erat accipiunt illud, & nõ illi quorum erat, pertinebat enim regnum cęlorum ad Iudęos ex promissione facta patribus eorum, nũc vero per prædicationem Ioannis, & Christi conuertebantur Publicani, & Meretrices, infra 21. & Luc. 7. conuertendi etiam erant gentiles, & Iudęi quibus debebatur non conuertebantur, ergo isti perdebant, quod suum erat, & alij rapiebant, quod suum non erat, & iste sensus valde conuenit literę, sic dicit Hilarius dominus Apostolos ire ad oues Israel perditas iusserat, sed omnis hęc prædicatio profectum Publicanis, & peccatoribus afferebat, itaque vim regnum patitur, & violenti diripiunt, quia gloria Israel a patribus debita, a prophetis nunciata, a Christo oblata fide gentium occupatur, & rapitur, & tunc est sensus, ꝙ a diebus Ioannis hoc fiebat, quia ante dies illos peccatores non conuertebantur ad hoc, quòd raperent regnum Dei, & sic non accipiebant illud, nisi illi quibus promissum erat, nunc vero Ioanne prædicante pœnitentiam illi quibus non debebatur accipiebant illud, & sic rapiebant, vnde non solum sibi vim inferebant inquantum contra concupiscentias suas agebant, sed etiam regno cęlorum inquantum accipiebant, quod alienum erat.

Quomodo omnes propheta, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt. Et quod ista litera dupliciter intelligitur. Quæst. XXXIX.

QVAERETVR quomodo omnes prophetę, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt, quia videtur innui, ꝙ solum fuerunt prophetę vsque ad ipsum, & postea nulli fuerunt. Dicendum, ꝙ non est verum, quia & ipse Ioannes fuit propheta, & plus, ꝗ propheta, vt patet supra in litera, & post Ioannem fuerũt multi prophetę, quia Actu. 11. erant prophetę, & doctores in Ecclesia Antiochię, & Actu. 21. erat Agabus Propheta, & quatuor filię Philippi virgines, & prophetantes: Apostolus quoque signat multos prophetas fuisse tempore suo in qualibet Ecclesia, & instruit eos, quòd non se impediant prophetando 1. Corin. 14. & Christus posuit in ecclesia prophetas, qui in ea manerent 1. Corin. 12. & ad Ephe. 4. ideo nõ

A cessauerunt prophetę in Ioanne. Sed potest intelligi dupliciter. Vno modo, ꝙ vsque ad Ioannem prophetauerunt, idest semper prænunciauerunt de Messia, post Ioannem nemo prænunciauit de illo, nam prophetę, & lex principaliter ordinabantur ad Messiam, quia istud erat maximum bonum, quod expectabatur, & licet prophetę de alijs rebus interdum prophetarent, præcipua tamen intentio Dei loquentis per eos erat de Messia dicere, & ideo quandiu Christus non fuit, semper prophetę de eo prædixerũt, tempore autem Ioannis Messias venit, ideo nullus iam de Messia prophetare poterat cum iam venisset.

Sed dicet quomodo lex poterat prophetare, quia prophetare est actus prophetę, actus vero legis est B præcepta ponere, & mores dirigere.

Dicendum, ꝙ lex proprie non est, nisi quoddam dictamen ex moribus, vocatur tamen hic lex ipsa lex Moysi, quæ in quinque libris continetur, in quibus non solum sunt præcepta vitæ, sed etiam prænunciationes quædam futurorum, vnde de Messia aliquid prænunciatur ibi, vt Deuterono. 18. prophetam suscitabo vobis de medio fratrum vestrorum, quod de Christo intelligitur, vt allegauit Beatus Petrus Actu. 3. Christus etiam dixit, ꝙ Moyses locutus fuerat de eo. Io. 5. si crederetis Moysi forsitan crederetis, & mihi, de me enim ille scripsit, & Luc. 24. dicitur, & incipiens a Moyse, & omnibus prophetis interpretabatur de illis, quæ de ipso erant, ergo in Moyse aliqua C erant de ipso scripta, & eodem cap. dicitur, & necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis de me; ergo lex Moysi aliquid prophetauerat de Christo, & quia omnia dicta de eo iam in lege, quam in prophetis completa fuerunt in Christo, qui venit tempore Ioannis, verum est, ꝙ prophetauit lex, & prophetę solum vsque ad Ioannem.

Secundo potest accipi prophetare, idest obscure loqui, sic dicitur 1. Corin. 13. ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, cognitio enim dicit rei manifestationem, prophetia autem dicit notitiam obscuram, & confusam, quia res non videtur in seipsa, sed solum in figura imperfecte repræsentãte, & ita vsque ad Ioannem lex, & prophetę prophetauerunt, idest D obscure de Messia prędixerunt, & apertam cognitionem illius non dederunt. Ioannes autem clare de Messia locutus est, quia ostendit eum digito dicens, ecce agnus Dei, sed sic iam ipse non prophetabat, sed ostendebat. Quicunque vero ante ipsum fuerunt prophetauerunt, idest obscure locuti sunt, quotquot autem post Ioannem venerunt iam non prophetauerunt, sed cognouerunt, & de ipso clare locuti sunt, & sic in Ioanne cessauit prophetia, idest occulta cognitio de Christo.

Quomodo dicitur, quòd Ioannes Elias esset cum non esset ipse. Quæst. XL.

E QVAERETVR quomodo dicitur, quòd Ioannes Elias esset cum nõ esset ipse. Item quia ipse negauit se esse Eliam, Iudæis enim quærentibus Elias es tu, dixit non Ioan. primo.

Dicendum, quòd Christus vocauit Ioannem Eliã non quantum ad substantiam, sed quantum ad officium, vel virtutem, erat enim Ioannes similis Eliæ. Primo in austeritate pœnitentię, quia de Elia dicitur quarto Regum primo, quòd erat vir pilosus, & Zona pellicea accinctus circa renes. Ioãnes etiam dicitur pilosus, quia habebat vestem pilosam, & asperam, scilicet de pilis camelorum supra 3. Secundo in soliditate constantię, Elias enim constanter arguebat

 regem

F regem Achab dicens, tu es, qui conturbas Israel 4. Reg. 18. ita Ioannes arguit Herodem constanter propter Herodiadē Infra 14. & Mar. 6. Tertio, quia sicut Elias ad finem sęculi venturus dicitur præcedens secundum aduentum Christi, & nūc, ita Ioannes venit ante primum aduentū, similis ergo est Ioannes Eliæ, sic dr̄ Luc. 1. ipse præcedet eū in spiritu, & virtute Elię parare domino plebem perfectam. i. sicut Elias præcedet, ita & iste præcessit, sic dicit Hiero. Ioan. venit in spiritu, & virtute Elię, & eandē Spiritus Sancti gratiam habuit, vel mē suram, sed & vitæ austeritas rigorque mentis Eliæ, & Ioannis pares sunt, vterque in eremo, vterque zona pellicea cingebatur, ille quia regem Achab, & Iezabel impietatis arguens fugere com-G pulsus est, iste quia Herodis, & Herodiadis illicitas arguit nuptias capite truncatur.

Sciendum autem, ꝙ Christus aperte voluit ostendere, ꝙ non loquebatur de Elia quantum ad substantiam, sed quātum ad officium, quia dixit ipse est Elias, qui venturus est, nō enim dixit absolute ipse est Elias, sed Elias, qui venturus est, quasi dicat Elias, qui promittitur venturus iste Ioannes est. Etiam, quia dixit, qui habet aures audiēdi audiat, quasi dicat nō loquor, ꝙ ipse sit vere Elias, sed debetis figurate intelligere, ideo intelligat, qui potest. *Cui autem similem.* Hic ponitur condemnatio obstinatorum, & diuidit in duo, quia primo ponitur in generali respectu Iudęorum. H Secundo in speciali respectu aliquorum. s. quibus specialia beneficia contulerat, ibi. *Tunc cępit exprobrare.*

An ista sint continuata ad præcedentia, & quare Christus dixit ea. Quæst. XLI.

QVAERETVR circa primum an ista sint continuata ad præcedentia, & quare Christus dixit ea. Dicendum, quòd sunt continuata, quia immediate dicta sunt, nam quando Christo laudante Ioannē quidam credere noluerunt, arguit eos Christus, & dixit ista, s. cui similem ęstimabo generationem istā, & satis apparet, ꝙ totum hoc sit exprobratio infidelitatis, quia nolebant credere verbis eius. I

Sed aliqui dicunt, ꝙ hoc dixerat, quia varijs modis eos docuerat, & nunquam credere voluerunt, & sic refertur ad totam prædicationem Christi præteritā, cui credere noluerunt Iudæi, sic dicit Hilarius, totus hic sermo infidelitatis opprobrium ex affectu superioris querimonię descendit, quia insolens plebs per diuersa prædicationum genera docta nō fuerit. Aliter pōt dici, & melius, ꝙ hoc refert solū ad ea, quę supra dixerat Christus de Ioanne, quia Matthæus tacuit hic aliqua, quæ exprimūtur Luc. 7. nam postq̄ dixit Christus oēs laudes istas de Ioanne dr̄ ibi, ꝙ oīs populus audiens, & Publicani iustificauerunt Deum. i. laudauerunt baptizati baptismo Ioannis. Pharisæi, & legis periti consilium Dei spreuerunt in semetipsos non baptizati ab eo, & tunc sequitur, cui ergo similes dicā K homines generationis huius, & ponūtur omnia, quę ponuntur hic, & sic videtur, ꝙ ex eo, ꝙ populus credidit Christo laudanti Ioannem, & Pharisæi, & legis periti credere noluerunt, nec baptizati fuerāt ab eo, Christus redarguit eos, quia noluerunt credere sibi, nec Ioanni, vnde dicitur.

Cui autem similem æstimabo generationem istam. Idest Pharisęos, & legis peritos, quia non loquitur contra populum, eo ꝙ populus laudauit tunc Deum, & fuerat baptizatus baptismo Ioannis. *Similis est pueris sedentibus in foro.* Non est similis pueris quantum ad innocentiam, sed quantum ad ea, quæ ipsi faciunt, & ponit hic Christus quendam ludum quo se exercebāt pueri Iudæorum, nam in foro vbi erat locus publicus

F conueniebant pueri multi, & diuidebantur in duas partes ęquales, & illi, qui erant ex vna parte canebant carmen lętitię, & alij ex opposito canebant carmen lugubre, & deinde exprobrabant sibi mutuo, nam exultantes exprobrabant lugentibus, & lugentes exprobrabant gaudentibus, scilicet exultantes dicebant, quare non congauderis nobis, & lugentes dicebant exultantibus, quare non compatimini nobis, & hoc fiebat ad ostendendum varietatē humani status, quia in eadem vrbe, vel loco quibusdā accidunt prospera, & gaudent, alijs vero tristia, & lugent, & isti non consonant inter se, quia nec gaudētes compatiuntur tristibus communicantes eis de bo-G no suo, aut transumentes aliquid de malo eorum, nec tristes congaudent lętantibus, & ita sunt mutuæ querelę inter homines de diuersitate status eorum, sicut dicit Cyrillus, & sic etiam exponit Nicolaus.

Christus ponit hic ludū quendam quo se exercebant pueri Iudęorū.

Sed hoc non multum consonat literæ, quia litera videtur hic dicere, quòd illi pueri erant, qui semper loquebantur dicentes, cecinimus vobis, & non saltastis, lamentauimus, & non planxistis, & tamen in exēplo dato vna pars puerorum dicebat, cecinimus vobis, & non saltastis, & alia dicebat lamentauimus, & non planxistis, ideo non debet sic accipi.

Item patet, ꝙ non conueniret ei, ad quod applicat. Christus enim applicabat istud sibi, & Ioanni, ambo H enim Iudæis prædicauerunt, & varia via. Ioannes quidem in austeritate, Christus vero in lenitate, & benignitate, Iudæi autem neutri eorum respōdere voluerunt, & ideo magis conuenit, ꝙ vna pars puerorum ponatur semper loquens, s. cecinimus, & nō saltastis, lamentauimus, & non planxistis, ista pars repręsentet Ioannem, & Christum loquentes prædicando Iudæis varia via, & alia pars puerorum ponatur semper tacēs oēs Iudæi, qui nec Christū, nec Ioan. secuti sunt.

Dicendum ergo, ꝙ pueri conueniebant ad gaudēdum pueriliter in foro, & quidam eorū, qui erant magis ad iocos apti incipiebant cantare, vt alij cantarent cū eis, & saltarent ad consonantiā eorum cantus, & socij sui nolebant cantare, nec respondere ad canti-I cum lętitię, & quia forte illi nolebant respondere ad canticū, quod esset de genere lętitię, dicebant carmen lugubre, vt saltem, sic rn̄derent sibi, quia qui non est dispositus ad lętitiam est saltem dispositus ad tristitiā, & quia, nec sic rn̄debant alij pueri conquerebantur, scilicet illi, qui cantauerant dicētes, cecinimus, & nō saltastis, & postea lamentauimus, & nō planxistis, quare hoc fecistis? quia in aliquo eorū saltē nobis rn̄dere debuissetis, & hoc consonat literę, quę innuit eosdē pueros esse, q dicebant cantauimus, & lamentauimus etiam hoc consonat Christi proposito applicando ad se, & ad Ioannem, vterque enim Iudęis prædicauit. Ioannes tamen, quia erat vitę austerę inuitabat homines ad similia, vt sic de peccatis pęnitentiam agerēt, & ipsum sequi noluerunt Iudæi, & plurimi eorum reci-K pere noluerunt baptismū quem ipse prædicabat infra 21. & Luc. 7. Christus aūt, quia erat cōmunior in conuersatione inuitabat homines ad fidē, & operationē per quandā dulcem conuersationem manducādo ēt, & bibendo cum peccatoribus, & Publicanis, vt sic eos ad credendum alliceret, & tamen, nec ei credere noluerunt, ergo increpabiles, sicut pueri, qui nolebant respondere socijs, quando cantabant, nec quando lugebant, nam si Iudæi noluissent assentire Ioanni, quasi durus esset ad portādum propter austeritatem, & sequerentur Christum, qui blandus erat non essent increpabiles. Vel si videntes habere communem vitam vellent ipsi tanquam iustiores, magis se iustificare, & non sequi illum, sed sequi Ioannem, qui erat austerior, essent quidem excusabiles, nunc tamen,

nec

nec Ioannem secuti sunt, sed potius arguerunt dicentes dæmonium habet, Christum etiam sequi noluerunt, sed dixerunt, quòd erat vorax, & potator vini, nullum ergo sequi voluerunt, & sic, sunt increpabiles, ideo Christus exprobrabat eis hic, & sic debet intelligi. *Similis est.* Scilicet generatio ista Pharisæorum, & legis peritorum. *Pueris sedentibus in foro.* Scilicet, qui conueniunt illuc ad videndum, & congaudendũ sibi. *Qui clamantes coæqualibus.* Ex hoc accipit Nicolaus, ꝙ pueri diuidebantur in duas partes æquales, & tamẽ non significat hoc litera, quia tunc diceretur paribus, & non æqualibus, quia æqualis signat quantitatem cõtinuam, & non discretam, & si accipiatur large æqualis, vt dicat numerum, sicut dicitur 2. Posteriorum, ꝙ sunt æquales numero quæstiones, saltem diceretur æqualibus, sed non coæquales, quia coæquales proprie sunt coætanei, & est sensus, ꝙ pueri ad coæquales. i. ad coætaneos suos clamãt, scilicet iste ludus est inter pueros coætaneos, & non est inter pueros, & viros, quia omnis ætas ad sibi similẽ vadit. *Dicunt cecinimus vobis, & non saltastis.* Istud est a principio, quando pueri incipiunt ludere, quia primo cantant canticum lætitiæ sperantes, ꝙ alij saltent ad consonantiam cantici.

Lamentauimus, & non planxistis. Postquam noluerunt respondere saltando ad cãticum lætitiæ, incipiunt lamentari, idest dicere carmen triste, quod pertinet ad funera mortuorum, & etiam ad illud respondere noluerunt plangendo, sed Luc. 7. dicitur cantauimus vobis tibijs, & nõ saltastis, Tibiæ enim sunt instrumẽta, quæ adhibentur in cantico, vt ad consonantiã eorũ saltent, qui ludere volunt. *Venit enim Ioannes.* Hic applicat similitudinem istam ad propositum loquens de se, & Ioanne, qui Iudæis prædicauerunt, & loquitur prius de Ioanne, quia ipse prius prædicauit, quã Christus. *Nec manducans, nec bibens.* Idest non manducans, nec bibens ea, q̃ cæteri manducabant, & bibebant, nã aliquid manducabat. *Et dicunt dæmonium habet.* Quia viderunt eum talem austeritatem agere qualem cæteri homines agere non possent, dicebant ꝙ dæmoniũ habet. Quod dupliciter accipi potest. Vno modo dæmonium habet, idest ꝙ male ageret tantam abstinẽtiam seruando, & ꝙ dæmon suaderet ei istud facere, sicut suggerit homini omnia mala. Alio modo dæmonium habet, idest dæmon possidet eum, & facit, ꝙ possit ista tolerare, quia arreptitij multa possunt agere, & pati, quæ non possunt alij homines. De actione patet, quia dæmon mouet organa ipsorum, & sic faciunt maiora, quam alij homines, eo ꝙ nõ agunt ipsi, sed dæmones, sic patet de duobus arreptitijs supra 8. qui erant ita sæui, ꝙ propter eos nemo audebat transire per viam, & Actu. 19. vnus arreptitius pugnauit contra duos, & præualuit, ita vt nudos, & vulneratos cogeret eos fugere. De passione patet, quia dæmones possunt reddere mẽbra arreptitiorum, quasi stupida, & insensibilia, & ita nõ affligunt patiendo dura, sicut alij affligerentur, sicut patet de illo arreptitio, qui se lapidibus concidebat Mar. 5. c & ita intellexerunt illi de Ioanne, ꝙ dæmon possidens eum redderet ipsum insensibilem, vt non sentiret ista, quæ patiebatur.

Venit filius hominis. De seipso loquitur Christus vocans se filium hominis, sic enim vocat se, vt patet præcedenti c. *Manducans, & bibens.* Respectu Ioannis dicebatur Christus manducans, quia Ioannes non mãducabat ea, quæ cæteri homines Christus autem in cibo, & potu non differebat ab alijs.

Et dicunt, ecce homo vorax, & potator vini. Scilicet Pharisæi, & Scribæ hoc dicebant, qui etiam Ioannem accusabãt, & in hoc apparet, ꝙ ex iniquitate, & ex inuidia loquebantur, quia si vituperarent Ioãnẽ, tanquam extremũ superabũdans in austeritate, debebant Chri-

A stum laudare, vel acceptare, tanq̃ medium in abstinẽdo, & comedendo, vel si Christum, tanquam voracẽ reputantes accusabant, Ioannẽ tanquam abstinentẽ laudare debuerunt, sed vtrunque accusauerunt, non ergo displicebat eis opus, sed persona, quia aliàs saltẽ vitam laudassent Christi, quam ipsi tenebant, & mentiti sunt dicentes Christum voracem, & potatorem, quia ista significãt excessum in cibo, & potu, & auiditatem, siue gulositatẽ, quæ longe erant a Christo, ipse enim fuit mensura in omnibus actibus humanis.

Publicanorum, & peccatorum amicus. Hoc dicebant ad innuendum, ꝙ Christus esset peccator, quia erat socius peccatorũ, nam amicitia similitudinẽ requirit. 8.
B Ethi. qui ergo peccatorũ amicus est ipse peccator est, nam non vult quisquã conuersari, nisi cũ eo cum quo gaudet, quia cum tristi, vel non iocundo nemo vult conuersari saltẽ per diem 8. Ethico. q ergo peccatorũ amicus est gaudet in vita ipsorum, malus ergo est, qa nemo gaudet de malo. nisi malus, & dicebant hoc etiam ad ostendendum Christum esse voracem, & peccatorem, s. quia Publicani, & peccatores indulgent delicijs corporis, & ꝙ Christus conuersabatur cũ eis, vt cibis vacaret, & potibus, & hoc dixerunt, quia aliquã viderunt eum manducantem cum peccatoribus, & Publicanis, vt patet supra 9. c.

Et iustificata est sapientia a filijs suis. Idest laudata, sicut dicitur Luc. 7. Publicani, & peccatores iustifica-
C uerunt Deum, idest laudauerunt, & ponitur iustificare, idest laudare, quia volentes laudare Deum dicebant eum iustum, sic ait Pharao: iustus est dominus, & ego, & populus meus peccatores Exod. 9. & Dani. 9. dicitur, tibi domine iustitia, nobis autem confusio faciei. Potest autem hoc dupliciter intelligi. Vno modo, quòd sapientia sit ipse Christus, qui est Dei sapientia, & Dei virtus 1. Cor. 1. & filij sui sint Apostoli, qui iustificauerunt, idest laudauerunt Christum scientes, quòd regnum Dei non est in esca, nec in potu, sed in virtute ad Roma. 14. vnde illi habent æquanimitatem tolerandi, quæ est virtus, quos nec deprimit egestas, nec copia subleuat. Iustificare quid.

Aliter potest intelligi, quòd sapientia accipiatur hic proprie, vt est prudentia, siue rectum iudicium de
D moralibus, & filij sui dicuntur hic pueri, qui canebant in foro, qui erant filii sui, idest Iudæorum, & ipsi iustificauerunt sapientiã, idest recte iudicauerunt increpantes coæquales suos, qui nec eis cantantibus noluerunt saltare, nec eis lamentantibus noluerunt lugere, & per hoc patres suos arguunt, qui Christũ cantantẽ, idest dulciter conuersantem non susceperunt, & Ioãnem lamentantem. i. austere viuẽtem nõ secuti sunt, sed accusauerunt. Dicit aũt Hiero. ꝙ in quibusdam libris legit̃ iustificata est sapiẽtia ab operibus suis. s. quia sapientia non quærit vocis testimonium, sed operũ. Vel est sensus, ꝙ ab operibus suis. i. a ludis puerorũ de quibus supra dixit iustificata est sapientia, quia per ludos quos faciunt iudicant arguendos eos, qui nolunt
E respondere cantantibus, nec lugentibus.

Quare Ioannes tam austeram vitam habuit.
Quæst. XLII.

QVÆRETVR quare Ioannes tam austeram vitam habuit.

Dicendum, ꝙ fuit conueniens, quia Io. venerat ad ostendendum Christũ, vt populus sciret quis erat Christus, & ad hoc debuit esse magnæ auctoritatis, vt crederetur ei in tanta re, quia hoc totum erat, quod Iudæi expectabãt, s. Messiam. Poterat autẽ dupliciter habere auctoritatem, s. per miracula, vel per magnam sanctitatẽ, miracula aũt nulla fecit

Ioan.10.scilicet Ioannes nullum signum fecit, opor F tuit ergo, ꝙ esset vitę excellentissimę, & tñ apud Iudæos, qui nõ cognoscebant veram sanctitatẽ, quę erat in interiori, scilicet charitate, & virtute animi, putabatur esse sanctitas in exterioribus, hęc autem maxime erat in operibus abstinentię, ideo debuit esse Ioannes vitę abstinentissimę, vt cum non faceret aliqua miracula, saltem hoc, quod in se faciebat miraculũ videretur, scilicet tam austere viuere, sic dicit Chrysosto. ꝙ mirabile erat in corpore humano tantam patientiam videre, quare autem Ioannes miraculum non fecerit dictũ est supra 3.c. Alia causa fuit huius austeritatis, quia Ioannes fuit primus, qui pęnitentiã prædicauit, fit aũt pęnitentia in asperitate vitę, vt qui commisit illicita abstineat etiam a licitis, vt dicit Augu. Ioãnes austeritatem debuit ostendere, vt non solo verbo, sed G potius opere doceret, & sic tam in operę, quam in habitu austeritatem pęnitentię ostendebat. Si autẽ obijciatur de Christo, ꝙ prędicauit pęnitentiam, & etiam Apostoli, non tamen seruauit austeritatem, ad hoc sequenti q. dicetur.

Quare Christus non tenuit vitam austeram, & an debuit illam tenere. Et quod principaliter fides saluat nos, & gratia Dei, & misericordia. Et quòd Christus nos docuit in quo perfectio vitæ consistat.

Quæst. XLIII.

QVAERETVR quare Christus non tenuit vitam H austeram, & an debuit illã tenere. Aliqui dñt, ꝙ debuit, quia Christus magis prædicauit perfectionem vitæ, quam Ioannes, sed Ioannes habuit vitam valde austeram, vt Ioannes incitaret homines exemplo suo ad vitæ perfectionem, quia vt dicit Chrysosto. mirabile erat in corpore humano tantam patientiam videre, quod & Iudæos magis attrahebat, ergo videtur, ꝙ multo magis Chr̃s debuit hr̃e austeritatem vitæ.

Item abstinentia ordinatur ad cõtinentiam carnis, dicitur enim Oſeę 4. comedent, & non saturabuntur, fornicati sunt, & non cessauerunt; Christus autem continentiam seruauit in se, & alijs seruandam proposuit infra 19. sunt Eunuchi, qui se castrauerũt propter regnum cœlorum, ergo Christus debuit seruare I austeritatem vitę, & discipulis illam imponere.

Item est ridiculum, quod quis incipiat vitam strictam, & postea redeat ad vitam laxiorem, quia diceretur ei illud Luc.14. iste homo cæpit ædificare, & non potuit consummare, Christus tamen incæpit vitam strictissimam, quia ieiunauit quadraginta diebus, & noctibus nihil comedens supra 4. & Luc.4. ergo non debuit redire postea ad vitam communem, sed austeritatem seruare. Dicendum, ꝙ Christus non tenuit regulariter vitam austeram, sed mediocrem cõformando se alijs hominibus. Ioannes autem vitã austeram tenuit. Vnde de Christo dicitur hic, ꝙ erat manducans, & bibens, de Ioanne autem, quòd non erat manducans, nec bibens, non quidem, ꝙ nihil mandu- K caret, quia supra 3.c. dicitur, ꝙ cibus eius erat locustę, & mel syluestre, sed non manducabat, nec bibebat, quod cęteri, scilicet non bibebat vinum, nec siceram Luc.1. vinum, & siceram non bibet, & non manducabat panem, & carnes, sicut cæteri homines Luc.7. venit Ioannes Baptista, nec manducans panem, nec bibens vinum, Christus autem dicebatur manducans, & bibens, idest manducabat panem, & bibebat vinum, & cętera, quæ homines manducabãt, ita etiam Apostoli eo iubente faciebant, scilicet manducabant quidquid apponebatur eis Luc.10.

Causa huius fuit prima ad tollendum errorem, quia si Christus abstineret, sicut Ioannes, possent aliqui ex hoc putare, quòd omnia a quibus ipse abstinebat erant illicita, sic dicit Titus, noluit enim Christus abstinere ab huiusmodi cibis ne occasionem præberet hæreticis, qui dicunt creaturas esse malas, & vituperant carnes, & vinum.

Secunda causa fuit propter discipulos, quia oportuit, ꝙ Christus acciperet discipulos ad familiarem conuersationem, quos postea mitteret ad prædicandum, isti autem a principio erant imperfecti, & non poterant conuenienter deduci ad ieiunandum, sicut Christus dixit supra 9. quando quæsitum est quare discipuli tui non ieiunant, scilicet nemo mittit vinum nouum in vtres veteres, idest doctrina perfectionis non conuenit hominibus debilibus, & veteribus, sicut sunt vtres veteres. Christus tamen debuit manducare cum discipulis, quia si ille ieiunaret, & ipsi non, non esset grata conuersatio propter dissonantiam. Etiam quia erubescerent discipuli, qui non imitarentur magistrum suum, immo non putarent se esse discipulos eius quem non imitabantur, vt ergo ex dulcedine conuersationis eos ad se traheret oportebat, ꝙ manducaret cum eis, illi tamen non poterant ieiunare, ergo nec Christus debuit ieiunare.

Tertia fuit propter alios quos conuertebat, quia interdum homines verbis alliciebat, interdum autem operibus conuersando cum eis, & sic mãducabat aliquando cum peccatoribus, & Publicanis, vt sic eos ad se traheret, sic patet supra 9. & Luc.5. nam in domo Matthæi manducauit Christus cum Publicanis, & murmurantibus de hoc Pharisæis dixit, non est opus sanis medicus, sed male habentibus, quasi dicat ꝙ manducando cum illis sanabat eos a languoribus peccati, quod non faceret seruando austeritatem.

Quarta fuit, quia si Christus austeritatem seruaret, aut faceret propter se, aut propter nos, non propter se, quia aut hoc esset, vt per hoc se disponeret ad continentiam seruandam, aut vt per hoc magis mereretur. Non primum, quia in eo non erat aliqua rebellio carnis ad spiritum, quia assumpserat carnem liberam a passionibus, ideo siue comederet, siue non, nulla poterat in eo libido insurgere, & sic dicit Grego. quod non poterat esse in Christo tentatio carnis, sed solum tentatio diaboli. Non etiam propter meritum, quia non erat sibi necessarium per ieiunium mereri cum per alia opera mereretur in infinitum, & maxime per passionem cuius merita suffecerunt sibi, & nobis. Non etiam propter nos, quia ea, quæ propter nos Christus faciebat erant ad duo, scilicet vt nos redimeret, vel vt nos instrueret, ad redemptionem enim sola Christi mors profuit, & sufficit, nam per cætera non redimeremur, ad instruendum autem non fuit conueniens austeritas, sed potius impediebat, nam instruebat nos Christus, quando aliqua agebat, vt nos ad similia agendum prouocaret, & tamen non conueniebat, quòd nos prouocaret ad austeritatem, quia nemo illam posset tolerare, ergo nec ipse debuit austeritatem seruare.

Quinta fuit, vt auferret occasionem errandi, quia si Christus seruaret austeritatem oportebat, quòd seruaret eam maiorem, quam Ioannes, vel saltem ęqualem, vt in nullo bono opere videretur quisquam eo superior, sed hoc erroris causa, scilicet quia multi putarent, quod in austeritate vitę erat maior perfectio, Christus tamen volebat ostendere, quod in charitate est omnis perfectio, sic enim dicit Apostolus ad Roma.14. ꝙ non est in esca regnum Dei, sed in virtute, idest in abstinendo, vel comedendo nõ est perfectio regni Dei.

Item sequeretur alius grauis error, quia si Christus austeritatem seruaret, diminueret auctoritatem doctrinę

ctrinę suę, nam putaretur, quòd per viam iustitię. & ex operibus ostēdebat homines esse saluandos, Christus tamen principaliter ostendere voluit, quòd fides est, q̄ saluabat, & ex gratia Dei, & misericordiæ erat salus, & non ex operibus nostris, vt dicitur ad Titū 2. apparuit benignitas, & humanitas saluatoris nostri, non enim ex operibus iustitię, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, & ita ipse Christus innuit, ꝙ non veniebat ipse ad nos per viam iustitię, sed per viam misericordię, & quòd Ioannes venit per viam iustitię infra 21. venit ad vos Ioannes in via iustitię, idest per opera satisfactoria salutem humanā procurans. q. d. ego non venio per illā viam. non ergo debuit Christus austeritatem seruare, sed mediocritatem, vt videretur, ꝙ ex misericordia saluabat nos, & non ex duris operibus satisfactorijs, quæ nobis imponeret, quia sic iam a nobis ipsis haberemus salutem, & non ab illo, ideo Christus totus apparuit gratia, & misericordia Io. 1. lex per Moysen data est, gratia autem, & veritas per Iesum Christum facta est, idest Moyses posuit legem pręcipiēs operari, sed præceptum hominis quoddam est, per Christum aūt facta est gratia, quia ipse ex gratia liberauit nos nihil a nobis petens, nec nobis faciendum iniungens, ista ergo fuit causa potissima quare Christus non debuit habere vitam austeram, sed communem.

Pro quo sciendum, ꝙ tota Christi vita fuit instructio nostra, & quia in nouo testamento, qđ ad totum orbem pertinebat futuri erant homines diuersarum conditionū, s. perfecti, & imperfecti, & mediocres, vt omnibus Christus viuendi exemplū daret nō debuit habere vnicum modum viuendi semp, sed variare, vt per hoc diuersis statibus conueniret, & ita fecit aliquando viuēs solitarius, vt institueret contēplatiuos, sicut quando fuit 40. diebus in deserto solus inter bestias Marc. 1. & quia ad contemplatiuos pertinet abstinere cum soli Deo vacent, ieiunauit 40. diebus, reliquis autem temporibus communem vitā ducebat, eo ꝙ maior est multitudo mediocrum, quam perfectorum.

Ad primum dicendum, ꝙ Ioanni fuit conueniēs austeritatem seruare, quia nullum aliud habebat testimonium, Christus autem ex miraculis testimonium habebat. etiam si nunquam ieiunaret, ideo non fuit sibi necessaria vitę austeritas, sicut Ioanni, sic dicit Chryso. Ioannes præter vitam, & iustitiam nihil plus ostendit, Christus autem, & a miraculis testimonia habebat, dimittens ergo Ioannem ieiunio fulgere ipse contrariam incessit viam ad mensam intrans Publicanorum, & manducans, & bibens. Cum autem dr̄, ꝙ Christus debuit ostendere perfectionem vitę pluīquā Ioannes, dicendum, ꝙ verum est, & ita fecit, nam perfectio vitę non consistit in cibo, & potu, sed in charitate, siue virtute, ad Roma. 14. istam aūt magis Christus docuit, quam Ioannes, ieiunium autem laudabile est, non tamen conuenit omnibus hominibus, sed eis, qui segregati sunt a cōmunione cæterorum, Christus autem omnibus formam viuendi dedit, vt dictum est, si tamen simpliciter perfectio vitę in ieiunio consisteret potius, quam in alijs rebus, Christus exercuisset illud austerius, quam Ioannes. Ad secundum dicendum, ꝙ non fuit necesse Christo, & discipulis suis seruare ieiunia ad continentiam tenendam, quia motus illicitos, qui in alijs hominibus per ciborum parcitatem franguntur, Christus in discipulis virtute suę Deitatis comprimebat, sic dicit Beda. Ioannes vinum, & siceram non bibit, quia ille abstinentia meritū auget cui potentia nulla naturę inerat, dominus aūt cui naturaliter suppetebat delicta donare, cur eos declinaret quos abstinentibus poterat reddere

A priores? Ad tertiū dicendum, ꝙ Christus non ieiunauit 40. diebus, quasi vellet istam vitam tenere, & postea non potens sustinere declinauerit ab ea, sed ideo ieiunauit, vt nobis aliquando ieiunandi exemplum daret, & ideo manducauit, vt ostenderet, quòd non erat in ieiunio tota vitæ perfectio, & propter alia, quæ dicta sunt, sic dicit Beda. ieiunauit Christus ne præceptum ieiunandi declinares, manducauit cum peccatoribus, vt gratiam cerneres, & agnosceres potestatē.

Tunc cæpit exprobare ciuitatibus in qui- Luc. 10.
bus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia
B non egissent pœnitentiam. Væ tibi Coro-
zaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro, &
Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt
in vobis, olim in cilicio, & cinere pœniten-
tiam egissent. Veruntamen dico vobis Ty-
ro, & Sidoni remissius erit in die iudicij, quā
vobis. Et tu Capharnaum, nunquid vsque in
cœlum exaltaberis? Vsque in infernum de-
scendes. Quia si in Sodomis factæ fuissent
virtutes, quæ factæ sunt in te, forte mansisset 1. q. 1. capi. nouae.
C vsque in hanc diem. Veruntamen dico vo-
bis, quia terræ Sodomorum remissius erit in
die iudicij, quam tibi.

Tunc cæpit. Hic ostendit Christus in speciali cōdemnationem aliquorum propter eorum ingratitudinē, scilicet quia prædicauerat illis frequenter, & non egerant pęnitentiam, & dicitur.

Tunc cæpit exprobrare. i. improperare, est enim improperium de ingratitudine, erant quippe isti Deo ingrati, quia propter tanta beneficia prædicationis, & miraculorum, quæ eis contulerat pœnitentiam non egerant. *Ciuitatibus.* Accipitur large ciuitas pro locis
D muratis, quia Bethsaida de qua hic dicitur vicus solet vocari, & tamen hic vocatur ciuitas.

In quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius. Hoc dicitur, quia Christus non exprobrauit omnibus ciuitatibus in quibus prædicauerat, quia solę tres ponuntur hic, & tamen in multis prædicauerat, quia tamen in istis fecerat plura miracula, quam in alijs, erant magis ingratę. *Quia non egissent pœnitentiam.* Audierant enim libenter verbum eius, & tamen pœnitentiam nullā egerunt, nam in vrbe Capharnaum libenter Christus audiebatur, & quando semel inde recessit nitebantur tenere eum incolę vrbis ne recederet Marc. 1. & Luc. 4. *Væ tibi Corozaim.* Modus maledicendi est, vel malum prænunciandi, est enim Corozaim ciuitas quædam in Galilæa in littore maris in qua Christus
E sæpe prædicauit.

Væ tibi Bethsaida. Ista est alia ciuitas, quæ etiam est in littore maris Galilęę, fuerunt enim de hac ciuitate quinque Apostoli, scilicet Petrus, & Andreas, & Iacobus, & Ioannes, & Philippus, vt dicit Chryso. & patet Ioan. 1. scilicet erat autem Philippus a Bethsaida ciuitate Andreę, & Petri, de Iacobo autem, & Ioanne non apparet, quia tamen erant socij in piscatione Petri, & Andreę Lu. 5. innuitur, ꝙ fuerunt de eadem vrbe. *Quia si in Tyro, & Sidone.* Duę ciuitates sunt in Syria in terra Phęnicis nō multum distātes a Ierusalem, & sunt in confinio terrę Sanctę. Vel vt aliqui volunt intra eam de quo dictum est Iosue 19. & 3. Regum 5. & 2. Paralipomenon secūdo, fuerunt enim magnę ci-

uitates olim,& tempore Christi supererãt, licet sępe ante,& postea dirute fuerint. *Facta essent virtutes*,i.miracula,quæ vocantur virtutes, quia sunt a virtute infinita. *Quæ facta sunt in vobis*. Multa miracula fuerunt facta in istis ciuitatibus, vt dicitur supra in litera. Potest referri istud aduerbium ad præcedẽtia, vel sequẽtia. De primo, quòd intelligatur,quòd in istis ciuitatibus olim factę fuerant virtutes, idest iam diu erat, quia nunc Christus non prædicabat in illis.

De secundo, vt quod dicatur olim egissent pœnitentiam, quasi dicat licet sint ciuitates gentilium, si prædicatum esset in eis egissent olim pęnitẽtiam, scilicet nõ facerent eam nunc,idest diu postq̃ prædicatũ esset, sed olim, idest immediate, vt eis prædicaretũ,in quo significatur,ꝙ faciliter conuerterentur.

In cilicio,& cinere. Iste erat modus pęnitẽdi.s.induẽdo cilicium, & iacendo super cinerem. *Pœnitentiam egissent*. Idest recedendo ab iniquitatibus suis, & assumendo ista opera pęnalia, & satisfactoria. *Veruntamen dico vobis Tyro, & Sidoni remissius erit*. Idest licet nõ fuit eis prædicatum, quia tamen, si prædicaretur conuerterentur,remissius erit eis.i.minorem pęnam sustinebunt,& dicitur Tyro, & Sidoni.i.habitatoribus earũ, quia vt dicit Remigius, nomine ciuitatis, vel terræ non ędificia, vel domorũ parietes dominus increpat, sed homines in eis cõmorantes, & intelligiĩ de illis,q mortui erant, & fuerãt quondam in Sidone,& Tyro, nam eis, qui nunc erant postea prædicatum est,vt infra dicetur,ideo dicitur olim pęnitentiam egissent.s.si olim fuisset prędicatum. *In die iudicij*. Potest intelligi de die iudicij generalis, vel de iudicio particulari die quo quisque moritur, vt declaratum est præcedenti c.q.91.quia ibi etiam dicitur. *Remissius erit in die iudicij, quam vobis*. Idest Bethsaidę, & Corozaim ad quas loquebatur. *Et tu Capharnaum*. Ista est alia ciuitas,& erat Metropolis Galilęę ciuitas nobilis illius prouincię, vt dicit Remigius. *Nunquid vsque in cœlum exaltaberis*. Intelligi potest de exaltatione in honore per prædicationem Christi,quia magnus honor erat, ꝙ Christus ibi toties prædicasset,& tot miracula fecisset, ibi enim sanauit paralyticum, & mulierem fluentem sanguine, & filiam principis Synagogę, vt ostensum est supra 9.c.maxime, quia Christus in Capharnaum prædicare incępit, vt innuitur supra 4.s.exinde cępit prædicare pœnitentiam agite.i.ex vrbe Capharnaum de qua ibi dicitur, & iste erat specialis honor vrbis. Vel intelligitur de temporali exaltatione, scilicet quia ista ciuitas excedebat cęteras vrbes Galilęę magnitudine, & nobilitate, & copia rerum, & gloriabatur in his,& sic dicebatur exaltari ad cęlum. *Vsque in infernum descendes*. Potest intelligi vtroque modo dicto, scilicet de damnatione incolarum eius,quia non egerant pęnitentiam, & sic realiter descenderent in infernum. Vel intelligitur quantum ad honorem temporalem, quia sicut exaltata est vsque ad cęlum.i.ad magnum honorem, ita descendet vsque in infernum.i.vsque ad nihil, iam enim non est ciuitas, sed ruinę quędam antiquorum ędificiorum, & vix ibi nunc sunt octo domus pauperum piscatorum, vt dicit frater Brocardus Theutonicus lib.suo de situ terræ Sanctæ: dicit Hiero.ꝙ in altero exẽplari reperimus, & tu Capharnaum, quæ vsque ad cœlum exaltata es,vsque ad inferna descendes. Et est duplex sensus,scilicet ideo ad inferna descendes,quia contra prædicationem meam superbissime restitisti. Vel ideo,quia exaltata vsque ad cęlum meo hospitio, & meis signis atque virtutibus tantum habes priuilegiũ, maioribus plecteris supplicijs, quia his quoque credere noluisti.

Dies iudicij intelligitur dupliciter.

Quia,si in Sodomis. Idest in terra Sodomorũ,scilicet in illis quatuor ciuitatibus,quæ perierunt,quę vocan-

F tur a nomine Sodomę, q̃ præcipua erat. *Facta fuissent virtutes*. Idest miracula prædicando illis conuersionem a peccatis suis.

Quæ factæ sunt in te. Egerat enim ibi Christus multa miracula, & sæpe ibi prædicabat. *Forte mansissent vsq; in hunc diem*. Idest egissent pęnitentiam si prædicatum fuisset eis, & miracula facta, & non subuersę fuissent igne cęlesti,sed manerent vsque hodie. *Veruntamen dico vobis,quia terræ Sodomorum*. Idest illis ciuitatibus subuersis,scilicet populo earum,qui periit in eis, quando subuersę sunt, nam illi condemnati sunt,licet poterat esse, ꝙ aliqui eorum dolentes subito de peccatis suis saluarentur, quia tamen Christus comparat illos in

G pęna ciuitatibus quibus prædicauit, videtur ꝙ condemnati erant. *Remissius erit in die iudicij*. Idest minor pęna erit,quia minus peccauerunt, & hoc in die iudicij, quia tunc pęna tota dabitur, quę debetur damnatis. *Quàm tibi*. Idest vrbi Capharnaum, ad quam loquitur.

An ista sint continuata ad præcedentia.
Quæst. XLIIII.

QVÆRETVR an ista sint cõtinuata ad præcedentia.

Aliqui dicunt, quòd non,quia Luc.10.

H ponuntur ista, quando Christus mittebat discipulos ad prædicandum. Item quia non videntur esse ad propositum, cum Christus agat hic de laudibus Ioannis, prædicere tamen mala contra istas vrbes nihil pertinebat ad Ioannem. Item,quia Christus loquitur hic ad istas vrbes, & sic diceret istud, quando manebat in eis,nunc tamen non erat in eis.

Item Augu.lib.de concor.euan.dicit, ꝙ non fuerit istud continuatum ad præcedẽtia, sed ꝙ Lucas commemorat illud cõtinuatum cuidam sermoni Domini,etiam hoc ex ipsius ore contingens. Vnde magis videtur ipse hoc ordine commemorare quo a Domino dicta sunt. Matthæus autem suę recordationis ordinem tenuisse, & sic vult, ꝙ Lucas recte cõtinuet.

I Matthęus autem mutet ordinem.

Dicendum,ꝙ Matthęus tenuit hic ordinem continuum,quod apparet ex litera, quia dicitur tunc cępit exprobrare ciuitatibus, ergo tunc quando loquebatur de Ioanne arguens illos, qui nec sibi, nec Ioanni crediderant istud dixit, ideo continuata sunt hæc.

Dicit autem propter hoc Augu.vbi supra,ꝙ potest dupliciter stare. Vno modo,ꝙ ly,tunc,non dicat stricte punctum temporis, sed large totũ tempus in quo omnia fiebant,& sic poterit stare,ꝙ Lucas continuate dixerit, Matthæus autem ordinem mutauerit.

Aliter potest dici, ꝙ Christus dixerit hoc bis, sicut multa alia bis,aut pluries dicebat,& idem euangelista ponit idem, sicut Luc.9.& Luc.10.ponitur de pera non portanda in via, ex quo apparet, ꝙ illud Christus

K bis dixerit,ita ergo hic esse potuit,& sic apud vtrũque poterit esse ordo continuus. Hoc autem dicit Aug. quia vult, ꝙ Lucas ordinem continuum tenuerit, de hoc tamen non apparet,sed ꝙ Matthæus tenuerit ordinem continuum manifestum est, quia dicitur tunc cępit exprobrare. Ad primum dicẽdum,ꝙ potest dici,ꝙ vtrobique sit ordo continuus, ita ꝙ Christus bis illud dixerit, sicut dictum est, & vtrobique erit ordo continuus. Vel si semel dixit solum erit hic ordo continuus, & Luc.10.erit ordo mutatus. Ad secundum dicendum, ꝙ bene est ad propositum præcedentium, quia Christus loquens de laudibus Ioannis arguit illos, qui credere noluerunt Ioanni, nec sibi, & consequenter transit propter similitudinem materię ad exprobrandum ciuitatibus illis in quibus multa miracula

cula egerat, & sic est ratio continuationis. Ad tertium dicendum, ꝙ licet Christus loqueretur ad istas vrbes, non erat tamen in eis, quando loquebatur, quod patet, quia loquebatur ad tres simul, & tamen non poterat esse, nisi in altera earum, vel in nulla.

Dicendum igitur, ꝙ loquebatur ad illas, quia forte aliqui de illis præsentes erant, quando ista dicebat, vel si non essent, sufficiebat propter alios dici. Ad quartum dicendum, ꝙ Augustinus vult tam hic, quam in Luca esse ordinem continuum, & tamen saltem, ꝙ hic sit continuatum apparet, de Luca autem non apparet tam manifeste, sed est satis verisimile.

Quare Christus exprobrauit istis tribus ciuitatibus solis scilicet Bethsaida Corozaim, & Sodoma.
Quæst. XLV.

QVAERETVR quare Christus exprobrauit istis tribus ciuitatibus solis. Aliqui dñt, ꝙ hoc fuit, quia noluerunt recipere eum ad prædicandum, & hoc colligitur, quia Luc. 10. vbi Christus dicit, ꝙ ciuitatibus non recipientibus Apostolos ad prædicandum durius esset in die iudicij, quam terræ Sodomorum subiunxit, væ tibi Corozaim, &c. q. ex eadem causa istis ciuitatibus exprobraret. Sed non stat, quia in litera dicitur, ꝙ in eis factæ fuerunt multæ virtutes, ergo prædicauerat ibi Christus. Item patet, quia non solum recipiebant illum immo valde libenter audiebant, ita ꝙ in vrbe Capharnaum tota ciuitas conueniebat ad ianuam domus in qua Christus erat. Mar. 1. & Luc. 4. & quando exiuit inde secutæ sunt eum turbæ rogantes ne recederet de Capharnaum. Luc. 4. Alij dñt, ꝙ hoc fuit, quia istis solum Christus prædicauerat. Sed falsum est, quia Christus discurrebat per omnes ciuitates, & castella prædicans præce. c. non ergo prædicauerat in his solis, cōstat. n. ꝙ in aliis miracula fecerat, nam in vrbe Naym mortuum suscitauerat. Luc. 7. & illud fuit añ hoc, q̃a audito illo miraculo misit Ioan. discipulos ad Chr̃m. eo. c. pluribus ergo ciuitatibus prædicauerat. Dicēdū ergo, ꝙ Christus in multis vrbibus prædicauerat, istis tñ tribus solis exprobrauit nunc, & hoc pp duo. Primo, quia istæ non egerant pnīam, forte. n. aliæ quibus prædicauerat pnīam egerant, vñ non fuit cā exprobrādi eis. Secundo fuit pp maiorē ingratitudinē, quia in multis aliis vrbibus prædicauerat, sed ibi pauco tēpore manebat, vel pauca miracula faciebat, hic aūt fecerat multa, & prædicauerat pluries, q̃ in aliis vrbib⁹, & sic erant magis ingrati, ista. n. est cā præcipua, sicut dr̃ hic. s. in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius.

Quare Christus voluit exprobrare istis ciuitatibus maledicendo eis. Quæst. XLVI.

QVAERETVR quare Christus voluit exprobrare ciuitatibus istis maledicendo eis, quia dicit væ tibi Corozaim. Dicendum, ꝙ Christus non maledicit hic. i. mala imprecando, vel optando, aut inferēdo, sed maledicit. i. mala prænūciat, sicut ꝓphetæ faciūt q futura mala gentib⁹, & vrbib⁹ interdū ꝑdicūt, sic. n. fecit de Ierlm Chr̃s, quia videns ciuitatem fleuit super illam, & dixit, non relinquetur in te lapis super lapidē, eo ꝙ non cognoueris tp̃s visitationis tuæ. Luc. 19. Et tunc dicendum, ꝙ hoc prædixit Christus pp multa. Primo ad emendationem istorum, quia audientes hoc poterant conuerti. Sed obiicietur, quia Christus prænunciabat eis certa mala. s. ꝙ remissius esset Tyro, & Sidoni, q̃ eis in die iudicii, si tñ conuerterent̃ non damnarentur. Et sic non staret verbum Christi. Dici pōt vno mō, ꝙ forte verbum Christi erat cōminato-

A rium, & s̃m exigentiam pn̄tis iniustitiæ ipsorum, vñ si conuerterentur non esset eis malum pœnitentiaꝝ, sicut dr̃ Iere. 18. ꝙ Deus repente loquitur ꝯ aliquam gentem, ꝙ destruet eam, & si pnīam agit de peccato suo, Deus quoque agit pnīam de malo, quod locutus est ꝯ eam. Vel pōt intelligi dictum Christi quantum ad eos qui iam mortui erant in p̄dictis vrbibus ante Christi prædicatione, & cōuerti noluerant, & illi iam damnati erant, & durius eis futurum erat, q̃ Tyro, & Sydoni, viuentes tñ poterant conuerti, & pœnitere. & potuissent tunc per pnīam purgare morā tēporis præteriti, nam quocunque modo dicatur verbum Christi, siue comminatorie, siue s̃m certitudinem diuinæ præscientiæ, certum est, ꝙ viuentes conuerti poterāt,
B quia liberi erant. Quod aūt ita futurum esset, ꝙ non conuerterētur non proueniebat ex diuina præscientia, sed quia ipsi libere conuerti nolebant, iō proderat ista Christi exprobratio ad conuersionem illorū. Secundo fuit, & præcipue ad exemplum audientium, & nostrum. s. vt non incideremus in talem ingratitudinem, & negligentiam, ꝙ audito verbo Christi nō cōuertamur, nam accidet nobis, sicut illis vrbibus. s. durius erit nobis in die iudicii, quam terræ Sodomorū, & istud est præcipuum, quoniam exempla infidelitatis, & peccata, & pœnæ præteritorum propter nos scripta sunt, prima Corinthiorum 10. ne nos incidamus, in tale infidelitatis exemplum ad Hebræ. 4. Tertio fuit ex compassione quadam: prædixit. n. mala Christus ci-
C uitatum istarum, compatiens eis, ꝙ grauia mala passuri essent, quia conuerti noluerant, sic dicit Hiero. hæ vrbes Galileæ a saluatore planguntur, ꝙ post tanta signa ac virtutes non egerunt pœnitentiam, sic. n. fuit de Ierusalem, quia Christus ex compassione fleuit super illam, & dixit si cognouisses, & tu, quæ ad pacem tibi, nunc aūt abscondita sunt ab oculis tuis, & ibi mala illius prænunciauit. Lu. 19. Quarto fuit ad ostendendum se illa scire, quæ futura erāt istis vrbibus temporaliter, quia non conuersæ fuerant Christo prædicante, sicut fuit de Ierusalem cui Christus dixit, ꝙ hæc oīa euenirent ei, quia nō cognouit tēpus visitationis suæ. i. quia non conuersa est, qñ Christus volebat congregare filios eius, sicut gallina congregat pullos sub alas, & ipsa
D noluit infra 23. & Luc. 15. prædicabat aūt Christus ista, vt quando euenirent cognoscerent, quia ipse præsciuerat illa. Ioan. 14. hoc dixi vobis antequam fiat, vt cum factum fuerit credatis.

Vnde constat Christum fecisse virtutes multas in Corozaim, quia non legitur, quando in illa prædicauerit. Et in Bethsaida de qua quinque Apostoli fuerunt.
Quæst. XLVII.

QVAERETVR vnde constat, ꝙ Christus fecerit virtutes multas in Corozaim, & Bethsaida, q̃a non legitur, qñ in eis prædicauerit. Dicendum, ꝙ licet
E non legatur, qñ factum fuerit, constat tñ, ꝙ fuerit factum, cum Christus dicat illud fuisse factum, hoc aūt fieri poterat, quia præced. c. dr̃, ꝙ Christus discurrebat per oēs ciuitates, & castella prædicans euangelium, & sanans omnem languorem, tunc ergo prædicaret in Bethsaida, & Corozaim, sic dicit Hiero. vbi aūt scriptū sit, ꝙ in Corozaim, & Bethsaida signa fecerit, supra. n. legimus, & circuibat ciuitates oēs, & vicos curās omnē infirmitatem, inter cæteras, ergo vrbes, & viculos æstimandum est in Corozaim quoque, & Bethsaida dominū signa fecisse, maxime aūt patet hoc de Bethsaida, quia de illa fuerunt quinque Apostoli. s. Petrus & Andreas, Iacobus, & Ioannes, & Philippus, vt dicit Chry. vñ ergo, ꝙ sæpe Christus in ipsa vrbe prædicauerit, cum tot de ea ad speciale cōsortium eius assumpti

fue-

fuerunt. de Corozaim idem est, est enim ciuitas coniuncta Bethsaidę in littore maris Galilęę, in illa aũt regione Christus valde morabatur, & sic sępe prędicaret, & miracula faceret in vtraque vrbe istarum.

Quare loquitur hic de Tyro, & Sydone.
Quæst. XLVIII.

QVAERETVR quare dr̃ hic de Tyro, & Sidone. Aliqui dicunt, ꝙ hoc fuit, quia Tyrus, & Sidon destructę fuerant ꝑp peccata sua, de quibus pnĩam non egerant, si tñ fuisset eis prędicatum, & signa facta, quæ fuerũt facta in his vrbibus, pęnituissent & nõ fuissent destructę. sicut ẽt dr̃ de Sodomis, & tñ illę ciuitates perierant. Dicendum, ꝙ Tyrus, & Sidon, licet aliás fuerant destructæ, & etiá post Christum, tñ qñ Christus ista dicebat Tyrus, & Sidõ integræ vrbes erant, & ipse aliqñ transibat fines earũ, infra 15. & exibant ad eum aliqui habitatores regionis illius, sicut fuit de Chananæa cuius filia vexabatur infra 15. dicit autem hoc Christus de habitatoribus Tyri, & Sidonis qui olim habitauerunt in eis, nam illi non egerunt pnĩam de peccatis & damnati sunt. si tamen prædicatum fuisset eis pęnituissent, & non damnarentur, & iõ dr̃ hic olim in cilicio, & cinere pęnitẽtiam egissent. i. si olim fuissent factę in Tyro, & Sidone virtutes egissent pnĩam, de pręsentibus autẽ nihil doluit, ne significaret eos damnandos, nã illi, qui manebant nunc licet non audierint Christum prædicantem, postea tñ Apostolis, & discipulis prædicantibus Tyrij conuersi sunt, vt patet Actu. 21. vbi erant Christiani multi apud quos Paulus mansit, isti ergo pęnituerunt, & sic isti faciliter audito verbo discipulorum pęnituerunt, a fortiori prædecessores eorũ pęnituissent, si Christus prædicasset eis, iõ culpa eorũ alleuiatũ, sic dicit Hieronymus Corozaim, & Bethsaida dãnantũ ꝙ præsenti dño credere noluerunt, Tyrus, & Sidon iustificantur, quia Apostolis illius crediderunt.

Quare dicitur, quod egissent pœnitentiam in cilicio, ac cinere. Et quis modus pœnitendi fuit apud antiquos.
Quæst. XLIX.

QVAERETVR quare dicitur, ꝙ egissent pęnitẽtiam in cilicio, & cinere. Dicendum, ꝙ hoc dr̃, quia modus antiquorum erat sic pnĩam agere. accipitur enim pęnitentia pro satisfactione, quæ pręsupponit dolorem de peccatis, quia non vult quisquã se affligere pro peccatis, si adhuc gaudet in illis: debet satisfactio fieri per opera dura, & pęnalia, vt homo puniat in se illicita, quæ dolet commisisse, & quia in peccato fuerunt duo. s. superbia mentis qua peccans noluit manere subditus legi Dei, sed facere, qđ sibi placuit, & delectatio peccati, inquantum adhęsit bonis sensibilibus, quæ delectant ſm sensum, ideo in pęnitẽtia debent esse duo opposita. s. humiliatio spiritus, & afflictio carnis. Pro primo datur pęnitere in cinere, & hoc est, quia cinis est res vilis. s. puluis quidã de rebus iam consumptis, & perditis. Pro secundo datur cilicium, quia est vestis de pilis duris qui carnem affligunt pungendo eam, & recõpensatur illa delectatio, q illicite assumpsit, iste ergo fuit modus pœnitendi apud oẽs antiquos, sic pęnituerunt Niniuitæ, Ion. 3. s. surrexit rex de solio suo, & abiecit vestimentũ suum a se, & indutus est sacco, & sedit in cinere, sic ẽt Iudęi qñ ieiunabant, dormiebant super cinerem, sic dr̃ Isa. 58. nunquid tale est ieiunium, quod elegi per diem affligere hoĩem aĩam suam, & cõtorquere quasi circulum caput suum, & saccũ, & cinerẽ sternere? sic ẽt dr̃ de Tyro, & Sidone Luc. & Lu. 10 ꝙ olim in cilicio, &

E cinere sedentes pęniterent, tetigit ergo Christus modum istum penitendi, quia apud antiquos erat generaliter ista consuetudo, & si Tyrii, & Sidonii pęnituissent, tenuissent hunc modum. s. in cilicio, & cinere, vnde & Ioannes, qui pęnitentiam annunciabat, & in se illam ostendebat cilicio vtebatur. i. veste facta de pilis camelorum supra 3.

Quare Christus specialiter locutus fuerit de Capharnaum per se. Et quæ miracula Christus in Capharnaum egit.
Quæst. L.

G QVAERETVR quare specialiter locutus fuit hic de Capharnaum per se, quia poterat dicere vę tibi Corozaim, vę tibi Bethsaida, & Capharnaum, sicut enim posuit duas simul, ita tres ponere potuisset. Aliqui dicunt, ꝙ hoc fuit, quia Capharnaum erat ciuitas pręcipua, ideo per se nominata est, sic dicit Remigius Capharnaũ metropolis erat Galilææ, & insignis ciuitas illius prouincię, & ideo dñs specialiter mẽtionem illius facit. Secundo potest dici, & melius, ꝑpter maioritatem peccati, peccauit enim magis Capharnaum, q̃ Corozaim, & Bethsaida, & ideo per se de illa dictum est. pctm̃ aũt Corozaim, & Bethsaida fuit simile, & æquale, ideo de illis simul dictum est. Et patet hoc, quia eisdẽ verbis vsus est Chrs ꝯ Corozaim, & Bethsaida nullo mutato, & tñ ꝯ Capharnaum aliis
H verbis vsus est, si tñ ꝑp solam excellẽtiam vrbis, Christus per se loqueretur de Capharnaum, posuisset eam prius, eisdem tñ verbis vteretur contra illam, & ꝯ alias duas, quod non fecit. Tertio fuit ꝑp inęqualitatem pęnę, quia maior pœna inferenda erat viris Capharnaum, q̃ viris Corozaim, & Bethsaida, Quod patet, quia loquens Christus de Corozaim, & Bethsaida comparauit eos Tyro, & Sidoni dicens, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicii, quam vobis: peccata tñ virorum Capharnaum comparantur Sodomitis. s. terræ Sodomorum remissius erit, & tñ peccata Sodomorum maiora erant, q̃ Tyri, & Sidonis, quia in detestationem allegãtur, qñcunque allegantur, & ẽt pręcedent. c. qñ Christus voluit ostendere magnitudinẽ
I peccati ciuitatum, quę non reciperent Apostolos dixit terræ Sodomorum remissius erit in die iudicii, & non dixit de Tyro, & Sidone in quo innuitur, ꝙ minora peccata erant, & minor pęna Tyri, & Sidonis, ideo de vrbe Capharnaũ oportuit per se dici. Quarto fuit, quia contra Corozaim, & Bethsaidam significatũ solũ futura pęna ęterna. s. remissius erit in die iudicii, cõtra Capharnaum aũt duplex pęna futura erat. s. temporalis, & ęterna, temporalis quidem, quia ab honore suo caderet, & hoc fuit, quia destructa est, quod innuitur cum dr̃ vsque ad infernum descendes. i. vsque ad nihil deuenies, ęterna aũt cũ dr̃, remissius erit terrę Sodomorum, debuit ergo per se dici de Capharnaum. Siquis aũt concedat, ꝙ cum dr̃, vsque ad infernũ descendes, signatur pęna ęterna, ꝑt quidem cõcedi, sed
K melius dr̃, ꝙ signetur pęna temporalis, quia aliàs dici deberet in infernum descendes, & non vsque ad infernum. Causa aũt maioris pęnę in Capharnaum, q̃ Corozaim, & Bethsaidæ fuit maior ingratitudo, quia plures in ea Christus prædicauit, ẽt plura miracula ibi fecit, ibi. n. sanauit leprosum, supra 8. sanauit seruũ Centurionis languentem. eo. c. & Luc. 7. sanauit ẽt habentem spiritum immundum in synagoga Marc. primo, & Luc. 4. & socrum Simonis febricitantem, sup. 4. & Mar. 1. & Luc. 4. & paralyticum supra 9. & Marc. 2. & mulierem fluentem sanguine, & suscitauit filiam archisynagogi, supra 9. ibi ẽt sanauit semel omnes languẽtes variis languoribus, quotquot erant in vrbe supra 8. & Mar. 1. & Luc. 4. in illa aũt ciuitate tot miracula

cula a Christo facta leguntur, & Ita ab omnibus habebatur in admirationem de factis Christi in Capharnaum, sicut dixerunt Nazareni. Luc. 4. quanta audiuimus a te facta in Capharnaum fac nunc in patria tua. Etiam Christus cępit prędicare in hac vrbe ante cæteras, quod erat ad magnum honorem vrbis supra 4. & ideo magna fuit pęna virorum Capharnaum, qui post oīa hæc pniam agere noluerunt, & hoc prędicitur Isa. 9. primo tpe alleuiata est terra Zabulon, & Nephthalim. i. ciuitas Capharnaum, quæ est in finibus Zabulon, & Nephthalim, vt dicitur supra 4. alleuiata est. s. ab onere peccatorum primo tempore. i. a principio prædicationis Christi, quia ibi cępit prędicare. eo. c. & nouissime aggrauata est. i. in fine aggrauata fuerunt peccata sua plusquam prius fuerant, s. quia per ingratitudinem pęnitentiam agere noluit.

A

B

Quare dicitur, quod remissius erit Tyro, & Sidoni in die iudicij quam Corozaim, & Bethsaidæ. Et in quo fuerunt maiora peccata horum, quam illorum.
Quæst. L I.

QVAERITVR quare dr, q remissius erit Tyro, & Sidoni in die iudicij, quā Corozaim, & Bethsaidæ. Dicendum, q istarum ciuitatum peccata erant maiora, quia nemo magis punitur in Inferno, nisi qui magis peccauerit, cum ibi non fit acceptio personarum. N õ tñ significatur, q peccata Bethsaidę, & Corozaim erant plura, vel maiora ex genere suo, qa tunc frustra esset comparare peccata ista inter se, quia istud nihil notandum esset, sed erant peccata istorum maiora ex contemptu, & ex ingratitudine, quia oblata fuit sibi salus, & repulerunt eam, peccata enim Tyri, & Sidonis erant magna ex genere suo, quia ibi erat idololatria, quæ est grauissimum peccatum, viri autē Corozaim, & Bethsaidæ idololatræ non erant, peccata tamen eorum maiora reputantur, quia Tyrij, & Sidonij non habebant a Deo, nisi legem naturalem, illam ergo solam contemnere poterant: Corozaim autem & Bethsaida, tā naturalem, q scriptā habebant. s. Moysi, & q his maius erat prędicationem Christi, & miracula contempserunt, & sic aggrauantur peccata eorum, sic dicit Hiero. hoc non est, quia Tyrus, & Sidon naturalem tantum legem calcauerant, istę vero ciuitates post transgressionem naturalis legis, & scripturæ, & signa, quæ apud eos facta sunt paruidixerant. Item, aūt est de Capharnaum ad viros Sodomorum, quia Sodomitæ sola naturalia iura violauerunt, viri aūt Capharnaum oē ius, & omne bonum contempserunt, ergo circunstantia cōtemptus aggrauat peccata eorum. Aliter pt dici, q istud pētm. quod erat non recepisse Christum, nec voluisse credere in eum cum vidissent signa eius ēt per seipsum erat maius q̄ peccata Sodomorum, & Tyri, & Sidonis, quia nulla grauior esse potest ingratitudo, quam sanari contemnentis, Tyrus aūt, & Sodomitis salus oblata non est, qa Christus testatur hic, q si fuisset eis prędicatum pęnitentiam egissent, q facere noluerunt istę tres vrbes, ideo istud pētm in se erat maximum. Item quia omnia peccata Tyri, & Sidonis, & Sodomorum erant cum aliquali ignorantia veri boni, nunquam. n. infęlices illi verum bonum cognouerunt, nam nec illis prædicatum est, istis aūt vrbibus manifeste salus se obtulit, & agnouerunt cā, sed eā spreuerunt, sicut dr Io. 1 2. Lux venit in mundū, & dilexerunt hoīes magis tenebras, q̄ lucē: erant. n. opera eorum mala, repugnare tñ veritati agnitę, quæ pertinet ad salutem est peccatum in Spiritum sanctum, quod est grauissimum, tale aūt videtur commisisse istę tres vrbes, ideo grauantur grauius, quam Tyrus, & Sidonij, & Sodomitæ.

C

D

Quare Christus dixit de Sodomis forte mansissent, vsque in diem hunc, quia ly forte importat dubium.
Quæst. L I I.

QVAERITVR quare Christus dixit de Sodomis forte mansissent, vsque in diē hāc, quia ly forte importat dubium. Dici potest vno mō, q licet, forte ex proprietate sua importet dubium tñ ex consuetudine loquendi poni tur forte vbi nullum dubium est, sic dr supra. 7. nolite mittere margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas, & tñ non est dubium quin eas conculcent, sic ēt sup. 5. dr̄ ne forte tradat te aduersarius iudici, & tamē certum est, q traderet eum iudici. i. accusaret apud Iudicem, nisi prius concordaret se cum eo. Aliter pōt dici, q forte importat hic dubium non quantum ad cognitionem Christi, sed quantum ad volubilitatem creaturę, sciebat. n. Christus determinate quid acturi essent Sodomitæ si prædicaretur eis. s. an conuerterentur, vel non, & conuersi manerent vsque ad diē illā, quia tñ conuerti, vel non conuerti pēdebat ex libertate arbitrij Sodomitarum, quæ non habebat in se aliquid determinatum, sed habet se libertas ad vtrumlibet, dixit, forte, vt non putetur Dei cognitio rebus imponere necessitatem, sic dicit Remig. ideo dominus, qui omnia nouit in hoc loco verbum dubitantium posuit. s. forte, vt ostenderet, q liberū arbitrium concessum est hominibus, & ad hoc, q sciret q Deꝰ determinate scit futura, & non sub dubio, & tñ p istā notitiam non imponit eis aliquam necessitatem sic, vel sic eueniendi, posuit duo exempla vnum sine verbo dubitatiuo, & aliud sine illo, nam dixit de Tyro, & Sidone, q si factæ fuissent virtutes in eis olim pęnitentiam egissent, non apponendo forte, vt videatur, q ipse certe sciebat illos pęnitentiam acturos si prędicaretur eis, de Sodomitis aūt dixit, forte mansissent, vsque in diem hanc, potuisset tñ ad vtrunque ponere forte, quia contingens. s. cōuersionem Tyri, & Sidonis sciret, eodem mō conuersionem, vel non conuersionē. Sodomitarum, potuisset ēt ponere forte in vtroque, quia æqualis libertas erat Tyriis, & Sodomitis ad cōuerti, vel non conuerti, sed non posuit vtrū que sine forte, ne viderentur futura necessario venire propter diuinam notitiā, nec in vtroque posuit forte, ne putet futura contingentia propter sui contingentiam, vel libertatem Deo esse incerta, sed alterum sine forte, & alterum cum forte posuit.

Quare Christus non fecit, quod prædicaretur Tyrijs, Sidonijs, Sodomitis. In quo duplex dubium resoluitur. Et quomodo nulli deficit principium ad se saluandum sufficiens.
Quæst. L I I I.

E

QVAERITVR cum sciret Deus cōuertendos Tyrios, & Sidonios, & Sodomitas si pdicaretur eis, & miracula fierent, quare non fecit, q prædicaretur, nam ex hoc videtur, q iniuste damnantur. Ad hoc dicit Remig. q fortassis erāt plurimi in Corozaim, & Bethsaida qui credituri erant, & erant multi in Tyro, & Sidone, qui non erant credituri, & ideo non erant digni euangelio, dñs ergo habitatoribus Corozaim, & Bethsaidę prædicauit, vt illi q crediturí erant crederent, & habitatoribus Tyri, & Sidonis prędicare noluit, ne forte illi qui non erant crediturí contemptu euangelij deteriores facti atrocius punirentur. Sed hoc non stat, quia tunc etiam in Corozaim, & in Bethsaida prædicare non debuisset, quia plurimi ibi pęnitentiā agere nolentes deteriores effecti sunt, sicut Christus eos hic increpat, ergo non fuit ista causa. Alij dicunt, vt refert Augustin. Deum prę-

scīuisse

scinisse Tyrios. & Sidonios a fide fuisse postea recessuros, cum factis apud se miraculis credidissent, & ex misericordia potius non illis ista fecisse, qui grauiori pęna obnoxii fierent, si fidem, quam tenuerunt reliquissent, q̃ si eam nullo tpe tenuissent. Sed hoc non stat, quia postea Tyrii conuersi sunt, vt colligitur Act. 21. & non apparet, ꝙ fidem reliquerint. Item, quia dato, ꝓ relicturi essent eam, adhuc non esset cessandum a prædicatione, nam Corozaim. Bethsaida, & Capharnaum fidem susceperunt Christo prędicāte. q̃ postea reliquerunt cum pęnitentiā agere noluerūt, & Chrs ista præsciebat. & tñ prædicauit eis, ideo non cessauit ex hac cā prædicatores mittere ad istas vrbes. Aliter dicit Hiero. ꝙ responsio aperta est. s. nos ignorare Dei iudicia, & singulatum dispensationum eius. i. operationū sacrā. i. secreta nescire & explicat magis dicens ꝙ propositum fuerat Dei Iudęę fines non excedere, ne iustam sacerdotibus, & Pharisæis occasionem persecutionis daret. Sed dicendum. ꝙ istud non tenet, qa Sodomitæ ad hoc, ꝙ non perirent, non erat prædicandum tempore Christi, quando iam non erant, sed prædicandum fuerat tempore Abrahę qñ supererant, & in peccatis suis consumpti sunt, & sic Christus non erat prędicaturus eis, sed missurus prædicatores, quia nondum ipse carnem assumpserat, & non esset scandalū aliquod, quia istud esset si ipse relictis Iudęis iret ad prædicandum gentilibus, sed potuerat aliquem illuc misisse, sicut Ionā misit in Niniuem, & eo prędicante, conuersi sunt Ion. 3. Aliter dicit August. ꝙ ēt si isti credituri essent si eis prædicarentur non excusabuntur ꝑ hoc a pęna, & ait porro, sed secundum facta. q̃ facturi essent si viuerent mortui iudicantur profecto, quia fideles futuri erant isti si eis cum tantis miraculis fuisset euangelium prędicatum, non sunt vtique puniendi, & tamen in die iudicij puniētur. Dicendū ergo, ꝙ hic est duplex dubium. Vnum est an isti iniuste condemnentur. Quia credituri erant, si eis miracula fierent. Aliud est quare noluit eis prædicare cum sciret eos conuertendos. Ad primum dicendum, ꝙ non est iudicandum de hoīe ad hoc, ꝙ saluetur, vel condēnetur quid facturus esset si viueret, sed quid fecit dū vixit, si enim attēdatur quid hō facturus esset, nemo condemnaretur, quia si Deus vellet efficaciter cor hominis, siue per exteriora, vt per miracula, & prædicationem, siue interius tangendo cor, nemo posset perire, quia cor hoīs est in manu Dei, & quocunque voluerit vertet illud Prou. 21. nam sicut nunc corda beatorum confirmat in bono, ita & posset corda nostra ad se immobiliter vertere, sed nō facit Deus erga nos quidquid potest, sed quicquid iustum, & sufficiēs est, non. n. petit a nobis fidem, nisi de eis, q̃ scire possum⁹, siue quia prędicata sunt, siue quia ex rebus creatis naturali ingenio illa cognoscimus ad Rom. 1. opera aūt non petit, nisi vel ea, q̃ sub præcepto posita sunt, vel quæ naturalis rō agēda decernit, nulli ergo deficit deficiens principium ad salutem, si aūt Deus a nobis maiora peteret iusta querela esset, ꝙ iniuste dānaremur, sed ista sola exigit, habebant aūt hæc Tyrij, & Sidonij, & Sodomitæ, ideo ꝙ peccauerunt iusta fuit eis damnatio, licet si miracula fuissent inter eos facta conuersi fuissent, quia aliqui mouentur a magnis auxiliis qui a minoribus non mouentur, si aūt alicui ista magna auxilia dentur gratia est, si non dentur nihil iniustum est, qui aūt contempserunt ista minora auxilia iuste damnantur, quibus tñ nō impenduntur iniustum nihil fit, & ita Tyrij, & Sodomitæ conqueri nō possunt, quia non fuerunt eis miracula facta, cum sine illis haberent principium sufficiens ad salutem, istę tñ tres ciuitates, quibus ista auxilia impensa sunt, & ea contēpserunt, grauius damnantur, vt dicit hic Christus.

F Ad secundum dicendum, ꝙ quantum ad ea, quæ sunt pure beneficia non est petenda aliqua causa, nā in nobis ea, quæ fiunt exigenti iustitia habent causam determinatam, quare fiant, quæ aūt sunt beneficia solam voluntatem habent pro causa, nam si esset aliqua causa, quare fieri deberent, iam non essent pure ex liberalitate, sed ex aliqua necessitate, ita ergo q̄tum ad Deum, nam ea, quæ sunt simpliciter ex necessitate salutis nostrę habent causam manifestā, quare fiant. s. quia si nobis Deus illa subtraheret, vel non concederet, iniuste nos condemnaret. Quę aūt sunt supererogationis sine quibus salus esse potest, ex sola Dei liberalitate conceduntur, nec habent aliquam causam ex parte nostra. s. quia nos non meremur illa, nec ex parte Dei habent causam, nisi voluntatem, & sic dixit
G Christus infra in litera, ita pater qm̄ sic fuit placitum ante te. ꝙ igitur Deus quibusdam hoībus, vel gētibus præstet quædam bona, q̃ aliis vltra ea, quæ sunt necessaria ad salutem, sola voluntas est causa, sicut pōt figulus ex eadem massa facere aliud vas in honorem, & aliud in contumeliam, ad Ro. 9. nec potest dicere vas factum in contumeliam ipsi figulo, quare fecisti me, sic, ita nemo pōt conqueri, ꝙ Deus plura, q̃ alteri dederit, cum tñ sibi sufficientia dederit ad salutē, & ob hoc ēt causa non est petenda in istis, cum nulla sit, sic dicit Aug. super Ioannem, quare istum trahat, & illū non trahat noli velle diiudicare si non vis errare.

In illo tēpore respondens Iesus dixit. Con
H fiteor tibi pater domine cœli, & terræ, quia
abscondisti hæc a sapientibus, & prudenti-
bus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, qm̄ sic Luc. 10
fuit placitum ante te. Oīa mihi tradita sunt
a patre meo. Et nemo nouit filiū, nisi pater, Luc. 10 Io. 8
neq; patrem quis nouit, nisi filius, & cui vo-
luerit filius reuelare. Venite ad me oēs qui
laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos.
Tollite iugum meum super vos, & discite a a q. 6. ca.
me, quia mitis sum, & humilis corde, & in- qui sec. teres
I uenietis requiem animabus vestris. Iugum
enim meum suaue est, & onus meum leue.

In illo tempore. Hic ponitur deuotorum commendatio. Et primo circa istam deuotionem, ponit principium motiuum. Et secundo medium perductiuū, ibi. *Omnia mihi tradita.*

An istud sit continuatum ad præcedentia. Quæst. LIIII.

QVAERETVR circa primum an sit istud continuatum ad præcedentia. Aliqui dicunt, ꝙ non, quia istud ponitur Luc. 10. qñ discipuli redierunt ad
K Christum, postquam prædicauerant. Alij dicunt, ꝙ sit hic ordo continuus, quia litera hoc ostendit, quia dr̄ in illo tpe, scilicet tunc qñ dicta sunt præcedentia, dicta sunt ēt hęc. Sed obijcietur, quia ēt Luc. 10. ponit istud, & dicitur in illa hora, quæ est connotatio tēporis magis determinata, ergo potius erit ibi ordo continuus, q̃ hic. Dici potest vno modo, ꝙ vtrobique sit ordo continuus, & sit idem tempus illud, & illud, quia ibi dr̄, ꝙ Christus dixit illud qñ redierunt discipuli de prędicatione, & ita poterat esse hic; ꝙ discipuli redierunt quando loquebatur præcedentia ꝯ illas tres ciuitates, & tunc præsentibus eis cępit istud dicere. Aliter potest dici, & melius, ꝙ istud fuit bis dictum, qđ non

est

est inconueniēs idem fuisse pluries dictum a Christo, sicut patet de pera non portanda in via, quod Chr̄s dixit Apostolis. Luc. 9. & postea dixit illud discipulis Luc. 10. sic dicit Aug. lib. de concor. euan. & istud est verisile, quia istud verbum est tale, q̄ sępius dici rōnale erat. s. continet laudem diuinam pp̄ bona admiranda, quæ facit, & quia talia sępe faciebat Deus poterat Christus sępe hoc dicere. ibi enim dixit pp̄ profectū spūalem quem operabatur Deus per discipulos Christi, hic aūt pp̄ illuminationem pauperum excęcatis sapientibus. Itē patet ex adiūcto, quia hic subditur venite ad me qui onerati estis, & cętera. vsque ad finem seq. c. ibi aūt illa non dn̄r, ideo videtur hoc pluries dictum esse, & ita vtrobique erit ordo continuus.

Quare ista ponuntur hic, videlicet id quod sequitur in c. isto. Quæst. LV.

QVAERETVR quare ista ponuntur hic. Dicendum, q̄ in his rn̄det Christus tacite, nā qa supra dixerat qm̄o quędam ciuitates perierant, & potuerant saluari si fuisset eis prędicatum, alii aūt miracula viderunt, & contempserunt, & perierunt, diceret aliquis, quare ista fiunt, Chr̄s per hoc respondet gratias Deo agens, qui abscondit hæc sapientibus, & reuelauit paruulis, dans eis aliq̄ notitiā de hoc saltē qm̄o ista sunt. Aliter pōt introduci. s. aliquis videns, q̄ sapiētes inter Iudæos non conuertebantur ad Christum, & aliqui simplices, & rudes conuertēbantur, diceret quare siebat hoc, Christus aūt rn̄det, q̄ hoc est, quia Deus reuelauit ista paruulis, & abscondit illa sapientibus. s. ipsum esse Messiam, & dr̄. *In illo tempore.* s. qn̄ Chr̄s locutus fuit ꝯ tres vrbes, de quibus supra, nā illico subiūxit hoc. *Respondens Iesus.* Idest dicens. Aliquis dicet. n. cui Christus rn̄debit hic, cum nemo videatur quærens. Dicendum, q̄ pōt dupl̄r accipi. Vno modo, q̄ sit responsio nō quidem ad aliquā qōnem expressam, sed ad tacitam, vt dictum est pręce. q. Alio mō p̄t dici, q̄ accipiatur rn̄dere. i. dicere, nā sępe dr̄ in scriptura respondens ille, qui incipit loqui, a quo nihil quęsitum fuerat, sic patet Mat. 11. qn̄ Christus ibat ad ficulneā, nam dr̄, & rn̄dens dixit ei, iam nō amplius quisquam ex te fructum manducet, & tn̄ nemo locutus fuerat ibi Christo, maxime quia ipse dr̄ ibi rn̄ disse ficulneę, quæ tn̄ nihil quęrebat. *Confiteor tibi.* i. gratias ago, quia confiteri laudare est. *Pater domine cæli, & terræ.* Patrem retulit Christus ad se. Dn̄m aūt non ad se, sed ad cęlū & terrā, est. n. Deus pr̄ Christi, sed non dominus eius, quia ęqualis est ei, & eiusdē substantiæ, dn̄s aūt ad solā creaturam dr̄. s. ad cęlum & terram, vnde non diceretur ibi dn̄e, nisi diceretur cęli & terrę, sed solum diceret pater. Arrius, tn̄ qm̄ dixit filiū, & Spiritum Sanctum esse creaturas diceret, q̄ Christus vocaret Deum patrē, & dn̄m, ēt si non addatur cęli & terræ. *Quia abscondisti hæc.* s. q̄ Iesus erat Messias, & q̄ in fide eius erat salus. *A sapientibus, & prudentibus.* Sapientes dn̄r hn̄tes notitiam rerum speculatiue, prudentes sunt qui circa agibilia recte iudicant, quia prudentia est habitus cū recta ratione actiuus eorum, quæ ad totam vitam pertinent. 6. Ethicorum, cap. 6. & vtriq; Christum ignorauerunt. *Et reuelasti ea paruulis.* Idest insipientibus, & pauperibus, & indoctis hominibus. *Ita pater.* Et ita fuit, scilicet quòd absconderetur hoc sapientibus, & reuelaretur paruulis. *Quoniam sic fuit placitum ante te.* Idest non fuit ad hoc alia causa, nisi quia tibi placuit, nam paruuli non meruerunt, quòd tu ista eis reuelares, si tamen accipiatur paruulus idest humilis, licet paruulum esse non fuerit ad reuelationem istam causa sufficienter meritoria.

Deus, & Christus sunt eiusdem substantiæ.

Sapientes quid sint.

Prudentia quid.

A

Quomodo Christus dicebat confiteor, cum non haberet peccatum. Et quod oportet confiteri nos esse peccatores coram Deo. Quæst. LVI.

QVAERETVR qm̄o Christus confitetur hic, quia confiteri ad peccatorem pertinet, Christus autē peccatum nullum fecit 1. Petr. 2. Dicendum, q̄ confiteri proprie accipitur. i. aperte fateri, vel asserere, cū quis. n. aliquid indubitate fatetur dr̄ illud confiteri. i. simul fateri, quia totum fatetur nihil negās, vel ex toto animo fatetur manifestare volens. scriptura autē transumpsit istud verbum ad significandum laudē, vt illud: confitemini dn̄o qm̄ bonus, & illud, confitebor tibi qm̄ exaudisti me, & ita fere est ꝯsuetudo scriptu- B ræ accipere, p̄ laudare, quia qui laudat desiderat aperire magnitudinem alicuius, cum laus sit sermo explicans magnitudinē, post hęc ēt trāsumptum est istud verbum ad significandum expressionem vocalē peccatorū, vt Psa. 31. dixi confitebor aduersum me iniustitiam meā, & dr̄ illud confiteri. i. simul fateri, quia q̄ peccata exprimit plene exprimere debet, nihil subticendo, sed oīno manifestando, ēt dependet ista confessio ex laude, quia qn̄ quis confitetur peccatum suū laudat Deum se illi subiiciens, & minorem esse cōcedens, sic dicit Pharao. Exod. 9. Deus est iustus, ego & populus meus peccatores, & ita dr̄ Deo gloriam dare qui iniquitatē suam confitetur, sic patet Iosue. 7. cum Iosue vellet, q̄ Achan diceret pctm̄ suū ait illi, fili mi C da gloriam Deo Israel confitere, & indica mihi quid feceris. qui aūt se peccatorē non confitetur Deū vituperat, quia eum mendacem facit. 1. Io. 1. si dixerimus, q̄ pctm̄ non hēmus mendacem facimus eū, & verbū eius non est in nobis, & sic ex eadē radice prouenit, q̄ accipiatur confiteri pro laudare, & p̄ expressione peccatorum, hic aūt Christus confitetur, i. gratias agit, sicut confitemur domino qm̄ bonus est.

Quare Christus hic gratias egit Deo, quia hæc a sapientibus abscondit, & reuelauit ea paruulis. Et qui sint sapientes, & prudentes. Et quod humiles reuelationem a Deo accipiunt. Et qm̄o naturaliter Deus absconditus est, vt a nullo intelligi possit, nisi seipsum ostendat. Quæst. LVII.

D. QVAERETVR quare Christus hic gratias egit Deo, quia abscondit hęc a sapientibus, & paruulis reuelauit. Dicendum, q̄ sapientes pn̄t hic vocari speculatiui, & prudentes circa moralia, vt dictū est, & tunc vocantur paruuli rudes, & indocti, sic dicit Chry. q̄ non dixit reuelasti ea stultis, sed paruulis. i. informibus, aut rusticis. Vel vocatur sapiēs qui sibi ipsi sapiens videtur, & paruulus est, qui sibi non vr̄ sapiēs, licet sit sapiens, sic dicit Hilarius cęlestium verborum archana sapientibus absconduntur, & paruulis reuelantur, paruulis malitia nō sensu. sapiētibus vero stultitię suę præsumptione nō prudentię causis. Vel vocant sapientes ipsi Scribę, & Pharisęi, qui legē inter- E pretabantur, prudentes aūt dicuntur, quia scribis fuerunt docti. Nā sapiens est qui docet, prudens aūt, qui docetur, paruuli aūt vocantur discipuli Christi, q̄ nō erant Scribę, aut Pharisęi, nec discipuli eorum, sed erant simplices piscatores, quos Christus elegit de turba, vt ait Theophilus. Et tunc dicendum, q̄ Deus reuelauit istis secreta sua de aduentu Messię, & de via salutis, aliis aūt nō reuelauit, & Christus gratias egit nō quidem, q̄ ista abscondita fuerūt aliciu hoī, sed q̄ fuerunt aliquibus reuelata, nā Deo de beneficiis gratias agimus. Quod aūt seipsum quibusdam occultet bn̄ficium nullū est, ideo ēt si illi mali sint nō agimus gratias, quia Deus illis se occultauit, sic dicit Chry. reuelatum autem esse paruulis lætitia dignū est, occultari

autem

aũt Scribis, & Pharisęis nõ est lętitia dignum, sed lachrymis, non ergo propter hoc gratias agit, sed qm̃ q̃ sapientes non cognouerunt paruuli cognouerũt, fuit aũt cã, q̃ sapiẽtes nõ cognouerũt ex ipsa superbia. s. q̃ putabant se sapientes esse, sic dicit Theophilus abscõdita fuit mysteria ab his, qui putant se esse sapientes, & nõ sunt, nam si sapientes essent, eis reuelata fuissẽt, paruuli aũt qui se putant ex humilitate sapientes non esse licet sint, reuelationem accipiunt, & ipsa humilitas est eis cã dispositiua, vt reuelet sibi mysteria, sicut superbis ipsa superbia est cã demeritoria, vt nõ reuelent, accipitur aũt hic abscondere. i. nõ reuelare, quia Deus nõ se abscondit ab aliquo, tanq̃ impedimẽtum ponens ne eum intelligat, sed quia nõ vult ei hoc beneficium præstare, vt seipsum, vel res suas illi reuelet, quia Deus naturaliter excedit intellectũ nostrum, ita vt intelligere eum ne possimus ẽt si non se occultet, sed potius ad hoc, q̃ intelligamus aliquid eius necesse est, q̃ seipsum nobis reuelet, & sic sapientibus, & prudentibus nihil Deus iniuste egit, quia nõ se abscõdit ab eis, quasi prius eum cognoscerent, & nunc se illis subtraheret, sed notitiam de seipso quoque illi nõ habebant, & dare illam eis poterat, sicut dedit aliis non dedit eis, ipse tñ Deus naturaliter abscõditus manet, ita vt a nullo intelligi possit, nisi q̃ ipse se ostẽderit Psa. 17. posuit tenebras latibulum suum, & istę tenebræ sunt lux immensa. 1. Tim. 6. Deus habitat lucem inaccessibilem, quem nullus hoĩum vidit, nec videre põt, vocantur aũt tenebræ ex parte nostri, inquantũ intellectus noster est naturaliter multum deficiens ad capiendum diuinam essentiam, vocatur lux inaccessibilis ex parte Dei, inquantum ipse naturaliter excellit omnem intellectum in infinitum, sicut luces fortes excedunt proportionem potentiæ visiuæ, ita vt videri non possint.

Quare Christus dixit ista, quæ in litera dicuntur discipulis, & ad quid proderant. *Quæst.* *LVIII.*

QVAERETVR quare Christus dixit ista discipulis, & ad quid proderant. Dicendum, q̃ primo, proderant ex parte Dei, quia ista erat quædam gratiarum actio Deo exhibita, per q̃ quasi blandiendo Christus loquebatur patri, vt compleret bonum, quod in discipulis inchoauerat, inquantum dicit ita pater qm̃ sic fuit placitum ante te, & iste modus blãdiendi est valde suasorius, & Deus vult, q̃ ẽt tali modo vtamur erga eum, sic dicit Hiero. in his verbis blandientis affectu Christus loquitur ad patrem, vt cęptum in Apostolis compleatur beneficium. Secundo fuit, vt erudiret per hoc Aplos non praue iudicare de operibus Dei, licet eorum causas nesciant, quia sufficere nobis dẽt ad hoc, q̃ aliquid iustum sit, q̃ sciamus, q̃ Deus voluerit illud facere, quia nõ potest ei placere, nisi qđ bonũ est, nec p̃t respicere ad iniq̃tatẽ bono vultu, sed quasi detestans. Abac. 1. mundi sunt oculi tui, ad iniquitatem respicere non potens. s. acceptando eam quasi placeat in oculis tuis, & sic Christus laudat patrẽ, quia sic placitum fuit coram eo, quasi bonũ sit, quia ei placuit, sic dicit Greg. his verbis exempla humilitatis accipimus ne temere discutere superna cõsilia de aliorum vocatione, aliorum vero repulsione præsumamus, ostendens, q̃ iniustum esse nõ potest, quod placuit iusto. Tertio fuit, vt Apostoli efficerentur humiliores ne pp miracula, quæ faciebant putarent se dignos aliquo bono, sed q̃ Dei beneficio susceperant, & q̃ Pharisęi pp superbiam fuerant abiecti, sic dicit Chrys. hęc aũt q̃ dñs discipulis dixit studiosiores eos fecerunt, quia. n. consequens erat eos de se magna sapere, qui dæmones abigebant, idõ eos hinc reprimit,

F quia reuelatio erat, quod eis factũ est, & nõ illorũ studium, ideoque scribę ęstimantes se prudentes, & sapientes exciderunt pp proprium timorem, vñ si pp hoc abscõdita sunt ab eis Dei mysteria timere decet nos, & manere paruulos, hoc. n. fecit nos reuelatione potiri. *Omnia mihi tradita.* Hic ponitur mediũ perductiuum, nam ostensum fuerat, q̃ oĩa proueniunt a voluntate Dei. s. q̃ iste vocetur, & ille non. s. quia ita placitũ est coram eo, ostendit aũt Christus hic, q̃ ipse est medium huius vocationis. s. quia licet a patre, tanq̃ ab origine omnia dependeãt, tñ per ipsum Christum fiunt omnia, eo q̃ ipsi data est potestas, & ita dicit. *Omnia mihi tradita sunt a patre meo.* i. ego possum vocare quoscũque voluero, sicut pater potest, quia habeo potestatẽ oĩum, sicut ipse, sed solum differt in hoc, quia ipse hẽt

Christus ostendit se esse vocationis medium ad patrem.

G eam a se. i. eam a nullo accipit, ego aũt habeo eam ab ipso, & hoc est, quia omnia tradita sunt mihi a patre. s. oĩa quæ ipse habet, & ponitur hoc ad tollendum dubium, quia diceret aliquis si ista sic fiunt, quia sic placitum est ante patrem, quõ tu vocas istos, vel illos, quia nemo potest hoc, nisi pater? Christus aũt dicit, quia ipse potest vocare quos voluerit, & non vocat alios pater, nisi quos ipse vult, quia omnia. i. potestas oĩum tradita sunt sibi a patre. *Et nemo nouit filium, nisi pater.* Hoc dicit, quia verũ est, q̃ vere nemo cognoscebat Christum, nisi Deus, scire. n. Christum quantum ad diuinã naturam impossibile est, & dicit hoc ad tollendũ dubium, quia aliquis diceret quõ tu habes potestatem,

H cum sis hõ, & vnde hęc habere potuisti cum te videamus similem nobis, Christus aũt dicit vos nescitis qs ego sum, nec vnde sum, vt intelligatis quõ habeo potestatem istam; & ideo dicit nemo nouit filium, nisi pater. q. d. non est mirum, q̃ vos non cognoscatis ista, quia nemo nouit me, nisi pater meus, sic patet. Ioã. 7. ego scio, q̃ ab ipso sum, & ipse me misit, vos aũt nescitis, vnde venio, & quo vado, & iterum nec me scitis, nec patrem meum. *Nec patrem nouit quis, nisi filius.* s. ego cognosco eum, & alii non cognoscunt, hoc dicit ad tollendũ dubium. quia aliquis diceret quõ tu scis, q̃ ista possis facere, & q̃ ea quę tu facis sunt placita coram Deo? Christus aũt dicit, q̃ ipse nouit hæc, quia pater est a quo ista proueniunt, & tñ nemo nouit patrẽ

I nisi filius. i. ipse Christus, qui filius est. *Et cui voluerit filius reuelare.* i. possum reuelare patrẽ cui voluero; hoc enim dicit; quia aliquis diceret, quid ergo prodest nobis vocari a te, si patrem non possumus cognoscere, cum ab illo sit totum bonum, & in visione illius sit fęlicitas, & in fide illius sit nunc salus, Christus aũt dicit, q̃ licet nemo sufficiat cognoscere patrem per seipsum, tñ Christus poterit reuelare illum cui voluerit, & ita omnes accedentes ad ipsum poterant cognoscere, quia ipse eis hoc reuelaret. *Venite ad me.* Postq̃ ostenderat, q̃ ipse poterat omnia, sicut pater, & q̃ illi quos pater vocaret erant vere vocati, dat nobis confidentiam accedendi ad ipsum familiariter, vt per eum accessum habeamus ad patrem dicens: venite ad me.

K i. nõ timeatis, nec erubescatis venire, quia ego nõ abiiciam vos. *Omnes qui laboratis.* s. in curis, & laborib' huius sęculi, & quia aliquis diceret, qñ oẽs ibimus ad te, quia nescimus an vocati simus a Deo, & an placitum sit ei de nobis: Christus præposuit ea, quæ hñt. i. omnia mihi tradita sunt. q. d. venite oẽs quotquot volueritis, quia si ego recipio vos recepti estis a Deo, & nõ dubiteris de hoc cum ego possim omnia, quę põt pater, immo nemo potest ad me venire, nisi ego eũ traxero, & pater traxerit, sic dr̃ Io. 6. nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. *Et onerati estis.* i. oneribus infirmitatum carnis, quia quandiu in hoc sęculo manemus mortale corpus eius passionibus exuere non possumus. *Et ego reficiam vos.* i. recreabo a

labo-

laboribus.ſ.in futura beatitudine tollendo omnem laborem, quia ibi abſterget Deus oẽm lachrymã ab oculis ſanctorum, & iam non erit dolor, nec labor Apocaly.6. ẽt reſpicit in pñti per multiplicem conſolationem, vt infra dicet. *Tollite iugum meum ſuper vos*, i.legem meam, quæ vocatur iugum, quia aliqđ onus eſt, cum abrenunciare cogatur hõ per eam proprijs deſiderijs, & dr̃ ſuper vos.i.habete in honorem legẽ meam, & non ſubijciatis eam pedibus veſtris. *Et diſcite quia mitis ſum*. i.addiſcite a me hoc, ꝙ ego ſum manſuetus, quaſi dicat vos ſic eſtote manſueti. Vel dicitur diſcite a me, quia mitis ſum.ſ.tollite iugum meum ſuꝑ vos, & tũc diſcere poteritis.i.clare inuenietis, ꝙ ego ſum mitis.i.blandus nõ imponens onus durum, ſed mollius, quã illud, quod nũc toleratis. *Et humilis corde*. i.addiſcite a me humilitatem, quia ego ſum humilis corde, hoc autem dixit tollens eis occaſionem ſuperbiendi de beneficijs collatis, ſicut ſupra fecerat. *Et inuenietis requiem animabus veſtris*. ſ. ſi tuleritis iugũ meũ ſuper vos inuenietis requiem.ſ. vitam ęternam, quæ eſt requies aĩarum, nullam.n.aliam requiem anima hr̃e p̃t, niſi ad Deum peruenerit, quia nunquam conſummatus deſiderium eius, quouſque ad illum venerit, ſicut dicit Aug. inquietum eſt cor meum dñe quouſque quieſcat in te. & in hoc apparet differẽtia promiſſorum noui, & veteris teſtamenti, quia ſola bona animę hic promiſit, in veteri aũt ſola bona corporis immo, quod minus eſt bona terræ Iſa. 1. ſi audieritis me bona terrę comedetis, hic aũt ſolum bonum aĩæ promittitur, vt inn uatur, ꝙ eſt bonum futurum, quia bonum corporis poteſt eſſe in pręſenti, licet ſit impfectum, bonum tñ aĩæ nequaquam. *Iugum enim meum ſuaue eſt*. Hoc dicit ad tollendum dubium, quia cum Chriſtus tam magna bona promitteret, putaret aliquis, ꝙ grauia mandata imperaret, dicit aũt ꝙ nõ, ſed ꝙ iugum ſuum eſt ſuaue.i.lex ſua. *Et onus meum leue*. Eadem ſnĩa eſt ſeplicata per alia verba, & eſt vſitatus modus loquendi in ſcriptura ad magis exprimendũ; & eſt metaphora de animalibus portãtibus currum. nam imponitus eis iugum, quod portent, & onus, ꝙ trahãt, põt aũt illa grauari ex duobus.ſ.quia onus maius eſt, q̃ ipſa poſſint portare, vel quia iugum eſt aſperum, & lędit ceruices eorum, ẽt ſi onus nõ eſſet magnum, vtrunque aũt Chriſtus tollit, vt nulla grauitas videatur eſſe in lege ſua, & p̃t referri magnitudo oneris ad multitudinem præceptorum, quia ẽt ſi quodlibet præceptum nõ eſſet in ſe graue, ſi tñ multa eſſent grauarent hoĩem, quia nemo ad multa ſufficiẽter reſpicere põt, iugum aũt ſuaue dicit quantum ad pręceptorum ſuauitatem.ſ.quia non ſolum multa nõ ſunt, ſed ẽt grauia nõ ſunt, poterat.n. quodlibet illorũ graue eſſe licet pauca eſſent, & tñ grauia non ſunt, quia nihil eſt in eis, niſi quod ratio dictat.

Aĩa nullã requiem poteſt habere, niſi ad Deum peruenerit.

Quomodo eſt verum, quod omnia ſunt tradita Chriſto a patre, Et quod omnia Chriſto tradita ſunt tripliciter.

Quæſt. LIX.

QVAERATVR quõo eſt verum, ꝙ oĩa ſunt tradita Chriſto a patre. Aliqui dicunt, ꝙ nõ intelligitur de rebus creatis, ſed de diſpenſatione ſalutis humanæ, nam inquantum datum eſt ꝙ verbum caro fieret, tradita eſt ei tota poteſtas eorũ quæ pertinebãt ad humanam ſalutem, vt ſic adminiſtraret, ſicut vellet, & ſic exponit Athanaſius. Alij dicunt, ꝙ nõ loquitur de creaturis.i.de cęlo & terra, ſed de hominibus quos vocare poterat ad ſe, nam de hoc loquebatur.ſ.ꝙ ſicut pater reuelat, quibus vult ſaluẽ & alijs abſcondit, ita & filius vocare p̃t quos vult, quia omnia ſibi tradita ſunt.i.poteſtas vocandi oẽs quos

A voluerit, ſicut dr̃ Io.5. ſicut pater viuificat quos vult, ita & filius viuificat quos vult, ſic exponit Hier. dicẽs, tradita ſunt ſibi omnia nõ cęlum, & terra intelligenda ſunt, & elementa, &c. quæ ipſe condidit, ſed hi qui per filium habent acceſſum ad patrẽ. Pro hoc tñ conſiderandum, ꝙ Chriſto tradita ſunt omnia inquantũ eſt Deus, & ẽt inquantum eſt homo, Inquantum vero eſt Deus tradita ſunt ſibi omnia, nõ quidem creaturę, quia iſtę non traduntur ei, quia per ipſum factæ ſunt, ſed omnia.i.oẽs perfectiones patris, quia cum ſit eadem ſubſtantia numero patris, & filij, & idẽ eſſe eſt eadem poteſtas, & bonitas, & ſapientia, & æternitas, & cætera attributa, quia impoſſibile eſt differre eos
B ab aliquo abſoluto quin ſint duo Dij, & tñ ſunt vnus Deus, iõ nulla eſt perfectio patris quin ipſa eadẽ numero ſit filij, & ſic accipitur Io.16. omnia quæcunq; habet pater mea ſunt. q.d. non ſolum pater dedit mihi oĩa, ſed ẽt oĩa quæ ipſe habet mea ſunt, & hoc non eſt, niſi ꝙ ſubſtantia vnius ſit ſubſtantia alterius, & apparet ibi in lr̃a, quia cum Chriſtus dixiſſet, omnia quæcunque habet pater mea ſunt, ſubdidit: propterea dixi, quia de meo accipiet, & loquitur de Spiritu ſancto, qui accipit ab eo eſſe, eo ꝙ ſpiratur a patre, & filio, & oſtendit quõ poterat ab vtroque ſpirari, & dixit oĩa, q̃ pater hẽt mea ſunt, i.eadem ſubſtantia numero eſt in me, & in patre, & ideo ambo ſumus, quaſi vnum principium, & non duo, licet ſimus duæ perſonæ. Si autẽ
C accipiatur Chriſtus inquantum eſt homo, ẽt verum eſt, ꝙ tradita ſunt ei omnia, & tunc intelligũtur oĩa.i. creaturæ, quæ ſunt extra Deum, & nõ ipſa ſubſtantia patris, quia iſta maior eſt, q̃ Chriſtus inquantum homo, ſic accipitur Io.13.ſ. ſciens aũt Ieſus, quia omnia dedit ei pr̃ in manus.i.ſub poteſtate ſua, quæ enim traduntur in manu alicuius ſunt ea, quæ ipſe facere põt, cum manus ſit organum operatiuum, & tñ nihil ſit, niſi creatura, & ſic ſolę creaturæ intelliguntur ꝑ hoc ei traditę. Et tunc omnia tradita ſunt Chriſto tripliciter.ſ.quantum ad auctoritatem, & quantum ad poteſtatem, & quantum ad effectum. Quantum ad auctoritatem fuerunt ei omnia tradita ab inſtanti cõceptionis ſuæ, quia eo ipſo, ꝙ natura humana fuit vnita verbo, fuit ẽt Chriſtus inquantum homo maior omni-
D bus creaturis, quia per hoc, ꝙ vnita eſt humanitas verbo hẽt ipſa maiorem perfectionem, q̃ omnes creaturę ſimul. Quantum ad poteſtatem aũt fuerũt ſibi omnia tradita in reſurrectione, infra 28. vnde quando apparuit diſcipulis dixit, data eſt mihi oĩs poteſtas in terra, & in cęlo.ſ.quantũ ad humanitatem, quia quantum ad Deitatem nunquam ſibi tradita eſt, ſed ſempꝑ illam habuit. Quantum ad effectum aũt tradentur omnia Chriſto in die iudicij, quia tunc ſubiecta erunt oĩa pedibus eius, & voluntas ſua implebitur in omnibus rebus, vt patet ad Hebræ.10. & manebunt in æternũ, ſicut ipſe voluerit, & ideo tunc dicetur Chriſtus regnare, & dare regnum Deo patri prima Corin.15.
E Nunc ẽt inquantum homo oĩa põt, quæ vult, & tñ non vult facere oĩa, quæ põt, ſed relinquit diſpoſitionem conſummandam pro die iudicij, & iõ nũc quędam facit, & ſibi ſubdit, alia vero dimittit, i.mala, quæ hoĩes faciunt, & quia ex ea parte qua mala ſunt, non ſunt ſm̃ volũtatem Chriſti, poſt diem aũt iudicij nullum malum fiet, quia iam nemo faciet ꝯ voluntatem Chriſti, nec ẽt, niſi id quod Chriſtus voluerit.i.iuſſerit fieri, nunc aũt licet non poſſimus facere ꝯ id, quod Deus vult, facimus tñ ꝯ id, quod Deus iubet, & ſic nõ ſumus ei plene ſubiecti, ſic dr̃ ad Roma.9. qui iuſtitiã ſuam ſtatuere volẽtes iuſtitię Dei nõ ſunt ſubiecti, poſt iudicium aũt nihil fiet ꝯ præceptum Chriſti, iõ oĩa ei erunt ſubiecta plene, & ideo dicetur tũc regnare, prima Cor.15. hic aũt nõ intelligitur de oĩbus traditis

ditis Christo quantum ad humanitatem, sed quantum ad deitatem, quia ipse vult hic se ostendere nihil minus hēre, q̃ Deus habet, sed ęqualem esse ei, vt dicit Hilarius, & Augustinus, & tñ quantum ad ea, quę recepit ſm humanitatem adhuc minor est Deo, licet omnes creaturę sint ei subditę. Item quia Christus vult ostēdere hic, ꝙ sicut pater vocat quos vult, & saluat quos vult, ita ipse vocat quos vult, & quod sibi placitum est fit, & tñ dare homini vitā ęternam non pertinet ad Christum inquantum hō est, sed solum inquantum est Deus infra 20. s. sedere ad dexteram, & sinistram nō est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo. i. quantum ad humanitatem, q̃ solā vos in me respicitis, & ex cuius parte vos cognati mei estis, & confisi in iure cognationis hoc petitis, ego non possum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo. i. sola deitas patris, filij, & Spiritus Sancti hoc dare pōt, ergo Christus dicebat hic oīa sibi tradita esse a patre. i. ipsam substantiam patris, & oēm perfectionē eius, sicut dr̄ Io. 19. oīa, quę habet pater mea sunt. i. tota substātia eius, & ſm ista sibi tradita. i. quæ Christus accepit a patre nascendo ipse pōt dare gloriam quibus vult, sicut pater, & quod placitum est coram eo fit, sicut id quod placitum est ante patrē. Sed quomodocunque accipiatur nihil accepit a patre eo mō quo vnus hō accipit ab altero, quia sic suscipiens habet, id quod prius nō hēbat, & dans caret eo, quod prius hēbat, in susceptione aūt diuina, quæ est ęterna filius suscepit, id quod semper habet, & nunq̃ fuit, qñ nō hēret, sed iō suscepit, quia non a seipso, sed ab alio, idest a patre habet, pater aūt dat, sed nō caret eo quod dat, quia tam plena substantia manet patri cum filiū gignat, sicut si non gigneret totum suum esse sibi retinens, immo perfectior, & fęcundior est substantia patris, quia tota communicata filio per generationē plena in patre manet, q̃ si ad hoc, ꝙ plena maneret cōicari non posset. Etiam ſm humanitatem tradita est Christo potestas super oēm creaturā. Deus tñ nō caret potestate, q̃ Christo homini cōicauit, sed ita plene eam hēt, sicut si nulli in totum, vel in partem cōicasset, sic dicit Hieronymus si iuxta nostram fragilitatem sentire volumus, eum cępit habere, quod accepit, incipiet non habere, qui dedit.

Quomodo dicitur quòd nemo nouit filium nisi pater, nec patrem quis, nisi filius. Vbi, quod cognoscere quid sit Deus stat dupliciter. Et quòd si nos Deum comprehenderemus intellectus noster efficeretur increatus, quod est impossibile.
Quæst. LX.

QVAERETVR qñ dr̄, ꝙ nemo nouit filiū, nisi pater, nec patrem quis nisi filius. Nam filiū nos nouimus. De patre ēt Christus pręsupponit, ꝙ eū nouerimus Io. 14. cum Philippus dixit Christo dñe ostēde nobis patrē, & ille ait Philippo, qui videt me videt patrem meum. Item patet, quia ad Roma. 1. dr̄ inuisibilia Dei, quę per ipsum facta sunt intellecta aspiciunt. i. Deus, qui est inuisibilis cognoscitr̄ a nobis per ea, quæ facta sunt. i. per creaturas, & hoc est Deū cognoscere, siue patrem, qui visibilis est. Dicendū, ꝙ cognoscere Deum stat dupliciter, aut cognoscere, quia est, aut cognoscere quid est. Primo mō oēs cognoscunt eum nemo. n. pōt ignorare Deum esse, nisi sit omnino insipiens, sicut dr̄ Psal. 13. & 52. dixit insipiēs in corde suo non est Deus. Cognoscere aūt quid sit Deus stat dupliciter, quia aut cognoscere apprehendendo naturā eius, aut illum totaliter comprehendendo limitibus cognitionis suę. Primo nemo nouit filium, nisi pater, nec patrem, nisi filius, quia cognoscere quid Deus sit F excedit naturam intellectus creati, & iō illum nemo vnq̃ cognouit Ioā. 1. Deum nemo vidit vnq̃, pōt tñ cognoscere hō quid sit Deus. s. quid sit pater, & quid filius, & hoc per reuelationem, & sic dr̄ hic. s. & cui filius voluerit reuelare. Cognoscere aūt Deum cōprehendendo nemo pōt, nec ēt per reuelationem alicui concedi pōt, quia hoc erat facere intellectum nostrū esse increatū, quod includit ɔ̄dictionē, sic dr̄ 1. Timo. 6. Deus habitat lucem inaccessibilem, quem nemo vidit vnq̃, sed nec videre pōt. s. comprehendendo eum, & tunc verum est, ꝙ nemo nouit filiū, nisi pater, nec patrem nouit quis, nisi filius, quia ipsi se comprehendunt, vterque. n. est infinitus, & intellectus infinitus G adęquatur essentię infinitę cognoscibili, & sic se cōprehendunt, de hoc dicit Chry. cum aūt dicat, nec patrem aliquis cognoscit, nisi filius, nō hoc ait qm̄ eum omnino ignorent, sed qm̄ cognitione qua ipse eum nouit nullus eum scit, quod & de filio dicendum est, s. ꝙ nemo nouit filium, nisi pater. i. ea cognitione qua pater eum nouit. Ad primum dicendū, ꝙ nos cognouimus Christum ſm humanitatem, & tñ ſm deitatē nemo eum nouerat, sic dr̄ Io. 8. vos nescitis, vñ venio, nec quo vado, & iterum, nec me scitis, nec patrē meū, si aūt Apostoli cognouerūt Christum, & nos cognoscimus eum ſm fidem, hoc est per reuelationem, s. inquantum Christus prædicauit, nam fides ex auditu est ad Roma. 10. & hoc excluditur hic cum dr̄, & cui vo- H luerit filius reuelare. Vñ siue obscure cognoscamus quid est per fidem, siue clare, sicut est in patria per visionem, vtrunque est per reuelationem; ex seipso aūt nemo pōt patrem, nec filium cognoscere. Ad secundum dicēdum, ꝙ qui cognoscit filium cognoscit patrem, i. eo mō quo cognoscit filium, nā si cognoscit filium per solam fidem, ēt patrem per fidem cognoscit, si aūt clare filium videt, necesse est clare videre patrem, quia eadem est substātia patris, & filij, quę vr̄, & sic Christus dixit, qui videt me, videt & patrem, & subdidit cām. s. quia ego in patre, & pater in me est. Apostoli tñ non cognouerunt Christum, vt filiū Dei. i. nesciebant modum quo ipse esset filius Dei, iō petiuerunt ostēdi sibi patrem. Ad tertium dicendum, ꝙ naturali ingenio quis pōt cognoscere Deum esse, & tñ I quid Deus sit nemo pōt cognoscere, nisi ex reuelatione, iō patrem esse, & filium in diuinis naturaliter nemo scit, Deum aūt esse ęternum, & sapientem, & similia naturaliter cognosci pōt, & hæc voluit Apostolus ad Roma. 1. & hoc est sine reuelatione, sed illud non est cognoscere patrem, nec filium, maxime quia Christus loquitur de cognitione clara, vt innuit Luc. 10. nemo scit qs sit filiꝰ, nisi pr̄, & qs sit pater, nisi filiꝰ.

Quomodo dicitur, quòd solus pater cognoscit filium & econtrario, & an Spiritus sanctus cognosceret patrem, & filium, &c.
Quæst. LXI.

QVAERETVR qūo dr̄, ꝙ solus pater cognoscit K filium, & eɔ̄, quia tunc vr̄, ꝙ Spiritus Sanctus no cognoscit patrem, nec filium, vel cognoscet ex reuelatione, quod est inconueniens, quia tunc esset minor patre, & filio, cum reuelatio solum fiat intellectui creato nō potenti naturaliter cognoscere essentiam infinitam, & sic esset Spiritus Sanctus creaturā, sicut Arrius voluit, quod falsum est. Dicendum, ꝙ Spiritus Sanctus nouit patrem, & filium, quia ęqualis est vtrique, & eiusdem substantiæ, nec pōt seipsum cognoscere quin patrē, & filium cognoscat. Aliqui ergo dicunt, ꝙ Spiritus Sanctus nō excipitur hic, quia dr̄ hic nemo. i. nullus hō, & sic nō excipitr̄ ab hac cognitione, nisi hō. sed Spiritus Sanctus non est hō, iō non excipitur. Dicendum, ꝙ illud non stat, quia tunc non diceretur

ceretur nemo nouit filium nisi pater, nam pater non est hõ, sed solus filius, & tñ excipitur hic, ergo nemo nõ accipitur pro nullo hoĩe, sed nemo, i. nullum suppositum, oportebat ergo excipi Spiritum Sanctum, sicut pater excipitur. Aliter ergo dicendum, ꝙ dictio exclusiua, vel exceptiua addita vni personę in diuinis respectu termini essentialis nõ excludit aliam, sed potius includit, quia essentialia sunt eadem numero tribus personis, quidquid ergo prædicatur de vna persona prædicatur de tribus, respectu aũt termini notionalis, vel personalis excludit, vt si dicatur solus pater generat, & quia notitia absolute sumpta est essentialis, in diuinis est eadem notitia numero trium personarum, non ergo excipitur Spiritus Sanctus cum dr̃, ꝙ nemo nouit filium, nisi pater, quia tunc sequeretur, ꝙ filius non nouerat seipsum, quod est falsum, oẽs. n. tres personę nouerunt q̃libet plene, sed per hoc, ꝙ dr̃ nemo, excluditur quodlibet suppositum creatum, & sic verum est, ꝙ nec hoĩes, nec Angeli nouerũt filium, nec ẽt patrem, sed Spiritus Sanctus non excipitur, nec filius, & licet dicatur, nisi pater, subintelligunĩ ẽt filius, & Spiritus Sanctus, & hoc pp inseparabilitatem, & consubstantialitatem, sic dicit August. i. de trinitate. f. denique pp inseparabilitatẽ sufficienter aliqñ noĩatur, vel solus pater, vel solus filius, nec inde separatur vtriusque spiritus, & ita aliqñ dr̃, ꝙ solus pater scit aliquid, vt Mar. 13. f. de die aũt illa nemo scit, nec Angeli cęlorum, nec ẽt filius hoĩs, sed solus pater, & tñ per hoc non excluduntur filius, & Spiritus Sanctus, quia non intendit Christus per hoc excludere, nisi creaturas, vnde idem est dicere nemo nouit, nisi pater, sicut dicere nemo nouit, nisi Deus cum sint isti termini essentiales, qui sunt communes tribus personis.

Quare cum dicitur de filio, non adiungitur cui voluerit pater reuelare. Vbi dicitur, quod filius reuelat patrem, & non dicitur, quòd pater reuelat filium propter tria.
Quæst. LXII.

QVAERITVR quare hic dr̃, ꝙ nemo nouit patrem, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, qñ aũt dixit nemo nouit filium nisi pater, non dixit, & cui voluerit pater reuelare filium, nam vr̃ per hoc innui, ꝙ filius nõ possit ab oĩbus cognosci, nisi a p̃re cũ non reueletur alicui per patrem. Dicendum, ꝙ eo mõ quo põt qnis cognosceret patrem põt cognoscere filium, & Spiritum Sanctum, immo non põt quis cognoscere patrẽ, quin filiũ, & Spũm Sctm̃ cognoscat, quia eadem substantia est trium, quæ cognoscitur, & si vna persona ignoratur oẽs ignoranĩ, sic Christus dixit Io. 14. qñ Philippus dixit oñde nobis patrem, ait. n. tanto tempore vobiscum sum, & non me cognouistis, arguit. n. ꝙ non cognoscebant eum, qui petebant patrẽ sibi oñdi, & subdidit, qui videt me, videt, & patrem meum. i. cognoscendo vnum cognoscitur alius, & oñdit magis cãm. f. quia ego in patre, & pater in me est, & iõ ẽt si alicui reuelatur pater reuelatur ẽt filius, cum tñ dr̃, & cui voluerit filius reuelare non innuit quin ẽt pater reuelet filium, sic dr̃ infra 16. cum Christus dixit Petro Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pr̃ meus, & tñ loquitur de seipso, quia petierat ab Apostolis quẽ me dñt hoĩes esse, &c. & Petrus ait, tu es Christus filius Dei, & Christus dixit, ꝙ pr̃ reuelauerat ei hoc, ergo pr̃ reuelat hoĩbus quis sit filius, sic dicit Ambro. super Lucam, vt scias, quia sicut filius patrem quibus vult reuelat, ẽt pater reuelat quibus vult filium, audi dñm dicẽtem. Beatus est Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, dr̃ tamen de filio solum, ꝙ reuelat patrem, & nõ dr̃ de patre, ꝙ re-

A uelat filium pp tria. Primo pp breuitatem, quia cũ sit eadem notitia de oĩbus personis si vna reuelat aliã ẽt põt alia reuelare aliam, immo proprie loquendo nõ põt vna persona aliquid reuelare hoĩ quin oẽs tres simul reuelent, quia istud est essentiale, sicut creare, & iustificare, & non põt competere vni quin cõpetat oĩbus, dicendo ergo de vna persona, ꝙ reuelat aliã intelligitur ẽt de alijs, ꝙ quęlibet aliam reuelat, & non oportuit exprimi, sicut cum dr̃ nemo nouit patrem, nisi filius non excluditur Spiritus Sanctus, & ẽt pater quin seipsum cognoscat, ita cum dr̃, & cui voluerit filius reuelare, subintelligitur, ꝙ ẽt pater possit reuelare filium, & Spiritus Sanctus possit reuelare patrẽ, & filium, & ita cõiter dicimus, ꝙ oẽs reuelationes fiunt
B per Spiritum Sanctum. Secundo dr̃ istud pp ꝓprietatem filij, quia filio ex proprietate sua competit notificare seipsum, & patrem, quia filius est verbũ patris, & sicut verbum nostrum manifestat seipsum, & loquẽtem, ita filius seipsum, & patrem oñdit, quod est reuelare, sic dicit Augu. 7. de trinitate, & lib. de quęstionib. euangelij, f. non est, ita intelligendum q. filius a nullo possit agnosci, nisi a patre, pater autẽ non solum a filio, sed ẽt ab eis quibus reuelauerit, sed potius dictum est, vt intelligamus patrem, & ipsum filium per filium reuelari, quia ipse est menti nostrę lumen, vt quia dixit, & cui voluerit filius reuelare non solũ patrem, sed ẽt filium accipiamus, ad totum. n. hoc referẽdum est, verbo. n. suo se pr̃ declarat, verbum aũt non solum, id
C quod per verbum declaratur, sed ẽt seipsum declarat. Tertio põt dici, & melius, ꝙ Christus hoc dixit, quia semper probatio, & notificatio fit per manifestiora, & quia filius erat notus eis quibus loquebatur, & sciebãt, qñ loquebatur eis, pater aũt nõ erat illis notus dixit, ꝙ filius reuelabat patrem. i. totam deitatem, & non dixit hoc de patre, nec de Spiritu Sãcto, quia erãt ignoti, & ista est vera causa. Sed dicetur, ꝙ ex hoc apparet, ꝙ nemo filium cognoscit cum non cognoscat eum, nisi pater, & tñ pater non dr̃ quicq̃ reuelare, sed solũ filius reuelat patrem, ergo manet filius ignotus.

Et dicendum, ꝙ pater reuelat filium, sicut filius reuelat patrem, vt dicit Ambrosi. super Lucam, & infra decimosexto capitu. f. caro, & sanguis non reuelauit
D tibi, sed pr̃ meus, &c. ẽt filius seipsum reuelat, sicut & patrem, quia tñ hoc erat notum Christus illud tacuit, quod vero erat ignotum. f. an reuelaret patrẽ expressit, sic dicit Chry. si patrem reuelat filius ẽt seipsum reuelat, sed hoc qdem dimisit, vt manifestum, illud autem posuit, quia poterat esse dubium,

Quare Christus dixit venite ad me qui laboratis, &c.
Quæst. LXIII.

QVAERITVR quare Christus dixit hic venite ad me qui laboratis. Dicendũ, ꝙ Christ⁹ ostenderat supra, ꝙ ipse est mediator Dei, & hoĩum inquantum ipse reuelat hoĩbus
E deitatem, iõ vt ei hoĩes familiariter appropinquare velint hortatur eos dicens venite ad me. Et dr̃ oẽs, qui laboratis, quod p̃t multipliciter accipi. Vno mõ de laboribus huius sęculi. f. de angustiis, & erumnis, q̃ proueniunt ex conditione corporis mortalis, & istos labores hõ sustinet quandiu viuit, sic dicit Augu. lib. de verbis dñi. f. quare. n. oẽs laboramus, nisi quia sumus hoĩes mortales lutea vasa portantes, q̃ faciunt inuicẽ angustias. Secundo p̃t accipi de labore peccatorum, quia laborant hoĩes in peccatis, & ẽt aggrauant eos, sicut onera ipsis imposita, nã iniquitates dicuntur sedere in capite humano, & aggrauare hoĩem, sic dicit Psalm. 37. qm̃ iniquitates meę supergressę sunt caput meum, & sicut onus graue grauatę sunt super me, sic

dicit Hieron. grauia sibi esse onera peccati. Zacharias propheta testatur iniquitatem dicens sedere super talentum plumbi. Tertio pt intelligi de labore solicitudinum huius sęculi, quia pręter corporis angustias, & pctõrum morbos adhuc ipsa sęculi solicitudo cogit hoĩem laborare, & affligit pp diuersitatem, & cõtrarietatem desideriorum, sic dicit Grego. 30. moralium durum seruitutis pondus est subesse temporalibus, ambire terrena, retinere labentia, velle stare in non stantibus, appetere qdem transeuntia, sed cũ trãseuntibus nolle transire, dum.n.ꝫ votum cuncta fugiunt, quæ prius mentẽ ex desiderio adeptionis amiserant, post ex pauore amissionis premunt. Quarto pt accipi de labore sub onere legis Moysi, quę vocatur onus importabile. Act. 15. sic dicit Hilarius legis difficultatibus laborantes, & peccatis sęculi oneratos ad G
se vocat, & hoc modo exponit Nicolaus. Dicendum vr̃ maxime, ꝙ accipiatur hic labor pro labore sæculi, vnde ponuntur duo.s.laboratis, & onerati estis, labor .n.est in operationibus variis ad sustentationem vitę, & solicitudinibus huius sęculi, onus vero ꝑ angustiis corporalibus accipitur, quia labor est, quod agimus, onus est, quod sustinemus: nam solicitudines, & operaad sustentationem vitæ sponte facimus, corporis aũt angustias & passiones inuiti sustinemus, oẽs aũt hoĩes hæc duo habent, ideo omnes ad se vocat.

Quare dicitur, & ego reficiam vos, & quomodo reficiat Christus nos quatuor modis. Quæst. LXIIII.

H QVAERETVR quare dr̃, & ego reficiam vos, & quõo reficit. Dicendũ, ꝙ Christus voluit hoĩes inuitare ad obseruationem legis suę, & quia quęlibet lex laborem, & iugum quoddam importat, nemo aũt ad labores sponte mouetur, primo posuit prçmium horum laborum, s.ego reficiam vos.i.pp paucos labores quos in obseruatione legis meę impenderis liberabo vos ab oĩbus laboribus in quibus nunc versamini, & ab onere, quod sustinetis. Et sicut labor accipitur quadupliciter, vt dictum est præce.q.ita, & Christus reficit vos ab oĩ labore. A primo.n.reficiet vos in resurrectione, quia quandiu viuimus semper corpus mortale gerimus, tunc aũt immortale, & incorruptibile erit 1. Corin. 15. & sic dr̃, ꝙ liberabitur creatura a seruitute carnis.i.a subiectione passionum, & miserię, quæ accidit pp carnem, sed ista refectio non erit, nisi in vita ęterna. De secundo patet, quia ẽt liberabimur a laboribus peccatorum, & hoc generaliter erit post resurrectionem, qñ electi peccare non poterũt, quia erunt confirmati, & adhærebunt inseparabiliter ipsi summo bono, hic ẽt quibusdam electis datur, ꝙ nunꝗ peccent, & hoc pp plenitudinem gratię concessę illis, generaliter tñ oẽs electi ante mortem liberantur a laboribus peccatorum, quia nullus electus in peccatis decedit. De tertio patet, quia liberantur boni a solicitudinibus huius sęculi per mortem, quia solicitudo est de aliquo, quod deesse creditur, beatis aũt nihil K
deerit, quia possidebunt firmiter summum bonum, ĩõ de nullo erunt soliciti, non.n.de aliquo extrinseco, quia oĩa possident in ipso summo bono, nõ erunt soliciti, quia firmiter, & secure illud possidebunt, sciẽtes se, nunꝗ illo carituros, & sic post mortem ab oĩ labore liberabuntur electi. Apoca. 14. ammodo dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis, & prçmittitur beati mortui, qui in domino moriuntur, s.electi, quia illi soli moriuntur in dño, idest s̃m legem dñi. De quarto patet, quia ab onere legis Moysi, sicut declarauerũt Apostoli. Actu. 15. & Paulus ad Gala. 5. Quia tñ dictũ est præced.q. ꝙ labor proprie accipitur pro corporalibus exercitijs, & solicitudinibus, ad sustẽtationẽ vitę,

F onus autem pro passionibus carnis, verum est, ꝙ ab his Christus liberat, vt supra dictum est, & vere nulli alij liberantur, nisi qui ad Christum veniunt, sic ipse dixit Io. 8. si filius vos liberauerit vere liberi eritis, liberat quidem a solicitudinibus, quia ẽt in hac vita minus soliciti sunt, qui Christum diligunt, scientes.n.in eo esse totũ bonum, de bonis huius sęculi parum curãt, & iõ, quasi nihil solicitant, qui aũi ad Christũ nõ veniũt in hui' vitę bonis felicitatẽ ꝯstituunt, iõ necesse est, ꝙ de eis summe solicitent, & iõ Christus solicitudinẽ istã vetuit supra. 6. & ẽt Marthę dixit Martha solicita es, & turbaris erga plurima, porro vnum est necessariũ Luc. 10. liberat ẽt a corporalib' passionib', qa q ad Christũ non veniunt hi corporis passiones tolerant, & post mortẽ acerrimos cruciatus sustinebunt.

Quid sit hoc iugum, & quare dicitur tollite super vos. Quæst. LXV.

QVAERETVR quare dr̃ tollite iugum meũ, quid sit istud iugum, & quare dr̃ tollite super vos. Dicendum, ꝙ iugum accipitur pro lege Chr̃i. Aliqui dicunt, ꝙ vocatur iugum a iungẽdo.s.quia est vox amoris, quia præcipue est de charitate. Ioã. 15. hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, charitas aũt hoĩes iungit, qa est amor virtus vnitiua, vt dicit Dion. & sic exponit Nicolaus. Alii dicunt, ꝙ vocatur iugũ, quia iungit Iudęos ad Gentiles, nam Christus copula uit in se oẽs, sicut dicit Apostolus, ꝙ fecit vtrunq; bonum, sic dicit Rabanus, iugum Christi est euangeliũ, quod Iudæos, & gentes in vnitatem fidei coniungit, & sociat. Hæc vera sunt, & iã melius dr̃, ꝙ vocatur iugum lex Christi, quia premit nos, sicut iugũ premit iumenta, ita & lex ꝑmit obseruatores suos cohibens eos a propriis desideriis, vt ipsam sequantur, iõ Christus dixit supra 7. arcta est via, quę ducit ad vitam, & tñ via ducens ad vitam est lex eius, quia iam non est alius modus perueniendi ad vitam æternam, nisi per fidem Christi, & obseruationem mandatorum eius. Et si obiciatur, ꝙ infra dr̃ iugum meum suaue est.

I Dicendum, ꝙ non tollitur per hoc quin homines premat, sed minus premit, ꝗ iugum veteris testamẽti: nam licet illud suaue vocauerit, iugum tñ nominauit, & ẽt onus, quia tñ putaret quis, ꝙ quia promittebantur magna bona obseruatoribus huius legis, esset illa valde grauis, dicit ꝙ nõ erat, sed suauis dicens iugum meum suaue est. Cum autem dr̃ tollite super vos, dr̃ pp duo. Primo ad applicationem metaphorę, nam animalia iugum supra ceruicem portant, ita & nos si iugum portare debemus illud super nos portabimus, vnde nihil aliud est iugum Christi portare sup nos, s.legem eius obseruare. Secundo dr̃ hoc, vt lex Christi in honorem habeatur, quia quod super nos ponimus honoramus, cum vero lex contemnitur nõ tollimus iugum super nos, sed pedibus cõculcamus, sic dicit Rabanus, iugũ autem super nos iubemur sic mere.i.euangelium in honorem habere, ne forte subtus ponentes.i.praue illud contemnentes lutulẽtis pedibus vitiorum conculcemus.

Quare Christus dixit discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: in quo Christi notantur documenta. Quæst. LXVI.

QVAERETVR quare Christus dixit discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Dici pt vno mõ, ꝙ hoc dr̃ ad ostendendum conditionem legis Christi. s. ꝙ erat suauis ad tolerãdũ, & dr̃ discite a me, quia mitis sum.i.si tollitis iugum meum.s.legem super vos obseruando illam addiscetis.

tis.s.inuenietis per experientiam, ꝙ sum mitis.s.mansuetus.s.ꝙ nõ impono opera dura, sicut erant in vete
ri lege. Aliter põt intelligi, ꝙ Christus ponit hic duo
documenta generalia, q̃ sunt pręcipua, vel prima in
lege sua, nam dixerat tollite iugum meum.i.obseruate legem meam, declarauit aũt immediate quid erat
primum, vel pręcipuum in lege sua, & posuit ista duo
documenta.s.esse mitem, & humilem, cum ait discite a me, quia mitis sum, & humilis.i.addiscite a me, ꝙ
sitis mites, & humiles, sicut ego sum, & dr̃ humilis
corde.i.ex corde, quia est q̃dam humilitas simulata,
sicut in hypocritis qui corde superbiam gerunt, & foris humilitatem simulant, sicut dr̃ Eeclesiast.19. est q
nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. voluit aũt Christus dirigere affectiones nostras, &
quia solent dominari superbia, & ita in affectibus nostris, istas voluit Christus comprimere, iram quidẽ p
mansuetudinem, superbiam per humilitatem, nã libidinem supra 5.compescuerat dicens, qui videt mulierem ad concupiscendum eam, iam męchatus est
in corde suo, maxime aũt humilitatem Christus pręponere voluit, quia ista est summe necessaria in principio oĩum bonorum operum non solum inquãtum
est ipsa bonum quoddam, sed ẽt potius inquantum
est conseruatiua cæterorũ bonorum, nã si humilitas
deest mox per superbiã, aut per inanem gloriã omnium virtutũ fructus peribit. Sed dicetur quare Christus nõ dixit hic de cæteris virtutibus, vt de castitate,
& liberalitate, quę sunt ꝯ luxuriam, & auaritiã, & ita
de virtutibus cęteris. Aliqui dñt, ꝙ hoc est, quia supra
5.& 6.dixerat de q̃busdã earũ, & iõ nõ repetit eas hic.
Sed non stat, quia tunc non diceretur hic de mansuetudine, quæ est ꝯ iram, quia supra 5.de illa dictum fuerat, & ẽt diceretur hic ꝯ auaritiam, ꝯ q̃ non fuerat ibi
tam expresse dictũ. Dicendum, ꝙ hoc fuit quia Christus dixit, discite a me, ipse aũt oñdebatur, sicut perfectissimus, in viro aũt perfecto non est magnum, ꝙ nõ
sint vitia carnalia, quæ ab oĩbus, vt vitia reputant, sed
ꝙ non sint vitia, quæ a paucis reputãtur vitia, & semp
ingerunt se vt virtutes, & ita superbia, & inanis gloria
cũ non fuerint in magno excessu sub virtutis effigie
latent, de ira idem est, quæ sępe zelũ iustitię se appellat. ista ergo debuit Christus oñdere, quæ videbantur
esse minima peccatorum.i.magis latentia, & ob hoc
se dixit esse mitem, & humilem corde, nõ esse aũt eũ
fornicatorem, nec ebrium, nec furem nihil magnum
erat, iõ non dixit discite a me non fornicari, non inebriari, nõ furari, sed dixit, discite a me, quia mitis sum.
i.vt vos sitis mites, & humiles corde, sicut ego sum.

Quare dicitur, & inuenietis requiem animabus vestris. Et quòd anima quiescere non potest quousque Deum clare videat. Et lex noua, & vetus in quo differunt. Et quæ sunt imposita in lege Moysi obseruanda, & quæ in lege Christi. Et quid in vtraque promittatur. *Quæst. LXVII.*

QVAERETVR quare dr̃, & inuenietis requiem
animabus vestris. Dicendum, ꝙ Christus nolebat imponere iugum legis sue ceruicibus Apostolorum, & quia nemo sponte grauia tolerat, posuit præmium, per quod incitaretur ad hęc toleranda dicens,
inuenietis requiem animabus vestris si custodieritis
legem meam, promisit aũt requiem animarũ.i.beatitudinem, quæ est in Dei visione, nã aĩa quiescere non
põt quousque Deũ clare videat, sicut dicit Augusti.
inquietum est cor meum dñe donec quiescat in te, &
illa sunt maxima bona, quia nihil melius intelligi, aut
desiderari põt, q̃ beatitudo, & in hoc differt, & excellit
lex noua veterem, quia illa sola temporalia promittebat, hæc aũt promittit ęterna, licet verum est, ꝙ obser-

A uatoribus legis Christi non solum bona ęterna, sed ẽt
temporalia pro hac obseruatione dentur, vt patet infra 19.& Mar.10.s.nemo est, qui reliquerit domum,
aut fratres pp me, qui non accipiat centies tantũ nũc
in hoc tpe, & in sęculo futuro vitã ęternam. tñ ęterna
sunt, tanq̃ principaliter promissa, tẽporalia aũt, tanq̃
accessoria, sic Christus dixerat supra 6.primum quærite regnum Dei, & iustitiã eius, & hæc oĩa adijcient
vobis, s.temporalia, lex aũt vetus temporalia sola promittit, & sic multum est deficiens a dignitate legis
Christi. Sed est dubium in hoc an sola tẽporalia promittat. Aliqui dicunt, ꝙ promittit ẽt ęterna, quia illud, quod ponitur tanq̃ merces legis, promittitur obseruatoribus eius, sed Deus, qui est bonum ęternum
B promisit seipsum Abrahę mercedem dicẽs, ego sum
merces tua. Gene.15.ergo ęterna bona promittebat.
Item lex deducit hoĩem ad actum virtutis, iõ quod in
lege promittitur, est quasi præmium virtutis, pręmiũ
aũt virtutis debet esse melius virtute, sed exteriora bona non sunt meliora virtute, sed valde minora, ergo
non possunt poni vt pręmium virtutis, & sic in veteri lege, quæ ad virtutem inducebat, non promittent
temporalia, sed ęterna. Item non debet in lege fieri,
quod est ꝯtrium virtuti, sed est ꝯ rationem virtutis, ꝙ
ponatur finis eius bonum temporale, & ꝙ fiat actus
virtutis pp bonum terrenum, ergo in lege veteri non
debent promitti temporalia, sed ęterna. Dicẽdum, ꝙ
in lege veteri promittebantur temporalia, vt patet in
C toto discursu 5. Librorum Moysi, qui vocantur lex, vt
dicit Hiero. in Prologo Galeato, nam in illis nihil expresse inuenitur promissum, nisi possessio terrę Chanaan, & victoria hostium, & copia rerum, & pax, &
honor, vt patet Leui.26.& Deute.28.& 29. vbi ponitur promissiones bonorum obseruatoribus legis, &
comminationes pęnarum præuaricatoribus, vñ Isa.1.
dr̃, si audieritis me bona terrę comedetis. Hoc aũt verum est de promissione expressa, nam sub quibusdam
figuris bene põt intelligi, ꝙ ęterna promittebantur,
inquantũ per temporalia significantur ęterna, ad Hebrę.10. vmbram futurorum bonorum lex habet.i.lex
Moysi, quæ vocatur absolute lex, quia non erat, nisi
lex. Iudæi tñ non intelligebant promissa sibi esse bo-
D na ęterna, sed solum temporalia. Pro quo sciendum,
ꝙ obseruatoribus legis veteris non solum dabantur
temporalia, sed ẽt vita ęterna, quia aliàs oẽs ipsi perirent ęternaliter, & tñ non promittebatur eis vita ęterna, nec aliquid de futuris bonis, nam ita manentibus
in lege naturę nulla bona promittebantur, nec temporalia, nec ęterna, & tñ dabatur obseruatoribus legis
naturę vita ęterna, in lege aũt Christi vita ęterna dat̃,
& promittitur. De lege naturę dicendum, ꝙ Deus in
ea nihil promisit, & ratio est, quia Deus promittit aliquid pro obseruatione legis, qñ ipse imponit aliquid
de nouo, quod aliàs non inerat, in lege aũt naturę nihil imposuit, quia illa lex non est data, sed innata, nam
per illam nihil facere obligamur, nisi quod ratio di-
E ctat, quæ est naturalis nobis, nõ oportuit ergo aliquid
promitti obseruatoribus eius. Itẽ promissio fit a Deo,
qñ loquitur hominibus per se, vel per ministros suos,
in statu aũt legis naturę non loquebatur hominibus,
sicut postea locutus est, ideo non promittebat tunc
aliquid. In lege aũt Christi, & Moysi secus fuit, quia
ibi imposuit aliqua obseruanda ad quæ prius nõ obligabantur homines. De lege Moysi patet, quia ibi sunt
fere oĩa cęremonialia, & iudicialia, pauca autem sunt
moralia, & tñ cęremonialia, & iudicialia neminem
obligabant anteq̃ darentur, sed solum, quia data sunt,
iõ illa fuerunt imposita. In lege aũt Christi imposita
est nobis necessitas credendi determinatos articulos
quos prius explicite credere non tenebamur. Etiam

necessitas quorundam sacramētorum, & tñ sunt cæremonialia, & non obligant, nisi darentur, iō imposita sunt, & sic tā in lege Christi, q̄ in veteri debuit aliquid promitti, quia aliquid de nouo imponebat̄, licet obseruantibus legem naturę nihil promissum est, quia nihil eis nouiter imponebatur. Item tā in lege Christi, q̄ in veteri Deus locutus est hominibus p Angelos, & per prophetas, & per seipsum. & iō promittere poterat aliquid hominibus, in lege aūt naturę, quia non loquebat̄ eis, vel saltem nō vni pro omnibus, vel pro multis, nihil ibi promissum est. In veteri aūt locutus est Deus per Angelos, & per prophetas, in lege aūt Christi per seipsum locutus est, quia Christus, qui loquebatur Deus erat, ad Hebræ. 1. multifarie loquens Deus patribus in prophetis olim, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. i. per filium: in lege ergo veteri aliquid promitti debuit, & aliquid in noua, sed in veteri sola temporalia promissa sunt. Quod patet, quia lex, sicut deducit hoīes ad bonū p promissiones bonorum, ita detrahit a malo per cōminationes pęnarū, vñ ęqualiter se habēt promittere, & cōminari, si igitur ęterna bona promitterentur in lege veteri, cōminaretur ēt ibi Deus ęternas pęnas, & tñ non comminatur alicubi pęnā ęternam, tota lege, sed solum temporalia mala, vt patet Leui. 26. & Deute. 28. ergo, nec ęterna bona promittuntur. Ad hoc autē fuit prima ratio pp dr̄iam nouę, & veteris legis quantum ad dignitatem, quia in vtraque aliquid promitti debuit, vt dictum est. Lex tñ noua excellentior est veteri, si tñ in veteri promitterent̄ ęterna non manerēt iam alia maiora bona, quæ possent promitti in noua, iō sola tēporalia in veteri promissa sunt, sic dicit Dionysius. 4. Ecclesiasticę Hierarchię, φ lex noua est media inter cęlestem ecclesiam, & statum veteris legis, & iō bona ęterna, quæ in cęlesti Ecclesia palam, & copiose exhibentur, in noua lege manifeste promittūtur, in veteri aūt non promittuntur, nisi sub quibusdam figuris, expresse aūt sola temporalia promittūtur. Secundo fuit ex cōditione operum p quibus datur pręmium, quia id quod in lege promittitur est pręmium pro opere imposito a lege. sed in lege Moysi non fuerunt data, nisi opera corporalia, & materialia circa exteriora, vt patet de cęremonialibus, quæ consistebant in ritu sacrificiorum, & purificationū, & similiū, iudicialia ēt in solis exterioribus consistunt. i. in cauēdo offensam proximi per modos determinatos a lege. Quę aūt ptinerent ad directionem animi non ponebant in lege Moysi, nisi inquantum interdum aliqua præcepta iuris naturalis interserunturt, sed pauca sunt, & non pertinent ad legem Moysi, quia anteq̄ illa daretur obligabant, iō non debuit promitti, nisi temporale, & corporale bonum in lege Moysi. In lege aūt Christi fuit ęc̄rio, quia nulla opera corporalia nobis imponunt̄, quia non sunt cæremonialia, & iudicialia præcepta de reb⁹ particularibus in lege Christi, sicut in lege Moysi, sed oīa sunt præcepta naturalia, & pertinent principaliter ad directionem animi, nā fides, quæ præcipue a Christo imponitur ad solum animū pertinet, præcepta ēt charitatis, quæ sunt maxima in lege Christi Io. 15. animum dirigūt, sic ēt supra 5. Christus regulauit animum in non concupiscendo, & non irascēdo. Cum ergo oīa præcepta legis Christi, sint spiritualia. i. spiritum dirigentia, pręmium pro obseruatione ipsorum debuit esse spirituale, sola aūt bona ęterna sunt spiritualia, q a gratia, & virtus, quę spiritualia sunt nō, habēt rationem pręmij, & finis, sed sunt tanq̄ mediū, inter spiritualia aūt nihil est, φ possit esse pręmium, nisi bona ęterna, iō illa debuerūt pmitti in lege Christi. Tertio fuit hoc ex parte legislatoris, quia ille solus debuit promittere in lege sua bona ęterna, qui fecit,

F vt homines possent illa hēre. Hoc aūt solus Christus
fecit. Nam licet idem Deus sit conditor noui, & veteris testamenti tñ est conditor veteris solum, vt Deus
est, & non magis appropriatur illa legislatio vni personę, q̄ alijs, sed oībus tribus ęqualiter conuenit. Lex
aūt noua per Christum spāliter lata est, nam licet non
possit esse filius sine parte, quia pr̄ in filio, & fili⁹ in patre est Io. 14. tñ cum solus filius carnem assumpserit,
& in natura assumpta istam legē dedit supra 5. Caperiēs os suum docebat eos, conuenit spāliter lex noua
Christo, ipse tñ solus est, qui salutem nostram operatus est promeritorie moriens pro nobis, & quia per
mortem eius fuit hoī locus consequendi vitam ęter-
G nam, in sola lege eius debuit illa promitti, quia ipse solus eam dabat. Quarto fuit ex conditione tēporis, quia
tunc bona ęterna hominibus promitti debuerūt, qñ
illis dari poterāt, sed quandiu durauit lex Moysi, nunq̄
potuit dari vita ęterna, ad q̄ fuit aditus solū post passionem Christi, quandiu aūt lex noua durauit, & durat
semp pōt cōsequi hō vitam ęternam, quia non cępit
obligari, nisi post Christi mortē, qñ iam patebat porta
cęli, ergo nō debuerunt promitti bona ęterna in lege
veteri, quia tunc dari nō poterant, in lege aūt noua promitti debuerunt, quia tunc oībus poterāt dari. Quinto fuit pp conditionem hoīnum quibus promittebātur, nam oportet, φ pręmia, quæ ponūtur in lege sint
H talia, quæ incitent eos quibus promittuntur in desiderium, vt pp illa sustinere velint, ad hoc aūt, φ bonum
moueat appetitum oportet, φ cognoscat̄, & tñ illi quibus dabatur lex Moysi, erant hoīes rudes solis corporalibus dediti, q nihil vltra ea, quæ videbant eē putabant. Vnde si promitterentur eis ęterna bona, tū quia
illa non cognoscerent, tum quia solis corporalibus
dediti erant ad illa non aduerterent, & sic erat superuacuum illis ęterna promitti, temporalia aūt bona
cognoscebantur, & ista summe desiderabant, & sic p
promissionem istorum poterant induci ad obseruationem legis, non aūt per promissionem ęternorum,
iō illis non promissa sunt, qñ aūt lex Christi data est
hoīes per assuefactionem legis, & prophetarum erāt
I aliquantulum dispositi ad surgendum in bona ęterna,
maxime aūt pp plenitudinem gratię, q̄ Christus induxit, quia sicut ipse erat plenus gratia, ita gratiā in hoībus fecit, potius, q̄ legem. Ioan. 1. iō tunc bona ęterna
cōuenienter promitti potuerunt, & ita sola vita ęterna in lege Christi promittitur, i. principaliter, & sola
pęna ęterna comminatur. Alij ponunt tres causas,
sicut Beatus Tho. de Aqu. 1. Prima, vt ex his, quæ cognoscebant assuescerēt ēt a Deo maiora sperare. Secunda, vt non solum cognitio, sed ēt affectus a tēporalibus ad ęterna manu duceretur. Tertia, quia bona
ęterna non statim eis poterant exhiberi nondum soluto precio. Vnde dilatio promissorum inefficacem
faceret apud infirmos promissionem. Et ad primum
dicendū, φ Deus non promisit Abrahæ mercedem
K ęternam, nā qñ dixit merces tua ego sum. non innuit,
φ ipse quantū ad substantiā suam esset merces eius,
quia hoc pertinet ad Beatam visionem in qua Deus
videtur fm essentiā, & hæc est tota merces, sed Deus
erat merces Abrahæ. i. mercedis collator, & hoc in
multiplicatione seminis, & ī collatione terrę promissę.
Sed obijcietur, φ vita ęterna fuerit promissa Abrahę,
quia Ecclesia dicit lucem factam, q olim Abrahæ promisisti, & loquitur de vita ęterna. Dici pōt vno mō, φ
Deus in lege veteri expresse, nunq̄ hoc promisit, ac
tñ sub figuris promisit inquantum per terram Chanaan, q̄ promisit Deus Abrahę significari potest vita
ęterna. Secundo pōt dici, φ in lege veteri, quæ generaliter dicta erat, non promittebantur, aliqua ęterna,
φ tñ aliquibus viris sanctis qualis erat Abrahā spaliter

ter

ter promitteretur vita ęterna ēt expresse, non erat inconueniens. Tertio dici pōt, ꝙ promissio facta Abrahę non pertinebat ad legem Moysi, quia promissiones fuerunt factę Abrahæ per quadragintos annos, anteq̄ daretur lex Moysi, vt dr̄ ad Gala. 3. & sic promissio facta Abrahę non facit, ꝙ in lege veteri promitterentur ęterna, & tñ dicendum est, ꝙ lux sancta, quæ promissa est Abrahę, & semini eius non fuit promissa expresse, sed sub figura terrę Chanaan, de qua dr̄ Gene. 13. & 15. tibi, & semini tuo dabo terram hanc. Ad fm̄ dicēdum, ꝙ pręmium virtutis semper est melius virtute, bona tñ temporalia non ponuntur in lege, tanq̄ pręmium virtutis, & obseruatorum legis, sed tanq̄ incitatiua ad obseruandum, quia hoīes quibus ista lex dabatᷓ non poterant, nisi per temporalia incitari, vt dictū est. Ad tertium dicendū, ꝙ ꝯ rationem perfectę virtutis est facere aliquid ꝑꝑ bonū temporale, & tñ viri imperfecti facient aliquem actum virtutis, vel similem alicui virtuti ꝑꝑ temporalia, sicut facere aliquid ꝑꝑ timorem pęnę est ꝯ rationem virtutis, & tñ multi faciunt bonum ꝑꝑ timorem, & quia lex Moysi dabatur hominibus imperfectis, tēporalia bona promitti debuerunt, & mala temporalia comminari, vt sic saltē legem obseruarent, quia melius est imperfecte ad bonum venire, quam totaliter in malo manere.

B

Quomodo intelligitur iugum meum suaue est. & quare dicitur. Et quod de difficultate legis Christi, & Moysi potest dupliciter loqui. Et in quo consistat durities legis nouæ respectu veteris legis, quæ tamen erat onerosior lege noua propter duo. Et quòd consilia in lege Christi neminem obligant, nisi volentem se obligare. Quæst. LXVIII. C

QVAERETVR quō dr̄ hic iugum meū suaue est, & quare dr̄. Dicendum, ꝙ hoc dr̄, ad ostendendum, ꝙ lex Christi leuis erat ad sustinēdum, & ꝙ non erat ita grauis, sicut lex Moysi. Aliqui tñ dicunt, ꝙ lex Christi grauis est, quia supra 7. Christus dixerat intrate per angustā portam, & iterum dixit, q̄ angusta est porta, & arcta via, q̄ ducit ad vitam, & tñ ista porta, & via est lex Christi, quia non pōt ad vitam ęternam perueniri, nisi ꝑ eius obseruationem, ergo grauis est ad seruandum. Item D patet, ꝙ grauior sit lex noua, q̄ vetus, quia addit super veterem, vt patet s̄. 5. & sic necesse est, ꝙ plura contineat, q̄ vetus, & sic erit difficilior. Item quanto est ꝑfectior status virtutis tanto habet maiorem difficultatem, quia ars, & virtus sunt circa difficile, & bonum 2. Ethi. & tñ status noui testamenti est perfectior statu veteris, ergo lex noua est difficilior. Item paruulis, & infirmis leuia onera imponēda sunt, qui tñ erant in veteri testamento dicuntur paruuli, qui aūt in nouo dr̄r viri integri ad Gala. 4. ergo lex noua grauiora imponere debuit, q̄ lex vetus. Dicendum, ꝙ lex noua facilior est ad tolerandum, q̄ lex vetus, sic Apostoli innuerunt Actu. 15. s. quid tentatis imponere iugū sup ceruicem discipulorum, quod nec patres nostri, nec nos portare potuimus, sed per gratiam dn̄i Iesu credimus saluari? Pro hoc tñ sciendum, ꝙ difficultas cō- E siderat in aliquo opere sm̄ virtutem operantis, aliquid. n. est onerosum homini debili, quod est leue robusto. Et ideo de difficultate legis Christi, & Moysi possumus dupliciter loqui. s. aut quantum ad grauitatem præceptorum in seipsis, aut per comparationem ad virtutem obseruantium. Si primo mō stat dupliciter, quia aut consideratur ista grauitas ꝑꝑ multitudinem præceptorum, aut ꝑꝑ difficultatem ipsorum. Si primo mō grauior erat lex Moysi, quia erāt plura cæremonialia, & iudicialia, quæ ꝑꝑ multitudinem vix hō sufficiebat obseruare, de quibus nulla sunt in lege

A Christi, sed sola præcepta iuris naturalis continet includens ea breuiter, in præcepto de dilectione Dei, & proximi supra 7. & infra 22. Si aūt consideretur grauitas præceptorum in seipsis dicendum, ꝙ cum in lege noua contineantur sola præcepta iuris naturalis, quæ ēt oīa obligabant in lege veteri, non possunt esse grauiora, quę sunt in lege noua, q̄ quæ erāt in veteri, & tñ quantum ad explicationem istorum præceptorum iuris naturalis videtᷓ esse magna difficultas legis nouę super veterem, vt patet supra 5. vbi Christus declarat multa præcepta quō obseruanda sint, nam apud antiquos dicebatur non occides, & putabant se non obligatos, nisi ad cauendum occisionem, & corporalem B percussionem. Christus aūt dixit, ꝙ non decebat dicere verbum cōtumeliosum, nec ēt irasci in animo. Idē fuit de adulterio, quod antiqui putabant solum esse prohibitum. Christus aūt dixit, ꝙ ēt non licebat videre mulierem ad concupiscendum eam, & ita de multis alijs declarationibus iuris naturalis quas Christus facit, istę. n. licet obligauerint omni tp̄e, quia in eis nō constituitur ius nouum, sed aperitur antiquum, tñ in veteri lege non erant, iō licet peccarent tunc hoīes ꝯ faciendo, non tñ, ita grauiter, sicut nunc, & quantum ad hoc lex noua est valde dura, quia regulare opera exteriora facilius est, regulare tñ animum est difficile, q̄a istud est tollere desideria nostra, & abnegare nosipsos, & quantū ad hoc Christus dixit supra 7. ꝙ arcta C est via, quæ ducit ad vitam, & pauci inuenerunt eam, insuper lex Christi ponit consilia, quæ sunt magnę perfectionis, & non erant in veteri, ad ea tñ non obligat, sed incitat. Insuper Christus quædam prohibet nunc, quæ in veteri legi permissa erant ꝑꝑ infirmitatem hominum, & in hoc manifeste est difficilior lex noua, q̄ vetus, quia ibi permittebatur libellus repudij. Deutero. 24. nunc aūt non supra 5. & ista est quædam magna difficultas, sicut dixerunt discipuli Christo infra 19. si ita est cā hominis cum vxore, s. ꝙ non pōt eā repudiare nō expedit homini nubere. Etiam permittebatur illis dare vsuras extraneis Deute. 23. nulli aūt nunc permittitur, quod ēt est difficile. Luc. 6. mutuū date nihil inde sperantes. Etiam tunc promittebatᷓ appetitus vindictę, & persecutio hostium, & occisio D eorum, ēt si essent innocentes. Deute. 19. & magis 35. nunc aūt non solū innocentes, sed ēt hostes inimicissimos odisse non licet, sed diligere eos hortamur supra 5. in his. n. difficultas legis huius est supra veterem. Si aūt secundo, & principaliter consideretur difficultas per comparationem ad virtutem obseruantium, dicēdum ꝙ lex vetus erat absolute difficilior, & onerosior, & hoc ꝑꝑ duo. Primo, quia lex vetus ex opere operato gratiam non conferebat, in lege aūt noua est plenitudo gratiarum, quia sunt ibi multa, s. oīa sacramenta in quibus ex opere operato gratia confertur, idest ꝙ non solū tantam gratiam quis recipit ex quāta deuotione sacramentū suscipit, sed ēt sacramentū E ex seipso gratiam auget vltra id, quod deuotio meretᷓ, sicut patet in absolutione pęnitentiali, quia non solū remittitur homini de pęna tantum quantū valet pęnitentia sibi imposita a sacerdote ex seipsa, sed ēt virtute clauium quas sacerdos habet remittitur aliquid de pęna debita, quia aliàs ęqualis valoris esset, ꝙ quis sponte assumeret vnum dies ieiunij ad satisfaciendū pro peccato, & ꝙ sacerdos sibi imponat, & illud subeat, sed falsum est, in veteri aūt testamento oīa opera facta ex deuotione, siue essent a lege posita, siue nō erant meritoria, quia ꝑꝑ Deum fiebāt, & ex deuotione tñ non erant magis meritoria, q̄ cum ꝑꝑ Deū fiebant esset quantitas charitatis, & deuotionis ex quibus fiebant, & sic opera ex seipsis non erant meritoria, nunc aūt, quia aliqua opera ex seipsis gratiam cōferunt

ferunt

ferunt, vel augent, facilius est homini habere gratiã, q̃ olim. Item prouenit hoc ex conditione temporis, quia post mortem Christi, qui pro nobis oĩa meruit, promptius, & abundantius Deus gratiã hominibus donat, q̃ prius, quia prius nemo meruerat illam nobis dari, copia tamen gratiarum reddit opera faciliora. Secundo fit hoc propter motiuum, quia lex vetus inducebat hominem ad bonum propter timorem, ad Heb. 12. Lex autem Christi mouet ad bonum per amorẽ, ad Rom. 8. non accepistis spiritum seruitutis in timore, hoc est, quia non imponit pœnas quas statim inferat transgressoribus, sicut lex Moysi, quæ mox puniebat delinquentem, amor autem omnia facilia reddit, ideo quantum ad hoc facilius est tolerare legem nouam, quam veterem. Ad primum dicendum, ꝙ lex noua aliquid addit super veterem, sed non est ꝓpter hoc difficilior, addit enim consilia, sed ad illa non cogit, iõ in his nullam difficultatem importat. Addit etiam explicationem iuris naturalis, quæ in veteri non erant declarata, & tamen continebantur ibi in virtute. Vnde non vere additur aliquid in hoc, quia etiam Iudæi obligabantur hoc obseruare, & tamen licet quãtum ad istam explicationem esset aliquid difficultatis in lege veteri, non sequitur ꝙ lex noua sit simpliciter difficilior veteri. Ad secundum dicendum, ꝙ perfectis semper imponũtur opera, quæ sunt in seipsis grauiora, quia tamen virtus operatur delectabiliter. 2. Ethic. H facilius est viris perfectis operari aliqua difficilia, quã imperfectis operari minus difficilia, eo ꝙ triste est eis abstinere a delectabili illicito, eo ꝙ non habent habitum secundum quem operentur, ita autem est in lege Christi, quæ datur perfectis, nam sunt ibi consilia quæ maiorem difficultatem habent in se, quã omnia præcepta veteris testamenti, minus tamen difficile est perfectis illa obseruare, quam Iudæis obseruare legẽ Moysi, & sic lex Christi etiam quantum ad consiliũ facilior est lege Moysi: quia tamen aliqui sunt imperfecti sub lege Christi, quibus essent difficilia consilia I ipsa, neminem obligant, nisi volentem se obligare ad illa, sed posita sunt, quia multi viri perfecti futuri erãt in lege Christi qui illa obseruarent, in lege aũt Moysi non fuerunt huiusmodi consilia, quia non erant futuri eo tẽpore viri, qui illa obseruarent, nam licet inter

F Iudæos fuerint aliqui viri sancti, nõ tñ obseruauerũt ista consilia, sed quendam alium modum minorem viuendi habebant. Etiam quia dato, ꝙ fuerit aliquis, qui oĩa hęc obseruaret, sicut Ioannes Baptista, tñ illi ita fuerunt rarissimi, ꝙ non oportuit pro illis aliquid scribi, nunc aũt licet sit maior multitudo imperfectorum, multi tamen sunt perfecti, vel ad perfectionem anhelantes, sicut sunt omnes religiosi, ideo nunc decuit poni consilia in lege Christi.

Ad tertium dicendum, ꝙ cęteris paribus leuiora imponuntur paruulis, & infirmis, q̃ fortibus, & perfectis, & tñ interdum conditio eorum exigit, vt maiora imponantur paruulis, & infirmis, quia sicut dirigẽ-G tes tortuosa lignorum flectunt ad partem oppositã, vt sic ligna se reducant ad medium, i. rectitudinem. 2. Ethic. c. vlt. ita tendentibus ad virtutem faciendum est, ꝙ si sunt inclinati ad vnum vitium, debent seipsos ad extremitatem oppositam flectere, vt sic reducãtur ad medium, & ita assuefactis ad aliquod vitium si ad virtutem reducendi sunt, grauior disciplina imponẽda est circa illud vitium, quã non assuefactis ad illud, & quia Iudęi erãt inclinati ad idololatriam, & aliqualiter fuerunt assuefacti ad eam in Aegypto, imposuit Deus multa onera cęremoniarum, vt illis occupati non declinarent ad idololatriam, quæ non imponeret aliis non inclinatis ad idololatriam, & sic licet essent infirmi fuit eis grauior lex imposita, sicur paruuli minus tolerare possunt, quam viri, & tamẽ strictior disciplina illis imponitur, quam viris, eo ꝙ sunt faciliores ad malum, nisi strictius castigentur.

LOngam quibusdam (& si pro merito rei de qua agitur indignam, atque breuissimam) super sex capitula B. Matthęi, s. sextum, septimum, octauum, nonum, decimum, & vndecimum, expositionem edidimus, id breue, quod nobis a charismatum dispertitore donatum est, sed ne fastidiosus lector cui desipiunt qualiacunque magnę frontis volumina (quod fortassis vtile erit) abiecerit, iuxta nostram consuetudinem totum opus, quãtum ad ea quæ præcipua reputamus, quæ velut cæterorum capita sunt, duximus tabulandum, vt nullo quasi temporis impẽdio, totius operis fructus carpatur.

Expositionis literalis Alphonsi Tostati in Tertiam Partem Matthæi Finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo.

Omnes sunt Quaterniones, præter O o, qui sunt duerniones.

VENETIIS, Ex Typographia Dominici Nicolini.
M D X C V I.